Voluptates uerbum Dei ſuffocant.p.4.pa. 25.num.32.
Voracitas crudelitatem parit.par.2. pagin. 155.nu.32.
Vox Domini magnam habet efficaciam, par.2.pagina 301.nu.32.
Vxor Loth quare in ſtatuam ſalis uerſa eſt, p.1.pag.425.nu.25.
Vxor qualis eſſe debeat, par.3.pagina 394. num.25.
Vxor vt pacem cum marito conſeruet, qđ

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX

facere debeat, parte quarta fpagina 191. numero 8.
Vtilitatem hominum Deus propriam appellat, parte prima, pagina 118 numero 2.
Vt, particula, non ſemper cauſam, ſed conſequutionem effectus denotat, p.2.pag. 18.num.11.

Z

Zelus eſt feruor ardentiſſimus qui ex feruidiſſimo amore procedit.p.1. pagina 275.num.9.
Zelus Dei quare in ſcriptura inferno comparetur, pa.1.pag.81.nume.2.
Zelatores legis gloria & honore digni ſunt, parte tertia, pag.160.num.14.
Zelum diuini honoris oportet nos imitari, pa.3.pag.161.num.17.
Zelus ſeruorum Dei, parte tertia pag.276. nu.8.
Zelus Dei erga animam peccatricem.p.3. pag.227.nu.4.
Zelus Prælati, Prædicatoris.p.3.pagi.349. num.2.
Zenobia Regina Aſiæ nobiliſſima, p.4.pag. 266.num.11.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRIMA PARS QVADRAGESIMALIS

IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICÆ ET FERIÆ QVÆ IN Sacrosancta Ecclesia solent decantari, à Dominica in Septuagesima, vsque ad Feriam quintam post Dominicam Resurrectionis inclusiuè.

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, &c. Matth. 20.

1 HODIE nouam uiuendi rationem aggredimur. Hodie incipit sancta Ecclesia diuini sponsi sui exequias celebrare. Et ne arbitremur omnia iam esse peracta, eo quòd filius Dei pro nobis mortuus fuerit: ideò nobis proponit hoc euangelium, in quo ostendit omnes nos esse mercenarios, et ut tales cũ sudore uultus nostri, diuina ope adiutos, uitæ æternæ præmium nos acquirere oportere. Incipit Euangelium. 2 *Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc*. Loquitur Dominus in parabolis, ut concordet cum stylo, quo utebantur in docendo sapientes in illa regione. Chaldæi enim Aegyptij, et Palæsthini maximè similitudinibus delectabantur, quia ad doctrinam memoria retinendam multum conducunt: nam sicut pecunia in crumena custodita non facilè perditur; sic etiam sana doctrina sub similitudine recluſa, non tam facilè à memoria excidit. *Narra literam*.

Simile.

Regnum cœlorum dicitur hic Ecclesia militans, eò q; sit uia ducens ad cœlũ sicut fletus dicitur beatitudo. Beati, qui lugent quia est uia ad eam impetrandam; sic et tribulationum tolerantia. 3 Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, etc. Et quia Ecclesia semper nos ad cœlorum regnum intendit adducere, et in ea una illuc reperitur iter, iure optimo hoc illi nomen tribuitur præcipuè cùm omnis eius origo & initiũ à cœlorum regno dimanet, ut dicit S. Ioan. in Apoc. Vidi ad ciuitatem sanctam Ierusalem nouam descendentem de cœlo, &c. Atque ét quia omnis conuersatio in ea militantium, in cœlis esse debet, ut ait D. Paulus ad Philip. de se, suisque socijs loquens. Nostra conuersatio in cœlis est. Dicit ergo Christus Redemptor noster omnibus, qui cœlestem desiderantes beatitudinẽ in hac Ecclesia militanti degunt, scitote Deum se habiturum esse in retribuenda mercede laborum vestrorum tanq; patersfamiliàs, qui exiuit summo mane conducere operarios, etc. Et tandem concludit dicens. Multi sunt uocati, etc. Vt intelligatis qũo hoc sequatur ex eis, quæ suprà dixit, necesse est aduertatis quorsum ea dixerit. Accessit ad Christum Dñm iuuenis quidam diues studiosissimè dicens. Magister, quid faciam ut uitam æternam possideam? Cupio (inquit) saluus fieri. Quid ad hoc faciã? Cui diuinus Dñs respondit, serua mãdata. At ille dixit. Dñe hoc iã ego facio, sed uellem esse perfectus. Respondit clementissimus Dñs, si vis esse perfectus, vade, et vende omnia, quæ habes, et habebis thesaurũ in cœlo. 6 Vt sanctus Petrus hoc audiuit, et vidit Christum Redemptorẽ nostrũ huic iuueni, thesaurum cœli polliceri si illas multas diuitias relinqueret, arbitratus est, sibi socijsq; suis, qui retia tantùm uetera reliquerant tantum præmium non esse paratũ, et ideò interrogauit, dicens. Ecce nos reliquim⁹ omnia et secuti sumus te, etc. Cui summa veritas respondit, cum sederit filius

4 Apoc. 21.

Phil. 3.

5

lius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos iudicantes, &c. Quia multi erũt primi nouissimi, & nouissimi primi. Ac si dixerit: Non tam considerat Deus, quod sibi offertur, aut propter se relinquitur nec multum, parum ve temporis quo, sibi seruitur, quàm spiritum, quo hæc fiunt. Itaq; qui sunt primi, quiq́ue uidentur multa re
7 linquere, & multa operari non sunt coram Deo præstantiores, quàm illi, qui non tanta reliquerunt, aut tot dies non seruierunt, quia illud tanto spiritu non fecerunt: multi enim sunt uocati, pauci uerò electi. In hac parabola significatur, quòd multi sunt vocati ad Ecclesiam Dei, & multi in illa Deo seruiunt, ac præmium æternæ beatitu
8 dinis consequentur: sed inter hos omnes, pauci sunt feruidi, diuinarumq́; rerum amore, ac desiderio flagrantes.

Vocatur Deus noster in hac parabola paterfamilias, ut ostendat seruos suos à se tã quam dilectos filios tractari. Et hic pater exijt summo mane conducere operarios. Deum exire est se communicare, sicut dici
9 mus Hispanè: [*Yasalen los arboles.*] cũ incipiunt ferre flores, uirtutemq́ue suam communicare. Itaque Deus non dicitur exire, eò quòd mutetur, quia cœlũ & terram ego
Hier. 23. impleo. Ierem. 23. Sed dicitur Deus exire, quando eius opera prodeunt, quæ ipsum manifestant: sicut dicitis Hispanè. [*Agora salio vn doctor.*] quia opera, quę ipse composuit, prodierunt, propter quæ ipsum cognoscimus: sic etiam uocationes, & beneficia Dei faciunt ipsum exire, & patefieri, sicut
Simile. spatium nigrum facit scutũ album in pictura demonstrari. Si habeas scissuram papyream subtilissimam in pariete albo nõ cernetur, quia nõ exit: si uerò ipsam imponas super pannum nigrum totum eius artificium atque perfectio inspicietur, quia nigrum facit album prodire: sic ẽt cum Deus sit lux inaccessibilis, creaturæ quantumcũque pulchræ sint, comparatæ tamen cũ ipsius altissima, & excellẽtissima perfectione sunt informes, faciuntq́ue eum exire & ma
Roma. 1. nifestari, ut ait Sanctus Paulus ad Rom. Inuisibilia. n. eius à creatura mundi per ea q̃ facta sunt intellecta conspiciuntur, & quia ab initio Ecclesiæ usque ad consummationem sæculi semper Deus præstantissima in homines contulit beneficia ut eos ad ipsius amorem alliceret: ideò dicuntur hæc opera esse Dei exitus. Diligenter animaduertendum est, q̃ cum hi absque ulla cura in foro starent, uocati fuerunt, in quo significatur, q̃ quamuis homines sint negligẽtes, Deus tamen nunquam nostri obliuiscitur. Dormiebat sponsa recumbens in lecto, & sponsus erat ad ostium sub frigore, dicens: Aperi mihi soror mea, quia caput meum plenum est rore. O ineffabilem Dei pietatem, Cant. 5.
iaces tu in lecto uitiorum tuorum, tui ipsius, propriæq́; immemor salutis, & diuina pietas pulsat, & clamat ad cor tuum.

Conuentione autem facta, &c. Attendite benignitatẽ Dei nostri, qui ponit fœdera cũ hominibus, non uult ut inuiti eius legẽ obseruemus tanquam serui. Quando quis habet seruum, & eũ ad uineam suam mittit, non conuenit cum eo, dicens: hoc tibi dabo, est enim eius seruus, & tenetur ire etsi inuitus, quod si nolit, ipsum flagellis cædit, quia eum suis nummis emit, & consequenter omnia eius opera cum eo emit: quod non accidit in homine libero. Quid? nos non sumus serui Iesu Christi, eiusq́ue pretioso sanguine empti? ita profecto. Et sic ait 1. Cor. 6.
D. Paulus. Empti enim estis pretio magno, &c. Si ergo hic tantus Dominus ita inæstimabili pretio nos emit, & non corruptibilibus auro & argento: absque ulla mercede nos posset compellere ad suæ sanctæ legis obseruantiam, & pro ijs quæ iam ab eius munificentissima dextera accepimus, nos posset cogere ad quicquid facere possem? sic habet uerum: sed hæc est Dei pietas, ut
10 nolit nisi nobiscum conuenire. Creauit Deus hominem & reliquit eum in manu consilij sui, id est, liberum dimisit. Apposuit tibi ignem, & aquam ad quodcunq; uolueris porrige manum tuam, inquit Eccle. Eccle. 15.
Et ne se in ignem proijceret & in carbonem mutaretur, ei proponit cælestis glorię
11 præmia denarij diurni nomine significata, quæ moneta numeri denarij significat uisionem, & fruitionem diuinæ essentiæ, quæ sic nuncupatur, quia est præmium essentiale, quod datur p̃p obseruantiam decem p̃ceptorum. Quis ergo tãti bonis spe ad laborandum in hac sancta uinea non fulcitur?

12 Est ẽt ualdè notandum in hac parabola, q̃ exiens Dñs ad conducendos operarios, dixit eis: *Quid hic statis tota die otiosi?* Manu (ut aiunt) super manum absq; ullo labore? quis dubitat quin siquidem hi tota die cõmorabant in foro, de aliorum moribus, ac uita loquerentur, atq; detraherent? transeunte

seunte aliquot quò uadit, dicerẽt, quò reuertitur? alij rixarentur? alij uerò in uanũ
Simile. iurarent? & non dicit eis, quid statis hic disceptantes de aliena uita, sed, Quid statis otio si? habuit se Dñs sicut medicus q̃ uisit ęgrũ & considerãs eius pedẽ tumidũ pręcipit, ut sanguinis effusionẽ patiat: hic est me
13 dicinæ ordo, radici occurrere: sic ẽt diuin? hic medicus oĩum malorũ origini obuiat. Vnde oriũtur tot discordiæ, tot insolentię, tot dẽniq; in republica crimina dimanãt? Ex lasciuia, otio, & pigritia, ex eo q̃ in om
Hieron. ni tẽpore alicui operi nõ intẽdis: scribit S. Hieronymus ad amicũ suũ, qui tentationibus cruciabatur, & eum per literas deprecatus est, ut aliquod sibi remedium adhiberet ad euitandas tẽtationes, cui sanctus:
14 Amicæ (inquit) Rusticæ semper aliquod opus facito, ut te semper inimicus inueniat occupatũ, & sic quantumcunque teneris, nunquã tamen vinceris. O fratres si hoc consiliũ omnes obseruaretis, quot mala effugeretis, & quanuis ita sitis diuitiarũ affluentes, ut aliquo labore uestro non in-
15 digeãtis, indiget tamen eo cõscientia uestra, cùm non omnes occupationes uestræ eo debeant spectare ut lucrum acquiratur & diuitiarum copia augeatur. Si aũt Dñs redarguit eos qui nondũ erãt cõducti, quid faceret illis, quos in uinea sua otiosos inueniret? ò perditores nefarij, quid me deprædamini, & mea bona diripitis, dormientes? Christianum otiosum esse, magnũ scelus est, eò enim maior est ruina, quo sublimior est cõditio. Maurũ esse otiosum non
Heb. 4. est mirum, sed Christianum, clericum, monachum non esse occupatum, ò nefandum scelus. Dicit D. Paulus: Ergo festinemus ingredi in illam requiẽ, ut ne in idipsum quis incidat incredulitatis exẽplum. Hoc dixit postquam affirmauit Hebræos propter incredulitatem non introijsse in illam requiẽ illis toties promissam. Hæc est sententia grauissima & maximè timenda, contra eos qui præmium absque meritis expectãt, qui hoc sperat alijs est incredulitatis exemplum, uidetur enim sequi q̃s promissa præmia non credat, cũ ea impetrare non obnitatur. Et qui non festinat & diligenter currit ut ingrediatur in illam æternã quietẽ, aliquo modo etiã incredulitatis videt exẽplũ, & videtur suo modo incidere in p̃fidiã Hebræorũ incredulorũ, qñ tã remisse ea curat, sicq; tepidè negligit. Dicit ẽ

sãcto rege Ezechia, q̃ operat? est Ezechias rectũ & bonũ, & verũ corã Dño Deo suo: 2. Par. 31.
hæc oĩa requirunt ad bonã veraq́; uirtutẽ & æternã iustitiã, illud, rectũ, significat inhęrẽtiã quandã Dei volũtati, circa operationẽ iuxta hũc articulũ: Oĩa p̃p semetipsum operatus est Deus. Et tũc q̃s põt dici, Prou. 16.
operari rectũ, cũ oĩa p̃p Deum operatur, sed nõ sufficit hoc, nisi q̃ operetur bonũ: si enim occidis hæreticũ p̃p Deum, mortaliter peccas, nisi tu iuridicus sis huius iustitię executor. Quapropter opus est bonũ operari, & cũ sana cõscientia & p̃p Deũ, & ideò post, rectũ, addidit & bonũ, & adhuc nõ illic stetit, sed tanquã cõcludẽs posuit, & uerũ, significãs necesse esse oĩa uere facere & obnixè, & nõ friuolè, aut fraudulẽter. Cũ cernitis aliquẽ cũ feruore & spiritu aliquid facere, dicitis hoc uere & studiosè fit. Cum verò uidetis ipsum friuole & remisse facientẽ, dicitis: hoc nõ est uerũ, sed ioculariter fit. Tãquam res ex qua nihil emolumenti speratur hauriendum. Ea propter
nos precatur S. Paulus per misericordiam Ro. 12.
Dei ut hoc aduertamus, dicens. Obsecro vos fratres ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentẽ, &c. Iam nõ offeratis corpora brutorũ, sed uosmetipsos, non uerò aliena corpora, & sit sacrificiũ viuum. Sunt aliqui ita remissi in suis factis, ac si essent mortui: alij sunt ita flagrantes, ut satis ostẽdant spiritus ardorẽ, & hi uiuam offerunt
16 hostiã. Etiam ibidem sic ait: Nolite cõformari huic sęculo, sed reformamini in nouitate sensus uestri. Vsque adhuc sensus uestri ualdè erãt sęculares, &c. Renouate ergo hos sensus. Hoc uerbũ, reformamini de Simile.
notat curã, diligẽtiamq́; admirabilẽ. Habitatis domũ ueterẽ, quæ quotidie ruinã minatur, nisi quotidie eã reformetis, accurateq́ue reſtauretis, & modò parietes, modò
17 tegulas, modò uerò solũ, modò ligna reficiatis, iã tam procidet, & uos subtus capiet & interficiet: habitamus domos luteas (ait Iob.) Necesse est sẽp accuratissime hos Iob. 4.
sensus renouare, nunc oculos, nunc aures, &c. Sed opus est ut sciatis, q̃ inter dona Dei annumerat Diuus Paulus, unum ex Rom. 12.
præcipuis, esse spiritu feruẽtes, hoc est do- 18
nũ perficiens, conseruans & augens mirum Simile.
in modum charitatem. Sicut aqua igni apposita a se omnẽ naturalem frigiditatẽ expellit, calorẽq́ue intensum recipit, quo sæpe uet ardẽtissimè & sursum desilit: sic cũ ani-

ma', corporis cõtagione, frigida ad diuinũ ignẽ scilicet Deũ accedit p̃ sanctã cõsideratione, orationẽ, & affectũ, illi calor (qđ est domũ Dei) aduenit admirabilis, ex ipso cælesti igne communicatus, qui eã inflãmat ardentissimamq́ facit, & efficit vt supra se ipsam ad p̃fectissima erigatur. Sed: proh dolor, quàm pauci ad hoc bonũ accedunt; O ignis actiuitatis, & potẽtiæ infinitæ, quãdo corda nostra concremabis? quando cõsumes has labes & fæces, quibus sumus infecti; quãdo nos cõbures, & nobis applicabis hũc diuinũ calorẽ, qui nos calefaciat ardentes? reddat in tuo sancto seruitio. O fratres mei q̃nquidẽ cognoscitis hũc caloré, q̃ diligẽtiã producit, domũ esse Dei, ab eo diligentissimè illũ exposcite, nocte dieq́ue orantes, accedite ad hunc diuinum ignem, ut hunc effectum percipiatis. Ex nostra profectò ignauia & otio patet, quam rarò hoc faciamus. Sed dices. Pater, indignè quidem conquereris, & homines otij immerito reprehendis, quãdo enim plura fuerunt negocia, quando plures lites, quã nunc; Ito in plateas, exi in uias, propera ad tribunalia, & experieris quidnã agatur & quanta solicitudine homines agantur, vere hi omnes arbitrabuntur se non esse otiosos cum se tot curis ac laboribus oppressos intueantur, sed nihilominus dico omne illud otiosum, q̃ ad animæ salutem nihil conducit. Quemadmodũ cùm videtis pueros occupatos in instruẽdis casulis luteis, & equitando hùc, atque illùc in arũdinibus diuagãtes, ipsos otiosos iudicatis, etsi ipsi sibi uideãtur occupatissimi. Sic cũ Deus nos aduertat his intẽdentes, quę facile corruũt, & nihil de aĩæ salute cogitantes nos toto die vitæ iudicat otiosos, hæc enim oĩa nihil aliud sunt q̃ luteas casulas instruere, quæ cras diruẽtur, atque in arundineis equis equitare ad spiritus afflictionẽ. Qua propter sapiẽtia clamitat in plateis: usque quo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea, q̃ sunt sibi noxia, cupiũt. Quod magis hac in re admiraturi erarius, est q̃ dicit Spiritus Sanctus. Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, abũdãtia & otiũ. Quid speratis, qui habetis testes cõtra uos podia, quæ cõteritis, vias quas cursatis, ludos, quibus vtimini, &c. Et (quod magis admiror) dicitis. Eamus ad cõterẽdũ parũ temporis. Aduertite quę so, vos scitis quid præ manibus feratis? nihil aliud est, quã, u trũ in perpetuũ in imSimile. Prou. 1. Ezec. 16.

piorũ sedes detrudendi, ad cælestia regna, ut Deo fruamini sitis extollẽdi. Et nõdum litẽ aduertistis, nec causa ppendistis, ꝓcessumque uestrũ cõsideratiõis & estis otiosi, ac si in ꝓpetuũ damnari, cælesteque beatitudinẽ amittere, esset pdere corrigiã calcei. O rẽ ꝓpetuę amaritudinis lachrymis lachrymãdã, qui in foro religio litigat nunq̃ defecisci tur, patronum solicitans, relatoréque stimulãs, secretariũ rogare, nõ satiatur iudices uisens, nõ deficit auxilia quærẽs, quæ sint sibi utilia. O Iesu sacrosancte, q̃ admirabilis est solicitudo litigãtis, & sæpe ꝓ nihilo, uel ꝓre minimè attinente; O animæ negligẽtes ac pigręs, tã accurate litigatores solicitãt, p̃sertim cũ ꝓfectẽda est sentẽtia & uos, cũ causa uestra tãtũ attineat, in qua agit̃ de regno, & tali regno: tã alto sopore dormietis? Exite, exite & solicitate beatissimam Virginem, & sanctos Apostolos, rogate oẽs sanctos, & agite hãc causãm diligẽtissimè. Aduertite uos deuẽturos esse in iudiciũ, ubi de oĩbus rationẽ reddatis. Qua propter ne tempus frustra consumatis.

Trãsacto iã die dicit Dñs: *Voca operarios & redde illis mercedẽ suam.* Statim vult operarijs merces reddaĩ. Sic uos nũc facitis, nihil minus. Accedit pauper operarius pecuniæ suæ indigẽs. Domine, ponamus rõnẽ inter nos. Illicò acriter respõdetis, ac si seruus uester esset. Redit iterũ pauper mercenarius, & in eũ Dominus tanquam furẽtissimus Leo inuehitur, dicens. Abi hinc, si iterũ petis percutiã te. Ita nobis, pro mercede flagella reddis, sic soluit diabolus seruis suis, iubet eos laborare, sudare, & acqrere, eis ꝓmittẽs honores & satietatẽ, mercẽs aũt quam reddit, est, in inferno eos torquere in ęternũ. Ecce exemplar tuum. Laborauit famulus tuus noctu dieq́., cũ uerò mercedẽ exposcit & audet queri: dicis, faciam illũ flagellis cędi hominem perditũ. Itaq; ne quidẽ miseri audẽt conqueri. Arripuerunt filij Dã, misero Michæ eius idola, sacerdotẽ, & quicquid domi erat, diripuerant, paruulos, pecora, plurimaq́. auro & argento fabricata, & quia exiuit ꝓclamant ad eũ reuertuntur, acsi nihil damni illi intulissent, dicentes, qđ tibi uos? cur clamas? Videte quàm parũ sentiant illatũ incõmodum, quibus Michas respõdit. Tulistis omnia quæ habeo, & dicitis, quid tibi est? aiũt illi. Caue ne ultra loquaris ad nos, & ueniant ad te uiri animo concitati, & ipse cũ

21 22 Iudi. 18 23

domo

domo tua pereas. At ille his verbis, metu perculsus, uidens q̃ fortiores essent reuersus est in domũ suam. Ecce; quid inter uos agatur. Aduertẽtes enim pauperes, omnia sua, sudores. ac labores suos à uobis diripi uix audẽt clamare, uestris minis exterriti, & uestra tyrannide remanent defraudati. Nõ huiusœmodi est noster Deus, sed peracto uitæ die statim cũ mercede fidelibus
24 operarijs occurrit. Quamobrem inuictum
Esa. 27. aium capiamus ad laborandum in hac uinea, q̃ est Ecclesia, de qua dixit Esaias Dei noĩe. In die illa uinea meri cantabit ei, ego Dominus qui seruo eam repentè propinabo ei ne fortè uisitetur contra eam nocte & die seruo eam: His uerbis ostenditur, quod oportet esse præcipuum munus, & exercitium eorum, qui in hac Ecclesia militanti degimus, siquidẽ ea nuncupatur uinea meri, & hæc illi laus attribuitur. Conuenit igitur ut omnẽ nostram curã adhibeamus ad producendũ amorem purissimũ & oĩs imperfectionis expertẽ, tam erga Deũ, q̃ erga proximos. ad hoc enim ait Dñs nos custodiri, & ideo affirmat se pluuiã opportunã repente mittere, pluuiã (inquã) fuorum beneficiorũ ac dulcedinis, & nos à se protegi in die prosperitatis, & nocte tribulationis:
25 q̃ nisi hũc fructũ tulerimus nos his uerbis minatur, dicens: Ne fortè uisitetur contra eam, i. quia hunc amorẽ & charitatem non habuit, ne fortè cõtra nos hostes exurgãt, & nos destruant: q̃ si his uerbis cõminatus est Synagogã, quo supplicio digni erimus, qui in lege gratiæ uiuimus post tot tamq́; præstãtia beneficia accepta? Et tñ de nobis
Deu. 32. dici poterit qđ de illis dixit: Vua corũ una fellis & botrus amarissimus. Hæc est igitur fratres causa ut uisitetur contra eã, i. vt nos experiamur ita Mauris obsessos ac Turcis totq́; hostibus oppressos: sꝙ loco amoris, fellis amaritudinẽ reddimus, quæ à nostris
26 maximis criminibus dimanat: hic est. n. Deus mos, aliquos peccatores assumere qui sint aliorũ carnifices, ut per Esaiam dixit.
Esa. 10. Assur uirga furoris mei, in manu eius indignatio mea, ad gentẽ fallacẽ mittã eum, & contra populũ furoris mei mãdabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædã, & ponat illũ in conculcationẽ, quasi lutũ platearum. Ipse aũt nõ sic arbitrabitur, sed ad cõterendũ erit cor eius, & ad internecionẽ gẽtium non paucarum. Assur uocat hic Dñs regem Syriæ, qui fuit uirga iræ suę, ipso nanque eiusq́; copijs Deus Hebræos flagellauit, & si ipse nihil tale cogitabat, nihil. n. aliud intendẽbat, q̃ suarum passionum furijs indulgere. Ecce prescriptionẽ earum rerum, quas quotidie pro nostris sceleribus experimur. Siquidem nos cernimus tanquã lutum platearum, tot, tantisq́: hostibus attritos. Deus Turcam fulsit, ac tot regnis adauxit, ut eo tanquam uirga utatur, qua in nos crudelissimos hos ictus inferat, quib. quotidie uexamur. Ipse aũt nõ sic arbitrabitur 27 non ipse intendit Deo illatam iniuriã ulcisci, sed plura regna acquirere conatur, & ad altiorem statũ peruenire. Dei vero intentio est de nobis supplicium sumere huius tyrãni, & horũ similium afflictionibus, Quocirca fratres diligẽtissimè intẽdamus iram superni iudicis mitigare uitã nostram corrigentes, debitumq́; fructum reddẽtes, quod est uinum pretiosum, & intestinus amor, sic enim si nos in officio fuerimus, in nos Deus gratiam suã cõferet modo, & postea gloria coronabit, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cum Patre, & Spiritu sancto uiuit & regnat in sęcula sæculorum. Amen.

Dominica in Sexagesima.

Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinem, &c. Luc. 8.

VIDENS Dominus noster multitudinem ad se uenientiũ, proposuit parabolã siue similitudinem ad offendendũ non omne esse aurũ, quod relucet, nec oẽs auditores diuini uerbi ex eo fructum percipere. Exijt q̃ seminat seminare. *Nostra literam usq; ibi.* Hæc dicens, clamabat. Postquam filius Dei proposuit hominem docere uiam regni cęlorum, heroicus stylus quem nos suam cœlestem doctrinam docendo seruauit singulare, & eximium de eo perhibet testimonium, cùm enim nos rusticos & ineptos animaduerteret, uoluit nos docere fm sermonem nostrum. Itaq. nostræ abiectioni se se accommodauit. Si quis ex Flandria ueniret, & nos uellet admonere de ijs quę il-Simile. lic geruntur, si Flandrio sermone uteretur dici posset ei Dñe attẽde q̃ incassum laboras, sermonẽ. n. hunc nos nõ intelligimus,

quapropter ut intelligaris, opus est ut nostro sermone id loquaris: ea pp filius Dei ne homines possent dicere se eũ nõ intelligere, neve i eius iudicio possint excusari: noluit nos alloqui angelico sermone, aut sublimiore stylo quã nostrũ requirebat ingeniũ, & sic nobis posuit sua mysteria in similitudinib. earũ rerũ quas passim manibus
3 contrectamus, q̃ sint clarę ac planæ: & hæc est ferè potissima rõ, quare diuinus Magister noster ī parabolis, nobiscũ loqui uoluit, sub quib. altissima latent mysteria. Proposuit igitur hãc parabolã agrestis officij agricolæ, ne diu in similitudine moraremur, sed arcanũ diuinũ, qđ sub ea latet, inuestigaremus. Si tibi darẽ capsa exterius mirifícè perpolita ibi satiarentur oculi, nec meminisses illã aperire, ut uideres pretiosa, quæ intus reconditas erãt, si uerò de illa benè audisti, & foris nihil est prẽter quã solita munitio & structura incõpta, protinus peteres clauem & illã cuperes aperire. Hoc accidit in similitudinib. Euangelicis & præsertim in hodierna. Et sic statim attulit discipulis
4 desideriũ ut sibi patefieret, & diuinus Magister demonstraret, quidnam intus latebat, cùm dixerunt. Edissere nobis parabolã, &c. Eadẽ claritate p̃dicarũt postea Apo-
1. Cor. 2 stoli, ut ait S. Pau. de se loquẽs. Sermo meus & p̃dicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapiẽtiæ uerbis, sed in ostẽsione spũs & uirtutis, ut fides nostra non sit in sapiẽtia hoĩum, sed in uirtute Dei. Verba plena spiritu, uirtute, & bono exemplo sunt instrumenta, quibus Spũs sanctus aĩas ad se allicit, quo circa uana Rhetorica non cõgruit
Simile. huic negotio. Decora columna alabastri p-
5 politè insculpta nõ indiget albedine, aut aliis coloribus, ipsę.n. picturæ eã deformarẽt. Sic ẽt gemmæ nullã aliã lucem præter suã patiunt, aliqua sunt quæ cũ arbitremini illustrare potiùs inficietis. Intẽdite q̃so adamantem, aut smaragdũ coloribus illustrare, magnã quidẽ illis inferetis iniuriam, & potiùs decolorabitis q̃ decorabitis, sic sublimis sapiẽtia et doctrina S. Euangelij nõ indiget exornari humana Rhetorica, nec alio splendore, q̃ suo. Picturæ eloquentiæ hoĩum dedecent illam, esset namq; hęc albedo impertinẽs, et impolita quæ propriũ candorẽ ipsius tegeret, qui quidẽ est excellens et præstans. Disposuit altissimus Deus ut suũ Euangeliũ prædicarẽt, et mysterium fidei nostræ uerbis simplicib⁹ scriberẽt gra-

uissimis, ac synceriſſimis sermonibus proferẽt, & hæc est diuina quædam eloquẽtia, nõ uerò puerilis uelut humana Rhetorica. Hoc tamẽ nõ intelligũt filij huius seculi, qui uerborũ eloquentiã attẽtiùs cõsiderãt, q̃ substãtiã et rerũ ueritatẽ p̃pẽdant. In oĩbus artibus mechanicis quilibet artifex p̃priis utit instrumẽtis, architectus utit serra, dolabra, et aliis instrumẽtis, faber ferrari⁹ hẽt, limã, forcipẽ, et alia instrumẽta, sartor 6
acũ, digitaleq;; hẽt, et uelut faber ferrarius nõ utit ī suo officio acu, sed malleo, et sartor nõ malleo, sed acu, sic cõcionator nõ debet uti nisi diuinis uerbis et sanctis, q̃ sum mallei, et instrumẽta huius diuini mysterii, Hie. 10.
vt exp̃sè dixit Deus p̃ Hiere. Nũquid nõ uerba mea sunt quasi malleus cõterens petras? Si ergo in oĩbus artibus mechanicis vnusquisq; artifex suis utitur instrumẽtis, quare inuestigabit p̃dicator, gẽtilitates, et eloquẽtias uanas, q̃ spiritũ extinguũt? maledictio grauissima data est a DEO Hebræis, et ut arbitror, ad nos p̃uenit, p̃ nostris sceleribus illud, qđ dixit per Isaiã. Ecce Dñator, Dñs exercituũ auferet ab Hierusalẽ & Isai. 3.
à Iuda oẽ robur panis, non dixit panẽ, q̃a 7
doctrina non abstulit DEUS, quia in hac tẽpestate est multò maior q̃ olim, sed ait, robur panis, i. q̃ auferet DEUS robur à prædicatoribus, uirtutẽ, bonũ exemplũ, sanctam vitæ rõnem, spiritum, purorum deniq. uerborũ subtrahet efficaciã, quibus usuri sunt in concione, ut tam parum fructus afferant sicut experientia compertũ est. Et populus meus dilexit talia. Supplicium est DEI, quia iactas te curiosum permittit DEUS, ut ea tibi p̃dicentur, quę cupis, ut nihil aliud p̃cipitas, & dicas, nonnè uidistis q̃ facerè loquutus est? Heu me miserũ, me miserum, non hoc est robur panis, quod alit, sed stipula, non aduertis te nullũ granũ in domũ 8
deportare? q̃ sicut ueniſti cum eadẽ praua intẽtione redis. Oportet te redire effectuũ paruulum compunctum metu perculsum & cum constanti proposito, non remanẽdi ampliùs in peccato, & rectè aduertis quantũ tibi defit ut sic eas. O pater luminũ, illumina p̃ tua benignitate tam cõcionatores, quæ audiẽtes, ut hoc graue dãnum aĩaduertant. O concionatores attendite, p̃cor, pro Rom. 11
amore altissimi DEI, quod D. Paulus princeps prædicatorum, inter dona Spũs sancti annumerat, qui docet in doctrina. DONUM spirituale est populũ erudire, & donum est

etiam

etiam Dei bonus usus huius muneris, qđ est in doctrina, i. à Deo reuelata: hic locus est ualdè utilis prædicatoribus & populis, ut doceant in doctrina, & siquidem sunt docti a Dei, ut utriq; ea ab altissimo numine instantissimè deposcamus, & ad hoc maximè necessaria est oratio assidua tam concionatoribus, quàm auditoribus, &c.

9 Vt summus concionator mundi totã parabolã proposuit, cæpit exclamare, dicens: *Qui habet aures audiẽdi audiat.* O æterna sapiẽtia, ò uerbũ infinitę potẽtiæ, quis audiret uoces tuas, & diuinas uociferationes? qũo potuit remanere uestigiũ obdurationis in his pectoribus, q̃ tales clamores perceperunt? Vt igit cognoscatis q̃ parum profuerunt illis marmoreis cordibus efficacis-
Marc. 4. sima uerba Christi Dñi nostri ex Marco colligitur hos oẽs ignaros parabolæ & eius sẽtentiæ redijsse, cùm nec minimũ quidẽ uerbum intellexerint, nec de ea curauerint dicẽre enim ibi, q̃ cùm esset singularis, interrogauerunt eũ hi, qui cũ eo erant duodecim, parabolam. Si ergo discipuli non intellexerant, qũo alij intellexissent? Et, si ij, de quibus dixit S. Lucas, cum de ciuitatibus properarent ad Iesum, ineptis auribus fuerunt ad audiendũ, & in cõcione tanquã Banausi fuerũt, quid de uobis fratres charissimi põt sperari, qui hùc domo uenitis, nec ex multis millibus passuũ, nec properãtes sed pigri, & tepidis cordibus? Aut potestis rãdere, si iremus ad fontẽ qui guttatim manat aqua, uelut sublimatoriũ necesse esset, ut, qui uellet aquã colligere properaret diluculo, sed uenimus in fontem cuius fluenta nunquã exhauriuntur, ideò quocunq; modo etsi lenter ueniamus, sufficit. Si esset hic
Gen. 27. diuinus fons, Christus Iesus Dei filius, tanquã Isaac, qui cũ benedixisset Iacob, & postea accessisset Esau petens ẽt benedictionẽ
ei rñdit pater: frumẽto & uino stabiliui eũ, & tibi post hæc fili mi. ultra quid faciã? cui
11 Esau ait: nũ unã tm̃ benedictionẽ nõ habes pater? non sic est noster bonus Iesus, q̃ minimè poterit exhauriri, nec illi poterũt desse benedictiones ad oẽs, quamobrem nõ est opus, ut ad hunc fontẽ festinãter ueniamus. Gaudeo fratres uos ita de Deo existimare, sed aduertite, q̃ quãuis ei aqua nunquã desit, poterit tm̃ uobis uita deesse ut eã quæratis, etiam dico, q̃ uenire ita pigrè & (ut uidemini) molestè, est inepta dispositio ad hauriendã aquam ex hoc fonte diui-

no, qui cupit hoĩes, eius sitientes, & experiẽtia patet quam parũ eam sitiamus, cum tam sicci domos reuertamur. In Esdra legimus cunctũ populum, Sanctũ Prophetã 2. Esd. 2.
rogasse ut eis legis diuinæ libros perlegeret, quod facientem, oĩs populus intentissimus audiebat. Flebat. n. omnis populus, & amarissimè lachrymati sunt, q̃ eam non custodierint, itaq; opus fuit ut sacerdotes eos consolarenẽ, dicentes: Nolite fiere neq. cõ 12
tristari. Gaudium ẽtenim Dñi fortitudo nostra est, gaudete (aiunt) talem. n. habemus Deum, qui nobis ignoscet. Hi cum irent optantes aĩæ emolumentum, solummodo q̃ legẽ simpliciter prolatam audierũt, hoc sufficit ut cõpungerentur, & maximam lachrymarũ copiam profunderent. Modò uerò ita sceleribus delibuti acceditis, & ita somnoleti, ut audita lege, terribilibus minis, diuinis promissionibus, alijsq. quam plurimis rõnibus, quæ marmoreas quidem statuas possent cõfringere, ita sicci, sine cõpunctione, duri, tam alacres, tamq. securi, domũ reuertimini, ac si fabulã audissetis. O inferã pertinaciam, ò hoĩes pestilentissimis ueneficijs deuotos, quis uos in hanc in 13
saniã deuexit, & tanquã in statuas conuertit? super uos incidit maledictio, quam hodie dixit summa ueritas. *Cæteris autẽ ī parabolis, vt uidẽtes nõ uideãt, & audiẽtes nõ audiant.* Terribilis maledictio est, ut nec
credant, nec intelligãt, q̃ sibi dicit in Gen. Gen. 19.
dixit Loth generis suis: Surgite, & egredimini de loco isto, quia delebit Dñs ciuitatem hanc: & uisus est eis quasi ludẽs loqui. Permissio fuit diuina ut arbitrarentur eum iocari ut etiam comburerentur, tales enim illi forsitan erant, quales & incolæ illius p̃-
ditissimæ ciuitatis. Ex his exẽplaribus colligetis, fratres charissimi, q̃ necesse sit Deo 14
humiliter supplicare ut corda uestra illuminet, & peculiari auxilio uos ãdiuuet, cũ ad audiendã prædicationẽ acceditis, ut faciebat Dauid, dicens: Defecit in salutare Psal. 118.
tuum aĩa mea, & in uerbum tuũ superspe-
raui. Defecerunt oculi mei in eloquiũ tuũ, dicentes, qñ consolaberis me, quia factus sum sicut uter in pruina. Dñe aĩa mea defatigata defecit sperans in tuo diuino remedio, & maximè speraui, qđ mihi pollicitus es, oculi mei defessi sunt, dicẽtes. Deus qñ cõsolaberis me? quid? oculi loquunt. qa dicit Dauid, oculi mei dicẽtes? loquunt quidẽ. Sic. n. Deum oraturi sumus ut lingua, &

Simile. oculi sic cęlo sint affixi, manusq; ita erectæ & oēs sensus intenti, ut oēs clamare, & exposcere uideantur. Ita catulus sub mensa famelicus oībus corporibus suis membris cibū videt petere. O sancte Dauid, quare tā efficaciter Dei auxiliū contendis? qa factus sum sicut uter in pruina. Vter, qui est ad aerem, pluuiā, & gelu, ita pice coarctaī, ut quamuis ad foramen multi aspirent: nequeant tamen illum relinire & ampliare, ut possit ingredi liquor quo imbuēdus est, quousque parumper igni applicetur, & calores reliniatur & amplietur, & liquor dispositionem reperiat ad ingrediēdum: hoc significat Dauid illis uerbis. Quia factus sū, &c. Etsi Domine homines mihi inflāt, ꝑdicationibus, admonitionibus reprehēsionibusq; suis, non sufficiūt ad regelandā animā meā q̄ est arcta, & peccati frigore rigida. Sed tu Domine ignis immensæ efficaciæ, & sol iustitiæ ipsā regela, & amplia, eā q̄ue ab oī iniquitate abstrahe, ut tuorū donorū ac gratiarū liquore possit adimpleri.

16 Cępit diuinus Magister parabolā exponere, dicēs: *Semē est verbū Dei.* Quia semē in se fructū uirtualiter continet & ꝑcipuus sator, qui exiuit ad serendū hoc semē fuit ipse Iesus Christus filius Dei, q ut illud seminaret sanguine sudauit. O diuine agricola, q ad excolendū agrū boues non q̄siisti: sed ꝑfractis, & laceratis humeris tuis aratrū crucis imposuisti. Sed est ualdè dolendū, q cū tā peritus esset sator, & semē tam fructiferū triplex illi accidit infortunium. Pars n. seminis in uia cecidit, &c. O uerbū sanctū quare nullū affectū producis? qa excidis in uia. Terra itineris dicunt homines positi in occasionibus, q sunt iter absq. ualo, q quilibet pōt cōterere, homines absq. timore Dei, q occasiones non fugiunt, sed potius directe eas inquirunt. Q̄n Dina filia Iacob exiuit ad uidēdos agros Sichē ut ī illis delectaret, arbitrata est ibi ꝑter fœminas esse neminē, cū tn essent homines ét, & ita uirginitatis thesaurū amisit. Sic multæ fœminæ, exeūt domo, arbitrātes solas mulieres se uisuras esse, & posteà uidēt homines, & tales, q sufficiunt ad eas pdendas. Q̄d si hoc accidit ijs q exeūt cū bona intētione, qd erit illis, q ad nihil aliud exeūt, q̄ ad q̄rēdā iniquitatē; Dixit Deus Hebræis. Cauete ne ascēdatis in montē neq. tēgatis fines illius, omnis q tetigerit montē, morte, moriatur. Mirabile quidē est Deum præcipere ne digito quidē tangatur mons, & omnis qui tetigerit morte moriatur. Et causa est, quia intelligit Deus nostrā naturā, scit q̄ue q si ponatur in occasione statim labī, & ideo non solū præcipit ne montē ascendant, sed ne illū digito attingant, sciebat enim, q posquam digito tetigissēnt manu ēt tacturi erant, & postea pede, & paulatim tandē fore, ut ascenderent ad montē ad intuendam maiestatē Dei quā tunc soli Moy si manifestare uolebat. In his oībus significauit, q obijciens sese quis occasioni, obijcit se initio omnis inobedientiæ Verbum diuinū, q cadit in homines huiuscemodi, postquā cecidit & auditū est. *Venit diabolus & illud ab eorū cordibus extrahit, ne forte ti lud credēte, salui fiāt.* Perpēdit diligēter, q nō ait Dns, Dæmonē auferre uerbū ab itel lectu, uel à sensibus. Parū enim refert diabolo quod uerbū diuinū per aures ingrediatur, lingua ꝑferatur, & intellectu imaginē, nisi radicitus cordi per affectum affixū sit. Sæpe potius illud in memoriā homini reuocat cum vult peccare, ut grauius delinquat, sic, cū uellet Euā decipere, illi in mentē reuocauit præceptū Dñi, dicens, cur ꝑcedit uobis Dns, &c. Ne forte postea ignorantiam, obliuionemve prætenderet, Itaq. qd maximè intendit, est uerbū auferre & delere ne diu in corde tuo maneat, & eius amore capiaris. Quāobrē fratres mei, diligēter curare debemus, diuina uerba in intimo cordis nri recondita cōseruare, sic faciebat Dauid cū dicebat. In corde meo abscondi eloquia tua ut nō peccē tibi. Q̄d ualdè amamus, in corde locamus, & ibi repositū non possumus obliuioni facilè tradere. Diuinæ legis & Dei sermonū simus ardētissimi amatores, hoc est. n. illū in corde reponere. Hoc mō etiā ꝑcipiebant diuina eloquia illi, qbus scribebat D. Paulus, dicens: Epistola estis Christi ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis, itaque uerba beati Pauli, & Iesu Christi ī intimo cordis scribebāt, & illa in eorum animis assidebant, ipsiq̄ eorū amore tenebantur.

Gen. 34.

17

Exo. 19.

Gene. 2.

Psal. 118.

2. Cor. 3.

Secunda pars cecidit inter lapides, & hi sunt, q exteriori aspectu sancti apparēt, interius uerò pleni sūt odijs, simultate & duritie: hos plorabat D. Paulus, dicēs: Cauteriatā cōscientię habētes. Hac metaphora denotat, q quemadmodū illas pars carnis

1. Tim. 4.

quæ

quę est cauteriata, manet dura & insensibilis: sic hi omnem spiritualem sensum amiserunt. Q̄n aliqua tabes est obdurata apponi solet illi aliquid blandimenti ut molliatur.

Simile. Si sentitis fratres tabefacta corda & obdurata, curate eis mollities apponere & Deū rogare ut corda lapidea à uobis auferat. Mōte reuoluite tormēta, uerbera, & vulnera, q̄ dulcissimus Iesus ꝑ vobis ꝑpessus est: & si hoc nō sufficit recordamini durissima tormēta q̄ uos in inferno manent, recordamini quantū ꝑ peccatū amittitis, uisionē, scilicet, & societatē beatificā Dei, qua in ꝑpetuum fruituri essetis. O quam admirabilia & efficatia unguenta hęc: miserum cor, quod his non mollefit.

Simile. Tertia pars cecidit iter spinas. Spinas uocat Dns diuitias, q̄ aīam icūt, stimulāt: & a gūt q si uobis ñ uidentē spinę eo q uoluptati nūc sint, non minor, nā q spinas manicis ferris colligit q̄tūcūq; uepres acuti sint nō ei nocebūt: sit ēt cor idutū auaritia & ambitione coopertū nō sētit molestias, & solicitudines, quasterrena oia secū afferūt, non

23 .n. eas molestias existimat, sed nō ideò desinūt esse spinę. Et tu ambitiose, & auare, es rubus quidā, q lanā ouiū ad te accedentiū apprehēdis & tonsas demittis, & sępe excoriatas, & plerunq; mortuas. Verum sæpè cō

Simile. tingit, ut cū pastor diligens aduertit in aliquo amœno pabulo rubum esse ouilis lanæ plenū, iratus torrē arripiat, & eū spinis applicet, ut cōcrementē. Tales sunt hi potētes, qui pauperes affligūt, & mō uineas, mō domos ipsorū diripiunt, quousque eos oībus suis spolient. Sed diminus Pastor cū harum iniuriarū, quibus miseri afficiunt, non obliuiscatur: q̄n minus arbitrati fuerint eos in ęternū comburet. Scriptū est enim, potētes potenter tormenta patientur. Euellite ergo hos uepres, & abstrahite has solicitudines, & curas inanes si ualtis, vt uerbum di

Sap. 6. uinū uobis proficiat: terra bona. *Hi sunt, qui*

24 *in corde bono & optimo audientes uerbū &c.* Corde bono sunt homines bonæ indolis, benè morati, qd ad salutē aīę requiritur, & non solū habēt hoc ex natura, sed optimo, ideſt, sunt homines uirtutibus exornati, &

1. Cor. 1. bonis moribus imbuti in his tanq̄ in terra optime dispositā uerbum Dei radices agit fructū afferūt in patientia. Hoc dicit, quia ad ferendū fructum opus est patientia. Ideo D. Paulus appellat uerbum Dei, uerbū crucis: hoc illi nomē tribuit, non solū q annuntiat nobis salutē humani generis ꝑ crucē factā fuisse, sed ēt, quia idē verbū secū affert crucē, & docet grauia & molesta operari, ad q̄ necessaria est patientia: sicut qui seminat sudat & laborat, nec ilico fructum percipit, sed patienter fert, sperans se suo tēpore collecturū esse: ut ait D. Paulus de Abrahā, q longanimiter ferens adeptus est repromissionē. Ob hanc cām, cum S. Ioannes uidit multitudinē illā spirituū beatorū, quam di numerare nemo poterant, & interrogauit Angelū, quæ nā esset gēs illa: cui Angelus respondit: isti sunt, qui uenerunt ex magna tribulatione & lauerunt stolas suas in sanguine Agni, non erant oēs martyres: multi enim ibi erant & confessores, & uirgines, & alia plurima sanctorū genera, & non me minit, nisi, quia uenerunt ex magna tribulatione, qui patienter tulerunt oēs aduersitates, q̄ illis obiectæ sunt: alia multa uirtutū opera executi fuerāt, sed uoluit eos ea virtute nuncupare, q̄ ad oēs alias est necessaria Dominus illā nobis (q̄ ipsius est misericordia) concedat, ut cū ea cęlesti gratia cōparata ad æternæ: beatitudinis fructū pcipiendum peruenire mereamur? ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Hebr. 6.

Apoc. 7.

Dominica in Quinquagesimā.

Assumpsit Iesus duodecim discipulos suos secretò. &c. Luc. 18.

1 IN hoc uerbo, secretò, nos diuini Magister docet, quo secretò nostras sanctas intētiones exequi, & quibus eas reuelare debeam⁹. Si Deus in corde tuo inserit ut mundum relinquas, & aliquā perfectam uiuendi rationem amplectaris, id uiris Apostolicis: & uirtute prædītis communices. Cato. Censorius affirmabat trium se pœnitere, quotiescunque ea committebat. Primum erat mari nauigare, cum posset terra iter facere. Secundum, qd diē aliquem otiosum prēterijsset. Tertiū, quod arcanum suum aliquibus detexisset: Fuluius Romanus reuelauit uxori suæ magnum arcanum, quod ei dixerat Imperator, ipsa uerò cùm retinere illud non potuisset, atque ad Imperatoris aures deuenisset grauiter Fuluium puniuit, ipse uerò diffidens proposuit, ut se interficeret, quod cum coniugi 3 dixisset, illa respōdit: Mentò te hoc supplicio punies, siquidem possītot annos lentatem

tem meam non expertus es, quod si expertus fueras, qa ei fisus es. Verũ etsi tu prior in culpa fuisti, ego in pœna prior esse volo: & hæc dicens, se interfecit, & post eã uiri eius. O quot, etsi non moriũtur morte corporali, spirituali tandem interitu pereunt, & in maxima pericula deueniunt, aut magnas virtutes nõ exequuntur, eo quod cordis suis secreta, quibus nõ debuerant, reuelarint. Quo circà etsi omnibus amicos uos
3 esse oportet, paucos tamen secretarios & cordis vestri quæstores conuenit habere:
Eccl.6. vt docet Spiritus Sanctus, dicens: Mille pacifici sint tibi, consiliarius autem vnus de mille, &c. Arcanum igitur tam secretum, quod Dominus discipulis reuelauit, fuit, se ire Ierusalem ad crucifigẽdum. *Ecce ascendimus Hierosolymam.* Mori voluit Hierosolymæ, quia nullibi potuit necessaria nequitia reperiri ad crucifigendam summam probitatem quæ in Christo erat, præterquã ibi. Quia inuidia nullum inter dispares locum habet, sed inter eos, q, suo videri, sunt ęquales. Homo dissolutus, & vitæ immoderatus, non solet cum eo cõpetere, qui in perfecto sanctitatis gradu degit, nec abiectus & debilis cũ potentissimo cõ
4 tendit. Perfectio Christi Redemptoris nostri tanta fuit, vt nullis malè videri posset præterquã ijs, qui sanctitatis speciem præ se ferebant, eius potestas, ita miraculorum admiratione confirmata erat, ut necesse esset maxima potentia, quæ ei auderet opponi, & quia Hierosolymis erãt homines ita superbi, & (ut sibi uidebantur) sapientes & malitia pleni, ut sibi persuadere possent cum hoc summo bono competere, ideò illic eius mors orta est, ibique Christus Iesus, nostri amore victus uitam pro nobis voluit relinquere. Secũdo mori ibi voluit, vt patientiæ suæ magnitudini faueret, iniuriæ enim publicæ, & in locis honestis maiorem exigunt patientiam, quam secretę, aut in locis priuatis acceptæ.

Cum ergo de sua morte Dominus noster ageret, est valdè notãdũ qũo statim subdidit. *Et tertia die resurget.* Et hoc fecit ut responderet calũniæ, q ei posset obijci. Ad hoc intelligendũ necesse est illa verba B.
5 Pauli intelligere. Dicit. n. vt qd. n. Christus,
Rom.5. cũ adhuc infirmi essemus, pro impijs mortuus est, & statim inferius ait. Cum adhuc peccatores essemus, fm tempus Christus, p nobis mortuus est. Et inferius ait. Cũ inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortẽ filij eius. In his quatuor verbis nobis ponit Sanctus Paulus quatuor titulos miserrimos, scilicet, infirmi, impii, peccatores, & inimici. Vt itelligẽtes significationes horũ nominũ cognoscamus quales simus, cũ in peccatis existimus. Infirmi, significat debilitatẽ in q̃ incidit hõ per culpam, quia amittit robur animæ, q̃ est gratia, quæ aiam corroborat, & aliquomõ participem facit Dij oĩpotentiæ, ut ostendit idẽ Apostolus, cũ dixit. Oĩa posſũ in eo, q me cõfortat, & 6
sic nos monuit, Confortamini in Dño & in Ephe.6.
potẽtia uirtutis eius. Et sic hõ sine uirtute & gratia est debilissimus, & quocunq; ictu huc, atq; illuc attrahitur. Impii dicunt quia nõ habent illã debitã obedientiã, & humilitatẽ erga diuinã uoluntatem, tenetur nãque hõ subijcere se diuinæ uoluntati tanq̃ regulæ infallibili, & nostrorũ actuũ moderatrici, & qui uoluntatem suam diuinę prę fert, præcipuè in his, quæ attinent ad religionẽ dicitur impius. Dicũtur peccatores, quia operantur cõtra rectitudinẽ mentis suæ ac rationis, & cũ homo in omni culpa ab hac rectitudine recedat, dicitur peccare in rationem innatam. Et hoc significat. qđ S. Paulus dixit. Omne, quod nõ est ex fide,
Ro.14. id est per fidelitatẽ rationis illuminantis &
7 docẽtis peccatum est. Appellãtur inimici, quia veræ amicitiæ leges violãt, quas Deo debent seruare. Et cũ tales essemus exaggerat Beatus Paulus, q̃ p nobis mortuus est, & quod hic ad nostrũ propositũ pertinet, est, quod loquens de hac sancta morte toties hic repetit Apostolus hoc verbum, secundum tempus quod ad idem propositũ dirigitur, ad quod dixit Dominus noster, Tertia die resurgam. Et opprobrium, quod cum eo cuitatur, est respondere ad illud, quod poterat dici. Prudẽtia, quę animæ est oculus docet, minus pro pluri in periculo ponendum, dare quod ualet mille, p eo, quod ualet duo, nõ est prudentia. Opponẽs igitur Iesus Christus uerus filius Dei uitã suam, (quæ etiã in quantum hominis est, qđ sit uita humanitatis unitæ cum diuinitate excellẽtior est oĩbus creaturis (imo) ut
8 D. Thom.
ait S. Thomas. Gratia hoĩs iusti maioris est 1.2.q.113.
p tii q̃ totus terrarũ orbis), p redemptione art.9.
nostra, posuit q, est mai^s, p eo, q, ẽ min^s, q, iuxta supra dictũ uidet imprudẽtię factum.

Ad hoc dubium respondet D. Paul^s, qđ absolutè non daret Dominus noster Iesus Chri-

Christus uitã suã p humana salute, nisi eã recuperaturus esset, sed dedit illã secundũ temp^s illis tribus dieb^s tantũ. Et ad eandẽ difficultatẽ respõdens hic affirmat summa prudentia, & æterna sapientia, Tertia die resurgã. Pensate diligenter super omnia fratres mei, quomodo hic fidelissim^s amic^s noster cùm ageret de suis ignominijs, eas
9 tã copiosè refert, gloriosã uerò resurrectio
Luc.2. nẽ uno uerbo claudit. Idẽ reperietis apud Euangelistas, q tã breuiter hui^s sãctissimi Domini honores coprehẽderũt ut dictu sit admirabile, ut narrẽt lætitiã, & cantũ, q in eius natiuitate excitatus fuit nno uerbo cõprehendũt, dicẽtes: Facta est cũ Angelo multitudo militię cœlestis laudantiũ Deũ, & dicentiũ: Gloria i altissimis Deo. Illũ tã admirabilẽ Regũ aduentũ breuissimè narrant. & procidentes adorauerunt eũ. Ineffabilẽ transfigurationẽ uno uerbo etiã scripserũt: & transfiguratus est ante eos. Trium phantẽ ascensionẽ, quã paucis uerbis mundo manifestarunt? Et Domin^s quidẽ Iesus assumpt^s est i cælũ. Et nõ ampli^s. Ad ei^s uerò passionẽ enarrãdã, ita calamos amplia
10 runt, ut nec clauos, nec spinas, nec uerbe
ra, nec alapas pertermiserint, quod si qd siluerunt, fuit ut illud fidelũ cõtemplationi relinquerent. Et alia multa blasphemãtes, dixit unus, in his plurima recludens, quæ prudentes & religiosi possunt contemplari in oĩbus his ostẽditur nobis immensus amor, quo dulcissimus filius Dei p nobis passus est, & q hæc omnia tanquã honorificentissimũ triumphũ & ampliſſimã gloriã æstimat, & de his agit, & copiosissimè uult agatur, ut cognoscamus quantũ ei debeamus. O dulcissime Iesu, suauissime hominum amator, adeò p eis mori gauisus fuisti: ut
nõ modo uelis q̃ passionẽ tuã p dicemus?
11 sed si qd ex tua diuina clementia impetrandũ est, uis ut petat p crucẽ & passionẽ tuã, per mortẽ & sepulturã tuã. Voluit hic pusillimus & ardentissim^s amator noster, ut i sua Ecclesia essent sanctę quædã cõiurationes, quibus ipsũ ad nos allicere possemus. Per nirginales lachrymas tuę sanctissimæ matris, p sãctã mortẽ tuã libera nos Domine: nõne (uideri nostro) hæc ilultitia est? Si hic esset aliquis sanctæ Inquisitionis sentẽtia dãnatus, & ab eo aliquid petitur^s esse, & diceres: Domine p illã calumniam, qua Simile. Pinciæ affect^s es, te rogo ut hoc mea causa facias. O sancte Deus magna hæc amentia: uideret, Domine p illas cõtumelias, quas ppessus es cũ p uias publicas in oppriã trahebaris. Ah, fratres ex hoc profecto colligetis, quãtũ huic optimo Domino debeamus, qui præcipuũ ritulũ honoris sui hanc esse duxit, scilicet, q̃ p nobis passus fuerit. Ac sic nõ est dementia, sed potiùs infallibilis amoris signũ. Velle Deũ ut his illum commorationibus excitemus, est ut dicitis
12 familiari uestro p uitã rei potius tibi dilectæ. Sic est dicere Deo p mortẽ & passionẽ tuã. Ideò dicit. S. Paulus in uerbis quæ superius explicuimus: cõmendat autẽ charitatẽ suã De^s. Modo uolo explicare hanc considerationẽ Sancti Pauli, si essent duo amici, quorũ alter maximũ delictũ cõmisit, & cũ lateret iam prope esset ut in manus iudicis incideret, accipiens uerò alter-
amicus eius uestes, à iudice comprehẽdere Simile.
tur q innocẽtẽ capite damnaret si posteà delinquens eũ uideret p uias publicas ignominiosè tractũ, & eius uicẽ nõ doleret, prę sertim cũ ipse, amici mortis fuerit causa, quo corde esset tam duro? si uerò non solũ nõ doleret, sed per uiã post eũ uociferans iret, & nõ hoc solùm, uerùm carnifices excitaret, ut illum uehementiùs contorquerent, si autem his omnibus nondum con-
tentus se carnificem faceret, in eũ uiolen- 13
tas inferret manus, amicus uerò patiens eum intueretur, & ipse patientem uideret, & si patiens crimen detegat se possit liberare, & alium cõdemnare, & tamen tacet & alterius delictum soluit ne ille pereat, non omnes hoc exemplum mirarentur? Is utiq; es tu peccator, & ego, & omnes, & nedum minima ex partes res ut acta est declaratur, hoc autem ita se habet, & hęc cõsideratio non est mea, sed Sancti Pauli, qa tu quantum ex te est, modò illum crucifigis & alios excitas ut crucifigant, siquidẽ eos ad ludendum inducis, ad delectationem moues, & uindictam illis persuades 14
& ut alia multa crimina committant compellis. Et pro eo q hoc facit passus est Christus Iesus summum bonum nostrũ & hoc est cum adhuc inimici essemus. Sed secundum tempus quia tertia die resurgam.

Est etiam dignum maxima consideratione, uidere quòd non fistir Dominus noster patiẽtissimus in uno labore, sed gradatim ex uno in altetum progreditur. *Tradetur, illudetur, flagellabitur, conſpuetur.* Facit gradus pœnarum, p quos ad mortẽ descendit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scendit ad hoīs miseri salutem: hō contra
non in uno peccato sistit sed gradus etiam
facit peccatorū, ut descendat ad infernum.
Simile. Qui ponit pedes super pistillū, positum in
principio scalarum: difficilime retinebitur,
quin usq; ad finem procidat, & caput infrin
gat. Vita peccatrix & sceleribus coinquina-
ta, sunt scalę ad descendendū in infernum,
& occasio peccati est pistillus. Malum offi-
15 ciū, malus modus uiuēdi, mala cōuersatio
est quid labile, uelut pistillus: ponis in eo
pedes & ad malum munus affectū applicas
& mala familiaritate delectaris: difficile
erit te nō præcipitari per has scalas usq; in
infernū. Graue malū est te occasioni obii-
cere, & uni peccato aditū patefacere, cū. n.
in hoc sis, uix cōtineri poteris quin in alia
Rom. 7. plura incidas, ut. n. dicit Diuus Paulus, pec
catū operatum est in me oēm concupiscen
tiam: peccatum. i. semel operatū hoc facit
aīam labi. Videte in filiis Iacob, qui ex in-
uidia, in odiū fratris sui descenderūt & ex
odio in cōtumeliosa uerba deuenerunt, ec
ce somniator uenit & postea rabiosa morte
uolunt eū interficere, ut rabie & fame in la
Gen. 39. cu pereat, & postea (dicit sacratus textus:)
sedentes ut comederēt panē. Attendite du
ritiem cordis tyrannorū: postquā tam im-
manem & horrendā crudelitatē patrarunt,
16 accedunt ad conuiuiū tanquā gaudētes ma
lo, quod fecerant. Hoc facis tu infelix pec-
cator, q postquā tot insulta cōmisisti, tām
lętus & securus manes, & ad mēsam sedes,
& in lecto recūbis tam quietus, acsi contra
Deū aliquem ligneū, uel marmoreum pec
cauisses, qui nec uidet nec intelligit. O im-
manē amentiā ò maledictā cæcitatem ò cę
li, ò terra, ò creaturæ insensibiles obstupe-
scite tanta insensibilitate. O fratres cordis
mei per uiscera Dei uos rogo ut uestri ip-
sorum misereamini, & ne in tam crudele
præcipitium deueniatis.

Cum Dns noster Iesꝰ Christus iter face
17 ret cū illa turba, dicit sanctū Euangeliū q,
Cum appropinquaret Hierico, cæcus quidā &c.
Cęcus q erat ꝓpè uiā ut audiuit tumultū
ueniētiū, interrogauit propinquiores: q nā
hic est tumultus? cui rnderunt, uenit maxi
mus ille Propheta: maximus ille Iesus Na-
zarenus, ille maximus prædicator. Tūc cę-
pit exclamare dicēs: *Iesu fili Dauid, &c. Et increpabant eū ut taceret.* Impediebat. n.
eos quomin⁹ diuina uerba, q cœlestis Ma-
gister in itinere dicebat, audirēt. O quā ne-
ce esse esset modò increpare multos, qui per
uias uociferātur, & perturbāt seruos Dei, q
sunt in suis angulis & sacrariis in oratione,
& q in huius ipsius Dñi cōuersatione com
morantur, ea ꝓp coniurabat sponsus filias
Hierusalē dicens: Adiuro uos filiæ Hieru-
salē per capreas, ceruosq; camporū ne su- Cant. 3.
sciteris, neq; euigilare faciatis dilectā do-
nec ipsa uelit. Adiurat per bestias irrōnales
ac significet, peiores esse bestiis, q ita uo-
ciferant & seruos Dei impediūt, qđ non fa 18
ciūt belluæ q̄ si rugiunt, sunt in montibus,
ubi nemini officiunt. Sed qd erit, si uocife-
rationes, quas extollunt, sunt turpes & im
mundæ, q̄bus aerā corrūpant, quāto magis Psalm. 16
aures famulorū Dei? ut hoc malū fugeret
dicebat Dauid: ut non loquaī os meū ope
ra hoium ꝓp uerba labiorū tuorum ego cu
stodiui uias duras. Opera hoium. Si accipiī 1. Cor. 5.
hic hō, ut, Nonne hoies estis, i. carnales &
peccatores? Et horū opera, ne proferri qdē Ephe. 5.
debent, ut B. Paulus dicit: Ois immunditia
nec noletur in uobis. Vt me continerē) ait
Dauid) ne loquerer uerba iniqua, quia tu
præcipis Dñe asperis exercitiis occupabar,
& apetitui duris intendebā. Per hoc signi-
ficare uolo fratres, qđ si essetis pęnitentes,
& asperè corpus uestrū tractareris, non essi
ceremini deprauationis uestræ ꝓcones ue- 19
stris metipsis linguis: Hic cæcus, quia erat
iuxta uiā adeptus est salutē, q. si ꝓcul esset
non audiret tumultū, nec sciret, qs pertran
siret, & ita, quod adeptus est, impetrare nō
posset. Maximū bonū est siquidē non est in
uia, cū sis cæcus iuxta iter esse per qđ trasit
Deus. Quòd sis cæcus, commorans in pec- Soph. 1.
cato sacra scriptura affirmat. Ambulabunt Iudi. 16.
cæci, quia Domino peccauerunt. Nemo suf
ficeret ad alligandum Sansonem tanquam
iumentum, nec ad molam posset cogere ni
si prius oculos euulsissent, quis putas fra-
ter te ad molam deuincit, & compellit, ut
mūdo, & eius abiectioni seruias, nisi, quod- 20
habes cæcitatis capitium? non sufficerent
compedes ad retinendum accipitrem in
pertica, nisi capitio tegeretur, quidcunque
uideret, nisi hoc uelaretur, eum faceret re-
uolare, etiam cum periculo lacerandi se.
Putas ne diabolum posse uinctū te in uno Simile.
uitio retinere quin fugeres, aut delectatio-
num compedes sufficere, ut in tam pericu-
loso statu quietum te reddant, nisi q. es cæ-
cus? Non profectò. Ideo quod prius facit
diabolus & peccatū, est mētem obcæcare.

Pec-

Peccator ergo cæce accede propè iter. Præ
dicationes audire, libros sanctos legere,
cū seruis Dei cōuersari. Hæc est uia, quā ꝓ
terit Dominus, accede ad eā, de his ager, &
si in peccato sis & hinc expergiscetur cor
tuū ad ꝓclamandum & exorandam miseri
cordiā à Deo. Et confide qa audieris tanq̄
22 cęcus hic quem cum audisset bonus Iesus
Stans iussit adduci ad se &c. Et eū accessis-
set cęcus ad Dūm Iesū Christū, dixit ei mi
tissimè. *Qui? tibi uis faciā?* O benedict⁹ talis
Deus. Benedicta talis clementia, Benedicta
fit Dñe mi lingua tua, & os tuū quo tā glo
riosum uerbū locutus fuisti. Eia peccator,
vide qūo te expectat Dominus & pius Ie-
sus, misericordiæ uocibus te uocans, uide
22 illum sic stantem illa sacrosancta hostia
ad tuam salutem. Si daret Cain in inferno
cōmoranti hęc libertas, qd faceret? Si Ab
salon, aut alius ex damnatis tantā libertatē
haberet, quantā tu habes ad implorandam
misericordiam, qūo eam implorarent? qd
igitur facis miser? ingredere in petrā, & ab
scondere in fossa humo à facie timoris Do
23 mini, & gloria maiestatis eius. Confuge ad
Simile. petrā Christum, recludere in eius diuinis
uulneribus, sicut delinquētes solēt q̄rere la
tebras ubi solent latere, aut solent cōfuge-
re ad domū alicuius potentis, q. eos tueaī.
Cōfuge ad sanctissimā humanitatē, q̄ diui-
nitatis est domus, hic protegeris à terribi-
li iustitia gloriosæ maiestatis. Vis? aut non
vis? quid expectas? Dic cū cęco, Domine ut
uideam, & adiura eum ꝓ eius mortem, & ꝓ
amorem, quo passus est, quia hoc est myste
rium, qđ hic reuelatur qđ cùm Dominus
de morte sua ageret petit cæcus uisum, &
impetrauit. Sed proh dolor, nos è contrà fa
Simile. cimus, qa mō cum agit sancta Ecclesia de
morte sui spōsi sacratissimi magis obcæca
mur. Si reperiret paterfamiliàs ita solicit⁹
boni filiorū suorū, & augendi diuitias, q cū
ad hunc finē, aliquò iter faceret, & cùm ꝓ-
teriret aliq̄ ciuitatem cùmq; alter ac erat
crederetur, à iudice teneī & uapularet: &
tādē suspēderēī, si hic ꝓ literas certiores fa
ceret filios suos, si uerò ipsi, quo die literas
acceperunt, nullū dolorem ostēderent, sed
fer parui facientes id, ad ludū & conuiuiū
ꝓperarent, q̄d de iā impijs filijs diceretis?
O Rex cælestis, Pater noster tā solicitus, q.
ut primogenituā tuā adaugeret, uias aspe
ras redemptionis cucurrit, & alius, ac erat
existimatus, necromāticus. n. & tumultuo
sus, & populorū concitator dicebaī flagella
tus, crucifixus q̄; est. Scribatur (ait hic pijssi-
mus Dominus) epistola ad filios meos, &
narrenī illis omnia, q. mihi contigerunt, cū
eis seruirem, & hæc epistola illis legatur.
O Euangeliū Dei, qđ est epistola Patris no
stri Iesu Christi, hæc nobis hodie legitur:
tu uerò peccator audita epistola de morte
patris tui, hinc exis, ut eas ad nimis eden-
dū, ad ludendū, & ad alia plurima imperti
nentia facienda? quid speras homo ꝓ tali
ingratitudine? hodie etsi cęcus esset uisum
debuisses recuperare, & facis cōtra, qa mul
to plus obcæcaris. Quò pōt amplius homi
num nequitia puenire? Aduertite ergo fra
tres mei, qa ad refrænandā dissolutionem
horū dierū nobis ꝓponit Ecclesia hoc Euā
gelium. Cum inflāmatus est ardentissimus
ignis postquā multa aqua illi iniecta est, & Simile.
parietes sunt iā diruti, cū aduertiī nihil suf
ficere ad illū extinguendū, sed potiùs ipsū
magis incitari, ultimū remedium est afferri
sanctissimū sacramentum, sic videns sancta
Ecclesia ignē edendi, bibendi, iocandi, & ꝓ
sonarum q hoc maxime tempore concita-
tur, q. nec uerbi diuini aqua pōt extingui,
nec parietum dirutione, q̄ est ꝓpinquorū
& amicorū mors, ꝓtrahit Christum crucifi
xū, illusum & mortuū, cum uocibus, ut ui-
deat, si ꝓderit. Vtinā sufficiat hoc. Ego heri
hoc considerabam, Vah qui tumultus? q̄ uo
ces, & sonitus? quæ lætitia, & quare? repor- 24
tarunt ne Christani, aliq̄ uictoriam de in-
fidelibus? Reducti sunt hæretici, conuersa
sunt aliquot regna ad fidem Domini nostri
Iesu Christi? non, sed qa Christianos uocat
Deus ad pœnitentiā, uolunt priùs tradi dia
bolo, nè posteà, eā possint facere ut debent.
Pudeat uos fratres mei tantæ perturbatio 25
nis, recolligimini cum consideratione ea-
rum rerum, quæ in hoc Euangelio agun-
tur: ut Dominus uobis gratiā suam largia-
tur, qua gloriam consequamini, ad quam
nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria quarta Cinerum.

Cum ieiunatis nolite fieri sicut hypo- 26
critę tristes, &c. Matth. 6.

VOlens Deus educere populū suū à
crudelissima Ægypti captiuitate ap
paruit famulo suo Moysi, & hoc negotium

cum

cum eo egit, vt hęc Hebræis nuntiaret, & cū rege Pharaone de libertate ageret. Vir sanctus videns quam laboriosum & difficile munus sibi cōmitteretur, dixit Deo: Nō credent mihi, nec audient vocem meam, Exod.4. sed dicent: nō apparuit tibi Dominus: Nec populus (inquit) credet te apparuisse mihi, 2 nec rex Pharao me aliqd æstimabit. Deus ut Moysi fidē faceret illos suis verbis credituros esse, tria illi signa dedit ad approbationem sui misterij, inter q̄ unum fuit, quòd aquā in sanguinem cōuerteret. Aliud excellentius beneficium intendit Deus in nos conferre in hoc sancto tempore, quòd ut abstraheret nos à peccati captiuitate & 3 tenebris, & mittit concionatorem qui uobis hos bonos nuncios afferat, & iter pate faciat, quo ex hac miserrima seruitute exitur, & præcipit ut in excutione sui officij, aquas intendat in sanguinē uertere. Aquæ Apo.17. sunt populi, ut i Apoc. Aquæ multæ, populi multi, &c. Hæ aquæ in sanguinem, & pe- 4 nitentiā, & in uiuā memoriā mortis Iesu Christi commutandæ sunt. Et quanquam officium, hoc est, difficile & laboriosum, & qđ timeat exequi: excellentissimus quisq; Exod.3. in confortari debet his verbis, q̄ dixit Do- Exod.4. minus ad Moysen. Ego ero tecum & inferius. Ego ero i ore tuo. Hæc spe incipimus p̄dicatores plerunq; orantes Deū, ut adimpleat p̄missionem, q̄ fecit, cū dixit. Dabo uobis os & sapientiā. Non mō hoc rogabat Beatus Paulus, sed fidelibus cōmendabat, Ephe.6. ut feruentissimè a diuina Maiestate peterent, dicens: Per omnem orationem, & obsecrationem orantes oī tempore in spiritu, & in ipso vigilantes in omni instantia & obsecratione pro oībus sanctis: & pro me: ut detur mihi sermo in apertione oris mei, cū fiducia notum facere mysteriom Euangelij, p quo legatione fungor in cathena ista, ita ut in ipso audiā prout oportet me loqui, &c. Vah q̄ tantæ exaggerationes. Necessarissimū negotium oportet esse, qđ p̄dicator habeat uenustatē, & robur, ut sine humano timore p̄dicet, & syncere ueritates annuntiet: qñ quidē Sanctus Apostolus tā exaggerate, & tot uerbis cōmendat, ut orent, & supplicent omni tempore, & cum magno spiritu, ut sibi cōcedat Dominus audaciam: qñ os sum aperuerit, ut reprehensionē non dissimulet, & admonitionē mundo necessariā explanet. Vnunqđ que uerbū ex eis, quæ B. Apostolus suprà dixit, est dignissimū magna consideratione, & oīa nobis seruiunt, ut nosmetipsos q̄ sumus p̄dicatores excitemus ad ea petenda, quæ ipse rogabat, q̄ nō tot dona, quot hic diuinus uir, accepimus, uobis auditoribus commendantes, ut eadem cura, qua ip se uolebat nobis faueatis.

Ex supradictis patet officiū nostrū esse cū uertere aquas q̄ sunt populi, i sanguinē pę nitētiæ. Ob hoc nobis p̄ponit sācta Ecclesia hoc sacratū Euāgeliū, in quo noster diuinus Magister Iesus Christus nos monet dicens: *Cū ieiunatis nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.* Nō p̄hibet hic Dñs noster Iesus Christus uerā tristitiā, q̄ pro peccatis habere debemus: sed sictā hypocritarū maceriē uetat, & siquidem oēs peccauimus, rationi cōsentaneū est ut hac uera tristitia afficiamur, qua afficiebatur D. Paulus, ut illis tā notabilibus uerbis expressit, dicens: Veritatē dico in Christo Iesu, nō mentior testimoniū mihi p̄hibente conscientia mea in Spiritu sācto: qñ tristitiam mihi magna est, & continuus dolor cordi meo, optabā.n.ego ipse anathema esse à Christo p̄ fratib. meis, q̄ sunt cognati mei ſm carnem. Attēdite, quot iuramentis uobis affirmat magnā & continuā tristitiā cordis sui, qñ dicit p Iesum Christū, per conscientiā meā, & p Spiritum sanctū, uerū dico. Hoc primū ex hoc possumus haurire, q̄ iurare res maxime necessarias nō solū nō est peccatū, sed est actus maximę reuerētię, & adeo 5 rationis latriæ, & ideò ex se meritorius. Secūdo declaratur tēpus, & status, in quo Sāctus Paulus optauit anathema esse, videtur enim durū affirmare, qđ sanctus ita diuino Iesu Christi amore captus desideraret ab eo separari, & sic absque statuto tempore, præcipuè cùm summopere desideraret arctissimè huic diuino sponso uniri.

Cumque hoc desiderio maximè torque 6 retur, ut dixit ad Philippenses, Propter Christū oīa detrimentū feci, & arbitror ut stercora: ut Christū lucrifaciā, & inueniar cū illo. Perpendite attētissimè illud inueniar cum illo. Quō ergo compatitur, ut in tali conditione ab illo summo bono cuperet segregari. Legimus quidē, post eius conuersionem illū orasse, & cognatorum suorum conuersionem optasse, nunquā uerò 7 legimus, eum à Christo separari desiderasse, ut dixit ad Romanos. Fratres uoluntas quidē cordis mei, & obsecratio ad Deū fit Ro.10. pro

Phil.3.

Rom.9.

pro illis in salutem. Quapropter dicendum
D. Hiero. est iuxta sensum maximorum doctorum, &
super epis. præsertim Diui Hieronymi super epistolam
ad Ro. 9. ad Romanos, hæc uerba: Optabam ego, &c. Referenda est ad tempus ante eius conuersionem, & sic narrans affectum, quo fuit in Iudaismum, & Hebræos, & zelum traditionum paternarū, pp quod tantopere nomen
8 sanctum domini nostri Iesu Christi persequebatur, affirmat se cupere anathema esse
Galat. 1. ab eo, & ideò perpendit S. Hieron. quod dixit: Optabam ego anathema, &c. In præterito non dixit, opto nunc, sicut etiā ad Galat. dixit: Audistis conuersationem meā aliquādo in iudaismo, qm̄ supra modum persequebat Ecclesiam Dei, & sic hic dicit, quòd de-
9 fiderabat, ut illic, quòd persequebatur, uult dicere ita se pertinacem esse in illa affectione, ut diceret. O utinam mihi non accidat, quod alijs Hebręis contigit: qui ad Iesum Christum conuersi sunt. Vtinam ego ab eo, eiusque doctrina semper abhoream, ut defendam cognatos meos eorumque legem,
10 & statū. Et pp hoc tantum peccatum, tamq; abominabilem infidelitatem, ait modo post conuersionem se maximè contristari, & continuo, & intrinseco cordis dolore affici. Qui enim uere Deum amat, in dies magis ac magis contristatur, quòd in tam bonū Deū, ad dominum peccauerit. Ad imitationem igitur Beati Pauli consentaneum est, ut cu remus habere veram tristitiam, & non fictā, & cum ipsa ieiunemus, & corpora nostra mortificemus, & cū ieiunio multas uirtutes cumulemus ut hodierna epistola monet: Sanctificare ieiunium, &c. Vt sit ieiunium sanctum, scindite corda uestra, hoc enim q̄rit Deus, Arbitramini, cò quòd sitis tot horas ieiunātes, Deum magnopere delectari, ut fame pereatis? non, sed potius uult uos bonos esse, & ad hoc instituitur ieiunium.

Hoc autem difficilius est, & quasi impossibile, scilicet, mala consuetudine expoliari, non dico esse impossibile, sed difficillimū, Hier. 13. & hoc significauit Hiere. Si mutare poterit Æthiops pellem suam, & pardus uarietates suas, et uos poteritis benefacere, cùm didicerit malum. Etsi Aethiopem frices omni sapone Valentiæ, et omnia aqua maris illū laues, niger, tamen manebit: etsi Tigris quę multicolor, millies tonsa fuerit, eisdem cū coloribus lana remanebit: & si habes canos, & barbam radis, ut eos dissimules: post octo dies statim apparebunt, & statim radices p-

ferunt. Malus mos est mala radix, quæ inclinat ad opera, ex quibus ipsa germinata est, Aristo. de memo. et et dicere malè morato, ut consuetudinem reminisc. mutet, est ei præcipere aliquid quasi impos- ca. 2. et 7. sibile, idest, difficillimum. Quocirca ethic. c.10 dixit Aristoteles, Consuetudo est altera natura, idest consuetudo et natura, eandem, habent facultatem quamobrem debemus diligentissimè cauere in initio malorum, ne in malæ consuetudinis tyrannidem deueniremus, seruare modò hoc principium mihi, ad quod posteà dicturus sum. Anima et corpus sunt multum dispares, tā in essentia, quàm in operationibus, anima enim est spiritualis, at uerò corpus materiale, et grauidum, et quod anima uult corp⁹ renuit. Cum igitur hæc duo ita sint tàm disparia inter sese, quæ est causa quod est inter ea tanta amicitia? quod si anima est tristis, corpus arefit, si verò est læta, corpus est pulchrum et hilare, si corpus valet anima lætatur, et è contra. Denique nec anima a corpore, nec corpus ab anima uellet recedere, quid tam familiaria hæc duo reddit? cōsuetudo diuturnæ societatis, anima enim nunquam alibi fuit, nisi in corpore, nec corpus aliquid aliud cognouit, quod se animaret præter animam, et ideo tam intrinsecùs se diligunt.

Ex hac mutua beneuolentia solet animæ maximum detrimentum procedere. Habes Simile. amicum qui rogat te ut ipsum comiteris, ne 11 eius amicitiæ renūties, uadis cum eo, et ille cōmittit aliqđ crimen, cōtingit, ut pp amicum, tu in patibulo suspendaris: hoc miseræ animæ succedit. Quapropter D. Paulus di- Roma. 3. xit, si secām carnē vixeritis, moriemini, si seq mini, qđ caro exposcit, mortuos uos iudicate, qa ipsa ut plurimū aīam ad iniqua ducit. 12 Et hoc ēt sensit S. Paulus, cum dixit nō est Roma. 7. bonū in carne mea. Quid dicit Apostole gloriose? uideris philosophiæ regulas ignorare. Probitas, et nequitias in uoluntate sitę sūt, corpus uero expers est rationis et uoluntatis, ut actus bonos habeat, quare ergo con- 13 quereris? Si uideretis hominem in uia maxi- Simile. mo uulnere peusū, esset nè bonū, culpā in gladiū cōferre, et dicere, O quā malus gladius, quā atrox uuln⁹ intulit illi homini, nō p̄fecto, qa ensis nō fuit in culpa, sed hō, q̄ eū direxit, ut aliū percuteret. Sēsus exteriores de se non habent bonitatem, uel malitiam moralē, nam hoc est in anima, quare ergo dicis, nō est bonū in carne mea? In his omnib⁹

signi-

significat,quòd carnis deprauatio & rebellio non inclinat animam ad bonum aliqđ. Hinc affirmauit S.Tho.quod peccatũ est in parte sensitiua, & uocat peccatum,defectũ, quẽ habet corpus,q̃ se ad terrena & illicita inclinet:etsi malæ inclinationi mala additur consuetudo, maxima violentia & labor est necessarius,ut ab ea abstrahatur.Canis solitus ire ad necatorium ad lambendũ cruorẽ uix flagellatus poterit cohiberi, quin illùc eat.sic ad reddendum casũ & abstinens,luxuriosum & edax corpus, opus est ieiunijs, disciplinis,cilicijs, ut ita miseram animã ad perditionem non ferat.Fingunt poetæ:q̃ lu-
Simile. ctans Hercules cũ Gigãte Anteo filio Terrę, quotiescunque illũ humi prosternebat, assurgebat Gigas nouis uiribus cõtra eũ,& ratio erat,q̃ videns Terra filium suum humi deiectũ, cum nouo auxilio illi occurrebat.Aduertens Hercules hoc, dixit,non sic esse debet,si.n.sæpe hunc humi deijcio tot uiribus in me insurget,ut me superet,& sic eum a terra sustulit,& ita brachijs coarctauit,ut animam ab eius corpore abstraxerit, & Gigas superatus manserit.Quod ex hac fabula possumus elicere,uerissimè est,quod si in hoc luctamine,quod est inter animam & corpus,anima patitur corpus in terram incidere , & humi iacere edens, bibens, dormiens,& delicijs circundatum,semper nouas uires contra eã recuperabit,quibus ipsam perdat:remedium igitur est illud à terra tollere,fame,siti,ac pœnitentia, &c.vt D. Paulus dicit: Mortificate membra uestra,q̃ sunt super terram. Ista membra, quę tam terrena fertis, tamque fortia propter terrã mortificate ea,ne anima occidant. Piscis ille,qui cum sub aqua esset,uolebat Tobiã interficere à fluuio deductus debilis remansit Aufer carnem tuam, ac sensualitatẽ ab aqs uoluptatum,& experieris,quam cito mottificetur:si enim caro tua sub ipsis est,uiuum te uellet deuorare. Quòd si mihi non uis credere,incipe frater aliquos dies agere pœnitentiam. Filium prodigum fames ad domum patris sui reduxit,sic te fames & ieiunium per ostia Dei patris tui introducent.

D. Tho.1. quæ.74.ct art.3.

14

Coloss.3.

Tob. 6.

Luc. 15.

15

16

Simile. Sed quęretis,si tam necessarium est ieiunium, quare non dixit dñs, ieiunate;exp̃sè præcipiens?Dicite,si uidetis domibus uestris ignem applicatum , & eas undique cernitis inflammari,expectabitis , ut præcipiatur uobis,q̃ aquã iuijciatis,non profectò, uosmetipsi curam habetis. Tã accenso igitur sensualitatis igne,conscientiaque uestra tot partibus ęstuante, et corpore uestro in carbonem ignis conuerso,uos q̃ hæc sentitis et p̃ ditionem uestrã cernitis, quamuis ieiunij p̃ ceptum nõ esset:ipsa tñ naturalis admonet ratio,ut aquam infundatis, abstineatis,et ieiunetis,et ideo Christus dñs noster hic præsupponit tanquã necessariũ nos debere ieiunare,et nos docet modũ , sancta quoq; Ecclesia statuit sub p̃cepto tempus, in quo hoc ieiunium potissimũ fieri oporteat Maximã affert admirationem,q̃ de sanctis legimus,abstinentia, cui se dederunt, et pœnitentia quã egerunt,tu uerò carne et sangui ne plenus,statim excusationes quęris,quod es debilis,infirmus, quod dolet tibi caput. Deus autem omnia cõspicit,et quamuis sit, ut tu dicis, tamen oportet te confortari.

17

18

19

Deut.20

Præcipiebat Deus, ut quando filij Israel exirent ad bellum contra hostes suos appropinquante iã prelio,cum iam dimicare uellent,duces p̃ singulas turmas audiente exercitu proclamarent:Quis est homo, qui ædificauit domum nouã, et non dedicauit eã? uadat,et reuertatur in domum suã, ne fortè moriãt in bello, et alius dedicet eã.Quis est homo , cui plantauit uineam,et nondũ fecit eã esse cõem,et de qua uesci omnib⁹ liceat?uadat,et reuertatur in domum suam. Res certè mirabilis.Præcipiebat Deus p̃cepio declaretur, ut qui aliquibus negotijs essent impediti,domos suas reuerterentur,illic postquam tam longum iter confecerãt , totque ac tantos labores fuerãt perpessi,et nolebat,ut declaretur statim,quando exercitus conflabatur in suis proprijs patrijs.O dñe quorsum uolebas,ut hi tã magnis itineribus ad bellum irent, si ante prælium eis, ut reuerterentur,præcepturus eras?uolebat Deus,etsi illi conuenientia habebant,ut aliquid tñ ex se facerent,et promptam obedięntiã præstarent:postea uerò eis præcipiebat, ut reuerterentur, quamuis nollent. In hoc ostenditur,quod quantumuis tenuis,et impotens quis sit,quantum ex se est debet curare ut bene operetur,et uirtutis opera cõprehendat,et ea incipiat ex se ipso.Alij debent te impedire quin facias , et tu inuitus opus institutum debes relinquere, et sic ex tua parte facies,quod debes,et Deus tuam bonam uoluntatem acceptabit.

Dicit ulterius. *Cùm ieiunatis nolite fieri sicut hypocrite tristes.*¶Omne hypocrisim et fictionẽ fugite, nè bonũ opus hoc malo cõtami-

taminetis.Tu autem cùm ieiunas , unge caput tuum.In hoc significat,quod opera nostra bona debent esse aliena ab oi fæce, & contagione,& oi bona circunstantia comitata.Sicut aurum ex natura sua est optimũ & pretiosum,cõmistũ tñ cũ ferro uile scit, sed cũ lapidibus pretiosis plus ualet, & pulchrius manet:sic bona opera comitata malis circunstantijs ualorem suum amittunt, & bonis circunstantijs coniuncta precium acquirũt.Et cùm ieiuniũ sit opus optimum coniungi debet bonis circunstantijs, tanq̃ margaritis, sicuti sancta intentione, ut fiat p̃p unum Deũ,qui uidet in abscõdito,sicut eleemosyna.Et ideò dicit hic,vt thesaurizemus in cęlo,& hoc ieiunium oi fæce oportet esse purgatũ,& præcipuè hic exprimit, q̃ ab hypocrisi debet esse alienũ , quod est tñ malum ut dicat D.Paulus', hypocrisim esse proximam quãdam dispositionem ad hęresim.In nouissimis(ait)t pibus discedẽt quidam à fide.Et quo itinere? in hypocrisi, & hypocrita est simillimus Satanæ , q̃ transfigurat se in Angelũ lucis,cùm sit tã obscura caligo: sic est qui cum sit malus , vult uideri bonis . Et vt magis exaggeret, ut hoc malum fugiamus , cùm dixisset in plurali: cùm ieiunatis,dicit postea in singulari. Tu autem cùm ieiunas.Fiebat.n.cùm Deus prædicabat , quod & nunc fit,s.quod cum prædicator aliquod vitium reprehendit , cubito innuis vicino tuo,dicẽs: [*O que mano dio el predicador esta sana*] Dicũt,qui hoc Euangelium audiunt:o q̃ reprehendit Iesus Christus filius Dei hypocritas , & illos Phariseos.Aduertens Dominus,quia illud,quod de te dicit, tu alij attribuis, redit in singulari,dicens:*Tu autem cum ieiunas*.De te dico,qui verba mea in alios conijcis.

Simile.

1.Co.11.

Nu.19.

20

21

22

Res maximè necessariæ sunt, quas Dñs noster Iesus Christus in hoc Euangelio nos docuit.Ieiũnare enim ieiunium sanctificatum,cum lachrymis,planctu, & cordis contractione, & oẽs thesauros nostros in cęlo collocare,& cũ ipsis cor reponere:sunt res, quæ ad salutationem nostram maximè conducũt, uel potiùs è quibus nostra salus dependet.Et vt nos ad earum executionẽ inciteț,vtitur sancta Ecclesia hac ceremonia:s. frõtibus nostris cinerem apponit, & dicit: Memento homo,quia cinis es.Præcipiebat Deus , ut peracto sacrificio uaccæ rubræ, quæ pro peccato offerebatur populi , cinis eius seruaretur: colliget eum uir mundus cineres uaccæ multitudini filiorũ Israel in custodiam,& in aquam aspersionis. Quare Dñe hos cineres iubes colligi? nunquid ad candificandos pannos ? Non , sed vt ex eis fieret lauatorium cum aqua, ut oẽs irregulares,qui res mortiferas, & immundas tetigerant , hoc vnguentum attingeret mundi fierẽt.O maximum mysterium. Hoc lauacrum illos aptos reddebat, ut possent templũ ingredi. Quid faciet aĩa irregularis per peccatum mortale,ut mundetur,& ad alta re Dei accedat ? Scitis quid ? recordetur,se esse cinerẽ,& ad hoc lachrymarũ aquã coniungat,recordans,q̃ hodie,uel cras , in tremendo Dei iudicio se videbit. O quam bonum unguentum,ò quam suauis Angelorũ aqua,qua mundatur aĩa,q̃ tetigit res immũdas,& mortiferas.Eia hõ uide,qd eri tetigeris,uide qd manus,qd os,qd oculi, qd deniq; tetigerint aures? Aduerte qualẽ te reddideris,quàm immũdũ, contaminatum, & mortuum.Recordare tui,vtere hoc diuino remedio considerans si modo te mors arriperet,quid esset de te,aut quid faceres?hęc cognitio aditum aperit ad Deum.

23

24

In triũphis Romanorũ Imperatorũ,sem per ponebatur hõ uilissimus in curru cum Imperatore,qui triũphantem cauillationibus afficeret.(vt Hispanè dicitis) [*Le diesse vexamen.*]ne ille tot honoribus condecoratus in superbiam efferretur. Aduertite Gẽtiles absq; Dei cognitione, quos modos q̃rebant,ut humiliarent. O Christianorũ maxima confusio, qui sumus orthodoxæ fidei lumine illustrati,& sancti Euãgelij sapientia docti, nec tñ minimum quicquã nostri dedecoris uerbũ possumus tolerare? Ideo sancta Ecclesia diligentissimè quæsiuit hũc modum lutandi,& dedecorandi nos uocãs nos lutũ & cinerem,& nos admonẽs,ut recordemur q̃ lutum & cinis sumus. O efficacissimum remediũ ad nostrum bonum , q̃ dicatur tibi inueni perpolito , tibi Dñæ pulchræ, tibi primario uiro & potenti,tibi doctissimo & eruditissimo : lutum & cinis estis. Vnde in Psal.75.nostra translatio dicit:Cogitatio hoĩs confitebitur tibi.Altera translatio dicit:Superbia hoĩs confitebitur tibi,Dicitis Hispanè,[*fulano es de altos pensamientos*] Spiritus altos gerit.Et hi homines magnæ cogitationi,suphi, & elati,cum minus existimãt Dei pmissione, incidũt in febri.n.vel ,pcidit à tecto tegula percutiẽs eos, & in instanti ferè uitam amittunt, &

25

Psalm.75.

egrum cogitationes & inanis gloria perit: & sic patet Deũ esse potentissimũ. Ideò est gloria Dei cùm procidit in sepulchrũ Rex potens, siue princeps, aut nobilis quis, & egregius vir, aut iuuenis vanus, &c. Et horum sũ pbia, qs sit Deus egregie cõfitetur. Et reliquiæ cogitationis diem festũ agent tibi. Dicit vlterius: Qualis manet domus Magnatis? Vxor uidua, filij eius orphani, eius bona, uineæ, & agri, oĩa, quæ orsus est, & acquisiuit, & suis cogitationibus cõprehendit. Omnia hæc sunt reliqæ, q̃ remanse
26 runt, ut tibi diem festum celebrent Dñe Deus meus. Videtes. n. domos inhabitatas, & derelictas, & primatum absque possessore dicimus: Ah summi Dei ptãs, quomodo omnia euertit? modus loquẽdi est cõiter, hodie fiunt põpæ honores funerales [*Defulans*] Est mẽdaciũ, qa ipso die celebrãtur honores Dei, qa manifestat Dꝰ sup omnes creaturas præpotẽtissimus esse, & eius potestas & honor oñditur, & nostra utilitas & abiectio aduertitur, nobisq; declaratur q̃ parua fides sit huius sęculi rebus adhibẽda. Moabitides maximè confidebant in muris mirificè instructis ex coctis lateribus. Præcepit Deus prophetis ut eos admonerent ne coctis lateribus fiderẽt; his quæ lætam
Isa. 26. tur sup muros cocti lateris, loq̃mini plagas suas. Sic sãcta Ecclesia hoies admonet, q̃ quis suis uiribus, & iuuentute, & secularibus rebus nituntur, in cocto luto confidũt:
27 oĩum rerum exitus animaduertite. Quapp peccatores, ludite iam, delectamini, deambulate: tps. n. ueniet, cùm oĩa persoluetis. O fratres in Christo Iesu non ita sit, ꝓsint uobis hæ sanctę admonitiones, ne patiamini, ut ipsę uobis in carnifices conuertantur, quibus crudelius in inferno torqueamini, quòd ipsis non vsi fueritis.

Exod. 8. Vnum ex maximis uerberibus, quibus Deus Pharaonẽ afflixit, fuerunt Ciniphes
28 oĩs puluis terræ uersus est in Ciniphes per totam terrã Aegypti. O admirabilis Dei potentia, tangẽs Aaron unam partẽ pulueris, totꝰ puluis in tota terra Aegypti cõuersus est in Ciniphes. Posset profecto Deus facere ut oĩs terra in leones, pardos, uel dracones conuerteretur. sed noluit nisi eos tam paruulis & uilibus creaturis ad maiorẽ eorum confusionẽ & ignominiam cõpungere, & extimulare. Et est ualdè notãdũ Deũ hanc maledictionem eis immisisse absque vlla præuia admonitione, cùm in cæteris prioribus Pharaonem semper exhortatus fuisset: sed misit eã repẽte & improuisam, quia cum toties eum admonuisset, & ille emẽdum protestatus fuisset, nõ solũ Deo & hoibus mentitus fuerat cùm se non correxisset, sed potius peior redditus erat. O fratres quoties Deus vos cõminatus est, & flagellauit, & vos emendam proposuistis: &(ut dicitis)[*Abuelta de cabeça*:] In eadẽ uitia, & peiora quidẽ reincidistis? O Christe uitę Redemptor, animarumq; nostra- 29
rum amor dulcissime, quoties hos fratres meos intus & foris tuis ictibus tetigisti, & inspirationibus, laboribusq; eos uisitasti, nec tñ eis aliquid istorum profuit? Aduertite ergo fratres, quia repente comprehendet uos Deus, ut per Matthæum dixit: Veniet Dominus, quia hora non putat, & diuidet eum. O quàm duram & asperum uerbum, quia mittet tibi Dꝰ maledictionem Ciniphum, morsuum, & rabiei, ut in inferno lacereris maxima compunctione, considerans occasionem, quam prætermisisti, & quod pijs Dei admonitionibꝰ nõ vsus fuisti. O quot passim uidetis subita morte arripi, & in malo statui interire? quod cernitis in lectulis suis moriones somnoq; sopitos qui ignorãt se mori? Supplicia sunt Dei in pœnã rebellionis præteritę: quapropter sãctis uocationibus utamur, pœnitentiã agamus nũc quando possumus, & in nos Deus suam gratiam conferet, qua gloriam cõsequamur; ad quam nos perducat, &c. Amẽ.

Matth. 24.

Feria Quinta post Cineres.

Cum intrasset Iesus Capharnaum, accessit ad eum Centurio, &c. Matt. 8.

SANCTVS Lucas narrans hanc historiam, dicit hũc Centurionem multos uiros primarios misisse, qui Dominum Iesum Christum Redẽptorem nostrum rogarent, ut ueniret ad sanandum eius seruum: sed S. Matthæus hæc omnia prætermittit, & dicit, quòd ipse Centurio accessit ad eum. B. Augustinus dicit, eum per deuotionem iuisse, cum socijs, quos misit. Itaq; utrumque est uerũ: Abierunt enim illi homines nobiles corporalibus passibus, & iuit Centurio spirituali progressu. Voluit Spiritus sanctus, vt Euangelistæ in hoc differrent, ut nobis ostenda-

1 Luc. 2

B. Aug. li. 2. de cons. Euan. c. 2.

tur

datur maioris esse pretij paucos passus spirituales, quã multos corporales. Et dicere S. Matthęum, q̃ accessit Cẽturio: est dicere plus ualuisse eius deuotionem, & citiùs Cẽturionem ad Deũ peruenisse spiritualibus passibus, quã alios corporalibus. O quam nos oẽs hic Centurio reprehendit, qui cũ es-
3 set Gentilis domiq; suæ remaneret, citiùs ad Iesum Christum accessit. Furaris, & non uis restituere, habes turpem societatẽ, & nõ uis dimittere: scito frater q̃ etsi in templo, & Iesu Christi domo sis, plus tamen ab eo
Psal. 123. distas, quã cœlũ a terra separatum est. Ideo dixit Dauid: Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem uenient cũ exultatione portantes manipulos suos. Dicens, quod euntes ibant, qui cum lachrymis saluationem, suam curant, & q̃ postea earũ fructum percipient, declarauit aliquos esse, qui euntes non eunt, & incedentes regrediũ tur: qui uadens in templum cogitat quomo
Luc. 8. do fœminam illic uidebit, & ea quæ nihil pertinent, hic ambulãs reuertitur. Illa mulier, quę deuote vestem domini tetigit, cũ fluxum sanguinis patiebatur, solum illum
4 tactum iudicauit Christus Redemptor noster, dicens: quis me tetigit? etsi multi alij eum attingebant suis corporibus, nec ideò suis tactibus impetrauerunt, quod illa bona mulier adepta est. Quando tu ægrotas, & rogas sacrificia offerri, & alios pro te Deũ orare, & tu in lecto sine patientia iaces qua si uipera, cui nemo potest seruire, nec Dei, nec animę tuæ memoraris: quid tibi ꝓdest? fac frater sicut Centurio, qui alios misit, & ipse in spiritum & deuotionem iuit.

3. Reg. 14. Ieroboam rex, qui ita iniquus fuit, ut nõ modo ipse esset idololatra, uerùm & alios
5 idololatrare faceret, cum filium haberet ægrum, iussit Reginę vxori suę, ut iret ad prophetam Dei Ahiam, ut cum eo ageret de hoc morbo. Iuit Regina alterius formam accipiens, & ut primùm Prophetæ limen tetigit, ait illi Ahias: Ingredere uxor Ieroboam, quare aliam te esse simulas? ego missus sum ad te durus nuncius. Vade, & dic Ieroboam, &c. Et non fuisti sicut seruus meus Dauid. O metuendum Dei iudicium? It ipsa met Regina, & pedestris, longissimè, maxima cũ anxietate ac molestia, & postea tam asperum, & amarũ rñsum ei Propheta redidit Dei noĩe. Causa fuit, quia hęc regina corporalibus tm̃ passibus iuit, nec detestata est idola, quæ uenerabatur. Relinquite fratres idola, facti. n. estis idololatræ adorans vnusquisque uoluptatẽ suã, & quæcunq; libet, si uultis salute a Deo, opus est, ut relictis idolis, & peccatis, piè & deuotè accedatis, vt gressus sint spirituales: & est etiam necesse cum attentione sitis. Petis aliquid a Deo aliud cogitans, scito te non esse in Ecclesia, nec cum Iesu Christo, & aliquo modo illũ non tangere siquidem iste deuotionis non
6 est tactus; & sic dicitis alicui, qui sensus habet diuersos ac remotos: tu domine non es hic. Si scribens non attendit quod facit, scri Simile.
bet mille mendacia, & mille lituris papyrum inficiet, si architectus non attendit ad opus quod operatur, percutiet sæpe manus suas, nec aliquid perficiet, quod profit: si pictor non aduertitur, quod depingit, & in illo imaginatur, quid faciet, quod luceat, & sit perfectum? Denique nullum officium et si uilissimum põt bene fieri sine attentione: & siquidem unum ex dignioribus, & excellentibus officijs est, cum Deo agere, & coram diuino eius conspectu orare: manifestè
1. Cor. 14. 7 sequitur maximè necessariam esse attentionem, & animaduersionem. Ideo B. Paulus dixit. Nã si orem lingua, spiritus meus orat, mês aũt mea sine fructu est. Quid ergo est. orabo spiritu, orabo & mente animaua cua attentione, & lingua orans, quid proderit? Accessit igitur hic Centurio in spiritu ad dominum, ut peteret salutẽ puero suo, dicẽs. Dñe puer meus iacet in domo paralyticus. Quotquot legimus ad Christum Redẽptorẽ nostrum accessisse ad petẽdum auxilium, illud sibi, uel filijs, aut fratrib. legimus petijsse: hic solus seruo suo petit, & quo affectu, & charitate? Sic uos oportet facere fratres mei, nã sic docet D. Paulus, dicẽs. dñi Colo. 4.
8 q̃ iustum est & æquum seruis ꝓstate. Quid iustius est, q̃ mederi ei, qui in seruitute tua Isa. 28.
in morbum incidit. Per Isaiã ait Deus uerba quędam notatu dignissima. In loquela. n. labij, & lingua altera loquetur ad populum istum, cui dixit: Hęc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meũ refrigerium. Hic promisit Deus, & designauit Apostolorum prędicatione, ad quas diuersæ illis linguæ concessę fuerunt, qui omnes in una & eadem doctrina concordarunt, & summa illius est: Reficite lassum, &c. Perpendite diligẽter illa uerba: Hoc est meũ refrigeriũ: Ac si Deus esset, q̃ laborẽ & necessitatẽ patere tur. Benedicãt tibi oẽs cœli Hierarchiæ, & sancti q̃ sunt ĩ terra extollãt gloriã tuã, ò fide-

lissime hoium amator, q labores & ærũnas
3 eorũ sic sentis, ut refrigerium, q eis fit, dicat
te accipere. Si ergo consentaneum est, ut de
fessos refrigeretis, quanto magis eos, qui in
seruitute uestra defatigati sunt? oia agentia
naturalia hanc cœlestem doctrinã ostẽdũt,
quæ prius agunt in propinquiora sibi: si ca-
lefacit ignis, si frigefacit aqua, si scindit gla-
dius, si diuidit serra priùs in partes propin-
quiores, & posteà in remotiores agunt. Sic
debetis uos facere, bñficia & dona priùs do
mesticis, & posteà extraneis sunt largienda.

Esse dños: & seruos introductũ est in or-
be pp peccatum. Dixit Deus primis parẽti
bus: Dñamini piscibus maris & uolatilibus
Gene. 1. cœli & bestijs terræ, non aũt dixit: dñamini
hoibus, si. n. non esset peccatũ, non esset ser-
9 uus nec subditus. Et sacra scriptura non me
minit de seruis, nec dñs usque ad tps Noe,
cum iniecit maledictionem pro illa inobe-
Gene. 9. difetia facta, dicẽs Maledict⁹ Chanaã seru⁹
seruorũ erit fratrib. suis. Hic est primus lo-
cus Scripturæ, in quo fit mentio de seruitu-
te: & siq dẽ p peccatũ factũ est, ut alij dñi, alij
serui essemus. Oẽ. n. est pœna, & q tibi opus
sit seruo, & illi necessarius dñs. Curemus,
ut hæc pœna sit nobis occasio meriti, & erit
si dñi sunt clementes & grati, seruisq; suis
in necessitatibus fauẽt: & serui, fideles obe-
dientes, humiles & diligẽtes. O quã diuinas
Ephe. 9. normas ponit D. Paulus dñis, & seruis, di-
cens: Serui obedite dñis carnalib. in timore,
& tremore, in simplicitate cordis uestris: si-
cut Christo, non ad oculũ seruientes, quasi
hoibus placẽtes, sed ut serui Christi facien
10 tes uolũtatẽ Dei ex aio cũ bona uolũtate
seruiẽtes sicut dño & nõ hoibus: sciẽtes qñ
vnusquisq; quodcũq; fecerit bonum, hoc re
cipiet a dño, siue seruus, siue liber: & vos dñi
cadẽ facite illis remittentes minas, scientes,
quia & illorũ & uester dñs est in cælis, & p-
sonarũ acceptio nõ est apud eum. O diuina
uerba, singula ppendite. Primũ cũ timore &
tremore: non sufficeret unum? cur adhibet
duo? hoc dicit, quia cũ reuerẽtia & aĩæ tre-
more, & corporis trepidatione oportet eos
seruire, exteriorẽ ẽt humilitatẽ, & reuerẽtiã
oñdentes: In simplicitate cordis sicut Xpo.
Mirabile pfecto. Vult D. Pau. ut serui, dñis
ministrent tanquã Christo cũ synceritate: &
qñquidẽ Christus nõ uult ut sibi seruiatur
nisi cũ bonis opibus: nõ obtemperent seruis
dñis suis in peccatis: Dicit dñs tuus. Defer
hãc epistolã tali fœminæ, cuius tu scis illum
esse amatorẽ: minimè facias, sicut Christo.
Dicit dña ancillæ suæ: tace, tu sola, & ego, 11
ac talis uir hoc sciat: aduerte, q si dixeris, te
occidã, ne obtẽperes, sed potius dic ei. Ecce
ancilla hic sum, ego ero martyr, tu verò im
pudẽs & mala fœmina cognosceris. Habet
alius ancillã, & nult eã defiorare, ait illa, ui-
de dñe q Deũ offendis. O canis (inquit ille) Cant. 3.
ego te emi, & es mea: tu es d abolus p imi-
tationẽ, ne obedias quãuis te interficiat, &
eris martyr. Dicit dñs, si hũc aliquis accesse
rit, dic me non esse domi: mentiturus sum?
Ego (inquit) pcipio. Nihil mea refert: nequa
quã faciã. Non quasi hoibus placentes, sed
ut serui Christi. Animaduerte esse iudiciũ,
& arctissimam rationem, & dominum tuũ
non posse ab inferno te abstrahere. 12

Et uos dñi nolite seruos uestros pp uos
Deũ offendere, nec iniurias uestras ulcisci,
nec eis pcipiatis ut uestris turpibus appeti-
tibus indulgeãt ne illos cõminemini, remit
tẽtes minas, facite sicut hic bonus Cẽturio,
eorũ salutẽ curate, & multò diligẽtius aia-
rũ suarũ salutationem, q si nolint corrigi, di
mittite tales seruos, ne cum alienis peccatis
contaminemini. Dicet quis tot annos mihi
seruierunt, qũo eos nũc dimissurus sum? qa
erit opprobriũ meũ. Dicite dñi, nunqd uos
habetis plus honoris, quã Deus? nõ pfectò.
Habet aũt Deus multos seruos in mundo,
qui ei diu seruierũt, qui si eũ offendũt a sua
gratia expellit illos, q si nolint ab illis cul-
pis mortalibus cohiberi, eos in infernũ de-
trudit. Et tu, quia seruus tuus tot annos tibi 13
seruiuit, quãtumuis turpis sit, domũ tamen
tuã uis ipse totã inficiat, & quia est seruus
tuus, nõ uis eũ iudices supplicio afficiat. Ad
uerte, q hęc oĩa sup te pluẽt. O quã hoc est
lachrymãdum, tam parũ diligẽtiæ adhiberi
in curãdis seruis a uulneribus aĩæ, & à cor-
poralibus morbis, si sunt peccatores, dicitis:
ego non sum eius parochus, episcopum ha-
bent, si infirmant mittitis eos in hospitale.
O belluarũ inhumanitatẽ? Quid? est peio-
ris cõditionis seruus, quã mula tua, & quam
equus? Si ægrotat equus, ueniẽt qui curent
eũ, & oĩa cõsumant ut sanet: si infirmaĩ ser
uus ducatur ad hospitale, qrat sibi remediũ.

Nunquam audistis, q rex Dauid inuenit
Aegyptum humi prostratum; & cùm quæ
reret quis esset, respondit puer Aegyptius
ego sum, seruus uiri Amalechitę, dereliqt
me aũt dominus meus, qa ægrotare cepi nu
dius tertius: quãdo valebã, vtebatur me dñs
meus,

meus, modo verò cũ me videt ęgrotãtẽ de
reliqt me hic solũ. O Deus & quot similes
huic Amalechitę sunt ĩ hac regione? O A-
malechitæ, ethnici & infideles, quia seruus
ægrotare cœpit, eũ derelinquitis. Aliter fa
ciebat nobilis hic Centurio, q dicebat: Ia-
cet in domo mea paralyticus. Nõ ĩ hospitali,
nec in ostio, sicut Lazarus. Hinc fratres de-
ferte istud in cogitationib. uestris, cor dul
ce, & uiscera blãda & benigna in domesti-
cos, & alienos, psertim q estis nobiles: Quã
nobilis & egregius erat hodiernus hic uir,
15 & habẽs dñũ. Nã ipse dixit: *Habẽs sub me*
milites. Dignitas aũt & ęperiũ nõ impediũt
seruitutẽ Dei. Si. n. nobiliũ lex est regi suo
fideles se pbere. quantò magis erit Deo fi
deles se pstare? Respõdit clemẽtissimus Ie-
sus. *Ego veniam*. Quid quare Dñe dixisti
Regulo: vade, filius tuus viuit, huic uero di
cis; *Ego veniam*. qa ueniebat Dñs ut ho-
mines admoneret, nè sint psonarũ recepto
res, & nihil aliud pter virtutem magni fa-
ciãt, ut itelligãt serui Dei qđ quãtũcũq. ui
libus uestimentis induant, si ad eius diui-
nã clementiã cõfugiant, non repellent ab
eo. Deus nõ recipit psonas, sed corda. Non
uidetis quomõ deferaĩ ab Ecclesia sacrosã
16 ẽtũ Domini nostri Iesu Christi corpus ad
domũ pauperis & uiduæ: sicut ad regem &
reginã? Cõmoremur hic paululũ, & facia-
mus stationẽ, ò utinã frequẽs hic esset om
nis populus ut de hac psonarũ acceptione
agerẽ. Habet faber alueũ, (q uulgo dicitur,
Tablate), pperate, inquit (iudex) auferte ta
bulas & cõburite sellas, ipsumq. in carce-
rẽ detrudite. Habet faber cõcubinã, injici-
te in uincula. O puaricator & uis iuris ser
uaĩ formicis & nõ Elephãtibus, q sunt bra
chio forti? spiritus sanctus hortaĩ cupidos
17 gubernãdi: uide qd facias hõ. Noli quærere
fieri iudex, nisi uirtute ualeas irrũpere ini-
Eccle. 7. quitates ne forte extimescas faciẽ potentis
& ponas scandalũ in agilitate tua. Attende
hõ qui maximè angeris ut uirgã iustitię ha
beas qualiter dicas. Heu discedite hinc, ec
ce enim ego adsum. Vide miser quia est iu
dex æternus, in cuius manus deuẽturus es.
Quid ergo respõdebis eorã hoc Domino,
qui uocatus ad domũ Reguli noluit ire: &
ad hũc seruũ uisitandũ ipse se inuitauit? ò
Simile. pater, ille est ualdè potens & poterit mihi
maximè officere. Dic, iudex cõstituitur ut
timeat, an ut timeaĩ? Multi eunt ad uenatio
nẽ, q cũ uideãt feras priùs illi belluas, quã
ipsæ uenatores fugiunt, & sic cum ad agitã
dum irẽt exagitati redeunt. Sic ambitiosi
munera expetunt, ad q ñ habẽt a titudinẽ
existimãtes se alij dominaturos & ab alijs
metuẽdos esse: & tñ ipsi alijs succumbunt,
& à qb⁹ reuerẽdi erãt, eos ipsi reuerenĩ. Di
cebat de⁹ qs est hõ formidolosus & corde Deut. 20.
pauido: uadat & reuertaĩ i domum suã hõ
timid⁹ nè eat ad bellum, huic deẽ colus, &
neat, es tu ita pusillanimis, nõ ergò te decet
hoc officium, define uirgã, nè pgas in infer
num cum ea. Dixit Moysi de⁹, puide de oĩ Exo. 18.
plebe uiros potẽtes & timẽtes Deum, in q 18
b⁹ sit ueritas, & q oderint auaritiã, & con
stitue ex eis tribunos &c. q iudicent popu-
lum: ò diuina uerba ò si characterib⁹ aureis
essent scripta ante oculos eorum q mune
ribus, & officijs alios pficiunt, & eorum qui
pficiuntur. Hoc primum hic Deus cõmen
dat, ut sint potentes, & magnanimi, nõ ue
ro pusillanimes, denide subdit, timentes
Deum, & quare Domine mi statim non re
spõdisti, qđ dicere potuisti, quare nõ dixi-
sti sanet? sed: *Ego veniã & curabo eũ &c* Le
pso autẽ statim dixisti, uolo, mundare, nõ
huic uero Hoc fecit, quia aliter nõ detege
rent margaritæ, q in Centurionis corde la
tebant, humilitas ei⁹ ac fides, pbitas ac be
nignitas nõ patefierẽt. Perspicuũ erat Deo, 19.
qđ in hoc homine erat, sed medicinã distu
lit ut nos eius ore prolatum illud audire-
mus, cum dixit: *Domine non sum dignus &c.*

Na & ego hõ sum sub potestate cõstitutus
&c. Sicut ego meis maioribus obtempero,
& inferiores mei mihi obediunt: sic ego cre
do & fateor oĩa tibi obedire tanq uniuersa
li Domino. Quapropter si tu imperas mor
bo, ut recedat, sufficit ut dicas, absq. eo quo
ingrediaris in domum tã idigni hominis, & c 20
ego sum. Hæc sunt uerba quæ plata fue-
runt eò quòd dñs medicinam distulerit.
Qui ab hoc diuino fonte aq uoluerit hau
rire hæc uasa debet deferre: scilicet, fidem,
spẽ, benignitatem, & humilitatem. Audiens
autẽ Iesus miratus est. ò Christe æterni pa
tris infinita sapientia quid miraris? tu igno
rabas illud futurum esse, cum quis »iraĩ,
illud est quod euenturum esse nesciebat q
si sciret minime miraretur Miratur Deus
ut nos miremur, & recordemur, hunc ho Simile.
minem gentilem talem habuisse fidem, &
humilitatem, & si quidem nos hanc non ha
bemus pudore cõfundamur. Magister ante
quam ad lectionem accedat optimè scit

quid lectur⁹ sit, recte illud intelligit: sed qñ perlegit in cathedra miratur ualde qđ ipse met dicit. Vt qd hæc oĩa? latebant te hæc antea? quare ergo nũc miraris? ut ea discipuli pluris estiment, & corũ memorijs magis infixa maneant. Hoc stylo usus est cęlestis hic Magister ut hæ uirtutes Centurionis magis impressæ manerent in cordib. eorũ q Deũ sequunt̃, quiq; seruire ꝓfitemur.

21 Dicit ulteri⁹: *Nõ inueni tãtã fidẽ in Israel.* O q̃ta laus ab ipsi⁹ Dei diuino ore? q̃ cõsutatus mánet hic error, eorum q affirmarũt bellum non posse geri contra Orthodoxæ fidei hostes, quia sunt uerbera quib. Deus nos affligit. Nã si hoc esset verum nec i infirmitatib⁹ medicamenta q̃ri liceret nec tpe famis q̃ri aut emi triticũ, & alia ad uitæ humanę sustẽtationem necessaria: q̃ falsa hęc oĩa sint, colligit ex eo qđ De⁹ eos laudat, qui in afflictionibus à sua diuina manu, missis remedium q̃runt, velut hunc Centurionem & alios, de qbus in sancto Euangelio fit mentio, & qa hunc ducem, qui constitutus erat ad uindicandam regionem illã ab

22 hostibus Christi⁹ Dñs noster non reprehendit nec ꝓcipit ut officium deserat: & Sanct⁹

Luc. 13. Lucas affirmat uenisse ad gloriosum Baptistam milites & qđ interrogabant eum dicentes quid faciemus & nos? & ait illis, neminem concutiatis, nec iniuriam faciatis, & contenti estote stipendijs uestris quos non reprehendit quod militiam sequerentur cũ ipsi interrogarent, quid facerent ad æternã uitã cõsequendam. Et si priuat⁹ qsque occasionẽ hẽt ad defendẽdũ pallium suũ, siquis vult arripere: q̃tò maiori rõne ꝓt Rex regnum suum ab hostib⁹ tueri, qui oĩbus viribus sanctæ Ecclesiæ euersionẽ pniciemq; intendunt? Etiam cernit in hoc Centurione q̃tum à ueritate abhorreant, qui aiunt in bello nullum posse esse bonum, & hoc

23 falso sentientes qui hodie militant̃ ludunt, iurant, seseq́ue periurant, diripiunt & interficiunt, uirgines deflorant, nuptas iniurijs afficiunt: monasteria & loca sacra depdantur & post oẽ uitiorum genus currunt, ac si famelicum equum effrenatum in ordeaceã

Simile. farraginem demitteretis. O homines demẽtes, & sine Dei timore qđ agit fides inmentib⁹ uestris? q̃ parum ei⁹ magisterio vtiminí? ñ sunt, ꝓfecto hæc uitia militiæ, nec ipsa talia secũ affert, cum uita in ea ita pericliteť, & mors tam ꝓpinqua immineat: sed sunt uitia malorũ Christianorũ, qui i bellũ se cõferunt. Ecce hũc Gẽtilẽ, qualis erat in ipsis occasionib. quas uos habere dicitis: pudeat uos tales esse, & cũ pudore pœnitentiã q̃rite & non mõ militib⁹, sed oĩbus nobis exẽplo sit hic optimus Eques: ab illo pietatẽ misericordiã addiscam⁹ & cum fide, atque humilitate, qua ipse ad nostrum altissimum Deũ accessit, accedam⁹, ut nos ad pęnitentiam recipiat, in nosq; gratiam suam, & posteà gloriam conferat. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria sexta post Cineres.

Audistis quia dictum est antiquis, &c. Matth. 5.

POssem ego hodie seq cõsiliũ sapiẽtis qđ dicit: ubi auditor ñ est nõ effundas sermonẽ. Actur⁹ n. sum de ꝓcepto, cui min⁹ obedit̃, q̃ oĩb⁹; q̃ sunt in Euãgelio, & uidet̃ sermonẽ effundere, de eo agere. Sed ñ iõ ueritas, & synceritas Euãgelij patit̃ ut ei⁹ leges silẽtio ꝓtermittant̃. Nã qñ hoĩes eò miseriarũ deueniãt ut eas oĩno cõtẽnãt, ostẽdet̃ Deũ ꝓbitati misericordię suæ rñdisse, homines uerò ſm turpissimos, ac flagitiosissimos mores suos feciſſe. Lex est, quã dicit Dominus. *Audistis, ꝙa dictũ ẽ antiquis,* &c. *Ego ãt dico uobis &c.* Quæ lex est ita ꝓspicua, ut eadẽ natura illã nos doceat, quia & bruta animã tia hẽnt naturalem instinctũ amãdi sui similia, ut spiritus sanct⁹ dixit, omne animal diligit sibi simile. Voluit tñ hoc Deus præcipere, & ita opus fuit, ut reficerentur ipcõmoda, in q̃ natura nostra ꝑ peccatũ incidit. q̃ ita perdita remansit, ut hac destructione q̃ ita homines puersi fuerint, ut in tantum errorẽ inciderint, sicut fuit dicere, odio habebis inimicũ tuũ. Quicunq; error in fide est maximũ malũ, quia tollit fundamentũ toti⁹ religionis Christianę, cui innititur spes & charitas: sed si error in fide talis est, ut morũ deprauationem afferat, est adhuc pe

3 riculosior, utramq; n. potentiam inficit. s. intellectum & uolũtatem, & efficit, ut hõ iniquitatis uiam tanq̃ licitam currat. Exemplum ponit Sanctus Paulus eorum qui circa auaritiam errant dicens, conflictationes

1. Ti. 6. hominũ mente corruptorũ, & qui ueritate priuati sunt existimantes q̃stum esse pietatem. Loquit̃ de quibusdã hominib. qui eò corruptionis deuenerant ut auaritiã sanctitatem

tatem esse iudicarent. Ex quo apparet quã periculosa nostra sint sæcula, cũ errores hæreticorũ huius tpis ferè oẽs sint circa morum deprauationẽ. Olim ferè oẽs hæreses erant de reb. attinentib. ad intellectum: si

4 persona filij æqualis erat patris, &c. Sed hæreses huius tempestatis plurimæ sũt de voluntatis deprauatione circa sanctos mores & diuinas leges, q̃ prosunt ad inflãmandã aĩam, in diuino amore: sic error circa inimicos est valde periculosus, qa charitatis est deprauator, & licet modo hic errorĩ Christianorum mentibus non sit, satis mali est q̃ sit practica, & eius exercitiũ in uoluntatibus. Vt ergo nos ab hoc tanto malo abducat (ait Dñs.) Ego aũt dico vobis: diligite

5 inimicos uestros, &c. Vsque super iustos & iniustos, &c. Vt nos moneat ad obseruãtiã huius cęlestis ꝓcepti, & ut ex aĩo, opere & uerbo inimicos nostros amemus, nobis patrem nostrum cęlestem in exemplũ proponit, qui tã bonis, quã malis bñficia confert.

6 Illud supernũ bonum incarnationis verbi diuini, quare tũ dilatũ esse arbitramini? certè fuit ut operarẽt quousq; oẽs essent peccatores: vt D. Paulus ait, conclusit enim. i. p

Rom. 11. misit concludi Deus oĩa incredulitate, ut oĩum misereat̃, & statim ut hæc uerba protulit exclamauit, illa diuina exaggeratione dicens: ò altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quã incõprehẽsibilia sunt iu-

7 dicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Merito certè tũc exclamauit cõsiderãs ineffabilem Dei pietatẽ, qui cũ oẽs essent peccatores & pene oẽs infideles: tũc illis sui infiniti amoris maiores flãmas ostendit: qñ indigniores erant, q amarent̃: & hoc ut eos ad eius amo

Actor. 14. rẽ inuitaret, & ut innicẽ sese amarent. Hoc ẽt elegantissimè adnotauit idẽ B. Paulus, vbi suadẽs infidelib. ut cõuerterentur (ait illis) qui fecit cęlũ & terram, mare & oĩa, q̃ in eis sunt, q in præteritis generationib. dimisit oẽs gentes ingredi uias suas, & quidẽ nõ sine testimonio semetipsum reliquit benefaciens, de cęlo dans pluuias & tpa fructifera, implens cibo & lætitia corda eorũ. Permisit Deus ut oẽs essent mali, sed non ideò sui ipsius & sui amoris testimoniũ illis non dedit: multa in eos cõferens beneficia, & multa bona tpalia illis donãs, ut hac uia illos ad se alliceret. Itaq; uidetur tpalibus bonis sole, pluuijs &c. plus malis, quã bonis fauere: siquidem plerunq; mali plus tpalium rerum, quam boni possident, & a-

perte hoc significat Dauid dicens: Inimici Dñi mentiti sunt ei, & erit tps eorum in sæ Psalm. 8. cula, & cibauit illos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos, i. inimicis suis, q nullam ei fidem seruit uitam protendit, & melioribus fructibus terræ illos alit, & amicos qui eum per montes sequuntur, panib. hordeaceis & frigidis piscibus inuitat. Qui hæc animaduerterit, marmoreus quidem, erit nisi blandiatur, & concitetur ad imitãdum hunc cœlestem patrem. Etiam maximè te commonebit ad obseruationẽ huius lęgis, oculos in hãc uniuersi machinã conijcere. Si. n. diligenter aduertis, reperies oẽs creaturas nihil aliud intẽdere, quam ut ex inimicis amicos faciant: quid flãma uorax intendit, nisi uiridia ligna sibi contraria in se conuertere, & unũ quid secum facere? quid aliud expetũt arbores cum humorẽ terræ sũgunt: quã ipsam terram sibi contrariam in suã propriã substantiam conuertere? & in arborem reddere? quid aliud prætẽdit Sol, nisi tenebras sibi contrarias destruere, & oĩa lucida efficere? quid intendunt stomachi omnium animantium nisi in carnẽ & suam substantiã quicquid edunt conuertere? herbam paleam, porta, cepas, & quæcunque alia quantumcunque contraria comedant in carnem curant cõuertere. Quare ergo tu homo rõnis capax & consilij id non facies, quod faciunt & cætera insensibilia, & rationis expertia? Contẽplare sanctos Angelos Dei ministros, uide quam soliciti sint ut rationes quærant, quibus peccatores ad se attrahant & siquidẽ tu speras inter Angelorum choros ingredi, incipe iã nunc Angelorũ munus exequi, modos & artes inuestiga ut inimicos tuos ad te attrahas. Quod si hæc oĩa te non mouent, com- 8
mouere saltem uidens quod præ potentissimus Deus cui omnis rationalis creatura plurimum dẽt: absolute hoc tibi imperat dicens: *Ego autem dico vobis:* Idest ꝓcipio Xpiano nihil plus opus est q̃ q̃ sciat Deũ aliquid uelle, etsi difficillimũ, in arduis. n. uult diuina Maiestas nobilitatem & uirtutem hominis experiri, & eius animi magnitudinem cognoscere. Ideo sancti Prophe- 9
tæ huic infallibili uerbo in suis prophetiis innixi sunt, ut passim dixerint: hæc dicit Dñs: quasi dicant faciendum est, quia dicit, & præcipit Dñs. Hoc fulciebatur Dauid ad Psalm. 16. ardua & difficilia cõprehendenda cũ dicebat: propter uerba labiorum tuorum ego

Exod.4. custodiui uias duras. Quãdo Deus præcepit Moysi ut serpentẽ cauda cõprehẽderet dixit ei: Apprehende caudã eius fugiebat Moyses rem tã metuendã & horribilẽ, ut colubrũ. Et simulac Deus præcepit ut comprehẽdat cũ cauda, etsi difficile erat statim fecit. Videte obedictiã Moysi, qui uno uerbo, quod Deus præcepit illi caput submisit, manũ extẽdit, & cauda colubrũ apprehẽdit, etsi grauissimũ illi uidebatur, sibi tñ metipsi uim intulit, & eũ manu arripiẽs uidit esse uirgã. Sic iusti ꝓp Dei præcepta difficillimas res aggrediũtur. Potẽs aũt est Deꝰ
10 ut tabificas & uenenosas res in dulcedinẽ obedientibus cõmutet. O Iesu, q̃ asperũ & horribile erat præcipere, ut serpẽs cauda apprehẽderet? quid Dñe inimicũ meũ ego cõplectar, & cũ blãditie illũ alloquar, tã mordacẽ colubrũ, quiq; tã horribile uenenũ ore uomit, cum sit res quã ego tm̃ execror? ita. Sic.n. ego uolo. Et aduertite, q̃ nõ modo serpẽs Moysi nõ obsuit, uerũ illi fuit in arma, quibus Dei offensores destruxit, & maximam coronã adeptus est. Amplectere frater inimicũ tuũ & cernes q̃ nõ sit inimicus sed uirga. Arripit pater uirgã ut filiũ
Simile. suũ puniat, uidebis puerũ, qui nõ in uirgã sed in patrẽ oculos conijcit, manibꝰ tñ ere
11 ctis & metu perculsus vultum patris sui intuetur ut eius furorẽ toto suo cõspectu mitiget. Eia fratres oculos conijcite in æternũ patrẽ, attendite q̃ inimicus uester est uirga, qua hic iustissimus pater uos cædit & punit, genua flectite, manus extollite, & patris aspectũ intuemini, ut uestri misereat, iramq; suã mitiget. Hæc est hominũ amẽtia, in uirgã oculos conijcitis & nõ in patrẽ, inimicos intuemini, qui uos ꝓsequuntur, nõ aũt Deũ, qui hoc permittit, Christũ ẽt saluatorẽ mundi iussit pater percuti: percussum à Deo uocat & te ẽt percuti iubet,
Esa. 53. sinens ut hoĩes te flagellent, nec tñ tu hæc
12 cõsideras. Attentius in Deũ oculos conij-
Psal. 108. ciebat Dauid cũ dixit. Pro eo ut me dilige rent detrahebãt mihi. Ego aũt orabã. O si aliquãtulũ de Deo cognosceretis qũo hoc facere addisceretis. Sed oẽs uestræ cogitationes sunt in uirga. O qs hãc uirgã ifringeret? ò qs hunc ostẽ destrueret ab eo supplicium sumẽs? uirgã hãc frangamus, ostẽ hũc nostrum euertamus. O terribilẽ insaniam quid? Deest ne Deo alia uirga? atq; ẽt loco huius quæret lignum crassum, q̃ infringere nõ possis, quæret hostẽ fortẽ, à quo tibi ca-

uere minime possis; litigabas cum homine uili, & abiecto, susciabit Deus alium potẽ tẽ & diuitẽ aduersus quem minime possis prævalere. Quapropter esto patiẽs q̃i Deꝰ te uerberat uirga sua, & illã amplectere siquidem uirga Dei est. Cõcitauit diabolus Iob. 1.
Chaldæos & Sabæos, ut oĩa bona Iob diriperet, cum facultate Dei, uolebat.n. dæmõ, ut Iob arbitraretur Chaldęos diuitias suas sustulisse, nõ uerò Deum: & sic in illos irasceret. Iob aũt, patrẽ & nõ uirgã aspexit dicẽs: Dñs dedit. Dñs abstulit sicut Dño placuit ita factum est, sit nomen Dñi benedictũ. Nec Chaldæi, nec Sabæi, nec dæmones
13 sunt, sed uirgæ quædã Dei. Vę autẽ illi, qui est instrumẽtum iræ Dei. Idco cum Deꝰ, nocauit regẽ Syrię uirgã furoris sui, dixit: væ Assiur uirga furoris mei, id est. Vę Regi Syriæ, q̃m ego assumpsi i instrumentũ, & uirgã cõcitationis meę. Postquã populum suum rebellẽ hac uirga flagellauerit, ipsum etiã regem puniet, ideoq; iferiꝰ dixit Esaias: & erit cum impleuerit dñs cuncta opa sua in Esa. 10.
mõte Siõ, & in Hierusalẽ, uisitabo sup fructum magnifici cordis Regis Assur, & super gloriã altitudinis oculorum eiꝰ. Ego (inqt) puniã opa supbi cordis Regis Syriæ & elatione oculorum eiꝰ, postquã eo usus fuero
14 tanquam uirga ad affligendum populum meum. Quo circa non oportet tyrannum lætari, q̃ potestatem habuerit nocendi ꝓximis suis, cum oĩa & ipse suo tpe solutur⁹ sit & afflictos, ẽt rationi cõsentaneum est, ut ꝓ secutorum suorum misereãtur, & maxima dulcedine, & amore cordium suorum eos intendãt, ad cognitionem tyrannidum suarum iducere, ne i tãtã Dei indignationem incidãt, & ad hoc, & cõplemẽtũ huiꝰ diuinæ legis, nõ sufficit, ut inimicos corde & uiscerib⁹ amplectamur, sed ideò postq̃ dixit: *Diligite*. Addidit: *Benefacite his q̃ oderũt vos*.

Inter bona, quæ inimicis uestris potestis facere minima sunt, eos alloqui familiari-
15 terq̃. tractare. Qui uero nè uerba quidem illis uult præstare, qđ est minimum oĩum bonorum, q̃ alia eis bona faciet? Quòd si te excuses dicens: inimicus meus est homo malę familiaritatis, nolo ab illo cõtaminari sua cõuersatione, bonum est, nihil aliud à te petitur quãlut cum illo loquaris, eũq; sicut ꝓximũ tractes, ea tñ cautione, ne tibi obsit, In Gen. legit quãtũ expetijt, S. Gen.33.
Iacob ut pacem haberet cũ Esau, & qũo oẽs modos possibiles q̃siuit, quousq. eã adeptus

ptus est, lachrymis, orationibus, donationibus, & humiliationibus. Impetrata aũt pace noluit eius cõuersationẽ, eò q̃ esset uir
Eccl.13. iniquus Esau, qui tetigerit picẽ inquinabit ab ea nec hoc illi dixit, sed quæsiuit optimã occasionẽ ne cum eo iret dicens. Nosti
16 Dñe mi q̃d paruulos habeã teneros, & oues & boues fętas, mecũ: quas, si plus in ambulãdo fecero laborare moriẽtur una die cunẽti greges: præcedat Dñs meus ante seruũ suũ, & ego sequar paulatim uestigia eius, videte prudentiã doctã ab spiritu sancto, q̃ occasionẽ inuenit tam rationabilẽ, ut cũ eo non iret & ab eo segregaret. Sic uos debetis cõsentaneas occasiones q̃rere, ut à malis re
17 cedatis, ita ut ipsi nõ scãdalizent. Vt nos incitẽt ad executionẽ huius tã sublimis uirtutis nobis proponit diuinus Magister præmiũ mirabile cũ dicit. *Vt sitis filij patris uestri, qui in cælis est*. O mortales quorũ pectora dignitatũ sitis diuitiarũq; fames exagitat ꝓperare festinãter, ecce patet uia ad impetrandũ honorẽ, & utilitatẽ simul (ut Hispanè dicitis) [*Todo en un saco.*] Si diligitis
18 & benefacitis inimicis uestris filii Dei eritis, ecquis maior est honor? q̃ si estis filii Dei eius hæredes eritis, & quæ maior utilitas esse potest? Quarè ergò tantorũ bonorũ cupiditate nõ inflãmamini? quare non incitantur corda uestra ad tã sublimes diuitias acquirendas? pro honore & utilitate, quæ cras finietur oĩbus vos periculis offertis, & ad hæc ita frigidi estis? O terribilem cęcitatẽ? ò Deus immensę clar.tatis claritatẽ horũ cæcorũ mẽtes, nè tm̃ bonũ amittant vt est esse filios tuos, & tui cælestis regni hæredes. Nullũ aliũ locũ fratres mei reperietis, ubi Dominus Iesus Christus dixerit nos Dei filios futuros esse, præter hunc. Cũ.n. anteà dixit. Beati pacifici nõ dixit, q̃m
Matth.5. filij Dei erũt, sed quoniã filij Dei uocabũ-
1.Ioan.3. tur, hic aũt dicit, q̃ erũt. Videte qualẽ charitatẽ dedit nobis pater ut filij Dei nomine mur & simus. O quãtã altitudinẽ diuitiarũ perdimus q̃a nõ facimus, q̃ hic nobis præcipiũtur. Huiꝰ rei gratia flecto genua mea ad
Eph. 3. patre Dñi nostri Iesu Christi, dicebat B. Paulus, ex quo omnis paternitas in cęlis & in terra nominat, &c. vsq; ibi, vt possitis comprehẽdere cũ omnibꝰ sanctis q̃ sit latitudo, & lõgitudo & sublimitas & ꝓfundũ. Tanq̃ rẽ necessariissimã deprecabatur D. Paulus instãtissimè æternũ patrẽ ut in nos hoc ꝓtãtissimũ beneficium conferret ut magnas in charitate radices ageremus, ut i ea fundari possemus, quæ sit latitudo cõprehẽdere. Sã Aug. sup
ctus Augustinus sup hũc locũ dicit sic, lati epist. ad
tudo charitatis vsq; ad inimicos. Deprecat Ephe.
ẽt, vt impetremus q̃ sit lõgitudo, ut eã vsq; D. Tho. 2.
in finẽ habeamus, ac si aliqua tibi illata fue 2.q. 25.ar.
rit iniuria, memento aliq̃do tibi beneficiũ 8.
aliq̃d datũ fuisse, & ita nõ frãgeꝫ filiũ amo Deut.3.
ris, quæ eius est longitudo. In Deut. dicebat Deus, non abominaberis Aegyptiũ, q̃a aduena fuisti in terra eius. Hic locus multos argutè reprehendit, qui cum à proximis suis multa acceperint beneficia, si posteà semel ab eis ostendantur statim acceptorum beneficiorum obliuiscuntur. Nè odio habeas (inquit) Aegyptios, quãuis faciant tibi, uel fecerint aliquot mala, attẽde q̃ multa in te bona cõtulerũt, & cũ illuc descẽdisti benignè te receperunt, & in tẽpore maximæ famis te aluerũt, & in optima deniq; terra tibi habitationẽ dederunt. Hoc significat, q̃a in terra eius aduena fuisti, rogat amplius S. Paulus, ut profundũ charitatis m- 1. Ioan. 3.
petremus, ideſt, quod amemus eos corde, opere, & veritate, ut monet S. Ioãnes i sua canonica, filioli nõ diligamus uerbo neq; lingua, sed opere & veritate. Filioli mei quos intimo amore complector sic amare, &c. Nõ vult significare, q̃ nõ sint uerba nostra mitia, & lingua nostra suauis erga proximos, sed q̃ non omne ibi sistat nostris amoris negotiũ nisi q̃ ex intimo cordis nostri ꝓcedat, & pijs operibus manifestẽt. Aliqui
19 sunt, q̃ affirmãt se amare, & ignoscere, sed Simile.
vt primũ minima offeri occasio, tunc exit quod intus latebat, ac illũ amorẽ uerum & ꝓfundũ non esse apparet. Sicut in fornace carbones, q̃ mortui uidẽtur cũ primũ folles inflant statim scintillas, & igneas à se
20 immittunt flãmas, ita ẽt qui uiscera habẽt odio flagrãtia, & se amare simulãt, si minimo flatu ptingũtur, aut minima sibi offerẽt occasio, tã accẽsum ignẽ furorẽq; ostẽdũt, ut plus diaboli quam hoĩes esse uideantur. Deprecatur ẽt, ut charitatis sublimitatẽ cõ sequamur, nè cõtenti simus remisso amore, sed ꝓ multos gradus ad eã charitatis al- Deu.14.
21 titudinẽ ascendamus, q̃ filij Dei necesse est habeant. Filij estote Dñi Dei uestri, nõ uos incidetis, &c. Videte quã efficacissima ratio hæc sit ne te cõtamines, nec alteri alteros lædamus, sed ut nos inuicẽ ardẽtissimo amore cõplectamur. s. cõsiderare nos tã bo Tob.8.
ni patris esse filios. Sanctus Tobias iunior

dixit

dixit sponsæ suę filij sanctorũ sumus: non debemus ita cõiungi sicut gẽtes, quę ignorant Deũ: nõ modo in hoc sed in omnibus oportet, nos illos excellamus. Dicit etiã S. Paulus, cum omnibus sanctis, quia omnes sancti in charitate perfecti esse curauerunt & in amore inimicorũ maximè se exercuerunt. Et ita cũ dixit: spectaculũ facti sumus
22 mũdo, Angelis, & hominibus, addidit causam, quia usque in hãc horã esurimus, sitimus, colaphis cędimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. Mirabile hoc est opus & merito dicit S. Paulus admirationem, & spectaculũ esse, bonũ pro malo reddere, & quod, afflictus, calũniatus, & iniuria affectus oret, & persecutori suo bene
23 dicat. Et est ualdè notandũ, quod ait, mũdo & hominibus, & siquidẽ hanc diuisionẽ fecit sequitur quod per mũdũ intellexit hic res insensibiles, quæ est magna exaggeratio, ac si diceret: nõ modo Angeli & homines patientiam charitatẽq; nostrã, qua persecutores nostros diligimus admiratũr, sed etiã, & cælum, terra, lapides, elemẽta & omnes aliæ creaturæ insensibiles sua in sensibilitate uidenẽ obstupescere, naturæ q̃ suę
24 limites transgredi. Nõ contentus est S. Paulus desiderare, ut in hac virtute sanctos imitaremur, sed ulterius ꝓcessit dicens: scire etiam supereminentem scientiæ charitatẽ Christi. Vt nobis concedat æternus pater imitationẽ supereminentis & ineffabilis charitatis scientiæ Iesu Christi: quemadmodum enim immensurabilẽ habuit scientiã, sic habuit ẽt & charitatẽ, & illa inflammatus primã lectionem in cathedra sanctę crucis legens dixit: pater ignoscе illis, quia
Luc.23. nesciunt quid faciunt. O Christe humanæ vitæ Redemptor, dulcissime nostrarũ animarũ Amor, quarè Dñe mi, non misereris membrorũ tuorũ, quæ ita sunt lacerata, & disiuncta? & miseret te inimicorũ tuorũ, q adhuc non sunt conuersi? non deprecaris æternum patrẽ, ut dolores tuos mitiget, & exoras ut peccatoribus parcat. O Dñe, lex præcipiebatur delinquens dentem pro dẽte, pedem pro pede, oculũ pro oculo, uitẽ denique solueret pro uita: quarè ergò tu ò Maxime Redemptor noster crucifigẽtibus tuas diuinas manus, alias largiris, obcęcãtibus tuos sacratissimos oculos, alios præbes, & inferẽtibus tibi mortẽ, tu uitã præstas? O charitatẽ inaudito inflãmatã amore? ò supernã orationẽ? ò petitionẽ nouam, in orbe nunquã auditam? Pater ignoscе illis, qa nesciũt, qđ faciũt. Nõ te regẽ uoco, ut eos opprimas, nõ dũm ut affligas, nõ iudicẽ, ut condemnes, sed patrẽ te, uoco patrẽ (inquã) uoco qđ est nomẽ pietatis ut eorum misereris. Pater æterne ignoscе illis, pluris.n. æstimo aĩarũ earũ uitã, quã meam, corporalẽ mortẽ. Parce illis pater mi satius est.n. & iustius ut pluris facias charitatem, qua ego ꝓ illis morior, q̃ iniquitatem, qua ipsi me crucifigunt. O pater sancte dimitte illis si quidẽ ego. qui sum iniuria affectus quicquid ad me attinet ignoscо quare & tu pater mi q̃ ad tuã iustitiã spectat nõ dimittes? ò pater infinitæ clemẽtiæ parce illis, qa cũ primũ dixero: consummatũ est, finienda est lex uetus, & introducẽda lex gratiæ, & est disẽtaneũ. [*Que en ley de gracia aya def graciay en ley d'amor aya rãcor.*] Dimitte illis pater æterne. Siquidẽ in deserto Harã cũcto populo Iudaico pepercisti, qa Moyses & Aaron thus tibi obtulerũt, quare modò nõ ignosces, siquidem ego nõ thus, sed me ipsũ crucifixũ tibi offero? ò pater clemẽtissime uide hoc corporis mei thuribulum undiq; pforatũ & laceratũ, ex quo non fumus, sed copiosissimè exilit sãguis. Per hũc sanguinẽ, p hæc crudelissima uulnera, per has pijssimas lachrymas, per hæc atrocissima torméta, per hanc durissimã mortẽ, deniq; p ardentissimũ amorẽ, quo oĩa hęc patior, te exoro amantissime patet: ut illis uelis ignoscere. O diuine Magister q̃ salutiferã doctrinam in ultimo uitæ tuæ termino nos docens? sed uæilli, qui eã non didicerit, & sequutus fuerit. Quis deinceps fratres mei in suo pectore odiũ audebit recondere? quis iam os aut lingnã habebiti ad expostulandã iniuriam, aut ad q̃rendũ coram iudice? Per uiscera pijssima huiꝰ cęlestis Magistri, & pillam supernam mansuetudinẽ, quã ꝓ nobis i cruce mortuus est uos rogo humiliter aũ oẽs ꝓstratus, ut in hũc mitissimũ agnũ oculos cõijciatis, & ad eius imitationem omnes iniurias dimittatis, & pacem cũ fratribus uestris cõponatis: nõ. n. accessistis ad tractabilem & accessibilem ignem, & turbinẽ, & caliginẽ, & ꝓcellã: & c. sed accessistis ad sanguinis asperssionẽ, melius loquentẽ q̃ Abel, ait S. Paulus. Nõ accessistis Hebr.12.
ad illa fulmina, tonitrua, & fulgura, q̃ uisa & audita sunt qñ Moysi data est lex: sed accessistis ad effusionẽ sanguinis Iesu Xpi, q clamat, & oĩbus peccatoribus ueniã deprecatur,

cat. Ad hãc accessistis, siquidem in eo baptizati estis: & oportet vos facere sicut ipse facit, & veniã postulare inimicis vestris: non si
Gen. 4. cut sanguis Abel, q vindictam & suppliciũ petebat. Quod si dicitis: sunt he leges in seculo videlicet eum qui alapã alicui impingit ligno esse ꝑcutiendũ, q autem ligno ꝑcutit morte afficiendũ, quas nisi obseruauerimus infames & dedecores reputabimur. Omiseri hoĩes, qs vos tã immanis captiuitatis reddidit seruos; Dicite; in hora mor-
28 tis vestrę iudicandi estis à Deo his legibus, an suis, suis ꝓfecto. Ergò facite vos surdos legibus Sathanæ, & dissimulate huic sęculari vanitati acsi illã non intelligeretis. Quia spiritus sanctꝰ ait: pretiosior est sapientia paruaq; gloria ad tẽpus stultitia. Hic sapiẽtia & gloria sunt in ablatiuo: stultitia vero & paruo in nominatiuo. Itaq. sic ordinãdũ
Ecc. 10. est: stultitia parua ad tempus est pretiosior sapientia & gloria, idest prudentissimũ est aliquando hominẽ stultũ se simulare. Iniurias tolerare, & omnibꝰ contumelijs surdescere, & obmutescere maior sapiẽtia est, q̃ hõ cogitat. Sic. n. corã Deo diuina gratia ꝑpetrãt, qua & cęlestis gloria cõparãt, ad quã nos ꝓducat Iesus Marię filius, q̃ viuit, & regnat per infinita sæculorum sæcula. Amen.

Sabbatho post Cineres.

Cũ sero eßet factũ erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra: & uidit eos laborãtes in remigando. Marci. 6.

1 NARRAT sanctus Marcꝰ, qđ peracto insigni miraculo qnq. panũ, Christꝰ statim coegit discipulos suos ascẽdere nauim, dũ ipse turbas expediebat. Notabile verbũ est hoc, coegit: acsi vim inferret eis. Difficillime enim ab eius sanctissima societate recedebant. Ita eũ ardenter diligebant. Vnũ ex maioribus malis, q̃ sunt in mundo est nos tam facilè à Deo recedere, & tam parũ eius absentiã sentire, malũ signũ. Videmus enim quàm grauiter ab eo segregamini, quem ex animo diligitis: & quã alacriter peccatis & à Deo separamini. Maximo animi affectu cõqueritur de hoc malo Deus
Hier. 2. per Hierem. dicẽs: Nunquid solitudo factꝰ sum Israeli, aut terra serotina, quarè ergò dicit populus meus, recessimus, nõ veniemus vltra ad te. Nũq̃d seruisse mihi fuit
2 desertũ arare, aut sterilẽ agrũ excauare, quod nihil prodest nisi ad confringenda brachia usque vilitate. Nõ profectò. Quare ergò tã sine causa à me recessistis, & ita alacres estis q̃ id feceritis, vt non vltra ad me reuersuri sitis. Et addit Dñs dicens nũq̃d obliuiscẽ uirgo ornamẽti sui, aut spõsa fasciæ pectoralis suæ, populꝰ vero meus oblitus est mei diebꝰ innumeris. O diuina exaggeratio, forsitã obliuiscẽ uirgo q̃ de-
3 siderat nubere, ornamẽtorũ, qbꝰ adaptãt, aut nupta nõ memorabit, fasciæ, qua ꝑcingitur ut uiro suo placeat, non equidẽ. Cũsigit (dicit Dñs) ego sim decus, & ornamẽtũ animarũ uestrarũ, & cordiũ uestrorũ pulchritudo & cõpositio. quare mei obliuiscimini tã innumerabilibꝰ diebus, ò maximum malũ, nõ sic faciebãt hi sacri Apostoli, siquidem in hoc uerbo significat eorũ corda euelli, cũ à diuino Magistro separarentur. Alij dñt, qđ illud: coegit, significat q̃ Dñs noster Iesus Christus illos cõpulit: molestè .n. ab illis turbis recedebãt, cũ adhuc nõ essent perfecti spirituales, & adhuc humana cõuersatione delectarenẽ. Sed cũ Deus eos educaret, ut Ecclesiæ essent principes: illos uult ab oĩ occasione abstrahere, & sic in na-
4 uiculã iubet eos cõscendere. O quot mala euitaremus si parẽtes. Magistros, amicos, aut socios haberemus, q̃ cum nos aduertẽt mundanis cõuersationibꝰ deditos, oĩbꝰ possibilibus modis nos cogerent, ut eas relinqueremus. Proponẽs sacra scriptura, cãs ob quas Deus mũdũ diluuio demersit, vnã Gene. 6.
illarũ fuisse affirmat, qđ, uidentes filij Dei filias hoĩum q̃ essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex oĩbꝰ, quas elegerãt. Per filios Dei intelliguntur hic hoĩes sancti, quales erãt filij Seth. Per filias hoĩum intelliguntur filiæ Cain, & licet essent sancti illi homines, uidentes tñ & cõuersãtes cum mulieribus corrupti sunt & sibi usurparunt illas quæ iã alijs locatæ erãt. Quãuis sanctus qs sit si cum mulieribus cõuersãt eiꝰ sanctitas nõ diu ꝓseuerabit: sicut hi qui filij Dei uocabanẽ, & ꝓp paucã custodiã oculorum suo
5 rum, i tñ ꝓcipitium deuenerũt: ut totiꝰ orbis submersionis causa fuerint. Non solum Christus Dñs noster eos separauit, & in naui cõscendere ipulit: sed uento ẽt & tempestate eos circundedit, & cum im ꝓpriè essent ut in dissidentiam inciderent in quarta noctis uigilia illis occurrit. O notabilis res, hoĩes ita dilectos Deus ab aliorũ conuersa-

uersatione abstrahit, & inter fluctus maris constituit, quasi significãs inter maiores furias, ac impetus maris non ita hoïes periclitari, ut in medio sęcularium deliciarum: ió fratres mei cũ vos uento mariq; obsessos uideritis cognoscite hoc à Diuina Dei prouidentia constitutũ esse. Fœlicitas superbos nos reddit, aduersitas uerò plerunque humilitatẽ nobis affert? Ió multũ nobis ꝓsunt
6 hæ tẽpestates. Si es debilis aliquo mẽbro, aut alio corporali morbo laboras, & medicamẽtũ tibi uendiſ, qđ centum aut ducẽtis nummis æstimaſ, illã pecuniã bene cõsumptã iudicas: itaque vt à corporali infirmitate libereris, nõ dubitas oẽm tuã substantiã
7 emittere: & ut à calũnijs eripiaris, gaudes corporales labores ꝓpeti uadẽs & rediens ad lites agitãdas cũ sudore tuo & detrimento pecuniæ tuæ. Quare ergo non gaudebis ut ad aïæ salutẽ diuitiæ detrimẽtũ patiaṅ, & corpꝰ tribulet, sq dẽ videmꝰ hac via Deũ maiores amicos suos duxisse? & ita Sanctus
2.Cor.4. Paulus dicebat: In oĩbus tribulationẽ patimur, sed non angustiamur. Aporiamur, sed
8 nõ destituimur. Persequutionem patimur, sed non derelinqmur. Humiliamur, sed nõ confundimur. Deijcimur, sed non perimus. Semp mortificationẽ Iesu Christũ in corpore nostro circunferentes, & ut uita Iesu manifestẽ in corporibꝰ nostris. O admirabilẽ animum, & inuictam fortitudinẽ Sãctorum afflictorum sed mirabiliꝰ auxilium Dñi, q
eò in tribulationes ducebat, ut laboriosissima & patientissima diuini Magistri uita in afflictis & tribulatis sanctorum discipulorũ corporib. illuceſceret? inter hæc verba D. Pauli difficillimũ est illud Aporiamur. Aporiamur ẽ uerbũ Græcũ, qđ significat: Vsque ad ultimũ fatigamur, sed nõ derelinqmur. In necessitatẽ nos Deus adducit, sed non nos deserit. Vt patet in hodierna sancti Euãgelij lectione, qa eos in tẽpestatẽ intulit, & illis statim occurrit. Ita bonus est Deus, ut oẽs labores simul nõ immittat, sed eos diuidat, ut nos illos facilius toleremus. Sic ẽt discipulis suis paulatim labores misit prius ipsos ĩ maximã tẽpestatẽ immisit: sed erat ipse cũ illis cum in mari dormiebat, & tunc
Matt.8. nõ erat tantus labor cũ tã bene sociati essent. Postea tanq̃ homines q in uirtute ꝓficiebant, in aliũ tẽpestatẽ illos induxit, cum ipse abesset, & hæc laboriosior fuit, & ideo in illa magis timuerunt, Ecce qũo labores
Simile. immittit Deꝰ cũdũ subiecta. Horologium qđ hẽ t rotas seas & necessariũ artificiũ, si illi ꝓportionate pondera apponaṅ, ꝓgrediaṫ ordinatissime, qđ si pondera abstrahas, non ꝓgredieṫ, sed statim inordinabitur sic hõ est horologium, qđ confecit supernus ille artifex eximio quodam artificio, & in eo oẽs necessarias rotas humanę uitæ posuit, quæ sũt potẽtiæ, sensuq; aïæ & corporis: hoc horologiũ cũ ponderibus, maximo ordine ꝓcedit, cũ laboribus, tentationibus, &c. Desinentibus tñ ipsis statim quiescit, & ĩordinaṫ. Attendite, Dauid, cum eũ Saul p montes ꝓsequereṫ, q̃ bonus, & ordinatus incedebat: ablatis tñ põderibus, ablatis tribulationibus uidete qualis fuerit. Cũ filii Israel fatigarenṫ in Aegypto clamabãt ad Deũ, ita Exod.3.
ut dixerit Deus Moysi: Vidi afflictionẽ populi mei in Aegypto, & clamorẽ eius audiui significãs in hoc uoces illorũ afflictorum ad cor suũ pueniſe, in deserto tñ cõstituti Mãna, & coturnicibus satiati qd fecerint, ꝓpendite. Quid tam longè properamus? animaduertite qd uobis ipsis quotidie contingat. Cũ uos paulisper afflictos uidetis, q̃ solliciti estis, q̃ frequẽter in cœlũ oculos, & cogitationes attollitis, & Deũ assiduè rogatis? ablata ãt afflictione quales remanetis? quid
9 est hoc? nisi q cum primum horologio sub- Simile.
trahunṫ põdera, statim inordinaṫ. Erat qdã Monachus in deserto ualde tẽtatus, & perrexit ad senẽ quendã & ei laborem suũ dixit: quẽ uir sãctus interrogauit. Vis ut Deũ exorẽ, ut hanc tibi auferat tẽtationẽ? respõdit tentatus: Non, sed ut me adiuuet quo eã tolerare possim. Bene cognoscebat hic seruus Dei tentationum ꝓtium, laborumq; valorẽ cõsiderabat. Sed qũadmodum ponderа oportet ꝓportionari rotis & magnitudini molis horologii, ita dicit S. Paulus: Fide- 1.Co.10.
lis ãt Deꝰ, q non patieṫ vos tentari supra id, qđ potestis: sed faciet ẽt cum tentatione ꝓuentum, ut possitis sustinere. Hoc est quod 10
dicebamus Deũ paulatim discipulis suis labores adaugere, prout in uirtute ꝓficiunt: q̃ significauit Deus in illo mirabili fluuio Eze.47.
quẽ uidit Ezechiel, in quẽ ingrediens Sanctus Propheta, dicit primũ sibi aquã ad talos puenire: deinde ad genua, postea ad pectora, postea tandẽ affirmat se nõ inuenisse
in illo ubi niteretur, & sic mergebaṫ. Hic ẽ sty 11
lus quẽ seruat Deꝰ in oẽs suos, ut quo plus in suo seruitio ꝓficiunt, eo altiores & profundiores laborum aquas experiantur. Est ĩ. n. decus altissimæ Maiestatis tales habere

micos, q pro nulla re (ẽt difficillima) eũ deserant. Vult Deus ut animaduertatur quãtũ illũ ames, & quantũ sanctitatẽ diligas. In hoc. n. cognoscitur, q pro nulla difficultate Deũ ac uirtutẽ relinquas, & licet peccatoribus tormenta & labores nõ desint, si cũ ipsis nõ exeant a peccato, & ad melioré uitã se recipiant, erunt tanquam perdices,
Simile. quas prius in prunis calefacis ut postea melius assentur. Hic eos calefacit Deus, laborũ prunis, & quia hac Dei admonitione nõ vsi fuerũt, postea in igne æterno crudelius excruciabuntur

12 Est ẽt maximè considerandũ quod dicit Euangeliũ, scilicet, qđ, *Vidit discipulos suos laborantes in remigãdo, erat. n. uẽ us cõtrarius eis.* Ipsi quãtum ex se poterãt, animabãtur. Et in hos, q oẽm, quã poterãt diligẽtiã adhibebãt, Deꝰ oculos conijciebat; hos intuetur Deꝰ, & his occurrit. Timidi, & pusillanimes q in laboribus & contradictionibus defeciscuntur, & deficiunt, nec se ad tolerandum incitat, hi non sunt digni diuino
Vegetius. auxilio. O quot sunt hodie in orbe huiusce modi q in primo conflictu & contradictione deuinctis manibus, tentationibus tanquam superati succũbunt. Vegetius de re
13 militari affirmat, qđ q habitãs ĩ calidissimis regionibus ubi sol nimis eos cõburit, etsi tales sagaces & artificiosi esse possunt, magnanimi tñ & robusti esse nequeũt. Animi enim magnitudo & robur à magna sanguinis abundantia dimanat, & in his est oino sanguis exiccatus, & cõminutus nimio so-
Eccl.43. lis ardore. Vita secularis est terra, nimio
Simile. solis cõcupiscentię ardore cõcremata, de qua dici põt q dixit Ecclesi. Tripliciter sol exurens montes & radios igneos exufflãs? sicut hic sol materialis inflãmans terram, manè & meridiè, & uesperè illã exiccatam
14 & inflãmatã relinquit: sic triplex ardor, ira, auaritia, & luxuria, miserã animã cõburunt, quibus flãmis humor spiritualis consumiṫ, & gratiæ deuotionisq; spũs attenuaṫ ijs, qui sæcularẽ uitã degũt, & ita exanimes & debiles manent, ut ne minimis quidẽ tẽtationibus & laboribus resistant. O æterne Deus quã miserabilis est uisu, pusillanimitas filiorũ huiꝰ seculi, qui ex nulla re sciunt reportare uictoriã. Ecqui sunt hi cognoscẽtur sicut incolæ illarũ calidarum regionũ, qui in capillis cognoscunṫ & ĩ colore: sunt tortis & crispis crinibus, nã præ nimio solis ardore non possunt extẽdi, & sunt nigri sicut carbones. O miseri peccatores, quorũ hæc sunt insignia, & exterius cognoscitur, quales uos interius sitis, cogitationes, quæ sunt aïa capilli uersus se inclinatę, omnia ĩ suã utilitatẽ reflectuntur. Nihil aliud cogitant, nisi qũo edant, in quibus delectenṫ, qũo in amplissimos dignitatis gradus efferanṫ, &c. De his dicit S. Paulus. Oẽs q̃ sua Phili.2.
sunt, quærunt, nõ quæ Iesus Christi, & exteriore apparẽtia, & colore ĩteriorem miseriã demõstrant. Denigrata est facies eorum super carbones, nigriores sunt carbonibus. Re Thre.4.
ẽte dicit, nigriores, quia carbones ignem reducti, conuertuntur in prunas: hi uerò in 15
tribulationibus cõstituti nigrescunt, & magis ac magis frigescunt. Hi nigri carbones, sunt qui aduersis uentis nesciũt remigare: sed se tentationum procellis submergi patiuntur. O iusti, quibus est gratiæ humor & sanguis, animũ, animũ recuperate, consortamini ad remigandum, quia bonꝰ Iesus vos
cernit, & in intuitu est Deus. A dextris est Psalm.15.
mihi ne commouear, & sic delectaṫ uidens uos remigantes, & cum aduersitatibus reluctantes, ut q̃ in terra uenti deessent, de cælo Angelos mitteret, quibus cũ luctamen exerceretis: ut misit nnũ Iacob uenienti ex
Mesopotamia q cũ illo luctareṫ. Mysteriũ Gen.32.
qđđ est in Isai. ad hoc ꝓpositũ loquens de Isa.43.
his q ituri vt ad habitandũ cœlũ, dicit: Dicã Aquloni, affer mihi filios de lõginquo. i. da mihi filios tuos, q habitãt cælũ. O res dictu 16
admirabilis ita ne futurũ est q ex Aquilone prodeant filij in cælũ? De Aquilone sic legitur: ab Aquilone pandẽt oẽ malũ: sed qđ ipse filios afferat ad cœlum nunq̃ audiuimus, non? Mõ igitur audietis. Aquilo est diabolus. Quòd ergo hic filios Deo det ad mirabile est. Potius experimur. illũ die noctu q; nihil aliud curare, quã ut animas in infernum detrudat; hic igitur qũo dabit filios Deo? Dico qđ diabolus suis laqueis & tentationibus facit, ut aliqui ad cælum sãctiores ascendant. Vultis hoc uidere? quis fecit ut Aegeas S. Andreã torqueret? quis fuit in cã ut B. Laurentius & alij sãcti cruciarentur? diabolus. Ergo labores à demonio acquisiti sunt in causa, ut sancti Martyres in cœlum ingrediantur. Hæc de cã Do 17
minus non occurrit statim his tribulatis vt maiorẽ acquirerẽt coronã. Si Deꝰ tibi statim nõ auxilieṫ, ne deficias, qa quarta noctis uigilia, q̃ est ꝓpè mane suis discipulis subuenit, sic faciet tibi cum minus arbitra-

tus

tus fueris.

Sed aduerte q̄ dicit S.Euangeliū, qđ cū veniret Dominus ad occurrēdū eis, ambulabat ſuper aquas maris, ac ſi terra eſſet ſolida. Illi putauerunt phantaſma eſſe. Ecce quid quotidie agatur. Ægrotas, & ingredietur monachus vt te uiſitet, dicūt ſtatim tui, 18 phantaſma eſt. Heu ne huc ingrediatur, q̄a expaueſcet infirmus, & timore morietur. O cęci, puſillanimes nō intelligitis hoc, q̄a nō eſt niſi Ieſu Chriſto, ſiq̄dē uenit in ſuo nomine, ut ei ſalutis cōſilia p̄beat, ut eius animæ mediaī, vt eum ab ſpirituali tempeſtate, qua opprimebatur, abſtrahat.

Matth.14. Cū diſcipuli ſic tribularentur, eos Dñs cōfortauit, dicēs. *Cōfidite, ego ſum, nolite timere.* Beatus Matthęus hanc ipſam hiſtoriā exponēs, dicit, q̄ ſimulac Sāctus Petrus hanc uocē audiuit, ſtatim clamauit. Dñe ſi tu es, iube me uenire ad te, &c. Tā ardēti deſiderio tenebaī cū Ieſu Chriſto cōmorādi. Vt horā qua eū uiſurus erat iam appropin 19 quare nimia cupiditate exoptaret Malebat eſſe cū ſuo bono Magiſtro in fluctib. maris, q̄ ſine illo in naui cōmorari. Ait illi Dñs. Veni, & illico magno cū aīo & fiducia, hoc verbū audiēs ſe in mare cōiecit, & qua tenus ſpē habuit dignā, & verbo Dñi fiſus eſt, per medios fluctus ſecurus ibat, ſed q̄a cōcitatus eſt aer, incipit trepidare & dubitare, quapp iā aquaillū non potuit ſuſtinere, & iā penè mergebaī, ſed cū clamaret, dicēs: Dñe ſaluū me fac. Extendit clemētiſſimus Ieſus manū ſuā, & eū ſuſtinuit ne mergereī, & ait illi; Modicæ fidei quare dubitaſti? Significans in hoc qđ cauſa ob q̄ demergebat erat, q̄a non habuerat fiduciā. O rem 20 mirabilē, ante miraculū credidit S.Petrus ſe poſſe à Dño ſup aquas ſuſtineri, & cum hac fide ſe mari cōmiſit, & in medio miraculi aduertens qūo ſuper aquas curreret, ibi dubitauit, ubi minus erat dubitandum. Solet plerunq. humana natura in rebus fortibus & excellentibus uictoriā reportare, & in minimis deficere. Videbitis hominē, ita magnanimū, ut leonē trepidare faciat, & qui cū urſis præliabiī, & poſteà quælibet muſca eū fatigat, & quolibet calore deprimitur. Videteſſillā columnā cæli D.Paulum qui tot infortunia cucurrit, & à tot calamitatibus victoriam reportauit, & poſteà vna tentatione cōcuſſus dicebat: Infœlix ego Rom.7. hō, q̄s me liberabit de corpore mortis huius? Nota eſt oibus magnanimitas illius patris pnię Heliæ q̄ Deū rogauit ne pluerēt quouſq; ipſe aliter rogaret. (Sic.n. ſibi uidebiī tūc expedire) cui Deus hoc cōceſſit: petijt à Deo vt mortuo vitā reſtitueret & ipetrauit. Et vt legīt tertio Reg Cū hic p̄pheta ī aīo regis Acab morte cōdēnatus eſſet irreuocabili ſentētia, p̄p maledictā Iezabel p̄phetarū necatricē: iuſſit Deus huic ſancto viro vt appareret in cōſpectu Regis Acab. Tūc abijt ſanctus terribili audacia & cōparuit corā cōſpectu Regis, uenitq̄. Acab in occurſū Eliæ, & cū vidiſſet eū ait. Tu ne es ille, qui cōturbas Iſrael; & rndit ſeru⁹ 21 Dei aīo virili, ut Hiſpanè dicīt, [*Enſus barbas*] Nō ego turbaui Iſrael ſed tu, & dom⁹ patris tui, qui dereliquiſtis mādata Dñi, & ſequuti eſtis Baalim. Ego (inquit) ſeruus sū Dei & nō conturbabo nec concito regnū, tu es q̄ illud euertis & ſcandalizas & dom⁹ patris tui & facis vt maledictus & excōicatus adorans deos falſos & fictos. Denique hic Propheta Dei fortitudine ità virili pectore fuit, vt omnes falſos p̄phetas iterficeret. Quo peracto Deū rogauit, dicens: Dñe tempus eſt vt diſſoluāt cataractæ cęli & pluat, & factū ē ita. Videī vobis hic hō valid⁹ & cōſtās. Audite ergo paululū. Cōmi nata eſt illū mala Iezabel, & cæpit trepida 22 re & tremere, & p mōtes & colles fugit, & ī deſerto ſubter vnā iuniperum fatigatus, ſedit, pœnituit animæ ſuæ vt moreret, & ait: ſufficit mihi Dñe, tolle aniā meā, neque .n. melior sū q̄ patris mei. Quid Propheta? muliercula te trepidare facit? vbi eſt animus & cōſtantia tua? O Dei inuentiones q̄ b⁹ vijs ſuos ducit. Ne vermicul⁹ de ſe aliq̄d exiſtimet, ſed humilieī: p̄mittit Deus vt q̄ antea maximos labores validiſſimo pectore ptulerat, poſteà in paruis & vilibus reb. deficiat. Etiā hoc fecit ad noſtrā doctrinā, vt licet maximas ab ſpūalibus hoſtibus victorias reportaueris, & ex maximis tētationib. uictor euaſeris ne te ſecurū exiſtimes, 23 paruæ.n. tribulationes ſufficiunt ad te proſtrandū, & ſic ſēper cū timore viuas, à Dei diuino gubernaculo pendens: Et iā hoc permittit, vt q̄n te à paruis tentationibus ſuperatū videris, cognoſcas, quod ſi magnas ſuperaſti ex eius potentia hoc proceſſit, & nō ex tuis viribus, & ſic magis glorifices ſupremā illius maieſtatē, maiori contēptu & humiliatione tui. Aduertite etiā ad hoc, quod Num. 10. contigit Moyſi, ut ſcribitur in Num. cui iuſſit De⁹, vt quā de petra educeret, & quo tē

pore

pore illam voluit, percutere, dubitauit dicēs: Audite rebelles & increduli, nū ne petra hac poterimus aquā ejcere? quod ſic locutus eſt, ſuā incredulitatē oūdit, q̄n.n. in Ægypto tāta miracula opatus eſt, Dei ſpe rio nunq̄ ſic loquut⁹ eſt, ſed oī cū fiducia adimplebat, q̄ De⁹ illi ꝑceperat: nō dicebat, nū poterim⁹, ranas educere de fluuio? & ſic de aliis, ſed abſolutē obtēperabat. Et iō illic in eodē capite reprehenſus eſt ipſe & eius frater Aaron à Dño, dicente: Quia nō 24 credidiſtis mihi nō introducetis hos populos in terrā, quā dabo eis. O rē ſtupendā, q̄ hō p quē Deus tot mirabilia operatus eſt, & qui ita Dei oipotentiā & eius uerba exp tus fuerat, in re tam leui mō diffideret, ac deficeret, ut attendatis utrum iure optimo dixerit. S.Paulus. Qui ſe exiſtimat ſtare, ui- 1.Cor.10. deat ne cadat. Humiliemur ergo fratres mei in conſpectu diuinę Maieſtatis, inſtātiſſimē cū oremus, ut non mō nobis benē incipere, ſed etiā in incepto vſque ad finē & conſummationem uitæ perſeuerare concedat. Qui enim perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit. Perſeuerantibus enim gloriæ corona præbetur, ad quam nos per- 25 ducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

Dominica I. in Quadrageſima.

Ductus eſt Ieſus in deſertum, à ſpiritu, &c. Matth.4.

PRius fuit Ieſus Chriſtus Dñs noſter baptizatus, poſteà ductus eſt a Spiritu sāto in deſertum, ſuper hoc uobis uolo dicere rē valde neceſſariā. Cōtingit aliq̄b. peccatorib. ſe curos eē q̄a orāt, q̄a ieiunāt, q̄a aliquas lacrymas corā Deo effūdūt, & deniq. q̄ ali- 1 q̄ bonū operanī. Et eſt ueriſſimū q̄ interim nō proponūt uitā corrigere ſm ſtatū ſuum, & cū Deo uerè & fideliter non agunt, hæc quies conſcientiæ & cordis mollities omnes ſunt falſæ, & non ex Deo. Vt enim dicit Iob. 24. Iob, q̄ eſt ſpes hypocrite ſi auarè rapiat, &c. uſq; ibi, nūquid poterit in oīpotente delectari, & oratio eius eſt mendax, q̄a ꝓpriū Pro.18. orationis eſt falſam iuſtitiam labefactare. Ideò in Prou. dicīt. Iuſtus ī principio orationis accuſator eſt ſui. Experientiā certā habemus, qđ lux primū manifeſtat unuſcuiuſq; figurā: ex quo aperiè patet, qđ qui ſe non agnoſcit hic defectus ſuos nō intelligit, ſed potius ſe ipſum iuſtificat, quia non acceſſit ad Deū ī ueritate & ęquitate Chriſtiana. Nam ſicut dicit S.Ioānes: Deus lux eſt, & tenebrę in eo non ſunt ullæ. Etiā eſt 1.Ioan.2. catholica uericas nos à Deo, pro ſua infinita miſericordia tanq̄ filios à Patre tractari. Apoc.3. in Apoc. Quos amo, arguo & caſtigo. Et ad Heb.12. Hebr. Flagellat aſit omnē filiū, quæ recipit. Tanquā filiis uobis offert ſe Deus, quia ſi extra diſciplinā eſtis, ergo adulteri & non filij eſtis: quā dulcia uerba ſunt hęc bonis, 2 quidē ſe Deus illis offert tāquā patrem, & quā amara iniquis, q̄nquidem illis ueritas patefit, illos non eſſe filios Dei. Si ergo oſſiciū bonis patri eſt, filio ſuo defectus demonſtrare, & ipſum corrigere, certum eſt igitur orationē eius, qui ex oratione tranquillus & conſcientię quietus exit, mendacē fuiſſe & nō ueracē, qui in confeſſione ſcrupulū habet rerū leuiſſimarū, & ualdè communiū etiā uiris probis, & alios defectus ſatis notabiles præterit. Accuſat ſe quòd indeuotè oraverit, & nō habet ſcrupulū ambitionis, a qua poſsidetur, & petitionis ſecularis, q̄ habet, deſiderij officiorū, & rationum, quibus ea expetit, q̄ aliū plus non æſtimet, q̄ credit ſe illo in re ſua poſſe uti, & hypocriſis ac fictionis, inuidiæ, & murmutationis de eo, q̄ ſecū competit aliquid, odii qđ habet ī illū qui ī ſua prętēſione ſibi nō faueret, & qui ipſum nō laudat, & q̄ curat eū abii 3 cere, & qđ tumultus & ſeditiones cōcitet, & eas ſequatur. Et cum multis ex his imp̄fectionibus contaminetur, quieta & tranquilla conſcientia uiuit, & ſic diuina recipit ſacramenta, prophanā, ac remiſſam degens uitam, quid de hoc dici poteſt, niſi q̄ eius oratio, cordis blandities, qđ ſatisfactio omnes ſunt diaboli fraudes & incantationes? Si enim fideliter ac ſyncerè ad eū q̄ eſt lux accederet, ſuā ei figurā demonſtraret, & q̄ eſt pater miſericordiarū, & De⁹ totius conſolationis, eas imperfectiones in intrinſeco cordis eius reprehenderet, ut ſaltē conſcientiæ morſibus cruciatus remedia q̄reret. Quapropter uos oro p̄ ſanctiſſimū baptiſmū, & p̄ uirtutes q̄ in illo infun 4 dūtur, & p̄ Spiritum ſanctum, qui eas communicat, ut Chriſtiana ęquitate attēdatis, quod qui ita ſe iuſtificatos putabāt, ut dominum Pilati non intrarent, (quod ad maximū eſſet peccatū veniale) ipſi non habuerunt ſcrupulū, dicentes. Si non eſſet hic malefactor, non tibi tradidiſſemus eum, nec

cum

cũ dixerũt maximis vociferationibus: Crucifige eũ: nec cũ populo psuaserũt vt peteret: Nõ hunc, sed Barabbã. Atq. iterũ rogo vt animaduertatis, quod ij qui peccatũ iudicarũt triginta argẽteos in ærariũ publicũ mittere, nõ habuerunt scrupulũ emẽdi sanguinẽ tã pfecti, atq; iustitiæ cõsummati viri. Ipse.n. qui eũ tradidit ueritate cõpulsus hoc cõfessus est, dicens: Peccaui tradẽs sanguinẽ iusti. Cui ipsi rñderunt: Quid ad nos? tu videris. Quamobrẽ fratres mei valdè timeamus & attẽdamus, q affectus & prius amor tantũ apud humanũ cor ualẽt, vt efficiẽt, q bonũ appareat malũ, & econtra. Quocirca non nobis metipsis fides est adhibẽda, sed unusquisq; uitã suã modere tur sm uitã Iesu Christi: hoc.n. est medium pdestinatum à Deo, ut ait S. Paul. ad Rom. Quos pscIuit & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, & sic animaduertet qd sibi desit ad hoc dicamus cũ deuotione, illud Psal. Illumina oculos meos ne unquã obdormiãt in morte, ideſt, ne cõmorãs in peccato illud nõ sentiã, tãquã q dormit, & sic cũ ipso totus sim. Etiã frequẽtes in ore feramus illa notabilissima uerba Dauid. Deus meus illumina tenebras meas. Hęc oĩa dixi occasione illius uerbi Tũc: in quo icipit cap. 4. S. Matth. *Tunc ductus est Iesus.* Tũc qñ iã baptizatus fuerat, abijt in desertũ ad ieiuuandũ, orandũ, & lacrymandũ pro nostris sceleribus, docẽs nos in hoc, quod oĩa nostra ieiunia, & orationes, cæteriq́ uirtutis actus in bona cõsciẽtia & puro corde oportet fundari: alter enim ædificium erit erectum super falsum fundamentum.

Mat. 23.

Rom. 8.

Psalm. 12.

Psal. 128.

Ait igitũ? *Ductus est Iesus a spiritu ẽ desertum.* In eremũ ducit plerunq; Spiritus sanctus electos suos. In hoc manifestat qualis sic voluntas eorũ, q ab spiritu Dei possidẽtur. Illi in qbus diuinus spũs dominat, sic cælestiũ rerũ contẽplatione capiunt, & ita foris ũ de eis agere desiderant, ut quicquid eos ab hac sancta conuersatione possit abstrahere, ab illo magis abhorreant, & accuratus fugiãt. Pruna accensa quæ in sinu est, impossibile est, qđ carnẽ non amburat, & uestes malè olere faciat: si non põt Spũs sancti ignis cõburari in anima, ablq; eo q eã Dei desiderio flagrare faciat, & exteriora & secularia fastidire. Qũid, quod editis de se bonũ est, & tũ nobis amãtũ, & lutũ sapere uidẽt, signũ é, qđ, uobis humorũ nimia, abũdantia est: sed post q res ut sunt sapitis, signũ est, q crassi humores cõsumptui sũt, & naturalis uirtus incipit pdominari. Christianum, cui Deus amarus, & cęlestia uidẽtur sine sapore, uerisimile est à spũ diuino multũ abesse: sed postquã res sanctæ uobis id qđ sunt, incipiunt sapere & seculares uanitates, ẽt id quod sunt uobis sãpiunt, magnũ est indicium præsentiæ Dei in hac aĩa. Dixit Deus Moysi. Ego ero tecũ, & hoc habebis signũ, quòd miserim te, cũ eduxeris populũ meũ de Ægypto, immolabis Deo super montem istũ. In hoc cognosces Deũ esse qui loquitur tecũ, & te ad hoc negotiũ mittit: quod qñ exieris cũ populo meo de Ægypto, offeres Deo holocausta super hũc montem. Hoc signum illi dat, qa est maximum ad cognoscendum utrũ anima exierit iã ab Ægypto, & fideliter cũ Deo agat: animaduertere, quod sacrificiorum usum commutat. Anteà sacrificabas Idolis in Ægypto, modo uerò iã in deserto immolas Deo. Vt sicut ante à honorẽ adorabas, pecuniamq́ue & seculares dignitates, ludum sensualitateq́mue uenerabaris, & propter hæc Idola Deum omnino obliuiscebaris, nunc horum oĩum anima obliuiscatur, & eorum saporem amittat, solumq́ue Deum sapiat: ipse n. solus saturat, & huic soli se commendet. cũ hoc Domino se consoletur, cũ hoc lætetur, illi amoris sui, curarũ, desideriorũ, cogitationumq́. suarum offerat sacrificiũ. Renuit consolari anima mea, dicebat Dauid, & rationẽ reddit, quod mundanis rebus se non cõsoletur. Memor fuit Dei & delectatus sum, delectabatur enim in rebus diuinis, idcirco in caducis & mundanis cõsolationem recipere renuebat. Hæc est uoluntas uerorũ seruorũ Dei, & apud me non sunt multum sancti, amici platearũ, & qui multis negotijs se tradũt: hæc.n. interiorẽ Dei cõuersationẽ distrahunt. Sanctos, qui gaudent esse in populis soliorũ amicos cupidos in regijs cõmorandi, non multũ securos iudico. De aliquibus hominibus dicebat S. Paulus. Habẽtes speciẽ quidẽ pietatis, uirtutẽ aũt eius abnegantes ex .n. sunt, q penetrant domos. Cõditio uerorũ sancto rũ non est ea, sed sic Deũ sapere, & eius familiaritate tantoperẽ delectari, vt omnem humanam conuersationem cupiant relinquere, & in speluncã se immittere, ne hoc Dei cõfortiũ amittant, qđ si ab hac intima conuersatione aliquando recedunt: hoc pter proximum utilitatem faciunt. Sanctus

Simile.

Hiero-

Hiero. Basilius. Sanctus Hieronymus in eremo plorabat dis tractionem cogitationum suarum. S. Basilius in solitudine cõquerebatur, q nedũ ibi à seipso posset liberari: & sunt multi qui pfectiores, q̃ hi uolunt existimari, cum tamẽ homines eos uideãt iter maximos fluct⁹, tumult⁹, & ambitiones terrenas immissos.

Dicit ulterius: *Vt tẽtaretur à diabolo.* Quia fortiter à diabolo tentãd⁹ erat: ideò se i desertum cõtulit. Voluit ut tẽtationes ibi essent, ubi minor esset occasio, ut habe rent effectum: qa tentationes futuræ erãt gulæ, inanis gloriæ, & cupiditatis, uoluit sollitudinem eligere, ubi non essent cibi, q appetitũ iuitarent, nõ homines q ipsum laudarent, non deniq́ue pecuniæ quæ ad cupiditatem iuitarent. Hoc aũt nõ, p se, tã securus enim in ciuitate erat, quam in deserto, sed fuit ad nostrã exhortationem, qa in tentationibus diaboli, quod potissimũ possumus eligere remediũ, est occasionem fugere, aduertentes q̃ callidus sit hic hostis, qui etiã in deserto ubi nõ erant nisi lapides ex ipsis lapidibus tentationem ptrahit, qd faceret ubi essent occasiones? Perpendit sacra Scriptura, quod quando Deus introduxit filios Israel in terram promissionis, nõ duxit eos per uiam terræ Philistijm, sed circunduxit per uiã deserti, quæ est iuxta mare rubrum: sic enim se hostibus obsessos uiderent, uiamq́ue patefactam aduerterent, ut in Ægyptum reuerterentur, facilè redirent. Duxit ergo eos per uiam maris rubri, vt cũ in medio essent mari, & se sine possibilitate redeundi cernerent, ulterius progrederentur, etiam si per medios hostes essent transituri. Remedium est appbatum & traditum à sanctis, q nos a periculosis rebus abstraham⁹, ut aduenìente tentatione nos inueniamus ineptos & sine possibilitate ad indulgendum ei, licet uelim⁹, & sic facilius homo eam superat, & in uirtute progredit. Qui est ubi luditur, facile ludendi tentatio ne capietur. Qui cum fœminis conuersat, facile cum uenerit tentatio, ab illa uincetur, siqdem præ manib⁹ habet occasionem, &c.

Exo. 13.

Psal. 68.

Cum ieiunasset. Vna ex uirtutibus, qbus diabol⁹ potissimũ implicat, est ieiuniũ: qa subtrahit ab eo iurisdõnem, & eã paulatim dat Deo. Dicebat Dauid: Quod est remediũ vt me diabolus non inueniat? Respondet: Operui in ieiunio animã meam, &c. Venit diabolus ad te, & non inuenit, es totus coopertus, & cõsumpt⁹ ieiunio. Maxima sunt commoda, q̃ ex ieiunio hauriunt, tangit ea alma mater Ecclesia in pfatione Missæ loquens cũ Deo, & dicens, Qui corporali ieiunio uitia cõprimis, mentem eleuas, virtutẽ largiris & pmia. Et ut ieiuniũ sit bonum, & sicut decet, una ex præcipuis conditionib⁹, quę ad illud requiruntur, est, ut cib⁹ sit moderatus, uilis, & appetitui iniucundus & ingratus. Et quòd sit illius rei pretium, adnotauit Sãctus Hieronymus in epistola ad Eustochium de se ipso scribens, Cum multos annos, domo parentibus, sorore, cognatis, & (quod his est difficilius) cõsuetudine lautioris cibi pp regna cœlorũ me castrassem. Hierosolymã militaturus perrexi. Quem locum quãdo primum legi, ualdè miratus sum, diuini uiri tale uerbum legens, quod difficilius illi fuerit, à lautis cibis abstineri, quã diuitias, ppinquos, patriam, unamq́ue quã habebat sororem relinquere, quæ omnia in mundo pretiosissima solent reputari, cuius rei ratio est quia hæc citò obliuioni traduntur, sed opiparos cibos quotidie caro expetit, & idcirco tã pauci sunt abstinentes, & q ieiunent sicut decet. Quapp dicebat S. Theodoretus, quod uerum ieiunium est perpetua indigentia, ut ita homo prandeat, ut tota die sit famelicus & debilitatem sentiat. Verũ, significat ibi, pfectum, pfecti ieiunantes curant in quantũ possunt hunc diuinum Magistrum imitari, q quadraginta dies integros in illa aspera solitudine cõmoratus est. Illic dormiebat optim⁹ Iesus in nuda humo, absque lodicibus, & absque tegumento ullo, suppositò lapide capiti. O dñe quis poterit numerare labores, quos illic perpessus es in medio hyemis ad frigus, & pruinas, uentis, ac tẽpestatibus cõcussus? O Deus æternæ Maiestatis, quis in illa solitudine te reperiret, aut qs in tua sancta societate una die esse mereretur? O qs uideret tuã feruentem orõnem, in qua dies noctesq; cõsumebas semp pro pdestinatis Patrem rogãs? ò qs lachrymas tuas ac suspiria intueretur, quæ pro hominum salute fundebas? prius Domine in deserto lachrymis nos abluere uoluisti, quàm in cruce sanguine lauares. Discite ò filij Adę ex hoc diuino duce quomodo pliatiri sitis, ut uictoriam reportetis. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, dicebat Dauid. Lachrymis, orationibus, asperitate, solitudine, ieiunioq́ue pugnare, & experiemini q̃ta cum uicto-

Theod.

Pfal. 143.

uictoria euadatis, Recolligite uos his diebus in uestris sacrarijs,negotia expellite, à malis consuetudinibus separamini, ad hoc enim sacrosanctum hoc tempus institutum est,&c. Heu quantum est hic plorandum propter quod tam ratas uictorias à Dæmone reportamus, atque ita triti sumus.

Dic ut lapides isti,&c. Dicunt nonnulli, q hic Christum dñm tentauit diabolus, ut de Deo murmuraret, quasi irridens fiduciã & fidẽ quã in illo habebat. *Dic ut lapides isti,* 17 *&c.* Quasi dicat magnã curã habet Deus de te, cui seruis, & pp quẽ in hac solitudine moreris, qui aliũ uictũ tibi non præbet, præter lapides. Et cum ipse dixerit in tuo baptismo te filiũ suũ esse, in quo sibi bene cõplacuit,manifestè patet illũ nũc te fefellisse,nec te talẽ habere,cũ nullam curam de te habeat,quin aliter quid tibi ad uescendũ det,animaduerte:ego enim nihil uideo præter lapides,& siquidem nihil aliud tibi dat, dic ut lapides isti panes fiant. Hæc oĩa nihil aliud fuerunt,pręter quã Iesum Christũ inducere,ut de Deo detraheret, atq; de eius 18 puidẽtia:liberet nos Deus à tali tẽtatione; aut saltẽ ne in illam incidamus, q deueniat quis ad detrahendum de operibus Dei.Ingens malum. Etiam est maximum malum illorum famã lædere,qui in terra sunt loco Dei,qui sunt ecclesiastici,& religiosi,hoc.n. omne est esca apta,ut ignis Lutheri inflammetur. Mos est enim hæreticorum religiosorum uitas,habitus, ceremoniasq; mordere,& de eis semper maledicere.Ignis quẽ auditis in illis miserrimis regionibus inflãmari applicatur maximè huic fomiti , & escæ detractionis ac murmurationis de seruis Dei.Atque ideò hæc est una ex maiori- 19 bus tentationibus Dæmonis,curare ut maximus murmurator sis:ex maximo.n.detractore solet maximus effici hæreticus . Alij cõmuniùs dicunt diabolum hæc uerba dixisse,ut cognosceret; utrùm esset Iesus Christus uer⁹ Deus,& ideò illi dixisse; *Dic ut lapides isti panes fiãt.* Modus est.n. Dei in operãdo,dicẽdo,& imp ando ut patet in Gene- Genesi. 1. si,ubi dicit, q dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux,&c. Valdè notãda est astutia Sathanæ,qũo incipiat à rebus humilibus& paruis ut illac aditũ reperiat ad maiores, ut patet hoc in loco, ubi apertè cernitur, q prius q̃ dominum nostrum Iesum Christum tentaret uanitate, cupiditate,ac idololatria ei sua fit ut lapides in panem conuerteret. Ideò D.Paulus nos admonet sic:Non circumueniamur à Sathana,non enim ignoramus co- 2.Cor. 2
gitationes eius,ideſt,ut nos seruemus,& diligenter caueamus ab obsessionibus , & circumuẽtionib.diaboli ne cõpræhẽdamur & Psal. 19
deijciamur ab eius calliditate & astutia , q̃, ut Dauid affirmãt,difficillima est intellectu, Paruerũt(inq;t)sagittas suas in pharetra,ut sagittẽt in obscuros rectos corde.In obscuro(inq;t)qa curat dæmõ tentationes absco dere,ne tentationes uideant, nec aliud ipse expetit,nisi ut parũ sibi auditũ patefacias,ut hac uia oĩnò te destruat. Quapp ne passum 20
quidẽ est aĩa uestra illi detis,quem si dederitis,ille nihil plus desiderat.In Gene. perspi Geu. 3
cuè ostenditur, qũo Sathanas iustum plurimis tentationibus circundet, nisi enim hac tentatione illũ superauerit, saltem illa aut alia tentatione possit uincere:Patet:uix Sãctus Ioseph ex una tentatione euaserat;ut fuit,à fratribus suffocari,cũ iam aliam maiorem ei diabolus parabat, & fuit quod iniecit dominæ oculos in Ioseph, q eius dominæillius amore cœpit inflammari. Quid? hãc uocas maiorem tẽtationem?etiã. Iusto enim maior tentatio est hæc, quam altera. Verum est quod alius iniustus diceret: O fœlix ego,qui post tantum laborem inuenĩ amantem me,& mihi benefacientem.Inueni dñam potentissimã,quæ de meo honore sicut de suo curam habet. Iustus autem nõ considerat hoc,sed contra nõ ignoramus cogitationes eius. Diaboli astutias intellexit, & q in alia tentatione in periculo eũ posuit amittendi uitã, & in hac intendit eius animã perdere,ac corpus, & quicquid haberet destruere conatur. Hucusq; eius probitas, 21
illum domino suo acceptum reddebat, & gratia Deo iucundum faciebat: modò uerò omnia simul ei uolebat arripere : & facere ut Deum & homines amitteret., scilicet,ut peccans , animam suam occideret, & per 2.Pet. 3
adulterium , corporalis ei uita adimeretur.Ideò Sanctus Petrus dixit:Circuit quæ rens quem deuoret,&c. Totum uolebat absorbere.Et licèt tanta fuerit tentatio,& non Simile.
solùm semel , sed sæpè ac multis diebus: Sanctus tamen iuuenis constanter ei restitit. Quantumcunque arbores sint magnę , & fortes, si multis ictibus percutiantur, aliquando tandem in terram procidunt,& guttæ aquæ mollis,durissima cauãt saxa: quanto igitur magis tentationes mollem carnem cauabunt? quæ est, ut dicit

eit Iob: Nec fortitudo lapidum fortitudo mea,nec caro mea ænea est:in carne tamen honesta illius sanctι inuenis nihil impressæ sunt.O Dei potẽtissima gratia quos esse ctus iniustis facis,oĩa possum i eo q me cõfortat,dicebat Sanctus Paulus:Sic hic iuuenis Ioseph,ita diuina gratia munitus erat, ut nõ modo superatus nõ fuerit, uerùm intenderet dominã suã uincere, & eam optimis uerbis conuertere,qui dixit ad eã:Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis , ignorat q̃d habet in domo sua, &c. Præter 23
te quę uxor eius es: ac si diceret, Aduerte ò domina,quænam sis, es enim coniux Ducis generalis Regis,& cùm tu sis tam nobilis matrona,non licet tale committere : & non hoc solùm,sed & peccatum exaggerauit,dicẽs:Quomodo ego possum hoc malũ facere,& peccare in dominũ meũ ? Videte prudentiam iusti, quas rationes inuestiget ad alliciendam eam ad bonum,&c.

Accedit ergo tentator,& sentiens Domi nũ famẽ habere, dixit ei. *Dic ut lapides isti panes fiãt.* Quia cũ dolo & superbia accessit,nõ impetrauit q̃ petijt. Accede tu frater 24
mi humiliter hęc eadem uerba dicẽs, & p sua clementia hoc tibi concedet . Lapides sunt persecutiones & labores, quibus nos dæmon & homines mali lapidant. Hos cõuertit sanctissimus filius Dei in panẽ dulcedinis,sicut lapides Beati Protomartyris Stephani,de quibus dicit Ecclesia:Lapides torrentis illi dulces fuerunt,& sicut tormenta 2. Co. 7.& aliorũ sanctorũ Martyrum,quæ suauissima 12. reddidit Deus.Quod morsus affligebat Sã Psalm.41. ctus Paulus in laboribus, uelut in dulcissimo pane,cùm diceret:Gloriamur in tribulationibus,&c.Et Dauid ẽt,qui dicebat:Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes die , ac no- Eccle.6.
cte.Lachrymæ pp Deum essuse,sunt panis mollis,etiã sancta exercitia & uirtutes sunt uelut lapides . Sic Ecclesiast. dicitur. Quã aspera est nimiũ sapientia indoctis homini- 25
bus,& non permanebit in illa excors. Quasi lapidis uirtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proijcere illam,sicut ponderę magnorũ lapidũ sunt exercitationes uirtutis aggrediẽtibus illam , & ideò pigri & pusillanime uirtutis pondus non possunt tolerare,sed statim illud à se proijciũt.Hos igit lapides cõuertit noster pijssimus De⁹ i panẽ suauissimũ illis, q iamdiù uirtutẽ exercuerũt. Accede ergo charissime frater,cum magna cordis æquitate & profunda humilitate, & pete à Deo ut lapides isti panes fiãt,sicut ipsos iã cõuertit in panẽ alijs seruis suis ut in oĩ bono possis perseuerare.

Scriptũ est: Nõ in solo pane viuit hõ. Omnibus tẽtationibus respõdit.Scriptum est . Sancta Scriptura muniendus est uir iustus, ut non modò non uincatur,sed ẽt ut tentationẽ superet.Ecquid arbitramini esse sanctam Scripturam citare ad resistendum tentationibus,pręter quam diuinam uoluntatem in ipsa expressam allegare,quando sese nobis aliquid offert, consulite diuinam uoluntatem, quę in sacris literis expressa est,& perpendite utrùm sit contra eam, an 26
nõ, q si contra eam fuerit,ei resistite usque ad mortem.Hæc est præcipua ratio ad resistentiam,scilicet, esse contra Dei uoluntatem,& hæc sunt meliora,ac magis meritoria arma, quibus possumus muniri. Et sic Diuus Paulus ad Ephes scribens tentationes & concussus diaboli, (cum dixit: Non Ephe. 6.
est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem , sed aduersus principes & potestates,aduersus mundi rectores tenebrarum harum,quod non solum luctamur aduersus sanguinem & carnem , qui sunt hostes debiles,sed etiam aduersus alios potentiores hostes, qui sunt dæmones.) Addidit 27
statim, arma designans , quibus præliaturi & restituri sumus,dicens. Propterea accipite armaturam Dei, &c. Et concludens posuit ultimã & præcipuam armaturã,& gladium spiritus,quod est uerbum Dei. Hinc colligetis,quàm debiles sint nostræ resistentię, cùm non confugimus ad Dei uoluntatem, in sacris scripturis explicitam . Ne ergo dicas frater. Nolo peccare,ne forte honorẽ amittam,ne in morbum incidã , nevè in infernum detrudar,quia etsi hoc non sit malum,nõ tamen est principalis ratio quę 28
te à peccato debeat abstinere,sed illud præcipuè te abstineat,nolle Dei uoluntati contradicere,& desideriũ firmum q. ac stabile propositũ uiuendi semper sub diuina obedientia. *Nõ in solo pane viuit homo.* Deus nõ habet tam strictã potestatẽ,ut absque pane hominẽ alere non possit,qualiber re Deus hominem potest alere. Quapropter nõ omnem tuam curam adhibeas in pane acquirendo,sed studiosissimè cura, ut huic potẽtissimo Deo placeas, qui quacunque re te potest sustentare. O quot curas & anxietates homo à se expelleret , si in corde suo hanc infallibilem ueritatem proponeret .

Victa hac tẽtatione: *Statuit eũ supra pinnaculũ tẽpli*. Et licèt ibi nõ potuerit caput Ecclesiæ, q̃ est Christ⁹ Redemptor noster supare, nũc tñ curat extollere multos ex ei⁹ membris ad sublime Eccle, ut indè maximã ruinã faciãt. Et quemadmodũ de Deo Psalm.112. dicit Dauid: Suscitãs à terra inopẽ, & de stercore erigens paupem. Sic etiã diabol⁹ nult ĩ hoc Deũ imitari, licet dispari ĩtentione, & multos ĩfimæ cõditionis sublimat, & illos 29 cum principib⁹ populi Dei collocat. Et hęc est differentia, q̃ ij, quos Deus extollit, sunt sub pinnaculo, habent status & dignitates sup se, sicut grauia onera, illi uerò, quos extollit diabol⁹, sunt sup pinnaculum, id est, sunt sup dignitatem & prælaturã, qa eã nõ acceperunt, nisi, ut ĩ illa reqescerent, & sic dicit alter: Ego quadraginta annos Regi seruiui, & ĩ ei⁹ seruitute uitã, omnemq̃. meã substantiã cõsumpsi, & nunc ꝓfecit me huic episcopatui, ut iã aliqñ qescerem. Quis un quã tale uidit, aut audiuit pastorem ad dormiendum? O q̃ terribilis fraus, apertè appa ret, qđ te diabolus sine meritorum scalis 30 extulit. Quos Deus sublimat, meritorum, uirtutumq̃; gradibus ascendunt, & habent prælaturam cum assiduo laboris exercitio adimplentes, quod admonebat S. Paulus 3. Tim. 4. Episcopum Timotheum. Ministerium tuũ imple, &c. Officium implere, est predicare, Ecclesias uisitare, de clericis rõnẽ habere, eleemosynas dare, oĩbus deniq. esse uirtutis exẽplum. *Iterũ assumpsit eũ &c. Hæc oĩa tibi dabo si cadẽs adoraueris me.* O quot in hoc Sathanã imitãtur, dicentes: Hoc tibi dabo si Deum offendis, q̃ iudices, aduocatos, scribasq̃. largitionibus corrumpunt, ut iusti tiã puerãt, q̃ dona fœminæ promittunt, ut eã deflorent. O uos miseros, q̃bus rebus poteritis animę unius incõmodum resarcire? quæ plus ualet quã uniuersus mundus. Timete fratres Deum, ne in tãtum scelus inci 31 datis. O q̃ terribilibus uerbis & mi
Iob 26. nis hoc exaggerat sãctus Iob, et peccatores comminatur, dicens: Gigantes gemunt sub aqs, et q̃ habitãt cũ eis, etc. Si dæmones qui sunt gigantes fortissimi, tormentis inferni oppressi gemunt, quid facient eorum ministri et imitatores, qui tam fortem naturã non habent? Quapropter nihil aliud facite, quàm alios ad peccandum inducere, et illic experiemini quid agatur: et licèt robusti sitis, nulla ibi fortitudo eisdẽm tormentis potest resistere.

Hæc omnia tibi dabo, &c. Omnes quatuor orbis partes ei ostẽdit. Videamus Sathana qũo probabis tu uniuersum orbẽ esse tuũ, & te posse illũ dare cui libuerit? Nihil amplius supereſt nisi dicere hæc omnia tibi dabo? Hic ostenditur, quàm parum nos diabolus æstimet. Si piscante piscatore tot pisces hamo occurrerent, ut nudo ipsi & dẽte cto adhærerent, nõ dubitaret piscator iterũ atque iterũ eũ sine esca immittere, sed ma Simile. gna cũ fiducia eũ injiceret: sic etiã diabolus ita consueuit homines sine cibo piscari, ut 32 nudum hamum immittere nõ dubitet; tot enim in eũ incidunt, ut superuacaneũ esset, tẽtationes operire. Ideò hic nihil illius interfuit, ut mendax reperiretur, & sic absolũtè dicit: Omnia sunt mea, ea ego tibi dabo, tanquam iudicãs Dominũ nostrum Iesum Christum purũ hominem, qui fortasse deceperetur, sicut alij homines nudato hamo decipiuntur. Si homines sibi persuaderent diabolũ illis posse regna dare, quid in eius seruitute non facerent? si pro nihilo, tot insulta committunt, quid pro regno facerẽt? Qua facilitate Iesus Christus alias tentationes superauit, hanc etiam uicit.

Decedente Sathana summa cum confusione: *Accesserũt Angeli & ministrabãt ei.* 33 Ibi uideretis Angelorum choros, qua diligentia sicut famuli eius mensam circuibãt, eique accuratissimè ministrabant. Accede ergo ò anima mea ad illud sacrum conuiuiũ, & reliquias, quæ ex illa diuina mensa excidunt, diligenter collige, contemplare Regem cælorum pallidum, debilem, frigore, aereq̃ perstrictũ, famelicũ, in nuda humo prostratum, super petram sedentem, & inter choros Angelorum summa cum modestia manducantem considera. O quis ibi esset, ò quis sacrosanctum illud ac tam cõ Simile. tinens uideret conuiuium. Commorare ibi ò anima mea per memoriam, quandoquidem præsens ibi esse nequiuisti. Deprecare 34 hunc sanctissimum Dominum, ut te ad misericordiam ibi recipiat, sicut & peccatricẽ Magdalenã susceptit. Accedamus omnes, fratres mei, tempus enim uictoriæ aptissimum est ad recipienda beneficia præstantissima, ea speremus ab hoc Domino, quæ sunt munera gratiæ, qua impetratur & gloria, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, qui cum Patre & sancto Spiritu viuit & regnat in infinita seculorum secula, Amen.

Feria

Feria II. post Dominicam I. in Quadragesima.

Cum uenerit filius hominis in Maiestate sua & omnes Angeli eius cum eo, &c. Matth. 25.

1 TImorem dicit Spiritus sanctus totius boni esse initium timor Dñi fons uitę, ut declinet à ruina mortis. Fons ad consequendã uitam, Pro.14. & ad fugiendã mortẽ est timor. Ideò admonebat S. Paul⁹ ad Philip. scribẽs Phili. 2. cũ metu & tremore uestrã salutẽ operamini cũ metu aię, & tremore corporis. Rõ huius ueritatis digna est, q̃ notet & cõsideret, spiritus human⁹ cum fide format⁹, est tanq̃ mediũ cõstitutũ inter uoluptates peccatorũ & pœnas q̃ ꝓ illis ferendæ sunt. Voluptates tanq̃ ꝓsentes, & breues cõsiderat, pœnas uerò ut futuras & ęternas animaduertit. Voluptates eũ attrahunt, timor ãt pœnarũ ipHic. 12. sum deterret & facit regredi si eas considerat adiut⁹ à fide. Et hoc est, q̃ ad literã dicit S. Paulus de Moyse q̃ fide elegit magis affligi cũ populo Dei, q̃ tpalis peccati habe 2 re iucunditatem. Perpendite, qđ dicit elegit, cum ob oculos ꝓ considerationem haEccl. 1. beret uoluptates & pœnas, potius uoluit affligi, q̃ delicias sequi. Ideò Ecclesiasticus timorẽ laudãs dixit: Timor Dñi, gloria, & exultatio, & lætitia, & corona exultationis. Mirabile est uidere effectus, quos hic dicit Ecclesiasticus à sancto timore, dimanare, & inter eos ꝓcipuus est, qđ timor sit corona exultationis. Corona magnanimis solet tribui, non autem timidis. Hinc colligetis q̃tæ magnanimitatis sit, Deum timere, siquidem Deum timentes, coronati euadunt, corona exultationis. Quam copiosè remunerat Deus timores, qui ꝓ se tolerantur: magnum est ergo gaudium & lætitia, q̃ profiSoph. 12. ciscitur ex timore Dei, qui est corona exultationis. Quòd tam necessarius sit timor, curauerũt sancti Prophetæ ab Spiritu sancto edocti, tot ac tam terribilibus minis illum cordibus hominum affigere, & in eorum uisceribus insculpere. Quam terribilis cõminatio ẽ iniqs illa Sophoniæ, & erit in tpe illo: Scrutabor Hierusalem in lucernis, &c. Si.n. Hierusalẽ ciuitatẽ sanctã tam accuratè Deus scrutaturus ẽ, qđ faciet Babylonię? si iustus q̃ tã sãctè ac piè uixit, tãto rigore examinãd⁹ ẽ, tãq̃; arcto iudicio ẽ iudicandus, qđ erit de dissoluto & uago, cuius tota uita fuit quædam confusio? Etiam nos Esaias intendit terrere, illis tam aspe- Esai. 3. ris uerbis, prępara ta est enim ab heri Tophet: (id est infernus) à rege præparata, ꝓfunda & dilata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa: flatus Dñi sicut torrens sulphuris succendes eam. Tophet locus erat propè Hierusalem, ubi solebant proijci cadauera, & alię immũditiæ, & similitudine illi⁹ loci fętidi, & abominabilis pœnas inferni explicat. Dicit ergo: Vallis illa profunda in 4 ferni, quæ est in cordæ terrę ꝓparata ab origine mũdi, ꝓ potentiã illius ętterni regis, tã ampla ut possit capere tot tamq̃ innumeros cõdemnatos, q̃ sunt ligna, & multitudines q̃ in æternũ illo igni cõcremandi sunt, & flatus Dei erit tãquam sulphuris torrẽs q̃ illum suscitabit. O horribile & metuendũ uerbũ, qs est lapis q̃ te audit, & in lahry marum flumina nõ conuertit? q̃ ira Dei & eius iustitia in æternum insu! flabunt ne 2. Pet. 3. ullo unquam tempore tormenta illa extinguantur, aut comminuantur. Sup hæc oĩa obstupescere facit q̃ ait Beatus Petr⁹ Apostolus; aduenìet ãt dies Dñi ut fur, in quo cæli magno impetu trãsient, elemẽta uerò calore soluent. Cùm igit hæc omnia d sol 5 uenda sint, quales oportet uos esse in sanctis conuersationib. & pietatibus, expectantes, & ꝓperantes in aduentu diei Dñi, per quẽ cęli ardentes soluent & elementa ignis ardore tabescent? Nouos uerò cœlos & nouam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quib. iustitia habitat. O Deus infinitę maiestatis, per tuam ineffabilẽ clemẽtiã te deprecor, ut nobis intellectũ, & sẽsum ꝓbeas, quo hæc sancti Apostoli nobis uerba ꝓficiant. Hoc primũ nobis hic dicit, Simile. q̃ dies iudicij ut latro aduenìet. Quia latro si ingredit domum ut furet, & fortè inuenit dominũ uigilãtem, cũ magno decoro & urbanitate eũ alloquit & ueneratur. Sic 6 ultimus dies & mors est bonis, qui uigilant & in grãtia sunt. Honorificentissimè beniginissimeq̃; eos tractat: illis uerò q̃ in peccati sõno negligẽtes & ñ parati commorant, est ualdè terribilis, ita ut eos in infernũ sepeliat sicut latro cùm inuenit dominũ dormiẽtẽ eum occidit, & illius bona diripit. Secundò dicit cæli magno impetu transient: elementa uerò calore soluentur. Terra autem & quæ in ipsa sunt opera exurentur, ex his igitur ita metuendis infert Beatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Petrus dicēs: cū igitur hæc omnia dissoluē
da sint, quales oportet nos esse tā terribilē
diē expectantes, quàm sanctas oportet esse
nostras cōuersationes? &c. Et posteà cōclu-
dit: ꝓpter ꝙ charissimi expectantes, satagi-
te, immuculati & inuiolati ei inueniri in pa
ce, & Dñi nostri Iesu Christi longanimita-
tē saluté arbitrabimini. Oia hæc sunt uer-
7 ba dignissima maxima consideratione, pri-
mū magnā habet emphasim. Propter ꝙ, si-
ꝙdem oia cōremāda sunt, cauete ne in pe-
petuū cōburamini, licet inter pœnas maxi-
ma sit carere beatifica Dei uisione, q̄ est bis
infinita cum quia nos infinito bono priuat,
tum, quòd sit infinitę durationis.

Hanc tñ nō multū timēt mali, qa non
cōtēplant ꝙ bonū amittāt, & ideò Sanctus
Petrus non tñ de ea agit, q̄tum de igne, p
quē ꝓponit ante oculos pœna ignis ęterni,
hanc enim cum hic quasi experiamur ma-
gis nos terret. Dicit ulteri⁹ ut magnificia-
mus lōganimitatē Dñi nostri Iesu Christi
ut hoc tēpus ꝙ nobis cōcedit, & pœnitētiā
expectat, arbitremur singulare bñficiū ꝙ in
nos cōfert, ad nostrā salutē & remediū: ꝙ
peccasti heri, nec stati apta é terra, q̄ te ab-
8 sorberet. Quid faceres frater si te mors cō
phenderet (vt Hispane) [*Conel hurto en las manos?*] O q̄ singulare bñficium nobis facit
Deus, sperās nos ad pœnitentiā nisi fortè no
stra culpa, hoc bonū nobis in malū cōuerta
tur: cū hac occasione non usi fuerim⁹. Ideò
Psalm.5. Dauid dixit, Nisi cōuersi fueritis gladiū suū
uibrauit, arcū suū tetendit & parauit illum.
&c. Vsus est hic Spirit⁹ Sāct⁹ hac metapho
ra, ad significādum, ꝙ sicut ī arcu quò sagit
ta magis regredī, posteà eò maior impe-
tu exit, & mains infert vuln⁹, sic qñ pl⁹ Dei
iustitia detinet pœnitentiam exepectans, si
hac longanimitate non usi fuerimus, tantò
posteà crudelior erit ictus supplicij eius.

Hæc oia fratres mei dixi, ut per ea ma
ximū Dei timorem concipiatis, siquidem
9 timor est fons uitę & salutis (ut initio di-
ximus) sed (vt nobis uerum fatear) me ip-
sum admiror quomodo hæc tam terribi-
lia, & Dei terribiles comminationes refe-
rens, apud me manserim, ut ꝙ cum uerbis
animā simul, sanguinem & uitam non effū-
derim? Quomodo hęc dicimus, & audim⁹,
& tanquam insensibiles lapides remanemus? quod si nobis timorem non intulit
quod hucusque diximus, utamur saltem
eis quæ nos dominus docet in sancto Euan
gelio. *Cum uenerit filius hominis, &c.* Ante
aduentum Domini, cōcrematis iam omni-
bus, erit illa uniuersalis resurrectio mortuo
rum, & omnes quasi territi & timore per-
culsi resurgemus. Non enim uidebimus ter
rā sicut antea, nec fluuios, aut arbores, nec
apparebunt aues, aut animalia, omnia quæ
antea erant, combusta inueniemus. Certè 10
nescio hoc dicere, & uellem ut alius dice-
ret, quo ego in foramen aliquod me immit
terem, deterret enim me huius rei cogita
tio, & de ea loquens perterritus sum. Quis
audebit ibi caput extollere? cū cūcti ibi sint
scientes ad qd vocati fuerint, in cęlū suspi
cient, & dicit Sanctus Matthęus ꝙ tūc ap-
parebit signum filij hominis in cælo, & tūc
plangent oēs tribus terræ. Quod uidebunt Matt.24
cum sic in cælum aspicient aduentare ue-
xillum illud sanctę inquisitionis, crucem il
lā sacrosanctā in qua Christus affixus est, &
tunc plāgent omnes trib⁹ terræ, nō āt trib⁹
cæli, qa trib⁹ terræ sunt peccatores terre-
stres. Erit.n. gen⁹ quoddā desperationis, cū
nō videāt ī illa cruce illa misericordię bra
chia extensa, nec sacratissimā virginem iux
ta crucem ꝓspiciāt, q̄ ꝓ eis itercedat. O mi 11
ser peccator qd facies sine patrono? qd ani
ma tua maximis scelerib⁹ onerata sentiet,
quū non uideat ī cruce uulnera qbus eius
crimina operiant, nec sanguinem, quo eius
labes aspergant? dixit Deus Moysi: refer
uirgā Aaron in tabernaculū testimonii, ut Num.17
seruet ibi ī signū rebellionis filiorū Israel.
Sic crux summi sacerdotis Christi appare
bit illi ī signum & confusionem rebellionis
malorū. Quemadmodū. n. regula metimur
lapidem ut eius rectitudo aut disparitas
uideat: sic sanctissima crux erit ibi regula
qua nostra opera summus artifex Iesus
Christus metiet. O miseros nos, & q̄ pari-
tas reperiet inter nostros cibos, uoluptates,
& opera, cū illis, q̄ summus Magister mun 12
di ī cruce tāto amore, et charitate, operat⁹
est? ò q̄ anxietates, q̄ gemitus, q̄ plāctus ibi Sapien.5
erūt? quænam lingua est, q̄ illos qat explica
re? uidentes turbabunt timore horribili. Il
li ita lachrymātes, ait S. Matth. ꝙ uidebūt
filiū hominis uenientem ī nubibus. Quod
uidebunt filium uirginis cum magna Ma-
iestate aduenientem, & cum illo omnes Matth.24
Angelos cælestes tunc maximum plan-
ctum & ululatum extollent (ut dicit
S. Ioannes in Apoc.) sicut solent extollere
mulieres ululantes in funèribus filiorum
charis-

Apo.6. charissimorum, & dicent montib. et rupib⁹?
cadite super nos, & abscondite nos à facie
sedētis sup thronū qñ uenerit dies magnæ
Augusti. iræ eius: super ꝙ dicit D. Aug. ꝙ maius tor
mentum erit malis furorem uultus Dñi to
lerare, q̄ cruciatus infernales perpeti. Per-
pendite diligenter uerbū illud: dies magnę
iræ eius. Magnæ iræ eius dicit, qa licet De⁹
sæpe iratus fuerit, & se furore cōcitatū præ
buerit (sicuti in supplicio Angelorū) & in
13 diluuio, & cū Sodomitis, ac ét cum Aegy-
ptiis, &c. solū modo dies iudicii dicitur dies
magnæ iræ Dei, oōs. n. illæ iræ nō fuerunt
Esa.24. tātæ q̄ta erit illa. O q̄ iratum cum ostēdit
Esaias, dicens: Dñs sicut fortis egredietur, si
cut uir prœliator suscitabit zelum, uociferā
bitur & clamabit super inimicos suos con-
fortabitur, tacui sp, silui, patiēs fui, sicut par
turiens loquar dissipabo & absorbebo si-
mul, &c. O quæ uerba tam horribilia, ò bo-
ne Iesu decus & splēdor animarum nostra
rū qs te uidit tanquam mitissimum agnū,
& quis mō patientiā tuā in peccatores con
siderat, qd sentiet uidēs te suscitantē zelū
tuū & honorē tuū, qui a malis ita oppres⁹
14 fuit, propugnantē? ò q̄ siles modo Dñe tot
adulteria, tot homicidia, tot periuria, &c.
Qūo terra nō aperitur, q̄ nos sorbeat, ab e-
xistimatis Deū hoc non aīaduertere? aīad-
uertit quidē, & licet modo taceat, aliqñ tñ
silentium rumpet, & ùindictam sumet de
iniuriis tantæ Maiestati illatis. Quum præ
terirent Hebræi in terrā promissionis, exiit
4.Reg.15. Amalech, ut eis contradiceret, & post qua
dringentos annos dixit Deus Sauli: Recen-
sui i quæcunque fecit Amalech Israeli, qūo
restitit ei ī uia cū ascēderet de Aegypto, &
his dictis ꝓcepit ei ut iret ad sumendū sup-
pliciū ex eis. Putarē (credo) illi ꝙ iam Deus
tyrannidis, & crudelitatis suæ non memine
15 rat. Sed decepti sunt, qa cū minus arbitrati
sunt, tunc pœnas soluerunt: sic faciet tibi, q̄
do sicut uir prœliator suscitabit zelū suum.
Apo.19. O quæ exageratio, sicut uir prœliator ait.
Qñ incarnatus est uenit sicut rex ad nupti-
as: uenerunt nuptiæ agni, &c. Apocalypsis,
Sap.5. mitissimus & ualdè pacificus: sed tunc ue-
niet sicut uir prœliator cum zelo & furo-
re, ut orbem euertat, oībus creaturis arma
tus. Armabit creaturā ad ultionem, &c. Sa-
piens, & uociferabitur, & clamabit. O Deus
& qūo nos non obstupefacit hoc uerbū? O
qūo rugiet Iesus Christus quasi parturiens
& nos ita sumus modo sine sensu & cogita
tione harum rerum & ita securi, ac si esset
aliqua poetarum fabula. *Et congregabuntur ante eum omnes gentes.* Quid erit uidere ibi
illos Darios, illos Alexandros Cæsares il-
los, ac potentissimos Romanos Imperato-
res? Dispari uultu eos uidebimus ac fuerūt
hic. Quid fuit uidisse eos in hoc sæculo, &
illi intueri?

Præterea q̄ dicit Dominus: *Quod separa* Simile.
bit eos ad inuicem, &c. Vt unusquisq; sit in
loco decenti. Quando habent capitulum 16
commendatarii, assident secundum antiq-
tatem & merita uniuscuiusque uidebitis
esse commendatarium senem & pauperē
ad dexteram magni Magistri, & dux, aut co
mes, aut alius princeps ditissimus assidet in
infimo loco, quid hoc est, nisi quòd ibi dan
tur loca, suo ordine, & moderatione? sic igi
tur erit in illo capitulo generalissimo iudi
cii. Videbitis pauperem piscatorem iuxta
Magistrum maximum Christum: Imperā-
tores uerò & potentes sæculi in abiectis lo Iacob. 2.
cis cum dæmoniis. Conuertet tunc bonus
Iesus uultum lætissimum ouibus suis & di
cet illis dulcissima illa uerba. *Venite benedicti* 17
&c. esuriui, &c. O quanto iure D. Iacobus
dixit: Superexaltas autem misericordia iu
dicium, id est, quod in illo examine mise-
ricordia superior est iudicio, aut (ut clarius
loquar) quod misericordia de iudicio triū-
phat. Quia quos iudicii seueritas posset op
primere & euertere eos misericordia libe-
rat, allegans coram parte misericordiarum,
dignum esse misericordia, qui in proximos
misericordia usus est. Ideo Echumenius Echum.
comparat misericordiam oleo, quo luctā-
tores vnguntur ne possint apprehendi, sic
misericordia limitos non poterit diuina iu Gregorius
stitia cōpræhendere: sed in illis adimplebit Nicenus.
promissio Domini. Beati misericordes, quo 18
niā ipsi misericordiam consequentur. Qua
propter Gregorius Nicenus acutè compa-
rauit Deū cū lucido speculo quod talem ti
bi uultum præbebit, qualem tu habes, ta-
lem inuenies Deum in iudicio, qualem tu
in hac uita te præbuisti. Si habuisti uultum
misericordiæ, tunc etiam tibi Deus osten Psalm.17.
det, si fuisti crudelis etiam Deus seuerum
se ostendit in te. Non est commutatio in
speculo, sed in imaginibus, quæ ei obiici-
untur, ita hic, sicut dixit Dauid, loquens
cum Deo. Cum sancto sanctus eris, &
cū peruerso peruerteris, cum benignis beni
gnus eris, & cum crudelibus durus eris.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dñe quare non dicis eis: accipite regnum pro martyriis, quæ perpessi fuistis? quia tot annos uitam in arctis religionibus duxistis? quia cũ multa puritate & castitate uixistis? &c. Sed plus æstimas opera mîæ? eo liberaliór est Deus nullumq; bonum sine mercede relinquit, sed in hoc uoluit significare, q; si pro operibus mîæ (quæ sæpissime fieri facillimè possunt) tantum præmiũ tribuit, quid pro martyrio reddet, pro pa-
19 tientia in magnis laboribus, & iniuriis? pro multis annis consumptis in sanctis religionibus, in asperitate vitæ, in perfecta continẽtia, in obedientia & alta diuinarum rerum contemplatione? &c.

Tunc dicet his, qui à sinistris eius erunt. Tunc ẽt uultũ cõuertet ad impios, sed nõ sicut iustis, irato aspectu, oculis, ut dicit scriptura, scintillantib. & sublimi voce, q̃ cęlũ & terra audiet, & illo ore, quo toties te ad pœnitentiã uocauit & ut ad se accederes in flãmauit, hoc igitur ore, incipiet dicere: *Di-*
1.Cor.16. *scedite à me maledicti patris mei: in ignem æternum.* O vtinã altissima Dei pietas nos in cognitionẽ huius terribilis sniæ faceret uenire. *Discedite* (dicet.) Hæc est maledictio, qua B. Paulus malos cõminatus est dicens: siquis non amat Dñm Iesum, sit ana-
20 thema Maranatha. Hoc nomẽ Maranatha est uocabulũ Syriæ, q; significat: qũo dñs noster aduenier. Vult dicere S. Paulus: q; siqs non amauerit Dñm ac redẽptorẽ nostrũ Iesum Xp̃m sit excõicatus, & segregatus ab eius diuino conspectu, cũ uenerit in iudiciũ. Ecce qũo nunc Dñs hoc adimplet dicens: discedite. O aïæ q̃ ex illa ciuitate Dei ejicię dæ estis, de qua tot bona audistis, miseras uos, quibus non cõtigit videre faciem Dei, quam non satiantur videntes Angeli.

Reddet rõnẽ, q; eos sic dejiciat: ac despi-
21 ciat: *Esurini. n. et non dedistis mihi manducare, &c.* Deinceps fratres mei irascimini, & estote crudeles in pauperes, siquidẽ uidetis q̃ iratum inueniant hi Deum, pro eodẽ scelere. Cauete, per viscera huius pijssimi Domini à tanto peccato. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram, ait Dominus. Mirabile est, quàm honorati sint diuites & potentes, vsq; & passiones naturales eos
Eccl.4. reuerentur. Cum tu maiori furore concitatus sis, cùm ira ardentior est, si transit aliquis princeps aut Dominus potens, statim mitigari & quasi statua efficeris, quia conspectus illius fuit velut aqua, quæ hũc ignem extinxit. Pauperes ãt nihili facitis, ac si non essent hoies, aut essent lapides, ita que aurum, argentum, metalla mortua ęstimatis, & non hoies. Hi non sunt hoies sicut & illi? quid plus hñt illi, q̃ isti? vestitum, aurum, &c. O terribilẽ cæcitatẽ? aurum & uestitum, & non hoiem ad imaginẽ Dei creatum æstimatis? & quia pauper aliquã eleemosynam à te petit, & verbis assiduis te rogat, ira inflammaris & quasi leo efficeris. In Matthæo dicitur q; cùm Dñs esuriens accederet ad ficulneam, & nihil in ea præter folia inueniret, ei maledixit, & statim exicata est. O Christe supne Magister patiẽtię, & q̃d hẽt culpæ ficulnea? qa ut S. Marcus affirmat non erat tps ficorũ. Si non est tps ficorũ qũo eos dabit ficulnea? Hoc fecit ut significaret q̃d inter pauperes & diuites futurũ erat in mũdo. Accedit Christus fame licus in pauperibus suis ad domũ diuitis, & nõ inuenit in eo nisi folia ficulneæ, q̃ sunt asperrima, & exasperãtia uelut lima, uerba dura, & amara, & quoddã dicere: Abi hinc otiose & vagabũde ad laborandũ. Sic igitur 23
maledictio q̃ dñs intulit ficulneæ, nõ fuit ficulneæ, sed ut offenderet q̃d de te, o immanis futurũ esset, qa eris maledictus, sterilis, sine ptãte impetrandi salutem in sempiterna sæcula, sicut ficulnea sicca, q̃ nõ p̃t fructũ ferre. Talem inuenies Deũ, qualem ipse te inuenit: tu in pauperes durus, Deus in te durus, sicut ex his uerbis patet. Q̃d si ijs q; charitatis opera nõ exequũtur, talis pœna dabitur, q̃d erit p̃ latrocinijs & homicidiis &c. Diuinus ille dñs pro sua æterna clementia, q̃quidem illi placuit his supernis & salutiferis admonitionib. nos p̃uenire, nobis earum, cognitionem & sensus concedat ut amodo nobisc̃umetipsis rõnem ponamus & nobis per pœnitentiã medeamur, ne simus ex infœlicib. sinistris, sed uita innocente, sicut mãsuetæ oues à dextris collocemur, & glorię benedictionem recipiamus ad quam 24
nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

Feria III. post I. Dominicam in Quadragesima.

Cũ intrasset Iesus Hierosolymã cõmota est uniuersa ciuitas, &c. Matth. 21.

VT primum ingressus est Dominus Hierusalem statim in templũ perrexit patris sui. In quo nos docuit ut quan-

quando uadimus in aliquã urbẽ ad agendũ aliquod negotiũ, q; prius facere debemus, est cõfugere ad templũ ad agendas diuinæ Maiestati gratias, quia nos ab itineris periculis eripuit, & eum supplicare, ut nos diri-
1 gat & doceat in illis negotijs agẽdis. Vt oĩa fiant iuxta sanctã eius uolũtatẽ, dicatur totũ Euangeliũ ũsq; ibi: & dixit eis, scriptum est &c. Dicit S. Iohannes narrãs aliũ casum
Ioan.2. similẽ huic, q; flagellante Iesu uẽdentes & ementes in tẽplo: recordati sunt discipuli eius qa scriptũ est: zelus domus tuæ comedit me. Hũc zelũ Dñi diuinitus declarauit
Cant.8. Spiritus Sanctus ĩ Cãticis dicens: pone me vt signaculũ supra cor tuum, ut signaculũ sup brachiũ tuũ, qa fortis est ut mors dilectio, & dura sicut infernus æmulatio. Assimi lant dilectionẽ morti, quẽadmodũ. n. mors amantes & odientes eã, amplectit: sic diuinus amor ad amicos, & inimicos extẽditur. Nihil aliud ames corde tuo (ait Dñs) nec ope, aliud principaliter q̃ras, p̃ter me Amorẽ tuum, qa tam forti amore te diligo sicut
mors, qa sicut mors oẽs mortales ample-
2 ctit, ita ego oẽs diligo. Tã plenus zelo amator sũ ut zelus meus sit uelut infernus: qa quẽadmodũ infern⁹ oẽs quos recipit fortiter simẽ torquet: sic hic me⁹ amor & zelus me cruciat. Audi ò aïa Christiana rẽ q̃dã (huma no videri) ĩcredibilẽ, q̃ tñ dicit De⁹ qui me tiri nõ põt, q; eius zel⁹ẽ dur⁹ veluti infern⁹. O diuina exaggeratio ostendit in hoc, q; si De⁹ posset torqueri, zel⁹ & amor suus erga nos, ipsũ uelut infernus cruciaret & sic, inquãtũ Christus Redẽptor noster passibilis fuit & mortalis, & in eius beatissima aïa locus fuit recipiẽdæ tristitiæ sicut habuit notitiam peccatorum oĩum, q̃ in toto orbe ab initio commissa sũt, committuntur, & com
mittẽt, fic summa p̃ cũctis tristitia affectus
3 est, q̃d nec humana nec Angelica mẽs põt cõprehẽdere. Huius zeli, aliquo modo, particips erat B. Paulus, cum dixit: æmulor. n.
2.Co.11. vos Dei æmulat õe, despõdit. n. uos uni viro virginẽ castã exhibere Christo, idest, discretior nisi virginem castã exhibeatis Christo. Terribile patior tormẽtũ, aliquo mõ simile illi q; Saluator me⁹ passus ẽ, & illud ego patior, ut uos boni sitis & oĩno uos seruituti ei⁹ tradatis. Et alibi clari⁹ hoc expressisse apparet, vbi postq̃, humano uideri, in eis erudiẽdis magnas & salutares doctrinas, oĩm spirit⁹ sui vigorẽ, uitaq; totã cõsũpserat, cũ tñ nõ desisteret in ipso cęlestis quidã ignis inflãmari, & eis p̃ficiẽdi arderet desideriũ: prupit tãdẽ dicens: os nostrũ patet ad vos ò Corinthij, cor nostrũ dilatatũ est: non angustiamini in nobis. Quid significat, os nostrũ patet ad uos ò Corinthij? Metaphora sumpta ẽ ab eis, q; magno calore æstuãtes, apertis oribus aerẽ intẽdũt colligere, quò uiscerũ suorũ ardorẽ possint refrigerare. Sic sanctus Apostolus proximorũ amore accẽsus & desiderio salutis ipsorũ ardens, sic tamen ardẽs, ut nec continuũ exercitũ docẽdi eos, 4
nec labores, quos propter hoc ferebat, nec uerbera, nec carceres, nec naufragia, &c. ardorem illum extingueretur. Et cum omnia non sufficerent, os suum aperiebat tanquã desiderans p̃ illis plura pati, & ideo dicit, os nostrũ patet &c. Quasi dicat, adhuc optam⁹ p̃ uobis maiora ppeti, ut amori nostro satis faciamus: & eundẽ ardorẽ cupiebat in alijs suis discipulis incẽdere, ideoq; subdidit statim dicẽs, eãdẽ autẽ habẽtes remunerationem (tãquam filijs dico) dilatamini & uos, idest, eandẽ charitatẽ et zelũ habete, et vos, nõ solũ erga me, sed in omne genus humanũ, ut habuit Magister noster Dñs, qui cor
suum rosũ, et laceratũ habebat zelo sancto 5
honoris æterni patris sui, et utilitatis animarũ, et hoc zelo eijciebat oẽs vẽdentes & ementes &c. [*Apturos acotes*] *Eijcit eos de tẽplo.* Et pri⁹ q̃ eos flagellaret, fleuerat sup illos ĩtroitu Hierusalẽ. Hęc duo nescĩũt homines cõmiscere. Si amãt & plorãt nescĩũt punire, quos diligũt, si uerò puniũt non possũt lachrymari, nec eorũ miscereri, quos puniunt, sed tyrãni et mcõpassibiles efficiunt. Nõ sic faciũt, q; diuino spiritu sunt pleni ad hoc, ppositũ vnã rẽ notate cõsideratu dignis-
simã. In Gene. dicit, q; cũ vidisset Sara filiũ Gen.21.
Agar ludẽtẽ cũ filio suo dixit ad Abrahã: eij 6
ce ancillã hãc, & filiũ ei⁹ &c. Quis nã eẽt hic ludus, nõ legit. Certũ tñ ẽ nõ puerilẽ ludũ fuisse, q; a S. Paul⁹ eũ vocat p̃secutionẽ. Præ Gal.4.
cepit ergò De⁹ Abrahæ, vt hũc filiũ suũ Ismaelẽ domo ejceret, & licet (ut textus ait) durè acceperit hoc Abrahã, qa asperũ et durũ illi visũ ẽ, surrexit tñ manè, vt id exequeret. Perpẽdite obediẽtiã ĩ re tã aspera. Sed hoc modò ad nr̃m p̃positũ attinet, quod dicit textus q; tollẽs panẽ & vt rem aquę, imposuit scapulis eius, tradiditq; puerum & dimisit eam. &c. Homo ita diues & potẽs, q; tãtas eleemosynas pauperib⁹ largiebatur, quiq̃e ex sua familia exercitũ cõflare potuerat, quo quatuor reges euertere, nihil aliud

filio,

filio, legitimæq; uxori (etsi ancillæ) dat pter parũ panis, & utrũ aquę, nec saltẽ illis iumẽtum dat, sup quo illum portẽt sed vtrẽ illũ miseræ coniugis humeris imponit. Dico q sic eos tractauit, qa mater, & filius erãt rebelles, & sic ne forte pp abundantiam deteriores fierent, sed potius labore corrigerẽt, ita cum eis egit & est ualde notãdum,
7 quod hæc oĩa ipsemet faciebat in quo magnoperè ualidum Abrahæ pect⁹ splendet. Ecce ingeniũ seruorum Dei, qui etsi ualdè amãt, & tenerè sentiũt, & lamẽrant, cũ sup pliciũ de aliquo sumũt, nõ ideò sinè rigore puniunt, qñ necessitas postulat. Ego uobis affirmo, q si multi in orbe essent Abrahæ, nõ tot essent iuuenes dissoluti & pditi. Idẽ illuxit in sancto Moyse, cùm popul⁹ Israel in deserto in idololatriam incidit, quas pces Deo obtulit, vt eis parceret? quot lachrymas p illis effudit? postea uero uideretis eũ sicut leonẽ furentem magnamq; illorum stragẽ facientẽ. Bonus Chirurg⁹ plorat scindens pedẽ filio suo, plorat & scindit, nec q ploret desinit scindere, nec q scindat desi-
8 nit plorare. Cœlestis hęc est doctrina utinã diuina maiestas eã in cordib. uestris imprimat, ut sciatis quomodò cũ filiis uestris uos gerere debeatis, & cũ subditis uestris, qui estis prelati, & iudices, & quomodo seruos uestros, illi qui eos habetis tractare debeatis, & quomodo filias uestras & famulos gubernaturi sitis qui estis patres familias: ut in omnibus malorum filium frangatur, & in bonis ulterius semper progrediamini.

Simile.

Pro. 27.

Simile.

Animaduertendũ est, q qñ primum dñs puniuit eos, qui in templo illa irreuerentia utebãt, eis dixit: *Domus mea domus orationis uocabitur: uos aũt fecistis illã domũ negotiationis.* Et qa emẽdari noluerũt, iõ Chri-
9 stus dñs noster grauius eos modo reprehẽdit dicẽs: *Vos autẽ fecistis illã speluncã latronũ.* Qui.n. semel leniter correct⁹ nõ emendaĩ, rationi cõsentaneum est ut grauiori supplicio afficiatur. Antea eos negotiatores uocauit modo uerò latrones nuncupauit, & hoc stylo utiũ ẽt plerũq; nobiscum: sed parũ pdest. De quo cõquerit Deus dicẽs: si cõtuderis stultũ in pila, quasi ptysanas feriente desuper pilo, non auferet ab eo stultitia eius. Grana hordeacea (hoc.n. significat ptysana) si sunt humida & ea uis in pila mollire quo pluribus ictibus mollis eò plus obtundunt & fiũt uelut massa, q nõ esset si essent sicca, sed duobus ictibus paleã à se expelle rẽt, & in puluerẽ cõuerterent. Hoĩes pleni cõcupiscentia, & humidi carnalibus uitijs, quò acrius à Deo pcutiunt, eo deteriores, & turpiores efficiunt, illi uerò, q non sunt tã corrupti minimo ictu pcussi, cortices & paleas imperfectionis à se ejciũt, & in puluerẽ reducunt, mortẽ suã cõsiderãtes rerãque exitũ animaduertentes, ex infirmitate .n. & ex quouis alio labore bonam considerationẽ sibijpsis eliciũt. Si hic labor tã intolerabilis mihi efficit, q fiẽt æterna illa tormẽta? si ita facerẽt mali, non Deus labores laboribus nobis adderet, nec nos ita cõpũgeret, ut uideat nihil iã esse qđ nõ sit doloribus affectũ, ut ipse p Esaiã maximo affectu dicit: ut genti peccatrici, populo graui iniquitate &c. super quo percutiam uos ultra addẽtes puarication em? oẽ caput lãguidũ, & omne cor mœrens, à planta pedis usq; ad uerticẽ nõ est in eo sanitas. Ecce quò cõquerit, qđ nullũ fructum ex suis benignissimis uerberib⁹ pcipiamus. Sed scelera scelaribus superaddentes, malis nostris oĩa Dei supplicia superare uideamur. Vę genti peccatrici (inquit) populo obdurato, pertinaci, iniq tatibus rebelli, sup quo iã, aut quo sup
11 plicio uos afficiam, siquidẽ semper estis puaricationem puaricationibus addentes. Ac si diceret: iam non inuenio supplicium, quo uos non puniuerim, uos ãt semper noua reperitis scelera, quibus me offendatis. Ego uos puniui fame, peste, bello, auferens diuitias, honores, salutẽ, filios, puniui uos in regibus, in sacerdotibus, in populo, & non emendamini, sed potius peiores facti estis: in quo ergo iam tandem puniam? quia uerbera atq; supplicia mea frustra emitto. In qbus uerbis uidẽt illos cõminati, & nos in illis deterrere illo summo supplicio, & maiori oĩum quæ in terra sunt, qđ est nos deserere, & manũ suã à tam iniqua gente abstrahere. Etiam est ualde notãdũ qđ dicit S. Ioãnes, & cũ fecissẽt quasi flagellũ &c. fecit quasi flagellũ, quia flagella huius uitæ comparata uerberibus futuri sęculi, sunt quasi flagella. Quod admotauit B. Augustin. declarãs illa uerba S. Pauli, quasi moriẽtes, tanq nihil habẽtes, quasi tristes. Morte, famem, paupertatẽ, tristitiam, oĩa uocat, quasi liberet nos Deus à uerberibus, fame, & laboribus inferni, illi.n. sunt ueri labores, & hoc est mysteriũ q uare S. Ioan. dixit, qa non est inuẽtus scriptus in libro uitæ, missus est in stagnũ ignis. Stagnũ ignis uocat infernũ &

10

12

Esa. 1.

Augustin. super Ps.

44.

2. Cor. 6.

Apoca. 2.

non

non fluuiũ, ut significet, q d interfit inter labores huius mũdi, & labores inferni eorum nas hui⁹ sęculi uocat sacra scriptura flumina cũ dicit aquę multę nõ poterunt extin-
Cant. 8. guere charitatẽ, nec flumina obruẽt illã, qa sicut aqua fluminis, oẽs labores huius uitæ prętereũt, & licet labores tui non trãsire tibi videãtur, deceperis: qa quãuis quiescãt,
13 cõsuetudine tñ minuũtur, quia labores calos efficiũt, & sic leuiùs in dies tolerãtur, in inferno aũt nunquam minuũtur, qa ibi non faciunt callos, & hoc est peculiare miraculũ, qđ Deus facit in damnatis, ut postq ibi cõmorati fuerint mille annos, ita teneri, & recẽtes sint in laboribus tolerãdis, ac si modò ingressi essent. Et ideo infernum uocat stagnum, qa retinent labores & non prętereunt, at verò in hoc sęculo labores sunt ve lut aquę fluuiales, post turbidas enim ueniunt & clarę. Si hoc fratres mei ante oculos ferremus, non p uitia & iniquitates tam laxis habenis curreremus. Dignũ est certè hoc, q sanguineis lachrymis lachrymemur,
14 qa cũ hoc credatis, tã incautè & negligenter uiuitis. Non potes hic dentis dolorẽ tolerare, quomodo ergo tot tantosq; ac tam æternos dolores, in inferno tam tenerè audes perpeti? O pater luminum illumina nunc nos ut hoc sentiamus.

Dicit ulterius: *Domus mea domus orationis. &c.* Ex hoc uerbo, & ex zelo quem Dñs noster Iesus Christus hic ostendit colligit respectus & reuerentia, qua omnia sacra locа colere debeamus. Vnum uobis uolo dicere ad hoc ppositũ, ut sit nostra cõfusio. In
1. Reg. 5. primo Reg. dicitur, qđ quãdo Philisthęi, arcam Dñi captiuam duxerunt, eamq ne in Dei sui Dagon altari collocarunt, ingredientes crastina die manè inuenerunt Dagon iacentem in terra coram area Dñi, caput autem Dagon & duæ palmę manuum
15 eius abscissæ erant super limen, & cùm caput & manus Idoli super templi limine iacerent, dicitur q propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & oẽs qui ingrè diuntur templum eius, super limen usque ad hodiernum diem. Tanta reuerentia uenerabantur Idolum, ut maxima ueneratione dignum iudicarent locum, quem Dagõ tetigerat, ita ut nec ipsi postea locum illũ tãgere auderent. O q acriter hic reprehendimur, siquidẽ tam irreuerenter ea loca tangimus, i quibus tã particulari modo Deus habitat. Quarè nõ verecũdamur? quę nõ confundimur audientes cultum, & uenerationẽ, qua gentes loca Sathanę dicata honorant? & uidentes summã irreuerentia qua Ecclesias nostras uero Deo consecratas tractamus? quid extra templũ facitis, qđ in eo non faciatis? illic mentimini, hic ẽt mentimini, illic detrahitis, hic detrahitis, illic intuemini, & desideratis quę non licet, hic ẽt, illic cõmittitis corporalia adulteria, hic mentalia perpetratis. Filij ergò Adę qđ de seuera dñi manu pro tãta profanitate, qnã 16 in locis sanctis exercetis, recipere speratis? O fratres p reuerentiã illius altissimi Domini, ibi cõmorantis, & per amorẽ, quo tãmirũ artificium inuenit, ut nobiscum remaneret, uos rogo, & iterũ atq; iterũ summis precibus exoro, prostratus corã uobis singulis, ne tanta irreuerentia in tantum, ac tã bonum Deũ & dñm utamini, sed cum primũ ingressi fueritis loca sancta, uos examinetis in uerbis, gestu, actibus, sensibus animæq; omnibus potentijs. Ne sit quid in uobis ingratum, & displicens diuinę Maiestati, qa, etsi hoc i oĩ tempore & loco oportet fieri, multò magis necesse est ut hic fiat, siquidẽ est hęc domus orationis, ad erigẽdã 17 ad Deũ mentẽ & cor ad cęlum extollẽdũ.

Etiam ex hoc uerbo sequitur, q uiri Ecclesiastici sunt ministri orationis, siquidem & domo Dei administrant, quæ est domus orationis, et ex hoc apparebit quales eos esse oporteat, primũ, q abstinentes, cum ordinariũ eius manus sit orare. Intellectus autẽ hoĩs saturati cibis, est uelut oculi delica- Simile.
tissimi, et nimis tenues in domo plena fumi. Experimini unusquisque in uobis, post quam satiatus est, ad quid prodest? est homo, postq satiatur, ueluti iumentũ (si ita dici potest) nã intellectus per quem à cæteris animãtibus distinguimur, latet in angulo, lachrymantibus oculis pp nimios humo- 18
res, q ex stomaho ascẽdunt, et cupit à corpore longissimè abesse. Quid tunc hic itellectus põt perspicere? aut q orationem põt habere? ideò dicebat Dauid humiliabam in ieiunio aiam meam, et oratio mea in sinu Psalm. 34.
meo conuertetur, quasi dicat, consumptus inedia, Deo preces offerebã et percepi fructus pretiosos orationis meæ. Quia hanc clausulã oratio mea in sinu meo conuertetur, sic declarat S. Theodoretus, pro precibus meis recepi postulata à Deo; et illud, humiliaui in ieiunio animam meam, significat, cõprimebã ieiunio naturales passiones Theod.

animæ

animę meę. Et sic Sanctus Dauid animā suā
prępārabat ut eius oratio Deo grata esset,
adeo, ut sine fructu nō remaneret: sed ual-
de locupletatus ꝓpter eā. Oratio. n. ieiunio
cōmista manicas, sinuſq; implet. Ideò etsi se
cularibus & laicis dici possunt illa uerba q̄
dixit Deus Hieremiæ Ioachim filio, Iosiæ
Hic.22. Regis Iudæ: pater tuus nunqd nō comedit
& bibit & fecit iudiciū, & iustitiā, tūc cū be
nè erat ei? q cū esset rex, & delicijs affluens
iuxta statū suū, uolūtatē Dei faciebat, & q̄
debebat officio suo, & benè erat eius aīæ, &
corpori. Benè conuenit uita uirtutib? orna
19 ta, cū statu regio, & equestri cōditione &c.
qa cū bona, & lauta mensa, cūque molli le
cto, si facis iudiciū & iustitiā, poteris salu?
fieri: hoc enim petit Euangelium Dei ab ho
minibus huius conditionis. Ecclesiasticis ue
rò, q̄ sunt ministri domus Dei & orationis,
non tm̄ conceditur. Etiam quia sunt mini-
stri tanti ministerij, tenentur magnopere es
Leui.21. se casti, & non diuerti hùc atque illùc. In
Leuitico præcipiebat Deus q̄ sacerdotis fi-
lia, si deprehensa fuisset in stupro, & uiolas-
set nomē patris sui flammis exureretur. Et
Exo.22. in Exodo iubebat: Si seduxerit quis uirgi-
nē necdū desponsatā, dormieritq; cū ea, do
20 tabit eā & habebit eā uxorē. Si pater uirgi-
nis dare noluerit, reddet pecuniā iuxta mo
dū dotis, q̄ uirgines accipere consueuerunt.
Quid fratres? quòd alteram uirginem iu-
bet comburi, alteram uerò dotari, & in uxo
rem accipi? Vtraq; uirginū unā speciē pec-
cati cōmisit, vtraque in stupro deprehensa
est, & alteram cōcremari, alteram uerò ho-
norari ꝓcipit & dotari. Quare ergò hoc tan
tum discrimen Deus fieri iubet? dicit Do-
minus: qa uiolauit nomē patris sui solum-
modo q̄ esset filia sacerdotis, & domum ac
honorē patris sui dedecorauerit (hoc enim
significat hic nomen patris sui). Si ergo uir
21 ginem q̄ esset filia sacerdotis (& talis sacer
dotij, quod erat sicut esse nunc quodāmo-
do occisorem animalium & coquum) totū
enim eorum munus erat animalia macta-
re, coquere, & immolare, præcipiebat Deus
concremari, quod in honestatē suam pecca
uerat, qd erit nūc de sacerdotibus & tā diui
ni & cælestis sacerdotij, nisi honestissimi
sint, & castissimi? spiritus sanctus uos illu-
minet, ò Dñi mei & doceat hāc ueritatē co
gnoscere? & qa statim ut peccatū cōmitti-
tis nō cum supplicio occurrit, ne arbitremi
ni illi in oblitione esse ut aliquādo puniat.

Dicit ulterius, uos autem fecistis illā spe
luncam latronum. Vtinā sacerdotes nostri
temporis peius non faciāt, ac beneficia sim
plicia, & pinguia uendāt, uel illicite com-
mutent. Cauete, patres mei, quia sicut ma-
lefactor, qui multa crimina patrauit, inten-
dit in locum sacrum confugere, & est dis-
sentaneum, ut illi sacer locus prosit, aut in Simile.
eum recipiatur, sic auaritia delinquens, quę
iustitię oculos cutulsit, & ipsam cęcam red-
didit, mercatorum q̄ue atque artificum om
nium ueritatem depręda est, effectq̄ue
ut mendacia loquantur, & nihil aliud pter
dolos in ore eorum reperiatur, quæ domi-
nis benignitatem diripuit, ut in subditos ty 22
rānidem exerceant, denique q̄ oēs homi-
num status corrupit. His uero omnibus cō-
missis ad locū sacrum confugere conāt, &
in eū ingredi prætendit, curat Ecclesiasti
cos uelut alios peruertere. Quapropter ei
anuas claudite, ne ad uos ingrediatur, si
quidem uos reprehensione digniores esse-
tis, cum sitis Christi Domini, si rem tā ma-
ledictam sicut auaritiam reciperetis. Quor
sum seruabit aquam in testis, qui domi ha
bet fontem? q nō habet pōt seruare. Quod
sęcularis thesaurizet non admiror, eius eū 23
diuitię sunt uelut aqua cisternę, & nescit
qñ exhaurientur, & eis indigebit, ut filios
suos, familiamq̄ue sustentet, quibus conce-
dit Sanctus Paul⁹ dicens: nec enim debent
filij parentibus thesaurizare, sed parentes
filijs. Ecclesiasticis autem, qui fontem sem- 2. Co. 12.
per manētem domi habet, quem intelligit
sibi nunquā defuturum, & tamē nihil aliud
curat nisi ut pecunias accumulet. Ad quid?
tuum enim beneficium, fons est, qui quoti-
die manat. Vtimini ergo ista aquā quātum
moderatè & honestè uobis opus est, reli-
quam uero iuxta uoluntatem Dei expendi
te. Postquam igitur Dominus manifestaue
rat iustitiam, rigorem, zelumq̄ue suum er- 24
ga domum patris sui, & postquam nos do
cuerat in hoc zelum, quo nos oportet esse
erga omnia sacra & ipsorum puritatē: suam
eximiam clementiam statim ostendit dās
illic uisum multis cæcis, & claudis, infir-
misq̄ue plurimis ualetudinem præstans, uti
nam diuina eius pietas animę nostrę ocu-
los illuminet, & pedes affectuū nostrorū di
rigat ut recte intelligentes obligationes no
stras semitas suę obedientię curramus quo
usque ad gloriam perueniamus. Ad quam
nos perducat Iesus &c. Amen.

Feria

Feria IIII. post Dominicam I. in Quadragesima.

Accesserunt ad Iesum Scribę, & Pharisęi, dicentes: Magister, volumus à te signum videre. Matth. 12.

CVM Christus Redemptor noster sermonem eximiū habuisset, in quo de hominis reformatione egerat, & de meritis culparum, & 1 rōne, q̄ in finali iudicio reddenda est, de illo uerbo tā metuendo, scilicet, de minimo uerbo otioso, &c. Et de illa notabilissima sńia dixerat. Ex uerbis tuis iustificaberis, aut ex uerbis tuis cōdemnaberis, ubi mirifice diuini iudicii æquitatem ostendebat, tā in ꝑmio, q̄ in pœnis, q̄. n. maior est æqtas & rectitudo, q̄ hominem sui ipsius esse iudicem, & ore suo dicere. Sum dignus cōdemnatione, aut æterna gloria? Erit enim tunc rōnis synderesis ita perspicax, ut faciat in ꝓpria causa iudiciū fieri, ut dicit Alexander de Ales. Cùm igit̄ Dñs res necessarias tra- Alex. de Ale. 2. p. q. 77. ctasset, & sufficientes ad quodcunq; quātūuis durum cor deterrendū, tunc, scilicet, cū deberent trepidare, & ad Dñm conuerti, magis obdurati sunt, & sic accesserūt accuratē, dicentes. *Volumus à te signum uidere.* Et di 2 cit Euāgelium, quod erāt Scribę & Pharisęi doctores & religiosi. Hoc malū uersāt nunc inter multos, qui cum audiunt prędicatorem spiritualem res utiles, & perstringentes cor, loqui, de illo detrahunt, dicentes, q̄ non loquit̄ res subtiles, qñ deberent conuerti, peruertuntur. Signum reprobationis: In libris Regū legitur, quòd ut significaret Ionathas Dauidi, utrùm gratiam apud 1. Reg. 20. Regem patrem suum haberet, hocilli signū dedit, dicens. Ego descendā in locū ubi tu latebis, & tres sagittas mittā iuxta eum, & 3 iaciā quasi exercēs me ad sigñū. Mittā quoque & puerum, dicens ei. Vade, & affer mihi sagittas, si dixero puero. Ecce sagittę iuxta te sunt, tolle eas. Tu ueni ad me, qa pax tibi est & nihil mali uiuit Dominus. Si āt sic locutus fuero puero. Ecce sagittę ultra te sunt. Vade in pace, qa dimisit te Dominus. Verè ita est ut hic significatur. Vultis coniicere, vtrùm Pater Dñi ac Saluatoris nostri Iesu Christi sit uobis amicus, utrū apud eū gratiā habeatis? Aduertite an sagittę, & uerba huius diuini Ionathę sint iuxta uos, si memorię cordique uestrō infixę adhęrent, hoc. n. est unū ex ꝑcipuis signis, ex q̄bus hāc ueritatē poteritis coniicere. Si āt huius diuini Dñi sagittę nō ꝓueniūt ad cor uestrū, imò ab eo lōgissimè abhorrēt, malū signū, scilicet, q̄ odio estis ętorno ei⁹ Patri. Et cùm hi in tāta malitia cōmorarō tur, nō ꝓueniebāt diuinę sententię & doctrina tātę Maiestatis qualis erat, q̄ Dñs ꝑdicabat, ad eorū corda, & sic tāta cęcitate & vana curiositate accedunt, dicentes. *Magister uolumus à te signum uidere.* Obstupē 4 da est impudentia, qua isti dicūt, uolum⁹. Qui uult imprimere sigillū in cęra ut bñ Simile. imprimat, priùs illā disponit et mollificat, et nullus faber ferrum cōstruxit, q̄d priùs in fornacem nō immiserit, sic nullus prudens hō necessariū aliq̄d postulat, et alicuius momenti, desiderās illud adipisci, tā à Deo, q̄ ab hominib⁹, nisi priùs curauerit cor Esa. 31. illius, à quo petitur⁹ est blādiri, et bñuolū reddere, ut faciebat Dauid cùm dulcissima illa uerba diceret. Tu es refugium meum à tribulatione, q̄ circundedit me. Exultatio mea erue me à circundantibus me. Gaudium meum, lętitia cordis mei, cōfer i me hoc beneficium siq̄dem tu es refrigerium meum, et securus portus ad quem confu- 5 gio qñ à ꝓcellis cōcutior. Quod si hoc ita est, uideamus quare hi Scribę et Pharisęi cupientes impetrare à Iesu Christo filio Dei signa, et doctrinę suę cōfirmationem, in quo non minus q̄ uita ętorna agebāt, prius nō disponunt cor illius, à quo petunt? qūo tam parum feruoris et diligentię adhibent in retractāda, q̄ illorū ita intererat? Quid hoc erit? quid? est consuetudo hominum maximā diligentiā adhibere in negotiis, q̄ ad secularem honorem spectāt, et ad diuitias, corporalēq; salutem ptinēt, res uero Dei, et q̄ animę sunt necessarię, ita tepidè et negligenter agere, ac si nihil hoc illo 6 rum referret. Quādo Dñs ꝓstātissimum illud miraculum operatus est, q̄ Lazarum quatriduanum resuscitauit, aduertentes Pharisęi q̄d omnis popul⁹ deserta synagoga eum sęqbāt, simul cōueniunt, dicentes. Quid facimus, qa hic homo multa signa facit. Videte qua diligentia et solicitudi- Ioan. 11. ne illud curent, in quo eorum honos (uideri suo) et utilitas agebāt, etiā post uinctū Saluatorem nostrum Iesum Christum Cū Ioan. 9. prędes Pilatus eum uellet dimittere, uidete qua celeritate, et quibus uociferationibus resp̄ōdeāt. Si hunc dimittis nō est amicus

eus Cęsaris. Sicetiã postquã Iesus Christus sepultus est, aduertite, qua cura & diligẽtia a Pilato petũt, ut sepulchro custodes apponi iubeat. Et cùm ita in malo feruidi essent, accedunt modo tã remissè, & cũ tãta siccitate, ad res tã necessarias ad animã suã, sic sumus nos erga Dei negotia frigidi, & grauidi sicut ferrum, aut plumbum, i negotijs uerò secularibus, sicut carbones ignis ita accẽsi & inflammati, ut nihil suprà esse possit. Quocirca bonũ erit, ut Pharisæos prętereamus, & dolores nostros ploremus, satis enim habemus quid lamentemur. Si mundum circuis, uidebis curam & solicitudinẽ, qua eius negotia tractentẽ. Aduertes, quòd homines in lite parui momenti omnia euoluunt, nec literatũ incon sultum, nec iudicem iacorruptũ relinquũt, nec dñm, à quo auxilium non implorẽt, nocte dieq; pnoctantes & laborantes, ut rem tam paruæ utilitatis consequãtur, atque si falsis testibus opus sit eos quærunt & emũt: res uerò ad Deũ & cõscientiã attinentes, iã uidetis quam remisse tractentur. Quę præparatio ad confitendum? quod conscientiæ examen? quòd ueniunt domo usq; ad templum peccata sua in memoriã reuocantes, arbitrãtur hoc sufficere, ut dicant: Pater iã præparatus sum, & sic fit i omnibus alijs rebus spiritualibus. Aliter, & alio feruore tractabant Dauid res conscictiæ suæ, cùm diceret: Exurge quare obdormis Domine? Exurge & ne repellas in finẽ, apprehẽde arma & scutum, & Exurge in adiutorium mihi. Quo spiritu & agonia hoc uerbum: Exurge, toties repetit? supplicans Deum ut ad sibi fauendum concitetur.

7 Pſal. 43. Pſal. 34.

8

Dicunt: *Volumus à te signum videre.* Displicebãt eis signa tã eximia, q̃ oculis suis i tuebant, & uolebãt signa è cælo, digni erãt ut ignis descenderet, q̃ eos cõbureret, sed

9 clemẽtissim⁹ ille Dñs q̃ in mũdũ uenit, ut penitus notã faceret hominibus clementiã suam, non faciebat prodigia nisi essent simul ad illuminãdas aias, & salutẽ corporibus cõferẽdã. In lege ueteri operabat diuina maiestas signa supplicij, scilicet retinebat solem, ut Iosue hostes suos iterficeret.

Ieſu 10. Exo. 14. Pro Moyse fecit miracula in tantũ detrimẽtum Ægyptiorum, diuisit mare ut Pharaonem cũ exercitu suo mergeret. Propter Heliam immisit de cælo ignẽ, qui hoines concremaret. Propter Eliseũ fecit ut prodirẽt ursi, & pueros lacerarent q̃ illũ illudebãt.

4. Re. 1. 4. Re. 1.

Semel solũmodo ut scribit Sanctus Marc⁹, & Sanctus Mattheus. Fecit Christus miraculũ in prædiciũ aliquorũ, & fuit q̃ erant in prouincia Genezareth duo homines Dæmoniũ habẽtes, q̃ ita furiosè in homines in uehebãtur, ut nullus ad eos auderet accedere, quorũ unus habebat sex mille sexcẽtos sexaginta sex diabolos in se. Ecce quot hostes congregari fuerant, ut miserũ hominẽ destruerẽt, & cum Christus Redemptor noster eos sanaret, & ab eis Dæmonia ejiceret, dedit eis facultatẽ ut i porcos ingrederẽtur. In toto sancto Euangelio nõ reperitur, q̃ aliud miraculũ i detrimẽtũ alicui⁹. Christ⁹ Redẽptor noster faceret pter hoc Aquam in uinũ conuertere, panes multiplicare, mortuos suscitare, cæcos illuminare, habẽtes Dæmonia liberare, oia erant miracula utilia animis & corporibus, & sic cũ discipuli ei dixissent: Dñe uis dicamus ut ignis descẽdat de cælo, & cõsumat illos? cõ uersus increpauit illos, dicens, Nescitis cui⁹ spiritus estis, filius hominis non uenit aĩas perdere, sed saluare. Semel solũm fecit miraculũ cum molestia tertij, & hoc in supplicũ mercatorũ, qui porcos illos emerãt, & fuit ꝓpter peccata eorũ. Ideò noluit cõcedere, q̃ hi petebãt, cũ qa petebãt curiositate, absq; reuerẽtia, & fide, tũ ẽt qa Christus Dñs nolebat facere miracula, q̃ nõ essent ẽt corporib. utilia, ut suprà dictum ẽ.

Marc. 5. Matt. 8. 10 Ioan. 2. Luc. 9.

Sed aspere eis respõdit, dicens: *Generatio mala & adultera, signũ quærit.* O Christe dulcissime animarũ nostrarũ magister. Videamus qũo tale uerbũ à tuo sacro & bene dicto ore potuerit exire? Nõ es tu, ꝺ quo dicebat spõsa, Aĩa mea liq̃facta ẽ, ut dilectus loquut⁹ ẽ? Tã dulcia sũt Christe Iesu uerba tua, ut de te nobis dixerit Dauid: Diffusa ẽ gratia i labijs tuis. Qũo ergo tam durũ hic te pbes? quomodo tã acria & amara uerba loqueris? *Generatio mala & adultera.* Quid hoc ẽ tam nouũ Domine? qd? Ego dicã uobis, Chirurgus, q̃ uulneri medeꝛ ut bene mun⁹ suũ exequatur, debet applicare medicamenta iuxta id quod uulnera exposcũt, licet magis infirmo doleant, quòd si opus esset aliquam partem carnis scindere, & id non faceret malus esset Chirurgus. Bonus musicus cùm uult pulsare lyram, si aliqua chordarũ est dissona, clauiculã torquet & chordam attollit, quosque infringitur, & tunc non fuit defect⁹ in musico, sed in chorda, imò ut bonus musicus esset, id

11 Cant. 5. Pſalm. 44 12 Similc. Similc.

debuit

debuit facere, q̃ fecit: satius est enim chordã abscindi, quàm dissonantem esse musicam, & illum malũ musicũ reputari. O diui ne medice, cęlestis chirurge, musice excellentissime non mala facis uocans hos, generationem prauã, quia hoc est applicare medicinam uulneri, & clauiculam reprehensione torquere. Quod si chorda ꝓ impatiẽtiã frangatur, eius est culpa, minus inconueniẽs est hoc, quam Christum nõ exeq mu nus suũ. Discãt prælati, prædicatores, & omnes patres familias graniter punire, quan-

13 do necessitas postulat, nec sint timidi, dicẽtes: ò indignabuntur. Impleam ego officiũ meum iuxta charitatis & iustitiæ leges, & si tu indignaberis, & cõfringèris, siquidem tua est culpa, tua etiam erit & pœna. Generationẽ prauã eos dicis Domine? Nescis q̃ reputant se nobile ex progenie Abrahę, & gentẽ insignis originis, quomodo tu eos uocas generationẽ iniquã? quia omnia peccati prauitate inficiuntur, omnis splendor, & nobilitas generationis culpa marcescit, & remanet indecora. Voluit sanctus Ioannes Baptista Iudæos humiliare, qui se ex semine Abrahę dimanare iactabãt, & uocat eos

Luc. 4.

14 genimina uiperarũ. Non estis filii Abrahæ siquidem eius opera nõ imitamini: sed estis genimina uiperarũ, siqdem, uenenũ cõspuitis. Quid magis lachrymandũ, quàm quòd amittat hõ nomen hominis, & acquirat nomen bruti, & nõ solũ unius bruti, sed mul-

Pſalm. 48.

torum? ut dixit Danid: Cõparatus est iumẽtis insipientibus, & similis factus est illis. Nõ dicit, iumẽto, sed iumẽtis: omnes enim immanitates, & defectus animaliũ sunt in uno homine peccatore Lupi uoracitas, leonis crudelitas, uiperarũ uenenum, &c. Et (ut perpendit Tertullianus contra Iudæos.) Sacra Scriptura multa nomina brutorũ peccatoribus attribuit, ratione suprædicta. Equi

Ter. c. 4.

15 amatores & emissarij facti sũt, unusq̃sque ad uxorẽ proximi sui hinniebat. Hoc dicit Hierẽ. ꝓpter turpẽ & effrenatã eorũ sẽsualitatẽ. Per Ezechielẽ eos scorpiones nominat. Et cũ scorpionibus erit habitatio tua. Iob eos nũcupat draconos. Fratres fui draconũ. Animaduertite ergo fratres mei, q̃d deferetis ex uiperis & draconibus si ad eos accedetis, qa idem reportaturi estis, si cum prauis hominibus cõiungimini. Videte q̃ uos mordebũt, & animã ueneno inficient. Quamobrẽ cauete ab eis sicut à bestiis caueretis. Cũ Beatus Ioãnes eos genimina uiperarũ appellauit, dixit eis: Et ne cœperitis dicere: Patrem habemus Abrahã: cũ tã ꝓterui sitis, pudeat uos nũcupari filios Abrahę. Idem ego uos moneo, ut erubescatis, & cõfundamini bonorũ & clarorũ parentum filios uocari, cũ uos mali sitis, nec eorũ bona opera imitemini: religiosi ẽt deberemus uerecundari patrũ nostrũ, atq; ordiniũ institutorũ filios haberi, cũ fortasse nulla in re eos imitemur. O q̃ pleno ore dicim⁹: Pater noster Sãct⁹ Dominic⁹, Pater noster Sãct⁹ Benedictus, Pater noster Sãctus Frãciscus, &c. Dicimus in nostro ordine tot sancti, & tot martyres fuerunt, tanto maior igit̃ erit culpa, & cõfusio nostra, nisi eorum uestigia sectati fuerim⁹. O patres mei, patres mei, si filij Abrahę estis, opera Abrahę facite. In hoc enim totũ cõsistit: curemus esse humiles & modestis, sãctæ orationi, & assiduę diuinarũ rerũ cõtemplationi incumbentes, & sic patrũ, institutorũq̃ nostrorũ, & (q̃ pl⁹ est) Dei efficiemur filii. Nõ cõtent⁹ est Christus Dominus, uocare eos generationẽ prauã, sed addidit: & adulterã, arguens eos de-

17 infidelitate & perfidia, qua plerunq; in Deũ uisi fuerant. Qui reprehensione dignus est, nõ semel modò, sed bis, & ter est reprehendẽdus, ut crebra reprehẽsione cõfusus i meliorẽ frugẽ sese recipiat. In Apocalypsi dicit Beatus Ioannes se uidisse Angelos quosdã cũ citharis & instrumentis musicis, habẽtes

Ap. 15. & 19.

citharas Dei, & cantantes canticũ Agni, dicentes. Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, tu solus pi⁹ es, & statim his dictis, affirmat illis data fuisse uasa plena iręe Dei & unũ ex quatuor animalibus dedit septem Angelis, septẽ phialas aureas plenas iracũdiæ Dei uiuentis in

1. Cor. 2.

secula seculorũ, &c. Et audiui uocem magnã de templo dicentem septem Angelis. Ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terrã. Vox iubet eos tã Dei sup terrã effundere. Angeli, sũt ministri Ecclesiæ, q̃ ita

18

dicunt, q̃ Angelicã uitã eos agere oportet. De his dixit Sãct⁹ Paulus, q̃ fœminę essent opertis capitib⁹ i templo, ꝓp Angelos Dei. Hos igit̃ Angelos bonũ est citharas habere, & musicã dare, ut maximis uobis uocis erationibus prædicent quanta sit Dei in homines clementia, hic enim est cantus Agni. Verumtamen hoc non sufficit, quia iam non sunt tales homines, quibus Dei miseri cordia prædicetur, sed ira, rigor, & iustitia illis annuntietur, quia uos dicit. Effundite

phialas

phialas iræ Dei in terrã. Vt suauitas in acerrimã reprehensionẽ illis cõuertatur, appellãdo illos malos, & perfidos, Deo, hominibus & sibi ipsis, quemadmodũ facit hic diuinus prædicatorũ, & orbis totius Magister. *Non dabitur èi nisi signũ Ionæ prophetæ, &c.* Hoc est, non dabo uobis signa, quæ petitis, quia hæc essent inutilia, sed dabo signũ Ionæ, nã quemadmodum ille fuit in uẽtre ceti tribꝰ dieꝰ: *Sic erit filius hominis in corde terræ.* O quam mysteriosum uerbum. Mortẽ & sepulturam uocat Dñs cor terræ. Nã sicut omnia corporis membra à corde regũtur, sic nos mortis & sepulturæ memoria oportet gubernari hoc debet esse cor gubernans terrã, ut regatur & gubernet, sicut ratio postulat. Si hoc ante oculos ferremus, non tanto affectu res terrestres appeteremus, siquidẽ eas tam moleste sumus relicturi. Sicut uiator, qui accedit ad urbẽ, ubi diuersoriũ quærit, hic reperit culcitrã, illic sindonẽ, hic ceruical, illic deniq; reperit stragulũ, his aũt oĩbus summo labore quæ sitis, adaptatoq; lecto, qñ uult quiescere, festinanter uocatur ad iter faciendũ, & necessariò debet exurgere, neque enim aliter potest facere, q̃ grauiter surgit, & qua mole

Similie.

20 stia afficitur. O quàm ad simile repræsentat hoc, quid in morte agatur, etsi res dissimillima est. O quam miserabilis est in sudore homo, qui cum primum in mundum ingreditur, uel (ut meliùs dicam) ut ætatẽ habet ad moliendum & negotiãdum, quietem, diuitias, honores, lectum denique incipiat quærere, in quo requiescat, hic unũ inuenit, quod sibi placet, illic alterum inuestigat, hic domum emit, illic uineam maximo labore, & solicitudine acquirit, & arbitrans se iam lectum præparasse, tranquillamq; uiuendi rationem instituisse, cum iam uult quiescere, pulsat mors ad ostiũ, &

21 illum confestim suscitat, ut in aliam uitam iter faciat. O quantam afflictionem, molestiam, & amaritudinem tunc sentit, q̃ mollem illum lectum relinquat, quem cũ tãto uultus sui sudore construxerat. Beatus, qui nihil aliud quærit, nec expetit, q̃ quomodo Deo placebit. Quandoquidem igitur frater mi mel ori tempore suscitandus es, & qñ magis uita delectabaris, ne in his rebus ac quotidis fatigeris, cogita te hodie, aut cras uocandum esse, sequere consiliũ Diui Pauli, dicẽtis. Festinemus ingredi ĩ illã requiẽ.

Hebr. 4.

Ille est optimus lectus, in quo postquã semel accubueris, nunquã amplius præcipiet tibi ut surgas, & illũ relinquas. Aduerte ergo hæc omnia, & te illarũ consideratione moderare, hæc enim de causa mors cor terræ appellatur. Quia Dñs locutus ẽ de nau fragio Ionæ cũ Niniuen iret, ideò declarauit, quantũ ipse sua p̃dicatione illic p̃fecerit, ad Hebræorum nostrãq; confusionem.

Et sic dicit. *Viri Niniuitæ surgẽt i iudicio.* 22
Hoc intelligitur q̃ iudicabunt per comparationẽ, quia dicet Dominus. Accede huc Niniuita, credidisti Ionæ. Respõdebit, sic: Et tu Iudæe quare mihi non credidisti, cũ ita rationi consentaneum esset, sic intelligitur quod dixit D. Paulus. Nescitis quia An- 1. Cor. 6
gelos iudicabimus, hoc non intelligitur de angelis bonis, sed de malis, quos iudicaturi sumus per cõparationem. Dicemꝰ enim: ò quam digni sunt tormentis, quæ habent, q̃a cum ego essem oneratus esse, & carne, ignauiaq̃e, me confortaui, & de me ipso, & tot tãtisq; tribulationibus, q̃ sese mihi obtulerunt, uictoriã reportaui, ii uerò tam parua occasione, ita superati sunt. Ideò di- Similie.
gno supplicio afficiũtur, sicut si modo hæc ciuitas ab hostibus obsideret, & accipiẽtes 23
mulieres arma uiriliter propugnarent, adolescẽtes uerò fortes, & robusti absc̃derent se, & fugerẽt, quantæ confusioni adolescentibus essent fœminæ, sic per cõparationem nos debent iudicare Niniuitæ, q̃ pp prædicationem hominis ignoti sicut Ionæ tã acrem pœnitentiã egerũt. Ingressꝰ est Ionas in illã magnã urbem tanq̃ homo p̃territus, à pisce quodã uomitus, arena inuolutus, luto infectus in littore, ubi eũ euomuit, sparsis crinibus, nudato capite, aduena, qui nesciebaĩ an esset Propheta. an uerò aliqs iocator, aut delirus, absq; ullo præuio miraculo, uno tantum sermone breuissimo, dicens. Adhuc quadraginta diebus Niniue subuertetur. [*Assi à secas.*] Et absque ulla rhetorica, & tãtũ effecit, ut dicat diuina hi- 24
storia, q̃ crediderũt uiri Niniuitæ, & p̃dicauerunt ieiuniũ, & statim parati sũt ad agendam pœnitentiam. Hic mihi desunt uerba, & quod sim ego malus, & non qualis debeam, non ĩ lachrymas totꝰ conuertor hæc dicens, gens infidelis, una tantum prædicatione hominis ignoti audita, absque ulla promissione, una mina exterriti illico prædicant omnes unanimiter pœnitentiã, pœnitentiam, ieiunium, ieiuninm, cilicium, cilicium, &c. Nobis uerò prædicãtur decem,

& ui-

& uiginti prædicationes, in quibus promittitur æterna gloria, & iterũ inferno nos p̃dicatores comminant, & q̃ proximè peribimus, & hæc oĩa non magis cordibus nostris hærent, q̃ duris lapidibus. Hoc erit iudicium nostrũ, ò Christiani tam proterui, miserabiles querelas Moyses corã Deo effundebat, dicens: Ecce filij Israel nõ audiũt

Exo. 6.

25 me. Quærit Moyses de ingratitudine & cæcitate populi, q̃ in maximas miserias & angustias redactus opem & auxilium Dei nolet accipere, & quasi admirans, dicit: Ecce filij Israel. Hæc uerba habent emphasin, hi Dñe qui sunt populus tuus, & gloriantur se esse filios tuos, hi non audiunt me, si essent infideles, esset tolerabilius malũ ò quo animi affectu hoc dicit; sic ẽt postquam illis legem dedit dixit: Testes inuoco hodie cælũ, & terram, quod proposuerim uobis uitam, & mortem: benedictionem, & maledictionem. Elige ergo uitam, ut & tu uiuas, & semen tuum, & diligas Dñm Deũ tuum, &c. Ego fratres mei prædicans uobis tot sermones, & toties uos Dei noie ad gloriam inuitans, & æternis pœnis cõminans, nõ cœlum

Deu. 30.

26 modò & terram testes imploro, sed lapides etiam huius templi, ac pulpitum istum, & ipsi erunt testes cõtra uos. Aduerte tu infœlix peccator, q̃ audiẽtes tot prædicationes tam obstinatus, ac p̃teruus manes, ut mortem potius æternam, q̃ uitam infiniti seculi eligas. Lapides templorũ erunt testes contra te. Qñ Laban, & Iacob pacis fœdus pepigerunt, cõstruxerunt tumulum lapidum, & dixit unus ex illis: Tumulus iste, & lapides sint in testimonio, si autem ego transiero illum pergẽs ad te, aut tu prætericris malum mihi cogitans, &c. Hi lapides (inquit) sint testimonium cõtra illum, qui fœdus uiolauerit. Sic ego dico uobis fratres, q̃ non modò Niniuitæ, sed cœlũ, terra, & lapides hi,

Gen. 31.

27 &c. Oĩa debent clamare contra uos in illo metuendo die, siquidem cum sitis Christiani, & populum Dei uos iactetis esse, & tam assidua cæli doctrina eruditamini, in uestris tñ criminibus remanetis, nec commoueri uultis ad pœnitentiam agendam. O fratres mei quam excusationẽ illa hora afferetis? quid respondebitis, qñ horum oĩum accuseminiꝰ ò q̃ uos obtumescere debetis, quia oĩs iniquitas opilabit os suum, & sic iustissime condẽnabimini ad concremandũ æternis ignibus. Sapiunt qui talia audiunt? Intelligunt q̃d hæc uerba significent? Arbitrã

Psal. 105.

tur hoc illorum aliq̃d interesse? an de aliis dici existimant? O æterna Deus infinitæ Maiestatis, doce hos fratres meos, siquidẽ rõnis participes sunt, ut, quandoquidẽ Catholicæ fidei ueritatis credũt, hoc ad se p̃tinere, & de illis dicit cognoscant, atque ad te cõuertantur, gratiamq̃ tuam illis cõseras, qua cœlestem gloriam ualeant adipisci, ad quã nos p̃ducat Iesꝰ Mariæ filius, Amẽ. 28

Feria. V. post Dominicam. I. In Quadragesima.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri et Sidonis, & ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa, clamauit, &c. Mat. 15.

QVEMADMODVM piscator uertẽs, se hic nihil posse piscari, utilitatis auidus, piscandique cupidus illuc digredit. Similie.
Sic diuinus piscator Iesus 29
Christus Redẽptor noster uidẽs q̃ parũ emoluẽti Iudæi ex sua doctrina peciperẽt, ad gentes recessit. Cauete fratres mei ne Deꝰ piscatores trãsferat, sũt hic tot cõcionatores, consiliorũ, reprehensionũq; utrgis piscantes, & uos sacræ doctrinæ hanc attrahentes, suiq; exempli cibo inuitantes, & nihil proficitis. Est equidem ualde miserandum, q̃ pestilentissimi amici, & turpissimæ meretricis cõsilio ardentiùs hoies ducantur, q̃ cõcionatorum oĩum diuinis admonitionibus moueantur. Cauete nè digne uobis Act. 15.
dici possit illud Beati Petri. Vobis oportebat primũ loqui uerbum Dei, sed quoniã repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes.

In hoc itinere ingrediente Christo Iesu gẽtium regionem. *Ecce mulier Chananæa, &c.* Hãc mulierẽ hodie alma mater Eccle 1
sia nobis ante oculos proponit, ut pudore confundamur: per Hieremiam ait Dominus ad hoc propositum uerba quædam dignissima, quæ ualde notentur. Adhuc iudi- Hiere. 2.
cio contendam uobiscum, ait Dñs: Adhuc (inquit) post tot scelera uobiscum uolo de nuo ponere rationem. Possem quidem paucioribus uti, & pro peccatis hucusq; commissis supplicium de uobis sumere: sed adhuc noua ratione ac iudicio uolo contendere, ut meis erga uos beneficijs deuinci

mię Dominum nestrum amplectamini, nè uobiscum manus conferam. Adhuc contendam uobiscum, sicut cum ijs, qui me nõ intelligunt, nec mecum in iudicium uolunt conuenire. Transite ad insulas Cethim, ite
2 ad regiones illas, quas nemo habitat, præter immanes belluas: barbarasq; nationes. Et considerate uehementer, &c. O quanta exaggeratio, uehemẽter (inquit) sicut, qđ uobis magni interest, diligenterq. animaduertite, quam uiuendi rationem sequanť, & qũo lapides illos & sculptilia, quæ colũt summa cũ ueneratione uenerenť, & quot ritibus, ac ceremonijs erga eos utantur, & attendite, utrum fortè aliqui sint inter eos, qui Deos commutent, alternaq́ue idola reuereantur, si mutabit gens Deos suos, & certè ipsi non sunt dij, cum re uera ligneæ marmoreæq; sint statuæ testes Deº asciscit ut nos confundamur. Videte q̃ diligenter illi barbari ligna, lapidesq. suos colant, & q̃ negligenter uos æterno Deo seruiatis. Qui nam diligentiùs ac religiosiùs hoc faciunt,
3 ipsi, an uos? sic etiam sancta Ecclesia nobis obijcit mulierem infidelem, diuinarumque rerum penitus ignaram, ut eius spiritum, fidem, humilitatem, instãtiamq. ac studium considerantes confundamur. Ideò Dñs ait. Dico uobis, quòd multi ab Oriẽte, et Occidẽte uenient, et recumbent cum Abrahã,
Matt.8. Isaac, et Iacob in regno cœlorum, filij autẽ regni eijcienť in tenebras exteriores, quod modò manifestè experimur, multi n. sunt qui cum sudore uultus sui uictũ acquirunt, quos uidebitis summa cum reuerentia et religione ad sacrosanctum Eucharistiæ sacramẽtum accedere. Cõtra uerò plurimos presbyteros cernetis, et (quod peius est) religiosos irreuerẽter, ac penè extincto deuotionis spiritu hoc ineffabile mysterium ce-
4 lebrare. Experiemini mulierem nupram, filijs oppressam, uiriq́ue sui seruitute deuinctam, maximisq́ue laboribus circunseptam inter tot curas ita diuinarum rerum contẽplationi deditam, ut dictu mirabile uideatur, et quæ summa cum contentione opportunitatem querit, ut cælesti meditationi uacet: et contrà, erit monacha oĩbus his curis expedita soli spõso Iesu Christo dicata, quę alijs dissimillimis exercitijs, inutilibusq́ue actibus occupatur. Ad hoc accidere solet vt in uicis, ubi rarò aut nunquam uerbũ Dei prædicať, in quibus unus est clericus, inutilis, dissolutus, ac ferè totius pietatis expers: ibi tñ reperiantur uiri Deum timentes, ac fœminæ summa sanctimonia plenæ, quæ fere nunquam prædicationem audierunt, nisi fortasse ab aliquo apostata fugitiuo, qui illac transit: à quibus si queratur, quisnam eos tñ bonum erudierit? cognoscenť, unũ Deum doctorem habuisse, et erũt multi in hac urbe, qui quotãnis eruditissimos ac sanctissimos quosq. concionatores audierint, quorum tñ corda ita sint dura, sicca, atq. im-
5 perfecta, ut dictu sit mirabile (seu potius miserabile.) Hi sunt, qui iuxta diuinas aquas plantati tanquam salices nullum fructum ferunt. O fratres Deum timete, eius suppliciа fugite, cauete ne illę minæ, quas supra ponit uobis contingant: mittentur, scin tenebras exteriores. Hæc oĩa dixi occasione huius optimæ fœminę, quæ cũ esset Ethnica, nec unquam concionatores audijsset, ita dispositа, ac prompta ad Deũ confugit. Nos uerò diuinis monitis instructi, quotidie in Hier.16. uirtute deficere, ac regredi uidemur. Ideò postquàm Dñs dixit: Et mittã eis uenatores multos, et uenabuntur eos. Subdit inferiùs, et reddam duplices iniquitates eorũ et peccata, etc. Cum rõnem expoposcero à Chri-
6 stiano, quem ego legẽ meam docui, et cui uenatores misi, qui eũ attraherent, atque i salutis uia constituerent, cumque sanguinem meum ob eius amorem effusum obiecero: tunc eius crimina grauiora apparebunt, cum tot luminaria, atque auxilia ipse perceperit. Hoc significat: Reddam duplices iniquitates eorum, etc.

Ecce mulier Chananæa. Ecquis eã attulit? Deus, qui eius præcordia tetigit. Quãdo quis habet brachium cancere cõsumptum, ita ut illud præ putredine nõ sentiat, impos- Simile.
sibile est illud naturaliter reuiuiscere, et sic medici putrefactam carnem circuncidunt,
7 q̃si rogatus utrum sentiat, rñdeat minimè sibi dolere, ulterius progreditur abscissio quousq. tandem uiuam carnem pertingat, cum uerò tetigerit, statim clamat. Siste dñe quia uiuum tangis. Si Deus se habet erga nos, permittit ut diuiti domus comburať, ait tñ dines. Famulis piger negligẽter egit, quia lucernam ibi posuit, et dormiuit, et sic hoc infortunium cõtigit, sed nõ, pane meo ille amplius uescetur. Interficit Deus eius filiam, et dicit ille. Ipsa, fuit in culpa mortis suæ, quia nullis medicinæ legibus tenebať, nec se ab aqua poterat continere, deambulabat noctu cum uiro suo in horto, et aer illi

illi obfuit. Hæc oĩa sunt putridam carnem scindere: attingamus ergo uiuum, eius primogenitum Deus occidit, qui erat lumen oculorum suorũ. Illicò clamat? O Dñe hęc
Psalm.77. erat una spes senectutis meæ, nec alius filius mihi remanet. Cum occideret eos, ąrebant eum, & reuertebantur; & diluculo uenichant ad eũ: [*Entocã tel's Dios enlo viuo.*
8 Ibant, & quærebant eum, ac summo manè surgebãt ad exposcendam misericordiam. Attendite Pharaonem, qui parũ sensit dum
Exo.11. Deus illum afflixit, quousq; eius primogenitum interfecit, & sic ait Dñs: Adhuc tangam Pharaonem, & Ægyptum, monet omne primogenitũ in terra Aegypti, & statim senserunt. Ecce quis attraxerit ad Iesum Christum hanc mulierem: tetigit n. Deus eius charissima filiam, ut ipsa fateť, dicens: Filia mea male à Dęmonio vexatur. O quot infortunia patimur, nec tñ Dei esse uerbera
1.Reg.5. nobis penitus persuademus, ut ad ipsum
9 accedamus? Arbitramur enim omnia forte fortuna contingere, sicut illi Philistæi, qui ante oculus perspexerunt Idolum suũ fractum, soloq; prostratũ fortè hoc accidisse existimabant. O stulti, qui cum a Deo torqueamini, fortunæ attribuitis. Si laboras febri, dicis re arietinas carnes heri cenasse, quę tibi offecerunt: Demens (ait Deus) lacerauí, & in lectum doloris prostraui te, manus pedesq; tuos confregi, nec tamẽ cognosces Deũ feciss̃e hæc, ut ad ipsum accedas? Quousq; illi Philistæi cognouerũt se a Do-
Simile. mino uapulare, & affligi, non laboribus liberati sunt. Vtũtur pueri hoc ludo, alter é uelata facie, & alter ipsum percutit, & dicunt postea, diuina puer quis te percusserit, qui respondit, Petrus. Longe aberras, esto (aiunt) ibi quousq; diuites, quis abstulit à
10 te honorem? quis te percussit? hic me iniuria affecit, ille mihi diuitias eripuit. Esto ergo in afflictione, quousque cognoscas te à Deo flagellari, & ab eius manu labores peti. Scitote magnam esse amentiam labores attribuere ulli prętер quàm Deo. Qua propter cum in ærumna commorati fueritis, ad Deum conuertimini, & non errabitis discite ab hac sancta fœmina, & simul cũ ea proclamate: Miserere mei fili Dauid.

Dicebat ulterius: *Filia mea male à Dæmonio vexatur, &c.* Quo studio ac diligẽtia pia hęc mater filiæ salutẽ curabat, sic oportet patrem nec edere, nec cũ iucũditate quę fecere, donec filium suum a spirituali interitu liberet: Deũ debet rogitare, summaq; animi contentione diuos deprecari, & Deũ timentes orare, ut pro filio suo iniquo, & tu multuoso apud Deum intercedant. Perpẽdite mulieris studium. Clamaui ĩ toto cor
Psal. 118. de meo exaudi me Dñe. Dicebat Dauid; exaudi Domine deprecationem meam, &
11 concede mihi quod posco, siquidem ex intimo cordis mei proclamaui. Hoc autẽ dicebat, ut offenderet ad impetranda à Deo beneficia multum conducere crebram, ardentemq; orationem, non uult Deus remissas uociferationes, sed ardẽtissimos diligit clamores. Quando infirmario curæ est diutur- Simile.
nus æger, cum ipse ob longum morbũ remissio suspirio aliquando quæratur, audiẽs infirmarius non curat eum, quia modus ille conquerendi est usitatus, si uerò intẽsius Simile.
12 clamat, statim ocurrit, & rogat quid uelit, sic Deus, cũ multi sint peccatores scelerum suorũ febri laborãtes, qui aliqũ remisse clamant, ut corrigantur, ut autem suspirium illud ex intimo cordis nõ prodit, nihil proficit, nec Deus eorum clamoribus occurrit, quousq; mentis ardore instent, ipsumque studiosissimè inuocẽt. Quamobrem fratres dilectissimi, si uos, aut filii uestri morbo peccatorum laboratis, petite & ardentissimè clamate, quia statim Deus uobis subueniet. Satis expressit Dauid uehemẽtiã, qua
Psal. 118. sit orandum cum ait: Os meum aperui, & attraxi spiritum, quia mandata tua desiderabam. Attrahere proprie, est quasi ui allicere, ea igitur contentione Deus rogandus est, ut ui potiùs, quàm sponte attrahi uideatur. Ea, quæ ui alliciuntur, uiolenter solent afferri, & præcipuus finis, propter quem hæc omnia sunt facienda, est, ut conformiùs ad Dei uoluntatem eius præcepta obseruantes uiuamus. Ideoque ardoris sui
13 causam reddens Propheta subdidit; Quia mandata tua desiderabam.

Qui non respondit ei verbum. O uerbũ Patris æterni, quare non respondens ei uerbum? quis unquam ipsum uerbum uidit obmutescere? o eclipsim miraculosam? uerbum eclipsatur silentio. O factum admirabile? Exijsti Domine ut aduocares fœminã hanc, quæ diligenter uenit, & quæcunq; cupis, exposcit, & adeò durum illiberalem erga eam te præbes? O cęlestis lingua, quæ tot mutorum ora aperuisti, quare nunc ob mutuisti? ò perennis fons clementissime, quare hodie huic mulieri aruisti? in pro-

fundo pietatis tuæ pelago,quo consolationis gutta desideratur,ei præsertim,quę tanta egestate premebatur? Vnum, quo hoies in hac vita tenta i maxime ac perturbari solent, hoc est, quod arbitrantur Deum suas preces non exaudire,& ipsis mutum se, ac surdum præbere,& non alijs. Hoc magnopere uerebatur Dauid,cũ dixit: Ad te Dominе clamabo tota die De⁹ meus ne sileas
Psal.27. 14 à me,ne qñ taceas à me & assimilabor descendentibus in lacum. Et illud, significat ibi causam,i.quia videtur hic Dauid significare, se timere, ne similis illis fieret,qui in inferno commorãtur:si Deus se mutum & surdum in illum præberet,hac tam anxia tentatione poterat hæc mulier cruciari. Sicut, qui sitiens ad fontem pergit,qui perenSimile. nis esse solebat,cùm autem sic cum inuenit maximè contristatur, ò mulier, quo sperabis te ab illo petitionem cõsequi posse,qui ne uerbum quidem(bonorum oĩum minimum)tibi dignatur cõcedere?euertere domum tuam,ne incassum labores, eia reuer
15 terẽ. Quid?retrocedam? Considerate huius mulieris fortitudinem, quo tentationem hanc uicerit,& ubi humano uideri apparebat imago maioris desperationis, ibi plena erat spe. Ille nanq; clementissimus Dominus,qui tacebat,non ut eam despiceret,sed ut pluris faceret,quique ut ipsa loqueretur silebat, & ut fidem suam apertius explicaret, intra eius cor mirifica imprimebat pignora certitudinis,ne dubitaret,quin commode apud ipsum negotiatura esset.

Et accedentes discipuli,rogabãt eum. Hęc est potissima ratio,cur pauperes, & abiecti in hoc orbe despiciuntur,quia nõ est qui di
16 cat: Dimitte eam. Magnates,utrique nobiles, hoc unum intelligite, minus uestrum non esse nectigalia conducere,ludere, aut deambulare, se ui suas ptegere,pauperesq; tutari. Si cùm inopi deserteq. uiduæ causa differtur,q; iudices largitionibus non corrumpit:vir primarius iudici diceret:Dimitte eam,nõ essent tot iniquitates,ac scelera.
Esther 4. Quando De⁹ Esther in sublimem dignitatis gradum erexit, huius rei causa fuit, ut inde Iudæis opitularet,q; in illis regionib⁹ atrociter uexabantur, & sic Mardochæus nuntiari illi iussit: In domo Regis es procunctis Iudæis,si.n.nunc silueris per aliam occasionem liberabunt Iudei: & tu, & domus patris tui peribitis,& qs nouit, vtrùm idcirco ad regnum ueneris? Quid hùc congruentiùs poterat adduci,& aduertite Mardocheum illã munari,nisi afflictos protexerit, cùm ipsam,tùm et domum patris sui à Dño esse euertẽdã. Quot ędes nobilium uirorum in his regnis breui tpe solo ęquatas cernitis? quæ fortasse perierunt,quo rũ dñi in pauperes illiberales fuerunt. Quã obrẽ fratres mei uos rogo,ut hoc diligẽter aĩad 17
uertatis,& in pauperib. uiduisq; defendendis singularẽ aĩ magnitudinẽ, nobilitatẽq. uestram oñdatis,ut uos a patre nobilitatũ, ac misericordiarum auxilium percipiatis. Rñdit Christus Iesus: *Nõ sum missus nisi ad* Simile.
oues, quæ perierũt domus Israel. Vult dicere: Quemadmodũ ad grauissimum morbum, quem aliqui medici iã curauerũt,nec tñ aliquid efficere potuerunt,quęritur maximus medicus:sic q̃q̃ de cęlo descẽderim ad oẽs curandos tãgentes, quam Iudęos: Iudęis tñ debeo ipsemet mederi; eorum n.maximũ est uulnus,quod nullus ex meis prophetis, nec oẽs simul curare potuerunt. Gentibus, etsi sceleribus oppressis, cùm nõ sint tã du
ræ ceruicis alij prædicatores sufficiũt,discipuli mei ipsis mederi sufficiunt, quib⁹ ego 18
dicã: Ite,& docete oẽs gentes. Et sic,una ex Matt.28.
potissimis rõnibus,quas assignant Doctores,q; Christ⁹ Saluator noster ex Hebræis, poti⁹ q̃ ex gentib⁹ carnem assumere dignatus fuerit,est,q; popul⁹ ille tã obdurati esset cordis, ut hoc singulari beneficio illos ad suũ amorẽ alliceret. Gentes(ut experiẽtia cõpertũ est)tanq̃ humaniores facilius Psalm.17
cõuertũtur. Quare dixit Deus per Dauid: Populus, quem non cognoui,seruiuit mihi, & filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt,&c. Gentes quas ego non noui,i. in quas ego tot beneficia non contuli,uix uerbum Sancti Euangelij audierunt, cùm statim crediderunt. Filij alieni, idest, alie- 19
nati à me,mentiti sunt mihi. Ego enim polliceitus sum me illis missurum præstantissimum prophetam: Et ipsi mihi promiserũt se ipsum audituros,& illi iuxta præceptum meum esse obedituros,ut patet in Deuteronomio,&dixit omnis populus: Amen. Omnibus quæ dixerat Moyses in nomine Dñi,mentiti sunt, quia cùm De⁹ promissis staret,summumq. prophetam filium suum misisset, ei parere noluerunt. Inueterati sunt. Crimina uetera sunt,in Agypto, in deserto,ubique claudicauerunt: & qui itaerant duri, opus fuit illi tã excellenti medico. O benedictus sit talis Deus,benedicta

talis

talis pietas & clementia. Diligite fratres tam bonũ Dñm, nec unquam cessetis eum laudare,qui cum in hunc populum tam durum esset irascendus, & penitus gentem illã euersurus,ex ipsa illorũ rebellione occasionẽ sumit,ut maiora in illos cõferat bñficia,ut mõ dicẽtẽ auditis: *Nõ sum missus,etc.* Vt has oues ꝑditas in sui amorẽ excitaret.

Ad illa uenit & adorauit eum,dicens: Domine adiuua me. Animaduertitis fœminæ
20 aĩum,spẽ & fiduciã? Qñ amici familiares regis aliquid ab eo poscunt, quod tñ non impetrant,quis idem ab ipso rege audeat postulare? quis non deficiat? Hæc uerò mulier cũ aduerteret propinquos ac dilectos Dei nihil impetrare maiorẽ animum recepit,& Simile. maiorẽ adipiscendi spem habuit. Passerculus aerem tranans, qñ uehemens flat vẽtus non eum sequit,nec eius spiritu ducitur neventus oẽs pennas sibi euellat,& sic pereat, sed mitiùs volat aeris furijs obstans,à vẽto rostro parum auerso, & ita nullum patitur detrimentum. Sic iusti nõ patiunt se persecutionũ procellis duci, quia hoc esset penitus perire, sed semper oĩbus periculis resistentes tendunt,quousq; desideratã compatãt victoriam: ut in hac fęlici fœmina patet.
21 Videte q; nõ reuertaĩ retrorsum,neq; desistat,sed potiùs nouo quodam mẽtis ardore ulteriùs prosequaĩ,dicens: *Adiuua me,&c.* Vt animaduertit, se,eò quod esset Ethnica aliquo modo à Christi humanitate repelli, ad eius diuinitatẽ protinus cõfugit. O Dñe (dicebat)licet tãquã filius Dauid præcipuè
Simile. missus nõ fueris ad saluandas gẽtes:saltem hoc nũ poteris negare te Deum esse,& quatenus Deũ,tam gentium,q̃ Iudæorũ dñari, quapp adiuua me. Quemadmodũ pluuia herbæ nascuntur,& accrescunt, sic tribulatione,ac laboribus salutis augeĩ auiditas.
Cùm dixerit: *Adiuua me.* Ostendit etiã ex
22 se aliqd operari,& operabatur profectò,siSimile. quidem tanta fide ac spe nitebatur,nec animi contentio deficiebat. Ducit mulio oneratam mulam,& onere oppressã labiĩ,ipse verò prętereuntem aliquẽ rogat,ut se adiuuet ad onerandam mulam, & hinc mulio, atq; illinc alter mulæ onus imponũt:si mulio recedit,nec aliũ,quẽ rogauit uult adiuuare,non est cur dixerit: adiuua me,sed impone onus huic mulæ:sic ad aĩæ salutẽ corporisque exercitia necesse est duo concurrant:tu enim solus nihil potes: Deus uerò solus,& si potest,sine te non vult,& sic pro-

priè loquebatur hæc mulier,cum dicebat. Adiuua me,sic & Dauid cum dixit: Adiuua Psal. 78.
nos Deus salutatis noster: non dicit, salua nos,sed adiuua nos:in auxilio namq; semper oportet eẽ duos. Quod si dicas: Nõ seruatur decorum si dicatur Deo: Adiuua me, deceret ne seruũ dicere dño suo:dñe adiuua me ad arandum,uel ad excauãdum? Alia qua sunt,in qbus si seruus diceret suo dño ut se adiuuaret, in impudentiam incideret,
23 velut cùm dñs iubet famulo ut equum distringat,siue ut domũ mundet,si ad hoc auxilium peteret,dicens: Adiuua me, vitium sanè non posset effugere. Alia uero sunt, in qbus auxilij postulatio decora est: ut cùm dicit dñs famulo ut de aliquo uindictã sumat:tunc si uires famuli non sufficerent de
Exo. 32. corum esset dicere; Dñe adiuua me. Null⁹ est Dux in Italia,qui à rege auxilium nõ petat qñ opus est. Cum Deus præciperet Moysi ut populum duceret,dabat ei Angelum, qui eum comitaretur. Vade descende de loco isto tu,& populus tuus, & mittã præcursorem tui angelum. Cui respondit Moyses: Si non tu ipse præcedas, non educas nos de loco isto. Non(inquit) hinc discedam, nisi tu me comitatus fueris. Non fuit hoc impu 24
dentiæ factum, sed dignum potius,quod à Deo iurè optimo peteret. Sic quicquid nobis Deus imperat eius est qualitatis, ut nõ immerito ab ipso auxilium petendum sit, sicut ad obseruantiam præceptorum,& ad eius consilia perficiẽda, necnon ad omnia quæ absq; eius ope conficere nequimus.

Qui respondens,ait, Non est bonũ sumere panẽ filiorũ,& mittere canibus. At illa dixit: Etiã Domine. Nã & catelli edunt de micis, quę cadunt de mensa dominorum suorum. O eximiam humilitatẽ ꝑpẽdite qũo hoc nomen,canis,in corde eius quieuerit, cõsederitque. Ex ipso despectu argumentum ipsa cõsilat efficacissimũ, quo cõuincit Christũ Redẽptorẽ nostrũ. *Nam & catelli, &c.* 25
Fateor(inquit)me esse canem sed tanquã tali rationi consentaneum est, ut tu Dñs, mihi prouideas de reliquijs,quæ supersunt ex mensa tuæ infinitæ pietatis. Hic est bonorum hominum mos,ut oĩa in bonũ conuertant. Si Deus ipsius fauet, fauore indutur ut Dño seruiãt;si abijcit eos, ex ipso despectu spiritũ,ardoremq. eliciunt,ut ei humiliùs pereant. Omnia in aurum commutant,tanquam ignis,qui omnia, quæcunq; recipit,in se conuertit, diligentius Deũ om-

nia cooperantur in bonum. Vtinam ab hac
Rom.8. muliere disceremus, & nosmetipsi catellos
esse nõ negaremus, nosq; accusaremus, qđ
Iob.10. oẽm uitam nostram tãquam bellue immanes duxerimus. Vnde Iob, dimittam aduersum me eloquium meum. Qñ qui est i carcere pro se loquitur, nõ creditur, sed siquid contra se dicit, maior ei fides q̃ duobus te-
26 stibus adhibetur. O quantum profuit illud,
2.Re.12. peccaui, quod dixit Dauid? & illud, nos q-
Luc.23. dem iuste latronis, & confessio humilitatis, qua vsus est S. Petr⁹ dicẽs discede à me &c.
Luc. 5. & illud: Dñe non sum dignus, ut intres sub tectum meum, profuit etiam & illud pater
Matth. 8. peccaui in cœlum & coram te. Omnes hi, quot bona a Deo impetrarũt pp accusationem, nõ potuit ampliùs contineri fons clementię. O infinitam Dei pietatem, qua cle-
Luc.15. mentia incipit ipsam extollere, & ei quicquid petit concedere & multò plus dicens, O *mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis.* Nonnè ego predixi, illam Dei moram, mulieri maiori vtilitati futuram? aduertite q̃ honorificentissimis uerbis illam efferat:
27 q̃ si deprecabatur ut dęmonium à filia sua expelleret non hoc solùm concedit, sed ipse apud eius animã manet, quod certè maius est. Videte ut res diuinæ quamuis initia habeant dura, & aliquantulum amara, exitus tñ gratos habent si hoies non defeciscũtur, si tacent, si patienter ferunt, q̃ patiens uicit & qđ appetiuit fecit. Qualis ma-
Luc. 1. neret Zacharias ex priori uisitatione, q̃ illi Deus misit, nisi mutus? sed posteà patienter passus est, ideo in hæc uerba prorupit. Benedictus Dñs Deus Israel. &c. Et cũ Chri-
Marc.8. stus redemptor noster dixit Petro: vade retro Sathana: qua cũ acrimonia dixit? posteà verò q̃ suauiter dixit: pasce oues meas? &
28 hic Chananæa prius vocata canis, nisi patien-
Ioan. 21. ter ferret, nõ audiret posteà: *Magna est fides tua.* Res uerò huius sęculi sunt vice uersa: initia dulcia: exitus uerò habent amaros. O q̃ suauiter peccatur? sed quã acriter posteà persoluendum est? Quapp licèt primordia virtutis aliquantulum vobis aspera uideantur, toleranter illa sustuleritis: & experiemini fratres quam dulcia, ct in hac uita effi ciantur: ut eis prægustu uix faciemini. O ue re animarum Magister tu, qui huic mulieri fuisti, ut perseueraret, quousque audiret à tuo diuino ore dulce illud uerbum: *Fiat tibi sicut uis.* Nobis ct miseris opitulare, ut amodò te saltem quærere incipiamus & rogitare, ac ferè discamus, & vt pseueremus quousq; tuis diuinis brachijs nos in cœlesti gloria in perpetuum ¦suscipias. Amen. 29

Feria VI. post Dominicam I. in Quadragesima.

Erat dies festus Iudęorum, & ascendit Iesus Hierosolymam, &c. Ioan. 5.

SVPER hoc verbum offertur dubium. Est regula prudentiæ, & iustiæ, ut vnicuiq; secundum dignitatem & merita sua locus concedatur, & non solum hoc cum hoibus, sed etiã cum rebus ĩsensibilibus solet obseruari. Videmus, quòd margaritæ pretiosæ locus tribuitur in tiara alicuius magni Pontificis, aut in Imperatoris corona quod si margaritæ debitus locus tribuitur quanto magis homini debita sedes est tribuenda? ideò Deus in principio cum tam amęnum illum locum creasset, de quo plantauerat Deus paradisum uoluptatis, &c. Et posuit ibi homi r
nem, quem formauerat: quia licet paradi- Gene.2.
sus esset excellentissimus, excellentior tamen erat homo, cui paradisus fuerat plãtatus. Cum ergo ex fide habeamus, quod anima maximè prętat corpori prudentia, iustitia, & uniuersa ratio nos admonet, ut huic tam excellenti animæ debitum locum diligentissimè impetrare curemus, quæ quidẽ cœlestis est beatitudo, & cum hoc ita sit ex septem diebus, qui sunt in hebdomada, sex concessi sunt corpori ut in eis necessaria sibi acquirerentur, animæ uerò unus dies datur, ad rem tam arduam tamq; difficilẽ cõsequendam, sicut ęternam fęlicitatem? iam si hi dies per medium diuiderentur, & tñ vni, quãtum alteri daretur, tolerabile esset. Quod autem hoc sic fuerit cõstitutũ, nõ à
2 quouis, sed ab ipso Deo patet. In Exodo. Exo.23.
dicitur. Sex diebus operaberis, septimo die cessabis, ut requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Huic quæstioni respondetur, quod, uenæ, vnde corporalia bona hauriuntur, tam uilis sunt metalli, ut quamuis in eis diu laboretur, ita tñ parum ex illis elici possit ut uix ad humanam uitam degendam sufficiat, uenæ autem animę tam pretiosi sunt metalli, vt breui tpe ex eis magnę diuitię possint Simile.
auferri. Si cui diceretis, vtrũ maius uenam auream

auream locupletissimam sex horas excauare, an æream sex menses fodere? responderet quod mallet in aurea sex horas, quàm in ferrea sex mẽses laborare, quia plus utilitatis se percepturum speraret. Corporis mineralia sunt moliri, acquirere, vincas serere, & domos cõstruere, ad quę longo tpe
3 opus est: Et est prope nihil, quod hauritur,
Psal.18. quia uenæ ferreæ sunt. Venæ uero aiæ sunt auri purissimi: iudicia Dñi desiderabilia super aurum, & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauum: exercitium in obseruatione mandatorum Dei, & uirtu tũ acquisitione, est ueluti uena, unde multum aurum ac margaritæ hauriũtur, breui tpe potest aia locupletari. Quamobrem ui sum est diuinæ Maiestati plus tpis corpori, q̃ aiæ tribuere, nec aiæ in hoc iniuriam inferri iudicauit. Nedum aia talem uirtutem habet, ut laborante corpore exterius, magnas ipsa diuitias spirituales possit acqui-
4 rere, in amando, & considerando.
Esi ãt Hierosolymis probatica piscina, &c. Quando quis vult epistolam scribere magno alicui dño, quærit optimam papyrum, Simile.
& atramentum, atque etiam aliquando bis aut ter eam scribit ut semel prodeat emendata, si uerò ad priuatum quendam hominem scribat nihil curat an papyrus sit mala, atramẽtum peius, & adnotatio agrestis. Quando Deus creauit mũdũ non fecit amplius, quàm dicere. Ipse dixit & facta sunt, nullum exemplar fecit, omnia ex prima ad
Gen.32. notatione prodierunt. Sed ad redẽptionem sicut ad tam excellens opus priùs fecit mu
Iosue 5. ta exemplaria. Pręcipere Abrahæ, ut filium suum sacrificaret fuit exemplar diuini sacrificij, quod Iesus Christus pro humano
Nu.21. genere, oblaturus erat. Manna, quod dedit
5 in deserto fuit signum, quod significauit se daturum esse suum sacratissimũ corpus in cibum. Erigere Moysem in deserto serpentem illum significauit bonum Iesum in cruce esse extollendum. Ita piscina de qua hic agit S. Euangelium fuit exemplar Piscinæ sacramentalis, quam suæ Ecclesiæ daturus erat, quod est sanctum Sacramentũ pœnitentiæ. In quibus omnibus ostenditur quã ti nos Deus æstimet, qui uiuimus in lege gratiæ quibus tot beneficia contulit insculpta prius in tot exemplaribus. Quid ergo erit si pro his beneficijs Deo gratias nõ agamus, nec ipsis vtamur? nam si hoc non facimus quid illa nobis ꝓsunt? nisi ut sint atrocissima uerbera, quibus, in inferno cruciemur? maximè excellit piscina nostra, piscinæ illius tpis, quia illa medebatur corpori, hæc uero confert salutem aiæ. Sed est sanguinis lachrymis lachrymandum, q̃ in illo tpe, ut corpore fanarentur, ex longinquis regionis Hierosolymam accedebant hoies atq; ibi multos annos commorabantur, &
6 tandem unus sanus euadebat, modò uero,
cum non sit necesse ire Hierusalem, nec multos passus ambulare, aut multas horas expectare, & cum possint sanari oẽs & morbis tam periculosis sicut aię: & tñ non accedamus nisi iniuiti, & coacti. O ineffabilem Dei pietatem, ac terribilem cæcitatem miserorum hoium, filiorum Adæ? uidetur uobis, q̃ si Deus libentissimè non ignosceret, Simile.
relinqueret peccatorum absolutionem in manu ipsorum hoium? non profecto. Si rex litem ageret cum quadã Academia, in qua lite multum interesset, & diceret, ego committo hanc litem claustro eiusdem Academię, & eorum sententiæ uolo stare, dicerẽt
7 auditores? Domine rex in manu doctorum litem committis? non uides illos esse partes, & in suum fauorem contra te sententiam laturos esse? quia illi nihil aliud expetunt, & ex eis uictum acquirunt. In hoc significaret rex se desiderare magnopere illi. Academiæ fauere. O ęternæ Deus, qua re non commisisti saluationem nostrã Angelo, & eam homini tradidisti? quare hominibus peccatorum suorum sententiam credis? hoc modo omnia dimittentur. (Ait Dominus) hoc ego uolo, ut confessor pœnitentis misereatur, & eius imbecillitatem doleat. Vt cognoscat se esse debilem uelut alium, cum uideat in quos defectus passim
8 ipse incidat. O benedictus sit talis Deus, &
glorificata talis pietas? quare fratres mei nocte, ac die non uociferamur, & tam infinitæ misericordię prœcones non efficimur? statim ut Christus Iesus Saluator noIoan.20. ster resurrexit dixit discipulis suis: accipite spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata remittuntur eis. Acsi diceret, uultis uidere dilecti mei quid profuerit passio mea? accipite hanc diuinam respirationem quã nobis per passionem meam promerui ad animarum uitam, quia sicut corpus non potest uiuere nisi respiret, sic meum corpus mysticum, quę est Ecclesia mea non potest uiuere sine hac respiratione, & diuino spiritu. Valdè igitur est miseran-

dum,quod cum Deus tam salubrem medicinam in hoium manibus reliquerit, tam pauci ea vtantur. *Erat autem qdã homo ibi triginta,et octo annos habẽs ĩ infirmitate sua.* Non fuerat illic oẽs triginta & octo annos, quos infirmabat, quia Alexan. Papa in quadam epistola,quam misit ad Soldanũ,affirmat hũc Angeli descensum ad piscinã non semper fuisse,sed in prima hora Natiuitatis Dñi incepisse,eadem hora,qua Christus
11 natus est ex Virgine,& deinde ea dẽ nocte, & hora fiebat per singulos annos fortis motio aquę illius stagni: *Hũc cũ uidisset Iesus iacentẽ,&c.* Ecce fontem vnde huic homini salus dimanauit, uisionem.s.beatissimorum oculorum Iesu Christi Dei nostri: Di scite fratres mei uos ponere añ oculos huius boni Dñi ut ex oĩbus necessitatibus,et ærumnis uestris curati euadatis. Discite violentiam uobis inferre, et carnem uestram oneratam & eam licet inuitam ante Deum collocare,et videbitis, quid inde hauriatis. Discite uos facere cõtinuos domus suę,qa
12 non est possibile quin si debita dispositione accesseritis magna in uos conferat beneficia. Posuit se Moyses multis dieb. ante oculos Dei,vidẽte qualis euaserit,qbus radijs, ac splendoribus,ut dicit ĩ Exo. Cum descẽ
Exo.34. deret Moyses de mõte ignorabat,quod cornuta esset facies eius ex cõsortio sermonis diuini, qꝫ ex eius vultu mirifici quidã splendores exibant,quod in conspectu Dei,et in eius cõuersatione faisset. Quis dedit aium Iacob ut appareret corã fratre suo? anteà, cũ eius frater paucas vires haberẽt fugit ab
Gen.28. eo in Mesopotamiã. Modo vero cũ Esau frater eius est potens,cũ iurauerit se à Iacob supplicium esse sumpturũ,accedit mirifico quodam aĩo,et audaciter se eius offert ma
13 nibus. Vnde ergo tantus aius? vidi Dñm facie ad faciẽ,et salua facta est aĩa mea. Posui
Gen.32. me coram Deo,et cum eo tota nocte luctatus sum lachrymis,et suspirij,et exiui alio cũ pectore,et fortitudine. O frater mi,quare tã pusillanimis es ut quilibet minimus labor de te victoriam reportet? nisi qꝫ nescis te offerre una hora coram diuinis Dei oculis,qꝫ si hoc faceres vires inde elicere ad oẽs malignos spiritus superandos. O sancte rex Dauid, qũo cum esses hõ pauperculus tanto tpe te defendisti à tam potente rege ut Saule,et in eius regno,et cum magnis copijs,tu autem solus, et derelictus? qũo? me interrogas? Oculi mei semper ad Dominũ quoniã ipse euellet de laqueo pedes meos. Habeo sydus,in quod postquã oculos cõii Psal.24
cio,non sunt laquei pedibus meis. Plus valebat vna hora,quam cõsumebat Dauid in cõspectu Dei,q cuncti exercitus et astutiæ Saulis. Quam potẽs est visus Dei,apertè patet in hoc paralytico cum talem salutẽ fuerit adeptus, quia tantum bonum impetrauit,ut fuit paululũ cõmorari ante oculos Saluatoris nostri Iesu Christi,dicit illi.

Vis sanus fieri? Cur Domine hoc illũ in- 14
terrogas? certum est,quod volet,quis enim nollet salutem? hoc fecit, ut nobis ostenderet,quomodo peccatorem ad salutẽ soleat inuitare, semper in sua libertate eum relinquens. Mirabile profecto. Agitur pec- Simile.
catoris uita in tua gratia recipienda, & tu cupis ut ipsam recipiat,& exeat à peccato, & rem tam necessariam eius uoluntati cõmittis? ardet domus hominis nobilis,& hic habet filium quem amantissimè diligit, & cum dormiat alius,accedit pater dicens,vi de fili an uelis surgere, quia uita tua maxi- 15
mè periclitatur. Vide quod si non uis surgere, concremaberis. O desidiam inauditã. Inflammatur domus & filius est in maximo periculo ardendi,& cum sit tam dilectus, vt eum quasi lumen oculorũ suorum habeat,& tamen dicit utrum uult, an non uult? uelis, nolis, porrige manum:, quin aliter capillos cedo. Modo in suo arbitrio eum finis: Extrahe illum ui, & per solum uoluta, siquidem in tanto discrimine versantur. O incommutabilis Deus? Quomodo Domine ardet totus mundus inextinguibilis igne, et diro peiori. Et homines ita sunt soporati, homines (inquam) quos tu tantopere diligis, et rem constituis in eorum uoluntate? uelint,nolint,attrahe illos crinibus. Hoc ego nõ faciam (ait Deus) licet eos tantopere diligo et miseri mundi 16
calamitatem, et perditionem uideo. Non eos cogam. Qui voluerit, benè, qui vero noluerit,dolet mihi,sed ipse aliquando lamentabitur,et barbam ipsemet dilaniabit, nihil tamen proderit. Contemplare ergo infœlix peccator Deum misericordiarum tibi dicentem, vis sanus fieri? Quid igitur tantæ misericordię respondes? ita tui ipsius inimicus es, ut tam liberali domino non consentias? vide quod nisi salutem velis,et eam ardentissimè expetas nunquam illam impetrabis. Per Hieremiam ait Deus animę,ascende in Galaad,et tolle resinam vir-

go

go filia Ægypti,frustra multiplicas medicamina. Sanitas nõ erit tibi. Licet sæpe numero uadas in locũ ubi sunt medicinæ nunquã sanaberis,qa non uis. Non.n.tam constitit impetratio salutis in quærẽdis medicamentis, quã in uoluntate adipiscẽdi eam, hõ confiteris crimina? ẽt. Quia habetur, in hoc maxima cura, & in singulis parochijs sunt suæ matriculę eorũ qui confitentur,& cũ nõ sit cõfessio eius nisi pp hoc,post quatuor,uel quinque annos ita ꝓpterius é acsi nunquã crimina fuerit confessus. Non odit morbũ,nec salutem desiderat frustra multiplicas medicinam, sanitas non erit tibi.
15 Quia defectus est ex parte tua,dicit Deus,
Esa. 11. lauamini, & mundi estote. Domine lauari, est iustificari, iustificare uero munus tuum est,cur mihi præcipis ut ego me lauem,qđ est dicere ut me iustice? ꝑcipio quia licet sit munus meũ ẽt est tuum,qa ex te etiam dẽt esse adiutoriũ,& notate quod nõ cõtentus est dicere: lauamini,quod est iustificationis opus; sed addidit: mũdi estote. Vt perse
Simile. ueretis & mundi ꝓmaneatis, ut non lauemini,& statim coinquinemini. bene intelle xistis quid significet illud: *Vis sanus fieri?* Quapropter necesse est ut incipiatis uelle & uos disponere. Vt globus electi stipulam
16 attrahat,necesse est ut illa sit tenuis & adaptata: si n.nimis longa est aut infecta, non eã electrũ attrahet. Si uis ò peccator ut purissimum electrum Iesus Christus te à culpa erigas extenuare,& debilitare,& te sicut poteris dispone,& sic ipse te extollet.

Respõdit pauper ille: *Hominem nõ habeo.* O inhumanã hominum crudelitatem. Qđ cũ ille tãto tpe iuxta piscinã iaceret nemo illius fuerit misertus, & eũ adiuuerit ut ex illa ærũna euaderet. O quã ad literã hoc agitur hodie. Est pauper uicinus tuus in lecto claudus,& ęgrotus,& fame periens, tu uero,qui necessario transiturus es per eius
Simile. ostium,qa ꝓxim⁹ illi habitas,nec saltẽ habes os ut dicas,quid facis ibi amice? nec manus porrigis ut illi quadrantem des. Ne detur uacuũ in rerum natura transgredientur
17 creaturæ insensibiles limites suos,& cõtra naturam suam faciunt: ut est,terrã,& aquã sursum ascendere ut uacuũ adimpleat,cum ergo tot pauperes sint uacui & tã facile eos possitis reficere & nõ faciatis,certe creaturæ insensibiles uos reprehendũt in hoc, siquidẽ illæ limites suos trãseunt ut nullũ sit uacuũ,& uos cũ tanto periculo nõ sitis obij ciẽdi,id nõ uultis facere. Si uideres filiũ du-
cis in hospitio super stragulum iacentẽ cõ Simile.
tagioso morbo laborante & eũ cognosceres,non ne domũ tuã illũ adduceres,& dili gẽtissime curares,sperãs patrẽ eius aliqñ tibi gratias relaturũ, paup igit qs est, nisi filius Dei? qñquidẽ filius Dei dixit,qđ uni ex istis minimis feceritis mihi feceritis. Si ergo filiũ ducis ꝓ utilitatẽ domũ tuã affert,hic nõ est maior utilitas? certe ostẽditis vos forte nõ credere,qꝫ summa ueritas dicit,s.se re 18
cipere in se bonũ qđ pauperibus facitis ut postea quasi liberalissim⁹ Dñs ꝓsoluat. Cõsiderate fratres mei, qđ dicit Deus ad hoc ꝓpositũ ꝑ Esaiam. Frange esurienti panem Esa. 58.
tuũ,egenos,uagosq́ue iduc in domũ tuã, &c. tunc erũpet quasi mane lumen tuũ & sanitas tua citius orietur & gloria Dñi colliget,ideſt,esto misericors, & q̃uis sis ĩ peccato ꝓ hoc disponeris,& cognosces peccatum tuum,quia lux cognitionis intrauit in animã tuã quasi aurora, q̃ tenebras expellit,& sanitas tua,q̃ est cõuersio tua celerius Rom.3.
tibi aduenit,et gloria Dei amplectetur te. Hic gloria Dñi significat iustificationem,sicut Diuus Paulus ait, oẽs peccauerunt,et egent gloria Dei,ideſt,qđ oẽs necessitatem habent iustificentur, siqdem oẽs peccauerũt,sicut etiã ad Romanos: ut ostenderet di Rom.9.
uitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quę ꝓparauit in gloriã. Dulcissimũ est hoc uerbũ,qđ uocat Deus gloriã suã,iustificationẽ 19
animæ,et hoc significat qđ nisi ĩ Deo esset gloria infinita, unum, quo maxime eius uoluptas augeret,esset animã à peccato deducere,et illam iustificare. Vt cognoscatis q̃ excellẽs res sit iustificatio, et q̃to studio ac diligẽtia illã q̃rere debeam⁹. Atq; unũ, quo ꝓpiuè institificatio acqrit, ait Dñs hic, esse,uti misericordia ĩ pauperes. Frater si te cernis aliquo odio,aut carnali affectu, aut ambitione uinctũ,ac nullã uiã tibi uideris reperire posse ut hæc mala effugias uadead uisẽdos infirmos,uisita carceres,etc. alluesce facere opa misericordię, et experieris 20
qualis postea efficiaris siquidẽ Deus in his uerbis id dicit,et nõ põt mentiri. Dicẽti infirmo: *Hominẽ nõ habeo:* ait Dñs: *Surge,&c.* siquidẽ nõ habes hominẽ,ego ero tuus hõ. Qñquidẽ tibi homines desunt non ego dero tibi,surge,et statim surrexit sanũ. O benedicta sit talis pietas,et tãta potestas beatus,q hunc hominem q̃rit in oĩbus suis necessitatibus et laboribus. Hic offertur ma-

ximum

Dionysi. De diui. no. c.4.

Simile.

Ori. 3. Periarc. Simile.

Mala.4.

ximũ dubium quomodo, cum Iesus Christus sit summũ bonũ, summum autẽ bonũ (vt ait Sanctus Dionysius) sit sui diffusiuũ, intrans ubi tanta infirmorũ multitudo cõmorabatur coarctatus fuerit ita ut vni tãtũ saluté cõferret? Quomodo Domine, cũ sis summum bonũ tam illiberalem te prębes? si ad hanc vrbẽ medicus accederet, q uirtutẽ haberet sanãdi tot quot manu tãgeret, si unum tãtummodo attingeret, non esset
21 illa illiberalitas? si cum esset sol i cęlo luci dus uni mitteret splendorem suum & reliquum orbẽ obscurum relinqueret, qs non miraretur tantum portentũ? Origenes ait, quòd causę uniuersales concurrunt, secundũ quod & particulares concurrunt. Oportet esse dispositionẽ in causa particulari, ut causa uniuersalis i ea possit operari. Scintilla ignea applicat̃ escæ, & stuppæ, nõ autem ferro, sol, alibi tigres, alibi Leones gignit secundũ regionũ dispositiones. Sic hic diuinus sol, in hoc uno operatus est quia fortasse hunc solum dispositũ ruperit. Hic est il
22 le sol, de quo Malachias dixit, orieṫ uobis timentibus nomen meũ sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius, & i alis suis saluté asportabit. Sumit hanc metaphoram solis, cuius radios i oẽs partes diffusos uocat alas solis, quæ ferunt salutem, qa terræ medent̃, ipsã lætificant, ac fructificare faciũt sic uenit Saluator noster Iesus Christus in mũdũ plen⁹ alis, ut sol, pennis circunsept⁹, atq; miraculosis, salutiferisq; operib⁹ & dicere illũ fer
23 re salutẽ in alis, significat qua uelocitate diuinus hic sol, uolet ad reficiendas necessitates. O uerbum dulce, o uerbũ iucundum & charitate plenum, quis est lapis audiens te, qui non mollitur, & in amorem liquefit? q dicat̃ animabus, uobis fit Deus hõ, & uenit misericordijs circũseptus, & ipsæ non molliantur? sed super omnia aduertendũ est, q dicit, orieṫ uobis timentibus nomen meũ. Nisi habeas timorẽ Dñi, sed es quidã temerarius, & uæcors, ita diffusus, ac non esset Deus quẽ deberes timere, ñ mireris si hui⁹ diuini solis radij nõ pertigerint te, qa ipse natus est timentib⁹ eũ, & ideo forte remãserunt tot ægroti absque salute, & si dñs in mediũ illorũ fuit ingressus. Aut forte nõ sanat plus, q̃ hunc, quia aliis non cõueniebat tunc salus, quãdoquidẽ omnibus perspicuũ est, quàm necessarii esse soleant morbi, tentationes, atque insælicitates, animarũ utilitati. Hoc significauit Christus redemptor noster dicẽs. Beato Petro, diabolũ petiisse facultatẽ ut illũ suosq; socios tribularet, & his uerbis hoc ostendit: Simon, ecce Sathanas expetiuit uos, ut cribraret sicut triticũ. Loqui Deũ per hanc metaphorã, siquidem agebat de laboribus seruorum suorũ fuit vt tolleret scrupulum, qui humanę debilitati poterat oriri querenti de Deo. Quare cum Sathanas nobis uelit obesse, Deus licentiã illi concedit? in hac metaphora ostẽdit Dominus q̃ in uno & eodem actu expetit diabolus damnũ tuũ, & Deus utilitatẽ desiderat. In cribrando enim tritico duo sũt, unũ est euoluere grana sursũ & deorsũ, & ea inter se excutere, ita ut si sensum haberent illud magno tormẽto illis esset, alterũ ẽ effectus, qui inde resultat, qui est, remanere triticũ mundũ & cribratũ, à puluere, & palea. Prius expetit diabolus, cum petit facultatẽ nocẽdi nobis, arbitrans se effecturũ, ut peccemus, posterius p̃mittit imò nult Deus, vt mundi maneamus ab omni superbia, & uana gloria, & simus humiles, casti, & prudentes, perfectiori uirtute, maiori gratia, pluribusq; meritis illustrati. Ad hæc omnia p̃sunt, infirmitates, uulnera, & reliquæ aduersitates. Vt hoc significaret, non dixit Dñs, diabolus licentiã postulauit ut nos cõcuteret, & tribularet, sed usus ẽ hac metaphora: expetiuit, uos ad cribrandũ, & hęc potuit esse causa, quare vnũ sanãs, reliquos infirmos, & laboribus oppressos reliquerit. Nõ est cõtentus pijssimus Dñs dicens ei, surge, sed dicit ét: *Tolle grabatũ tuũ & ambula*. Quam pauca Deus curat? In Iosue dicit̃, quòd cũ transirẽt Hebręi p Iordanẽ, & aquæ in vtrãque partẽ diuiderentur, sacerdotes, qui portabant arcam fœderis Domini, stabant sup siccam humũ in medio Iordanis accincti, omnisq; populus per arentem alueũ transibat. In hoc ostendit̃ur, quantũ velit diuina Maiestas ut sua in nos beneficia sint abundantia, integra, & perfecta. Posset facere vt solũmodo aquę regrederent̃, & quòd populus trãsiret securus, nihil enim intererat vt prætereuntes luto cõtaminarentur. Sed nõ cõtentus est, hoc uerum terram etiam exicauit, ut non modò non mergerentur, uerũm nec luto quidem inficerentur. Minimæ enim res nostrę sunt Deo maximæ curæ, sic non solùm huic paralytico salutem contulit, uerum etiam de eius contritis ruptisq; pannis curat ne amittant̃. Quã minutim res nostras curat Deus, ò quantõ

Iosue 3

deberemus curare ut illi summa cum diligentia seruiamus: quando talia sunt beneficia, consentaneum esset, ut & seruitia essent etiam perfectissima.

Fortassis nisi ei diceret, tolle grabatum tuũ, salutis uoluptas efficeret, ut hic lectuli sui obliuiscereturcùm tã necessaria, res sit. Ex hoc colligemus, quã parum cælestia sentiamus, si enim aliquantulum ea deliberamus, & saperemus, ita præ gaudio nostri obliuisceremur, ut necesse esset quis nobis in memoriã reuocaret ut manducaremus, & dormiremus. Quid arbitramini significasse Deũ cùm præcepit Adę ut comederet? dixit enim ei: Ex oi ligno paradisi comede, de ligno autẽ scientiæ boni, & mali ne comedas. Vt quid Dñe ei ꝑcipis ut comedat, ipse nõ haberet curã comedendi? Creauerat eum Deus in gratia, tã purũ & illuminatũ, ut in Deũ trãsportat⁹, nõ recordaret̃ fortasse cibi.

Iuit uir bonus & asportauit lectum suũ.

Postea inuenit eũ Iesus in tẽplo. Illuc nihilo minus reuersus est postea, ubi cum tanto labore & ærũna tãdiu fuerat commoratus. In Gen. legitur qđ Abrahã erat dies ualde &c. & reuersus est ad locum, ubi prius
28 fixerat tabernaculum. Est maximè notandum, quòd etsi locupletissimũ se uidit, non ideò sanctus uir superbijt, nec uile tabernaculum contempsit, quod antea construxerat, in quo habitabat cùm pauper esset, sed illuc reuersus est ad habitandum, confitens in maioribus diuitijs se peregrinum esse. Modo uero, ut habetis duo minuta: statim uultis ædificare maximas ędes, & superbię nidum construere, ut Deum offendatis, qui uos locupletauit. Reuersus est etiã Abraham ad locũ altaris ut ubi antea, orauerat, ibi Deo gratias ageret. Itaque quod
29 factus fuerit diues, non ideo superbus, aut minus deuotus effectus est, sed semper eodem modo perseuerauit. Si hunc sanctum Patriarchã diuites nostrę tempestatis imitarentur, non illis diuitiæ nocerent. Sed nõ ita fit. Imò acquisitis duobus quadrãtibus, iam alij effecti estis, nec est qui audeat uobis uerbum loqui. Quemadmodum sãctus hic Abraham redijt ad locum paupertatis, in quo antea habitauerat, sic oportet, ut q se elatum, prosperumq; uiderit, primordia sua recogitet, & se cognoscat, qualis priùs fuerit, & in quas miserias fuerit redactus, ut debitas gratias omnipotenti Deo agat. Sic enim conditionum mutatione cõfiderata, gratitudinis spiritus magis accrescit. Ecce hæc omnia effecta in hoc ægroto, quem Dominus in piscina sanauit, prope templum, quomodo reuertitur ad recognoscenda loca, in quibus tot calamitates tulerat, ut recordatus ærũnarũ, in quibus antea cõmoratus fuerat, & considerans salutem, qua modo fruebatur, excitaretur ad agẽdas gratias maiori cum fetuore, & deuotione.
Quærite sic fratres mei modos, qbus Deo 30
grati sitis, eiq̃ue pro acceptis beneficijs gratias agatis. Nam sic disponitur anima ad alia maiora accipienda, & ut semper cũ gratiæ incremento proficiat, qua gloria cõparatur. Quam mihi & uobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius, qui cum patre & spiritu sancto uiuit & regnat per infinita sęcula sęculorum. Amen.

Sabbatho post Dominicam I. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioãnem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum, & trãsfiguratus est ante eos. Matth. 17.

LOquens Christus redẽptor noster cũ discipulis suis, illis reuelauit, 1
q̃ oportet eũ ire Hierosolymã, et multa pati, & occidi. Dicit sibi cõuenire, qa cõueniebat nobis. Hæc ẽ phrasis sacræ scripturæ, q̃ qñ agit de aliquo beneficio, q̃ Dei in homines confert, dicit se ipsũ illud accipere, sic enim gaudet homini benefaciẽs ac si ipse esset genus & illud bonũ Apoc. 3.
sibi cõferretur, & sic ipse Dñs dixit: ego sto ad ostiũ, & pulso, si quis aperuerit mihi ianuã, intrabo ad illũ, & cænabo cũ illo. Non indiget Deus cænę, sed quia intrans in animã eã reficit, & illi dat cęnã, ideo dicit se cænare, qa ualde delectat̃ cõferẽs illud beneficiũ. Sic dicit hic, sibi cõuenire ascẽdere 2
Hierosolymã ut patiatur, propter nimiam uoluptatẽ, qua afficitur saluãs nos, cum tamen magni nostra interesset ut filius Dei pro nobis pateretur. Audiẽs hoc B. Petrus à suo diuino Magistro, prę fortissimo illo amore, quo eius apostolicum pectus inflammabatur, dixit illi: absit à te Domine non erit tibi hoc. O Dñe ne talia dicas, quia aures meæ hæc ferre nõ possunt, nec cor meũ potest tolerare. Quid Dñe vultus iste, quẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Angeli intuentes gloriatur, percutietur alapis,& conſpuet? iſti tam decori capilli,euellentur? hæc tanta veneratiõnis barba dilaniabitur? hi tã debiles humeri, graui crucis pondere torquebuntur? abſit à te &c. cui reſpondit dominus acerrimè, uade poſt me Sathana. O ineffabilem charitatem domini mei Ieſu Chriſti declaratam acrimonia, qua ſancto Apoſtolo reſpõdit: Tantus fuit amor,

Matth. 4. & deſiderium, quod Ieſus Chriſtus dominus noſter patiendi habuit, ut eiſdem uer-

3 bis, quibus reſpondit diabolo, cùm ei dixit, ut illum adoraret, modo reſpondeat ſancto Petro dicenti, ne moreretur. Illic dixit, uade Sathana: hic etiam dicit: uade retrò Sathana. Quod maius teſtimonium poteſt adduci ad comprobationem ſui diuini amoris? diſce hinc frater mi qualiter te debeas habere cum eo, qui pœnitentiam tibi impedierit, ſiue ſit amicus, ſiue frater, ſiue pater tu⁹: hunc debes, Sathanam exiſtimare, & eum fugere tanquam dæmonem. Poſt quam D. Petrum ſic reprehendit, conuerſus eſt diuinus Magiſter ad omnes diſcipulos ſuos dicens: ſiquis uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, &c. acſi diceret, non ſolum ego paſſurus ſum, uèrum qui me ſequi uolue-

4 rit oportet etiam crucem ſuam baiulet,& ne hoc difficile illis uideretur, abillinc ſex diebus aſcendit in ſummitatem cuiuſdam montis, adducens ſecũ S. Petrum, S. Ioannẽ, & Sanctum Iacobũ,& illic detexit illis præmium, quod daturus eſt ſequentibus ſe. Dicatur hic litera ſancti Euangelij vſque ibi: hic eſt filius meus dilectus &c.

Romani tanquam cupidi victoriã repor tãdi ab vniuerſo orbe, modos q̃ſierunt, quibus duces ſuos excitarent ad res bellicas ardentius cõprehendas, ut ſtudioſius curarẽt

Nota. 5 uictores euadere, Et præcipuum modũ, quẽ inuenerũt fuit, uictores triumphi gloria honorare, & quanquam honor ille ita breuis erat, ut diem tantummodo unum duraret, tamen inenarrabilis erat labor cui ſe offerebant ut illũ conſequerẽtur. Quid ergo nos oportet facere ut triumphnm cœleſtis glorię conſequamur cum talis ſit, & in perpetuum duraturus? Dauid agens de beatorum gloria dixit, qđ habet quinque res, q̃ uidentur reſpondere quinque generibus gloriæ, q bus Romani afficiebant triumphatores omnes. Quorũ primum erat: q faciebant arcus quoſdã triũphales, in quibus inſculptę erãt corũ res geſtæ ſm magnitudinẽ earũ, erant

Gloria Beatorum quinq; generib⁹ glorię, quibus Romani afficiebant triũphatores, correſpondere uidetur.

arcus maiores, vel minores. Scđm erat: qđ triumphatores magnæ maieſtatis curribus uehebant, quos plurimi eq educebãt. Tertiũ, q res præclarę, quas geſſerãt illi decãtabant. Quartũ, q triumphantiũ arma, & ſcuta ab ipſis curtibus ſuſpenſa ferebant. Quintum tandem & ultimum erat, quòd hoſtes de uincti curribus, ducebant. Ait igitur Da uid in illo Pſalmo: exultabunt ſancti in gloria, lætabunt in cubilibus ſuis: exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorũ. Ad faciendã uindictam in na 6 tionibus: increpationes in pŏpulis. Ad alligãdos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, & poſtea cõclu dit dicens, gloria hæc eſt oĩbus ſanctis eius. Hæc eſt gloria, qua oẽs ſancti, non unus, aut cẽtũ millia, ſed oẽs fruuntur, hic ponit quin que res, quę illis Romanorum rebus reſpon dent. Primũ eſt: exultabunt ſancti in gloria. Hic eſt arcus triũphalis longè prętiantior: q̃ arcus illorum. In arcu ſunt duæ extremitates, q̃ incipiũt ab inferiori, & aſcendunt ac uniunt in ſuperiori parte. Sic ſtatim ut ingrediãr in cœlum eleuaẽ eius intellectus, illo mirifico artificio, quod uocant Theologi, lu men gloriæ, ut aſcendat, & cõſequatur uide 7 re Deũ in ſua eſſentia, & exiſtentia, & illico uolũtas ꝓducit ardentiſſimum quẽdã amorẽ in ipſum Deũ, quẽ uidet, & intelligit. Ecce duas extremitates, quæ aſcendunt ab infimo, quę eſt, anima, & uniunt in ſupremo, q es Deus. Et hæc eſt gloria animæ, q̃ conſiſtit in uiſione, & fruitione illius ſummi boni. Atque hoc eſt q̃ dicitur: exultabunt ſancti in gloria: & quo præſtãtiores res anima in hoc ſeculo geſſerit: eo maior erit hic arcus triũphalis in altero, ut promiſit Deus dicẽs, dabo unicuiq; ſ. eſtrũ ſcđm opa ſua. In cui⁹my ſteriũ Salomõ loquẽs de iuſto dixit: quaſi arcus refulgẽs inter nebulas glorię. Quaſi arcus glorię refulgens, q̃ fit in nubibus. Quẽ admodũ arcus non ſit in cœlo, niſi q̃n ipſũ eſt nubibus coopertum: ſic etiam hic arcus gloriæ fabricatur interim dum anima, (quę eſt cęlum quoddam precioſum) nube, quod 8 eſt corpus, uelata eſt. Nã poſteà erit ut dixit dñs per S. Ioannem: ueniet nox, q̃n nemo poteſt operari. Poſt mortem iam non eſt locus merendi. Ideò dicebat Beatus Paulus, ecce nunc tempus acceptabile m: ecce nunc dies ſalutis. Quia nunc poteſt operari ſalus, & ſicut non ſufficit, ut ſit cœlũ nubibus tectum, ad efficiẽdum arcum, niſi ſimul ſplendor,

Pſal. 149.

Primum

Apoc. 4.

Eccl. 50. Simile.

Ioan. 9.

2. Cor. 6.

dor, & radius ſolis concurrat ſic non ſufficit ad merendam gloriam, ut anima ſit in corpore, niſi cõcurrat radius ſolis iuſtitiæ, quæ eſt eius diuina gratia, cum illa namq; & cum bono uſu liberi arbitrij acquiritur, & fabricatur hic cęleſtis arcus glorię. Ideò

1. Cor. 15. dicebat Sanctus Paulus, Gratia Dei ſum, id quod ſum, & gratia eius in me uacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus labora ui: non ego aũt, ſed gratia Dei mecũ. Quapropter fratres mei ratio poſtulat, ut prope

9 remur, ſiquidẽ neſcimus, q̃n Deus illã nobis auferet, & quamuis modo non experiamur fructum diligentię noſtræ, ac laboris patiẽter feramus, citò enim detegetur, & appare

Simile. bit, quid promeriti fuerimus, ſicut tolerat aurifex cum cælat arcũ aureum, quem totũ habet tectũ pice, & illum à tergo, inſculpit, & nõ uidet, quid operatus fuerit quouſque opus conſecerit, & picẽ abſtulerit. ſic ét nos interim dum inſculpimus meritorum noſtrorũ ſculptilia, omnia habemus tecta obſcura fidei pice, & neſcimus, quid meriti fuerimus, nec illud uidebimus quouſq; ter minet actus merendi, & anima ab hac mortali uita exeat. Tunc enim actualis fidei pix

10 auferetur & Deum, ac quidquid operati & meriti fuerimus, uidebimus. Item quemadmodũ ad conficiendum arcũ requiruntur mallei, limæ, & forpices, & alia plurima in ſtrumẽta, & artifices qui adiuuent ad illud opus conficiendum, ſic ſunt neceſſarij labores, & utiles inimici, ut nos adiuuent ad perficiendum hoc opus, quod præ manibus ferimus, quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, dicit Beatus

Acto. 14. Paulus. Quapropter maximas gratias Deo agere debemus cũ ſumus in laboribus, & ab aduerſariis noſtris moleſtamus, ſicut illas ageret aurifex, cuiuſcumque daret ſibi

Simile. optima inſtrumẽta, gratis, & plurimos adiutores ad opus ſuũ faciendum, & multò magis nos deberemus facere, ſiquidem res noſtra, atque utilitas eſt diſpar. Scđm eſt: Lęta

Secũdum. 11 bũtur in cubilibus ſuis, &c. Ecce currus triũphales, quę ſunt corpora, in quibus animæ, triumphaturæ ſunt, quia cũ primũ anima, in uniuerſali reſurrectione adiuncta fuerit corpori, quadam noua accidentali gloria triumphabit.

Illic erunt corpora uelut currus triũphales, quos ducẽt quatuor eq, q̃ ſunt quatuor dotes qbus exornãda ſunt, ſ. uelocitas, impaſſibilitas, ſubtilitas, & claritas. Quapropter illa uerba S. Pauli: Chriſtus dilexit Ecclęſiã, & ipſum tradidit, ꝓ ea ut illã ſanctificaret, mũdans eã lauacro, aquæ in uerbo uitæ, ut exhiberet ipſe ſibi gloriosã Eccleſiã, non habentẽ maculã, aut rugã, aut aliquid hmõi, ſed ut ſit ſancta, & immaculata. Et iã intelligi poſſunt de Eccleſia triũphãte, poſt uniuerſalẽ mortuorũ reſurrectionẽ. Nã mõ etſi eſt illa Eccleſia ſancta, & ſine macula, non tñ eſt ſine ruga, ſiquidẽ animæ ſunt ue

12 lut rugoſæ, quia naturali quodam deſiderio appenſæ, ſunt in corpora ſua: ſed poſtq̃ hoc deſiderĩũ impletũ fuerit, erit Eccleſia abſq. macula, & ruga. Tertium eſt, Exultationes Dei in gutture eorum. Hæc eſt muſica, aſſi duus quidã cantus, et laus Dñi qui eos creauit, et redemit, vt S. Ioannes Apocalypſi di cit, ſe uidiſſe beatos, q cantabãt canticũ nouũ, dicentes: Dignus es Dñe accipere libr̃ũ, etc. Quũ occiſus es, et redemiſti nos in ſanguine tuo, ex oi tribu, etc. Benedictio, et honor, et gloria, et poteſtas in ſecula ſeculorum. Vocatur hæc muſica, canticũ nouũ, qa poſt multa millia annorũ, quibus cãtabũt, & Dñm laudabunt tantã voluptatẽ ex illis canticis, & laudibus Dei percipient, ac ſi illa hora incepiſſent. Quartũ eſt, Et gladii ancipites in manibus eorũ, &c Præ manibus ferent arma, quibus hoſtes ſuos ſuperarũt. Hæc nõ fuerunt arma carnalia, aut ferrea, ſed ſpiritualia, q̃ ſunt uirtutes. Vt enim dicit B. Paulus. Arma militiæ noſtræ, non car

2. Cor. 10. nalia, ſed ſpiritualia ſunt. O quãto gaudio

13 efficiẽ ibi uidentes arma ſua, ideſt, uidẽtes uirtutes, quibus tantã victoriã reporta runt. Re ipſa experimur, quod q̃n bonos cibos comedimus, & odoriferos, ſicut confecta ex ſacaro bellaria, aut aliquid pretioſũ, ab ſtomacho, reſpiratio prodit quædã dulcis, & odora, qua nos lingua & labiis mira quadã ſuauitate relinguimus. Contrà uerò, ſi porris, aut cępis ſaturati ſumus, aut aliqui s uiles cibos mãducauimus, exit in os, & gutur amaritudo quædã & ſtomachi acor, qui magnã nobis moleſtiam gigni. Virtutes, & bona opera poſita in ſtomacho animæ, q̃ eſt bona cõſcientia, nouã quandã ſuauitatẽ, ſpiritualẽq̃ cõſolationem à ſe immittũt, qua aĩa relingit̃, & magnopere delectatur, qđ bene operata fuerit. Sedebat Iob in

14 ſterquilinio, à planta pedis uſq; ad uerticem, ulcere percuſſus, & ibi ſe cõſolabatur in memoriam reuocans opera bona, quæ ꝓpter

Ephes. 5.

Quartum

Tertium.

Apoc. 5.

Simile.

pter Deũ fecerat, Et sic dicebat: Cor viduę consolatus sum, iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento & diademare iudicio meo. Oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, & causam quam ne sciebã, diligentissimè inuestigabam. Sic Dauid dicebat. Eructauit cor meum uerbum bonum. Spiritus bonus, bonum verbum, ac sancta cogitatio prodiuit ex corde meo. Et vnde S. Propheta hæc suauis cogitatio tibi prouenit; Dico ego opera mea Regi. Quia refero ego corã Domino Deo meo opera bona, quę ppter eum feci, maximas ei gratias agens, quia auxiliatus est mihi, vt ego ea feceram. Contrà verò quemadmodum à malis cibis exit amaritudo quædã, & acor palato, ita ex peccatis cõmissis procedit stimulus quidam & maxima tristitia peccatori. Si ergo in hoc mundo opera bona, quæ fecimus, tantæ nobis uoluptati sunt, cùm nõdum earũ præmium videamus: qui erit, cum præmijs, quæ pro illis donantur, perfruiamur; Qua uoluptate afficiemur, quòd casti fuerimus; quòd misericordes nos præbuerimus; quod deniq; pœnitentiam maximam egerimus. O quam uoluptatem accipiet anima, cum uideat pro uno die, quem ieiunauit, pro vase aquę quod propter Deũ dedit, pro una lacryma, & suspirio, quod pfudit, tot, tamque magnificas diuitias sibi à Deo tribui. O fratres mei, quam consentaneum est, hoc sæpenumero cogitemus, ut ad laborandum plus quam laboremus, confortemur.

Psalm. 44.

Iob. 29.

15

16

Est quæstio inter Theologos, utrum iusti in gloria recordentur peccata quę in hac uita commiserunt, & sic eorum memores tristitia afficiantur. Respondet Richardus qđ sic. Sed quod non ideò tristitiam accipient, & nec potuerunt accipere, sed quod gloriãtur in diuina misericordia, quæ eis pepercit: & delectantur etiam, quod pœnas euaserint, quas p peccatis merebantur. O beata terra ubi spinę in rosas conuertuntur: ubi peccata in uoluptates reducuntur. O fœlix terra, ubi acuti uepres flores odoriferi efficiũtur: siquidem ex culpis materia lętitiæ elicitur. Quod si ex peccatorum memoria, uoluptatis & gaudij occasio deducitur, quid ex operum bonum, ac uirtutum recordatione haurietur. Quintum est. Ad alligandos reges eorum in compędibus, & nobiles eorũ in manicis ferreis. Adducẽt ibi hostes suos uictos, & alligatos. Hi hostes sunt sensus corporales, qui in hac uita atrocissimũ nobis bellũ inferunt. Appellat eos reges, quia plerũque in homine dominant: & qa sicut seruus, sensibus suis hõ obtemperat, & tunc ibunt captiui, & rationi subijcientur, nec iã amplius in eis erit aliqua repugnantia. Concludit Dauid postquam hæc omnia dixit: Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hæc est gloria & triumphus, quo omnes sancti Dei afficiuntur.

Richar. in 4. d. 43. & 48.

17

Quintũ.

18

Hæc uoluit Spiritus sanctus ut Dauid oẽs homines doceret, ad eos excitandos ut oĩ studio, & mentis ardore ea consequi conarentur: & Iesus Cristus Saluator noster non contentus est illa hominibus nuntiare, sed uoluit, hodie eorũ ostensionẽ facere discipulis suis, tanquã hominibus qui duces in hac sancta Ecclesia futuri erant, ut ipsi, nos instruerent & inflãmarent desiderio consequendi ea. Illi gentiles Romani pro unius diei triumpho immensos labores patiebantur, horribilibus periculis offerebantur, & fortissimas hostiũ copias aggrediebãtur, nihil eos deterrebat, nullumq; discrimen regredi faciebat solum ut illã tam paruam, & inanem gloriam cõpararent. Nos uerò, quibus tã admirabilis & æternus triũphus ꝓmissus est, (est dictu miserabile) ita tepidi, & remissi in tanti boni expetitione incedimus, ut quoduis discrimen, & quantumuis minimus labor nos fatiget, terreat, ac ẽt regredi cõpellat. O fratres mei, si ascẽderetis saltẽ semel in die ad montẽ Thabor, & ibi Iesu Christi transfigurati gloriã contemplaremini, & cogitaretis, quod dies uenturus est, in quo (nisi negligentia uestra aliter fiat) resurrecturi estis cõfigurati & similes illi, q̃ diligenter festinaretis, & oẽm spiritualẽ pigritiã expelleretis. Si uideretis filiũ Regis, principẽ, & hæredem, magni regni in terra aliena, pauperẽ, & uilibus tristisque uestimentis indutũ, nec tũ illi cura, aut desideriũ esset redeũdi domũ patris sui, ubi mirificè tanquã princeps tractaretur nec ille hoc curaret, sed huc atq; illuc ꝓditus ageret, non eũ stultũ iudicaretis? Quid ergo, præterquã hoc poterit ærumna nostra similius repręsentare? filij Dei cum sitis, & hęredes tã excellentis regni, & in tantã calamitatẽ redacti, & tã tam parũ cupidi illuc eũdi, effecti banausi in nænijs præoccupati, ut miserabile sit dictu, & cogitatu. O animę pretioso Dei sanguine redẽptæ misereminĩ uestri, ne tantum bonum amittatis: si uobis

Simile.

19

20

diceretur, Romæ aut Hierosolymis commorari Iesum Christum Redemptorẽ nostrũ cũ sanctissima Virgine Maria matre sua, & qđ corporali forma eos uidere poteratis: qs uestrum illuc non iret, ut suis proprijs oculis tantũ bonũ intueretur? Vię essent plenę uiatoribus, nec itineris labores, aut pericula timeretis, nec uos dispẽdiũ deterreret: solummodò, ut una hora sanctissimam illã Christi humanitatẽ communicaretis. Quare igitur aliquam diligentiam non adhibebimus, ut (non una hora, sed in perpetuũ) diuinum Dei conspectum videamus? Nam nostra beatitudo essentialis non consistit in fruitione humanitatis Christi, sed in fruitione infinitę, ac immensæ diuinitatis.

21

Transfiguratio ita domino, descendit super oẽm illam sanctã societatẽ, splẽdidissima quædã nubes, & ex ea audita est uox dicens: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cõplacuit, ipsum audite.* Duo dicit hic Pater æternus. Prius est, q̃ ita iucũdus sibi est Iesus Christus filius suus, ut oĩa sibi in eo sint grata. Hinc intelligetis illa obscura uerba Iob. Cũ inuocantẽ exaudierit me, nõ credo, qđ audierit uocẽ meã. Quid est hoc uir sancte? q̃ tibi concedat, qđ à se petijsti, & nõ exaudiat uocẽ tuã? non hoc intelligo. Dico q̃ omnes orationes Iob, & omnium sanctorum, qui sunt, fuerunt, & futuri sunt, si acceptæ sunt & gratæ Deo, hoc prouenit ex meritis Iesu Christi vnigeniti filij sui, & sic non tantũ considerat. Pater æternus orationes, in quantum sunt à iustis, quantum, quatenus sunt exornatæ, ac munitæ, inæstimabili pretio supernorũ meritorũ Redemptoris. O fratres mei, quam locuplex thesaurus hic nobis demonstratur, ex quo maximas diuitias posſumus haurire. Thesaurus est, quod omnes lachrymas, suspiria, preces, ieiunia, & omnia opera uestra bona offeratis, & committatis huic diuino intercessori tam grato suo æterno Patris, quia oblata ab his sacratis manibus, grata erunt diuinę Maiestati, & illa ab eius pretiosis manibus ut sua potiùs, quam uestra recipiet.

22

Iob. 9.

23

Alterum, quod in illa voce nobis dictum fuit, est *Ipsum audite.* Qđ pręcipuũ, in quo nos debemus occupare, est, in eius obedientia, & diuinæ legis obseruantia. In hac obedientia includitur etiam, q̃ debemus habere oĩbus qui sunt eius loco. Eusebius Emisenus, ait. Quanto obedientiores fuerimus prępositis nostris, & patribus nostris, tantum obediet Deus orationibus nostris, De sancto Iosue dicitur. Obediente Deo uoci hominis. Qũ rogauit Deũ ut sisteret Sol, & statim stetit, nõ dicit Scriptura Solẽ illi, sed Deũ paruisse: qa in eodẽ libro dicitur, q̃ Iosue obedientissimus erat Deo, & ideo ei Deus obediuit. Quid excellentius de obedientia põt dici, q̃ ꝙ Deus nostrã uoluntatem faciet si nos ei obediemus (Sanctus Bernardus tractans illa uersa Esaiæ. In die ieiunij uestri inuenitur uoluntas uestra ait, Neque ieiunium neq; silentiũ, neq; uigiliæ, neque orationes, & alia bona opera grata sunt Deo, ubi inuenit uolũtas nostra, ideſt, ubi uirtus obedientiæ omnino deest. Hæc duo dixit illic Pater æternus, significans q̃ si uolumus frui, illa æterna gloria quam filius suus illic ostẽdebat: illa ad unguem debemus obseruare. Ideò Beatus Paulus dixit: Nos uerò oĉs, reuelata facie gloriam Dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam a domini spiritu, sed adiuti & edocti. O quam mira uerba. Det nobis dominus spiritum suum sicut dedit Beato Paulo, ut nos ea possimus intelligere, & exequi. Dicit, nos omnes, non unus aut quatuor, non enim hæc est res supererogationes, scilicet, imitatio Christi, sed necessaria ijs omnibus qui saluandi sunt. Ideò nos tanquam edocti, & diuino spiritu ducti, gloriam domini detecta facie contemplamur. Dicit, reuelata facie, qa multi gloriam cum cataractis intuentur: plenos enim habẽt oculos affectionibus creaturarum, & sic aspiciunt cum uelo, & impedimẽto, nec ut ratio postulat, speculantur. Iusti aũt reuelata facie, expediti omnibus creaturis, sine cataractis intuentur, clarissimis, & expeditissimis oculis gloriã domini attentissime cõtemplantur: & hinc transfigurantur quadã illius glorię imagine, curantes in se habere imaginem illius amoris, & quietis, securitatis, & illius illustrissimi conspectus, effecti tanquam splendidissimæ luces in hoc mundo, & sic progrediũtur à claritate in claritatẽ, de uirtute in uirtutẽ, de bono in melius, nec unquam defecisſcuntur. Hoc dicit Beatus Paulus, nos omnes facere oportere sine ulla exceptione eorum, qui ęternam salutem expetunt. Mittite fratres mei unusquisque manum in sinum suum, & uidere, vtrũ hoc faciatis: quin aliter curare facere deinceps, quia sic gloria comparatur, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius Amen.

Iosue. 10.

Bernar. super Cant. Esaiæ. 38.

24

2. Cor. 3.

25

26

Eusebius homili. 3. ad monachos.

Dom.II.in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum & Iacobum, & Ioannem fratres eius, & duxit illos in montem excelsum seorsum. & transfiguratus est ante eos. Matth.17.

MAximæ,& valde utiles sunt uires spei, & ubi illa regnat,efficit, ut labores psentes non estiment, nec futuri timeant. Deniq; spes ualdè potès est,& q̃is eã Plato appellat somnia uigilãtiũ, q nomẽ accõmodati potest spei secularium,nõ tñ cõsentaneũ est,vt spei iustorum tribuatur.Sed sancti doctores uelut homines à Deo admoniti & illuminati diuersa nomina spei imposuerunt,& dissimillima illi , q. Plato imposuit,Beatus Hieronymus eã uocat,solatium laborũ:est ueluti salsamentum, quo oès uitæ molestię eduntur.Sanctus Ambrosius eã appellat latronem timoris. Fur(inquit) timoris.Diuus Augustinus illam nuncupat ut uitã uitę.Vita enim sine spe,falso,& immeritò nomen habet uitæ,cùm sit morte peior. B.Paulus eã dicit anchorã tutã,& firmã animæ,quæ cernitur in medio fluctuum & ꝓcellarum mundi,dicens:Confugimus ad tenendam propositã spẽ,quam sicut anchorã habemus animæ tutã,ac firmã.Anima,absq; spe , est uelut nauis maximis periculis obsessa in mari,absq; anchora,qua retineatur,iã proxima ut in rupes deueniat,& confringatur.Hæc est una ratio,& non ex minimis,quare Christus Redemptor noster trãsfiguratus est in monte Thabor, corã tribus discipulis suis, quia sua diuina prouidentia uoluit regnum Ecclesiæ suæ spe prouidere, ut animũ addat suis cùm intelligant,quam pauca possint desperati homines conficere, sex ante diebus diuinus dñs discipulis suis prędicauerat, & in illis uniuerso orbi,& regulas dederat,quomodo eũ sequuturi erãt, dicẽs:Si quis uult uenire post me,&c.Et qa hoc asperum debili carni uidebatur,uoluit statim homines constituere in spe, ostensionẽ faciens præmij,ac beneficiorum,quibus affecturus est eum , qui sic ipsum fuerit secutus.Hoc cõfortauit maximũ illũ prophetam Moysem,ad hanc uiã currendã,ut affirmat S.Pau. dicens: Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei,quam temporalis peccati habere iucunditatem. Maiores diuitias æstimans , thesauro Aegyptiorum,imperium Christi:aspiciebat enim remunerationem. Perpẽdite diligentissimè duo. Primum,imperium Christi:iam ex tunc tollebat crucem Christi,eius diuino fauore adiutus. Alterum,quod prospiciebat in præmium.Eadem re cõfortabatur S.Paulus,& eius sancti socij,ut ipse testatur,dicẽs: Gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei.Non dixit:Gloriamur gloria,sed in spe glorię,qa adhuc illius nihil habemus prẽter eius spẽ: sed tanta est gloria,quam speramus,ut meritò magis gaudendum sit eius spe,quàm in tegra , & secuta possessione totius monarchiæ mundi. Quid darent,dicite,damnati, qui in inferno commorantur,ut sperare possent se illinc aliquando exituros, & ad gloriam paradisi esse peruenturos? si descenderet Angelus ad inferos,& diceret.Bonũ nuntium,bonum nuntium. Nam Deus constituit, ut descendente me centenis millenis annis semel ad mare Oceanum, & hauriente unam guttam aquæ ex eo,postquam tota aqua fuerit exhausta,ita ut nihil amplius remaneat,tunc cruciatus, & dolores uestri finientur.Dico, quòd si tale nuncium audirent , spem perciperent, quia intelligerent aliquando tandem eorum tormentis finem esse imponendum, sed nunquam ad eorum aures peruenret. O sancte Deus,quare hæc audientes non obstupemus; sed tanquã insani , & totius rationis, ac iudicij expertes, res tam necessarias, & tanti momenti parui pendimus? Curemus ergo fratres mei ut ita uiuamus,ut uitam spem habeamus eximẽ di nos à tam terribilibus malis, & perfruendi tam gloriosis bonis ut sunt cœlestia,de qbus tot excellentias audiuimus.

Est ualde notandum, q ex tantum dies , ait sanctus Euangelista dominum prætermisisse,antequam prẽmij præmissas discipulis suis ostenderet,inducens eos in uicos cœli,ut illum gloriæ ostensionem uiderent , & tam singularem consolationem perciperẽt. Præmia sæcularia quando accedunt , inueniunt iam tam perfractum hominis animũ, & spiritum ita iperando defessum, ut uix illis frui possit. Deus non est huiusce modi, non ita trahit homines afflictos , diuturna spe:uerum statim ut ei seruire incipitis,uel paucis post diebus uobis incipit soluere , & adhuc in hac uita consolationibus & spiritualibus delicijs confortare , quæ sunt pignora

gnora beatitudinis,qua uos in futuro seculo est donaturus.Considerate, qd S.Paul⁹ de seipso fatet,dicẽs.Scio homine in Christo ante annos quatuordecim(siue in corpore,siue extra corpus,nescio: Deꝰ scit)raptũ hmõi usq; ad tertiũ cẽlũ,&c.S.Tho. super hũc locũ ꝓbat oès has indulgẽtias, & beneficia à initio suæ cõuersionis sãctũ Apostolũ accepisse,& affirmat fuisse,in uno illo trũ trium dierũ,quos sine cibo,& potu duxit. Vt cognoscatis q̃tum tardauerit Deus quin gloriæ suæ degustationem ei ꝓberet. Hoc experiuntur nunc plurimi serui Dei, multi adolescẽtes teneri & delicati filij hominũ diuitũ,qui in domo patrũ suorũ delicate tractabant,qui mundum relinquũt, & ingredientes in asperas religiones,ubi cùm summa pauperie, & nuditate uiuunt dormientes in durissimis lectis maximã noctis partẽ in uigilijs ducẽtes:mõ maximum frigus,modo uerò nimiũ calorem tolerantes, paucis cibis,ijsq; uilibus, & crascis uescentes,& in mediũ harũ austeritatũ, admirabili quadam uoluptate,& inenarrabili cõsolatione uiuunt. Diuinus.n.Dñs,ꝑ quem in ætatis suę teneritate seculares uoluptates contempserunt, curam habet afficiẽdi eos alijs delicijs ꝓfantioribus & dulciorib⁹ in quarum comparatione,oès terrestres uoluptates sunt fęces & putredo:& sic in eis impletur qd dixit Dauid . In stillicidijs eius lætabitur germinans:Noua planta cœlestibus pluuijs exultabit:Spiritus sancti influẽtijs,(quę sunt diuinæ eius consolationes) gaudebit uehementer.Quia sicut tã singularis hortulanus curam hẽt rigandi nouas plantas,tanq̃ magis rorẽ indigentes.Contẽplans hoc fauores,idẽ Dauid, eũ exul peragraret campos Palestinæ , aspirat,& maximè desiderabat habitare in domo Domini, dicens:Quã dilecta tabernacula tua Domine uirtutũ,cõcupiscit, & deficit anima mea in atria Domini.[*Anima mea deficit.*]desiderio tã amabilis habitationis, & cõsiderãs passerculis licere nidos ibi construere,dicebat,quasi eis inuides:etenim passer inuenit sibi domũ, & turtur nidũ ubi ponat pullos suos.Habebunt passeres opportunitatẽ habitãdi in domo Dñi, & ego in hac solitudine cõmorabor, nec eã uidere,aut illa potero perfrui? O fratres mei si intelligeretis, q̃ suauis sit reqes domⁱ Dei, & q̃ qes sit in sãctis religionib.& fauore quos Deꝰ ꝓbet habitãtib.i eis.ploraretis,& pie eis inuideretis.

Posset aliquis dicere : Si Christus filius Dei, his ostensionibus gloriæ suę conabat spẽ nostrã fulcire,quare eas nõ fecit potius in uno illorũ triũ discipulorũ, quam in se? Transfigurari.n.Dominũ nõ erat ualdè mirandũ,siquidẽ gloria sua erat,& illa claritas relata ad suã sanctissimã animam naturalis fuit:& qa ex anima glorificata, naturaliter in corpus,glorię redũdat participatio,hinc est, qd semp eius sacratissimũ corpus esset gloriosũ,sicut sacratissima aia erat,nisi ipse miraculose illius glorię suspenderet redũdatiã.Sicut si uirgo dimitteret crines,quos in capite collectos habebat, & se totã illis cooperiret. Sic dicit Doctor Seraphicus B. Bonauentura,nihil aliud hodie Redẽptorẽ nostrũ Iesum Christum fecisse,q̃ gloriã relaxare,q̃ in anima inclusã habebat, ut corpori ẽt cõiaceret.' Quam igitur spẽ possum ego concipere me gloriosum fore,cernens Iesũ Christũ filiũ Dei,illa gloria rutilantẽ, cùm tã propria illius sit?Si ego uiderẽ sanctũ Petrũ in illo monte glorificatũ, qui purꝰ erat hõ &peccator sicut ego,aliqua mihi maior ratio manere uideret,aliquid simile sperandi.Dico quod uult hic optimus Dñs,(& dignus est)ut eius amicitię,& suo in nos amori,tãtã fidem habeamus,ut,magis ratam,ac firmã nostrã gloriam in eo credamus, quã in alio mundi homine. Qui enim tam amicus noster fuit, ut mortuus fuerit ꝓ nobis, & ut eam gloria nobis acquireret, qũo acquisitã nobis poterit denegare? Hoc uid et significare uoluisse Dauid cũ exhortãs homines, ut relictis secularibus uanitatibus , ac mendacijs Domino seruirent,nullã aliã rationem reddidit, nisi Christũ glorificatũ esse,dicens:Filij hominum usquequo graui corde,ut quid diligitis uanitate,& quæritis mendacium? Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum.Quæ tãta exaggeratio? Quo(inquit)cum filij hominum sitis & rationalem animã tanti pretij habeatis: eam terrenis rebus contaminatis ? Plinius refert,tãtæ æstimationis fuisse apud Demetrium Macedoniç Regẽ, picturã quandam Protogenis, eo quod esset unus ex insignioribus pictorib. qui in toto orbe floruerũt, ut,ne eã inflãmaret, noluerit ignem imponere mũris Rhodi, quã obsessione premebat.Quæ ciuitas,ita eo tẽpore diuitijs erat affluens,ut Pindarus dicat,super eã aurum pluere.Admonitꝰ fuit Rex,quod si muros ea parte inflammaret,necessariò comburẽ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

dum erat templū, in quo imago illa seruabatur, quæ etiā absque dubio concremāda erat, & satiùs duxit ciuitatem illam tam locupletem amittere, quàm imaginem illam destruere. Quod ū Rex Demetrius picturā illam tanti fecit, quòd talis esset autoris, & qđ ipsa talis esset, quæ est causis quare nos non plurimi æstimamus animam nostram, cùm sit tā peculiare opus altissimi Dei: & sup alia oīa opera tā excellens, tanta cura ac prouidentia creata, ut, ad eam creandā
13 dixerit: Faciamus hominem, &c. Nam sicut Theodoretus in quæstionibus super Genesim perpendit, homo sanctissimæ Trinitatis
Gene. 1. Theod. consilio creatus fuit. Et talem imaginē cōburet homo brutorum uoluptate? pro pauco honore? pro minima mundi utilitate? O maximum scelus, ideò peculiari effectu dicit Dauid: Filij hominum, usque quo graui
Psalm. 4. corde? &c. Quare cum sitis hominis rationales in tantā amentiam deueniitis? Considerate fratres mei hoc malum intra uestra Christiana pectora: nulla enim sunt hominum uerba, quæ tantam infœlicitatem suffi ciant recēsere. Et ratio quam reddi Prophe ta, ut nos à uilium creaturarum amore cōpescat, est: Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum. Scitote quòd iā Dominus
14 noster Iesus Christus possidet gloriam, q̄ sua pretiosissima morte nobis promeruit: & siquidem in eius manibus est posſumus credere iam in nostra potestate esse, nisi eā nostra culpa amittamus. Etiam Beatus Paulus nos ad pœnitentiam, carnisque mortificationem exhortans, hāc rōnem reddit: Vita uestra abscondita est cū Christo in Deo.
Colos. 3. Cū autem Christus apparuerit uita uestra: tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Mortificate ergo membra uestra, quæ sunt super terrā, &c. Non potestis uitam, & gloriam, alibi certiorem & securiorē habere, quàm abscondità in uita uestra, qui est Iesus Christus Deus uester Et ex his intelligenī obscura uerba, quæ idē sanctus Paulus ad Romanos dixit: Si enim cum inimi-
Rom. 5. ci essemus, reconciliati sumus Deo p mortem filii eius: multò magis reconciliati, sal-
15 ui erimus in uita ipsius, id est, in gloria ipsius. Videtur Sanctus Paulus in his uerbis iustificationē glorificationi pferre. Videtur enim affirmare magis arduum esse iustifica
16 re, quàm glorificare, siquidem à difficiliori ad facilius argumentatur.

Hæc est q̄stio difficillima, scilicet: Vtrū sit maius donū, & beneficium, gratia, quæ peccatorem iustificat, an gloria, quæ iustū clarificat: in quē maius confert Deus beneficiū, peccatorem iustificans illum, an iniustū, glorificans? Cui respōdet Beatus Augu
16 stinus exponens illud Ioan. 1. Maiora horū faciet, dicēs. Maius opus est ut ex impio iustus fiat, quā creare cælum & terrā. Et ibi dem ait: Non hic audeo præcipitare sentētiā meā. Iudicet, qui potest utrùm maius sit iustos Angelos creare, quā impios iustifica re: certè si æqualis est utrunq; potētiæ, hoc maioris est misericordiæ. Vtrunq; profectò infinitā potestatem requirit. In iustificatione aūt peccatoris apertiùs diuina misericordia ostēditur, & sic iuxta hoc asserūt Theologi, & Magister sententiarū super epistolā ad Roman. Quod licet absolutè maius beneficiū sit glorificatio, quā gratia iustificās. Nam beneficium glorificationis est gratia cōsummata in perfectione, sed considerata indignitate peccatoris, & eius paruis meritis, maius donū potest dici iustificatio, quā glorificatio. Hoc exemplo intelligetis illud. Dat Rex equiti, qui perfidus fuit uillā
17 paratā, & alter, qui semper fuit fidus, & ei maximè seruuit ciuitatē potentissimā tribuit, perspicuū est maius beneficium fieri uiro, qui fuerat perfidus. Nam cum dignus esset morte, quod proditor fuerit, non solū illi non infert mortem, sed beneficium nouum confert, etsi alteri rem maioris pretij dat, ea propter constat Beatus Paulus argumentum à maiori ad minus, dicens, siquidem nobis dedit quod est plus, scilicet iustificationem, non dabit etiam & minus scilicet, glorificationem?

Consideratis supradictis etiā in his uerbis inest alia maxima difficultas. Nā in illis cōparat S. Paul* mortē Iesu Christi Redēptoris nostri cū eius gloriosa uita, & morti iustificationem, uitę uero, quæ est gloriosa eius resurrectio, glorificationē nostrā attribuit. Cū sit certissimū, quod iustificationē, 18
& glorificationē simul, morte sua meruit, ut idē D. Paulus ad Hebræos affirmat, ideo Hebr.9
nouī testamenti mediator est, ut morte interuenīte, repromissionem accipiāt qui uocati sunt ęternæ hæreditatis, ubi gratiā, & gloriam repromissionem uocat, q̄ toties hoc in sacra Scriptura fuerit promissum, & cùm hoc sit uerum, quare dicit, quod multo magis reconciliati, erimus salui in uita ipsius, q̄ cū reconciliati & iustificati p mortem

tem simus, multo magis per resurrectionē glorificati erimus? Ad hoc respondeo, quod sua morte nobis realiter & uerè iustificationē, & glorificationē meruit, quia post mortē iā non fuit merendi tēpus, sed tū gloriosa eius resurrectio nobis utilissima fuit, & causa efficiens fuit salutis ac glorificationis nostræ, causa enim fuit confirmationis fidei
19 nostræ, & stabilitatis spei, quæ duo ualde necessaria sunt ad iustificationem, & glorificationē. Omnia hæc argumenta efficit sanctus Apostolus, ut nos in æterni præmij spe cōfirmet, qua crescit in anima uirtus & fortitudo, ad omne uitium expellēdū, & in uirtute progrediendum. Et ideò posq̄ dixit illa tā suauia uerba, q̄ uita nostra abscondita est, & conseruata in tā fideli amico nostro ac est Iesus Christus, & posq̄ alia dulciora dixit: Cum apparuerit uita uestra, &c. Conclusit,
20 dicens; Mortificate ergo membra uestra.

Transfigurato domino ait sanctū Euangelium: *Ecce apparuerunt illis Moyses & Helias cum eō loquentes.* Hi duo sancti, positi ad latera dīi, significant duo brachia sanctæ Ecclesię amplexata cū Christo in amore, & caritate, q̄ eundē sermonē loq oportet, & eandem sentētiā habere in conformitate beneplaciti, & uoluntatis Saluatoris nostri Iesu Christi. O quā necesse est hoc ad bonū sanExod. 28. ctæ Ecclesiæ. Hæc fuit causa, ob quam dixit Deus Moysi. Applica ad te Aaron fratrem tuū, ut sacerdotio fungat mihi. Quare dñe summū sacerdotē constituis fratrē ducis generalis Moysis: Quia nouit dñs quātæ ptur bationes & labores accidāt Ecclesię suæ, qñ
21 est discordia inter seculares principes & prę latos Ecclesiasticos, & cōtra, quāta pax & trāquillitas sit, qñ oēs sunt cōformes, iō uoluit Deus ut hi duo principes alter Eccle-
eg. 12. siasticus, & alter secularis essent fratres familiarissimi. Omni tpe, quo Ioas amicus fuit Ioiadæ summi sacerdotis, & eius cōsilia secutus est, prudētissimè regnū suū gessit, cū uerò ab eo discrepauit, statim pturbatū labefactat ūq; est regnū. Qđ si tā necessaria est pax inter Ecclesiasticos, & seculares, quanto magis erit inter ipsos Ecclesiasticos & q̄ uiuāt sicut q̄ in Imbo cōmorabant? Horū. n. duorū alter uiuebat, s. Helias, q̄ uenit ex paradiso terrestri, & p hūc significant seculares, q̄bus magis licet pręsenti uita frui, & habere paradisū honestarum uoluptatum in suis statibus. Alter uerò, scilicet, Moyses, de sanctus erat, & uenichat ex sinu Abrahę, & p hunc significant Ecclesiastici, q̄ in Imbo, nihil erat prēterq̄ amor, pax, altissima diuinarum rerum cōtēplatio, & ardentissimum uidendi Dei desiderium. Hæc omnia oportet seruare Ecclesiasticos ad literum, & si opus fuerit ad huius pacis conseruationem aliquid, & multum quidēm de iure suo prę termittere, magnopere tenentur id facere, Gene. 13.
& maiores plusquam minores. In Genesi dicitur, quòd cùm inter familiam Abrahæ, et Loth esset discordia, dixit Abrahā ad Loth:
22 Ne quæso sit iurgium inter me, et te, fratres enim sumus. Videamus nūc, quas rationes, et modos, quæsierint ad hanc pacem componendam? Ait: Ecce, uniuersa terra coram te est, recede à me obsecro, si ad sinistrā ieris, ego dexteram tenebo, si tu dexterā elegeris, ego ad sinistram pergam, ut cognoscatis nobilitatem, et sanctimoniam optimi Abrahę, q̄ ius suum amisit, ne pacem amitteret. Loth, quòd erat minor natu consentaneum esset, ut uoluntatem Abrahę sequeretur, et noluit Abraham, nisi exuere se au
23 toritate, et iure suo? et omnia minoris fratris potestati obtulit, ut eligeret. Videte quam singulare est hoc exemplum maioribus, ut si uolunt pacifici esse cum subditis suis, aliquid de iure suo perdant, sin minus nihil vnquam efficient.

Loquebantur de excessu. Loq̄bant de morte Christi. O uitę reparator, dulcissime aīarum nostrarū Magister, q̄d loq̄ris dñe? Post quā tuum sacratissimum corpus de purissimo sanctissimæ virginis Matris tuæ utero 24
exiuit, in pśepio Bethlehē, uix unā horā trāquillitatis habuit, et hoc minimo temporis spatio, in quo ei gloriam tuam communicas, uis agere de tempestate amarissimę mortis, quam passurum est. Hinc colligetis fratres, quàm necessarium oportet esse, non frui homines uoluptatibus huius seculi, sine aliqua amaritudinis inuersione. In die bonorum ne immemor sis malorum, dicit Spīritus sanctus. O quā pclara doctrina. Disce illam frater mi ab hoc altissimo Magistro. Eccl. 11.
Cum te uideris magis glorioſum, et maiori dignitate elatum, tunc age de morte tua in corde tuo, loquere de ea cū proximis tuis, ne uoluptates et seculares dignitates te obcęcent, et puertant. Recordare quem finem hæc omnia habitura sint hodie, uel cras, ui de quid dicat Iob. Si ascenderit in cœlum superbia eius, et caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine pdet, et q̄ eum Iob. 20.

uiderant,dicent: Vbi est licet sis Dux,Rex, aut Imperator,&vertice sydera attingas:de nique es sterquiliniũ,& in illud resoluẽdus es,& nihil ex te aliud remanebit nisi diei, ubi faustus & pompa illius? O nobiles,ò diuites,ò potẽtes, ecce Spiritus sanctus dicit: Non.n.ego ex me ipso dico,q̃ estis immunda sterquilinia, licet uos pluris faciatis, & æstimetis. Videtis maximũ sterquilinium,& dicitis;ò quantum sterquiliniũ, & quot agri eo possunt fertiles reddi. Mittit illuc agricola famulũ suum cũ uase sparteo, & uno, & una die nihil de sterquilinio remanet, quia dispersit illud p diuersa loca,& ptereũtes,q̃ antea illud uiderant,& illis maximum uidebat̃,dicunt:ubi est illud sterquiliniũ, quid factũ est de eo? Heu,heu,heu,q̃ ad literam hoc agitur quotidie. Videtis magnũ,& potẽ tẽ huius seculi,tã diuitem,& rebus oĩbus affluentem, cuius omnis solicitudo est accumulare stercus,& seipsum,maximũ sterquilinium esficere,statum,diuitias, familiamq̃; adaugens,& quãdo minus arbitramini,mittit diuinus agricola mortẽ, tanq̃ seruũ suũ, videbitis in instanti totũ sterquilinium dissipari,& consumi, partim deferũt hæredes, partim clerici,partim uerò famuli, & corp⁹ asportatur in sepulchrum,anima uerò deus scit quo proficiscitur, nihil remanet præter quam:ubi est? quid factum est de illo Principe? de tã potente Rege? de illo diuite ita magnificato? oĩa in instanti consumpta sũt. O cæcitatem filiorũ Adę quare tanto affectu anima ea amplectãtur,q̃ tã citò sunt necessario relicturi? Considerate fratres mei hęc omnia in die prosperitatis uestræ,ut ipsa nos ad salutem, non autem ad condemnationem adiuuet consequendam.

Loquebatur de excessu. Dicit hic passio domini excessus, cum qa ex amore excessiuo diuinauerit,tum, q̃ ualdè fuerit exuperãs. Nam ad redemptionem mille orbium,un⁹ solus eius actus interior sufficeret. Dicitur etiam excessus: quia passus est supra quod uires suæ poterant:baiulãs bonus Iesus crucẽ humeris procidit cũ ea quod plus nõ posset,& necesse fuit ut Cirẽneus cum adiuuaret ad portãdã crucem usque ad locum ubi Christus Redemptor noster passurus erat. Maximũ hoc est solatiũ, & confortatio homini afflicto, & defesso cruce pœnitẽtiæ,& uitę uirtute præditę,q̃ cœpit agere. O anima sic fatigata,quando caro imbecilla conqueita fuerit,& cœperit renuere, q̃ plus fere non possit reminiscere,q̃ omnium rerum dñs,& suauissimus sponsus tuus ,p te plura passus est,q̃ eius uires poterant tolerare. De hoc loq̃bant̃ hi duo sancti, gratias agentes Christo redẽptori omniũ,p ope tã excessiuæ charitatis. Et sic erãt inter montẽ Thabor,& montẽ Caluariæ,altero oculo in cruce,altero uerò in gloria affixo. O q̃ insignis locus hic est aĩe illi, q̃ iã sęcularibus reb⁹ renunciauit,ut sedeat solitaria inter hos duos montes,& dicat cum Dauid. Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxiliũ mihi, & erigat oculos mõ ad Iesum Xp̃m glorificatum in mõte Thabor,mõ uerò ad Iesum Xp̃m crucifixũ in mõte Caluariæ. Ex mõte Caluariæ aduenit illi auxiliũ ad patiẽter labores ferẽdũ,& ex monte Thabor manauit desideriũ uidẽdi se collocatã cũ Deo in gloria:ad q̃ nos ꝓducat Iesus Marię filius. Ám.

Simile. 25 26 27 28 Pſal. 120. 29

Feria II. post Dominicam II. in Quadragesima.

Ego vado,& quæretis me,& in peccato vestro moriemini. Ioannis 8.

Beatus Augustinus sup hæc uerba, affirmat Christũ redemptorẽ nostrũ hoc dixisse,ut ostẽderet se nõ inuitum pati,sed sponte sua morti offerri,ut prophetauit Isaias,dicens: Oblatus est,quia ipse uoluit. Ideo dicit: Ego uado, [*Yume voy que nadie me lleua.*] Eodẽ sermone usus est in cœna,ut intelligeret Iudas,quòd non quia ab illo tradebatur,moriturus erat: aut consilio q̃ dedit Caiphas dicens: Expedit uobis ut unus hõ moriatur ,p populo,&c. Sed q̃ sic constitutum erat in superno Dei consistorio. Filius hominis uadit sicut scriptũ est de eo. Illud,uadit,denotat uoluntatẽ,qua filius uirginis pertexit ad crucifigendũ,ut prædictum erat in uerbis citatis,oblatus est,quia ipse uoluit. Sanctus Chrysostomus super sanctum Ioannẽ dicit: Hoc autem dixit uelens uos attrahere,ut uos ad sui amorem alliceret, nobis reuelauit se libentissimè ad mortem ,pperare. Et ideò dicit hic etiam: Vado. Eo ad ferendam in cruce crudelissimam mortem,non inuitus feror capillis,sponte mea uadò. O fœlix, & fortunata sorte natus, qui uadit, & non inuitus ad mortem trahitur. Beata anima,quæ dicit: Ego uado, & infœlix homo, qui

Augustin. Isai. 53. Ioan. 11. Matth. 1 Chryso.

qui non uadit,sed coactus ducit. Quã libenter optabat Dauid ad mortẽ accedere, cũ feruido spiritu Deũ orabat,dicens: Educ de custodia animã meã ad confitendũ nomini tuo. Quibus uerbis significauit,animam in corpore,esse cathenis uinctã,& sic est uerũ,quia est in carcere anima & habet utrũque pedẽ,qui sunt intellectus & uoluntas, cõpedibus uinctum. Volũtas est sensualitatis cathena alligata,ut sensit Sãctus Paul⁹, cũ ad Ro. dixit: Video aliã legem in mẽbris meis,repugnantẽ legi mentis meę & captiuantem me,&c. Est ualdè pensandũ, quare S. Paul⁹ hãc carnis rebellionem, nocet legem? & hãc repugnantiam sensualitatis rõnẽ? legem.n.iustam & honestam esse oportet: Quænam aũt iustitia est, ut ancilla est sensualitas,rationi repugnet,quæ est domina? pori⁹ mihi uidetur esse contra iustitiã, & contra omnem legem. Ad hoc rndeo q̃ ex lex iustissima,& lex pœnalis,sicut præcipit Deus ne occidam⁹,qui uerò acciderit, occidat̃,in pœnam delicti sui: sic hic,creauit Deus hominem cũ iustitia originali,cuius munus erat, tranquillitate inter potentias gignere,ita ut sensualitas rationi,caro quo spiritui subijceretur. Sed qa ratio Deo obstitit,lex fuit iustissima,in pœnam rebellionis suę, ut sensualitas ei repugnaret, & ideò ,pprijssime S. Paulus illã legem vocat, & dicit hãc repugnantiam esse cathenam, q̃ animam uinctam tenet, nec eã patit extendi quò ipsa capit. O quã graue uinculũ, si te extendere ad ieiunandũ, statim fames tarnẽ attrahit ne multũ extendaris. Si uultis audire uerbũ Dei,statim uos retrahit cathena malarũ cogitationum,q̃ oẽm adimit attentionẽ: si uultis orationi uacare, ilicò, uos retrahit caro, qa defecisci. Cũ primũ uult spiritus ad cęlestia euolare,statim corpus in terram grauatur,& caput somno oppressum in humeros declinat. Ideo B. Paulus agẽs de hac captiuitate,statim inferius exclamauit,lachrymosas,& dolore plenas fundens q̃relas dixit. Infœlix hõ,q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Alter pes, q̃ est intellectus sensuum cathenis uinctus est,ueluti qui alligatus est nõ ambulat q̃tũ põt,sed quantũ cathena extenditur,& illa finita non põt ulterius progredi;sed ita tam retinet̃,ita est intellectus noster. Ille ex natura sua bene põt spiritus uidere, & res spũales penetrare. Verũ,cũ sit sensuũ uinculis alligatus, non potest ad plura extendi, quã cathena extenditur,& ita nõ põt plura intelligere, quã sensus pñt sentire. Itaque si aliquid cognoscit & intelligit,prius illud sensus aliquis sensit,ut dixit Arist. 3. de aĩa: oportet intelligentẽ phãtasmata speculari: quapropter iure optimo dicimus, corpus carcerẽ esse,intra quẽ anima uincta cõmoratur. Iuxta hoc posset aliquis dubitare,& dicere: si corpus est carcer,ergo etiã post resurrectionem,erũt aĩæ,uinctæ: q̃nquidem in ipsa corpora sunt redituræ? Ad hoc rndeo, qd locus nõ efficeret carcerem,sed libertatis inopia,quæ ĩ illo est. Perspicuum est,q̃ domus illa,q̃ in foro est,dicitur carcer illis qui in ea detenti sunt, domus uerò est in qua custos illorũ habitat,qa ei non dicitur carcer,sed domus. Et sic q̃n q̃s nobilis incidit in aliq̃d delictum statuit illi domus ,p carcere,& q̃ antea erat ei domus habitationis,mõ efficit carcer pp libertatis inopiã. Ita ẽt corpus, qd mõ est carcer aĩæ ,pptẽr libertatis indigentiã, postea erit liberũ habitaculũ in resurrectione: erit.n.tunc anima libera in eo iã uoluntas non erit sensualitatis uinculis alligata,nec intellectus sensuũ terminis septus tenebitur. Hinc aliquo mõ intelligetis quanta benignitate nobiscũ De⁹ utit̃,qd cum simus infideles,& traditores diuinę maiestati, non agit nobiscũ uelut cum talibus,sed punit nos tanq̃ homines egregios, constituens nobis nostrasmetipsas domos in carcerem. Licet(ut uera loquar)p peccatũ corpus nostrũ factũ ẽ carcer turpissim⁹,& teterrim⁹,,pptẽr ignorantiã,quam animæ affert, & turpitudines ad quas eã inuitat. Cum igit̃ corpus sit carcer, & talis carcer, merito dicebat Dauid: Educ de custodia animã meã. Diuina quadã exaggeratione dixit S. Paul. nõ solũ iustos,uerũ,ẽt oẽs creaturas insensibiles hanc libertatẽ desiderare;scimus enim,q̃ omnis creatura ingemiscit,& parturit usque adhuc: & si cupitis cognoscere quare omnis creatura ingemiscat ueluti doloribus parturiẽtis: rõ ẽ,qa expectatio creaturæ,reuelationem filiorũ expectat. Quia illud tps exp ctat cũ filij Dei manifestandi sunt, & auferendi ab hac seruitute,quam mõ habent in corporibus suis,quæ illis incõmodum affert. Vanitati enim creatura subiecta est,non uolẽs, sed propter eum,qui subiecit eã. Dicit creaturas nunc hominis uanitati subiectas,esse in misera quandã captiuitate. Quæ maior seruitus, quàm quod dicas tu soli; illuce

Aristot. lib. 3. de anima. tex. 30. & 39.

Pſal. 141. 1 2 Rom. 7. 3 4 5 6 7 Pſal. 141. Rom. 8.

mihi. Adq̃d̃qa facturus sũ hãc iniuriã Deo & facturus est sol licet inuitus, ut arbitrio tuo satisfaciat. Et qđ dicas tu igni, calefac me qa sum frigidus, vt recumbã, & offendã Deũ, & facit hoc licet inuitus. Qđ dicas claritati lucernę: illuce mihi, ut uidea fęminã, & offendã Deũ, lucesce mihi vt uideã arcã, & ostiũ, ut proximi mei bona arripiã, & deniq; cõtemplare, qđ dicis pani, uino, carni, vestib. pecuniæ, adiuate me, ut Deum offendam, quotiescunq; cum his peccati cõmittis, illa uerò oĩa voluntati tuę obtẽperant,

Psalm. 8. quia oĩa Deus sub pedibus tuis subiecit: & oẽs creaturæ sperant ut eas Deus liberet, & absque dubio eas hac misera seruitute liberabit. Atq; ideò subdit dicens: & ipsa creatura liberabit à seruitute corruptionis. Ita que dicit qđ lamentat terra, plorãt elemẽta, lacrymantur animalia, & oẽs denique creaturæ. Et hoc totũ est alapã infligere homini, & eũ insensibiliorẽ lapidibus appellare, siqdem non sentit, nec ad illud aspirat, pro quo insensibilia maximè suspirarent, si rationis essent participia, hoc enim est realiter, qđ hęc exaggeratio significat. Bonum est profecto, siqdem hõ particeps rationis, & cõsilij, oculos non aperit, ut status sui infęlicitatẽ agnoscat, q̃ ei lapides & alię creaturæ obijciantur, ut intelligat, in quot miserias eius deprauata uita corruptiq; mores eũ adduxerint. Hoc loquẽdi mõ usus est ẽt

Esai. 1. Esaias in principio suæ prophetiæ, qui cœlũ & terrã uocat ut nuntium suũ Dei nomine audiãt, dicẽs: Audite cœli, & auribꝰ percipe terra qñ Dñs locutus est. Reprehẽdẽs

10 in hoc hoies, & denotãs, qđ tã procul à iudicio absunt, & ita obdurati sunt, ut potius audiãt cœli, & terra in sensibiles creaturę, q̃ ipsi: q̃ est terribilis exaggeratio. Tertio li. Reg. legitur de quodam sancto ꝓpheta, q

3. Re. 13. acerrime rephendens crimen idololatriæ, derelictis hominibus locutus est ad altare lapideũ: vir Dei uenit de Iuda in sermone Dñi. &c. & exclamauit contra altare In sermone Dñi, & ait. Altare altare, hęc dicit Dominus &c. Altare altare audi uerbũ Dei, nã siqdem tãta est hoium stultitia, iustum est, ut potius cũ marmoribus, quã cum illis loquamur. Hoc mõ uolens B. Paulus reprehendere homines, q ꝓsentem uitam amãt, nec aliã exoptãt, ait insensibiles creaturas ingemiscere, & suspirare, ut adueniat iam terminus & uniuersi orbis finis. Ne uerò seculares homines, uariis uitiorũ generibus delibuti, arbitrarentur solas illas creaturas hoc desiderare, statim addidit dicens, nõ solum ãt illa, sed & nos ipsi primitias spũs habentes, & ipsi intra nos gemimꝰ adoptionẽ filiorũ Dei, expectãtes redẽptionem corporis nostri: Iusti sunt, q habent primitias spiritus sancti, q̃ sunt peccatorũ uenia, iustificatio, & gratia, & alia multa auxilia, quę spiritus sanctus eis solet dare adhuc ĩ hoc mũdo: Et quia hæc oĩa cõparata cum cœlestib. ꝓmijs, quę eis daturus est, sunt paruæ quæ 11 dã particulę, ideò dicunt primitiæ, & hi iusti sic diuinis donis locupletati, plorant intra se, expectãtes qñ hoc exilio liberabuntur. Quod si hoc desiderabãt, sancti illi Apostoli, q iam erant extra periculũ mortaliter peccandi, & gratiã amittendi, & in opportunitate constituti acquirendi plurima merita, quid oportet nos facere qui positi sumus in periculo amittẽdi animas? narrat B. Paulus maxima pericula, in quibus uersatus fuit. Periculis fluminum, periculis la 2. Co. 11. tronum, periculis ex genere, &c. Maius uerò periculũ non narrauit, quod est peccãdi 12 periculum, ipse. n. iam erat liber & immunis ab omni periculo peccandi, saltẽ mortaliter. Sed nos uersamur inter omnia pericula, & in hoc plus, qđ est omniũ maximũ. O si cognoscerem⁹, q̃ iniquũ est Deũ offendere, q̃tum desiderarem⁹, iam ab hoc pericu- Simile. lo eripi? q̃s vnquam uidit nauigatores, uentis, procellisq; obsessos, qui nõ suspirarent, & preces effunderent ut iã securũ portũ tenerent? portus secur⁹ est mors, ubi oĩa peccãdi pericula finiunt. De mari dixit Deus ꝓ 13 Iob: circũdedi illud terminis meis, & dixi: usque huc uenies, & hic cõfringes tumẽtes Iob. 38. fluctus tuos. Non possunt fluctus ptransire littus; illic confringunt, & lacerantur oẽs. Ita profecto tempestas huius maris, q est mundus nõ pôt peruenire ultra littus, quæ est mors. Quare ergò ita sumus insẽsati, vt nõ suspiremus, & maximẽ optem⁹ uidere nos in illa beata tranquillitate? Malũ signũ est q̃n ille qui est in carcere timet foras exire. Est quia dignus est, qui furce patibulum sustineat, ad quam timet ne ducatur, cum primum illinc exierit: Talis est miser peccator, qui nõ uult peccatũ suum relinquere: hic enim cũ ex hoc carcere exierit in aliũ duriorem detrudetur, ut dixit Hierem. ca- Hier. 18. thenas ligneas consregisti, & facies ꝓ eis cathenas ferreas, q̃ sunt duriores; Hæc est causa uniuersalis, cur oẽs mali inuiti ad mor-

tẽ trahuntur? contra uerò iusti, tã libẽti animo moriuntur. Quia exeunt ad regnã dum. Quorum nomine agebat Dauid gra-

Psal. 115. tias Deo, dicẽs: Dirupisti Dñe uincula mea, tibi sacrificabo hostiã laudis, & quod dixerit ad hoc propositũ paret, quia paulò antè dixerat: Pretiosa in conspectu Dñi mors sãctorũ eius. Curemus fratres mei ut sancti simus, & sic erit pretiosa mors nostra, & eam

Gen. 40. desiderabimus tanquã exitum à carcere ad honorẽ & gloriã. In Gen. enim scriptũ est, q̃ ex eodẽ carcere tres exiuerunt, unus ad mortẽ, q fuit pistor Pharaonis, alius exiuit ut à dño suo condecoraretur, & hic fuit pin

14 cerna eiusdẽ regis. Tertius uerò exiuit ad regnandũ, scilicet sanctus Ioseph. Quod ad

Eccle. 4. mirabatur sapiens dicens: De carcere, catheniq; interdũ quis ingrediatur ad regnũ. Hæ oẽs differentiæ sunt inter eos q exeũt à carcere huius uitæ: alii exeunt, ut suspẽdãtur in patibulo inferni: alij uero ut honorentur & glorificentur in cęlis. Et inter eos oẽs Iesus Christus solus e carcere exiuit ut regnaret, ut ipse affirmauit, cùm ostendit suam

Matth. 28. gloriosam resurrectionem discipulis suis apparet. Data est mihi oĩs potestas in cælo, & ĩ terra. Hac de causa, & ut nos saluare ita sitiebat, diuinus Dominus peruenire iã ad crucis mortẽ, & ibi uitã suã mortalẽ terminare, quod significat hoc uerbũ, ege uado.

15 Etiã sup hoc uerbũ uado, possumus considerare, quod si Saluator noster dicit, q uadit, quare miser hõ ita anxius erit, ut in hoc sæculo radices agat, cupiens in eo æternus fieri? si ipsa stabilitas nõ ult stare, tu, qui quocunque nẽcorum flatu cõmoueris, uis permanere? dicam⁹ hoc clariùs: Quęro Dñe, quis es tu? qui dicis, ego uado? ego sũ

Ioan. 14. uia, ueritas, & uita. Si ergo ipsa uia dicit qđ uadit, uiator quare vult stare? quare etiã nõ dicit: ego uado? ò mirificũ uerbũ, ò Deus infinitæ maiestatis, per uiscera tua te oro, ut

16 nos doceas qd ex illo sequatur. Quod est, ego uado, & uita mea est iter breuissimum ad mortẽ, in qua arctissimã redditurus sũ rõnem creatori meo. Nolo ergo in itinere iudicẽ offendere, q me in fine iudicaturus est. Volo me prꝑarare ad bonam rationem reddendam. Hæc omnia sequuntur ex hoc sancto uerbo. Ego uado.

Post hoc uerbũ uado, addidit Dñs terribilẽ minã, contra illã Pharisaicã synodum, & contra alios proteruos Iudæos, q ibi cõmorabãtur, dicẽs: *Et qretis me, & in pecca-*

to uestro moriemini. O metuendã sententiã o bone Iesu. O gloria animarum nostrarũ. Quid est qrere te Dñe nisi sequi te? in quo pfectio nostra cõsistit. Quid nõ ne tuũ est illud uerbũ: Qui sequitur me non ambulat Ioan. 8. in tenebris? quare ergo nunc dicis, q̃ qui te sequuntur in peccato suo morietur? maximum est discrimen inter hoc & illud sequi. Aliud est sequi militẽ ducẽ suũ, ut sequitur discipulus Magistrũ, curialis Regẽ suum, famul⁹ dñm suum. Et Christũ Iesum ita seq optimũ est. Gloria magna est sequi Dñm, Eccl. 23. dicit sapiens. Aliud aũt est sequi, q̃ est pse Simile. qui. Venator ita quærit, & sequitur feras, vt eas pse quatur. Canis sic leporẽ sequitur, ut 17 eũ insequatur, & fatiget. Aduertite fratres q̃ q peccant, Deũ psequuntur. Tales erant canes illi, qui insectabãtur Sanctũ Sanctorum, q uelut ceruus p oẽm uirtutẽ & rectitudinẽ decurrebat. Admiramur, & maximè exaggeramus horũ immanitatẽ & crudelitatẽ nostrã nõ demiramur, nã tã crudeliter illũ nostris flagitijs psequimur, quàm illi sua inuidia insectabantur. Et adhuc (ut dicit Sanctus Paulus,) eũ iterũ crucifigimus. Heb. 6. Quòd si tanta sæuitia, peccãdo committiũ, 18 cur tantoperè peccare laboramus? Aperite oculos fratres mei, & quando peccare uultis cõsiderate, q̃ vultis persequi & crucifigere Iesum Christũ, q̃ si uos hoc nõ deterret, perpẽdite incõmodũ uestrũ & q̃ uos ęternа morte uultis interficere. Quantũ enim est ex uobis manetis sine possibilitate exeundi, unquam à peccato uestris uitijs. Si haberetis hic uas aquæ plenum ueneno infectum, & hominem uideretis, qui sciret aquam illam uenenosam esse, & tamen Simile. tanta siti premeretur, ut diceret se non posse aquam illam non bibere, si eam biberet non demiraremini hominem ita sibi ipsi crudelem, qui ut sitim extingueret sibi mortẽ uellet inferre? Eia aĩæ prętioso Dei sanguine redemptæ, & eius uita liberatæ, quid aliud est peccatum mortale, nisi uas 19 aquæ uenenosæ? Proprium est aquæ frigefacere. Quid ergo est quod magis animam frigefaciat, quã peccatum mortale? quod eã ita frigefacit, ut nec ignis, quod est uerbum Dei, nec prunæ, quæ sunt eius beneficia, sufficiant eã calefacere. Ideò in Prouer Pro. 25. bijs dicitur. In die frigoris? emisit palliũ. In die quo mortale peccatum commisit q est dies frigoris, amisit palliũ charitatis, quo tegebatur. Quia charitas operit multitudi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem peccatorũ. In die maioris infœlicitatis, quę pŏt animę tuę euenire amittit charitatẽ, & Deũ. Ecquid scis uerũ sic in perpetuũ sis peditus remansurus? & sup te cadet maledictio, quæ his iniecta fuit. In peccato uestro moriemini. Est iudiciũ in terra? habent homines prudentiam? Quo fieri pŏt, quod creatura rationalis, cognoscens quantũ sit uenenũ in peccato, tantã honoris uoluptatis, & utilitatis sitim habeat, ut ad ea extinguendã, in tantũ malũ sese præcipitet, & velut immanis bellua in illud impetum faciat? O cœlũ, ò terra, tantã calamitatẽ admiramini. Cũ benignissimus Dñs, suo dulcissimo ore minã illam tam asperam protulisset: uoluit tamẽ pro sua infinita clementia, illis declarare, adhuc eis remediũ superesse, si eo uti uellent, & ita inferius dixit, dixi uobis, qa moriemini in peccatis uestris, si enim non crediderit is, quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Itaq. si i me crediderit is, in peccato uestro non moriemini.

1. Petr. 4.

20

Interrogauerũt illi: *Tu quis es?* At illi respõdit: *Principiũ, qui & loquor uobis.* Acsi diceret, sum Deus & hõ. In quãtũ Deus sum

21 omnium rerum principũ. Et loquor uobis uelut hõ uerus. Dicetis omnes qui hic adstis? sit Benedictus Deus, ò pater quia si illi in peccato debeant mori propter infidelitatẽ, nobis non id deest, firmiter fideliterq; credimus in Iesum Christũ uerũ Deum, & hominẽ. Bonũ est hoc: sed Christus, in quẽ uos creditis, dixit quod oportet eum, qui uult saluus fieri, legẽ Dei obseruare. Et siquidem uos hoc tam parũ curatis, aliquo mõ significatis, quod non creditis. Iesu Christo.

Simile.

Audite pauca, precor. Si uideretis centũ homines post parietem inimicos Petri, omnes optimis armis munitos, & paratos ut eũ occidant. Vt uideretis Petrũ uenire sine armis solum & canentem, qui in inimicorũ

22 manus incidit, uos credetis Petrũ cognoscere, quod sunt ibi aduersarij sui? Non patet. Cùm enim Petrus sit solus, & inermis, illi uerò plurimi, & armati, non est credibile, quod Petrus sciat illos ibi esse, & ita in eos sese immittat. Gaudeo q; ueritatem dixeritis. Credo ego q; cũ uos in peccato commoramini, sunt duo millia dæmonum ut animam uestram arripiant, & tamen uos tranquilli, luditis, periuratis, aliorum bona diripitis, &c. Et hæc omnia tanta cum securitate facitis, ac si haberetis chirographum à Deo, prædestinationis uestræ. Videmini perfectò, & aliquomodo ostenditis, quod non creditis infernũ esse ad mala punienda, nec gloriã ad bona remuneranda. Item si hõ fidei dignus uobis cautionẽ faceret si dederitis suo nomine decem aureos alicui, uobis post breue tẽpus se locupletissimum commẽdatum daturũ. Quod Hispanicè dicitis, [*Encomenda.*] Si uos renueretis euidẽter appareret q; non illi fidẽ haberetis. Siquidẽ ergò, fratres mei, uobis dicit Deus qđ qui Matth. 19.
aliquid in nomine suo, dederit pauper, centuplũ accipiet & uitã æternã possidebit, &

23 uos nõ uultis. Significatis, uos Deo non credere. Formosa Rachel ibat post uirũ suum Iacob dicẽs: Da mihi liberos alioquin moriar. O quam pulchra est fides, de cęlo orta, Hen. 30.
est donũ Dei pretiosum. Hæc formosa Rachel dicit credenti: Da mihi liberos. Fac bona opera, ieiuna, mortifica corpus tuũ, alioquin moriar, quia fides sine operibus mortua est. Fides cum liberis, & gratia ac charitate uiuificata, est quæ hominem saluum facit. Hãc si uellent illi miseri habere, dicit Dñs quod non morerentur in peccato suo.

Dicit amplius: *Multa habeo de uobis loq, & iudicare, sed q misit me uerax est.* Statim de uobis possem uindictã sumere: sed omnia differo in diem iudicij uestri, quia ueri Sapien. 5.
tas, quam pater meus dixit, quod omne iudicium mihi tradidit nõ pŏt deficere. O fratres quã metuendũ est hoc uerbũ, quot flagitia Deus modo dissimulat, quo suo tem-

24 pore in lucẽ pferet & ea punet & usq; ad minimas cogitationes, ut scriptũ est. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Quod si de cogitationibus reddenda ratio est qd erit de operibus? & talib? operibus? Prosint uobis fratres mei hæ communicationes, & ex illis fructum percipite, siquidẽ propter nos modo recensentur, ut disponamur ad recipiendam gratiam, qua & gloriã impetremus, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, &c. Amen.

Feria III. post Dominicam II. in Quadragesima.

Super cathedram Moysi sederunt scribę, & Pharisæi. Matth. 23.

DICATVR Euangeliũ usq; ibi *Omnia opera sua faciant, ut videantur ab hominibus.*

So-

Soletis dicere cum uidetis hominẽ malum multa insulta committere: Tandem, tandem est hõ. Hoc dicere: est hõ, est uelut

Simile. opertoriũ, quo (uideri uestro) oẽs illi, defectus operiuntur. Quemadmodum cũ mandra mulorum portat supellectilia alicuius nobilissimi Dñi, & aliquis mulorum oĩa in strumẽta quoquinaria defert sicut lebetes, sartagines, uerua, & suscinas, tũc super injicitur aliquod opertorium, qđ illa oĩa obsęna, & immunda tegat. Ita arbitramini oẽs

1 defectus hoĩs operiri dicendo: Deniq; hõ est. Et non recte putatis nec bene iudicatis

Lactan. Nam ut dicit Lactantius Firmianus. Nihil magis alienum à natura humana, quã offendere creatorẽ suum, & sic nihil magis rõni consentaneum, q; hoiem creatori suo seruire, & uirtutem operari. Et hęc potissima rõ, quarè quisque peccator naturaliter gaudet crimen suũ celare licet ex eius manifestatione nullum sibi euenturũ incommodum

2. Re. 12. pertimescat. Quot modos q̃siuit Dauid ut tegeret adulteriũ, quod cõmisit cũ Bethsabee, non q; iudices haberet, quos posset timere, siquidem ipse erat supremus iudex, nec partem timere, cùm Vrias esset pauper

2 miles & tñ magnopere solicitus erat nẽ crimen illud detegeret, quot rõnes, & insidias

1. Re. 18. excogitauerit Saul, ut Dauid à Philistęis interficeret. Hęc oĩa fiebant, quia peccatũ est contra instinctum rõnis, & naturaliter hõ desiderat non videri malus. Contrà verò cũ virtus sit conformis rõni, naturaliter hõ cupit uideri cùm eam operaẽ. Atq; hinc intelligentur multæ sñiæ scripturę mirificæ, & cognoscetur causa, quare S. Paulus bonos uocet filios lucis, & diei, malos uerò nuncupet filios tenebrarum, ac noctis, quę est peccatorum tegmen: dicit. n. oẽs uos filij lucis

3 estis, & filij diei non noctis & tenebrarum, id est, dediti estis operibus, quæ non pudet in publicum prodire, aut in meridiana luce apparere. Non enim estis sicut mali, qui sunt filij noctis, & tenebrarum, i. amici operum, quæ quęrunt noctem & fugiunt diem.

1. The. 5. Ad Romanos dicit. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis sicut in die honestè ambulemus. Quod significat: Abijciamus à nobis flagitia (quæ uocat opera tenebrarum, eò, q; latebras quęrant) & induamur arma lucis, opera uirtutis appellat arma lucis, quia nos à peccato protegunt. Et dicit ea lucem, quia uolunt uideri,

Rom. 13. & desiderant clarum diem. Omnem hanc sanctam Philosophiã nos docuit Christus noster diuinus magister dicẽs: ois. n. q; male Ioan. 3.
agit odit lucẽ, & non uenit ad lucem, vt nõ arguant opera eius. Qui aũt facit veritatem venit ad lucem, vt manifestent opera eius, quia in Deo sunt facta. Dicit, q; peccator nõ vult uideri, nec cognosci vt talis, nè fortè sua mala opera in quibus delectatur, repre

4 hendatur, & nocat ueritatẽ, uirtutem & bonum opus, accipiens causam pro effectu, qa est opus factũ iuxta rõnis veritatem. Itaq. sic proprium est uirtutis prodere se, vt vitij se occultare, & quemadmodum per minimũ foramen lux intendit prodire, & manifestari, sic ét facit uirtus. Et ita hoc uerũ est, ut cùm in uanam gloriã rapimur nobis nec esse sic bonum opus abscondere, quia naturaliter illud cupimus manifestare. Ideo Matth. 6.
Dñs noster Iesus Christus, ut huic naturali affectui obuiet nos admonet dicẽs: Attẽdite, ne iustitiã uestram faciatis corã hoibus, ut uideamini ab eis. Hinc potestis colligere summam sapiẽtiam Dei nostri & diuini

5 Magistri Iesu Christi in institutione sacrosancti sacramẽti pnię, & animaduertetis q; rationabile sit hoc diuinũ sacramẽtũ, q; malis tã difficile, & graue videt cognoscetisq; efficacissimũ remedium esse oĩum, quæ in peccatũ excogitari poterant. Nam cùm peccati natura sit abscondere se, ut conseruet, & ulterius progrediat sic medicina eius efficax esse debet, prodere illud, ut ei obuiet. Contraria n. contrarijs curant. Ab hac cęlesti doctrina oportet nos admoneri, siquidẽ rationalis natura gaudet opera manifestare iuxta rõnem facta, quæ sunt uirtutes, ut cũ ea fecerimus, reprimamus hãc naturalem inclinationem, nè ea aliquando faciamus, ut hominibus placeamus. in hoc enim maxima iniuria Deo inferretur. Vna ex maxi- Simile.
mis iniurijs, quibus uxor uirum suũ potest 6
afficere est adaptare se & exornari corã eo, ut alteri placeat cum aduertat uirum suũ hoc intelligere. Ita fit maxima iniuriæ creatori, animarum sponso, qñ hõ, uirtutibus exornatur, ut hoibus placeat non uero diuinæ Maiestati Ad hoc notate singulare exẽplũ. Milites Gedeonis habebant urnas manibus sinistris, in quibus erant lucernę, & Iud. 7.
cùm deuenissent in locum pugnæ inflabant buccinas, urnas frangebant, lucernę nitebant, & ipsi uociferabant dicentes: Gladius Dñi & Gedeonis. Nemo dicebat gladium suum. Sic nos cum aduersus dęmones collucta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

luctamur,& cum mundo pugnamus,& cor
pora nostra mortificamus, tunc pniæ lux
splender: sed in his oībus nullam oportet
uocem,pręter laudem Dñi audiri. Vocife-
ramini quantum uolueritis,turnas istas con
fringite splendete maximè dummodo no-
men gladij uestri non audiatur,sed gladius
Dei,& Iesu Christi filij eius, cognoscentes
ab eo uires,& auxilium dimanare,quo oīa
bona fiunt. Sit igit hæc conclusio, q expete
7 re quidem gloriā,aut eam concupiscere ne
laboretis pp ipsam tn gloriam,sed quantū
ad habendam occasionem, ut illic Deū ma
gis ametis,& glorificetis. Et odio habere
infernum,principaliter sit, q illic Deus nō
amat,sed potius blasphemat. S. Anſel dice-
Anſel. lib. de beatit. c.190. bat: Mallem purus à peccato, & innocēs ge
nam intrare,quā peccati sorde pollutus cœ
lorū regnat tenere. Verba profecto tam sān
cto uiro dignissima qui solam gloriam Dei
expetebat. O quis in tantum perfectionis
gradum deueniret. Omnia diuino auxilio,
& nostra bona dispositione possunt impe-
trari.

Hæc oīa dixi occasione infelicium illo-
rum hominum,de quibus dicit Dñs in hoc
8 Euāgelio,q, *Omnia opera sua faciūt, &c.* De
his dicit modo: *Super Cathedrā Moysi sede
runt Scribæ, & Pharisæi* Est ualdè notādū,
quare de cathedra meminerit:& nō simpli
citer dixerit:quęcunq; hi scribæ,& pharisęi
uos docuerint facite. Dico q in hoc uoluit
prædicatores admonere, ut cum prædicant
ne arbitrent se hoies esse peculiares: sed q
ij illius tpis repræsentabant Moysen & eius
authoritatē,prędicatores uerò nostræ tem-
pestatis repræsentant personam Christi Re
demptoris nostri & ipsius authoritatē,& sic
prædicator hoc munus exequēs debet cogi
tare se esse alterū Deū. O utinā p̄dicatores
& auditores ad hoc attēdant. Prędicatores,
ut sic considerent,quo feruore,quo spiritu,
9 quo zelo,amore, & iutentione debeāt prę
dicare oīa,quæ intelligūt, q Christus face-
ret stans in hoc loco sancto debent ipsi cu
rare ut efficiant secundū uires suas. Audito
res uerò,ut non cogitent se hoiem similem
illis audire sed eundē Deum eos docere exi
stiment,& sic eum audiant ea reuerentia,&
affectu,quo Deū ipsum audirent Ideò sub
dit: *Oīa quæcūq; dixerit uobis facite, &c.* Plu
rima notabilia dicit hic Dñs: primum est:
Oīa,quæ dixerint uobis. Hoc uerbum,oīa,
debet intelligi in prępparatione aī,ut nostra
uoluntas saltem ad oīa extendatur,ut pro-
positum habeamus faciendi omnia bona,q Simile.
nos docentur: in executione uerò perueni
mus quousq; poterimus. Sagittarius,qui in
scopum missurus est sagittas: si arcus est la-
xus,necesse est,ut aliquantulū altiùs inten-
dat,ut scopū possit attingere: si.n. statim in
scopum tela dirigit, pp arcus laxitudinem
multo inferiùs sagittas affiget. Sic cum pp
peccatum,tam laxa remanserit uolūtas no
stra,necesse est intentionē extollere, & al- 10
tissimū habere propositum res perfectionis
operandi,ut cum sagittas operis immiserimus,attingamus saltē scopum obseruationis,pręceptorū ad quę tenemur. Si.n. statim
intēdimus in scopū,quod est id ad quod te
nemur multò inferiùs attingemus minora
facientes. Secundū est: seruate,& facite. Vt Psal. 118.
faciatis,quæ uobis pręcipiunt,seruate ea in Simile.
cordibus uestris ut faciebat Dauid,q dice-
bat: in corde meo abscondi eloquia tua,ut
non peccē tibi. Si domi haberetis semē,qđ
satum uobis,in fructum redderet nummos
aureos,qūo illud seruaretis? q igitur opor
tet ut memoria,& corde,cū affectu uerbū
Dei seruetis,cū sit semen,quod in fructum 11
fert cęlū,& non cōtētus est dicere,seruate,
sed addidit:& facite. Multi sunt, qui uerbū
Dei seruant ad docendū,non aūt ad facien
dum. Qua miserabile est uidere anxietatē,
quā multi habent,tm dare operam literis,
tm pnoctare,& libros euoluere, tm bonas
sīas memoriæ mādare,& hæc oīa ad alios
docendos,ut se doctissimos oīdant, & tan
dē,ut se,non uerò Iesum Christū prædicēt,
& hoc patet siquidē uerbū seruauerunt, ut
illud docerent,sed nō ut facerent quia nun
quam memorātur alipd operari,ex multis,
q ipsi prædicant. Maximas quasdā benedi-
ctiones,quas ꝓmisit Deꝰ per Dauid dicēs: Psal. 102.
Misericordia autem Domini ab æterno, &
usq; in ętternum &c. declarat illis esse con
ferendas,qui seruant testamentum eius, &
memores sunt mandatorum ipsius ad fa-
ciendum ea.

Tertium est: *Secūdū uero opera eorum no
lite facere.* Non attendatis,quæ faciunt,sed 12
quæ dicunt. Si quis iret in Indiam ad quærē
dum aurum,& diceretur illi: ecce optimū
aurum. Ipse uero diceret: Nolo hoc aurum Simile.
quia est commistū terræ. Diceretis ei, stul
te accipe aurum,terram uero desine. Bona
doctrina est aurum purissimū. Ideo Dauid
in Psal. dicebat. Ideo dilexi mandata tua su
per

per aurum & topazion,sed si aliquando ma
lo exemplo commiscet non ideo non acce
pturi estis bonum. Si estis famelici & uobis
offertur perdix,quod sit in catino fictili nō
editis eam? non sum tam stultas. Quid mea
interest? tam perdix est ach in argenteo,aut
quidem aureo catino portaret. Optim? ser
mo,est perdix substantialis, Deus eū mit-
tit in prædicatore dissoluto,edite, & fructū
13 percipite ex eo, quia proderit uobis. Hoc
præcipit hic noster ętternus Deus siquidem
cum illi essent tam hypocritę,ambitiosi,ac
superbi præcipit fieri,quod ipsi docent. *Se-
cundū uero opera eorum nolite facere.* Ne
sitis ambitiosi,nec superbi,sicut illi, *Sed qui
maior fuerit iter uos hic sit uelut minister &
seruus aliorū,* & reddit rōnē *Quia q se exal-
tat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabi
tur.* O diuinā sententiam? quis semper eā
uisceribus suis insculptam portaret, & om-
nia diligentia curaret tam pretiosam uirtu
tem sicut humilitatem adipisci, sed spero
D. Bernar. De 14. gradibus humilitatis. fratres mei in misericordia Dei, quòd re-
bus ijs,quas uobis dicturus sum,illius amo
re capienda estis,& curaturi eam impetra-
re. Oportet uos scire in primis, quid sit hu
militas. Sanctus Bernardus dicit: Humili-
14 tas est uirtus, qua quisq; uera sui cognitio
ne sibi ipsi uilescit. Vbi innuit, q contem-
ptio sui oritur ex cognitione sui. Dicamus
quod non sufficit ad hoc ut ialiquis sit hu-
milis,se paruifacere, & cōtemnere, sed qđ
opus est ut quādo alius eum neglexerit pa
tienter ferat: & qui in suis proprijs oculis
est paruulus desideret id esse coram alijs ēt,
& quod alij de illo sentiant, quod & ipse
met de se iudicat. Et paulatim curet diui-
no auxilio,& ardētissimis desiderijs, eo per
uenire,ut cum ignominia delectetur,sicut
superbus honoribus oblectatur. O quis iā
tantum humilitatis gradum perueniret
15 sicut ille,qui dixit: Factus sum tanquā uas
Psalm. 30. perditum ante te qm uidi uituperationem
multorum commurantiū in circuitu. Quā-
do,Domine uidebam calumnias,quas mul
ti commorantes iuxta me mihi faciebant,
& quando undique eorum iniurijs circun-
dabat offerebam me coram tuo diuino cō-
spectu sicut uas fractū, & perditum cogno
scens, quòd quemadmodum uas fractum
quod in uia reperitur non prodest nisi ut i.
illud immūditiæ & obscęnitates immittan
tur, sic ego non sum dignus nisi calum nijs,
& uituperationibus, iam enim eas digne-
promerui. O mirificam Sancti humilitatē,
talem nobis communicet diuina maiestas. Quid in populi ingressus S. Dominicꝰ dicebat.
Hanc perfectionem peruenerat gloriosus
pr̄ S. Dominicus, qui cum in aliquem popu
lum ingressurus esset solebat prius humili
oratione Deū supplicare ne irasceret eius
diuina clementia in illū populum sua cau-
sa,& pp sua peccata. O,p ne (dicebat uir bea
tus) ne mittas huic populo (pro tua clemē
tia hoc rogo) aliquod supplicīū, q uir tam
iniquus,ut ego in eum intrauerit. Quid uo 16
bis uidet de hac humilitate? Ego uerē affir
mo,q ille non faciebat hoc fictē aut ex hy-
pocrisi,sed maxima cū synceritate reputās
se (p sua pfunda humilitate) oīum pessi-
mum. Eò q hæc tā singularis uirtus nobis
deest in tantam calamitatem mundus deue
nit. O qs posset hic penitus quod sentit
explicare. Vnde,dicite mihi qso fratres mei
tanta seditio,tumultus, & infelicitas in re-
pūblica christiana orta est, nisi ex præsum-
ptione,& superbia? hic est stimulus totius
solicitudinis,& anxietatis, qui hoies contī-
nuò cōcitat,& cōpungit,nē unum quidem
dieī tranquillū in hac mortali uita eos de
cere patiē. Videbitis hoiem dies noctesq; 17
insomnes, & sine quiete ducere in nimijs
literatum studijs,ut inter peritos præcipu
habeatur. Alium cernetis anxiū & fatigatū,
qui nihil intentatum relinquit, ut diuitijs
acquirat & diues habeat,ac dñs maximæ fa
miliæ existimetur. Alium deniq; experie-
mini,in maxima solicitudine constitutum,
& molestijs plenum, ut fauorem, & maxi-
mā comparet dignitatem. O grauissimum
onus filiorum Adæ humeris impositū, ex
quo rationis usum habere cęperunt,usque Psalm. 103.
ad nouissimum diē sepulturę, quām uere
de his dici potest quod dixit Dauid: Con-
tritio,& infœlicitas in uijs eorum, & uiam
pacis non cognouerunt. Quæ uia pacis est 18
certè humilitas: per quam si iter fecissent,
dulcem,pacificam, tranquillamque uitam
duxissent. O quæ pax & tranquillitas est
in humili corde? & quæ inquies, & confra-
ctio in superbo animo commoratur? Hinc
intelligeris rem quandam notabilem, quę
in Genes. habetur ubi dicitur quod Nem-
rot cœpit esse potens in terra. Fuit autem
principium regni eius Babylon, & Arach
& Acad,& Chalanne in terra Senaar Pe-
pendite opera Dei. Chanaam fuit de-
scendens maledictus à Noe & à Deo
in seruitutem subiectus cum omnibus. Gen. 9.
posteris

Gen.9. posteris suis,ut patet Gene.9.vt dicit. Seruꝰ seruorum erit fratribus suis. Et nepos huiꝰ maledicti erat Nemrot,& hꝰ, ut hic appareat,hi maledicti sunt,q̃ doñari ceperũt, & possidere dñia & imperia,siquidẽ Nemrot, fuit primus qui habuit imperiũ Babylonis. Quid ergo non adimpleta est dei maledictio, quandoquidem maledicti priùs ceperunt esse Dñi? Hinc colligetis q̃ uere dominium expetere,vrbes cõdere, Monarchias possidere, non est esse dominos, sed potiùs rerum oĩum seruos misera quadam seruitute & peiori,q̃ si hoibus seruiretur. Infœlicius est.n. superbie,ambitioni, pecunięque 2.Cor.5. seruire,q̃ cunctis hoibus obedire,vt B. Paulus dixit? omnis fornicator, aut immũdus, aut auarus &c. quod omne est idolorũ seruitus. Vbi hæc omnia miseram idolorum seruitutem vocauit Satis miserum est seruire statuis,& insensibilibus creaturis,& sic hi uelut serui uitam infœlicem degunt, & quia noluerunt in humilitate ambulare,q̃ est uia pacis,ad eã nunquam peruenerunt. Ambulate ergo charissimi fratres i hoc sancto itinere,& vt non erretis, ne oculos con- 20
ijciatis in homines superbos, & cum homi- Eccl. 13.
nibus elatis ne ambuletis. Spiritus.n. sanctus dicit,qui communicat superbo induit superbiam. Dicit q̃ induet superbiã significans in hoc,quod sicut uestis tegit corpus & est quod magis apparet, sic si cum superbis conuersamini tam induti superbia eritis,ut in oculis,aspectu, & omnibus corporis motibus superbi appareatis. Si ergo vultis scire qũo ambuletis in humilitatis uia conijcite oculos in humiles, & præsertim Matth.11. in Magistrũ uerę humilitatis, Iesum Christum filium Dei unigenitum, qui uos inuitat dicens: discite à me quia mitis sum,& humilis corde. Conuersamini cũ hoc cęlesti Magistro sępissimè, & experiemini qũo 21
aĩa uestra induet humilitatem, ita ut sicuti uestle ea cooperiamini, & in oculis, uultu, & deniq; toto corpore humiles appareatis, sicut diximus,eos qui cum superbis cõuersant toto corpore superbiam demonstrare. Si hanc humilitatem habueritis perficientꝰ in uobis ea,quæ hic dicta sunt ab ipso dño.

Qui se humiliat exaltabitur. Hęc ẽ enim via,quæ ducit ad exaltationem glorię. Ita ait mat Bea. Augustinus dicens. Non tibi D.Aug.in epist. ad Diosco. aliam uiam ad uitam compescendam inuenias,quàm eam quæ inuenta est à Christo. Ea autem prima est humilitas, secunda,humilitas, tertia humilitas, & si septies interrogaueris semper hoc dixerim. Nullam aliam viam(ait hic sanctus) in cœlum inuenies, nisi quam inuenit Christus;q̃ si quæras,quænam hæc sit uia? primùm dicam esse humilitatem. Quòd si centies interroges quæ sit uia? toties tibi respondebo, humilitatem esse. Si enim hac non iter facis nun- 22
quam illuc accedes. Hanc uiam elegit Iesus Christus, hanc uiam cucurrit, atque in cunctis operibus suis,ab ortu suo,usque ad obitum semper humilitatem docuit. Vt ex hoc, quod æterna sapientia faciebat intelligerent homines quàm necessaria illis esSimile. set. Quando,ineũte uere acceditis ad ficulneam ad quærendos ficus præcoquas, si uidetis aliquam ficum punctam à passeribus illico illam apprehenditis tanquam magis maturam,& quæ uobis magis conuenit,scitis enim, quòd passerculi, certo quodam naturę instinctu eruditi non solent decipi, 23
sed semp maturiores sicut rostro mordẽt. Si ergo tantum apud uos auium iudicium & electio ualet, quarè non eandem authoritatem tribuetis electioni Iesu Christi dei veri? quarè non curabitis ea facere,quę ipse fecit,& ea quæ ipse amplexus est,amplecti,ac illa quæ respuit,repellere? si hic altissimus dominus ita contempsit superbiam diuitias,uoluptates, & sæculares dignitates,& ab incunte ętate amplexus est humilitatem, & ea omnia quę secum humilitatem afferunt, sicut paupertatem,laborem, & ęrumnas &c. quare uos non amplectimini,quod ille amplexus est? & cur non fugitis & expellitis, quod ipse expulit? Nonne Esa.7. scriptum est de eo, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum,idest, quia sciet. 24 Hebr.5.
Optimè cognouit quid sibi eligendum esset. Et quid negligendum ait S. Paulus,cũ esset filius Dei didicit ex his,quæ passus est obedientiam. Quod sic intelligendum est, ex his, quæ passus est didicit,idest, discere nos fecit obedientiam. Patiens,& obediens usque ad mortem nos erudiuit qũo obedire debeamus,eodem igitur modo sua humilitate non docuit,q̃ humiles esse debeamus,p quã corporis sui glorificationẽ adeptus fuit & nominis sui exaltationẽ, ea(inquam)nos docuit,qũo nos simus humiliaturi,& per humilitatem exaltationem glorię consecuturi ad quã nos perducat Iesus Marię filius, qui cum patre & sancto spiritu uiuit,& regnat in sęcula sęculorũ Amẽ.

Feria

Feria IIII. post Dominicam II. In Quadragesima.

Ascendens Iesus Hierosolymam assumpsit duodecim discipulos suos secretò,&c. Matth. 20.

1 NARRAT Sanctũ Euangeliũ celeberrimum illud iter, quod Iesus Christus Dñs noster fecit ad Hierusalem, & qũo in certo loco illius segregans discipulos suos secretò,illis pectus sum reuelauit, & quid illic Simile. agendũ esset,penitus explicauit. Viatores, qui eunt ad aliquam urbem aliqđ arduum negotium acturi,totam cogitationem ita i illo negotio fixam habent,ut totum iter cõsumant in cogitando, & loquendo cum soExo.15. cijs suis qũo illud sit efficiendum. Ibat Pharao in persecutione Hebræorũ,& dicebat: Persequar & cõpræhendam,diuidã spoliã,implebitur ãia mea. Euaginabo gladiũ meum,interficiet eos manus mea. Sanctæ 2
illæ mulieres,quæ ibant ad ungendum corpus Dñi,ibant dicẽtes inter se: Quis reuolMarc.16. uet nobis lapidem ab ostiõ monumenti? Hæc omnia sunt quia ex abundãtia cordis os loquitur. Hac de causa loquebatur noster diuinus Magister de illis quæ Hierosolymis erat passurus,erat.n. negotium,quod ipse magnopere conficere desiderabat. S.Heb. 13. Paulus dicit: non hẽmus hic manentẽ ciuitatem, sed futuram inquirimus. Quòd oẽs sumus uiatores,qui iter facimus ad cęlestẽ urbem: consideremus ergo quid illic simus acturi, ut de eo loquamur in itinere huius uitæ,& in hoc frequenter cogitemus. Quid Psalm.83. acturi simus illic,dicit Dauid: Beati qui habitant in domo tua Dñe in secula seculorũ laudabunt te. In hoc ergo frequenter occupari nos oportet,in laudando,& glorificando æternum Deum nostrum. Putatis ne,q̃ 3
lingua,quæ hic assuefacta est mentiri, iurare,murmurare,& turpia loqui,poterit illic laudare Deum? longè opinione fallimini. Hinc oportet ut docti exeamus & sæpissimè nos in eo exerceamus. Miserabile est,q̃ eũ oẽs nos ad cęlũ iter facere fateamur,nũSimile. quam tñ de cœlestibus,sed de terrenis, & quidẽ sępissimè de infernis agamus. Eques priùs tres aut quatuor hastas frangit, quã certamen aggrediatur: & putat infelix pec cator,q̃ cum nullũ fecerit exercitium, nec præparationem,sciet esse beatus. LoquebatDñs de illa crudelissima morte,quã ,p nobis passur? erat. Quæ,siquidẽ nobis magnę fuit utilitate rõ postulat,ut nunquam a nostra memoria,ac cogitatione excidat. Velle fratres mei ut i hac ptiosissima morte Dñi reparatoris nostri Iesu Christi tria ,pfundissime perpẽdatis. Primũ, q̃ illa sanctissima mors fuit sacrificium, & quatenus sacrificium nos reconciliauit æterno Patri,& ipsum placauit. Secundùm,quod fuit ineffa- 4
bile quoddã beneficium, quo nos ĩuitauit, & quidem(si ita dici potest) nos cõpulit ad sui amorem. Sic dixit S. Paulus: Charitas.n. Christi urget nos,q̃m si unus 1.Cor.15.
pro omnib. mortuus est: ergo omnes mortui sunt,& pro oĩbus mortuus est Xps,ut & qui uiuunt,iam non sibi uiuant,sed ei, qui pro ipsis mortuus est,& resurrexit. Pensate diligẽter uerbum illud: urget nos,q̃ charitas Christi nos cogit,ut oẽm nostram uitã in eius amore,& seruitute cõsumamus. Tertium,quod fuit mirificum quoddã exẽplum,quo nos ad sui imitationem inuitauit,ut S. Petrus dixit: Christus passus est ,p 5
nobis,uobis relinquens exemplum, ut sequamini uestigia eius. Hoc diuino sacrifi- 1.Pet.2.
cio spes nostra fulcitur,beneficio inflammatur charitas. Exemplo florere,& accrescere oportet uirtutem & operationem nostrã. De his deberemus loqui, & agere in hoc uitæ itinere & absq; dubio id faceremus, si ea studiosissima consideratione ruminaremus,sicut hic modò diximus. Etiam in hoc docemur,q̃ siquidem noster diuinus Magister cùm vadat ad moriendum,loquitur,& agit de morte sua,nos etiam, quandoquidem ad mortem pergimus unusquisque assiduò de morte sua loquatur.

Philosophus quidã mortem uocauit tẽperamentum deliciarũ. [*Cõtrapeso delos de leytes.*] Appendit deorsũ libra in statera, & 6 Simile.
impon s tu in alia lance repensũ satis graue,quo imposito libra nõ attrahit ad se,q̃ præcipuè penditur,quod antea attrahebat. Cõstituto corde in statera rõnis, & ex alia parte imposita uoluptate,tũ impendet uoluptas,ut cor ad se alliciat: statera.n. rationis fallax est,de qua dixit Salomon. Statera Prou. 11.
dolosa abominatio est apud Dñm,qđ ergo remediũ est,ut deliciæ nõ attrahãt cor? Po- Hieron.ad
nite maximam mortis cõsiderationẽ,quasi Pauli. de
repensum ex alia parte,& illud nõ alliciet scrip. Ecuoluptas: ut.n. recte dixit D. Hieron. Facile clesiast.

con-

contemnit omnia,q̃ se sp cogitat esse moriturum. Quod si sola mortis cogitatio tã admirabilem effectum producit, quid erit si huic considerationi addas memoriam actæ,& terribilis rationis, quam in illa hora Deo redditurus es? Qũo extendet manum suam ad opus malum, qui hoc ante oculos tulerit? Sapien. dicit,q̃ dixerunt impij cogitantes apud se: non rectè: Ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanq̃ si non fuerimus. Dixerunt mali: Siquidẽ nõ est plus, q̃ nasci, & mori: uenite ergo fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Venite (aiunt hi mali alijs sibi similibus: mali.n. cum malis maxime delectantur) & acceleremus, & creaturis perfruamur, licèt simus senes caduci, sicut in adolescentia, cùm exuperat sanguis, & uiuit sensualitas, rõ uera est neglecta, & quidẽ quasi mortua & sepulta. Hi uicissim confortabantur ad exercendam prauitatẽ, illo errore obnitentes, s. qđ non erat plus q̃ nasci, & mori ueluti in brutis, & q̃ non habebant immortales aias: sed est ualde lachrymandum quòd hanc consequentiam, & confusionem infidelium negantium aliquid ampliùs esse, quàm nasci, & mori, in communi Christianorum uita experiamur.

Sap. 2.

7

8 Non est admirandum si ij, qui arbitrantur non esse aliam uitam præter hanc, dicant, celeriter delectemur. Christiani uerò siquidem hoc antecedens negant, quomodo audent consequens illud inferre? Nisi esset uerum, esse aliam uitam, tolerabile esset dicere: simus mali: sed qñ uerum est quod est alia uita immortalis, & tu firmiter hoc credis, qũo potes inde inferre, ut uiuas, sicut uis? Videtur tibi frater mi, bona hæc consequentia, siquidem ego credo, aliam esse uitam in qua boni præmio afficiẽdi sunt, mali uerò terribili & æterno supplicio puniẽdi; uolo celeriter malè uiuere, & præsentibus perfrui delicijs? O terribilẽ amentiam hominis bellua? O Deus Maiestatis infinitæ, aperi nunc oculos cęcis istis, pro tua infinita clementia, ut animaduertant perditionem suam, & quantum à ueritatis limite aberrent, & sic ad ueram peccatorũ suorũ pœnitentiam conuertantur, ac nunc efficacissimè de morte sua agant, deque ratione quam coram tuo diuino conspectu reddituri sunt, assiduo loquantur.

9

Quis tale cogitaret? q̃ tunc tpis, atq; in tali coniunctione poterat aliquod ambitionis uestigium in pectorib. tam apostolicis reperiri? Perspicuum est, fratres, q̃ inter humanæ aiæ passiones uehementissimus fere. est gloriæ & honoris affectu. Nullus est diues, aut pauper; nobilis, aut rusticus: maximus, aut minimus, qui inenarrabili quadã ac penè infinita gloriæ cupiditate non inflammetur. Adeò, ut, cùm uita tam amabilis sit, aliqui tñ illa potiùs, q̃ honore malue rint priuari. Et cùm hic appetitus tantus, tamque cõis sit, oportet nos scire, quare illum naturæ fabricator Deus hoium aĩs impresserit. Dico hoc ita constitutum fuisse admirabili Dei prouidentia, ut honoris appetitus, et quod ex eo sequitur ignominiæ odium, nos uehementissimè ad uirtutis studiũ, et uitiorum execrationem inuitaret. Animaduertit sapientissimus rerum oium fabricator, q̃ nec in uirtute deest labor, et difficultas, quam homines magnopere execrantur, nec in uitio deest uoluptas, quam ipsa natura studiosissimè appetit, et amplectitur, et ne asperitas, aut labor mortales à uirtute reuocaret, nec uoluptas ad uitium inuitaret, gloriam et splendorem in uirtute constituit, dedecus uerò et opprobrium in uitio collocauit: ut honoris appetitus nos ad sequendam uirtutem concitaret: timor autem, et odium ignominiæ à uitio cohiberet, et sic qñ propter Deum, id non faceremus, saltem hac ratione bonum ardentissimè amplecteremur, malumq; diligentissimè fugeremus. Hoc autem beneficio sicut cęteris usi sumus, omnia in malũ cõuertentes. Omnes animi affectus sunt præstantissima Dei beneficia, quæ nos ad bonum ducãt, et à malo separẽt, et nos omnia hæc peruertimus, ex omnib. occasionem accepimus, ut à bono recederemus, malumq; appeteremus. Ira, cupiditas, spes, metus, lætitia, et cætera huiusmodi omnia nobis data sunt, ut nocua fugeremus, et utilia quæreremus, et sic nos conseruaremus, et plerũq; his omnib. ad nostrã perditionem utimur. Quemadmodum perditissimi homines peruertunt propensionem illam q̃ à natura habent ad diuinitatem honorandã, tot tamq; diuersas creaturas adorantes, et quod ad oẽm religionem, pietatem, diuinumq. cultum concitabat, iam totius peruersitatis semen, atq; origo impietatis effectum est, falsos Deos adorando: sic plurimi nunc hono

10

11

12

ris cupiditate, qua inflammandi erant ad virtutem amplectendam, & eam exercendam (ad hoc.n. desiderium illud eos cõmouere deberet) diuitias acquirũt, munera expetunt, maximamq; familiam habere desiderant, uolentes hac ratione honoré impetrare, arbitrantes eos honoratos esse & nobiles, qui hoc habẽt, licèt sint perditissimi, & flagitiosissimi, & eos qui paupertate opprimuntur, uiles & abiectos iudicantes, quamuis sint uirtutibus clarissimi, itaq; ingeniosam esse iudicant solã paupertatẽ. Ecce, fratres, humanę cõditionis peruersitatẽ. Hi ita peruersi, & ex honoris appetitu occasionẽ mali accipientes illicitis rõnibus, & modis onera querunt grauissima, ut sunt aĩarum administrationes. Qui si haberent spiritum S. Moysi sentirent, quod ipse sentiebat, ut apertè manifestauit, qñ loquẽs cũ Deo, dixit: Cur afflixisti seruum tuũ? quare non inueni gratiam coram te? & cur imposuisti pondus uniuersi populi huius super me? nunquid ego concepi oẽm hanc multitudinem, uel genui eã? ut dicas mihi. Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulũ, &c. Non possum solus sustinere oẽm hunc populum, quia grauis est mihi, fin aliter tibi videt, obsecro ut interficias me, & inueniam gratiã i oculis tuis, ne tãtis afficiat malis. Perpendite diligenter unum quodq; horũ uerborũ, & uidebitis quid sẽtiant timentes Deum ñ prælaturis, & curis aĩarum qui mori malunt, q̃ tanto periculo opponi, intelligunt. n. quid singulis aĩabus necesse sit ut directè regantur. Ideo rñdit Dñs: Nescitis quid petatis. Non modo hoc dici potest ijs, qui prælaturas expetunt, dignitatesq; Ecclesiasticas desiderant, sed etiã ijs oĩbus, qui pluris ualẽdi desiderio maioritatem aliquam in hoc seculo inquirunt, & nesciunt, quid quęrãt, si quidem i oĩbus rebus tãta inest spiritus perturbatio tam i ijs quęrendis, q̃ in adeptis possidendis. Et quãquam hic honoris appetitus multos angit, atq; perturbat, multò tamen magis eos solicitat, qui cum sint pauperes, cum ipsa paupertate uolunt dignitatem honoremque maximum sustinere. Quid grauius est posset, quàm uelle aliquẽm cum paupertate sumptuosos honores & autoritates habere, quæ cum maxima diuitiarũ copia uix poterunt sustineri? Pharao grauissimo quodam seruitutis iugo Hebrœos opprimebat, & fuit & paleas eis auferri iussit, & præ

Num. 11.

14

Exo. 5.

cepit illis, ut eundem laterum numerum complerent, quem antea solebant. De quo maximè conquesti sunt Hebręi dicentes: En famuli tui flagellis cędimur, & iniustè agitur contra populum tuum. Hæc est seruitus, qua diabolus multos opprimit, qui in paupertate uiuentes, & cũ satis affligantẽ inopiam tolerantes, eos sollicitat, ut tam pompaticè uiuant, tantamq; substineant familiam, ac si essent locupletissimi. Quę maior solicitudo, q̃ cũ paupertate, quam uix possunt ferre, tantam pompam uelle hoĩes ostendere, sicut ditissimi habere solent, ut tot opera, & lateres faciant sine paleis, ac facerent cum paleis? Atq; utinam hi quererẽtur de hac tyrannide, sicut Hebræi de illa querebantur, & de illa curarent exire. Sed hæc est maior calamitas, q̃ eos habet diabolus grauissimo iugo oppressos, ipsi tñ nolint ab illo liberari, sed libẽter captiui esse velint. Ecce, qũo homines Dei beneficia pdunt, utentes omnib⁹ affectib⁹, quos Deus in eis impressit, uelut instrumẽtis ad perditionem suam. Miserabile est, q̃ cùm homo sit compositus ex corpore & spiritu, cũq; spiritus sit præcipua pars, ita à corpore se attrahi patiatur, & q̃ corpus, quæ sua sunt, quærat, ac spiritus tanto impetu illud aditu uet, nec ipse spiritus, sua perquirat, ne quidem ea desideret. Quod si quæritis, quare spiritus in hoc peioris sit ingenij, quàm caro? Ad hoc respondeo cùm Philosophis, quod unaquæque res accipit naturam illius, in qua ponitur, & cui coniungitur. Hæc est enim omnium rerum conditio. Si inijcis aquam claram in atramentum nigrum, statim deperdit claritatem, & nigra efficitur. Si optimum uinum cum aceto commisceas, ilicò conuertitur in acetum, & puritatem suam amittit. Hoc modò, cùm spiritus noster in carnem infundatur, commiscetur illi aliquo modo natura carnis, adeò, ut eius seruus efficiatur. Diuus Paulus dixit: An nescitis, quoniam, qui adhæret meretrici, unum corpus efficitur, qui autem adhæret Domino unus spiritus est? Ita, ut primum spiritus adhæret meretrici, quæ est caro, se ab ea allici patitur, & sic eam amat, ut sui ipsius immemor eam sequatur. Hinc fit, ut homines tanta solicitudine corporales res quærant, ita spiritualium rerum obliti. Hæc omnia tam digna, quæ sentiantur, & plorentur, diximus occasione petitionis huius sanctæ

Simile.

16

Simile.

17

18

1. Cor. 6.

fœminæ, quam petijt a diuino Saluatore nostro: quã petitionem dicit S. Euangelium, q̃ fecit adorans. Quis animaduertens hanc sanctam fœminam tam reuerenter accedentem, audêret eius orationis initiũ condemnare. Nam orari, & adorari, omnia ad diuinũ cultum spectãt, & post uirtutes Theologales est unum ex sublimioribus seruitijs
19 quæ fiunt diuinæ Maiestati, & quo magis Deus glorificatur. In interiori aũt erat hęc oratio, & adoratio plena ambitione, & uanitate. O quã necesse est fratres mei, ut examinemus, qua intentione, & ad quẽ finem
Auguſt. orationes nostras facimus. Dicit n. B. Aug. q̃ hoc affectu colendus est Deus, ut fiti cultus ipsi sit merces. Nã qui Deũ ideo colit, ut aliud magis, q̃ ipsum Deum promereat non Deũ colit, sed illud, quod assequi cõcupiscit. Heu, heu, quantum est hic, quod ploretur. Ita uiles, & abiectas cogitationes habemus, & res tam impertinentes desideramus, ut si rectè perpendimus fines, quibus orationes facimus, & alia bona operamur: inueniamus, quare ploremus, & a Deo ueniam deposcamus, non aũt q̃ mereadè pe
20 tamus. Quot nobiles quotidie rem sacram audiunt nõ tam pp deuotionem, quam pp humanam autoritatem. Quod audiunt conciones, magis pp curiositatẽ, quam pp animarum utilitatem? Quod magis pp commodum, aut pp satisfactionem, aut ut non minus religiosi, quam alij uideantur, celebrant, quam pp sanctitatem, & pium affectum. Quot tam uiri, quam fœminæ faciũt bona opera non tam pp Deum, q̃ ut honorem non amittant. Quod quotãnis ad sanctum Sacramentum pnïæ accedunt, ne in infamiam incidant. Quos n. nec peccatorum innumera multitudo, nec festorum maxima celebritas ad hoc diuinum Sacramentum toto anno potuit allicere quid de
21 illis potest iudicari, nisi q̃ nec tunc accederent, nisi eos animaduersionis, & excommunicationis timor impelleret. O quantum hic dici potest, & quot bona opera, hoc modo amittũtur. Quapropter fratres mei, cautè uiuamus, & sit hæc uniuersalis regula, in quam oculos conijciatis, q̃ quotiescunque ex bono opere aliquis honos, aut humana laus, utilitas, aut uoluptas comparari potest, quis illud facit semper uereatur, quid nam illorum eum moueat ad faciendum, an diuinus amor, an quod inde speratur. Nam quemadmodum accipiter efferaẽ cer
nens prędam, ita cupiditatis uis quacunq; utilitate concitatur. Quapropter oportet seruum Dei semper sollicitum esse in perfectione intentionum suarum & animare se, ut in omnibus propter nostri altissimi Dei solam gloriam cõcitetur. Ideo sanctus Iob, Iob 9.
omnia opera sua sic examinabat, & dicebat:
22 Verebar omnia opera mea sciens, q̃ non parceres delinquenti, ideò sic tractaui ter peccanti. illi enim qui iam peccauit, & cũ peccatorum suorum pœnitet, libenter Deus ignoscit, & eodem capite dixit: Si habuero quidpiam iustum, nõ respondebo, sed meũ iudicem deprecabor. Sciebat optimè uir sãctus, q̃ aliter Deus uidet, ac homines iudicant, quapropter se tantopere examinabat, licet enim opera sua exteritus bona essent, ne tamen aliquid interius haberent, quod Dei oculis displiceret. Qui (ut ait S. Paul⁹) Theodoretus, secundum quod declarat S. Theodoretus, est discretor cogitationum, & intẽtionum, & non est ulla creatura inuisibilis in conspectu eius. Omnia penetrat. Et (ut aiunt) Hebr. 4.
Nemo est qui aleam seu tesseram falsò illi
23 obijciat. Et non debemus admirari, q̃ hæc mulier, & eius filij in hãc imperfectionem inciderint, quãquam enim sancti erant, & gratiam Dei habebant, tamẽ paruę gratiæ, quãm tunc habebant, non repugnabat in eorum cordibus hanc tenuem & occultam ambitionis fibram commorari. In libris Iudicum legitur, q̃ quamuis Hebræi euerterint pessimas generationes, quæ terrã promissionis habitabant, aliquæ tñ earum reliquiæ remanserunt, quæ plerunque seruos Dei molestabant. sic diuina permissione solent aliqua imbecillitates iustis remanere, quæ eos affligunt, contra quas continuum exercent bellum ad maiorem coronam & Iud. 3.
gloriam eorum, &, ut dicitur eodem libro.
Hæ sunt gẽtes quas Dñs dereliquit, ut erudiret in eis Israelem, & discerent filij eo- 24
rum certare cũ hostibus, & habere cõsuetudinẽ præliandi. sic relinquuntur diuina permissione in iustis hę miseriæ ad eundem finem, q̃. si contra eas non pugnauerimus, licet nobis minimæ uideantur, nos destruẽt. Nã lacerta efficietur coluber, coluber, serpens, serpens uero reddetur draco, qui spiritu oris sui nos interficiat, non quòd peccata uenialia efficiantur mortalia, sed quod aperiant iannam, & animam disponant, ut in mortalia incidat. Inter has omnes miserias, magis periculosę sunt spirituales,

minus

minus enim cognoscunt, atq; ideò maiori
2. Co. 7. cũ uigilãtia nobis contra illis pugnãdũ est. Ita nos admonet Beatus Paulus dicẽs: Has
25 ergo habẽtes charissimi emẽdemus nos ab oĩ inquinamẽto carnis q̃ spiritus perficiẽtes sanctificationẽ nostrã in timore Dñi. Quod nõ faciunt filij Sathanę, q̃ pleni ambitione, superbia, & hypocrisi nihil æstimant interiorẽ puritatẽ, nec existentiã, sed apparentiam. Nullã curã habẽt, quales apud Deũ
Pſalm. 38. existimẽt, sed quales ab oĩbus reputentur. Hoc significat q̃ Dauid ait: In imagine pertransit homo, scilicet, in imagine exteriori, sed & frustra conturbatur, frustra perturbatur, ut solis hominibus bene uideatur, siquidẽ hoc est tam sine utilitate. Imago in
Simile. tabula depicta nihil habet plus, quam illã exteriorẽ apparentiam: sic uanus, & honoris ambitiosus, nihil habet præter exteriorem aspectum & nullum spirituale interius
Ephe. 5. habet sensum. Qui hucusque ita orastis, incipite iam errorem uestrum cognoscere & reformamini sicut Sãctus Paulus dicit. De
26 ponite uos secundũ priscam conuersationem ueterem hominem, qui corrũpitur secundum desideria erroris, renouamini autem spiritu mentis uestrę in iustitia, & sanctitate ueritatis, propter quod deponentes mendacium, loquimini ueritatem.

O quã singularis doctrina illi, qui ex omni corde suo eam amplecteretur, omnem fictionem eiiceret, & in omni opere, cũ maxima synceritate, & puritate se haberet. Di
Mar. 10. cit illis Dominus, *Poteſtis bibere calicem?* Sanctus Marcus de hoc ipso tractans, ait; Potestis bibere calicem, quẽ ego bibo, aut baptismo, quo ego baptizor, baptizari? Nõdum ad mortis suæ tempus peruenerat, & dicebat in tẽpore præsenti: Baptizor. Sẽper enim eius aĩa sacratissima (licet esset beata)
27 in amaritudinis pelago submersa erat, & semper calicem bibebat, quia semper desiderabat pro hominib⁹ mori. O Christe dulcissime animarum nostrarum amor, quomodo possumus dicere quòd te amamus, si quidẽ cũ tandiu tot molestias & agonias p nobis ppessus fuerit, acerrimũ nobis uidetur unã horam pro te labores tolerare? Potestis (inquit) ò sancte Deus, si omnia, quæ possumus, faceremus, quã fœlices essemus. Potuit ille castus esse, sed nõ adeptus est castitatẽ, qa nõ fecit oẽ, q̃ potuit. Potuit alius ignoscere persecutoribus suis, & illos amare, sed nõ eam charitatem impetrauit, quia
non executus est opere, omne quod potuit, & c. Si. n. ex se faceret qđ potuit, Deus ei faueret, ut adipiscetur quod uolebat, Phili. 4.
& uoluntatem suam compleret, ut fatebatur Sanctus Paulus, dicens, Omnia possum in eo, qui me confortat. Vt cęteri discipuli petitionem illam audierunt, ait Euangelista, quod indignati sunt de duob⁹ fratribus.

Notandum est, quod cùm Dominus ad 28
duxit hos duos fratres cum Beato Petro i summitatem montis Thabor, reliqui nouem, qui remanserunt in ualle, licet ea re intellexerint ad aliquid magnum eos solos assumptos esse, non tamen ideò indignati fuisse dicuntur. Modo uerò indignatur propter hanc petitionem. Regio huius est, quod cùm aliquis in maximum aliquem dignitatis gradum effertur, nec tamen illum tale expetiisse censetur, nemo audet detrahere, sed potiùs omnibus offertur materia laudandi Deum, qui humiles exaltat. Cum autem aliquis superbè, & ambitiosè beneficium, aut dignitatem aliquam expetit, occasionem scandali alijs præbet. Iesus autem uocauit eos ad se, & ait. Scitis, 29
quia principes, &c. Benedict⁹ talis Deus, laudẽt, & superexaltẽt te oẽs Angeli, Dñe, q̃ tantã pietatẽ, ac clementiã nos in oĩbus rebus doces. Aduertite mansuetudinẽ, qua optimus Magister docet, & reprehendit discipulos suos. Duplex est modus corrigendi, alter cum benignitate, & mansuetudi-
ne, alter uero cum acrimonia, & iracun- 1. Co. 4.
dia comminando, & terrendo, ut Sanctus Paulus dicebat, quid uultis? in uirga ueniam ad uos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Et uter horũ modorũ cõueniat, aut quando sit utilior, solus ille scit, q̃ corda, & renes hominum scrutatur. Certũ tamen est, quod obduratos, & proteruos, qui ex nimia malitia peccant, tractari oportet asperrimè, ut patet in illo luxurioso, & inhoneſto, q̃ habebat uxorem patri sui, in
quẽ ostẽdit Beatus Paulus zelũ suũ & præ- 2. Co. 5.
cepit huiusmodi hominem tradi Sathanæ ut spiritus saluus fit. Quod fuit facultatem concedere diabolo ut intraret in il- 30
lum, & eum torqueret, ut aliqui affirmant. Spirituales autem uiros, qui ex imbecillitate peccant benignus admoneri, & mitius conuenit reprehendi, & sic fecit Christus Redemptor noster, qui quia discipuli sui non ea malitia, & proteruia peccabant, cum mansuetudine, & suauita-

te eos reprehẽdit, dicens eas petitiones & desideria ad homines infideles,& ꝺei ignaros ſpectare. Vos aũt, diſcipuli mei, non illos,ſed me Magiſtrũ ueſtrũ debetis imitari, q̃ non ueni miniſtrari, ſed miniſtrare:ſic q̃ inter uos maior fuerit dignitate,magis humiliari debet & fieri miniſter ueſter. O cœleſtẽ doctrinã imprimat eã cœleſtis Magiſter in cordibus noſtris, ut humiliantes & abijcientes nos,hic diuinam gratiã mereamur, qua futurã gloriã conſequamur. Ad
31 q̃ nos perducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

Feria V. poſt Dominicam II. in Quadrageſima.

Homo quidam erat dives,& induebatur purpura & byſſo,&c. Luc. 16.

1 NARRAT S. Lucas, q̃ Chriſto Redemptore noſtro diuinã quandam prædicante concionẽ,audiebant omnia hæc Phariſæi,q̃ erant auari,& cũ Deus ſit cordiũ ſcrutator,applicauit doctrinã audiẽtiũ neceſſitati,& ita ꝓpoſuit hiſtoriã caſus metuẽdi,q̃ ad literã in rei ueritate accidit,ut illo tã eos qui aderant , q̃ nos futuros ad miſericordiã cõmoueret. Vt.n. affirmat Diuus Iacobus,Iudiciũ ſine miſericordia,illi,qui non facit miſericordiam. Caſus aũt hic eſt. Explicetur omnia hiſtoria Euãgelij, *Homo quidam erat dives, &c.* Ecce quomodo hic ꝓcipuè condemnatus fuerit, q̃ cum hoc paupere non fuerit uſus miſericordia. Nõ legitur in hoc ſancto Euãgelio,
2 quòd hic dives, diuitias illas ſubripuiſſet, nec illicitis negotiationibus acquiſiſſet,& tñ legitur, q̃ condemnatus fuerit. Quid ergo erit de plurimis locupletibus huiꝰ temporis,qui non modo eſurientes non ſatiãt, nec ægrotos,aut uulneratos curant,uerùm etiã quicquid poſſunt,illicitis negotiationibus diripiunt. Eccleſiaſticus accuratè agit, quomodo diuites decipiunt pauperes,conſumentes eis has paucas diuitias, quas habent, dicens: Ditiori te ne ſocius fueris ſi neceſſarius illi fueris ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit narrans tibi omnia bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? & confundet te in cibis ſuis donec te exinaniat bis & ter,& in nouiſſimo deridebit te, poſtea uidens derelinquet te, & caput ſuum mouebit ad & te. Caue ne cũ diuite & mercatore cõuerſeris,q̃ nihil aliud attendit,q̃ ad utilitatẽ ſuã:ſi habes bouẽ aliquẽ,aut uitulũ,quẽ ipſe ex cõuerſatione tua poſſit elicere,ut te decipiat, & eũ tibi arripiat: ſi eo tibi opus ẽ ad aliquid,xades ad domũ eius, & inuenies,eum prandentẽ,aſſidebit ille ad menſam ſuã,& pauper agricola ſtabit detecto capite. Narrabitq̃; diuiti agricola laborem ſuũ,dicẽs: Dñe,ego hac neceſſitate premor,rogo te,ut de ea me eripias, & facies mihi maximum beneficium , & ſubridens ſpem dabit, &c. Reclinabit ſe ſup menſam ſua ,accipiet cultellũ, incipiet dẽtes ſuos ſcalpere,& mundare, & ſubridere,atq; pauperẽ illudere ſuo falſo riſu,ſpem dabit narrans tibi omnia bona. Dicet tibi Heus,omnia bene habebunt. Omnia ſunt hic parata ad ſeruitutẽ tuam,tege caput,ſede,detur ei ſcabellum in quo ſedeat: ſede, ede, omnia fient iuxta volũtatem tuã. Sedet miſer agricola ad menſam,ut uenit famelicꝰ,quia tota hebdomadã non ſatiatur,edit libentiſſimè,bis aut ter bibit,ſatiatur,& pene laboris ſui obliuiſcitur,ut diues eum aduertit iã contẽtum,& ſatiatũ,dicit,q̃d opus eſt tibi? Homo bone,ſcito me eſſe amicũ tuum,nihil tibi dicturus ſum,q̃ tibi nõ conueniat, p uitam tuam,ut ſupellectilem illam , aut uineam,aut fundum,quem habes,à te alienes,&c. Et confundet te in cibis ſuis, ut eũ cibat, buccella panis, & duobus aut tribus puculis uini illum obcæcat,ut cum eo aliq̃ cõuentionẽ, & cõmutationẽ faciat,& eius bona arripiat,donec te exinaniat bis,& ter, quia eum omnibus bonis expoliat,bis,aut ter,cũ ſemel tantùm cũ eo fœdus pepigerit efficiens eum tributariũ ſuum, & cũ miſer agricola per ſcalam deſcẽdit, mouet diues caput ſuum,ac ſi dicat,.abi fœlix benè habes Et derelinquet te,& caput ſuum mouebit,ad te. Hę ſunt iniuriæ,quas in illis tẽporibus diuites pauperibus inferebãt,qđ ſi modo ita ſit , uos eſtis teſtes fideles huius rei. Quid igiꝰ ſperãt, qui ita fratribꝰ ſuis in neceſſitatibus conſtitutis ſuccurrunt, cum diues ille,qui non uſus fuerat hac tyrannide condemnatus fuerit? Ad terrendos diuites propoſuit ſumus prædicator mundi, & narrauit hunc euentũ tam horribilẽ,& ẽt, ut pauperes confortaret , ut licet ſe modo afflictos experianẽ, & à diuitibus oppreſſos,ne deficiant; omnia enim Deus cernit, & rõnem hẽt illarum afflictionum,q̃ patiẽter

ter tolerãtur,ut oĩa ſuo tẽpore remuneret.

Profecto maximè opus eſt pauperi,ut in hæc attentiſſimè oculos conijciat,ut nõ deficiat, nec deſperet, præ laborioſo ſtatu,in quo uiuit:ut Dominꝰ noſter Ieſus Chriſtus
Luc.10. depingeret hominẽ miſerrimũ, & in maximã afflictionem redactum propoſuit parabolam illã Samaritani,qui deſcẽdit ab Hieroſolymis in Hierico,q̃ tota uidetur quadrare oẽs partes homini pauperi. Quod primum dixit,fuit homo quidã,nõ eum nominat,quia pauperis nomen nemo ſcit. Eccle
Ecc.13. 6 ſiaſticus ait: Loquutus eſt pauper,& omnes dicũt,quis eſt hic? Deinde dicit: Deſcendebat,rectè dixit,quod deſcendit: qui enim aſcendunt,& qui fauores habẽt,hi ſunt diuites,pauperes uero ſemper deſcendunt,calamitas enim calamitatem inuocat: ueluti,q̃ lapide offenditur,qui ut manibus occurrat procidit in faciẽ ſuã:ſic miſeri ut neceſſitatem unam euitent in multas incidũt. Dicit etiã: Deſcendebat ab Hieruſalẽ in Hierico, à quiete in cõmutationem Pauperi nulla ẽ requies, neceſſitas enim nõ eũ patitur q̃eſcere: eſt ueluti põdus horologij, quod dũ pẽdet facit rotas ſine quiete decurrere: Neceſſitas,quæ à paupere pendet, omnes eius
7 ſenſus ad ſe allicit. Ex hoc deſcẽſu prouenit,ut incideret in latrones Hoc admiror, ſcilicet,quòd latrones obuiam exierint paupere. Ne miremini: aſſiduum ẽ enim, & uſitatũ quod latrones,& latrones famoſi pauperem,& egenum deprædentur. Dico latrones famoſos eos,qui furando,famam,& honorẽ acquirunt. Quis era ille, quẽ nunc diuitem uidetis? quis? [*Vnne ſe quien*] Quomodo ergo ſic euectus eſt? quomodo domi nus factus eſt? quomodo ? deprædando acquiſiuit diuitias & honorẽ,& in huius retia incidit pauper,ideſt in eius aſtutias & calliditates. Aduocatꝰ,qui legis ſenſum flectit, famoſus eſt latro. Iudex,qui iuſtitiã uẽdit, latro famoſus eſt. Scriba,q̃ ſyngraphã adulterat,famoſus eſt latro. Mercator,qui ignarũ decipit,omnes hi ſunt latrones famoſi, qui pauperẽ percutiunt. Et plagis impoſitis,&c. Plagis eum operiunt. O quanta plaga eſt excommunicatio,& tu excõmunicas pauperẽ pro debito,quod nõ poteſt ſoluere. O quanta plaga eſt tollere lectũ, in quo dormit,ad ſoluendũ. O quãta plaga eſt carcer in quem detrudis inopẽ,ut illic uiuꝰ ſepeliatur,& ſine remedio pereat. Semiuiuo eo relicto,ſemiuiuum eũ relinquit,nã licet in anima uiuat,corpore tamen quaſi mortuus remanet,redditus ſeruus tuus,ſiue uelit,ſiue nolit. Ecce fratres mei, calamitates in quibus uerſatur pauper, ut cognoſcatis, ſit ne illi neceſſaria patientia,& ad eam adiſcendam oculos conijciant in præmia, q̃ Deus præparauit illis,qui patienter ſimiles difficultates tolerant. Rectè uos intelleximus ſe oportet , quàm merito manifeſtauerit Dominus hunc euentum ad diuitium cõfuſionem, pauperumque conſolationem.

Ait ergo: *Homo quidam erat dives,& induebatur , &c.* Induebatur delicatè pauperas 9
ueſtes , & ſubuculas delicatiſſimas ueſtiebat. Primũ malum,quod narratur in proceſſu condemnationis huius diuitis , eſt ueſtiũ prophanitas. Si ergo in diuite ueſtiũ exceſſus erat culpabilis,quanto magis erit ĩ paupere? Es artifex,qui ſudore uultus tui uictũ acquiris,& uis habere alterum , & alterum veſtitum,ſicuti princeps,& adhoc facis mille iniuſtas conuentiones & fœdera,quid de te futurũ exiſtimas? Habes ne aliũ Deũ, ac iſte dives habuit? O cæce,nõ ergo uides qđ te manet tormẽtũ? Per prophetam Sophoniã terribiliter cõminaꝰ Deus princeps & Soph.1.
potẽtes ſeculi,qui ſe ĩ hoc ꝓphane,& ſumptuosè tractant,dicens: Viſitabo ſuper prin 10
cipes,& ſuper filios Regis, & ſuper omnes, qui induti ſunt ueſte peregrina,& uiſitabo ſuper omnem, qui arroganter ingreditur limen in die illa. Si principes , & potentes, minaꝰ Deus,quod peregrinis veſtibus utũtur,& noua ueſtium per politarum genera produnt: quid faciet pauperibus artificibus ſi uolunt idem ſine ullis copijs facere?

Dicit ampliꝰ: *Et epulabatur quotidie ſplẽdidè, &c.* Si ſe ſplendidè ueſtiebat, ſplendi- 11
dius comedebat , erat epulo quidam, qui quotidie domi ſuæ cõuiuia faciebat,& hęc aſſignatur ſecunda cauſa condemnationis eius: licet , gula ſit minimum omnium mortalium peccatorum,dicitur tamen grauiſſimum,quia eſt origo aliorum multorũ. Quod ſit minimum, patet, nam omnia peccata , aut ſunt ſpiritualia , aut carnalia, ſpiritualia ſunt maiora carnalibus. Maius peccatum eſt ſuperbiæ,aut inuidiæ , quam peccatum luxuriæ,aut gulæ. Hęc eſt ſententia Alexandri de Ales , & ratio eũ, quia ad Alex. de
peccata ſpiritualia committenda anima A. 2. p. q.
ſeipſam concitat , in peccatis autem car- 55. mc. 7.
nalibus homo à carne icitatur, & ſic ex carne proficiſcitur quod eum occidat, & gra-

nius est peccatũ interficiẽtis se ipsum, qua peccatũ illius, quẽ alter propter aliq̃ occasionem occidit, & sic est maius peccatũ spirituale, quã carnale. Inter peccata carnalia duo sunt grauissima; Gula, & Luxuria, horũ maius est Luxuria, quam Gula. Luxuria nã
12 que plerunque est in p̃iudicium tertii, & Gula ex genere suo nulli facit iniuriã. Atq; etiam Gula habet maximã excitatricẽ famem, Luxuria uerò nõ habet tantum incitamẽtũ. Verũtamen aliquomodo grauiꝰ est peccatum Gulæ, q̃ alia peccata, qa est aliorum causa occasionaliter, siquidẽ aditũ patefacit, ut illa ingrediantur. In primis est causa carnalitatis: ut dixit Ezechiel. Hæc fuit iniquitas Sodomę sororis tuę saturitas panis, & abundantia, &c. Ideò Beatus Paulus nos admonet, dicẽs: Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Secũdum, q̃ ex Gula dimanat, est loquacitas, & in multiloq̃o non deerit peccatũ. Postquam satiati sunt rarò loquũtur de ijs, quæ in concione audierũt, necde Domino, qui eis tam bono cibo ꝓuidit, nec de seruitute ei debita disceptãt: sed de alienis uitis copiosè agunt, & cũ contentionibus, ex quibus ad iurandum, & per
13 iurandum deueniunt. Hæ sunt gratiæ quas agunt liberalissimo Deo, quia eos satiauit. Et ita dicit hic Euangeliũ hunc helluonem in lingua torqueri, cuius rationem reddit Diuus Gregorius, quia ex nimiis cibis prodit loquacitas, & sic significauit culpam, q̃ in uoracitate cõmisit ex cruciatibus, quos in lingua patiebatur. Plerunque quando fit aliq̃d conuiuium, in fine apponitur aliquis fructus uiridis, ueluti poma, pyra, aut aliqd simile. Hanc regulam obseruamus cum nostris proximis, prius incipimus prodere bonos cibos, & bene dicere de eis. Postea uenit, ultimum pomum pyrum amarius felle depromitis addentes: sed cõmisit tale, & tale peccatũ. Etiam ex Gula oritur otium, & ex otio ludus, quia ultis statim postquam saturati est cõmorari ludentes, & omnem substantiam uestram consumentes, & ẽt q̃
14 non habetis. Qđ est alterum ꝑcipitium, ex quo anima præcipitatur, & in alia plurima pericula incidit, sicut sagitta uenenata, quæ quanquã ipsa ferit, grauius tamen dãnum uenenum infert, quo infecta est sagitta, ludus, quoad magis ferit crumenã, sed cauete à repensis, quæ secum affert. Est enim sicut uerriculum multarum calamitarum, q̃ ex meo dimanant. Sancti largiebantur bona

Ezec.16.

Phil.5.

Pro.10.

Gregor.

Simile.

sua ꝓpter Iesum Christũ, lusores uerò oĩa sua distrahunt propter foliũ pictum. Diuus Martinus scidit pallium, illi uerò non pallium tantum, uerùm & omnia uestimenta sua, & omnia quę habent ad sustentationem suam, iu ludo consumunt, & posteà di
15 cunt, ad furandum, eia! Hæc omnia secum affert gula. Quapropter uos rogo, fratres mei, ꝓ sanctum amorem illius, qui tam moderatã hanc mortalem uitam duxit, ut curetis tẽperatissimi esse ĩ cibis uestris, & non modò cuitabitis multa peccata, sed dispositi manebitis ad seruicẽdũ maximè diuinæ Maiestati. Qñ testa ad ignem posita nimis feruet, ne liquorẽ diffundat unum ex trib. remediis solet applicari, solet infundi parum aquæ frigidę, q̃ si hoc non sufficit, remouetur paululum ab igne, quod si nec hoc ꝓdest, remouetur penitus ab igne, ne tanto caloreæstuet. Corpora nostra sũt testę fictiles, sępe numero feruent ardentissimis passionibus, & sensualibus motibus: optimum est remedium ad hos ardores mi
16 tigandos infundi aquam frigidam, qui est timor Dei. Timor Domini expellit peccatum, Ecclesiasticus ait. Fortissima recordatio terribilis iudicii Dei, & arcissimæ rationis, quam redditurus es, est aqua frigida, quæ hos ardores extinguit, ne incidas in aliquod peccatum, Sic dicebat Iob: Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas. Posuisti Domine pedem meum, qui est affectus meus uinctum in cippo, ita ut non possit huc, atque illuc moueri (sic accipitur hic, etsi in aliis locis sanctæ Scripturæ accipiatur pro neruo.) Cippus conficitur ex duobus lignis, quæ coniunguntur in summitate, & in medio apprehendunt pedem. Sic manet affectio in cippo, id est, inter duos timo-
17 res, timorem, scilicẽt, inferni, & finalis iudicii, qui animam ꝓcomprehendunt cum eius affectu, ne extra uoluntatem Dei exeat. Et ideo subdidit: Et obseruasti omnes semitas meas. Illud, & significat ibi causam, id est, quia obseruasti omnes semitas meas. Quia Domine rationem habes omnium meorũ passuum & uias meas exami nas, & hæc omnia animaduertis, ut postea mecum rationem ponas. Ideo fitto nec audeo moueri sicut uinctus in cippo. O filii Adæ si uelletis, ex multis horis, quas quotidie in uanitatibus consumitis, unam tantum in consideratione harum rerum semp

Simile.

Eccle.1.

Iob.13.

manè

manè cõtumere contẽplãtes quod iã estis in illa nouissima hora reddẽtes rõnẽ dissolutionũ uestrarũ in cõspectu illius metuẽdi iudicis? ò q̃ cõmodum esset hunc ĩnjci uobis cippum ad pedes, ne tã uagi ac dissoluti essetis. Scđm remedium est separare testã ab igne. Hoc est fugere occasiones: in his enim peccatis ita uictoria reportãt. In alijs peccatis comparãt uictoria resistẽdo ut ait
Iac.4. 1.Cor.6. B. Iacobus, resistite diabolo, & fugiet à uobis. Qñ autẽ D. Paulꝰ loquutus est de hoc peccato dixit: Fugite fornicationẽ. Ad hoc
18 prælium nulla sunt aptiora arma, quã lepo ris (dixit q̃dam) & quæ arma habet lepus? Nõ habet sane cornua uelut taurꝰ, aut acutos dentes sicut canis, nec crudeles ungues sicut multa animalia, habet tñ velocissimos pedes quibus fugit. Hos oportet habere ad
Aug. lib. de hon. muli. hoc peccatum fugiẽdum, & uictor euades. S. Augustinus ait: cõtra libidinis impetũ apprehende fugam, si uis obtinere uictoriam: Dicit quispiã, uolo habere quod uincam, & quid est hoc uolo habere quod uincã, nisi uolo habere peccata. Hæc ille, dicetis: pater in tentationibus meis facio hæc oĩa, q̃ doces, fugio conuersationes, cõmoror in meo sacrario occupatus in sanctis considerationibus, & hæc oĩa nihil mihi ꝓsunt, uel saltẽ parũ. Tolle ergo frater mi ligna, & experi
19 ris, qualis postea sis, recollectio. n. & cõsideratio, unà cum mensa lauta, & delicatis cibis nõ effectũ debitum consequunt. Quapropter his duobus adde hoc tertiũ, qđ est, maxima temperantia, & abstinentia, & statim uidebis testã sine feruoribus. Hæc est n. una ex uirtutibꝰ, & bonis temperantię, & alia est: quod nisi tantum consumpseris habebis plus, quòd pauperibus possis erogare. Hic infelix dies præ multis delicijs redditus est immanis & sine misericordia, & tandem ipsę deliciæ perierunt.
Gene.4. & 1. 20 *Et mortuus est dies.* Notate ad hoc positũ maximũ mysteriũ, quod est ĩ Genesi. Describẽs illic Spiritus Sanctus generationem Seth, q̃ est electorũ, & generationem Cain, quæ est reproborum, semper dicit de unoquoque electorum: Vixit tot annos & mortuus est. Vixit Adam annos nongẽtos triginta, & mortuus est. Facti sunt oĩs dies Seth nõgentorũ duodecima annorũ, & mortuus est. Et sic de singulis. Quod de nullo reproborum dicit, nec de eorũ uita fit mentio, quia fuit praua & ẽt, quia eorum præsens uita non fuit uita, sed mors potius nec

aliquis illorum mortuus esse dicitur, mors enim taliũ non finita est, sed in perpetuum moriẽtur. Itaque bonus mortuus est, finijt mori, iã eius mors trãsijt, modo uero uiuit, & uiuet in ęternum. De malo ãt non dicit quod mortuus est, nõdũ. n. defiuit mori, nõ eius mors ꝓterijt, quia nũc moritur, & in ęternum moriet, & ab eius morte tẽporali incipit eius mors æterna. Iuxta hoc notat
Ambr. D. Ambrosius super hanc historiã Euangelicam, quod loquẽs Christus Redẽptor noster de diuite dicit q̃ mortuꝰ est diues. Nõ dicit, mortuus est ille N. uocans eũ nomine suo, q̃ si eum proprio nomine non nuncupauit, non fuit ex ignorantia, rectè. n. illud
21 sciebat, ille q̃ cum esset homo erat deꝰ uerus. Sed dicit. Diues ille, hoc est mortuę sũt eius diuitiæ, põpa, uanagloria, mortuę sunt eius effręnatę uoluptates, oĩa perierũt, nõ aũt dicit illũ mortuum fuisse, semp. n. & in sempiternum moritur. Quando aũt de paupere loquitur eum nomine suo appellat: & cũ iã illũ nominasset & dixisset: *Erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Ait postea: *Factũ est ut moreretur mendicus &c.* Mortuus est præsenti uitæ, finitę sunt eius calamitates, eiꝰ mors, & ꝓmnę finem habuerunt, ut inciperet uiuere in sempiternum.
22 Hoc est, quod dixit S. Paulus. Omnes q̃dã resurgemus, sed non omnes immutabimur 1.Cor.15. q̃ licet oẽs resurrecturi sumus, non tñ oẽs mutabimur. Acsi dicat non oẽs renouabimur. Reprobi. n. non immutantur, aut renouantur, siquidẽ de interitu, in interitum & de ærumna in ærumnã migrãt, & de tpali malo huius sæculi, ad æternum malum futuri sæculi transeunt. Soli ãt electi immutanti, transeunt. n. de uno contrario in aliud, de labore, in requiem, de ignominia, in gloriã, & honorem, deque fame in maximã saturitatem transmigrant. Hic infœlix dies fuit unꝰ ex illis, qui non fuerunt renouati.
23 Cum magis ꝑsenti uita delectabatur, eum deprædata est mors in flagrãti delicto. Hoc est enim, quod frequenter malis solet accidere. Mirificè notat sacra scriptura, quod uenit diluuium anno sexcentesimo uitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnę, & cataractę cœli apertæ sunt Gen.7. &c. Mense (inquit) secundo, qui est Maius; iuxta illud tempus, in quo incipiebat annus in Aprili, quod est tempus iucundius totius anni, & humanæ uitę suæ

uius,quanquam iuxta opinionē aliorū fuit in mense Septembri,qui etiam est unus,ex tēperātioribus & iucundioribus,i quo maturi sunt fructus, & ad maiorē insquorum pœnam eos destruxit cū magis gauderent viuere,& cum iā tulerāt hyemis frigora,aut ueris calores fuerant ppessi. Hoc modo puniuit Deus locupletissimum illū,de quo dicit S.Lucas q̄ cum ītra se diceret: qd faciā, q̄ nō habeo ubi cōgregē fructus meos? & dixit,hoc faciam. Destruam horrea mea & maiora faciam,&c. Audiuit uocem Dei dicentis sibi: Stulte quid facis,hac nocte animam tuā repetent à te,q̄ autem parasti cuius erūt? Ideo B. Paul⁹ dixit: cùm dixerint, pax & securitas tūc repētinus eis supueniet interitus. Ecce qūo impletum hoc fuerit in hoc misero,cui dicitur, q̄ illa nocte quādo arbitrabantur se tutiorē esse,arripiēda erat aīa eius à diabolis. Hoc dixit ēt maximo affectu Iob, Nūquid uirere pōt scirpus absq; humore,aut crescere carectū sine aqua? cū adhuc sit in flore nec carpat manu añ oēs herbas arescit,sic uiæ omniū,q̄ obliuiscunt Deum,& spes hypocritæ peribit. O Deus, Deus,Deus,quis haberet spiritum ad exaggeranda hæc uerba,ut ipsa merent? Potest ne(inquit) scirpus sine humore uirere, pōt arūdo,sine aqua lacus accrescere? min⁹ ergò potest hō sine Dei auxilio uiuere. O homo uane,qui uelut scirpus,& arundo nihil habes aliud pter uirorē istum exterior em̄que pulchritudnē,totus, in interiori es uanus, affers intra caput tuum mappamūdi,aduerte peccator,q̄ quādo uiridior fueris,& plures flores habueris te inopinantē repētina mors arripiet sicut solet facere similib. tibi,& maximo dolore afficieris,ac præ cōpūctione barbam dilaniabis,eò q̄ tot occasiones prætermiseris,in quibus posses Deo seruire. Quoties audiuimus. Ioannes ad regij senatus cōsultum, deniq; ad pīsidis fastigiū pmotus est. Petrus pfectus est episcopus talis urbis & postea Archiepiscopus creatus est & ante q̄ ad eum statum puenirēt mortui sunt,& nescim⁹ qūo Hæc ē merces quā soluit mundus,sicut cernū in illo,q̄ suspendendus est: Tot homines, tot pconia,tātus comitatus, porrigit ei manum carnifex dicēs; Ascēde,ascēde frater,& qñ ñ putat ausert scalas,& miser remanet suspēsus. Sic soluit mund⁹. Mō sum baccalaure⁹,postea licētiat⁹,& postea doctor, postea uerò pror. Seruite,seruite sęculo,nāq. inopinato,cum magis clari sitis,Deique immemores, uobis,insidias parabit,qua uos in infernum detrudat. O miseri huius seculi filii quarehęc non animaduertitis.

Luc.12.

24

1.Th.5.

Iob.8.

25

Mortuus est diues, Et diuitias reliqt, nec earū q̄cq̄ secum detulit. Magn⁹ Soldan⁹ Babylonis,cum iā i vltimo mortis trāsitu eēt, iussit signifero suo,q̄ eius uexillum solebat ferre,ut assigeret hastę partē illā sindonis, qua inuoluēdus erat & exiret p totā Babylonē uociferās. Videte hoies,quem exitum habebit magnus Soldanus, cuius imperio tot reges subiecti erant, ex oībus suis regnis,& thesauris, hoc solū secū asportaturus est. Heu quātā omnibus nobis hic infidelis infligit alapam si hoc sentiebat Gentilis,qd necesse est sentiat Christianus, qui gloriæ,& inferni fatetur æternitatem?

27

Et sepultus est in inferno, &c. O dñe de⁹, & quāta uanitas est inter Christianos circa hoc. Sepulchra, & eorum magnificētiæ, ab Ægyptijs inceperūt, q̄ domos has in quib. habitamus,quādiu viuimus, diuersoria uocabāt,sepulchra uerò domos ,ppias appellabāt,& ita curā, q̄ alij adhibent in sūptuosis ędibus cōstruēdis,illi adhibebāt,in sepulchris parādis. Atque hinc habuerūt originē Pyramides,q̄ regnum sepulchra erāt,& tā tus fuit excessus,quem gētes in sepulchris instruēdis habuerūt, ut dicat Tullius,lege cautū fuisse neqs sepulchrū instrueret maioris opis,q̄ q̄ possent facere decē homines triduo, & certus terminus eis assignabat,extra quē nō poterāt ædificare. Si ergo inter gētes cōstituebat taxis, quare hoc nō erit ēt inter Christianos? sed sic ē,q̄ si uani in uita,uaniores sunt i morte. O quot diuitibus hoc forte cōtingit,q̄ huic misero diuiti accidit,q̄ cadauera sua in ptiosis monumētis,& auro insculptis collocāt,aīæ uero detrudunt in infernū, ut in æternū cōburant. Pauper Lazarus mortuus est, & fortè uix eius corpori sepulchrā fuit sed in angulo alicuius cœmeterij sepultus fuit,at verò aīa eius delata fuit ab Angēlis in sinū Abrahę,ut inter iustos collocaretur,in quo loco tāta erat consolatio,licet Deū nō uiderēt, ut arbitratus fuerit diues helluo,qui in infernum cōmorabatur illis ardentissimis flāmis incensus,q̄ una tātum gutta,illius cōsolationis poterat linguam suam refrigerare,& sic eam petebat ab Abraham. Quòd si tāta erat cōsolatio,qua ibi iusti afficiebātur, qui adhuc non erat beati quid erit in

Tul. lib. de leg.

26

28

gloria ubi Deum aspiciunt,& sic ait D. Augustinus: tanta est dulcedo futurę glorię, & si gutta una in infernum defluēret, totā dānatorū amaritudinē dulcē efficeret. O mirifica uerba, ò eximia exaggeratio, si una gutta illius gloriæ sufficeret infernū in dulcedinem conuertere, quid erit tota gloria, q̄ ꝓia beata possidet. Profecto si hoc cōsideraremus ut cōsentaneū est, die nocteque lachrymaremur, & optaremus tāto bono iā pfrui. Sed pp defectum huius considerationis cū tāta negligentia uiuimus, acsi illud nō crederemus. O Deus cæ estis salua nos, & à tam terribili torpore, & ignauia nos libera. Confortabātur Hebręi inuicē inter se dicētes: Surgite,uidimus.n. terrā ualde opulentā,& uberē,nolite negligere,nolite cessare, eamus, & possideamus eā, nullus erit labor. Sic oportet fratres mei nos inuicē incitari,ut tam locupletem,& uberem possessionem,sicut gloriam,consequamur. Ad quam nos ꝓducat Iesus Mariæ filius,qui uiuit & regnat in sæculorum sęcula. Amen.

Aug. serm. de beatitudine cœlestii.

30

Feria VI. post Dominicam II. in Quadragesima.

Homo quidam erat paterfamilias, qui plantauit uineam. Matthæ. 21.

31 IN HAC Parabola uocat Christus Redemptor noster Ecclesiam ,suam uineam nō eam uocat hortum,quia quando homines aliquas plantat arbores, nullas componunt tanto metro , & ordine sicut uites uinęę. Plantat quis oliuetum,& disponit illud ad oculum, & dicit, Ponite hic hanc oliuam, & illic aliā , sicut sibi uidetur,& sic in cæteris arboribus, quas in horto plantat. Qui aūt uineam plātat,priùs metitur magno fune circuitū latitudinis,& longitudinis, quē habere oportet uineā, & plantas uites, metitur regula, ita ut unaquæq; sit in debita dimēsione cū altera,ne una impediat alteram. Sic debēt esse homines,qui in hac Ecclesia uiuunt ut unusquisq; in loco sibi debito cōmoretur, cū mensura,& moderatione,ne alter alteri⁹ occupet locū,ut unicuique sit spaciū,i quo possit uiuere absque alterius ꝓiudicio Si .n. unus totum vult occupare,& cum maxima amplitudine uiuere,necessariò oportet cum notabile incōmodum fratribus suis inferre: Quapropter querebatur Deus per Esaiam dicens. Vę qui coniungitis domum ad domum , & agrū agro copulatis usq; ad teminum loci: nunquid habitabitis uos soli in medio terrę? Non eos reprehendit,qd furentur,sed ꝓpter cupiditatē accumulandi domos ad domos,terminos ad terminos, & q̄ nunq̄ saturentur, diuitias acquirentes proximis officientes , nec eis relinquētes spaciū ubi possint habitare. Ideò nō dicit: uę furantibus,sed uæ coniungentibus domum ad domum,& oia uolentibus cōprehendere,acsi illi soli in orbe uicturi essent. Dicit etiam uinea eò q̄ non sit arbor quæ pauciori terra contenta sit,q̄ uitis,qua uineā condit. & sic oportet esse unūquenq; Christianorum,q̄ in hac Ecclesia uiuunt,ut S. Paulus dicebat, Habentes autē alimenta & qbus tegamur his contenti simus. Videtur nondū ausus fuisse dicere, habētes uestitus,& alimenta consentaneum est ut simus cōtenti,sed ait: habētes tegumenta,etsi sint uestes tritę,& laceratę quantūcūque uiles, hoc debemus esse contenti,ij,qui nos Christianos esse iactamus. Item uites sunt arbores,quæ paruas radices agunt in terra,cæteras arbores uix hominum uires sufficiunt euellere è terra,tantas tāq; ꝓfundas agunt radices. Tales necesse est esse Christianos, in charitate radicati,fundati, & ait S. Paulus radices nostræ non debent esse in terra, sed in charitate,& in Deo,qui eius est fons. Vt quando diuina Maiestas nos uocauerit, non inuiti, sed libentissime ex hoc sęculo exeamus. Habet etiam uites uinęę,aliā singularitatem præ cæteris arboribus,q̄ opus est eas quotannis amputari , & circūscindi, ut bonos fructus faciāt. Et hoc ipso opus est hominibus Christianis , quòd non modo quotannis,sed quotidie necesse est amputemus multos excessus , qui sunt in nobis,ut S. Paulus nos admonet dicēs. Expoliantes uos ueterē hominē cū actibus suis,induentes nouum. Veterē hominē uocat hic omnem deprauationem, q̄ i unoquoq; nostrū per peccatum originale mansit,ex qua procedunt ueluti pampani plurima mendacia, fictiones,cupiditates,&c. Hęc omnia necesse est singulis horis amputare , si debitum uirtutis fructum ferre uolumus. Hanc præterea excellentiam habent uites uinęæ inter cæteras arbores , quod reliquæ arbores uix uno anno duos digitos accrescunt, uites uerò duobus mensibus,ecce quàm ma-

1. Ad Timo. 6.

2

Ephes. 2.

Colo. 3.

3

4

gnas producunt uirgas: ut uisu sit admirabile. Sic debent esse Christiani, q ad oculũ debẽt semp ad palmos (ut aiũt) accrescere.
Phil.3. Hoc uisus est significare Sanctus Paulus, cũ de seipso loquẽs dicit. Quę retro sunt obliuiscens, ad ea uerò, quę priora sunt extendẽs me ipsum. Oblitus oium rerũ, de qbus in hoc sæculo possem gloriari, curo crescere, & ꝓgredi in rebus perfectionis. Vaditis ad uenandum, & uidetis, qꝫ canis insectatur leporem, hic eũ arripit, & illic desinit, & uidetur se extendere, & dicitis: Canis hic certe funis fit. Vt extendit corpꝰ ad persequendũ leporem. Sic faciebat Sanctus Paulus in uirtutũ exercitatione, extẽdens me ipsum, ut funis dilator, ut peruenià ad destinatum brauiũ supernę uocationis Dei in Christo Iesu. Qđ est cum auxilio Iesu Christi. De hac uinea dixit Esaias. In die illa uinea mea cãtabit ei. Significans in hoc, qꝫ tempore
Esa.27. legis gratię, hæc ecclesia militans laudatura erat maximè Deum, plena uino purissimo amoris. Ideo uocauit uineam meri. Vineam uini puri, & amoris ardentissimi, hic est enim fructus eius uineę. Sed sicut inter
6 omnes arbores, uites optimũ ferunt fructũ, sic nisi illã ferãt sũt inutiliores oĩbus. Ideo
Eze.15. percontabatur Deus Ezechielem, Fili hominis qđ fiet de ligno uitis ex oĩbus lignis nemorum mẽ nunqđ tollet de ea lignũ ut fiat opꝰ, aut fabricetur de ea paxillus, ut dependeat ex eo quodcũq; uas? Nihil est ea inutilius nisi fructum ferat, nec de ea sella, nec scamnũ, nec quidé paxillus ex quo dependeat uas põt confici ad nihil aliud ꝺ est nisi ad ignẽ. Sic ꝺ fecto sunt Christiani, q si amoris fructũ reddãt, magni sunt ꝓtij & estimationis corã Deo, si uerò fructũ nõ ferant õ ꝺ sunt nisi ut conijciant in ignẽ æternũ.
7 Quid fiet de ligno uitis? qđ põt fieri de misero peccatore, quo nihil est inutiliꝰ? Vis cõficere ex eo optimũ monachũ: non est possibile: monachum.n. oportet esse optimum Christianũ, qꝫ est totius religionis initium: oportet esse obedientẽ, & pauperem spiritu, &c. Peccator verò est uice uersa. Quid ergò fiet de ligno uitis? Vis efficere ex eo optimum clericũ: nec prodest ad hoc. Clericus enim debet esse castus, deuotꝰ, misericors, &c. Peccator uero nihil horũ habet, Quid ergo fiet de ligno uitis? uis efficere ex eo ꝓtorem? etiã ad hoc nihil ualet. Qui n. futurus est iudex aut ꝓtor non debet esse alicui propensus, nec pertinax, nec utilitatis cupidus, magnã debet habere rectitudinem, nõ debet esse acceptator personarum, &c. Hęc omnia desunt peccatori. Quid igit fiet de lignouitis? uis efficere ex eo uirum primarium? nihil prodest ad hoc. Vir enim primarius animi magnitudinem habere debet cõtra tyrannides, debet esse pater orphanorũ, & uiduarum, ꝓtector, &c. Peccator autem tyrannus quidam, omnes uult destruere, q
Psalm.13. deuorat plebem meam sicut escam panis. Quid igitur fiet de ligno uitis? uis efficere ex eo optimum ꝓlatum? Ad hoc minus ꝺ est. Prælatum. n. omnium uirtutum oportet esse exemplar, peccator uero est abominationũ cauus. Quid ergò fiet de ligno uitis? quòd ne qdem prodest ut ex eo seruus quidam efficiatur: seruum enim Domino suo fidelem esse oportet: peccator autẽ nullã cum Deo habet fidelitatem, quomodo eam cum hominibus habebit? O miseram creaturam, quæ ad nihil prodest, nisi ut gehennalibus flammis comburatur. O fratres mei curare omni diligentia, siquidem estis uites huius sanctæ uineę, ut fructum uini
Deu.32. meri, & purissimi amoris reddatis. Ne de uobis dicat, qꝫ tanto dolore dicebat Moyses de illo ingrato populo, postquam in eos cęlum, terramque inuocauit, eos reprehẽdit,
9 eò qꝫ, fructum fellis, & amaritudinis Deo redderent, uua eorum uua fellis, & botrus
Act.8. amarissimus. Hoc nomen tribuit Spiritus Sanctꝰ peccato. Ita Beatus Petrus dixit maximo cuidam peccatori: In felle amaritudinis & obligatione iniquitatis uideo te esse. Fel amaritudinis uocat iniquitatem, licet enim tibi peccatori dulce sit peccatũ, Deo tamen est amarissimum; qꝫ si amaritudinem posset recipere ex nulla re maiorem accipere, qꝫ ex peccato. Quapp animaduerte hõ quid facias, quot enim peccata committis, tot felles amaritudinis reddis altissimo Deo quantum ex te, à quo tot, tamq; inefabilia beneficia accepisti.

Iam explicuimus, quænam sit uinea, & 10
quę eius uites: nunc aũt oportet nos scire, qꝫ si uallum, quo Deus eã muniuit, dicit nã que: *Et sepe circũdedit eã, &c.* Hoc uallum, absque dubio, est suprema Dei misericordia, ut dixit Dauid. Qui coronat te in misericordia, & miserationibus. Ex quo sequitur, qꝫ siquidem Misericordia diuina nos uallo munit, & circundat: nihil boni, mali uè ad nos potest transire, qꝫ peam non trãseat, & ita omne bonum, undecunq; uenerit

rit debemus cognoscere, qꝫ ex Dei misericordia ꝓuenit, ut Deo cũ illo bono seruiamus. Hac de causa, iusti, quicqd accipiebãt, à manu Dei procedere dicebant. Cũ Esau interrogaret Iacob, q nã essent pueri illi? Respondit: Paruuli sunt, quos donauit mihi dominus. Et offerens illi certum munus, dixit:
Gen.33. susçipe benedictionem, quam attuli tibi, &
Gen.48. quã donauit mihi dominus tribuẽs omnia. Etiam Sanctus Ioseph cùm eius pater iterrogauit eum, qui paruuli essent illi? respondit: Filij mei sunt, quos donauit mihi Domi
Gen.42. nus in hoc loco. Et cum filij Iacob inuenerunt nummos illos in saccis dixerũt: Quid
11 nã est hoc, qꝫ fecit Dñs nobis? Hõ dicũt: Hæ aliquæ insidiæ sunt, quas nobis illi parauerunt, aliqua hic latet calumnia, sed oia Deo
1.Re.25. remittunt tum illa prudẽtissima Abigail accessit ad Dauid, & suis optimis sermonibus eius furorẽ mitigauit, quo in uirũ suũ Nabal cõcitatus erat: dixit uir Sanctus: Benedictus Dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meũ. Non tu ex instituto tuo uenisti, sed Deus te misit, ut per te hoc mihi faceret beneficiũ. Et sicut fatemur oia bona pet misericordiã Dei transire. Sic idẽ de laboribus dicendũ est, qꝫ non poterunt ad nos accedere nisi per misericordiã Dei
12 trãsierint. Siquidem ipsa nos circuit. Dauid cũ eum Semei lapidaret & malediceret, di
2.Re.16 xit: Dimitte eũ ut maledicat, Dñs enim ꝓ-
Psalm. 38 cępit ei, ut malediceret Dauid, & quis est, q audeat dicere, quare sic fecerit? & in Psalm. Opprobriũ insipienti dedisti me, obmutui,
Iob.1. & nõ aperui os meũ, quoniã tu fecisti. Et S. Iob dixit: Dñs dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factum est. Sit nomen Domini benedictũ. Nõ dixit: mea maxima industria mihi dedit, nec boni & fertiles anni, qi successerunt, aut boni serui quos habui has diuitias mihi acqsierunt, sed Dominus dedit. Nec etiam conqueritur de Sabæis, aut Chaldæis, q bona sua diripuerãt, pecora depredati fuerant, pastoresque interfecerant, sed dicit:
13 Dominus dedit, Dominꝰ abstulit, ipsi omnia tribuo. Etiam naturales
Psalm.48. successus, fœlices, & infœlices, debemus cognoscere, e manu Dei deuenire: quod significauit Dauid dicens. Ignis, grando, nix, glacies, quę faciunt uerbum eius. Fatetur omnia hęc nihil aliud facere, quàm, qđ Deus præcipit. Cùm frater mi, ignis te calefacit & delectat in hyeme, hoc Dei imperio facit. Et cũ coquit panem & cibos, quos manducaturus es, & cum domum tuam concremat, & diuitias inflãmat, etiam facit, quod ei Deus imperat, & grando, cũ terram uberem reddit, & cum fructus lapidat, in utroque adimplet uoluntatem Domini: & nebula cùm fœcundat terram, & cum uias caligine implet, & uiatores ab itinere aberrant, etiam facit præceptum Domini. Et glacies cum særa obdurat, ut uberius fructificent, & fortius erumpant, & cum arbores & uineas perdit, in omnibus facit, quod Deus imperat. Et cum aer te refrigerat in
14 uerè, & cum tempestatem concitat, & domum destruit, & naues in mari submergit, præceptum Dei complet. Quapropter debemus, non tantum in prosperis, sed etiam in aduersis Deũ laudare etiam in naturalibus euentibus, siquidem omnia ab eius manu proficiscuntur, & pereius misericordiã transeunt. Benedicant te Hierachiæ cęli, & omnes terræ creaturæ Deus uiscerum meorum ac cordis mei, qui non solum, quando mihi benefacis, prodes, sed etiam, quando incommodum infers mihi benefacis. Laudate & exaltate, fratres mei, sic in oibꝰ hũc 15
tam bonũ Deum ac Dñm, siquidem oia ad nostram utilitatem disponit, opus est ut diligenter perpendamus, quòd Dauid adiunxit misericordiæ miserationes, dicens; qui coronat te in misericordia, & miserationibus, qui te circundat misericordia, & operibus, quę ex illa procedunt. Quomodo addidit unum alteri? ut significaret, quod ubi est uera misericordia, ꝺ possibile est, oportet esse eriã actus misericordiæ. Tãm naturale enim est uirtuti, quę insidet animæ producere actus iuxta qualitatem suam, quàm arbori fructus ferre, secundum speciẽ suã. 16
Itaque uerus humilis debet habere actus humilitatis, aliter, erit fictus humilis, & misericos debet facere opera misericordiæ. Et idem est dicendum de reliquis uirtutibus. Hanc philosophiam moralem nos docuit uerus Magister Iesus Christus filiꝰ Dei Matth.7.
dicens: Arbor bona bonos fructus facit, Ea Luc. 3.
dem Metaphora usus est D. Ioannes Baptista admonens Pharisæos, qui se ueros pœnitẽtes affirmabãt, cõueniebãt, ut ab illo baptizarẽt, dicẽs: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Acsi diceret: si est uerum, qꝫ in corde uestro peccatorum uestrorũ pœnitẽtiã habetis, perspiciatur in operibꝰ exterioribus. Si hæc arbor pœnitentiæ in anima uestra plãtata est, scitote hũc esse fructũ quem

pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ꝓducit,uitæ correctionem,ſuſpiria, lachry
mas,orationes,ieiunia,& hic ſimilia. Vt ui-
uatis ſicut,quos trāſactę uitæ pœnitet.O q̄
nuncij ſunt hi, filijs huius ſæculi? o fratres
mei q̄ metuendum eſt, q̄ inter nos agitur:
qđ poſtquam grauiſſima peccata commiſi-
mus,tā læti,tamq; hilari uultu ad cōſeſſio
nem accedim⁹,acſi peccata eſſent maximæ
uirtutes,quæ Deo placerent. Vbi ſunt hęc
opera pœnitentialia, ſiqdem dicitis uos ha
bere pœnitentiā in corde? Maxima ratio eſt
17 quare timeamus nō eſſe in nobis uerè pœni
tentiā. Et idē poſſum⁹ dicere de cæteris om
nibus uirtutibus q̄ parum illum ſit in no-
bis, cum tam parum exterioribus actibus
Ioel.12. manifeſtetur. Videte qđ dixerit Dñs ꝑ Ioe
lem: conuertimini ad me in toto corde ue
ſtro &c. Aduertite hoies, q̄ eſtis parum ur
bani, auerſi à me,& conuerſi ad creaturas,
acſi ille remedium uobis eſſent collaturæ:
eiicite iam hunc errorem. Conuertimini ad
me cum amore & effectu, creaturas cōtem
nentes,& hoc debet eſſe in ieiunio,& fletu,
&planctu, quemadmodum morb⁹, q̄ ſtatim
in faciem non ꝓdit & exterius apparet, aut
18 non eſt uerus morbus, aut ſaltem leuiſſim⁹,
Simile. ſic etiā ſpiritus afflictio niſi exterius in cor-
poris afflictione appareat, uel non eſt uera
afflictio, uel ſaltē eſt minima, uera enim &
maxima afflictio in uultū ꝓdit. Hoc uoluit
Prou.17. ſignificare Spiritus Sanctus dicens: Spiritus
triſtis exiccat oſſa. Qđ non ſolum, carnem
macerat,& uultum facit marceſcere, uerū
etiam medullas conſumit & oſſa arefacit.
Quid igit ad hoc reſpondebitis, q̄ eſtis tā
pingues, tam læti, tam ꝓpoliti, tamq; pom
poſi poſtq̄ tot tamq; horrenda peccata
commiſiſtis? O incommutabilis Deus, quā-
tum circa hoc dici poſſet. Tu Dñe remedium adhibe pro tuo ſancto nomine. Hæc
oĩa diximus occaſione illorum uerborum
Dauidis, q̄ Deus nos in miſericordia & mi
ſerationibus coronat, q̄ ſunt beneficia, quæ
19 ex miſericordia dimanant.

Cùm igitur maximè compertum ſit, ui-
neam quam Deus in tetra plātauit, eſſe hūc
ſtatum,& Rempublicam, q̄ diuina Maieſtas
habet in hoc mundo, atque hanc Eccleſiam
uniuerſalem, q̄ ab origine mundi incepit,
& in conſummatione ſęculi finietur: hęc ui
nea olim erat apud Iudęos, ut debitum fru
ctum redderent,& gratias agerent; illis mi-
ſit De⁹ nuncios ſuos, prophetas, ac ſanctos
uiros, quos ita iniuſte tractarunt, ut eis ui-
tā auferret. Et cū De⁹ eos (humano uideri)
deſtructurus eſſet in ſuppliciū immanitatū
eorū, in eos ineffabile illud contulit beneſi
ciū, q̄ eis unigenitū ſſliū ſuum miſit, quem
extra ciuitatē tulerunt, tanquā extra uineā,
& ei, (oĩb⁹ ꝑſpicuum eſt) mortē ſæuiſſimā
intulerunt, dicentes, ut impudici: *Venite eccidamus eū, & habebimus hæreditatē.* Videa
m⁹ nūc. Hic Primogenitus non habebat pa
trē? qđ ergo dicūt, ſi eū occiderim⁹ hēbim⁹
hæreditatē? pater, q̄ miſit ſuos, & miſit ſiliū 20
ſuū, nō ſu ꝑeſt, ut eā recupet? Ideò arbitra-
mini, uos eſſe habituros hæreditatē? Hoc ꝓ
fectò ſignificat peccatorū cæcitatē, q̄, ne pū
ctū qđē ꝑter tēp⁹ ꝑſens ꝓſpiciunt, nec reſū
euēt⁹ animaduertūt, quos ſi animaduerte-
rēt, fortaſſe Deū nō offēderent, ſicuti offen
dūt. O fratres mei ſi cum uultis peccatū ef-
frænata cupiditate cōmittere, parū ꝑ reflē-
cteremini cōſiderātes qđ ē hoc poſſit ꝓue
nire, q̄ maximū remediū reperiretis, ut ul-
teriùs nō ꝓgrederemini, & ab incepto deſi
ſteretis. Nihil eorum hi aduerterunt, ſed tā
q̄ homines ſine pudore, ac timore, & abſq;
ulla cōſideratione dicentes & faciētes auto
ri uitæ, mortē intulerunt. O ineffabilē Dei
clemētiam? Nam, uix cruor exiccatus erat 21
in lapidibus Caluariæ mōtis, cum iam his,
qui tantum facinus perpetrarunt. Apoſto-
los mittit Chriſtus redemptor noſter, ut
eis pœnitentiam prædicent: quia tantam
iniuriam & abominationem illis uult di-
mittere. Sic dixit piiſſimus Saluator diſci-
pulis ſuis eodem reſurtectionis die: Quo-
niam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chri Luc.24
ſtum pati, & reſurgere à mortuis tertia die,
& prædicari in nomine eius pœnitentiam &
remiſſionem peccatorum in oēs gētes in-
cipientibus ab Hieroſolyma. Quid plus po
teſt dici de pietate Dei? & ſuper hoc, eis mi
ſit ſpiritum ſanctū, qui eos doceret & illu-
minaret cuius uirtute tot miracula facta
ſunt Hieroſolymis, ut ſuſſi cerent ad lapi- 22
des cōuertēdos, hi uero i dies duriores red
diti ſunt. Ideò eis hāc parabolā Ieſus Chri
ſtus propoſuit, ut ſuo ore, non intelligētes
qđ facerēt, contra ſeipſos ſententiā ferrēt,
fatentes quā iuſtū eſſet ut eis uinea adime
retur, & ipſi deſtruerentur. Recte cognoſce
bat Dñs, q̄ nunquam hi peccata ſua cogni
turi eſsēt in ſe, niſi ea in aliis poneret. Hoc
morbo. ſ. q̄ ſe non cognoſcerēt, ſemp gens
illa miſeria laborauit. Et nūc, ſm peccata no
ſtra, nō deeſt, q̄ eodē morbo laboret, q̄ eſt
ſum-

ſummū oĩum malorū: ut oſtendit Deus ꝑ
Hieremiā poſtq̄ numerauit maxima ſcele-
ra, atq; iniurias in ꝓximos, maxima in ſa-
crificijs ſacrilegia dixit: A ſeculo cōfregiſti
iugū meū, &c. In omni colle ſublimi, & ſub
omni ligno frōdoſo tu ꝓſternebaris mere-
trix, &c. Ipſi, & reges eorū, principes, & ſa-
cerdotes, & ꝓphetę eorū dicētes ligno: pa-
ter meus es, & lapidi; tu me genuiſti. Quę
maiora ſcelera, q̄ hęc eēpoterāt? Et tñ addi
dit Dñs: Et dixiſti abſq; peccato, & innocēs
23 ego ſum, & ꝓterea auertat furor tuus à
me. O maximā miſeriā, & cæcitatē? Tot ha
betis peccata, & dicitis: Non peccaui, nō ha
bes quare me punias, ideirco dicit Dē⁹: ec-
ce ego iudicio cōrēdā tecū, eò qđ dixeris:
Nō peccaui. Volo te cōuenire i iudicio, nō
tam ꝓp hęc oĩa peccata, & idololatrias, quā
propter hac ſummā peruerſitatē, q̄ tam ę
cus es, vt hæc tāta flagitia nō iudices pecca
ta eſſe. Orē ſtupēdā, q̄ in tantā ęcitatē ani
ma deueniat, vt cū ſit ſceleribus obruta, nō
ea cōſciētia ſtimulet, & tàm ſecura ſit, ac ſi
nullū commiſerit peccatum. Deprecamini
24 Deū fratres mei ne uos è manu ſua dimit
tat, ut i tātā calamitatē nō deueniatis. Sed
qđ erit cū uineā Iudęis abſtulerit, & ipſam
nobis tā excellēte, & tot, tāq; cęleſtibus ſa-
cramentis exornatā dederit: ſi Dñm ipſum
iterū noſtris ſceleribus crucifixerim⁹? Quā
pœnam nō merebimur tāta ingratitudine?
Quæ maior amētia eſſe pōt, quā poſt tot,
ac tāta bñficia, tā obduratos remanere? Au
Aulus Gellius lib.5. noctiū Atticarū. Appian⁹ in 4. Rerum Aegyptiarum. lus Gellius, & Appianus rē quandā mirabi
lē memorāt: & Appianus aſſirmat ſe eā ꝓ-
prijs oculis Romę ꝑſpexiſſe. Quodfuit unū
ex admirādis ſpectaculis, quæ in orbe cōti-
gerūt. Affirmāt hi grauiſſimi uiri, quod cū
Romæ leones agitarētur & alię fere, cūque
hoies morte damnari immittētur, q̄ cū illis
belluis decertarēt, exijt fortè ſæuiſſimus, &
maximus leo, qui maximis rugitibus, quos
ꝓferebat, oēs deterebat. Et inter damna-
25 tos, erat quidam ſernus genere Dacius, qui
Andredus appellabatur. Hic immiſſus fuit
illi crudeliſſimo Leoni. Iā poteſtis cogita
re, q̄to metu perculſus eſſet miſer homo
arbitrās in minimo tēporis ſpacio, ſe ab il
la immaniſſima bellua eſſe lacerandū. Sed
leo cū primū eū uidit, ſtetit, ut admiratus,
& poſteà cœpit pedetentim incedere, & ſic
mitiſſimè acceſſit ad hoiem, acſi illū cogno
ſceret, & cępit illū permulcere maxima cū
benevolentia, ſeruus uerò ut uidit, & a⁊ no
uit leonen aſſumpſit animū, & alter in alte
rutrū cæperūt oculos conijcere, magna cū
hilaritate, & magni amoris ſignis. Admirā
te omni concione rē tā inuiſam, & inaudi
tā. Imperator q̄ hoc ſpectaculo etiā admi
ratus fuerat, accerſiri iuſſit hominem illū,
ab eo quæſiuit cauſam tātę nouitatis, ipſe
uerò reſpōdit, q̄ cū in Africa, in ſolitudine
quadā cōmoraretur, Dñm ſuū fugiens, cū-
q̄; in ſpelunca lateret, ingreſſus fuit in illā
ſpeluncam ille leo ꝓcuſſo pede, & maxi-
mos præ dolore rugitus excitans, atq; ad ſe
cū illa neceſſitate acceſſit, q̄ eū curauit au- 26
ferens ab illi⁹ pede maximū fomitē, uul-
n⁹ prēſſit, abſterſit, & alligauit, & poſtq̄ leo
ſanatus ē illo uulnere, cū eo paucis diebus
habitauit in illa ſpelunca. Et cū leone man
ducabat prædas, quas leo afferebat. Sed po
ſteà cū illa conuerſatio, & leonina uita ſibi
diſpliceret, poſtq̄ ſemel leo ad uenandum
exiuit, illinc ipſe diſceſſit, cumq; poſtea cō
prehēſus ad Dñm ſuum adduceretur, Dñs
ira cōcitatus, eū ad beſtias damnauit. Et di-
xit illum eſſe leonē, quē ipſe curauerat
in ſpelunca, q̄ accepti beneficij memor &
illū tunc agnoſcens, illā, q̄ oēs uiderāt be- 27
neuolētiā ſibi oſtēdit. Imperator autē hoc
facto in admirationen raptus, eū liberū di-
miſit & leone donauit, quē ipſe poſtea Ro
mæ, funæ uinctū deducebat. Eia homines
belluis immaniores qđ ad hoc reſpōdetis?
quare nō uerecundamini? quare nō pudet
uos, q̄ fere agreſtes uobis excellant? Hoc q̄
dixim⁹ narrat illi duo graniſſimi uiri, quo-
rum alter ꝓprijs oculis hoc uidiſſe aſſeue
rat. Si ergo beſtiæ rōnis expertes pro acce
ptis beneficijs gratias referre nolunt, quare nos rationis capaces, et fidei lumine illu
ſtrati, ita ingrati ſumus ut nō modo noſtro
ſummo benefactori nō ſeruiamus, ſed ma-
ximas ei paſſim iniurias inferamus? Pu- 28
deat nūc nos ꝓp honorem illius liberaliſ-
ſimi Dñi, qui tot in nos beneficia contulit.
Timeamus ne hæc beneficia i crudeliſſima
uerbera nobis conuertantur. Sicut illis nun
cios miſit, et tandiu eos expectauit, ſic no-
bis etiā mittit, et hodie, et cras, et multos
dies expectat, et quādo nihil proderit, oĩa
peruoluem⁹ ſicut et illi, et atrociùs quidē.
Ex patientia, qua tecum, ò peccator, utitur
Deus, patet, quātum repugnet Deus, ne te
cum manus conferat. Tranſit per uiam mo
loſſus greſſu tardo et quietus, cui obuiam
exit catulus ex in moloſſum inuadit, ille

uerò

Universidad de Deusto
Biblioteca

verò quia nõ vult ringi, trãquillus uiã præterit, & ad plurimũ, aliquando reflectit, q̃ si ex eius patiẽtia occasionẽ sumit catulus prolixius eũ molestandi, regreditur molestius præ molestia, & arripiens catulũ intercedẽtes, eũ dirutissime dilaniat. O ouẽ ad similẽ hoc inter nos & Deũ agitur? O Deus infinite maiestatis, p̃ tua clementia te exoro mihi sermonẽ, & efficaciã concedas, ut res tãueras, & necessarias summa animi contentione pertractẽ. Animaduertite fratres, q̃ estis catuli, & Deum crebris sceleribus mo
69 lestatis, & quòd statim uos nõ disperdit, occasionem fumitis, ut diutiùs i malis uestris perseueretis. Cauete ergo, nã Deus nõ semper uos feret, cauete, ego uos moneo, qđ uestris insolentijs molestiat⁹, vestrisq; rebellionibus concitatus, uos dentibus iustitiæ suæ arripiet, & morte dilaniabit, corpus in sepulchrũ detrudens, animã verò i infernũ præcipitans, ut in æternum crucietur. O q̃ horrendũ est incidere i dentes furoris Dei, vt Sanctus Paulus magna exaggeratione dixit: Horrendum est incidere in manus Dei
Heb.10 viuentis. Cognoscamus ergo ingratitudinẽ
30 nostram, & maximis Dei beneficijs incipiamus amodo respondere, diuinis q̃; eius conditionib⁹ obedire. Et arbitramini me eius esse nuncium, licẽt indignum, & eum per me vobis nunciare, ut redditus sibi debitos persoluatis, & uineæ fructũ feratis, purissimo amore tam bonum Deum complectentes, & eum qui uos tantoperè diligit, inuicem diligentes. Sic enim apti eritis, ut eius diuinæ gratiæ compotes efficiamini, quã interueniente, gloriam comparetis. Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Sabbatho post Dñicam II. in Quadragesima.

Hõ qdã habuit duos filios &c. Lucæ 15.

1 HOC Euangeliũ maximè est cõsolationis, & est dignissimũ, q̃ attẽtissimè audiatur, & maximi amoris visceribus p̃cipiat, ab illis p̃sertim, q̃ hinc p̃ditionis suæ magnitudinẽ sentiũt, & i quo discrimine versentur animaduertũt, illinc uero latissimã salutis suæ ianuã prospiciunt, e certissima impetrãdi remedij (si uolunt) pignora intuentur. (Recẽseatur tota parabola ad literam) Sapientissimus Salomon mirificam illam exclamationem protulit: quàm magna miseri cordia Domini, & propitiatio illius conuertentibus ad se. Sed est valdè notandũ, quòd exclamationem hanc protulit, postquã dixit illa singularia uerba: Non demoreris in Eccl.17. errore implorum, ante mortem confitere. A mortuo quasi nihil, perijt confessio. Cõfiteberis viuens, uiuus & san⁹ confiteberis, & laudabis Deum & gloriaberis in miserationib⁹ illius. Et statim exclamauit dicens: Quàm magna misericordia Domini & propitiatio illius conuertentibus ad se, & sequentibus hoc consilium, quod hic admonemur. Nõ demoreris &c. Si fortè (inquit) 2
in malorum errorem lapsus fueris, ne in illo demoreris. Maximum est enim in tali statu periculum, sed propera diligenter, & de eo exi, ut antequam te mors corripiat, miseriam tuam agnoscas. A mortuo &c. A mortuo enim nõ est speranda confessio, quę aliquid prosit. Perpendite diligenter, q̃ confessio, quam damnati in inferno faciũt, uocatur hic quasi nihil, & nõ oĩno nihil, licẽt enim mortuis nihil p̃sit, posset tã uiuis p̃ficere, si alienis periculis cauti fieri uellemus. Propter hoc enim uoluit Spiritus Sãctus
3 ut in sacra scriptura damnatorũ uerba ferentur, & cõfessio, quã in inferno faciunt nobis manifesta esset, ut patet in libro Sa- Sap.5.
pientiæ, ubi de illis dicitur. Dicẽtes intra se, pœnitẽtiã agentes, & præ angustia spiritus gemẽtes Errauimus à uia ueritatis, lassãti sumus in uia iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus uias difficiles. Quid nobis p̃fuit superbia? aut diuitiarũ iactãtia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã umbra &c. Animaduertite q̃ in confessione quã mali in inferno faciunt fatentur uiã iniquitatis, & in hoc mundo difficillimã esse, & maximã peccatoribus anxietatẽ afferre. Ideo dicunt, lassãti sumus, & ambu- 4
lauimus uias difficiles. Quot amaritudines, ac labores patitur peccator, ut cũ iniquitate sua ulteriùs grogrediatur? Hoc significat diuinũ illud uerbũ, qđ dixit Iesus Christus B. Paulo, cũ eũ humi prostratũ haberet: Acto.9.
Durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Contra stimulum calcitrare est in partem contrariã pergere ab ea, ad quã stimulus ducit. Sicut, cũ iumentũ tuum stimulo compungis, ut ulteriùs progrediatur, illud uero regreditur, & quo plùs regreditur, eo plùs cõ Simile.
pungitur & percutitur, quia plus infigitur stimul⁹. Similis est uia Dei: stimulat te De⁹

certis

certis stimulis ut benefacias, & tu facis malũ: inspitatio, reprehensio, rationis lumen, timor inferni, hæc omnia te concitant, ut uirtutẽ sequaris, tu uerò cõtrà omnia facis, necessario ergo te debent sic stimulate. Sic Sanctus Paulus, cũ Ecclesiã Dei persequeretur stimulos habebat, ne id faceret, & contrariam semitam percurreret, gloriosam fama diuini Domini, recordationẽ magnorũ miraculorum eius, mirificq̃que doctrinæ
5 Iesu Christi & prodigia, q̃ postea Apostoli Hierosolymis operaris sunt, quæ fortè propriis oculis p̃spexit, hęc omnia, & propria cõscientia, quæ eum arguebat, & bonus Angelus, qui eum commouebat, erant maximi stimuli, qui eũ feriebant. & inducebant, vt desisteret à sanctę Ecclesiæ p̃secutione, & cõtra hos oẽs stimulos calcitrabat, contraria faciens. Hoc est durissimũ & amarissimum, & tamen tanta erat eius rabies, ut etiam crudelissimo cũ suo tormento illud exequeretur. Ecce quomodo p̃s Domini, quod mẽtiri nõ potest, dicitur durissimũ, laboriosissimũ, & amarissimum esse contra
6 conscientiã operari, & contra inspirationẽ, naturalẽq̃; rationẽ faceret, & tamẽ ita insani sunt impij⁹ ut in illũ infernũ uel ut p̃ perare, qui nullo unquã tempore finietur, per alium infernũ, quæ est misera, & infœlix uita, quã in hoc seculo in peccato commorantes degunt. O utinã uellemus modo fructũ percipere ex confessione, quã damnari in inferno faciũt, & ex eo, quòd nosmetipsi in nostra misera ac peccatrici uita experimur, etiam in sua cõfessione dicunt, Simile.
omnia uelut umbrã prẽterijsse. Videbitis incantatorẽ maxima caterua circunseptũ, & alicui dabit pomũ aureũ, & postea illud repetit: ille uerò nihil aliud i manu inuenit
7 præter carbonẽ. Mundus est quidã incantator q̃ nos deceptos trahit, dat nobis dignitates, delicias, & diuitias, omnia nobis poma aurea videntur, & tandẽ, quando ea animaduertimus, cognoscimus nõ esse aurum, sed carbonẽ, qui animã nostrã & conscientiam coinquinat. Ideò illi in sua cõfessione dicũt: Diuitiarũ iactantia quid contulit nobis? O fratres, pro Dei charitate, fructũ percipiam⁹ ex illorũ confessione, ipsi enim eã illic faciunt, hic uerò scripta est ad nostrã admonitionẽ, & ideò nõ dicit penitus inutilis, nã licet illis inutilis sit, nobis tamẽ utilitati maximè esse potest, & tanquã ualdè nobis necessariũ, iterũ nobis sapiens pluribus uerbis suadet, ut in uita pœnitẽtiã agamus, dicens: Confiteberis uiuens, uiuus & sanus confiteberis. O æterne Deus, quoties idẽ reperit. Totũ hoc profectò est, ut nos à negligentiæ nostræ somno excitet, nõ solũ (ait) uiuus, sed uiuus & sanus. Ne expectes morbum, cũ iã es seminiu⁹, & sensibus perturbaris præ morbi grauitate. Et necesse est notetis, quòd cõfessio illius temporis, erat figura, & lineamentũ confessionis sacramẽtalis Euangelij. Postquã hæc omnia sapiens 8
dixit, exclamauit ut diximus, tanquã admirans misericordiã Dei in peccatores, qui ad eũ conuertunt, & iure optimo, siquidẽ tũc filiã diaboli, & titionẽ inferni reddit Deus filiũ suũ, & cæli hæredẽ, sicut hodie sanctũ Euangeliũ nobis declarat, in hoc filio tam dissoluto & distracto, qui tã facilè patris sui amicitiã, & inopiæ suæ remediũ comparauit. Quis non exclamet considerans quã laboriosè corporis salus impetretur, & quã facilè (si uolumus) sãlutem animæ adipiscamur? Quod si huius discriminis rationẽ, q̃ 9
ras, cur suspitio intimo cordis affectu prolato, & uera cõtritione, animæ salus cõparetur, ad consequendã uerò corporis ualetudinẽ, in primis necesse sit locupletissimos loculos habere, ut medicis plurimi nummi porrigãtur, & multa medicamina adducantur &c. Huius discriminis ratio est, q̃ ineffabilis Dei p̃uidẽtia, quæ illa quæ sunt magis necessaria, cõuniora, & adeptu faciliora esse cõstituit, experientia. n. compertum est, q̃ aqua, & panis, quæ sunt magis necessaria, abundantiùs reperiuntur, q̃ uinũ, & alij pretiosi fructus. Si aer ad respirandũ, si aqua, ad omnia necessaria, si terra ad ambulandum esset emenda, quid facerẽt homines? Ideò Dei prouidentia tam communia oĩbus hęc fecit, sic etiam, quia animę salus tam necessaria est, ideò Deus tam facilem eam effecit, ut una cordis conuersione ad 10
Deum comparetur, ut ne quis causam adhibeat saluti suæ, aut excusetur & conqueratur, quòd eam consequi non potuerit. Vt autem corporis salus parui refert, tam difficilem eam diuina prouidentia effecit, quia licet illam non adipiscamur, non. multum interest, sed potiùs sępenumerò me- Seneca ad
lius est nobis, eam non consequi & infirmari. Seneca narrat, quòd tanta erat adula- Lucillum epist.60.
tio, qua sui Alexandrum extollebant, tantique honores, quibus illum adulabantur, ut ei affirmarent illum Iouis esse filium.

Cùm

Cùm uerò urbem obsidione p̃mere,& eius muros consideraret, cogitans quà urbem illam expugnaret, sagitta p̃cussus est, cumque uulnus magnum illi dolorem afferret, dixit. Omnes iutabant me esse filiũ Iouis, sed uulnus hoc hominem me esse clamat, Itaque uulnus illud, & dolor eius oculos aperuit,qui assentationis puluere obcęcati erant.Ideò Sãctus Paulus dixit:Placeo ĩ in
2. Cor.12. firmitatibus meis,&c.Destruit Deus corp⁹
Simile. ęgritudine, ut animam lucrifacit. Facit ut Dominus, q uidens ciuitatem suam rebellem,eam oppugnat,& muros quos ipse cõ
11 struxit,solo æquat,tantummodo,vt eam recuperet, postquam uerò eam sub imperiũ suum redegit, restaurat quod destruxerat. Sic solet Deus corporis salutem destruere, uiresque ac exteriorem pulchritudinem disperdere, ut animi rebellis ad suam diuinã obedientiã reuertat.Ex his exemplis manifestè apparet,quanti sæpè referat corporali ualetudine carere. Quapropter nihil interest,quod sit comparatu difficilis.Cùm uerò animæ salus sit res maximè necessaria, ineffabili Dei misericordia constitutum fuit, ut tam facilè eã impetrare possemus,si uelemus.Quòd si tam facilis cùm sit,tantam negligentiam habemus in ea impetranda,
12 quid esset,si difficillimè impetranda esset? O Deus immortalis quantum est in hac re plorandum,&c.

Incipit parabola: *Homo quidam habuit duos filios,&c.*Per hunc hominem significatur Deus noster:Per filium maiorem vnus quisque iustorum designatur, per minorẽ verò,& iuniorem,unusquisq; peccatorum declaratur.Itaque siue iustus sit iuuior,siue senior,dicitur in sacris literis maior ætate,
Sap.4. ut apparet in libro Sapien.ubi dicitur:Senectus uenerabilis est, nõ diuturna,nec annorũ numero cõputata.Cani autem sunt sensus hominis, & ętas senectutis uita immaculata,& sic in illo loco Genesis,ubi nos le
13 gimus:Diligebat autẽ Iacob ipsum Ioseph eo quòd in senectute sua genuisset eum?in
Gen.37. Hebręo est, eo q̃ filius senectutis esset illi,quod aliqui sic declarant. Diligebat eum valdè,eo q̃ tam bonus filius esset,tamque prudens,ac si esset uenerabilis quidam senex prouectæ ætatis.Cõtra uero siue peccator senex sit, siue iuuenis, dicitur iuuenis minor ætate,eo quòd semper iuuenilem vitam degat,& res pueriles faciat,ut patet ex
Isa.65. eo quod Isaias ait:Puer centum annorum morietur,& peccator centũ annorum maledictus erit:& sic coram Deo non tam ęstimantur anni,quos quidã uixit, q̃ bona aut mala opera quæ in eis fecit,licet sit uerum,q̃ longæua ætas,& numerus annorum nos deberent inuitare,ut iunioribus meliores essemus, quandoquidẽ talis nobis obligatio incumbit.Et ita Dauid inuitans omnes, ut Psal.148.
laudemus & superexaltemus Deum nostrũ dicit:Iuuenes, & uirgines, senes cum iunioribus laudent nomẽ Domini.Bis in his ver
14 bis iuuenes repetit, & semel senes inuitat. Tales.n.senes esse oportet, q̃ parũ necesse sit,ut inuitẽtur ad laudem Dñi:quanto minus ergo necesse erit, multis uocibus eos molestare?Iuuenes uerò, ut plerũq; remissiores esse solẽt oportet eos semel,bis,q̃ ter uocari & inuitari ad laudandũ Deũ:ipsi.n. tales sũt, ut hę oẽs uocationes parũ p̃sint, q̃ est magnoperè lachrymandum, & peius esset,si essent pueri maledicti centum annorum inimici laudum Dei & oĩs sanctę exercitationis: amici uerò totius prophanitatis,& dissolutionis, multo plus, q̃ iuuenes, in qbus feruentior est sensualitas.O Deus uobis det prudentiam, Deus uobis det in-
15 tellectum, ut reuertamini ad uos.defectus est.n.sensus & rationis,tandiu uiuere contra Deum,& contra eius Euangelium & cõtra omne,quod est uirtus,operari.

Et nõ post multos dies adolescẽtior peregre p̃fectus est. Hic discessus significat libertatẽ,qua vnusquisq; peccatorũ vult uiuere,& quanto odio habeãt subiectionẽ,reprehen Gen.10.
sionẽ,& admonitionẽ,quarũ illi tantoperè indigent.Admirabile est profectò, q̃ sacra Scriptura narrat. Patriarcha Iacob q̃ duas ancillas suas ĩ uxores duxit, alteram intercessione Rachelis, qa illius erat ancilla,alterã uerò precibus Liæ,qa ét erat eius ancilla, & licet eas legitimas uxores duxerit, ancillas tñ eas ut anteà reliquit, & prioribus uxoribus subditas,ut quẽadmodũ illa
16 rũ anteà dñę erant,essent ét posteà.Cognoscebat.n.quantum libertas p̃teritis officiat, & q̃ meliores essent cum seruitute,& obedientia. Idem dicit de Patriarcha Abrahã, Gen.16.
qui uxoris suæ Saræ admonitionibus inductus,ut ancillã suam Agar uxorẽ duceret, cumque ille acquiesceret deprecanti,tulit Agar ancillã suã,& dedit eam uiro suo uxorẽ,& postq̃ illam in uxorẽ accepit, ancilla tamen,ut anteà remãsit,ut infra apparet.c. 21.ubi legĩ Sarã Abrahę dixisse:Eijce ancillam,

illam,& filiũ eius.Vt animaduertatis beatorum Patriarcharũ prudentiã, q̃ licet eas maximè diligerent,in illa tñ seruitute illas relinq̃bant p̃p bonum animarum ipsarum. Malum Esau,& bonũ Iacob aliqua ex parte p̃uenit ex eo,q̃ Esau nunquã domi mirabatur iuxta patrẽ suum,nec eius consilia
Gen.25. audiebat:amicus erat agri, ubi nec pater, nec mater possent dicere.Male facis,nec eũ semel reprehendere,ut dicit in Genesi: Factus est Esau uir gnarus uenandi, & homo
17 agricola: Iacob aũt uir simplex habitabat in tabernaculis.Iacob uir syncerus semper domi erat cum parentibus suis,corũ consilia,& admonitiones percipiens,& hinc maximum illi cõmodũ dimanauit, q̃ consilio matris suæ adeptus est primogenituram,& benedictionem à patre suo Optimum sanè est iter ad illam glorioſam benedictionem consequendã:Venite benedicti patris mei, eos conuersari,qui tibi obstent, & quando opera tua meruerint,te reprehendant. Cõtra uerò,est à uita recedere,separari, & fugere correctionem, p̃cipuè parentũ, & eo-
Deu.21. rum hominũ,qbus honor, & reuerẽtia debeẽ.In Deutero.p̃cipiebat De⁹.Si genuerit
18 homo filium contumacem,& proteruum, q̃ non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempserit,&c. lapidib⁹ eum obruet populus ciuitatis,& morieẽ.O incõmutabilis Deus si ad hanc legẽ nunc homines tenerentur,& illam deberẽt obseruare,quot mali & p̃terui filii passim reperirentur,in quibus exequenda esset,quot quotidie lapidarentur,& morerentur.Caueamus fratres mei à tam iniqua libertate. Ideò boni,à Spiritu Sãcto edocti in religionibus includũtur, & sanctæ obedientiæ uinculo ninciuntur,nolentes in re aliqua uolũtatem suã adimplere, ut securiori sint conscientia,& ne perituris bonis ac uoluptati
19 bus dicantur,atque ab ipsis decipiant. De Vlysse legitur,q̃ cũ præteriret locũ,in quo Syrenæ commorabãtur,quę cantus sui suauitate homines ad se alliciunt, & allectos interficiunt,et dilaniant, atque eos edunt, ne hęc sibi calamitas contingeret iussit se fortissimè ad nauis malum deuinciri,et licẽt nimis laboraret,ut solueretur,præcipit, ne quis eum solueret,et ita tutus præteriit, nec ei Syrenæ cantus offecerunt. Hac arte utuntur uiri prudentes,q̃ cognoscentes in huius seculi mari tot esse Syrenas,quæ hominum cantibus suis peruertũt,quæ sunt uoluptates,ludi,cõuiuia, & his similia, ne his rebus ducãtur,religionis nauẽ ingrediunt, & se ad tutissimum crucis malum,obedientię uinculis alligant,ut sic non p̃clitentur, cũ nõ habeãt potestatẽ,ut(licet uelint)cãtibus Syrenæ occurrant,cũque dispositi sint pœnitentiali,ac religiosa uita,ad plurima beneficia de manu Dei recipienda.Cum latomus cæmentarius,quem Hispane dicimus
Simile. [Albañir,]parietẽ uult dealbare,priùs illũ incutit,ut melius illi calx adhæreat,nã aliter breuissimè calx decidit,& paries ut anteà remanet.Ita certè est,q̃ ij qui se mortificant,corpora que sua uerberibus cædant,& crudeliter tractant, q lutei sunt parietes,in uirtute magis p̃seuerant,& qui se delicatè tractant, licèt uirtutem primis labris delibẽt,citò tñ ab eis decidit, qa est ueluti calx parieti ĩposita,q nõ fuerat incussus.Mortificate ergo membra uestra(ait B. Paulus) tanquam nobis maximè ̃necessarium. Eia ergo fratres mei,eia colligimini, iam enim non est tempus dissolutionis, nec seiungendi uos à seruis Dei,sed angulum quærendi, ubi sanctis admonitionib⁹, ab huius seculi maximis calamitatib⁹ uos possitis liberare.

Ibi dissipauit substãtiã suã uiuẽdo luxuriosè. Hoc est peccatum q̃ Deus in supplicium aliorũ criminũ solet p̃mittere. Maxi 21
morum malorum pœna est, hominẽ in tantã turpitudinem deuenire,ut apertè significat Sanctus Paulus ad Rom.ubi postq̃ mul Rom.1.
ta peccata Romanorũ memorauerat,dicit: Propter qđ tradidit illos Deus in immunditiam,ut contumelijs afficiãt corpora sua in semetipsis.Atque eodem supplicio nunc multos Christianos punit,ut eo quod inobedientes, ingrati, correctionis que fuerint inimici in maximas immunditias incidant, maximamque corporibus suis iniuriam inferant.cũ illa in sacrosancto baptismi fonte fuerint aspersa,& tẽpla Dei, mysticique corporis Dñi nostri Iesu Christi mẽbra fuerint effecta,cumque ad eiusdem Dñi similitudinem corporis sint reformanda, magna 22
cũ ueneratione deberent illa tractare,ut petit S. Paulus magna cum exaggeratione,di Ro.12.
cens:Obsecro uos fratres per misericordiã Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentẽ,sanctã Deo placentem,&c. Ipsi uerò maximis contumelijs corpora sua afficiũt,ijs illa turpitudinibus ĩficientes. Pudeat nũc uos fratres mei sic corpora uestra tractare, q̃ pretiosissimo immaculati Agni

Iesu

Iesu Christi sãguine fuerũt abluta. Cũ puer tenera matris suæ brachijs recedit, quot periculis subiicitur? statim cadit, & pcutitur: si in ignẽ incidit cõburit, nec tñ scit surgere, si canis eũ uult mordere, ne scit se defendere, si eũ iumentũ pedibus terit, aut in lutũ ꝓcidit, nescit sibi mederi. O miserrime peccator in quot calamitates incidisti, q̃ à suauissimis Dei tui brachiis recesseris, quiqa te arctissimo amore ꝓsequitur, hoc sibi matris nomẽ accõmodat. Sed ut ait S. Paul. Vbi abũdauit delictũ, superabũdauit & gratia, Cũ hic inueneris tã lõge à patre suo abesse, seruãs porcos, suis proprijs sensibus deseruiẽs, nõ tñ bonus pater illius obliuiscit. O quã anxia est mater, qñ puer eius recessit à se suspirãs, ac dicẽs, quo iuit filius meus? queratur statim. Mittit alterũ, & alterũ famulũ, mittit ẽt & ancillas, quæ oĩa euoluãt illũq; ubiq. inuestigẽt, quousq; inueniant. O ineffabilẽ Dei ꝓbitatẽ? q̃ anxi⁹ est ꝓ misero peccatore, alios, & alios nũtios mittit, ĩspirationes, amicorũ admonitiones, familiarũ neces, plurimos labores, ut hæc oĩa tã q̃ Dei nũcij eũ quærãt, suoq; diuino cõspectui restituãt, ut i hoc sancto Euãg. apparet.

Simile.

Rom. 5.

23

24 *Facta est fames valida i regione illa, & cepit egere, et cupiebat implere ventrẽ suũ, & nemo illi dabat.* Hæc fames, & necessitas, & hoc, q̃ remediũ non inuenit diligẽtissimi, & efficassimi nũcij fuerunt, qa à Patre misericordiarũ missi sunt, q̃ filiũ illũ perditũ ad se reuocarẽt. Quàm ad literam fecit hic Dñs, quod usus est cum populo illo rebelli ut ad sui obedientiã eũ redigeret, sicut declarat Dauid, dicens. Cõmouisti terrã, & cõ turbasti eã, sana cõtritiones eius, quoniam cõmota est, & quo factum est hoc? Sequitur cõsequenter tanq̃ responsum: Ostẽdisti populo tuo dura, potasti nos uino cõpunctionis, dedisti metuẽtibus te significationẽ, ut fugiãt à facie arcus, & liberẽtur dilecti tui.

Psalm. 59.

25 Plurimis laboribus deterret Deus peccatores, ne in æternã condemnationẽ incidant. Ecce arma, quibus uictorias suas Deus reportat. Mirabiles sunt uictoriæ, quas Deus ab animabus consequitur, & mirabilia arma quibus pugnat. Nõ uult Deus peccatorem superare, nisi eisdem armis, quæ peccator ad diuinã Maiestatem offendendã sumpsit. Tu quid sumpsisti? diuitias, sapientiam? honorẽ? &c. Posset quidẽ Deus & fulgur à cælo imittere, & te perdere, nõ vult tamẽ nisi te propriis tuis armis uincere. Hoc est quod Dauid ait: Arcum cõteret, & confringet arma, & secuta cumburet igni: nõ dicit, q̃ assumet Deus arma sua in peccatorẽ, sed quòd peccatoris arma infringet, q̃ diuitias tuas cõburet, q̃ salutem tibi adimet, & honorẽ denique auferet. O mirificam Dei inuentionem, q̃ ea quæ tu in arma sumpsisti, ut supernã Dei magnitudinem offenderes, eisdẽ te superat, & redigit, relinquẽs te paucperem, ęgrotũ, & contumelijs affectũ, ut sic in ueritatis cognitionẽ deuenias, & ad eius Maiestatẽ conuertaris. Sic actũ est cum hoc filio prodigo, qui tam egenũ, & necessitate coactũ se animaduertens, in se reuersus, dixit: *Surgam, & ibo ad patrem meum.* In se reuersus est, anteà enim extra se erat, & dicit: *Ibo.* Dic homo perdite in qua re niteris, ut uadas ad patrem tuũ in qua re speras? Nitor in amore, & clementissimis patris mei uisceribus: licet enim ego, quod erat filij amiserim: ille tamen, quod erat patris non amisit. Licet ego obedientiam & humilitatẽ ei debitã perdiderim, ille tamẽ semper amorẽ, & paterna uiscera cõseruauit. O benedictus, & glorificans sit talis pater. Amate fratres mei, & laudate hunc tam piũ patrem, & dicite ex intimo cordis nestri cum hoc peccatore: Ibo ad patrem meum, & cul- 17
pam meam confitebor, peccatum meum lamentabor, neniam humiliter deprecabor, ante pedes eius prosternar, & ibi uociferabor, dicẽs: Pater peccaui in cælũ, & corã te. Cum hac consideratione surrexit miser filius, & in domũ patris sui cœpit properare.

26

Cũ autẽ adhuc lõge esset, uidit illũ Pater, & misericordia motus est. Pri⁹ (dicit sanctũ Euangeliũ) eũ uidit sic immũdũ & laceratũ, & misertus est eius. Ideò sapientissimè dixit Dauid: Respice in me, & miserere mei. Quare rogas, ut te prius uideat, si quidẽ ita es immũdus, & culpis plenus? Melius erit ut te respiciat postq̃ mundus fueris. Ah nõ recte dicit, hoc exemplo illud intelliges. Si pauper plurimis plagis uulneratus eleemosynã exposcit, nec tñ uulnera prius ostẽdit, ad plurimũ datur illi unũ minutum, q̃ si ea pri⁹ patefaciat, uidet homo ei⁹ necessitatẽ, si est clemẽs, largiorẽ illi porrigit eleemosynam, cũ eum in tantam miseriam redactũ consideret. Ideo dicit Dauid: Respice Dñe uulnera mea, & posteà subdit, Miserere mei. Sic fratres mei uos oportet facere uulnera uestra coram diuino Dei cõspectu manifestantes deprecamini, ut in ea oculos conijciat

Psalm. 8.

28 Simile.

conijciat, & secundum uestram maximam necessitatem eis medeaẽ. Considerate qũo respexerit in hunc filium tam horridum & immundũ, & illum non horrens amantissimè accessit, & suauissima brachia in eius collum iniecit, & osculatus est eũ iucundissimè. Ita uos amplectẽt, & osculabitur, gratiamq̃; uobis conferet, qua gloria comparatur, ad q̃ nos perducat Iesus Marię filius qui uiuit, & regnat ĩ secula seculorũ. Amẽ.

29

Dñica III. In Quadragesima.

Erat Iesus eijciens Dæmonium, & illud erat mutum. Luc. 11.

1 SI attentè uolumus in hunc miserum hominem mutum, & surdum oculos conijcere, animaduertentes hinc diabolum, qui illum sic deuinctum tenet, illinc uerò considerantes Iesum Christum Redemptorem nostrum, quasi contẽdentem, ut eum ab homine expellat (hoc enim significat: Erat Iesus eijciens dæmonium) non erit possibile, quin rem intelligamus dignissimam, q̃ę perpendatur, & maxime sentiatur, q̃ę est: Videre litem, & contentionem, q̃ę est inter Deum & Dæmonem, inter cælum, & infernum, quis eorum hanc nostram animam sit delaturus, & ex alia parte uidere negligentiam, & lasciuiam, qua nos de hac re agimus: quocunq; oculos diuertamus, siue in cælũ siue in infernum, experiemur quasi oĩa aliquo mõ in nobis resolui, & quasi uidẽt q̃ de nihilo alio agatur nisi de nobis. Si à Deo incipimus uidẽt q̃ una ex eius ꝓcipuis intentionib. & in qua multum euigilat, est, ut nos saluos faciat, & custodiat ne condemnemur. Hoc uoluit significare Isaias, cùm dixit, Deum sibi ꝓcepisse, ut in excelsum montẽ conscenderet, & illic maximè uociferatur. Super montem excelsum ascende tu, qui euãgelizas Sion, exalta in fortitudine uocem tuam, exalta noli timere, dic ciuitatibus Iudę: Ecce Deus uester, ecce Dñs Deus in fortitudine ueniet, & brachium eius dominabitur: Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo, sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fętas ipse portabit. O diuina mysteria, Deus det nobis spiritum suũ, ut ea sciamus dicere, eo aĩ affectu quo

2

Isa. 40.

conuenit. Iusit Deus Isaię, ut conscendens in summitatem montis altissimi, magna aĩ fortitudine maximas uoces extolleret, ut eas audirent ciuitates totius regionis, & diceret, q̃ Dñs in mundum uenturus erat, ut hoĩum corda sub suam potestatem redigeret, eorumq̃; dominaretur: & q̃ hoc potiùs ut pastor q̃ ut rex facturus est sicut pastor, etc. Dicunt nõnulli, quòd posuit Propheta hanc similitudinem pastoris, alludens ad Iacob, quia illi tanquam singulari pastori uoluit Deus comparari. Iacob. n. pulcherrimę Rachelis amore ita coactus fuit, ut quatuordecim annos pastor esset, et idẽ amor eum compellebat, ut gregem illum dispari suauitate atq; diligẽtia tractaret, q̃ faceret, si propter aliquid aliud oues illas pasceret. Amor, quo pecudes illas pascebat, efficiebat, ut in illas mitior q̃ in se esset: nondum agnus in monte nascebatur, cùm iam eum accipiebat, et in sinu suo benignissimè fouebat: nulla erat defessa ouis, quam ipse nõ adiuuaret, atque humeris suis in ouile asportaret. Et cum Propheta hic ad literã de Christo Redẽptore nostro loquaẽ, uult dicere, q̃ sicut Iacob ꝓ amorẽ fuit pastor: sic Saluator mundi, à cælo in terram descẽdit ꝓ solum amorẽ, et animarum nostrarum curam gereret. Vna tñ ex differentijs pręcipuis, inter hos duos pastores hęc est, q̃ Iacob præmium, et mercedem proposita habebat laborum suorum Rachelem, quam magnopere diligebat, hic uerò diuinus pastor mercedem et satisfactionem laborum suorum hẽt animarum utilitatẽ. Et ideò dicit; Ecce merces eius cũ eo, et opus illius corã illo. Altera harũ particulatũ, est alterius declaratio. Merces eius cum eo, i. opus eius corã illo. Præmiũ, & utilitas, quã exponit est idẽ opus; quod ad faciendũ uenit. Superintendentia, amor, ac diligentia, qua bonũ nostrum curat, & de salute nostra agit, hoc habet præmiũ, s. ut id consequaẽ, & nos saluos faciat. Ita vt ẽt postquã à nobis discesserit, et iã ad dexterã Patris sedet, hanc curã et solicitudinẽ non deposuerit, sed ibi assiduis precibus coram æterno Patre pro nobis intercedat. Et ita diuina illa exclamatio, quã S. Paulus ad Romanos ꝓ- Roma. 8.
tulit, dicens; Quis ergo nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames? etc. Certus sum enim, qa neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; creatura aliqua poterit nos separare à charitate Dei, q̃ est ĩ

5

Universidad de Deusto Biblioteca

Dicit ulterius Sanctū Euangeliū: *Socrus āt Simonis tenebatur magnis febribus, & rogauerunt illum pro ea.* Orationes iustorū ꝓ sunt alijs, ad bona tēporalia impetranda ut patet ex hoc Sācto Euāgelio, siqdē ꝑ orationes horū iustorū, Dñs huic infirmę salutē cōtulit. Atq; ut patet ex eo ꝙ Dⁿ⁹ dixit
Gen.18. Abrahę, nō delebo ꝑ decē, &c. Quod ꝑ
Act.27. decē iustos nō deleret quinq; illos ciuitates quantūcunq. turpes, & peccatrices essēt. Et in actibus oēs, qui nauigabant in naui orationibus B. Pauli liberati sunt. Vt Angelus
16 ei dixit. Ecce donauit tibi Deus oēs, q̄ nauigant tecū. Verū (ꝙ longè maximū est) ꝑ
1.Ioan.5. iustorū orationes concedit Deus bona spūalia aliis, ut affirmat Diuus Ioannes dicens: qui scit fratrē suū peccare peccatū non ad mortē, petat, & dabitur ei uita. Beda declarat q̄d sit peccatū usq; ad mortē, & sūptū
Beda ex S. Greg. sup Iob. est ex S. Gregorio sup Iob. Quod est peccatū, in quo qs moritur, ꝓ quo neminē oportet intercedere, quia in inferno nulla est redēptio. Liberet uos Dⁿ⁹ fratres mei ne uos mors in peccato cōprehēdat, licet enim uniuersa curia cælestis in diuino Dei cōspectu prostrata salutē uestrā exposcerent, nequaq̄ tñ illā impetrarent. Quanto magis, ꝙ nunq̄ ipsi tale deprecabuntur. Si aūt peccatū non ad mortē peccauerit, ideſt, qđ quanuis mortale sit nō peruenit cū eo usque ad mortē, oret iustus pro hoc (ait Sanctus Ioannes) & donabitur ei uita, & gratia. Sed necesse est utille, pro quo interceditur disponatur, & 17 ex se aliquid faciat. Cōmoratur quis in aliquo uitio, à quo uellet exire, & ita se implicatum inuenit, tā uinctū, & eius amore captū se experit ut ad exeundū uires nō habeat. Petit ab aliquo, q̄ in gratia est ut ꝓ se Deum exoret. Hic isto desiderio & cum aliqua diligentia, q̄ adhibet, ac cum oratione iusti ꝓ se intercedentis misericordiā consequetur, & Deum eum cōfortabit, ut de peccato exeat. Et multo magis cum sunt multi intercessores. Et ita asserit glossa sup epistola ad Romanos. Impossibile est orationes multorum nō exaudiri. Ergo cum hęc Glossa sit doctrina sit tā Sācti Apostoli, ut diui Ioan- per epist. nis, & Spiritus Sācti in eo loquentis non pa ad Ro. 15. tiamur eā amitti, illa utamur commendantes nos sp Sanctorum uirorum orationib⁹.

Et stans super illam imperauit febri, & dimisit illam. Misertus est clementissimus Dⁿ⁹ 18 minus necessitatis miserę infirmæ inclinatus orationib⁹ iustorum, q̄ pro ea exoraue rāt. Præcepit febri, ut illā dimitteret, & statim in illo puncto sana facta est. O benedictus, & glorificatus talis hospes, quanto beneficio hospitium donat, in quod ingressus est, quis non desideret tā liberalē, & munificum Dominum hospitio excipere? Imperauit febri, & illico obedijt. Quantum alapā nobis hoc uerbum infligit, qđ febris & cætera omnia tā obedienter Deo obtēperent, absq. ulla resistentia, ut exaggerabat Dauid Psal. 118. dicens: ordinatione tua pseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Solus antē miser 19 rim⁹ homo diuinę uoluntati contradici. O quātum deberemus confundi cum nos uideamus tā rebelles hic paucis rebus q̄ Deus nobis imperat. Posset ꝑfectò diuina Maiestas nos obligare, ut toto die noctęq. in sua seruitute occuparemur, ut uos nullis qđ operarius, ꝓ duabus dragmis totum diē uobis seruiat, nec sedeat nisi ad prādendū. Vester āt Deus, q̄ uos creauit, conseruat, & quicquid editis, & possidetis uobis largi

tur,quique uelut seruos tuos emit tanto p̃
tio.Non corruptibilibus, auro, & argento
1.Pet.1. redempti estis:sed pretioso sanguine incon
taminati agni Iesu Christi. Et aduertite mi
sericordiã Dei,cũ enim nos tam deuinctos
habeat,& tã emptos,paucis tamen eisq; fa
cillimis præceptis nos uoluit astringere, q̃
etiam nos seruare nolumus, sed in ipsis pas
sim supernę Maiestati inobedimus. O du
rissimã proteruiam rebellium filiorũ Adæ.
20 Pudeat nunc uos, & considerate,quantum
huic potẽtissimo dño debeatis. Sic sanctus
1.Co.6. Paulus nos admonet dicens: Empti enim
estis pretio magno, glorificate, & portate
Deũ in corpore uestro. Siquidem estis serui
toto pretio empti non solũ animis, uerum
& corporibus etiã Deum glorificare, ipsi q̃;
seruire debetis. Iustitia diuinæ uoluntati su
biecti sunt cognoscentes,quantopere id fa
cere debeant,ut quicquid faciunt, sub obe
dientia facere desiderent, ut multo plus in
eo mereantur, Pater noster San. Franciscus
solebat in itineribus, quæ faciebat obedien
tiam promittere socijs suis, ne suo arbitrio
ducerẽtur,& ut in pretiosa uirtute patiẽtiæ
sese exerceret Sãctus Patriarcha Noe licẽt
integrũ annũ in arca cõmoratus fuerat in
21 tanto animalium fętore,& tanta angustia,
Gen.8. ut in Gen.legitur, cumq; fenestrã aperuis-
set,& uidisset terrã iã esse aridam, mensem
tamen vnũ in arca fuit,nec egredi audebat,
sperans,quid sibi Deus pręciperet,& pera-
cto mense dixit ei Deus: Egredere de arca,
tu & vxor tua,filij tui,&c. De Sancto Abra
Heb.11. hã perpẽdit Diuus Paulus quod ita diuinæ
uoluntati subditus esset, ut fide obedierit ĩ
locũ exire,quẽ accepturus erat in hæredita
Gen.12. tem,& exijt nesciens quò iret..Senex erat
Abrahã & septuagesimum quintũ annũ cõ
fecerat,cùm ei præcepit Deus ut de patria
sua exiret. Sed absque resistentia gressus est
Rom.13. de regione sua,nec sciebat,quo sibi Deus p̃
ciperet iter facere. Ita diuinę uoluntati sub
missus erat. Hanc obedientiam significauit
Sanctus Paulus cum dixit: Induimini Dñm
22 Iesum Christũ. Vestes, quas sartores consi
ciunt,scindunt eas ad mensuram: staturę il
lius,cui sunt uestes,nec una omnibus seruit
sed unusquisque dispare uestem deposcit.
Hæc autem uestis quam apostolus nos ad
monet ut uestiamur,est unice uersa, una.n.
omnibus seruit, & unusquisque iuxta eius
forma debet scindi. Non est Euangelium si
cut illa regula Lęsbia,quæ erat plumbea,et
eam ſm lapidis figuram flectebãt artifices,
eo qđ durissimi essent ne illos perficerent.
Quod ędificium esset illud ex lapidibus ru
dibus,& incõptis? Cũ ergò nos admonet S.
Paul⁹ ut induamur Iesũ Christũ, admonet
ut in oibus diuinę eius uoluntati cõformemur,moderãtes nos ſm Sanctũ Euangeliũ,
abscindẽtes affectus nostros, & curãtes nos 23
efficere ſm diuinę legis formã. Nõ oportet
Euangelium,& Iesum Christũ,qui eũ institu
it,nobis couformari, sed nos potius illi
adhærere. Quãtum ab illa prõptitudine, &
obedientia Abrahę abhorreamus, quãtũq;
ab illa subiectione Noe,& ab eo, q̃ nos hic
admonet S.Paulus absimus, unusquisq; sui
ipsius potest esse testis,& uere ac ex animo
calamitatẽ suã lacrymari, considerans,q̃ ,p̃
cul absit à Iesu Christi forma,& eius Euan
gelij uijs. Vereundemur ergo fratres mei,
hãc uiuendi rationem sequentes, ne patia-
mini ut insensibiles creaturæ uobis excel- 24
lant cum ipsę sint tã promptę, atq; diuinis
institutis obedientes, curare ut uos multò
promptiores,& obedientiores sitis.

Et continuo surgens ministrabat illis. Hic
detegit alia miseria nostra ploratu dignissi-
ma. Surrexit hæc mulier à morbo,& statim
cœpi ei seruire,qui sibi salutẽ contulit. In-
firmaris,& petis instãtissime à Deo salutẽ
,pponens te illi diligentissime seruitutũ cõ
cedit tibi diuinã Maiestas salutẽ ſm mise-
ricordiam suam:& statim ut ab infirmitate
surgis incipis eũ mille sceleribus offende-
re. O cęli,ò terra,ò insensibiles creaturę ob
stupescite de tãta ingratitudine. Quid dice- Simile.
retis de homine,qui cũ esset cęcus, sine ma
nibus ac pedibus oia simul ab aliquo acci-
peret,& vt primũ ea accepit, inciperet ma-
nibus arcũ cõtendere, pedibus eũ insectare 25
tur,& in eũ oculis suis intueret, crudelissi-
mãque in illũ sagittã immitteret: posset es-
se maior ingratitudo,q̃ hęc? Tu peccatores
hic ingratus. Vide qualis ĩ strato tuo fueris
cũ nullo sensuum tuorũ uti posses, dolori
bus circunseptus,& febri æstuãs, dedit tibi
Dñs ualetudinẽ, uide quid feceris postq̃ eã
accepisti,manibus,pedibus, ac deniq; ocu-
lis,quas in tuũ sũmũ bñfactorẽ sagittas im
miseris. Heu desũt uerba, q̃ digne tantã in-
gratitudinẽ exaggerare possint. Qñ Pharao
plagis se obsessũ uidebat, affirmabat se e-
mendãdũ eẽ. Orate Dñm (dicebat) ut ause- Exod.8.
rat ranas à me,& dimittã populũ, ut sacrifi
cet Deo. Et cũ De⁹ plagas abstulisset stati ad
duri-

duritiem suam redibat. O quot modo sunt
in mundo Pharaones. Cum uos infirmos ui
detis mille modis Deo seruire proponitis,
& ut primũ in pristinam ualetudinẽ reditis
oia hæc obliuiscimini, & offendere Deum
incipitis. Notate adhoc ,ppositum dictum
Plí. Iun.in quoddam Plinij Iunioris. Quę sñia non de
epist. Nup beret ĩ fidelis ore ,pferri, sed (ut ait S. Aug⁹)
li.7. epist.o multa optima consequuti sunt infideles, q̃-
larum. bus ipsi indigni fuerunt, quib. nos uti pos-
26 sumus, & ea ab illis auferre, quia ad illos
D.Aug.de nõ pertinent tanquam ad iniustos possesso
doct. Chr. res ut fecerũt Hebręi cùm Aegptios auro,
& argento spoliauerunt quasi iniustos pos-
sessores,atq; eo Dñi tabernaculum exorna
runt: sic nos diuitijs, & sententijs gentium
possumus uti,ad aĩarum nostrarum decus,
& ornamẽtum. Dicit ergo Plinius: Possum
Prou.12. ego,q̃ pluribus verbis,pluribus etiam uolu
minibus Philosophi docere conantur,ipse
breuiter tibi mihiq; ꝓcipere,ut tales esse sa
ni perseueremus,quales nos futuros ,pfite-
mur infirmi. O mirificam sñiam? Fęlix est,
qui eã seruauerit. Dic cùm grauissimo mor
bo laborabas,qualis eras? quid facere pro-
ponebas? cõcutiebaris ne tunc ambitionẽ?
27 luxuria tunc concitabaris? preteritę concu
binæ recordabaris? Non profectò. Imò di-
cebat: O utinam nunquam ego diues,ambi
tiosus,& amator fuissem. Si Deus mihi salu
tem contulerit ego præteritam uitam corri
gam,& ad meliorem me recipiã. Cura ergo
talis esse sanus,qualẽ te in infirmitate fore
profitebaris,& ita sanitas tua erit ad seruitu
tem Dei, q̃ tibi ualetudinem cõcessit: sicut
fuit sanitas huius optimę mulieris,quę sur
gens ministrabat illis, & sic acceptã ualetu
dinem conseruabis. Melius remediũ ad be
neficia accepta conseruanda, essĳut Deo gra
tissimus sis. Promiserat Dñs Deus se terrã
illam amœnissimã filiis Abrahæ daturum,
& quãuis S. Patriarcha diuinę promissioni
28 satis fidei adhibuerat, timebat tñ ne sui po
steri terram illam aliqua negligentia deme
rentur,& cupiebat remedium adhibere ne
tanta beneficia amitterent: atq; cum hoc ti
more Deũ interrogauit, unde scire possum,
Gen.15. quia possessurus sum eam? Et Rñdit Dñs:
sume,inquit mihi uaccam triennem,& ca-
prã,& arietem annorũ trium,turturemque
& colũbam &c. Ac si diceret, Arma,& ,p̃
ctiones,qb. poteritis conseruari in benefi-
ciis,quę uobis fecero,erunt plurima,& assi
dua sacrificia, offeretis.n. uaccas, arietes, &
oues, &c. Ecce quo remedium, quo benefi-
cia à Deo accepta potestis conseruare,& in
dies plura denuò impetrare, est,gratos esse
crebro diuinæ Maiestati seruiẽtes,atq; hæc
perseuerantia etiam augmentũ gratię com
paratur & postea maior corona gloriæ im-
petratur. Ad quam nos perducat Iesus Ma
riæ filius,qui cum patre, & Sancto Spiritu
uiuit,& regnat in sęcula sęculorum. Amen. 29

Feria VI. post Dominicam III. in Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ,quæ dicitur Sichar,iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Ioan 4.

REFERT S. Ioannes q̃ de-
creuit Dñs sua diuina prouí-
dentia decedere à Iudęa in
Galilęam. In Genesi dicitur, 1
quod etsi multas diuitias habebat Abrahã, Gen.23.
qñ eius uxor Sara obiit in toto terrarum
orbe ne sulcum quidem terræ possidebat.
Et ita dixit incolis Hebrõ in terra Chana-
am ubi S. Sara defuncta est. Aduena sum,
& peregrinus apud uos date mihi iús se-
pulchri uobiscum, ut sepeliam mortuum
meũ. Et affirmcuit S. Stephanus, Nõ dedit Act.7.
illi hęreditatẽ in ea neq; passum pedis. Nec
illic emeret,ut emit,nisi esset ad construen
dũ sepulchrũ uxori suę. Atq; hoc ita fuit,
ut cùm Deus ei præciperet,ut in aliã regio
nem migraret prõptior esset,& magis expe
ditus ad exequendum mandatum Dei. Vo
lebat.n. Deus ut per diuersa loca iter face
ret,ut ubiq; bonum exemplum oñderet,&
diuinæ Maiestatis ac uirtutis testimonium
perhiberet. Sic etiam dixit Tobias: confite Tob.13.
mini Dño filij Israel & in cõspectu gentiũ
laudate eũ, qm̃ ideò dispersit uos inter gen
tes,quæ ignorant eum, ut uos enarretis mi
rabilia eius,& faciatis scire uos, quia nõ est 2
alius Deus omnipotens præter eum. Modò
uerò non solum filii huius seculi uolũt plu
rimas possessiones habere, & terrenis reb⁹
submergi, uerùm multi etiã religiosi tam
altas in uno loco radices agunt, ut difficil-
limum in alium migrare ueĩnt cùm maxi-
mè necessarium sit, ut iusti in diuersis locis
& regionibus uirtutis testimonium perhi-
beant. Hoc nos docuit supremus mũdi Ma
gister Iesus Christus, qui non in una urbe
tan-

tantum commorabatur, sed pedester ac defessus de ciuitate in ciuitatem properabat, ut oibus prodesset. Cũ igit ad hoc ex Iudæa in Galilæam iter faceret uenit in ciuitatem Samariæ. Antequam erat fundus quidam, quem olim Iacob in beneficiũ dederat filio suo Ioseph. Tunc.n. maior hereditas ijs dabat quæ uirtutis erant studosiores, licet maiores natu alii essent. Non ut modo, q̃ licet primogeniti sint ꝓterui, ut plerunque esse solent illi primogenituram accipiunt, cum
3 tñ digni essent, qui exhæredarent, punirent, & contumelijs afficerent. Non sic olim fiebat. Et ita loquens Spiritus Sanctus de filio, qui patrem suũ Noe dedecorauit dicit: Cũ didicisset, q̃ fecerat ei filius suus minor &c.
Gen. 9. Non erat Cham filius minor Noe, sed Iaphet, & tũ eum uocat Spiritus Sanctus minorem, quasi per contẽptum. Filius namq; malus, & inobediens licet sit maior in contemptum, minoris æstimandus est, q̃ minor filius, & sæpius (inquã,) peruersi esse solẽt maiores, quam minores. Huius rõnem reddit grauissimus quidam doctor super illum locum Genesis, qui narrat, q̃ Ruben primo genitus Iacob, patris sui stratum violauit, dicens q̃ primogeniti, cũ geniti sint in inítijs, &
4 iuuentutis flore, turpiori & magis effrenato ardore concupiscentiæ in suppliciũ immoderationis illius, qua parentes usi sunt, filii primogeniti proteruiores esse solent & peioribus moribus imbuti, & aliis plurimis miserijs corporalib. contaminati: in pœnã pauci timoris Dei, & defectus Sanctę intentionis, qua geniti fuerãt, & posteà ipsi primogenituras accipiunt cũ alijs fratribus qui meliores sunt iniuriã inferant.

Erat .n. ibi fons Iacob, &c. Mirabile est illam terram ꝓmissionis, q̃ tanta exaggeratione Deus Hebræis promisit tam inopem
Deu. 11. aquæ esse, ut puteum, maximi æstimarent.
5 Atque idẽ Deus eis dixit. Terra.n. ad q̃ ingredieris possidendam non est sicut terra Aegypti, ubi iacto semine in hortorũ morẽ aquæ ducunt irriguæ, sed de cælo expectãs pluuias. Atq; idem modo experientia compertum est. Mauri, & infideles ubertimos possident agros, & uix sciunt sterilẽ annum degustare, at uerò inter Christianos maxima est sterilitas. Intelligit Deus nos esse
Simile. quasi bruta animantia, quasi porcos, qui in montibus depascunt qui dum humi habẽt glandes, quas rodant comedunt, & nihil aliud faciunt, sed alij in alios inuehunt, nec unq̃ in altum oculos extollũt, quousque illæ glandes consumant, tunc uerò cũ glandes cõsumptæ sunt capita erigũt, & oculos attollunt, ut uideant, an plures ab illicibus excidãt. Tales sumus nos, dum terra nobis necessaria procreat, nec esurimus, nõ recordamur oculos í Deum erigere, sed ut dicit Dauid oculos suos statuerunt declinare in terrã. Prę meditatẽ, & accepto suo cęco cõsilio cõstituerunt oculos in terram deijcere. Psalm. 16.
Nihil aliud faciunt, q̃ edere & ringi tps in litibus consumentes. Et cum primũ necessaria nobis desunt, statim oculos in cælum
6 eleuamus, & à Deo salutẽ postulamus. Vult ergò diuina Maiestas, ut aridos, & steriles agros habeamus, semperq; imbres, & rores à cælo expectemus, & siquidẽ nõ libenter, saltẽ necessitate coacti semper oculos, & cogitationes í eum extollamus, quasi ab eius diuina ꝓuidentia suspensi misericordiam illius expectemus Mauri, Aegyptii, & alij infideles, ipsi oẽm ubertatem habeant, q̃uis enim inopia premerentur, oculos tñ ad Deum nunquam extolierent, nos aũt abundantiã non habeamus ut oculos erigamus.

Ad hũc ergo puteũ accessis bonus Iesus maximè fatigatus. *Iesus ergò fatigatus ex itinere sedebat superfontẽ.* Propter unam tantũm mulierem, q̃ ad quærendum illuc ue-
7 niebat Dñs, tm laborem uoluit perpeti. Hic detegitur infinita Dei clemẽtia, tot .n. labo- Simile.
res pro uno, quot ꝓ oibus uoluit tolerare. Hoc est, quãquam labores Dñi nostri Iesu Christi, eius uita, & mors fuit in remedium oĩum electorum, quantũ ad efficaciã unusquisq; illi tenetur eas gratias agere, acsi ꝓ se solo patereturfuit sol etsi oibus lucet, nõ minus uni lucet, q̃ si soli illi, & nõ aliis Simile.
luceret. Idcirco S. Paulus dixit. Qui dilexit Gala. 2.
me & tradidit semetipsum pro me. Transis per diuersorium, septem, aut octo sedetis ad mensam, & caupo oĩbus cibos apponit. Tu ede bene aut male, tñ .n. dés soluere, si malè & parcè ederis, ac si opipare mãducaueris, sumptus .n. cibi in oẽs diuiditur, si
8 uerò tu solus comederes ẽm quod comedisti persolueres. Diuersoria quæ in hoc cœli itinere sunt, huius conditionis sunt. Mensa est ꝑparata tot sacramẽtis, tormẽtis, uerberibus, defatigatiõnibus, quas pro nobis Redemptor noster passus est, uide quomodo edis, tu enim omnia debes soluere, ne arbitreris, quod sumptus inter multos diuideb dus est, tu solus debes soluere, & gratias agere

agere pro omnibus, quæ Iesus Christus filius Dei passus est, & unusquisq; sigillatim hoc debet arbitrari cum ita filius Dei pro unoquoque passus fuerit, ut pro unoquoque sigillatim, facere, quod pro cunctis fecit. Contemplamini nunc principem illum regũ oĩum terræ iter facientem, peditem nudis pedibus, famelicũ, fatigatum, & cum
9 peruenisset ad puteũ sedit super eũ, ut refrigerationẽ aliquã caperet, ab aere qui de eo exibat, ut ait sacratus textus. *Sedebat sic super fontem.* Res ineffabiles, & quæ dici nequeũt solent in sacris literis significari per hãc dictionẽ, sic. Qñ Dñs uoluit à D. Ioanne baptizari, dixit sine modo, sic oportet
Matt. 11. nos implere oẽm iustitiã. Sic non sunt uerba, quæ illius sancti operis profundã humilitatẽ possint penitus explicare. Cùm ipse diuinus Redemptor de Euangelij elucidatione, & reuelatione humilibus facta, & sapientibus absc̃dita loqueret, dixit, sic fuit placitũ ante te. Cùm idẽ hic Dñs exclamãs
Marc. 15. in cruce expirauit, dicit unus Euangelista,
Ioan. 3. cũ uidisset Centurio quia sic clamans expirasset, &c. Et cùm per S. Ioannẽ ageret unigenitus filius de amore, quo æternus pater mundum amat, & amauit dixit, sic Deus dilexit mundũ. Cùm Sãctissima uirgo Maria reperit filium suum sacratissimũ inter do-
10 ctores, ut exaggeraret quo dolore affecta fuerit ꝓp eius absentiam dixit ei. Fili, quid fecisti nobis sic? In oĩbus his locis illud sic, significat res quas nulla uerba pñt explicare, & ita hic significat sedebat sic. Quo sic, nullis uerbis explicari potest. Sic defessus, sic laxatus, sicut nobis opus erat. O bone Iesu, ò gloria & splendor aĩæ meæ, quis tam fortunatus fuisset, qui te sic sedentem uidisset, quis uultum istũ diuinũ aspexisset præ sudore, & fatigatione, candidũ, & rubicundum rosis pulchriorem, fruentem pauca il
Luc. 2. la refrigeratione, quæ de puteo potuit exire, q̃s illic tibi posset ministrare, teq; in tanta necessitate cõsolari; Notate diligẽter su
11 per hũc locũ, q̃ noluit Redemptor uitę venire, ad aliquẽ, qui ipsum liberaliter tractaret, & sui misereť, sed ad eam, à qua cũ uas aquę peteret eã sibi denegaret. O Christe Reparator mundi, quã singularẽ nobis doctrinã præbes, ut labores, et fatigationes patiẽter feram⁹. Nõ tibi deesset Domine Iesu Christe refrigeriũ in tuis laborib. sed iia durè, et sine cõsolatione nos perferre uoluisti, ut nobis patiẽtię esset, et charitatis exẽplo.
O quot uires hinc potest elicere ãius defessus í huius miserę uitę peregrinatione. Cũ sic esset hora erat quasi sexta. Meridies erat, in ea, s. hora, qua crucifixus fuit uenit mulier de Samaria. Et sol⁹ locutus est Dñs cũ ea. Discipuli .n. iuerant in ciuitate ut cibos emerent. Tunc nõ erat malum exemplum hoiem solũ cum muliere loqui. Notate ad hoc propositũ singulare quoddã exẽplum. In Genesi legit q̃ accessit S. Iacob ad Meso Gen. 29.
potamiã prope Haran & inuenit in agro pastores quosdã cum gregibus suis, & cum loqueret ad eos dicit Sacer textus. Et ecce Ra 12.
chel ueniebat cum ouibus patris sui, nã gregem ipsa pascebat. Et de hac ipsa uirgine dicit ibidẽ, q̃ erat Rachel decorã facie, & ue nusto aspectu. Erat pulchra, casta & pudica. Non aduertitis uirginẽ decoram in agris & montibus in societate aliorũ pastorũ, & tñ castam, & pudicam. Non admiramini temporum illorum probitatem, ét iuter infideles, ut erant illi ex Haran tãtam puritatẽ & adolescentũ honestatẽ, & fœminarũ uirginitatẽ non miramini, in mõtibus, soli commorabant, soli, & casti, nec castitatẽ, nec famam amittebant. O infœlicitatẽ nostram, in quãtam corruptionẽ, & deprauationem deuenimus. Et tñ nos iactamus quia Chri 13
stiani sumus. O tpa infœlicissima in quibus cõclusis uirginibus, & post septẽ parietes custoditis, uix audet mater ire ad missam, cùm iam mille calamitates dõmi suæ reperit. Tanta impudicitia, & dissolutio est in adolescentibus nostræ tempestatis ociosis, turpibus, domuũ desolatoribus, destructoribus, & prophanatoribus alienæ famæ, & pudicitiæ Virginesq́ue ita sunt dissolutę, et prophanę, ut uisu sit turpe, & indecorũ. Videte hanc uirginẽ, montibus assuefactam, cum Iacob accederet, et reuelaret ei eius esse consobrinũ, ac cũ illa fleret (ut ubi dicit) et eleuata uoce fleuit, & idicauit ei, q̃ frater esset patris sui & filius Rebeccę. At il
la festinans nunciauit patri suo. Vix illi Ra 14
chel uerbum loquuta est, sed currens nunciat hęc patri suo. Et postquã desp̃sata fuit Iacob, septennio cum ea commoratus est in domo Laban patris eius, tanta cũ puritate, & castimonia ac si ille non esset hõ, nec illa esset fœmina. Hæc oĩa ad nostram cõfusionem dixi, atq; ut nostri tpis calamitatem lachrymemur, et Deo remediũ deprecemur. Et ut intelligatis q̃ in illis tpib⁹ quamuis Dñs in agro solus cum illa mu-
liere

liere loqueretur, tanta erat synceritas ut illud scandali materiam minimè daret.

Cum igitur mulier accederet ad puteũ ad hauriendam aquam: *Dixit ei Iesus, mulier, da mihi bibere.* O ineffabilẽ Dei clemẽtiam, q̃ meritò dixit S. Paulus. Gratia enim estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dei.n. donum est non ex operibus, ne quis glorietur donum Dei est. Quòd absq; meis meritis me uocauit, & illuminauit, & tot in
15 infidelitate repudiauit. Quando persoluemus fratres hoc tam singulare beneficium, quod à Deo accepimus? Quid fecisti tu, ut haberes fidem, quam habes, antequã illam haberes, plusquam Mauritanus, qui in barbarie commoratur? & tñ illum reliquit, & te illuminauit. Vocauit Deus Abraham, & dixit illi, egredere de terra tua, & de cognatione tua &c. Et ante hanc uocationem, nulla Abrahæ merita leguntur, pp quæ Deus hoc beneficium ei conferret, sed fuit ex sola Dei gratia. Hoc idem uidemus í hodierna lectione S. Euangelij, absque eo, q̃ ulla merita huius mulieris præcesserint, cũ
16 ipsa esset peccatrix, & concubina, incipit lux mundi reuerberare in ea, & illam illuminare, atque ad hoc faciendum occasionẽ assumit, petere ab ea aquam. Quoties cùm tu peccator actualiter peccas, cor tuum in pectore uolutatur? Quid aliud sunt hæ uoluntationes, & cõscientię morsus, quàm piæ quædam refrænationem Dei? qui cum dignus esses qui uiuus terra absorbereris, a te cordis compunctionem petit & ut ad se cõuertaris, atque per ueram contritionem ei des bibere. Ecce quomodo tecum indigno misericordia etiam utitur.

Ephe. 2.

Gen. 12.

Quomodo tu Iudæus cũ sis. &c. Respõdit Dñs: *&c. Si scires donum Dei &c.* Videamus nunc qũo conuertit responsum Dñi cum
17 quæstione mulieris? Aduertite, & videbitis q̃ conuenienter, & cõgruè illi rñdeat Dñs: O mulier si intelligeres tempus í quo uiuimus, tps legis gratiæ: si intelligeres quot beneficia confert Deus absq; personarum respectu, si intelligeres Euangelicam legem iam accessisse, in qua fides, gratia, & gloria omnibus, Iudæis, ac gentilibus sine ulla psonarum acceptatione cõicanda est. Hæc oia significat donum Dei. In Actibus ait D. Petrus q̃ uidit cęlum apertum, & uidit descendens vas quoddam uelut linteum magnum quatuor mitus submitti de cęlo in terram in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terrę, & uolatilia cęli. Et facta é uox ad eũ, surge Petre, & occide, & mãduca: O mulier si scires donum Dei. Si scires me esse linteũ gratię, linteũ misericordiæ, totiusq; pietatis & oĉs à me recipi, meq; oĩũ esse redemptorem. Veniant serpẽtes, ueniant leones, & tigres, veniant oĉs peccatores, oĉs.n. in me medicinam inuenient. Si hoc intelligeres non mirareris uidens me dissimilem
18 aliis Hebræis, omnib⁹ loquẽtem, & nullius familiaritatem repudiantem, sed forsan à me peteres, & ego tibi darem aquã uiuam, ò dulcissimum uerbum, ad peccatorũ spem maximam prolatum? Eia est hic aliqua anima Samaritana? Ecce Deus te sua gratia inuitat. Est ne hic aliquis serpens aut draco? Aliquis peccator? Ne sis timidus homo, ne sis diuinæ Maiestati rebellis, diuinæ gratię ne resistas. Ecce quas alas tibi pbeat amor filii Dei. O quam merito cõquerebatur Iob de eis qui nolunt beneficia à diuina Maiestate oblata accipere, cum diceret. Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt uias eius.
19 neq; reuersi sunt per semitas illius. Videtis hoc, q̃ lumẽ sese illorum oculis offerebat, ut uiderẽt, ipsi uero pertinaces erãt, & oculos claudebant ne uiderent, & ideò dicit, q̃ uias diuinas scire noluerunt, quas Deus perambulat, & in quibus inuenitur, quę sunt mandata altissimæ Maiestatis, & eo q̃ uias has non currunt, rebelles sunt oblatę luci, nec eam uolunt accipere. O duri quid uos fortes facitis, & cum Deo cõtenditis? Deus nobis bona offert, & nos dicitis q̃ ea accipere nõ uultis? Deus uos illuminat, uos uero oculos clauditis, ut iucundius, & absque ueritatis cõtradictione, quæ reprehendere uos solet cum peccata cõmittitis, uoluptatibus incumbatis. O miseri de uobis loquitur Deus quasi admiratus per Hieremiam dicens, quis audiuit talia horribilia? nunq̃d deficiet de petra agri nix Libani? quis unquam (ait Dñs) tam ob stupẽdas audiuit insanias, q̃ homines rationis participes, ita illius expertes uiuant? repellet ne ager sitiens nuem, quæ descendit liquẽfacta de saxis montis Libani? aut libẽter non recipiet aquas frigidas, et uiuas ad se uenientes? significans hæc metaphora quãtum peccator indigeat misericordia Dei, et qũo eã Deus ad misericordiam inuitat, et per ipsius fores ingreditur, ut oia illius peccata dimittat. Et ut ondat qũo peccator misericordiã Dei despiciat, eiq; ianuas claudat, Dñoque eam

Act. 10.

Hier. 18. 20

eam offerẽti, ut in peccati sui siccitate, & sterilitate cõmoretur. Quid amplius hoium nequitiæ superaddi potest, post q̃. n. in summo iniquitatis gradu sunt, adhuc nolũt ueniam accipere, q̃ eis Deus offert. Cognosce ergo fratres mei ueritatem, & ne in no
21 bis talis amentia reperiatur, sed curate hac optima occasione uti, q̃ modo uobis offert.

Ait mulier: *Domine neque in quo haurias habes, &c.* Rñdit Iesus: *Omnis qui biberit ex aqua hac sitiet iterum.* Quid tã admirabile necesse est esse aiam, etsi illã nõ uidem⁹, cum nulla re, præterquam solo Deo satiari possit. Confiteantur Dño miæ eius, & mirabilia eius filijs hoium, quia satiauit aiam inanem, & aiam esurientem satiauit bonis. Sedentes in tenebris & in umbra mortis, uinctos in mendicitate & ferro: dicebat Da
Psal. 106. uid: Non dicit. Confiteantur Dño hoium linguæ, sunt.n. rudes, sed ipsemet misericordiæ eius, & quare eum laudaturæ sunt? qa satiauit aiam inanem, &c. quia interim dũ non habet Deũ uacua est, & licet plurima
22 sinẽ Deo habeatis omnia sunt quasi nerui, & cõpedes, quibus cogitationes alligantur.

Simile. Omnia hæc in cõparatione Dei sunt tenebræ, q̃dã, & umbra mortis. Quemadmodũ umbra siue sit rei candidæ, aut uiridis, aut alterius coloris, sp tñ ipsa est nigra, & obscura, ita prosperitas secularis, siue sit honoris, siue diuitiarum, siue uoluptatum, sp ipsa in se est obscura, & tenebrosa, & tristis, qa est res quæ præterit, non uerò solida. O pater (dices tu) hęc tñ uoluptatem nobis affert. Dico fratres mei, q̃ pt esse uenenum, q̃ sit dulce, sed ut primum ad cor accesserit, cùm ibi uitam reperiat, segregat eam illic, & statim cor affligitur, sentiens se à uita se-
23 parari. Ita res seculares, quæ sensibus sunt iucundæ intus animum feriunt, & in conscientia morsus & dolores efficiunt. Poetę res fictitias dicebant, quas suis perspicacibus ingenijs fingebant, ut cũ illis ueritates aliquas significarent. Dicunt hi, q̃ rex quidam Frigiæ, noie Basia, hospitem habebat Deum Bacchum (Deum potationis) & ut eũ in domũ suã excepit, dixit Deus ille, ut pro hospitio q̃quid uellet à se peteret. Volo (inquit Rex) ut mihi cõcedas, q̃ q̃quid tetigero, in aurum conuertatur & ita concessit. Accepit igitur saxũ, & uersum est in aurum, atq; ẽt alterum, & quicquid sibi uidebatur bonum esse tangere, ubi primum attingebat, efficiebatur aurum. Cũ iam haberet, q̃ (uideri suo) sufficeret, iuit ad manducandũ, & cum tetigisset panẽ, uersum est in aurũ, & ibidem, cũ accessisset ad potum. Itaq; miser, fame sitiq̃ peribat. Cum aũt hoc oĩa aduerteret, reuersus est ad Bacchũ, & dixit Oro te, ut q̃d dedisti, auferas mihi: quid mihi tñ auri prodest, si tñ fame pe-
24 riturus sum? Aurũ.n. non potest stomachi famem satiare, hoc significabatur hac fabula. O sancte Deus, nõ uidetis, ò homines amẽtes, q̃ hanc uoluntatis nobilitatem non potest aurũ satiare, aut quicquid in toto terrarum orbe est, pter solũ Deũ. Et ita licet horũ plus bibatis, sp tñ sitietis, quousque Deũ habeatis. Ecclesiasticus uester contrarium Eccl. 24.
huic dicere. Qui edunt me, adhuc esuriẽt, & qui bibunt me, adhuc sitient. Nota q̃ fames duo cõnotat, dicit debilitatẽ, & rabiẽ, atq; ẽt appetitum excitat. Qui ergo Deũ eiusq; dona accipit, adhuc esuriet, & sitiet, non cum debilitate & rabie, sed significat, q̃ habebit promptitudinem, & uiuum appetitum, ut cibus ei meliùs sapiat, & sitim
25 sine rabie, sed ad maiorem delectationem.

Domine da mihi hanc aquam, &c. Dicãt totum ad literam usq; ibi. *Et hunc quem habes non est tuus vir.* In hoc significat Dñs, q̃ mulier illa erat peccatrix cũ pertinacia, illud.n. quem habes, intelligit affectu, & uoluntate. Loquitur ut Deus, qui cor eius intelligebat; hunc, quẽ tantopere diligis. Cũ diabol⁹ curet homines sui similes efficere, curat, ut in hoc pcipuè sibi similes sint, q̃d est, ut in peccato perseuerent, sicut & ipse perseuerat. De eo.n. dixit Dominus. Ille ho Ioan. 8.
micida erat ab initio, & in ueritate nõ stetit. Perpẽdite illud, erat, s. continuãs affectũ, è contra uerò, unũ ex eis, q̃ a nobis studiosiùs Deus petit est, ut in bono maximè perseue
26 remus, & ita suo nomine nos admonet S. Paulus. Itaq; fratres dilecti stabiles estote, 1. Cor. 15.
& immobiles abũdãtes in omni opere Dñi, sp facientes, q̃ labor uester non est inanis in Dño. Videte quot uerbis hic nobis perseuerantiam cõmendet, ut stabiles, immobiles, sp, & in Apoc. nobis dicitur: Esto fidelis
usque ad mortem, & dabo tibi coronam ui Apoc. 2.
tæ. Quemadmodum perseuerantiæ in uirtute, usq; ad finẽ coronę gloriæ debeẽ, ita p seuerantiæ in culpa usque ad mortẽ infern⁹ iure optimo debetur. Et est ualdè notãdũ, q̃ nullius peccati hãc mulierem notauit, nisi concubinatus, & fuit, quia fortasse cętera omnia eius peccata exinde proficiscebãtur,

tur,quo peccato ablato omnia alia in terrā procidere̅t. Dicit quis unum mendacium, atque ut illud tuea̅ dicet postea quadraginta & iurabit,ac periurabit. Habet q̄s malam societat̄e̅,ut eam sustineat,mille peccata committet. Hēt alius odiū,atque ut uindictā sumat nullum crimen intentatū relinquet. Ambitiosus uerò,ut quod expetit cō sequatur,quid non faciet? Ad hoc ꝓpositū potest dici illud D.Iacobi. Qui in unum offendit factus est omniū reus,i. qui in unum scelus incidit,q̄rum est ex se ianuā aperit, atque in prōptu manet, ut alia plurima cō mittat. Vt ecōtra intelligendū est uerbum illud quod S.Paulus dixit: Charitas nunq̄ excidit,hoc est,charitas ex natura sua nunquā hominem incitat,ut in peccatum excidat,sed eum prouocat & adiuuat ut in gratia conseruet̄,& in uirtute ꝓseueret. Atque hæc est propria intelligentia huius loci. Nō autem q̄ postquam semel charitas intret in animam,durat in ęternum. Cum sit uerū, q̄ ij qui in gratia non sunt confirmati, manebunt in gratia,uesperi autem & quidē antea,eam,sua culpa,possunt amittere.

Iacob. 2.

1.Cor. 13.

Vt illa uidit Dn̄m peccata sua intelligere,dixit ei: *Domine,ut uideo, Propheta es tu, patres nostri in monte hoc adorauerunt.* Videris Dn̄e Propheta,idcirco rogo te,ut quę stionem hanc mihi explices, ubi sit adorandum? In his uerbis detegit̄, q̄ licet hæc mulier peccatrix esset,aliquem tn̄ boni saporē̄ habebat. Vnū erat,esse peccatricē occultā, & ita occultā,ut Dn̄m Prophetā iudicarit, eo q̄ eius peccatum sibi reuelauit,quod ipsa secretū existimabat. Alterum,q̄ expectabat,& desiderabat aduentū Redēptoris, & rōnem habebat de loco orationis, & licet concubina,quærebat tn̄ ubinam esset orandum?,& simul cū hoc zelatrix erat religionis suæ & scrupulum iudicabat dare bibere homini Hebræo,& ita ei dixit: *Tu Iudæus cum sis, &c.* Et forte hi boni respectus fuerunt aliqua dispositio,ut Deus eā auferret malo statu in quo cōmorabat̄. Quantumcunque peccator quis sit, nunq̄ tamē bona opera debet prætermittere, q̄uis.n.illa nō ei ꝓsint ad ęternā uitā,tamē inter alia,duo maxima cōmoda solent afferre. Alterū est, q̄ per hæc bona opera quodāmodo disponitur,ut eū Deus illuminet,& a peccato abstrahat. Iter facit quis in aliq̄ urbem,aduenit caliginosa nebula, & aberrat a uia, postea interrogat,hæc uia ducit ad talē urbē? dicunt ei: Non multum est iam ex quo iter amisisti. Verum ecce semitā,quę licet ipsa non sit recta uia,si per eā ambulaueris,ipsa te ad iter ducet. Vide peccator, aberrasti à uia cœli,q̄ est gratia,& acceptatio diuina in uenisti seruum Dei,qui tibi dicit: Aduerte frater, q̄ aberrasti, hæc uia in qua gradieris ducit ad infernū,longè a uia gloriæ erras,vide quot sunt dies,ex quo mortaliter peccasti,tot n.sunt dies,ex quo uiam amisisti. Reuertere,facies bona opera,hæc.n.te in cęli uiam constituent,hæc te ad gratiā Dei restituent. Alterum est, q̄ ex bonis actibus gignitur habitus bonus,& facilis redditur,ut postea rediens in gratiam Dei, suauius bona operet̄,& facilius ac uelocius properet, ad cęli uitam percurrendam, ad recompensandum aliquid ex perdito tpe: sicut uiator qui à uia errauit,postea acceleratione, tps perditū uult recuperare. His quæstionibus, & rn̄is reuelauit se tandē Dn̄s huic mulieri,ei indicās se esse desideratum,& maximè expectatum Saluatorem mundi ad omniū salutē. Atque ipsa tā cęlesti lumine illustrata lagenā,funemque dimittit,& terrestriū omniū immemor oēs suos ciues inuitat,ut exeant,ad cognoscendū, & adorandum tm̄ Prophetam ac Dn̄m. Vtinā fratres mei,hęc mulier nobis sit hodie magistra, & siquidē iam habemus lucem,et cognitionem Dei, exclusis omnib. sæcularibus impedimentis inuicem nos inuitemus,et confortemus ad eum amandum,ipsiq̄ seruiendum ex anima,ut cum nobis gratiam suam hic concesserit,eamus postea,ad perfruendum gloria sempiterna, ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

27

28

29

30

31

Simile.

Sabbatho post Dominicā III. In Quadragesima.

Perrexit Iesus in montem Oliueti,et diluculo iterum uenit in tēplum.Io.8.

LOquens Dauid de infinita probitate Dei, dicit, Suauis Dominus uniuersis, et miserationes eius super omnia opera eius. In quibus uerbis nos docet, quod misericordia Dei est,quę inter cętera opera altissimę Maiestatis magis perspicit̄, et est opus, q̄d magis dicitur Dei,nam per antonomasiam misericordia in sacris literis opus Dei dicit̄. Itaq; cùm in sacra Scriptura petitur à Deo absolutē; fac,nec additur quid facturus sit, intelligitur q̄ petitur ab eo,ut faciat misericordiam. Hoc patet pHieremiā,ubi dicit̄. Si iniquitates nostræ rn̄derint nobis, Dn̄e fac pp nomen tuum,i. si peccata nostra uocata & interrogata rn̄derint, & testificata fuerint cōtra, & nos damnarint, tu Dn̄e fac,s. misericordiam nobiscum pp nomen tuū, hoc est,ut misericors appelleris,quod est nomen gloriæ splendoris tui. Et Daniel dicit: Exaudi Dn̄e,& inten̄de,& fac,&c. hoc est aduerte Domine miserā nostrā,& fac nobiscum misericordiā. Et Habacuc rogans Deū,ut annos captiuitatis dimidiaret, quibus populū suum fuerat cōminatus,rogans (inquā)ut eius misericordia intercederet, suppliciumq̄. fisteret, dixit: Domine opus tuū in medio annorum uiuifica illud: uide Domine q̄ est quasi dormiēs,& mortua misericordia tua erga populum tuum capitiuū,resuscita illā i dimidio annorum eorum quibus eum minatus es,& intercedēte illa fistet ibi supplicium,& captiuitas. Et Esaias dicit: Laudate cæli qm̄ Dominus fecit, &c. .s. misericordiam nobiscum O quā inflammato desiderio(si ita dici potest)flagrat Deus dimittendi peccatoribus, ad primā.n.lachrymā cōtritionis, quam peccator effundit,statim misericordia mouet̄,atq; ad peccatoris amicitiā conuertitur. Ingressus est S.Esaias ad Regem Ezechiam, & eum Dei noīe admonuit, ut præpararetur ad mortē quia mors illi imminebat. cæpit flere Rex & non qūocunque sed,ut ibi dicit̄, fleuit Ezechias fletu magno,& antequā egrederet Esaias mediam partē atrij,factus est sermo Dn̄i ad eū,dicēs. Reuertere,& dic Ezechię: Hæc dicit Dominꝰ Deus. Audiui orationē tuā,& uidi lachrymam tuam,& ecce salua ui te. Pēsate diligēter celeritatē,qua Deus occurrit,nondū.n. Esaias accesserat ad medium atrij regij quum illi. terum loquitur & dicitur referat bonum nunciū Ezechię: & quod hic ponderatione est dignius, est illud uerbū: Et uidi lachrymā tuā, Quid est hoc? Dixerat paulò ante sacratus textus. Et fleuit fletu magno, modo uerò dicit Vidi lachrymam tuā? quare non dicit, uidit tuas plurimas lachrymas? Est, ut significet, per primam lachrymam,quam effudit peccatū eius dimissum fuisse,seq; ei salutem contulisse. O benedictus talis Deus? Benedicta talis clemētia. Laudate fratres mei puro corde Deū ac tam clemētē Dominū. Videre q̄ meritò diuinæ literæ mīā eius, opus Dei nūcupent p singularitatē, eo q̄ sic splendeat erga eos,q̄ mīa indigni sunt. Huius rei mirificum quoddam in hodierna S.Euangelij lectione habemus exēplum: ubi agit̄,q̄ facilè,& benignè receperit Deus peccatricē,ei q̄ pepercerit. [Dicat̄ tota litera Euangelij.]

1

Psal. 144

Hier.14.

2

3

4 Re.20.

Dan. 9.

2

Haba.3.

Desiderat summus Prædicator aīarum ꝓdicare in tēplo. & perrexit in mōtē Oliueti cū suis sacris discipulis. O quā cęlestis doctrina,& q̄ uiceuersā modo agit̄. Pergit Dominꝰ noster Iesus Christꝰ oratū i montē, atq; eius sācti discipuli,ab oi occasione mali segregati cu eo cōmorant̄. Vos aūt simul, ut p̄dicationē desistis audire, pgitis in uias & plateas,uisuri, & loquuturi, q̄ non sunt necessaria. Dicite quā utilitatē allaturum est uerbum Dei,nisi sit parua cōsiderationis post cōcionē,i qua ruminetis,et mēte euoluatis ea, quæ in predicatione dicta sunt,& cogitetis qūo illa opere possitis exequi,q̄ uobis pertinent ad salutē animę. S.Chry- D. Chrysost.in quadā homilia sup Gen. dicit: qd̄ q sost. super exit à sermone,oportet se habere quasi q Gene. exit à balneo,q statim se recipit, & multis uestib⁹ cooperit̄,ut sudorē accipiat, & nō exit à cubili maximo illo tpis spatio. Quid arbitramini esse hāc Ecclesiā, nisi domū salutis,& balneū in quo animæ morbi diluūtur? Et sic ingrediētes tēplū,uidebitis statim iuxtā ostiū pilā aquæ benedictæ,ubi morbi faciles curātur,quæ sunt peccata uenialia. Progredientes ulterius uidebitis cōfessionaria,& pulpitum,ubi mortalib⁹ culpis remedium adhibetur. Qui ergo in hoc balneum ingressus fuerit,ad balneādum se cę lesti doctrina,q̄ est aqua uitalis, statim ut exit debet se in cubiculum suū recipere,& sāctis cōsiderationib⁹ operari,ab oībus occasionibus separatus, ut ita lachrymarum sudorib⁹ insudet pp malè transactam uitā, ut ita ei⁹ aīa curata & cū sancti cōsideratio nibus maneat, Vos aūt ut à tēplo exitis,in cipitis modo ridere,& illudere. Quid de tanta dissolutione,& tali tpe dici pōt,pser- Simile. tim cum inferni minas audieritis? signum est,q̄ nō tetigit uos uerbū Dei. Vipera dupl̄r mordere solet: aut mordet rumpēs cor pus quousq. sāguinē attingat, aut in pelle tm̄modo absq. eo,q̄d sāguinē attingat. Cū puenit ad tactū sāguinis morit̄ hō,quē mordet,cū n. uirus attigat sāguinē,sāguis aūt ui

Universidad de Deusto
Biblioteca

rus fugiat non sistit quousque perueniat ad cor, qui eius naturalis est locus, quasi cõfugiens ad locũ sacrum, ut aũt uirus iam sanguini cõmistum est, perueniente sanguine ad cor, peruenit ẽt & uirus, & statim hõ moritur, q̃ si morsus non tetigit sanguinem, nunq̃ uirus cor attingit, & ita non occidit.

Simile. 8 Simile est uerbũ Dei, si attingit affectum, & cum affectu attingit cor facit operationẽ, & hoiem secularibus rebus mortuum relinquit, quales erant illi, quib. S. Paulus dixit:

Colo.3. Mortui.n.estis, & uita uestra abscondita est cum Christo. Si autem p̃dicator non uos p cussit quasi uipera morsibus suis, nec doctrina sua sanguinem attigit tanta prophanitate, & serenitate ex sermone exitis, ac si ex comẽdia exiretis. O deus infinitæ Maiestatis concede mihi hodie pro tua clementia, uerba tãtæ efficaciæ, ut seriã hos fratres meos, ut uulnerati, omni sensualitati, & ꝓphanitati moriantur. Fratres mei conijcite oculos in hunc cœlestem Magistrum, considerate postquam fatigatus fuerat longa

9 prædicatione, refrigerium, quod quærit est ire in montem, & ibi tota nocte pro uestris peccatis lachrymantẽ commorari. Discite quærere parum solitudinis, in qua prolixè de aĩarum uestrarum salute cũ Deo loquamini. Qđ si dicatis, ò pater nõ delector his contemplationibus. Ad hoc rñdeo, interrogans quid esset de infirmo, si oĩno cibos recusaret, eo ꝙ eos non sapiat? certum est ꝙ

Simile. moreretur. Quapp remedium est, sibi uim inferre, ut absq; gustu edat, nam si hãc uim sibi inferat, postea cibos sapiet, & quidẽ ei paui uidebuntur. Idem oportet in cibis spiritualibus fieri. Ita nos docet Spiritus sanctus, dicens:

Prou.4. Viam sapientiæ mõstrabo tibi, & ducam te p̃ semitas equitatis, quas cum ingressus fueris non arctabunt̃ gressus tui, & currens nõ habebis offendiculum, i. Ego

10 docebo te gustum percipere ex cognitione Dei. Hoc.n. significat sapientia in sacris li-

Bern. sup Cant. ser. 84. teris, ut ait S. Bernardus: Sapientia, i. sapida scientia, suauis quædam Dei cognitio: Quo ergo me docebis? Ducam te (inquit) prius

Arist. 2. Ethic. c.3. per semitas angustas uirtutis, quas uocat semitas. Vt.n. ait Aristoteles: Virtus uersat circa difficile. Postquam aũt illas angustas semitas pertransieris, suauiter per eas ambulabis, & q̃dem uelociter curres nemine undiq̃ obstante. Hac eleganti metaphora nos docet hic Spiritus sanctus, ne in initijs p̃ difficultatẽ deficiamus, cũm.n. ulterius progrediemur, non solùm non erit difficultas, sed & lætitia, ac uoluptas. Et diluculo uenit in templum, cõmoratus est optimus Magister tota nocte in monte, & statim, ut illuxit reuersus est in templum, ut prædicaret. Quæ diligentia est hæc ad salutem nostram, si summo manè surgebat ut hoĩbus benefaceret? Atq; eius diligentia diligentes etiam reddat auditores, omnis enim populus diluculo properabat in templum, ut diuinas illius prædicationes audiret.

Prędicante Iesu accesserũt Scribę & Pha 11 risæi, cum muliere, quæ in adulterio deprehensa fuerat. Videte quibus curis intendebant, cum uniuersus populus p̃dicationem audiebat. O q̃ ad literam idẽ modo agitur. Nobiliores.n. & magnates mille inutilibus rebus intendunt, cum hoies plebei in concionibus audiendis, & Dei seruitute occupant. Ingrediuntur quasi minime timentes Deum, absq; respectu, & pudicitia per medium auditoriũ, perturbantes sermonẽ, nec sistunt quoq; ad bonũ Iesum accedũt, & dicunt ei: *Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulteris, &c.* Occasione peccati hu i' mulieris oportet nos ꝺhac materia aliq̃d Eccl.26. dicere. Ecclesiasticus dicit: Ois aũt ponderatio non est digna laus continentis aĩæ, i. 12 nulla est laus, aut exaggeratio, quæ satis dignè hoiem castum, & cõtinentẽ ualeat laudare. Diuina sunt hęc uerba sanè, & q̃ maximè continentiæ excellentiam extollunt. Contra uerò, unũ ex uitijs, quæ hoiem magis dedecorant, est sensualis turpitudo, ita ut ad eius confusionẽ & ignominiam expli cãdam uerba deesse uideant. Et sic de Salo Eccl.47. mone turpi, & sensuali dicit Ecclesiast. Inclinasti femora tua mulieribus. Potestatẽ habuisti in corpore tuo. Dedisti maculã in gloria tua, & prophanasti semẽ tuum inducere iracundiã ad liberos tuos. Tanquã im 13 manis bellua, sic uti uoluisti corpore tuo, ac si nihil ad aliud creatũ esset quã ad turpitudinẽ, honorẽ tuũ infecisti, ꝓgeniem tuã dedecorasti, effecisti, ut pp peccata tua posteri tui punirent. Quid melius huius turpissimi vitij infamiã poterat explicare? Etiam eius deprauationẽ magnopere exaggerat il Hier.5. lud Hieremiæ: cum de turpibus q̃busdã ac immũdis loqueret. Et q̃ amatores (inquit) & emissarij facti sunt, unusquisq; ad uxorẽ ꝓximi sui hinniebat. Vbi eos uocat equos libidinosos, & inquietos, quia oĩa lacerant, & dirumpunt, ut ad equã accedant. In alijs

pec-

peccatis, licèt Christianus in quocunq; statu, maximè à diabolo tentetur, & à mundo agitetur, semper tamen ei aliquis ad legem

Rom.8. Domini respectus remanet, quæ in eo operari potest, quod in Sancto Paulo operata est, ut ipse dicit: Lex enim spiritus uitę in Christo Iesu: liberauit me à lege peccati, & mortis. Plerunque enim ratio, quæ non est

14 obcęcata dicit: Hoc lege Domini cautum est, nullatenus fieri potest nec debet. Hoc autẽ uitio ita ratio obcęcatur, & mens per-

Simile. uertitur, ut homo legis reuerentiam amittat. Habes imaginem ceream clauo suspensam, si fortè cadit, laceretur, & diuiditur in frusta, remanet tamen aliqua pars pedis, manus, aut capitis, ex qua colligitis esse talis imaginis, si uerò imago in ignem excidit, tota liquefit, ita, ut nulla imaginis maneat apparentia. Homo qui est imago Dei suspensa, obedientię illius clauo cum in aliquod peccatum incidit, frangitur, sed est differentia, quòd si incidit in superbiam, cupiditatem, aut gulam, aliquis tamen illi hominis respectus remanet. Ex ipsa superbia

15 occasionem sumit, ne se à diabolo captari patiatur, ex ita, inquam incidit, sumit occasionem inuehendi in se, & in imbecillitatẽ suam. Ex gula, quæ eius stomachũ euoluit, occasionem sumit execrandi illam. Denique licèt alijs peccatis perfringatur, aliq̃d tamen boni remanet uestigium, quod est imago Dei. Si autem in luxuriæ ignem excidit, totus liquefit, ac si non esset ad imaginem Dei factus, sed sicut equus & mulus, q̃

Psalm 31. bus nõ est intellectus. Itaque turpissimũ sẽsualitatis uitium est, quod magis hominem infectum reddit, & cum tanquam liquefactum, & absque resistẽtia ad malum efficit. Hæc de causa Patriarcha Iacob reprehẽdit filiũ suum Ruben, turpis peccati, quod patrarat, & ei dixit. Effusus es sicut aqua, non crescas, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius. Comparauit illum

16 aquæ, nam sicut aqua, cum emittitur, & ob staculi dirumpit, magno quodam impetu profluit, nec ordinem sequitur, aut modũ,

Gen.49. sic etiam est libidinosus homo. Ideò ei dicit: Effusus es sicut aqua, quæ effunditur, nihil aliud, quam effrænatum appetitum, & concupiscentiæ impetum secutus fuisti.

Simile. Et quemadmodum aqua effusa nullum sui uestigium relinquit, sicut alij liquores solent relinquere, qui aut saporem, aut odorem, aut aliquid uasi inhærens, in quo fuerunt, relinquunt, aqua uero omnino præterit, nec sui uestigium relinquit. Sic homini hoc uitio delibuto, uidetur ratio adimi, & iudicium, & q̃ nihil hominis in ipso homine remanet, honorem, diuitias, uitam, & (q̃ peius, est) animam ac Deum amittit, & ideo dicit. Sicut aqua effusus es. Et de his arbitror. Sanctum Paulum ad hoc alludens, di-

17 xisse: Qui sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Ita peccant, ac si non esset lex, &

Rom.2. extra omnem hominũ rationem, ac legem, atque ita sine lege punientur, hoc est, extra rõnem, & consuetudinem, qua cæteri peccatores puniũtur. Quot horum nostris miserrimis temporibus, præcipueq̃ in nostra infœlicissima Hispania sint, quæ lingua poterit explicare? O Deus ęterne, infinitę Maiestatis medere Domine his malis, tantãq; mulierũ, ac hominum dissolutionem aufer. Tot sunt musicæ, tot prophana conuiuia, tot denique occasiones, i quibus se homines offerunt, in quibus uix homines possunt se cõseruari, quin mortaliter peccent. Quid dicam fratres? Vos recte animaduertitis utrum ego uerum dicam, necne? Lamẽ

18 tamini ergo populi Dei perditionem, & calamitatem, lachrimamini homines stantes ad ostium templi, ut uideant quomodo exeant filię Dei è domo patris sui. Deplorate hos tauros maximos, & pinguissimos, qui ad inferni macellum præparantur. Heu quàm citò uos Deus euertet, nisi uos ad uirtutem receperitis. Timete ergo fratres tam præpotentis Domini furorem, & amodo incipite malis uestris remedium adhibere. Et ad hoc notate, quod hoc peccatum est aconitum quoddam, & uenenum, quod oculis præcipue comeditur. Idcirco Ecclesiasticus dixit: Nequius ociEccl.31. lo quid creatum est? Cum oculus tam pulchrum quid tamq̃ miraculosum sit, q̃ maximum Dei beneficium, tamen hoc de illo dicit, eo quod homo male oculis uti- 19 tur, ut Sanctus Petr' epistola secunda, cap. 2. dixit de turpibus, habentes oculos plenos adulterijs: oculos uocat plenos adulteriis, quòd sunt ianuę, per quas hæc mala ingrediuntur præcipue. Videte quæ ianuæ sint oculi, siquidem non modo per os intrat mors animabus nostris, sed per etiã per os totius mundi mors intrauit, ut dicitur in Genesi, uidit mulier, quod bonum

Gene.3. esset lignum ad uescendum, & pulchrum oculis, aspectuq̃ delectabile, tulit, & comedit.

comedit. Hac ingressum est malũ in uniuersum mundũ. Intelligentes ergo, quã periculosi sine oculi, & quot mala p eos ingrediãtur: curare fratres obseruare consiliũ Eccle
Eccle. 9. siastici dicentis: Noli circunspicere in uicis ciuitatis, neque aberraueris in plateis illi⁹. Ne dicas: Eamus huc, & eamus illuc, & uidebimus. Sed facite, sicut faciebat Sãctus Iob, qui de se ipso dicit. Pepigi fœdus cũ oculis meis. Quare non dicit, clausi oculos, sed uti
Iob. 31. tur hac elegantia, pepigi fœdus est oculis meis? Non sine mysterio. Cum enim pacis
20 fœdera componuntur, est, ut nequis alteri osficiat. Sic aũ iusti fœdus percutit cũ oculis suis. Siquidé ego, ò oculi mei, uobis nunquam obfui, imò quicquid boni habetis, id a me prouenit sic uos, ne mihi nocea tis, nec sitis iuuæ interitus mei. Etiam dicit, q fœdus pepigit cum oculis suis, quia: sicut in conuentionibus, & fœdere, unusquisque de iure suo aliquid perdit, ut aliquod aliud cõmodum acquirat, sic etiã in hoc fœdere statuitur, ut oculi perdãt uoluptatem, q accipiunt, uidẽdo ea, quælibet, inde enim hoc eliciunt cõmodũ, ne postea deplorent culpam, cuius causa fuerunt, ut contingit
Psal. 118. Dauid, qui de se dixit: Exitus aquarũ dederunt oculi mei, &c. eo quod ea, quæ dedecebat, aspexerũt. Et cũ aliquà occasio uidẽdi, aliquod nocuũ offertur, cogita intra
21 te: si modo non possunt me uincere, ut hãc decoram femininam nõ uideam, quomodo postq eam uiderim abstineri potero quin eam cupiã cũ sit difficilius aĩam puram cõseruare, postquam aliquid uidit, quam ante, quã uiderit, illud non uidere, cum offertur. Quare hoc argumentum nõ cõficies, frater: quod si cũ offertur, oportet oculos claudi, quod sit occasio mali tunc eos aperiri, quãto magis oportet ne die, noctuq; uadas ad quærendũ quid uideas? Dicit Plutarchus, qd noluit Alexander Rex Macedonię
Plutarc. uidere uxorẽ Darij, quæ erat pulcherrimæ, ne illi aliquod incommodum propter eius pulchritudinẽ inferret, quod Regis esset in
22 dignum. Quid ad hoc dicent Christiani, cũ infidelis tantum ab occasionibus cauerit? Etiam de Antiocho Rege Asiæ legit, quod cũ inuitaretur ab amico suo, ut pulcherrimã uirginem Pantheam aspiceret, noluit eam uidere, ob eãdem supradictam cãm. Non ẽ ergo lachrymabile, quod nõ det fides idẽ Christianis, qd infidelitas gentibus cõcedebat. O quam euidens signũ est, qd mortua sit fides in te, siquidẽ ne in te operatur quidem (cum gloriæ, & inferni æternitatẽ credas) idem, quòd in infideli solas humanus respectus operabatur. Etiam est hoc, uenenum, quod per aures ingreditur, audiendo uerba, & persuasiones tertiorum, & ministrorum Satanę, quos libidinosi homines adhibere solent ad executionem suorũ Gene. 7.
turpium appetituũ. In Gene. dicitur, quòd consummata est omnis caro, quę mouebatur super terram. Admirabile profectò cõtra uniuersam carnem concitatus est De⁹, 23
& sic omnia animalia, & aues submersę sunt soli pisces impunes relicti sunt. Dicite, quid plus animantia, & aues, quam pisces peccauerunt? Dico, quòd quia omnis caro est incitatrix peccati luxurię, quod nõ sunt pisces imo debilitant homines, & sensualitati sunt contrarij: & idcirco præcipimur piscibus ieiunare. Si ergo Deus de carne supplicium sumit, eo quod huic peccato solet fauere, quid erit de misero homine, qui Sathanæ efficitur instrumentum, ut uerbis promissionibus, & comminationibus quidem innocentes, ac synceras personas solicitet? Submergit Deus uniuersam carnem aquis diluuij, te autem in igné 24
inferni non demerget? longè opinione falleris: Et quantum officiant uerba unius alteri, colligitur ex eo quod dicitur in Gene. Gene. 3.
si, quod mulier comedit, deditq; uiro 1. Tim. 2.
suo, qui comedit, &c. Super quod dicit Sanctus Paulus: Adam nõ est seductus: mulier autem seducta in præuaricatione fuit. Sciebat Adam diabolum mentiri, sed blanditiis, & uerbis coniugis uictus comedit, ne eam contristaret. Vnde colligitur, quanto plus ualuerit mulier apud hominem, quàm diabolus cum ipso homine, & etiam cum muliere confecerit. Cum homine paret, quia nõ fuit ausus eum per se tẽtare, & ita assumpsit mulierem in instrumentum, ut illum superaret, Cum muliere uero, etiam manifestatur ex his uerbis Sancti Pauli, illa enim decepta peccauit cum sibi uideretur, 25
quod si ederet, esset quasi Deus: homo uero, mulieris persuasionibus ductus, non autem deceptus peccauit, sed uidens, quid faceret: quod grauius malum fuit. Ex quo colligitur, nullum esse peiorem diabolũ homini, quàm mulierem, & quàm maximũ peccatum fuerit, quod mulier commisit, cum non contenta esset, peccare, sed effecerit etiam, ut uir eius peccaret: declaratus illo

illo uerbo, quod Dñs dixit serpẽti: Quia fecisti hoc maledictus es. &c. Maximã habẽt emphasim hæc uerba: solet Deus exaggerare maxima mala, q sibi magnopere displicent: sicut solet etiã exaggerare maxima bona, & quę sibi magnopere placent. Sic dixit
26 Abrahæ perpendens heroicũ factũ, q fecerat uolens sacrificare filium suũ; quia fecisti rem tã admirabilem qd, q uix sunt uerba, q digne ualeant recensẽri. Cõflemus nunc argumentum. Si mulier plus ualuit apud hominem, q diabolus apud mulierem, qs ergo mulieris peccatũ explicabit. Hęc omnia dicuntur, ut intelligatis fratres, quantũ malũ faciatis cũ alios ad offensionem Dei inducitis, & ut alteri ab alteris caueatis, nec eorum persuasiones, quibus uos ad malum uolunt inducere, audiatis. Nam (ut dictum est) peccata sensualitatis plerunq; e per auditum introire consueuerunt: & fortasse hęc
27 peccatrix, de qua agit Sanctum Euangeliũ peccauit, aut quod uiderit, aut audiuerit, & denique propter peccatum suũ in tantã calamitatem, & dedec⁹ deuenit iter tot homines cõprehensa, & accusata, & instãter interrogant Pharisæi, utrum lapidanda sit.

Anselm. *Iesus autẽ pronus scribebat in terra.* Dicit Anselmus dicit, quod inclinauit pijssimus Iesus oculos in terram, quando sibi oblata est illa adultera, ne eam magis confunderet, cognoscens, q to pudore confusa esset. Et glossa ordinaria dicit, q scribebat in terra characteres, quibus unusquisq. peccata sua agnoscebat, & illis solicitantibus eum, ut respõderet, dixit. *Qui sine peccato est, &c.*
O Deus immensę bonitatis, quare Dñe nõ faues his hominibus in executione iustitiæ, cum sit unũ ex ijs, quæ ad optimæ cuiusq; Reipublicæ gubernationem magis perti-
28 nent. Vbi enim non est executio, nec crimina puniuntur, qũo poterit qs uiuere. Laertius in libr. de uita Philosophorum
Laertius refert, quòd Thebani Philosophum nomine Phitonium Lacedæmonem miserunt, ut Lacedæmoniorũ leges uideret, quę maxime laudabãtur, & aliquas, quę sibi meliores uiderentur, transcriberet, uolentes ut in sua Republica etiam obseruarentur. Iuit ergo Philosophus Lacedæmonem, & ibi annum commoratus est, & attentissimè illius prouinciæ lege animaduertit. Cum autem post annum Thebas reuerteretur, conuenerunt omnes in generale consistorium, ut nuncium suum illis referret, atque ad hoc innumeri homines concurrerunt.

Ingressus Philosophus in maximum theatrum, adduxit furcam, linguę incastraturã, gladium, flagella, compedes, atque manicas, & omnia hæc in theatro collocauit, ac descendit, ne minimum quidẽ uerbum loquens. Cum hoc uidissent gubernatores, p clamarunt, dicentes, ut rationem redderet nuncii, ad quod missus fuerat. Tunc dixit Philosophus: Missilis me Lacedæmonem, ut leges uobis adducerem. Ecce legum instrumenta fero. Quid prodest prolixas habere leges, nisi sint iudices constantissimi, q eas exequantur? Quid prodest libros habere plenos legũ, & institutionum, & quotan
29 nis plura dicernere, cum tamen Respublicæ plenę sint flagitiosissimis, ac perditissimis hominibus, publicisque peccatoribus, nec ullum de eis supplicium sumatur? Merito sane hoc dixit. Ridiculum est uidere aliquos iudices, aut prælatos, q ut primum munus suscipiunt, uolunt se cum monasterio, aut Republica habere sicut sartor se habet cum uelle, qui interius in exterius uertit, & anterius efficit posterius, sinus in manicas conuertens, uidentes sibi totum consistere in nouis constitutionibus decernendis, cum nullam unquam ipsi exequatur. O Christe uerè mundi Doctor, quid hic facis? uideris simulatione tua huic seculari relaxationi fauere. Simile.

Vt intelligatis responsum huius quæstio 30
nis aduertite prius mirabile factum, quod dicitur in libro Iudicum. Legitur ibi, quod Iud. 20.
conuenerunt omnes tribus Israel ad puniendum maximum illud peccatum tribus Beniamini, qui occiderant mulierem exercentes in eam terribilem turpitudinem. Præcipit Deus ut conuenirent duces cum uexillis suis, & irent aduersus Gabaon, & adimplentes præceptum Domini bis superati sunt, rei uero liberi & indemnes remanebant. Videntes hoc Israelitę cœperunt ieiunare, & agere pœnitentiam, & iterum irruunt in hostes, & omnem ciuitatem interfecerunt. Non uult Deus, ut 31
malus de malis uindictam sumat, quoscque mundetur. O quam præclarum exemplum iudicibus. Hoc est quod dicit diuina Veritas: *Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat.* O quam iusta sententia & tali iudice dignissima. Vult dicere. Iustum est, ut peccata puniantur, & lex impleatur, sed non, ut per alios nequiores, & maiores, peccatores supplicium

sumat. Non dixit, quod supplicium nō sumatur, sed quod latro quare desiderabit, vt alij latrones suspendatur, ipse uero impunis maneat? Audictes illi flagitiosi hoc uerbum, scientes quod Dominus eorum pecca
32 ta cognosceret, alij post alios exierunt: pudore confusi. Postquam accusatores recesserunt erexit optimus Iesus faciem suā sacratissimam in illam miserrimam mulierem, ipsamque clementiæ oculis aspiciens à peccato absoluit, dicens. Neque ego te cō demno, uade, & iam amplius noli peccare. O benedicta talis clementia, ò fortunatę aures, quę tale audire meruerunt? Obsecremus fratres charissimi hunc clementissimum Dominum, ut nos ita recipiat, at q; culpas nostras abluens suam nobis gratiam largiatur, qua ęterna gloria compa-
33 ratur. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Dominica Quarta in Quadragesima.

Abijt Iesus trans mare Galilææ, quod est Tyberiadis, &c. Ioannis. 6.

HODIE Nobis præponit sanctum Euangelium solenne q- dam conuiuium, quod Dominus noster Iesus Christus turbæ maximæ in deserto fecit, ubi eo quinque panibus, ac duobus piscibus saturauit, & postquā saturati, & contenti sunt, cœperunt Dominum magnificare, qui eos suauit, dicentes. Quia hic est uere Propheta, q uenturus est in mūdum. Qui omnia uoluerit, ac singula quæque recta animi statera perpendere, reperiet, omnia opera Dei, mirificas quasdam esse linguas, quæ continuò clamant, & Dei perfectiones demonstrant, ac nos ad eius amorem, & laudem inuitant. Et sic Dauid dicebat: Bonum est cō fiteri Domino, & psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & ueritatem tuam per noctē,
Psalm. 91. In decachordo Psalterio, cum Cantico in cithara, &c. Nihil melius, nec iustius, quàm homines se totos occupare in Deo laudando, atque mane, & uesperi, noctu, dieque, ac omni tempore probitatem eius & misericordiam prædicando, eiusque laudes in Psalterio, Tympano, ac aliis instrumentis musicis decātando. Et reddēs rationem huius diuini cultus, qui iure Domino debetur, dicit Quid delectasti me Domine in factura tua, & in operibus manuum tuarum exultabo. Et postea incipit exclamare, dicens. Quam magnificata sunt opera tua Domine, nimis profundæ factę sunt cogitationes tuæ. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc. Stulti nesciunt ex creaturarū cognitione amorem, laudemque Domini elicere, nisi prudentes, & qui diuinarum rerum contemplationi dediti sunt Ita quando Deus omnes creaturas detulit ad Adam, ut illis nomina imponeret, dicit quidam Doctor, hoc fuisse, ut in suis operibus creatoris perfectionem illi demōstraret, ut etiam ille postea lectionem hanc posteros suos docere, & tāta fuit cognitione q̄ ibi adeptus est, tantos thesauros probitatis, amoris sapictiæ, cæterarumque perfectionem Dei in creaturis inuenit, tot, tāque diuersas, ac decoras eas animaduertēs, ut in extasim extra se præillarū cōtēplatione raptus fuerit. Et hic est somnus, de quo sacra scriptura loquit̄, quo Adā dormiuit, quem Græci excessum appellant, ubi nostra translatio dicit. Immisit Deus soporem in Adā. Et licet uerum sit, cōmunium, & naturalium rerum contemplationem sufficere, ut nos in admirationem rapiat. Verūtamē, quemadmodum alijs rebus assiduus usus, & conuersatio prætium minuit, sic etiā cōtigit his, & ita cū opera sint tam præclara, dicit Beatus Augustinus, & non paruitate, sed assiduitate uiluerūt. Vsus assiduus ea apud nos uilia reddidit. Atque ut Dñs noster Iesus Christus nos ad cognitionem, amorē, ac laudē excitaret, quam ex naturalibus rebus deberemus acquirere, uoluit pro sua infinita clementia alia opera facere extraordinaria, & supra cōmunē naturæ cursum: & unum ex ijs fuit hoc singulare opus, de quo hic sanctum Euangelium agit, q- eos omnes, qui illud uiderunt, excitauit ut Dominum laudarent, & dicerent. Quia hic est uere propheta. Nos etiam, qui hoc credimus oportet, ut ad nouas diuinæ Maiestatis laudes commoueamur.

Etiā uoluit diuin⁹ reparator noster hoc miraculum, & misericordiam cum his hominibus facere, ut nos doceret, sua altissimæ

mę Maiestati cōfidere. Cùm his necessaria sustentatio in deserto defuit, nō illis Deus defuit. Nec tibi deerit. Si tibi, uir, liberi, aut diuitię defuerit cōfide, qa nō deerit Deus, qui oībus his excellit. In primo Regū legi
1. Re. 1. tur, q- erat tristis & collachrymās sācta Anna coniux Elcanæ, eo q- sterilis, & sine libe
5 ris esset. Cui dixit uir eius consolans eam, Anna cur fles, & cur affligitur cor tuū, nonne ergo melior tibi sum, q̄ decē filij? Si hoc dicere potuit uermiculus quidā, quāto maior iure potest idē dicere Iesus Christus fi-
1. Ti. 5. lius Dei aīæ sponsę suę? Ita admonet sanct⁹ Paulus uiduas, ut ad cęleste hoc receptaculum, & refugium confugiant, cùm dicit. Vidua, quę uere uidua est, & desolata, speret in Dño, & instet orationibus, & obsecratio-
Esai. 50. nibus nocte, & die, & sanctus Esaias hoc oībus consulit dicens. Quis ex uobis timens Dñm, audiens uocē serui sui? quis ambulauit in tenebris, & non est lumen ei? speret in nomine Dñi, & innitatur super Deū suū. O q̄ diuina uerba. Cōijciat se inops in brachia Dei sui. Sed aduerte, quod dicit, si est timens Deū, & si audit & obtemperat uer-
6 bis seruorū suorū. Vnum ex ijs, in quibus magis ꝓbātur uiri iustū, est in hac spe, & fide, q- Deus uerbū suum implebit & ꝓmissis stabit. Hac de cā, cū Deus cōstituit manna in deserto Hebræis dare, ut patet i Exo-
Exo. 16. do præcepit nequis plusquā ad diem unum colligeret, & huius instituti rationē reddēs dixit: ut tentē utrū ambulet in lege mea, an nō? Quæ est hęc tētatio? maxima profecto. Maxima experiētia fidei, ac spei erat, q- cū cōmoraretur populus in deserto, oībus rebus ad uictū necessarijs indigens, & ob oculos tantā ciborū copiam prospicerent, nihil tñ illorum omniū in diem crastinum colligerent: sed quod uniuersus populus, & tantus populus in sola diuina prouidentia sperans, crederet meliorem eē fiduciā in Deo quàm cibos in arca. Et hoc est, qđ Dauid di-
7 cit. Scuto circundabit te ueritas eius. Fides, & spes in ueritate promissorum Dei, erunt
Psalm. 90. quasi scutū q- te undique ꝓteget, & circuibit. Loquitur de iusto, Qui habitat in adiutorio altissimi, q- fiducia in promissis Dei est illi scutū mirificū, ad se omni necessitate ꝓtegendū, & ut ꝓp eam ad nullum flagitium moueat. O fratres charissimi, si discceretis hoc scuto fiducię in promissis diuinis, quot Sathanæ ictibus liberamini, cum necessitas uos inuitat, ut turpitudinē aliq̄, aut peccatū incidatis: ut pudicitiā, & honestatē uestrā uendatis: ut usurariū aliquē cōtractū faciatis: ut deniq; ꝓximi uestri substantiā diripiatis: si tunc ad fiduciā cęlestis patris uestri confugeretis, & ad promissorū eius ueritatē recurreretis dicētes. Malo mil lies mori, q̄ Deū ac Dñm meū semel offendere. O in quantā obligationē induceretis altissimā Maiestatem, ut uobis opē ferret, èt ꝓ q̄ uiam minime arbitraminī subsidium
8 uobis plenis manibus occurreret. Verum, ò infœlicitatē nostrā, q- minima quaq; inopia coacti, statim in dissidentiam incidimus, & ita mille peccata committūtur ꝓpter leuissimas res. Quod si dicas. O pater: ego sum maximus peccator, & indignus, cui Deus opituletur, eo quòd sępenumero illum offenderim. Dico, quod si tu id non mereris propter suā ipsius probitatē hoc faciet. Recordamini ad hoc, illius quod dicitur in Numeris, quod cū Hebręi in deserto murmurarēt, qđ non haberent carnes, nec Nu. 11.
aliud ederēt, q̄ mānā, q- iniustis nihil aliud sapiebat, quā placentas oleo conditas: tunc cū illi murmurarēt, eis nunciauit Deus ꝑ Moysen, q- daturus esset eis carnes ad ue-
9 scendū nō uno die, neq; duobus, sed usque ad mēsē dierū, donec exeat ꝑ nares uestras, & uertat̄ in nauseā, & hui⁹ rei rōnē reddēs dicit, eo q- repuleritis Dñm, q- in medio uestrū est, &c. Quid Dñe? quia te repellunt & Pharaonē desiderant dicētes, q- melius fuerint Ægypto, q̄ sub umbra alarum tuarum, ideo eos uis saturare, eorūque desideria implere, quoſque plura nolint? Imo uidet q- deberes illos relinquere, ut fame perirent, & manna illis auferre. Hoc esset (respondet Dñs) nisi ego Deꝰ essem, sed hō, tā parū patientię haberem, tāque probitatis męę ārctos haberē terminos, sicut hoies habent, q- sæpe, non modo ijs qui sibi sunt molesti, uerum ijs ēt, q- sibi seruiunt, & quibus ipsi maxima seruitute deuincti sunt, panem adimunt, & corporalem auferunt alimoniam propter rem nullius ponderis ac momen-
10 ti. Vbi minus merentur, ibi bonitatem meā uolo ostendere, eosque carnibus saturare. Eo quod repuleritis Dominum, qui in medio uestri est, & fleueritis coram eo dicentes, quare egressi sumus de Ægypto. O inefabilem Dei clementiam ecquis est, adeo durus, qui tui amore non rapitur? Eia pusillanimes confortamini ne tam bonū Deū offendatis, ut uos à necessitatibus uestris

eximatis: quia mille uiis, quas uos nunquã excogitastis uobis auxiliũ feret propter se & suam pietatẽ, licèt uos id nõ meruerit is, Nu. 20. sicut succurrit his Hebræis cùm indigniores essent. Iterũ etiam contigit, ꝙ murmurãte populo p̃ inopia aquæ præcepit Deus Moysi dicens, tange uirga tua petrã, & illa 11 dabit aquas. Qđ dubitauit Moyses. Verum, nec ꝓpter dubitationem Moysi, nec ꝓpter populi murmurationem potuit Deus sibi persuadere (si ita dici potest) ne illis aquam abundantissimè ex petra illa largiretur, ut eius pietas animaduerteretur, & cognosceretur qũo culpas nostras superet liberalitate sua, & quòd eius misericordia potentior est peccatis nostris. Et idcirco sacra scriptura ibi dicit Hæc est aqua contradictionis, ubi iurgati sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis. Ecce quomodo ostendit quanta sit eius sanctitas, & pietas conferendo in eos beneficia, cùm illi rixarentur cum ipso Deo. Quis dubitat, quin maxima pars huius turbæ, quæ Christum 12 Redemptorẽ nostrum sequebatur ob causas culpabiles ueniret: alij propter curiositatem, alij ut hominum facta, & opiniones imitarentur, alij deniq; ut scrutaretur, utrũ esset aliquid, ꝙ posteà contra illum possent testificari, & tamẽ pijssimus hic Dominus, qui omnium animos penetrabat, neminem famelicum & sine conuiuio dimisit, omnes pro sua clementia saturauit: etiam te saturabit licèt tu illud non merearis.

Videns ergò Dñs turbã maximam, q̃ illum sequebatur. *Dixit ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi?* Agit cũ discipulis suis de pauperum remedio. Ad hoc oportet esse gubernatorũ congregationes, Doctorũq; senatus, ut de publica utilitate disceptetur, nõ uerò, ut passiones uestrę manifestentur. Et qa aliquis rem ꝓponit, licèt Deus eam ꝓcipiat, qa hic fuit illius autor nõ est facienda. Romanorũ tempore tẽplũ 13 fuisse dicitur nomine tẽplũ depositionũ, & cum Senatores in senatum ingrederẽtur, prius illic passiones, & odia deponebant, & ita liberi passionibus, & expediti odio introibãt. Atq; idcircò fuit illa respublica florentissima, & melius gubrenata, quæ i toto terrarũ orbe fuit, ut autẽ factiones, & partialitates esse cœperunt, statim labefactari, & deperdi cæpit quæ totius mundi gubernatrix erat. Si in fontem uenenũ inijcis, quicquid ex eo exierit uenenosum erit: si in cordis uestri fonte passio dominat, & affectus, Simile. odium, cupiditas, aut inuidia, quicquid ex eo prodierit uenenosum erit, & ita cõgregationes & cõcilia taliũ uenenosorum erunt non ad utilitatẽ, sed ad uenenum, & corruptionem Reipublicæ. Quapropter oportet eos cõsilium illud Sancti Petri obseruare: 1. Pet. 2. deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolũ, & simulationes & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo genniti 14 infantes rationabiles, & sine dolo. Qđ consilium licèt omnibus sit ualdè necessarium, multo tamen magis est ijs, à quorum moderatione, utilitas, & incõmodum reipublicę dependet. Quos oportet i concilia, & senatus, sũma, cũ synceritate, & puritate tanq̃ pueros intrare: non autem cum puerorum ignorantia & ideò dixit: Rationabiles.

Respondit ei Philippus: Ducentorum. &c. Quem subsecutus est Andreas dicens: *Est puer unus hic &c. sed hoc quid inter tantos?* Et si S. Andreas senior erat, & antiquor in domo Dñi etiam à scopo aberrauit. Credite mihi. Bonũ aut malũ exẽplũ maxime ꝓdest, aut obest. Si Sanctus Philippus respon 15 disset: Potẽtes es Dñe, i manu tua sunt omnia, cælesti rore uniuersum mundũ potes alere. Si hoc S. Andreas à S. Philippo audiret nõ tã modicã fidẽ ostẽderet. Vnde aperte experimur, & cũ in aliqua cõgregatione unus deficit, occasionem p̃bet, ut oẽs illum Simile. imitent. Diffidente S. Philippo diffidit ét B. Andreas. In reti piscatoris perfracta linea una illico oẽs pisces illac fugiũt, in apprehensione Dñi in Gethsemani ut primum unus cœpit fugere statim illum oẽs secuti sunt. Et relicto illo oẽs fugerũt. Liberet uos Deus à tãto malo, ut alij occasioni sitis, ut Eccle. 7. Deum offendãt. Qua exaggeratione, nobis exaggerat hoc Spiritus Sanctus dicẽs? Filij nõ femines mala in sulcis iniustitiæ, & nolite ea in septuplũ. Vbi dicit glossa inter lineas: in gehẽna, doctissimus pater Lira Lira. declarat nõ femines, id est, non des exemplũ malè agẽdi hoinib⁹ ꝓnis ad malũ. Dare malũ exẽplũ talibus hoinibus est seminare i 16 sulcis agri, q̃ præparati sunt ad semen recipiendũ, & statim iuxta illud ꝓducunt. Quã diuina Metaphora Spiritus Sancti, q̃ uocat sulcos iniustitię hoies imbecilles, q̃ sunt uelut ager cultus, & dispositus, ad recipiendũ, quicquid in eo satum fuerit, & fructum secundum uirtutẽ seminis ꝓducendũ. Et nõ metes (inquit) ea in septuplum. O quã miserum fructũ metet in inferno, qui suo malo exemplo alios ad peccatũ prouocauit? Cõtra uerò: quantũ bonum facitis, qui proximo suo optimũ uirtutis præbet exemplũ. Illo enim nõ præsentes solùm, uerũ absentes etiam, ad probitatẽ commouet. Refert Suetonius Trãquill⁹, quod cum Iulius Cęsar Alexandri effigiem depictam uidisset in tabula, cũque sibi iunior uideretur, & tamẽ Suetoni⁹ in uita Cęsaris. 17 sciret eũ tot præclaras res gessisse, totq̃ ab hostibus uictorias reportasse: lachrymari cępit, seq̃ obiurgare, ꝙ ipse tã debilis ac remissus esset, qui tot illustria nõ patrasset. O q̃ maxima confusio, & iniuria hæc ẽ omnibus nobis, ꝙ hic adsumus, atque his, q̃ in toto terrarũ orbe uiuunt. Lachrymabatur ille, ꝙ Alexandri tyrannides nõ fuisset imitatus, quibus ille infernũ acquisiuit: & non plorabimus nos considerantes ea, q̃ uniuersi sancti fecerunt, ut sempiternã gloriã compararent & quod modo facere itue 18 mur plurimos seruos Dei, cùm nos tã tepidi, & pigri simus? In chronicis ordinis nostri legitur, ꝙ homo quidam turpiter, & effrenate uiuebat, & multi erant anni, ex quo peccata sua non confitebatur: qui cũ audi 19 ret, consobrinum suum puerũ sedecim annorum in religionẽ fratrum Minorũ ingressum fuisse, ita hoc exemplo cõmotus fuit, ut maximis uociferationibus dicere cœperit: Quid ille in mũdo fecit, tener ille puer, innocens ac syncerus: quòd tã asperam, ac perstrictã uitã uult ducere? Tu potiùs peccator grauissime (dicebat secum loquens) uitam illã acerrimã accipere deberes, tuorumq̃ grauium peccatorũ agere pœnitẽtiam. Hac consideratione maximaq̃ contritione super se, & peccata sua planctũ maximum cõcitabat. Atque ita amarè flebat, ut oẽs, qui eum audiebant ad lachrymas prouocaret. Et cum hac cõtritione integerrimã peccata sua confessus fuit, & peste percussus, uiginti dies infirmatus fuit patientissimè infirmitatẽ tolerans, quibus diebus 20 maximo cũ dolore cordis sui corã oĩbus se accusabat, & eos ad agendam pœnitentiã i citabat. Denique acceptis diuinis sacramẽtis deuotissimè, creatori suo tradidit spiritum. O incomprehensibilis Dei misericordia, quã inuestigabiles sunt uię tuę Dñe, & quam dissimiles ac uarias rationes q̃ris, ut ad te peccatores allicias per semitas uerę pœnitentiæ. Hoc oportet uos ò prophani, & dissoluti considerare, cùm alios tenueros, & paucæ ætatis iuuenes uidetis mundum relinquere, & in asperrimas religiones ingredi, ac acerrimam ibi uitam agere. Hos enim coram oculis nobis Deus proponit, ad confusionem uestram ut ad agendã pœnitentiam peccatorum uestrorum concitemini, siquidem tot, ac tanta cõmisistis.

Dicit ergo eis Iesus, Facite homines discũbere. Erat autem fœnum multum. Quãquã 20 inuitator erat Deus, panes tũ erant ordeacei, nec erãt aulę regię, nec pretiosę sedes, sed cõuiuas oportuit humi sedere, ut hos apparatus, & ꝓphanitatẽ mẽsarũ, earũq; ornatũ, quibus in mundo utimini condemnaret, ad quę sustinenda maxima peccata cõmittũtur. Vt enim homines pompaticè, & delicatè uiuant fratres suos decipiũt, & Tyranni efficiuntur, ꝙ si moderato ornatu uelẽt contineri, absque ullius præiudicio, & Simile. incõmodo uitã degerẽt. Aues solent nidos suos ex luto, fœno, paleis, sentibus, & his similibus cõficere, ut naturã sũã cõseruent, atque in hoc nemini officiunt. Aliquãdo tamen cõtingit, ꝙ ut nidũ odorũ habeant, rostro abscindunt gariophilati floris, ac basilici extremitates, quas alter maximo labore ꝓcreauerat, mentęq̃ germina scindunt, q̃ hortulanus plantauerat, alios deniq; odo 21 riferos flores colligũt & in nidũ deducũt. Ita ét: qa maximas ædes uultus ędificare, ac ueluti principes manducare, & uos delicatissimè tractare, aliorum bona diripitis, & quoad potestis tyrãnidẽ exercetis: si moderato nido cõtenti essetis, & illo qđ sufficeret naturã uestram conseruare, non ita solicitè uiueretis, proximis uestris efficientes. Si auibus formido apponatur, quantũuis cupiant odores nidos habere, ad uetitum accedere nõ audent. O quã maximam formidinẽ uobis ostendit Dñs, quàm q̃; terribilẽ cõminationem dicens ꝓ prophetam Abacuch. Vę qui congregat auaritiam malã domui suæ, ut sit in excelso nidus eius, Abac. 2. & liberari se putat de manu mala. Cogitasti confusionẽ domui tuæ, concidisti popu- 22 los multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter iuncturas ædificiorum est respondebit. O quàm terribilia uerba, et quàm obstupenda formido, nisi homines insensibiliores essent brutis auibus, quę ad uetitũ non accedunt, ne fortè temporalem hanc uitam amittant, miseri autem homines non dubitant uetitum pertingere, etiam

cum periculo maximo æternæ uitæ amittẽ dæ,& in infernũ in perpetuũ cedẽdi. Vę(inquit)qui proximis suis nocent diuitiasq; illicite accumulãt,ut altissimũ nidũ & odoriferum,& ædes amplissimas construant. Væ
23 tibi,quia unde honorẽ,& amplitudinẽ elicere arbitrabaris,æternã elicies confusionẽ, & ignominiam. Lapides & ligna perpolita ędium tuarũ,& pretiosa suppellectilia domus tuæ,oĩa proclamabunt ultionẽ à Deo de te postulantia. O Deus immensæ bonitatis quis est adeò marmor,quòd his uerbis nõ contremiscit; amodo nõ incipit se recipere,& eo tantùm cõtentus esse,sine quo uiuere nõ pôt? Animaduertite fratres mei, q̃ supernus cęli imperator,uestri amore factus homo, nihil aliud in promptuario suo habebat sibi suisq; sacratis discipulis, quã quinque panes ordeaceos,& duos pisces frigidos,ut uideatis & cognoscatis, qũo se tractauerit Dñs Maiestatis,& discatis quomo
24 do tractaturi sitis carnem uestrã tam effræ
natam atque rebellem. Ideirco Sãctus Pau
Rom.8. lus postq̃ dixerat, q̃ Deus filiũ suũ mittẽs in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, quod laboribus, quæ sunt pœnę peccati,& à peccato ortę sunt nos à peccato liberauit: addidit inferiùs dicens; Ergo fratres debitores sumus non carni, ut secundum carnem uiuamus, si enim secundũ carnẽ uixeritis moriemini: si aũt spiritus facta carnis mortificaueritis uiuetis,hoc est. Sunt tanta,tamq; ineffabilia dona, quæ homo à Spiritu Sãcto recipit hic,& in futuro sæculo, ꝓpter merita Iesu Christi Dñi nostri, & tot dãna homo à suamet carne accipit, ut absolutè nihil carni præter modicam quandã sustentationẽ,spiritui autẽ omnẽ possibilem seruitutẽ debeamus. Quapropter si secundũ carnis appetitus uixerimus ęternaliter mo
25 riemur. Si autem Spiritus Sancti fauore adiuuante spiritum nostrũ,carnis passiones mortificaueremus, in ęternum uiuemus. Et dicit si spiritu,&c. ideest,si fauore Spiritus Sãcti adiuti. Atque hoc dicit,quia licet spiritus hominis sit prȩcipua pars,& principalior quã corpus,seperatus tamen à Spiritu Sãcto, non habet integrum dominiũ in parte animali,& carnali, imò sępenumerò ab ea superatur. Quando autem diuini spiritus uirtute indutus est,potentissimus manet,ad carnis passiones superandas. Omnibus his uerbis nos ad carnis mortificationem confortat,nobis proponens exemplũ quo modo Iesus Christus summum bonũ nostrum carnem suam mortificauit, & dicens nobis, quòd eius meritis in hoc opere,Spiritus Sãcti fauore adiuuabimur. Quis ergò erit deinceps, qui hac consideratione 26
carnem suam audeat permulcere? quis non confundetur, & uerecundabitur tam boni Magistri uestigia non sequens? qui de cælo in terrã descẽdit,ut nos doceret,qũo miserrima hęc corpora tractare deberemus.

Accepit Iesus panes,&c. Distribuit discũbentibus. Cœpit suis sacratissimis manibus panes illos diuidere. O æternę Dei fili,totius liberalitates,& magnificentia fons,quare Domine hos panes frangis, non possies singulis singulos panes dare,paucũ oĩa potentię tuę sint possibilia? Posset qdem, sed uoluit nobis ostendere, quam rationem 27
teruet in donorum suorũ,ac gratię diuisione,quã iustis in hoc sæculo facit: Non enim
eis integros panes dare consuescit,sed fragmenta,aliis alia,& alteris altera. Quod mysterium fuit, quod mittens Dominus duos illos fratres Moysen, & Aaron ad Pharaonem,dicit Moysi, Aaron erit Propheta tu⁹. Et anteà dixerat Erit os tuum. Tu loqueris Exod.7.
quæ ego prȩcipio,& Aaron loquatur Regi. Notabile profectò,quod dat Moysi tantã potestatem,nec tamen ei loquẽdi gratiam concedit: Aaron uerò nõ dedit potestatem gubernandi, dedit tamen illi eloquentiã, & gratiam ad dicendum. Quid referebat Dei,ut Moysen tam familiarem suum elo 1. Cor.12.
quentissimum efficeret? Hoc est mysterium, quod non uult omnia dona uni concedere, sed ea inter omnes diuidere. Diui 28
dens singula singulis prout uult dicit Sanctus Paulus: Est Deus maximus diuisor bonorum suorum, non uult ea integra dare, non præ auaritia,& illiberalitate, sed ut nobis plus proficiant dans nobis humilitatis occasionem. Diuisit ergo panes ac pisces, & manducarunt, quoſque saturati sunt. O benedictæ tales manus, quomodo diuidunt, & omnes lassatos consolantur, arque famelicos saturant, qui sua uestigia sequuntur. Curemus ergo liberalissimum hunc Dominum seqni, licèt cum fatigatione,& fame, ipse enim ranquã gratissimus nos reficiet,& consolabitur,gratiã suam nobis hic diuidens, & postea nos ad gloriam perducens. Quam nobis præstare dignetur Iesus Mariæ filius,&c. Amen.

Feria

Feria II. post Dominicam IIII. in Quadragesima.

Ascendit Iesus Hierosolymã, & inuenit in templo uendentes,&c. Ioã. 2.

1 STATIM, ut Redemptor noster Iesus Christus cœpit prędicare, ascendit Hierosolymam ad celebrationem Paschatis Iudęorum: & ingrediens in templum inuenit multos, qui uendebant oues,& boues,& his similia. O
Beda sup Ioan.c.2. stupenda res est,quòd locus tam sanctus & in toto orbe celebratus, ita esset prophanatus. Venerabilis Beda huius rei rationem reddit dicens, qd cum ij,qui in templum ueniebant non possent hęc secum asferre,ñ oblaturi erant,præcipuæ,hi q ex lõginquis regionibus uenerãt: ideo cõstituerant sacerdotes,ut pecus in templũ uẽdendum adduceretur,ut ibi in promptu reperiretur. Atque etiam prouiderant,ut essent illic hoies,qui publicas pecunias haberent, ad accõmodandum eis q non habebãt ut emerent ad offerendũ,& aliquibus(credo)
2 usurarijs, & illicitis conditionibus, id fiebat. Hæc autem omnia faciebant, ut ne qs reuerteretur,absque oblatione,& sic ꝓ negligentiam iura sua non amitterent,ac ꝓp illam utilitatem, omnem strepitum,& animalium uoces quas in templo extollebãt, libenter patiębantur. Perspicuum est enim quod oues belabant,& boues mugiebant, & maximus strepitus ementiũ & uẽdentiũ in templo erat. Vt uideatis quantum apud homines cupiditas ualeat,& quæ eos cogat facere. Quam obliti erant hi sacerdotes eo
Nu.18. rum,quæ Dñs cum ipsis loquẽs illis promiserat. In terra eorum nihil possidebitis neque habebitis partẽ inter eos. Ego pars, & hereditas tua in medio filiorũ Israel. Vos q
3 estis sacerdotes(inquit) nolite hęc terrena possidere,& cùm hæc uniuersaliter dixisset, subdidit statim peculiariter: Ego pars & hæreditas tua,&c. Vnusquisque sigillatim me unũ habeat hereditatem suam: acsi nullum alium haberem cui fauerem, nisi illum. Nõ amplius,quàm me unum uelis (ait unicuique) confide mihi. Ego te sub tutela mea suscipio. Hoc idẽ dicebat Propheta maxima
Psalm. 55. animi gratificatione,& affectu. In me sunt Deus uota tua, q̃ reddã laudationes tibi? O Deꝰ aĩæ meę quantã de me curã habes, uideris enim in nihilo alio te occupare, q̃ in me uno adiuuãdo. Quas ergò tibi gratias agã? quę reddã laudationes tibi, ideſt, quæ erũt laudationes, quas ego reddã tibi? consentaneũ est Dñe, ut totũ me in seruitute, & laudibus tuis occupẽ, ne diuitias aut uoluptates amplectar, sed oĉs curę meæ sint 4
qũo te amabo, nomenq; tuũ in æternũ glorificabo. Horũ oĩum obliti erant pessimi illi sacerdotes, & acsi Deus illis non promisisset se illos esse ꝓtecturum, utilitates suas cũ tãta offensione altissimę Maiestatis quærunt. Itaq; illius sancti loci prophanatio, ex sacerdotũ cupiditate dimanabat. Si aũt hoc malum in illis sisterer, tolerabile esset. Sed hoc magis est plorãdũ, q̃ hęc cadẽ miseria ad nos ęt peruenit. Cupiditas enim una est ex radicibus undè tanta incõmoda ac strages sacrosanctę Ecclesię Dei ortæ sunt.

Inter abominationes, quas uidit Prophe Ezec.8.
ta Ezechiel in loco sancto, prima fuit idolũ, q̃ erat sup ostiũ in ipso tẽpli uestigio, & ita dicit: Et leuaui manus meas ad uiã Aq- 5
lonis,& ecce ab Aqlone portę altaris idolũ zeli in ipso introitu. Idolũ æmulationis & inuidiæ, Et hic ubi nos legimus idolũ zeli trãstulerũt septuaginta interpretes, erat statua possidẽtis. Nã realiter, & uere idolũ illud tẽporaliũ bonorũ cupiditatẽ significabat, q̃ est mater inuidiæ. Et hãc ipsã abominationẽ,& idolũ primũ hodie inter plurimos Christianos reperietis, q utilitatẽ tã q̃ Deum uenerant. Hoc idolum est in ostio tẽpli. Hoc est, multi ingrediunt in sanctam Ecclesiam,& sacerdotes fiũt ꝓp solam utilitatẽ,& ut tẽporalia bona possideant. Qui ad ꝓsbiteratũ ꝓmouẽt tantũmodo, qa optimo canonicatui, aut pinguissimo beneficio 6
ꝓficiẽdꝰ est, qũo nõ est dicẽdus ꝓ idoli ostiũ itroijsse? Prius frater mi pecuniã uenerabes q̃ tẽplũ ingrederis, cũ i solã tẽporalẽ cupiditatẽ prius oculos cõiecisses, ipsaq; oĩno aut saltem ꝓcipue te ad ecclesiasticum statũ amplectendũ concitarit. O terribilẽ abominationẽ q pp hunc finem ingrediuntur quomodo non prophanaturi sunt sanctã ecclesiã? & quomodo nõ erunt infamiæ occasioni plurimis bonis uiris, q in ea sũt? His, q fratres mei ex uobis Ecclesiastici esse intenditis. Dei nomine diligentissime commẽdo, ut intentiones uestras reformetis, ne per idoli ostium ingrediamini, ne tantam abominationem committatis, ut primum cultum & ueneratiõnẽ cupiditati faciatis.

Sed

Sed puro corde curate uos totos diuinæ Maiestatis seruituti dedicare in tam sancto statu, recipientes eũ, ut magis expediti sitis ut vos omnino tãto Domino tradatis. Qui autẽ iam estis in templo, si fortè in introitu idolũ adoratis agite modo pœnitentiam, & ĩcipite uerè, & ex animo, omnẽ cupiditatẽ, & inuidiã abijcere, & uos totos (ut par est) sanctæ munerum vestrorũ executioni tradere. Si.n. legis scriptæ sacerdotib. dicebat,
7 in terra eorũ nihil possidebitis. Ego enim pars tua, & hæreditas tua: quanto magis debemus sacerdotes legis gratiæ partẽ hanc, & hæreditatẽ inquirere? Dicite Patres mei cũ spiritu, & efficacia dulcissima illa uerba Dauidis: In me sunt Deus vota tua, q̃ reddam laudationes tibi? quibus rebus Domine tibi seruiam, aut quas dignè gratias agam, pro tanta cura, ac solicitudine, quam de me habes?

Vt Dñs honoris patris sui cupidissimus templum uidit effectum locum animaliũ uenaliu m, & emptorũ ac uenditorũ forũ,
8 quid oportuit illũ sentire? Apertè constat quid senserit, siquidẽ, quo diuino illo ingenio, qua animi mãsuetudine, & humilitate, qua deniq. uiscerũ teneritate sepissime hominũ miserias cõdolẽs lacrymabatur, non obstante tamẽ hoc dicit sanctũ Euangeliũ, *q̃ Fecit flagellũ ex funibus, illosq; flagellis cadens oẽs è templo eiecit, diruẽs mensas, & nũmos, qui insuper erant dispergens.* Non.n. cor eius potuit tolerare, ut impudicitiã uideret, qua sui æterni patris Maiestas amplissima offendebatur. Dicit insuper sacratus textus. *Recordati sunt discipuli eius q̃a scriptum est, zelus domus tuæ comedit me.* Zelus eius uiscera rodebat, & uitã illius comedit, p̃p zelum.n. honoris patris sui, & p̃p animarum nostrarum zelum fecit quod fecit, dixit quod dixit, & reprehendit quod reprehẽdit. Vnde occasionẽ sumpserunt impij interficiẽdi eum. Zelus est feruor ardentissimus, q̃ ex feruidissimo amore recedit. Quẽ admodum uinum purum positum in sublimatorio, suppositò igne feruẽs à se uapores quosdã immittit, & ij in liquorẽ illũ cõuertuntur, q̃ ex ipso sublimatorio defluit, videlicet aquã uitæ q̃ ardentem dicimus, q̃ est máximæ fortitudinis & caloris, sic etiã ex feruẽtissimo amore, q̃ in corde ẽ, p̃cedunt feruidissimi affectus, q̃ per uerba, & opera ardẽtissimè manifestantur: atq; hic dicit zelꝰ. Et ubi hic zelus nõ ẽ, signũ ẽ aut q̃ nullus est amor, uel saltẽ siquis est, est frigidus & remissus. Quo zelo præditus erat D. Paul⁹ cum ad Thessalon. i medio tribulationũ sua rum scribit? Propterea ergo amplius nõ sustinẽs nisi ad cognoscẽdum fidẽ vestrã, &c. Quoniã nunc uiuimus si uos estis in dño. Quasi mortui eramus præ timore, ne fortè defecissetis, in quo uobis p̃dicaueramus, & nõ uiuebamus nisi cum spe audiendi hoc: 10
modo ãt uiuimus si vos estis fortes i Chri 1. The. 3.
sto. Itaque tãn zelum animarum salutis habebat, ut mortẽ existimarent, si ipsi à virtute deficerent, uitam ãt arbitrarenẽ si in ea constantissimè perseuerarent. O ardentissimam sancti uiri charitatem? Qualem igitur oportuit esse zelum humanæ salutis, quo Iesus Christus filius Dei flagrabat, cùm sancti tantum habuerint?

Dicit sanctum Euangelium q̃d⁹ expulsis illis à tẽplo plurimis uerberibus præ sãcto illo zelo, dixit eis Iesus: *Auferte ista hinc,* 11
& nolite facere domũ patris mei domũ negotiationis. Vñ efficacissimũ elicit argumentum, ad intelligẽdum, q̃tus cultus, & reuerentia sacris locis debeatur, & quanto odio Deus execret insolentias, & peccata, quæ in illis cõmittunt: cum nunquam legatur suismet manibus alios punijsse, præter eos, Simile.
qui templum p̃phanabant. Si Rex à curia ueniret in hanc urbem & suis proprijs manibus delictum aliquod puniret, argumẽtũ esset, q̃ maximè illud oderat. Venit ergò Rex maximus Christus ex cælo, ut suis proprijs manibus insolentiã hanc, & sacri loci prophanationem puniat, cõsequitur igitur q̃ execrabile hoc inter cætera peccata, & maximè exosum peccatũ ẽ. Peccauit Adã, 12
& misit Deus Angelum, qui eum à paradiso eijceret. Peccauerũt maledicti Sodomitæ, & Gomorrhæi, & pluit Deus ignẽ super Gen. 19.
eos, q̃ illos combussit. Peccauit vniuersus Gen. 6. 8
mundus libidinosus, misitq́ue Deus aquas 7.
diluuij, & submersit illũ. Peccauerũt senes Dan. 13.
in Susannam; misit Deus Danielem. Pecca 2. Reg. 24.
uit Dauid: misit Deus Angelũ, q̃ populum eius peste puniret. Solum ãt hoc peccatum suis proprijs manib. punit. Nec Angelos, nec ignẽ, nec aquas, nec Prophetas mittit, sed ipsemet de eo uindictã sumit. Nõ q̃ illud, qd̃ in templo faciebãt illi, malũ esset, sed, q̃a illud in tẽplo faciebãt. Qd̃ si, q̃a in templo ea q̃ sacrificiis necessaria erãt, emebãt, & uẽdebãt eos sic Deus punit: tu, q̃ uenis in templũ, & ibi proximi tui famã diripis murmurãdo: & tu, qui uenis, ut mẽtale adulteriũ in tẽplo cõmittas aspiciẽs fœminã, & concupiscens illã, & tu, qui in locum sanctũ uenis, ut illicitos contractus facias, quo supplicio à Deo afficieris, cũ in ipsam eius domũ uenias ut eũ offendas? De quo
Iuer. 11. querebat diuina Maiestas maximo dolore, p̃ pphetam Hieremiam dicentẽ? Quid est q̃ dilectus meus in domo mea fecit scelera
13 multa? q̃ q̃dam proditor scelus in aliquem cõmittat non est mirum. Sed quod amicus tuus p̃ accidens, q̃ sese obtulit ruri te iuuaturia afficiat, & alapã tibi infligat, magis mirandum est, & satis habes, q̃ queraris, quia amicus tuus tale fecerit. Sed si hic amicus tuus ex instituto ueniret domum tuam, & te alapis cẽderet, quid de eo diceres? Quod Mauritanus, & barbarus Deũ offendat non est mirum, quia non illũ cognoscũt. Quod aũt Christianus eũ in foro offendat miserã dũ est maximè. Sed super omnia, q̃ ueniat hic, qui est ex notis, & clientibus Dei, cui Deus maxima beneficia cõtulit, in propriã eius domũ ad infligendum ei alapas, hoc est
14 quod facit obstupescere. Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Quid animaduertisti (inquit Deus) in me, ô Christiane, quem ego nimis dilexi, ut corã me tot flagitia perpetrares? O q̃ affectuosum est hoc uerbũ, & q̃ti doloris plenũ, nisi Christianus sensum amisisset? Heù quo te puniet Deus, quousq. te à suorũ gremio cum damnatis in infernũ p̃cipitet, nisi
Iob. 19. ad pœnitentiam cõfugias. O fratres, q̃ sæuissima erunt illa uerba? Si dicebat Iob, Miseremini mei, quia manus dñi tetigit me. Si tactum manus Dei uocat necem filiorum, diuitiarum, subtractionem, & ulcus, quo totum eius corpus coopertũ erat, & se ita insterquilinio deseri, atq; ab amicis, & à sua propria uxore uexari: si hæc omnia tactum uocat, quid erit q̃n Deus manũ cõpresserit,
15 & pleno ictu miseros peccatores percusserit? Si talẽ reddidit amicũ suum uno tactu, qualẽ te inimicũ suum ictu cõtacti pugni efficiet? O fratres potentissimũ hũc Deum timete. Et cauete ne eũ alicubi offendatis, & multò minùs in locis sãctis, ad quæ oportet nos deuotè, ac reuerẽter accedere. Moysi dixit Deus, solue calciamẽtũ de pedibus
Exod. 3. tuis, & huius rei rationem reddẽs dicit, q̃a locum, in quo stas terra sancta est. Homo prudẽs ac iustus scit differẽtiã inter loca cõstituere, & tẽpus à rpe separare, malus uerò

oĩa una regula demetitur, ita agit in tẽplo ut domi suæ, & in foro, ita ludit, & uagatur in quadragesima, ut extra quadragesimam, Simile.
nescit tẽpus, nec locũ sanctũ reuerẽter tractare. Et ut hõ intelligat nõ sufficere interiorem effectũ, & deuotionem, sed q̃ ẽ op⁹, ẽt exteriori opere, ideò p̃cipit Moysi, ut calciamenta subtrahat, & ita nudatis pedibus accedat ad terram sanctam terendam. Si ergo Moysi p̃cipitur, ut tanta cum reuerentia
16 ad rubum accedat, in quo erat Angelus repsentans authoritatem Dei, qua reuerentia opus erit ad accedendum, & ingrediendum modo in templũ, ubi realiter Dñs noster Iesus Christus uerus Deus, & homo cõmoratur? O utinam ex hoc intelligamus, quem cultum tam sacrosancto loco exhibere debeamus. Dicebat Dauid: in tẽplo eius Psalm. 28.
oẽs dicẽt gloriã. Si ergò i eo tẽplo ubi erat arca cũ manna, quod sæpe pedibus cõculcabatur filij Israel, dicebat Dauid nihil aliud in eo loquendũ esse, quã laudes, & magnalia Dei, quãto plus oportet in tẽplis huius tẽporis hoc obseruari? In templo eius omnes dicent gloriam in templo Dei nõ oportet aperiri os nisi ad gloriam ipsius Dei.

Etiam hinc alterum efficacissimum argu 17
mentum abstrahitur, & est, q̃ cùm Deus sic oderit, & puniat, q̃ materiale templũ profanetur, quanto grauius punietur eum, qui spirituale templum profanauit, quod est propriũ altissimæ Maiestatis domiciliũ? Ad q̃ necesse est sciamus, qd̃ uita uniuscuiusque Christiani, & eius principale exercitiũ debet esse ut semper intentus sit in cõstruẽdo domũ, & habitationem Deo, ut nos admonuit? Sanctus Petrus dicẽs: & ipsi tanq̃ lapi 1. Pet. 2.
des uiui, superædificamini domos spirituales. Vos qui lapides estis uiui, super hoc, quod Deus operatus est in nobis ædificaturi estis unusquisq. domũ spiritualẽ, non ex lignis, aut lapidibus demolitis sed ex uiuissimis, & concitatissimis desideriis, atque 18
ex splendidissimis uirtutibus, & nõ ædificaturus est unusquisq. secundũ suũ liberũ arbitriũ, ex cælo.n. nobis datus est modus, secundũ quẽ domum istã cõstruere habeam⁹. Moysi dixit Deus. Inspice, & fac secun- Exod. 25
dum exẽplar, q̃ tibi in mõte mõstratũ est. Atq. ibi figuratum est quod realiter nobis p̃cipit, ut ædificemus secundum exẽplar, q̃ nobis in mõte datum est, qui est mons de quo Dauid dixit: Mons Dei mons pinguis, mons congulatus, mons in quo beneplacitum Psalm. 67

tum est Deo habitare in eo. Qui est Dominus noster Iesus Christus, mons omnibus gratijs coagulatus, in cui⁹ humanitate beneplacitũ est uerbo diuino habitare per hypostaticã unionẽ in æternum. Et ĩ nulla conscientia habitabit Deus, quã non aspexerit ædificatã, secundũ formã, quę nobis ab hoc monte data est. Quòd si tibi difficile uideaĩ, qđ conformari debeas illi, qui lícèt sit uerus hõ, est etiã Deus uerus, cõijce oculos in sãctos, q etiam puri homines fuerunt, ut tu, quæ sunt formæ, & constructiones huius diuini templi, Iesu Christi. Hoc é mysteriũ, quare S. Paulus nobis dicit: Imitatores Dei estote sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit nos. Et alibi dicit: Imitatores mei estote sicut & ego Christi, quasi confortãs nos ad illud hac rõne; si uobis maximũ uidetur, q̃ precipiatur uobis Iesum Christũ imitari, qui est Deus, saltem aspicite me, q̃ sum purus hõ, & me imitamini, sicut & ego illũ. Idcirco admonens nos in uno loco, ut Deũ imitemur, in alio admonet, ut sua uestigia sequamur. Et hinc infertur, q̃ omnes viri iusti sunt regulæ quædam uiuæ, quib⁹ ducamur, & cõfortemur, ad idem faciendũ quod ipsi fecerunt. Ars ędificãdi est in Euãgelio, ibi sunt diuinæ regulæ, quæ sunt diuina præcepta & consilia Dei & cælestes admonitiones, quæ nobis in illo danĩ; modus uerò sculptus ẽ in sãctis. Itaq. unusquisque sanctorũ est uiuum quoddã & pictũ ẽt Euãgelium? quid enim in Euangelio legit, qđ in sancto nõ reperiatur? Mansuedo, patientia, castitas, &c. omnia uirtutis exempla, omnia (inquam) in sanctis insculpta cernunt. Itaque inexcusabiles erunt oês negligentes in ædificandis conscientiis suis. Non poteris ò piger excusari dicẽs: Nescíui legere Euangelium, nescíui legere regulas, quæ in eo sunt, nõ tibi hæc cã proderit, omnia enim depicta, & opere cõpleta in seruis Dei conspexisti. Quantumcunque rudi ingenio sis scies legere hũc librũ nisi sis cæcus. Fecit Deus sicut magistri, q̃ characteres in puerorũ tabellis scribũt, ut ibi discãt pueri scribere. Hoc ꝓmiserat Deus uelut singulare beneficiũ dicens ꝑ Hiere. Hoc erit pactum, quod feriã cum domo Israel, post dies illos dicit Dñs: Dabo legẽ meã in uisceribus eorũ, in corde eorum scribam eam, & ero eis in Deũ, & ipsi erunt mihi in populũ. In monte Sinai dedit legẽ in lapidib. scriptã, in monte autẽ Sion dedit ipsam in cordib. insculptã. Non legimus, qđ Christus Redemptor noster legẽ suã in libro aliquo scriptã dederit, sed in centum uiginti hoíes, quasi in centũ uiginti libros immisit Spiritum Sanctum, quos in uniuersum mũdum diuisit, ut lex uiua, mortua corda uiuificaret. Et q̃tũ fructus ex illis ꝓceptum fuerit testes sunt Mũdus cõuersus, Idololatria sepulta, Ecclesia sparsa, & in toto terrarum orbe fundata, ab ortu solis, usq. ad occasum. Ferre hos Sanctos uiros in uisceríb. & corde suo scriptã legẽ, nõ solũ significat, q̃ optimè intelligebant illam legem, quam ꝑdicaturi erant, sed ẽt significat, q̃ eam magnopere diligebant, & aptè apparet, q̃ fixam illam cordib. haberent, & q̃ capti ei⁹ amore essent, cùm toties, uc eẽ in mũdo docerent, morti se obtulerint, totq. ac tantos labores ꝑpessi fuerint, & unusquisque in ei⁹ ꝑdicatione fuerint interfectus. In hos ueros iustos, atq; in alios plurimos, qui ex illis emanarũt usq; modo oportet nos, fratres mei, oculos conijcere, & ab eis disce re uitas nostras reformare, cõscientiasq. nostras Dño ædificare: Propter hoc dẽt ꝑdicatores curare, ut plerũq; antiquorũ patrũ mores, uiuẽdiq̃e rõnẽ in memoriam auditorũ reuocent, ut q̃ inter sunt animentur, & ad eos imitandos confortentur. Sic faciebat maximus ille ꝑdicator mundi B. Ioan. Baptista. Hoc. n. significat, qđ de eo dixit Angelus Zachariæ; Ipse conuertet corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorũ. Vult dicere quod prędicatione sua hominum dura, ac uitiosa corda, mitia, ac pia, sicut maiorum suorum corda redditurus erat, & q̃ uitã, ac prudẽtiã patrũ suorum, q̃ fuerãt iusti, in filiorum uisceribus erat imꝑtiturus, patres in filiorum memoriã reuocãs, & filios ad illorum imitationem confortans.

Hæc oĩa diximus, ut uos ad spiritualẽ hãc ædificationem excitemus, atque intelligatis, q̃ nõ cõstruẽda est iuxta uoluntatis uestrę regulã, sed ꝑ eã quã Deus uobis in unigenito filio suo dedit, & in omnibus iustis qui eum sequuti sunt demonstrauit, q̃ antea in ędificio tẽpli Hierosolymæ figurata est, cuius unũ maximè notabile insigne fuit, q̃ nõ modò ea, quæ intus erãt, cooperta erant auro, uerũ ẽt, quæ erãt in porticu auro ornata erãt. Sic nihil debet esse in tẽplo animæ nostræ, ne in porticu quidẽ tẽpli. (Quod est corpus) quod diuini amoris

auro

auro nõ sit coopertũ, ita ut in oculorũ uisu, linguæ locutione, pedũ incessu, manuũ operibus, in oĩbus deniq; charitas insignis, & amor ardentissimus illucescat. Vt faciebat S. Paulus, & eius socij, qui de se ac de illis loquens, dicit. Semper mortificationem Dñi nostri Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus nostris. O quis ad tam altum uirtutis gradũ peruenire? & interiùs, ac exteriùs bonus esse ꝓcuraret, interiùs ut Deo placeat, & exteriùs ut Deo placeat, & hominibus optimũ pietatis præbeat exẽplum, ut Deũ glorificent. Hoc est. n. quod in omnib. operibus nostris debemus intendere, non aũt gloriã aut laudem humanam, qđ etiam in modo supradicti ædificij Salomonis significatum est. Nam 3. Regum dicitur, q̃ Salomon fecit in templo fenestras obliquas; q̃ fecit fenestras exteriùs amplas, interiùs uerò angustas, sicut sagittas: uolebat enim Deus, ut in templo parum lucis exterioris introiret, ad illud clarificandum: maximus namq; erat intus splendor facium, quę semper in eo ardebant: sic uult Deus, ut in spirituali tẽplo maxima sint fide, ac charitatis luminaria, & lux ac gloria exterior seculi nihili æstimetur, sed quod oês dicãt cũ sancto Paulo: Gloria nostra hæc est, testimonium cõscientiæ nostræ. In hoc. n. hominis fœlicitas consistit, ut in gratia Dei sit. Curemus ergo fratres dehinc ædificationẽ hanc incipere cũ omni feruore, absque defatigatione. Hæc est enim una ex maximis miseriis mundi, q̃ cum aliquem aliqua uirtutis opera uidemus facere, statim nobis multũ uidetur, & quod si in ijs paucis eũ imitare mur, maximũ aliquod nobis feciſſe uidemur. Atq; hæc oĩa proficiscuntur ex eo, q̃ oculis nostris hoíes maximæ sanctitatis nõ uiderimus, nec eos mentib. nostris cõtemplati fuerimus. In Esdra res quædã singularis dicitur: quod omnis populus uociferabatur clamore magno in laudando Dñm, eo q̃ fundatum est templum Dñi. Plurimi aũt de sacerdotibus, & principes patrum, & seniores, qui uiderãt tẽplum priusq̃ fundatũ esset, & hoc tẽplũ in oculis eorũ; flebant uoce magna, & multi uociferãtes, & cũ lętitia eleuabãt uocẽ. Adde, q̃ postq̃ templum ædificatum est ab Esdra, pueri, & iuuenes, q̃ Salomonis tẽplũ nõ uiderãt, maximas uoces præ lętitia extollebant, laudantes Deũ, q̃ nouum illud tẽplũ erectũ uideret. Senes aũt, qui alterius tẽpli diuitias aspexerant, eiusq; perfectionẽ intuiti fuerant, lamentabantur, acsi dicerent. O si uidiſſetis quale esset alterum templũ, & quãtũ hoc excelleret, non profecto gauderetis, sed nobiscũ ploraretis. Hoc agitur nunc ad literam: cũ uidemus q̃ aliquis nõ deprędatur, nõ adulteratur, non interficit, statim eum sanctum iudicamus. O quàm bonus seruus Dei, qui non facit malum: ò quã pulchrũ templum, quacunque minima re contenti sumus, & nobis optima uidetur. Viri autem considerationis, qui licet oculis suis maximos sanctos non uiderint, oculis tamen animæ maiorum gesta plerumq; cõsiderant, plorãt uidentes parum uirtutis ac pfectionis nostrorum tpum, sic oportet nos oês facere, non contentos esse oculos coniicientes, in præsentes iustos, & eos imitantes: fortasse. n. aliquas imperfectiones in eis uidebimus, quę nos in sanctis exercitijs frigere faciant. Verùm attentissimè uitas illorum inuictorũ Martyrum, pijssimorum Confessorum, illorumque tam constantiũ Eremitarum præclara uirtutis opera consideremus, qui in solitudinibus asperrimis tanto cũ ieiunio, ac uitæ acrimonia morabãtur: oculosq; conijciamus in illas teneras, ac delicatas uirgines, quæ ne pudicitiam suã amitterent, tot, tamque uaria tormenta fuerunt perpessæ. Et consideremus simul, q̃ omnes ex ossę & carne puri homines sicut nos fuerunt, eandemque gloriam, quam nos speramus, ipsi sperauerunt, ipsumque adiutorem habemus, quem illi habuerunt, uidelicet Deum, qui nobis in hoc opere conficiendo, maximè fauebit, & sic non paucis erimus contenti, sed cum fortitudine & nouo animo, spiritualem hanc fabricam prosequemur. Hoc igitur in proprium Dei templum, in quo diuina Maiestas semper commorari cupit, & ubi uult maximã esse sinceritatem, & maximo cum rigore punit eum, qui hoc prophanat, & coinquinat. Quapropter intret unusquisque in seipsum, & consideret, utrùm hoc templum sit, sicut erat templũ Salomonis, & utrùm sit strepitus, & tumultus hominum, qui illud prophanent? Dixit Deus Ezechieli: Fili hominis fode parietem. Et cùm fodit illum dixit ei: Ingredere, & uide abominationes pessimas, & ingressus (inquit) uidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & aĩalium abominatio, & uniuersa idola domus Israel depicta erant in

parietę;

1. Cor. 4.

3. Reg. 6.

Luc. 1.

Hier. 31.

Eph. 5.

1. Cor. 4.

2. Cor. 1.

1. Esd. 3.

Ezech. 8.

pariete, in circuitu per totum. O quanto stupore plenus mansit Ezechiel, postquam in templo sancto tantam abominationem uidit. O incommutabilis Deus, quomodo non obstupescit homo rationalis, si consideratione sua fodiat, & intra se ingrediatur uidens tantum odium, auaritiam, ac inuidiam? Quid ergo superest nisi quòd ex animo hæc mala lamentemur? O gloria iustorum, ac iustificator peccatorum Iesu Christe fili Dei, quid sentires præ ardentissimo zelo amoris tui, quo in animas inflammaris, si nunc passibilis esses, & tristitiam posses accipere, animaduertés, quam prophanum sit unumquodque horum tuorum templorum? Eia ergo fratres, incipite iam expellere has prophanitates a templo Dei, & curate illud ab omni immundi
Psalm. 76. tia uerrere, ut dicebat Dauid. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercitabar, & scopebam spiritum meum, idest, posui rationem noctu cum corde meo, & exercui me in auferenda immunditia secularium affectuum, cum bathilo timoris Dei. Qui optimè uult uerrere, prius bathilo radit humum, & omnia, quæ illi infixa sunt, aufert,
32 & postea scopa peruerrit. Sic faciebat Dauid, qui exercebatur, in auferendo a corde suo omni malo. Sic etiam uos oportet facere purissimo Dei timore, quasi bathilo omnes has immunditias a corde euellite, & postea exactissima quadam contritione peruerrite, & foras omnem hanc immunditiam expellite. Aliqui sunt, qui uerrunt, & tamen non euellunt limum confitentes se ad superficiem relinquentes in anima limum amoris carnalis, absque uera determinatione, et proposito fugiendi omne malum, et omnem illius occasionem euitandi. Vos autem nō oportet sic facere, sed noctu, dieque debetis in spiritu mundando
33 exerceri, ut nihil in eo sit, quod diuinę Maiestatis oculis displiceat. Sic.n. semper in his templis cōmorabitur, uiuificans illa per gratiam, & donans perseueran tiam in ea, quousque gloria comparetur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria III. post Dominicā IIII. In Quadragesima.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, &c. Ioan. 7.

CElebrabatur Hierosolymis festū 1
Scenopegiæ, quod alio nomine dicitur tabernaculorum, in memoriam quod patres antiqui in deserto in tabernaculis habitauerunt. Hoc festum, ut declarat S Aug. agebatur septē Augustin. Chryso.
diebus, quod etiam exponit S. Ioan. Chrys. et in dimidio illius (hoc est die quarto) ingressus est Christus Redemptor noster in templum, tunc.n. magis expediti erant homines ad audiendum uerbum Dei. Nam tribus prioribus diebus maximè occupati erant in executione ceremoniarum legalium. Ingrediens igitur in templum cœpit more suo solito populum docere. Et mirabantur Iudęi, dicentes: *Quomodo hic literas scit, cum non didicerit?* Videntes illum expo 2
nere altissima mysteria sacrę scripturæ, obstupescebāt, et ēt præ malitia sua obcæcabantur cōsiderantes. n. q̄ non didicisset, cū Deū glorificare deberent, qui tantā sapientiam ei dederat, dicebāt, q̄ dæmoniū habebat, et quod in uirtute diaboli talia loquebatur. Videte in quantam calamitatem deuenerint hi miseri, qui ex medicina morbū eliciunt. Medicina animarū est uerbū Dei, et ex hoc hauriunt hi morbum. In Apoc. Apo. 22.
dicitur q̄ uidit S. Ioannes ex utraq; parte fluminis lignum uitæ, et folia ligni ad sanitatē gentiū. Arbor plantata in duplici ripa, est Iesus Christus uerus Deus, et uerus homo: Plātatus in sinu patris, et in uisceribus purissimæ matris. Arbor uitæ, cuius folia sunt diuinissima verba, quæ sunt oībus gentibus medicina. Et ex hac medicina venenum auferebant miserrimi isti, liberet nos 3
Deus a tanto malo, q̄ ex medicina, quę uulnera sanare debet, mortē et cōdemnationē referamus; Quotiescunq; prædicationē auditis, et ſm eam non operamini, imò peiores efficimini murmurantes de prædicatore, ex medicina morbū elicitis. Cum auditis sacrū, et fœminam effrenata cupiditate aspicitis morbū ex medicina abstrahitis. Heu, heu, aduersus quot clamabit sacrum, et prę dicatio in die finalis iudicij? O maximam infœ-

licitatem Ecclesiæ Dei, quod tantū bonum in tantum malū nobis conuertāt. Si qñ Iesus Christus filius Dei in cruce sanguine cruentatus pendebat, ex suis sacratis oculis maximam lachrymarum copiam effundēs, æternum patrem deprecabatur, dicens: Pater ęterne, ego morior pro his animabus, parce his, quæ ad te uoluerint accedere cū dolore peccatorum suorum, & cum propo
4 sito iam amplius non peccādi. Dicite quid uos tunc faceretis sibi essetis cum fide, quā nunc habetis? quot lachrymas effunderetis? qua animi contritione a Deo ueniam peteretis? quomodo diceretis: Pater æterne p has lachrymas, per hunc sanguinem, p hāc dulcissimi filij tui mortem te rogo, ut peccata mea dimittas. Non esset possibile, quin hæc, & plura etiam diceretis. Cogitate ergo fratres mei, quod sacrum, quod auditis est idem sacrificium, quod bonus Iesus in cruce patri obtulit, & quod hic est idem dominus, licet gloriosus. Dicite ergo mihi quęso, quomodo tam irreuerenter sacrum auditis? quis uestrum huic sacrificio adest eo
5 modo, quem supra dixi? quare non verecundamini cùm hoc ita sit? cùm illic idem dominus sit, & idem sanguis offeratur, cumq; uos ueritatem hanc fateamini, & cum oporteret pro ea essetis morituri, quare, quo tēpore lachrymis inspersi esse deberetis, salutem ab ęterno patre deposcentes, propter illum pretiosum sanguinem, tunc cogitatis q̄ uos scitis, machinamini demolitiones diaboli, & ea quæ ad uos non pertinent, oculis aspicitis? Non animaduertitis, quod ex medicina uenenum assumitis? De prædicatione aūt quid defertis? quod crebrius ex ea defertis, est contentio, murmuratio, aut admiratio. Si altissimus quidam sermo prędicat, admirationem defertis, dicentes. O quam be-
6 ne prædicauit, & tota res ibi sistit, nec ulterius progredit. Si aūt p̄dicator parūper scelera uestra perstringit, murmurationem, & indignationem elicitis, quasi mula quæ calcitrat cum eius uulnera quis attingit. Etiā ex
Simile. prędicatione cōtentionē plerunque auferetis: hic melius (dicitis) hic verò peius p̄dicat, detrahentes, de seruis Dei pp affectum, aut odiū uestrū, & autoritatē cōminuentes doctrinæ, q̄ Deus per illos prædicat. Quapropter S. Paulus discipulum suum Timotheū exhortabatur, ut in executione huius sanc-
2. Tim. 4. ti ministerij maxima sapientia scilicet, dicens. Testificator corā Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est uiuos, & mortuos p aduentum ipsius, & regnum eius p̄dicat uerbū, insta opportune, importune, arguē, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina. Erit enim tps cū sanā doctrinam non sustinebūt, &c. Adiuro (inquit) te discipule mi coram Deo, & domino nostro Iesu Christo, qui uēturus est iudicare uiuos & mortuos, & per illum aduentum, non per primum, cū uenit in pace, & mansuetudine, sed per illū 7
aduentum tanti rigoris, cùm in illo horribili die coram diuino eius conspectu sumus præsentandi, & per regnum eius beatū, ubi facie ad faciem eum uisuri sumus. In quo si stet hoc? quid ex tanta prægnatione exire oportet. Valdè notabilis res erit, quam uult dicere, siquidem per tot, tamque notabiles res illum priùs aduirat. Et ita uerum est, qđ omnes has exaggeratione, posuit priùs q̄ diceret: Prædica uerbum. Vt significaret, q̄ necessarium sit hominibus uerbum Dei, & sic dicit: Per hæc omnia te adiuro, ut diligētissimè aduertas hanc periodum huius epistolę, quam ad te scribo, ut diuinam doctrinam, uerbo, ac moribus prædices, & nō quocunque modo, sed insta, maximam diligen- 8
tiam, & efficaciam in ea prædicanda adhibe. Opportunè, importune, hoc est, cum tēpore, & sine tempore. Nullum enim est tēpus & opportunitas ad rem tam necessariā tractandam. Aut significat cum inueneris opportunitatē, esto importunus in hac re. Argue, reprehende superbos, debiles roga, homines nequam cum rigore corrige, sint quicunque fuerint. Ne dissimules, nec fileas ueritatem propter minas, aut propter blanditias. Vide q̄ si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Ne habeas rationem amicitię, & hæc omnia facies in omni patiētia, & doctrina. In omni patientia (inquit) significans, quod necesse est illum habere patientiam ad plurima, cùm ne in ministerio laxetur. Ne statim deficias, si enim hodie prędicatio non proderit, cras proderit, quod si cras non possit, alia die proderit: tū etiam opus est patientia ad murmurationes, & contradictiones tolerandas, quę offeruntur prædicanti ueritatem. Etiam est ualdè necessaria ad hunc laborem, de quo loquimur, quod est animaduertere, quot in hac lite iudices esse velint, & facultatem plebis uidere, in sententia proferenda circa prędicationes. In artibus mechanicis, nullus est, qui alterius opus audeat iudicare,

nec

nec in eo defectum notare, dicentur enim illi, quòd id non intelligit. Si examinandus est sartor, non vocatur sutor, ut eum examinet. In arte autem prædicandi, in re tam difficili & ardua, omnes uolunt sententiam ferre: vnusquisque decreta sua rata esse uult, diuini operis autoritatem minuens suis erroneis sententijs. Propter hoc, & ꝓpter plurimas alias contradictiones, quæ offerri solent ijs, qui cum feruore, & zelo uerbũ Dei
10 prædicant, illis maximè commendat Sanctus Paulus, ut patiẽtia muniantur. Satis oportet uos ex dictis intellexisse, quòd plurimis missa, & prædicatio in uenenum, & condemnationem eorum culpa conuertit: sicut Pharisęis in uenenum cęlestis Domini doctrina uertebatur. Dic ergo ò paterꝝ rationem seruauimus, ut diuinus sermo, & missa nobis prosit? Placet mihi profectò, loquatur Salomon cum omni sua sapientia, seu (ut melius dicam) Spiritus sanctus in illo. Cęlestem certe quãdam doctrinam nos
Prou. 23. docet, dicens: Quando sederis cum principe, diligenter attende, quę sunt posita ante
11 faciem tuã, & statue cultrũ in gutture tuo. si tamen habes in potestate animam tuam. O diuina uerba, imprimat ea Deus pro sua benignitate in cordibus nostris. Primo notandum est, quòd audire prędicationem, est sedere ad mensam Principis regum terrę Iesu Christi: sic enim illum uocat S. Ioãnes in Apocalypsi, Principem regum terræ,
Apoc. 1. & qui in hac mensa comederit, debet sedere quietissimè. O quot hominibus non proficit diuinus cibus, quod est uerbum Dei, quia stant inquieti. Discumbentes erant conuiuæ, qui in monte manducauerunt: & idè Dominus, qui eos inuitauit, iussit illos discumbere, & iussit etiã colligi fragmenta, quę superfuerant ex mensa, ne mica quidem amitteretur, quod supernæ eius liberalitati uidetur maximè repugnare. Hoc autè
12 iussit ut significaret, quod ex conuiuijs Dei nihil est, quod supersit, ne micam quidem uult Deus relinqui, nec minimam sententiam uult negligi, sed quod omnia custodiãtur. Prꝛter hoc, quod sedere debent oportet eos attẽtissimè animaduertere. Idcircò postquam dixerat: Cum sederis cum principe, addidi, diligenter attende, quę sunt posita ante faciẽ tuam. O quantum malum est nõ attendere, & hic esse corporaliter, at uerò cor, & spiritum per forum diuagari. O quot hic estis, qb⁹ omnia, quę Dei nomine hucusque dixi penitus prætermerunt. Attẽa de tibi. Eia fratres attendite, attendite, ne hic cibus in uenenum uobis conuertatur, Dicit ulteriùs, & statue cultrum in gutture tuo. O læpidam rẽ, quòd ad edendũ in mẽsa principis, apponat gladius gutturi. Dico qđ uerbũ Dei est culter, qđ dixit S. Paulus: Phil. 6.
Assumite gladiũ spiritus, qđ est uerbũ Dei. Hũc cultellũ (inquit Dñs) statue in gutture tuo. Hoc est, comede, & loquere de eo. Exitis de prædicatione. ꝑfertis bona quędam
13 desideria, nõ contẽti solũ esse debetis, q ea uos edatis, & faciatis, sed, ea, quę auditis referte proximis uestris, q illa nõ audierunt, & efficite uos concionatores Dei: & ij ẽt, q illa audierũt, inter se debent conferre, & ꝑpẽdere rõnes, quę dictę sunt, ut ad uirtutis executionẽ uos inuicẽ confortetis: hoc est, statuere cultrũ in gutture. ¶ Postquã Spiritus sanctus nos tria præcipua docuit, quæ in audiẽdo uerbo diuino facere debemus, concludit, dicẽs: Si tñ habes ĩ potestate animã tuã. Hic tota res est. Multi. n. cstis, qui huc exanimes uenitis. Dicite, quare dixit Psalm. 18.
Dauid: Lex Dñi immaculata conuertẽs animas. Dico, q primus effectus legis Dñi, est reddere animas obseruatoribus legis. Sequitur ergo, q antea exanimes, & extra se ĩcedebãt. Accedis ad prædicationẽ, & relinquis aĩam tuã in negotijs, in pecunia, &
14 in alijs solicitudinibus. Sic ergo nec sedebis nec attẽtus eris, & ꝓ cõsequens nec cultrũ in gutture portabis: cum non plus animaduerteris ea, quæ dicta sunt, ac si esses imẽtũ. Redite prꝛuaricatores ad cor, dicebat Isaias. Redite, redite prꝛuaricatores ad Isa. 46.
uos, ut ea quæ uobis necessaria sunt, cognoscatis, & quę uobis prꝛcipiuntur, adimplea tis: quin aliter nullũ hinc emolumentũ aferetis, imo potiùs cõfusionẽ maximã hauretis. ¶ In hoc ipso capite refert S. Ioãnes, q miserũt principes sacerdotum, & Pharisæi ministros suos, ut Christum Dñm ap-
15 ꝓhẽderẽt, & cum eum inuenirẽt ꝓdicãtẽ, dixerunt: Expectem⁹ paulisper, quousq; desinat ꝓdicare, ne populum cõturbemus: & attente prędicationẽ audierunt, & ita admirati sunt, ut nõ modo illum nõ apꝓhenderint, uerũ eius magnalia prædicẽtes abirẽt, & dicẽtes. Nunquã sic loquutus est homo. Itaq; ibant, ut apprehenderẽt, & apprehẽsi sunt, ut cognoscatis quanti interfit attentè uerbum Domini audire, licèt malas ĩtẽtiones hãbeatis, audite tñ fratres missam, & ꝓ

dicationem: si. n. diuinis his rebus diligẽter attẽderitis, aliqñ diuino amore capiemini.

Dicit ulterius sanctum Euangelium. *Respondit ei Iesus.* Quãquam Iudæi in cordib⁹ suis murmurabant, dicentes intra se: Siquidem hic tm̃ scit, cùm tñ nullas literas didicerit, non est possibile, quin diaboli uirtute id sciat. Vt sanctus prędicator, qui prędicabat uerus erat De⁹, atq; hoium corda scru
16 tabatur, peruersis eorum cogitationibus re
Augusti. spõdit dicens: *Mea doctrina non est mea, sed eius, qui misit me.* Quæ uerba maximè perpendit S. Augustinus, homilia huius Euangelij Videntur. n. in se contradictionem habere, cum dicat: Mea doctrina non est mea. Dicit. n. Christus Dñs quod est sua, & quod non est sua. Vult dicere Dñs: Non est mea, quia non est à me humanitus inuẽta, aut ab hoibus percepta: & dicit; Est mea, quia eã dedit mihi Pater, & in animam infudit, ut mundum illam docerem. Itaq; est doctrina diuina, & diuinitus edocta, eius, qui misit me Deus (inquit) qui me factum hoiem in mũdum misit, est autor huius doctrinæ, & qui illam me docuit. Si quis uoluerit uolũtatẽ eius facere, cognoscet đ doctrina mea,
17 utrùm ex Deo sit. Hic tãgit summa ueritas maximum quoddam mysterium, & est, q malitia propriæ uoluntatis, & repugnantia diuinæ uoluntati, est causa, quare plurimi sint cæci, & cælestem doctrinam non intelligant: eadem. n. nequitia eorum mentes
Iob. 28. obcæcat. Et hoc est, quod ad literam dicit Iob. Sapientia ubi inuenitur: & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretiũ eius, nec inuenitur in terra suauiter uiuentium. Abyssus dicit, non est in me: Et mare loquitur, non est mecum. Non intelligit homo pretium sapientię, nec eam digne satis ęstimat. Hoc priùs hic dicit S. Propheta, q nõ
18 cadit sub humana intelligentia, quantum sit pretium intelligentiæ, & sapientię cælestis doctrinę. Secundò dicit, q non reperitur in hominibus turpiter, & inhoneste uiuentibus, nec in eis, qui profundum, aut duplicatum habent cor cum malitia, & sine synceritate, qui per abyssum significantur. Nec reperitur in his, qui inquietum habẽt cor odio, & alijs effrenatis passionibus. Etiam est ualdè notandũ, q ponit hic S. Iob
Bern. sup Cant. ser. 85. duo: primum est, sapientia, alterum uerò intelligentia & neutram dicit in malis commorari. Quid sit sapientia diffinuit Beat⁹ Bernardus cum dixit: Sapientia, est sapida scientia. Est iuxta idem eius nomen Latinũ sapida & suauis scientia. Et sic sapiẽtia duo connotat, actum, (intellectus, & actum uoluntatis: ex eo enim, quod sit scientia, est actus intellectus, ex eo autem, q sit sapida est actus uoluntatis. Sapientia itaq; est sapidus quidam diuinarum rerum gustus, & hic sapidus gustus certum est quod in malis nõ reperitur, qui iuxta Dei uoluntatem
19 non uiuunt, diuinam eius legem obseruan
1. Ioan. 2. tes, ut S. Ioannes affirmauit, dicens: Qui dicit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est. Hic manifestè loquitur de sapida Dei cognitione, si enim de sola speculatiua cognitione loqueretur falsum esset quod dicit B. Ioannes. Nam qui dicit se nosse Deum per fidem, licèt eius prꝛcepta non custodiat uerum dicit. Apertè ergo colligitur, q loquitur hic de practica cognitione, quę est affectiua, & amans intelligentia. Hanc. n. non habent mali, qui Dei prꝛcepta non obseruant, & sic intelligitur quod dixit Iesus Christus Redẽptor noster Phari
Ioan. 8. sæis, qui gloriabantur de fide, & cognitione
20 Dei, quam habebant. Nõ cognouistis eum, ergo autem noui eum. Et si dixero, quia nõ scio eum, ero similis uobis mẽdax, sed scio eum, & sermonem eius seruo. Vult dicere. Ego mentirer si dicerem, quia non nosco eum, sicut uos mẽtimini cùm dicatis, quia nostis eum, quia eius legem nõ custoditis. ego autem scio, & cognosco eum, quia prꝛcepta eius seruo. Vbi illa coniunctio, &, idem significat, quod, i. quę est declaratiua. Vult igitur illic dicere, sed ego nosco illũ, hoc est, seruo legem illius. Et sic, se hoc uerbo Dñs declarauit, quod de affectiua cognitione loquebatur, & ita Dñs & eius Euangelista S. Ioannes accipiũt illic cognitionem simul, pro cognoscere, & opere demonstrare, diuinam legem obseruando Nec in ma
21 lis est intelligentia ẽm quod dicit Iob, & probat hoc, dicens. Recedere à malo est in Deut. 4.
telligẽtia. Ideò Moyses Hebræis dixit. Hęc est. n. uestra sapientia coram populis, ut audientes uniuersi prꝛcepta hęc dicant. En populus sapiẽs, & intelligens, gens magna. Vbi apparet, quod diuinæ legis obseruationem, ueram nominat sapiẽtiam, Eadem. n. legis obseruantia disponitur homo, ut indies eum magis illuminet Deus. Contra uerò commorans in peccato absque sapiẽtia, & intelligentia, in dies magis ac magis obcæcatur, ut Dei mysteria non intelligat, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

paulatim disponitur ut in maximos incidat errores. Curemus ergo fratres mei efficacissimè, ut nos in diuina uoluntate adimplenda exerceamus. Quod si quæratis, quę nam sit diuina uoluntas, S. Paulus uobis rñ debit. Hęc est uoluntas Dei. Sanctificatiò
1. The. 4. 22 uestra. Vt sancti sitis diuinam eius uoluntatem facientes, sicut ipse in mãdatis suis expressit. Et aliqua eorum hic nominatim ponit, quæ sunt: Vt abstineatis uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; vestrùm uas suũ possidere cum sanctificatione, & honore, nõ in passione desiderij sicut & gẽtes, quæ ignorant Deum, & nequis supergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrem suum. Ad uoluntatem Dei facièdam, & uitandum in sanctificatione, primum, q̃ hic S. Paulus assignat, est q̃ oportet nos castissimè, & honestissimè uiuere munientes nos cõtra turpe
Auguſt. in ſerm. libidinis uitium, quod tot hoies sub sua potestate habet, & ita dicit B. Augustinus uerba quædam maximè timenda. Inter omnia Christianorum certamina duriora sunt prę lia castitatis, ubi continua pugna, & rara
23 uictoria, & demptis paruulis, ex adultis pp hoc uitiũ pauci saluantur. O rem stupẽdam, quis tale audiens à tam præstanti sancto toto corpore non contremiscat? q̃ exceptis pueris pauci saluantur pp sensualẽ turpitudinem. Curet ergò unusquisq; ut summa cũ cautione uiuat separans corpus suũ (ut nos S. Paulus admonet) ab omni re im
Simile. mũda. Quemadmodum coralium dum in mari est, est album tenerum, & sine utilitate, & colore: postquam autem à mari abstrahitur, obduratur, & salubre efficitur, & tã exactum habet colorem, vt uisum, & cor lę tificet. Sic etiam homo interim dum in uoluptatum carnaliũ, & secularium delectationum mari submersus est, est debilis, incõstans, inutilis, ac sine colore, & proximis
24 suis damnosus, postquam autẽ ab his aquis aufertur, solidus, ac simus in uirtute efficit, & mirificum quendam colorem accipit. O quam iucundum est uidere seruum Dei, hominem à carnalibus delicijs abstractum, quantum affert uoluptatem ijs, qui eum in tanta perfectione, & sanctimonia constitutum aspiciunt. Talis. n. (ut D. Bernardus in
Bernar. in Epiſt. Epistolis asserit) uitam potiùs angelicam, q̃ humanam ducere uidẽt. Differũt (inquit) inter se, homo pudicus, & angelus, sed fœlicitate, non uirtute. Sed etsi illius castitas fœlicior; huius tamen fortior esse cognoscitur.

Postquam S. Paulus d̃ castitate locutus est, agit statim de equitate erga proximos. Ne quis supergrediat, &c. ne quis se extollat, nec in conuersatione sua callidum se præbeat. Neq. circumueniat in negotio fratrẽ suum. Ne insidias molliatur, ut fratrẽ suũ deijciat, sed omnes cum omni pane, & tran 25
quillitate uiuant. Sup hæc oĩa oportet uos scire; q̃ scire seruire Deo, & secundum diuinam eius uoluntatem operari, est singulare donum altissimæ Maiestatis: & sic S. Paulus, Rom. 12.
Spiritus Sancti dona assignans inter ea hoc annumerauit tanquam præcipuum, dicens: Dño seruientes. scire Deo seruire, ut ipse uult donũ est Dei, quapropter summa animi contentione oportet nos ab eo hoc tã singulare beneficium, noctu, dieq; petere. Nam sine eo nihil secundum eius uoluntatem facere sciemus; ad quod plurimæ uires spirituales requiruntur. Iosue primo legi- Iosue 1.
tur, q̃ dixit Deus: Confortare & esto robu 26
stus. Et ad quid sum confortandus Domine? Nõ ut hostes uincas: hos enim ego sub tuã potestatẽ redigam, nullus poterit uobis resistere cũctis diebus uitæ tuę. Quare ergo confortandus est? ut custodias, & facias oẽm legem, quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ad hoc oportet nos confortari, & de imbecillitate uires elicere. In hoc oportet omnem curam nostram adhibere: in cætero autem, quis nobis poterit resistere; & omnia, quæ nunc tanta solicitudine acquirimus, facillimè consequeremur: sicut hic promittit Deus Iosue. Confortare (inquit) ut legem meam custodias, & de cę tero iacta cogitatum tuum in me.

Super omnia autem est, quod promittit in hoc S. Euangelio Dñs noster Iesus Christus, dicens: *Si quis uoluerit &c.* ideſt. Si fe 27
ceritis uoluntatem Patris mei, doctrinam meam intelligitis, & illius amore capiemini. Et ita tam cœlestis rei amore captis, oẽs exercitationes Christianæ uitæ, suaues, ac iucunde uobis erunt. Hæc obedientia, & conformitas diuinæ uoluntatis deerat maledictis his hominibus, ut Dñs hic illis declarat; dicens: *Nonne Moyses dedit uobis legem; & nemo ex uobis facit legem: quid me quæritis interficere?* Ideò (inquit) doctrinã meam non intelligitis, & dicitis me illam à diabolo didicisse, quia legem Dei, quam uobis per Moysem dedi, non custoditis; & ideò tam iniustè me uultis interficere. At illi dixerunt: *Dæmonium habes, quis*

quis te quærit interficere? Respondit Iesus, *Vnum opus feci, &c.* Vultis me interficere, quia Paralyticum in die festo sanaui, cum sit opus pium, propter quod festum non uiolatur. Quare ergo homo in die festo circumcidi põt? quare indignamini eo q̃ in die festo homini salutẽ cõferam? O inef
28 fabilem Dei probitatem. Notate fi atres huius immaculati agni patientiam. Proponebat rationem quandam, & in medio illius inseruerunt Pharisæi iniuriam maximam, uocantes eum mendacem, & quòd dæmonium habebat; quia dicebat, quòd eum interficere, cum ita non esset. Et tamen non scidit benedictus Iesus propositionem suam, sed maxima cum syncerita-
te, & mansuetudine eam prosecutus est: ac si nũquam sibi tale dictum fuisset. O Christe reparator uitæ, amor dulcissime animarum nostrarum, quare non desinis prædi-
cationem, & honorem tuum tueris, cum
Simile. 29 tibi dictum fuerit, quod dæmonium habes? Hinc cognoscès frater, quantum tibi desit ad hoc, ut uerus Iesu Christi imitator sis: siquidem minima quaque iniuria affectus, præ furore perturbaris, & impatientem te præbes, quasi fluctus maris, qui firmissimam rupem ictibus suis feriunt, quæ in medio mari est, & nihil aliud faciunt, quàm se ipsos confringere, & in uanam spumam conuerti, remanente rupe firma, & integra nullo affectu detrimento. Ita, qui iustum
Simile. 30 persequuntur, nihil aliud faciunt, quàm seipsos lacerare, & furoris sui spumam ostendere; remanente tamen seruo Dei integro, cùm nullum animæ suæ detrimentum acceperit: est enim uerus imitator huius diuini Magistri mundi qui integer, & indemnis remanebat ex ictibus, quos accipiebat. Tu autem, qui non es uerus iustus, nescis, quid sit Iesum Christum sequi, minimo quoque ictu laceraris. Videbis simulacra uitrea pulcherrima, sed ualdè fragilia, necesse est ad illorum conseruationem, ut collocentur, ubi nemo ea attingat, quo uis enim minimo tactu franguntur, sic sumus plurimi Christiani, cum non pertingimur, uidemur sancti, quasi simulacra uitrea optimè depicta. Verùm minima quaque fratris nostri negligentia, & licèt absq; malitia aliquam nobis afferat molestiam, omnis nostra probitas dissoluitur. O maximam imperfectionem, ò miserrimam æ-
rumnam, si minimas iniurias, & labores patienter ferre assueseeremus, si disponeremur, ut Dominus nobis patientiam concederet, ad maiora infortunia, & contra-
dictiones tolerandas. Sic nos docet San- 1. Pet. 5.
ctus Petrus, dicens: Deus autem omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam suam gloriam in Iesu Christo, modicum passos ipse perficiet, consummabit, solidabitque. Cùm paruus labor (inquit Beatus Petrus) 31
uobis aduenit, aut parua iniuria afficimini, resistite uobis, & modicum hoc propter Deum patienter ferre, & hic optimus Deus, qui ita est gratus, uos confortabit ad maiora perferrenda. Nam patientia etiam singulare quoddam Dei donum est, & ex eius manu oportet eam dimanare. Ideò dicebat Dauid; Quoniam tu es pa- Pſalm. 70.
tientia mea Domine. Quid dicis Dauid, quòd est Deus patientia tua? Est phrasis sacræ scripturæ, effectum pro causa acci- Luc. 16.
pere, & econtra, ut intelligitur illud, quod Dominus dixit. Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cùm defeceritis accipiant uos in æterna tabernacula, id est; Porrigite eleemosynam pauperibus; ipsi enim in æternas mansiones uos reci- 32
pient. Multi pauperes accipiunt eleemosynam, qui non ingredientur in cœlum, propter nequitiam suam. Quomodo ergo in æternas mansiones nos recepturi sunt? Dico, quod intelligitur, quia erunt occasioni, ut uos in cœlestes habitationes recipiamini, licet illi ad cœlum non eant. Sic hic; Tu es patientia mea, ideſt. Tu es Domine causa patientiæ meæ, tuum donum est, à te oportet illud mihi concedi, sic uos debetis facere, & ardentissimo cordis affectu dicere; Tu es Domine patientia mea. O Domine Iesu Christe, Magister patientiæ, tu illius perennis es fons, & causa, propter elementiam tuam te rogo, ut
eam mihi uelis communicare, si quidem 33
absque auxilio tuo, ne pulicis quidem morsum patienter potero tolerare, quanto minus contradictiones, quæ sese mihi obtulerint.

Prosequens Dominus ulteriùs propositionem suam, & euidenter probans, non uiolari Sabbathum, si infirmi in ea curentur, concludit, dicens; *Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.* Non q̃ minimum defectum in proximo uestro animaduertatis, debetis statim uos præcipitare, ut malè iudicetis, sicut iudi-

castis,eo quòd uideritis Paralyticum lectulum suum asportantem in Sabbatho post quam sanatus fuerat.Sed ibi in ea exteriori apparentia debetis causam inuestigare, ut bonum iudicium faciatis. O quam cęlestis doctrina.Aduertite eam fratres pp charitatem Dei,ne statim uos præcipitetis, ut de proximis uestris inique iudicetis, pro quacunq; leuissima re,quã in eis experiamini. Charitas non cogitat malum(ait S.Paul⁹)
34 idest,Charitas inuitat,& mouet eos,qui il-
1.Cor. 13. lam habẽt,ne de proximis suis male cogitent.Et hoc est, q̃ Dauid dicebat deprecãs Deum:Iudica me sc̃dm iudicium diligentium nomen tuum.Dñe,iudica me sicut solent iudicare iusti, qui semper solent proxi
Psal. 118. mi sui defectus tegere,& eos excusare. Sic ego te rogo, ut clementia tua oĩa peccata mea cooperias. Non sic impij non sic, sed oĩa in malam partẽ coniiciunt. Aliq̃ sũt suspiciones,quæ sunt.(*Hijas de algo.*) Aliæ uero sunt.(*Pecheras.*) Quid uocas (*Hijas de algo? La sospecha hija de algo*) Est cũ proximus occasionẽ p̃bet, ut de se mala suspicio habeatur,cũ ingredit,ubi nõ cõuenit, & cum non decet,cumq; domi suæ habet,
35 quem nõ licet habere.Suspicio,q̃e de hoc habet,dicit (*Hyas de algo.*)Quia ex aliqua re oritur,q̃ ille occasionem uobis præbuit. Sed uos charitate uestra ne hoc quidẽ debetis deliberate iudicare,& cõtra talem hominẽ sniam ferre,& si in bonã partẽ aliquo modo p̃ traccipi,licet non satis constet: sufficit tñ quod contrarium aperte non pateat. Præcipiebat Deus, ut cum aliqui mulieri rure uiolẽtia inferret,oppressor occideret,
Deut. 22. illa uero libera dimitteret,licet non uociferata fuerit,non n. constare poterat, utrùm proclamauerit nec ne.Et tñ iudicat ibi lex, quod sola erat in agro,clamauit, & nullus affuit,qui liberaret eam. Perspicuum autẽ
36 est,q̃ cum non affuisset,qui eam liberaret, neminẽ fuisse,qui eius uoces audiret.Quo ergo dicit,q̃ p̃clamauit? in præsumptione nititur,ad meliorẽ partẽ declinans. Aliæ sunt suspiciones,q̃e sunt.(*Pecheras*)& hę sunt nites, & rusticæ, hæ sunt suspiciones ex pectore uestro p̃fectæ,q̃ ex propria malitia exeunt,cum proximus uester nullam occasionẽ uobis dederit. Liberet nos Deus a tali deprauatione quorundam hoĩum tãtam malorum, ut de oĩbus reb⁹ proximorum suorũ malè suspicent. Rogemus altissimum Deum nostrum,ut nobis cordis puritatem, synceritatemq̃ concedat, & nos charitate ditet,ut cum æquitate, cum nostris proximis conuersemur:cùm cauentes ne malum exemplum perhibeamus, tum etiam ne proximorum nostrorum sæuissimi iudices efficiamur,ut sic diuinam ipsius gratiam,& in futuro cœlestem gloriam con
37 sequamur,ad quam nos perducat IesusMarię filius,qui uiuit,& regnat in secula seculorum.Amen.

Feria IIII. post Domin. IIII. In Quadragesima.

Prętereiens Iesus uidit hominem cęcum a natiuitate, &c. Ioan. 9.

INITIVM huius Euangelij, est initium capitis noni B.Ioannis, & incipit 1
per,&:quæ est coniunctio,quæ supradictum, cum subsequenti connectit. Narrauerat S.Euangelista, q̃ cum uoluissent Pharisæi Dominũ in templo lapidare, per suam admirabilem potentiam illinc exiuit relinquens eos cum lapidibus in manibus, & prætereiens in ipso templi uestibulo uidit hominem cæcum,& retit,ac illum aspexit,ut illi mederetur. O ineffabilem filij Dei patientiam,uolunt eum homines lapidare,& in eodem instanti eisdem homi nibus uult benefacere. Cum enim uellet illi uisum dare, qui cæcus natus fuerat illum corporalibus oculis uolebat illumina re,eis uerò,qui ipsum uolebant lapidare ui sum spiritualem uolebat præbere. Hæc uirtus patientiæ fuit una ex gemmis, quas in Ecclesia sua reliquit ad lucem, & conseruationem animarum. Et sic B.Paulus hoc admirabili dono locupletatus dicebat: Si- 2
gna apostolatus mei facta sunt super uos 2.Cor. 12.
in omni patientia,in signis,prodigijs,atque uirtutibus. Certò scitis ò Corinthij,quod cum essem apud uos, munus, ac prædicationem meam mirabilibus signis, maxima patientia, plurimis deniq; hac insignib. miraculis confirmaui.Notate diligentissimè, quòd inter signa apostolica, & prodigia primam nominauit patientiam. Ideò S.Gre- Greg. l. 2
gorius illam miraculis anteponit. Qui e- dialog.
nim attente considerauerit, quæ passus fuerit B.Paulus tot, tamq; crudelia uerbera, tot carceres, tot naufragia, tot Iudæo-

deorum,atq; gentium persecutiones, & diligenter animaduerterit,qua lętitia illa oĩa fuerit perpessus:statim cognoscet q̃ meritò in primo loco patientiam,quasi quid miraculosũ collocarit. Quòd aũt hęc sit una ex
Iustinus Martyr in apologia ad Adrianum. 3 maximis fidei nostræ confirmationibus.Iustin⁹ Martyr gloriosus,& magnus Philosophus affirmat. Qui scribit in Apologia ad Adrianum imperatorem,q̃ cum ipse ethnicus esset,Christianorũ perfectionẽ,Martyrumq; admirabilẽ patientiã animaduertẽs, cõmotus & conuictus fuit, ut ad catholicæ fidei ueritatem conuerteretur:& quod hoc exemplũ fuit sibi efficacissimũ argumentũ huius diuinę ueritatis. Et ita hic optimus
Cassianus. philosophus conuersus est,vt p̃ fidei confessionem,glorioso martyrio fuerit laureatus. Miraculosus fuit ẽt,quod refert Cassianus, q̃ cum Christianus quidã infidelibus circũseptus teneretur, grauibus iniurijs ab eis affectus est, cumq; illi ethnici eũ inter-
4 rogarent:Dic nobis, quod miraculum tuus Christus fecerit, ille rndit,fecit hoc, quod uidetis,quod non moueor,ad furorem contra uos, pro oĩbus iniurijs, quibus me affi citis.Statuerat optimus ille uir oculos i patientia Iesu Christi summi boni nostri,& sanctorum martyrum eius,& inde dimanabat, ut iniurias sibi illatas patienter toleraret. Considerata tñ imbecillitate sua miraculosam iudicabat patientiam,quam sibi bonus Iesus largiebatur.Miraculosa ac uirtute patientię Martyres suos Deus illustrabat,no minisq; sancti sui gloriam,& gratiæ suę potentiam declarabat. Quid miraculosius, q̃
5 p̃ hoies,qui ne culicis quidem morsũ tolerare p̃t, totamq; uaria tormenta tam hilari aio paterent. Quapp cùm Christus Redemptor noster B.Petro declarauit, q̃ pp suũ diuinũ amorem passur⁹ erat dicens, cũ esses iunior cingebas te, & ambulabas ubi
Ioan.21. uolebas,cùm aut em senueris extendes manus tuas,& alius te cinget,& ducet,quò tu non uis.Declarauit S.Ioannes hęc uerba dicens, q̃ de S.Petri morte intelligerentur, quam pro fidei cõfessione laturus erat,quę licèt cum sensualitatis contradictione futura esset,eam tñ libẽtissimè accepturus erat: & hoc illis uerbis expressit.Hoc autẽ dixit significans qua morte esset clarificaturus Deum. Mortem S.Petri clarificationẽ Dei appellat:quia per patientiam,qua eam tolerauit Dei gloria magnopere declarata est, q̃ in hominibus talia potuerit operari: O quantę confusioni, & pudori sunt hæc oĩa nobis, cùm tam procul ab hac uirtute abhorreamus: quę deberet esse una ex cõmunioribus,& uniuersalioribus, quam oporteret inter Christianos uersari, eo q̃,cùm uerbis,tùm etiam exemplo à nostro cęlesti Magistro fuerit tantopere commendata.

Proponite nunc ante oculos fratres mei 6
mitissimũ hunc agnũ,& contẽplamini,qũo à templo exit, ubi admirabilẽ quendã sermonẽ prædicauerat, & loco gratiarũ, quas pro illo ei reddere deberẽt,illũ lapidare uoluerunt, & q̃ huius iniurię immemor in ostio templi stetit,ut suis benedictis oculis cæcum aspiceret, qui ibi mendicabat,cum illi mĩam faceret.In quo præter patientiã, quã ibi demonstrauit,nobis ẽt simul oñdit, permagni interesse,ad hoc ut proximorum nostrorum calamitates doleamus,eisq; iuxta facultate nostrã succurram⁹:nos eos oculis intueri.Visu.n.oculorũ maximè cor mollitur.Qñ Deus siccitatẽ illã misit in Israel, cõmorabatur Helias iuxta torrentẽ ubi ait
3.Reg.17. sacratus textus,q̃ corui deferebãt ei panẽ, & carnes manè,similiter panẽ,& carnes uesperi,& bibebat de torrente.Et cùm statutã portionem ibi haberet,quam Deus illi per 7
coruos mittebat,libenter illic & contentus cõmorabatur,& quãquam Deus statuerat eius orationibus Israel succurrere, nihil tñ horũ Helias cogitabat quousq; decreuit diuina prouidentia,ut illi portio deficeret,& torrens exiccaretur,tunc abijt in ciuitates, & proprijs oculis inspexit necessitatẽ,qua populi premebant, & uidens misertus est eorum,& Deũ rogauit,ut tantæ calamitati subueniret.Plenus erat S.Helias charitate, & amore erga proximus,sed cùm in torrente cõmoraretur,nec egestatẽ uideret,nõ curabat populorũ remediũ,q̃ necessitatẽ ocu 8
lis non aspiciebat,uoluit erga Deus q̃ eam uideret,ut illorũ misereretur.O fratres mei si uestris oculis uidere uelletis uulneratos,& famelicos qũo eorum miseremini,& oĩ facultate uestra eis succurrere curaretis.Idcir co sunt tot necessitates absq; remedio, qa eas proprijs oculis cernere nõ uultis.Nihil ampli⁹,quã uestras necessitates uultis aspicere,& sic solis illis succurritis.Non est hęc cõsuetudo uerorũ sectatorũ Xp̃i,de quibus sigillatim dicit Ecclesiast.Hõ sensatus in sa Eccle. 27.
pientia manet sicut sol.Et potissima ratio, quare eos soli cõparat,est qa sicut admirabilis solis pulchritudinis,ac splẽdoris mul Simile.

tò magis participes sunt creaturæ, ad quas eius radij perueniunt, quã ipse sol, qui eos possidet: ita iusti sic bona possident, q̃cunq. sint, ut magis proximi sui eis fruant, quam ipsi possidẽtes. Atq. ét de Alexãdro Magno (quãq̃ gẽtili) dicit, q̃ ita inter suos subditos imperij sui fælicitatẽ diuisit ut illis utilitas prosperitatũ eius cõtigerit, Alexãdro autẽ remãserit honor, q̃ eas cõsecutus fuisset, & uoluptas distribuendi illas. O quæ alapa est, alapa est hæc Christianis, q̃ oĩa sibi uolunt.

Preteriens Iesus uidit hominem cæcũ. Mos est artificum, cùm aliquid uident, q̃d officij sui est materia statim in illud oculos infigere. Exculptor præteriẽs uia uidet lignũ proiectũ ad quoddã ostiũ, quod nihil ualet: ille autem intra se cogitãs dicit: O quã bonũ lignum, ad conficiendũ simulacrũ. Eodẽ modo hõ doctus, qui accedit ad bibliothecas cùm libros uidet, qui officij sui sunt materia, statim in eos oculos conijcit, & eos euoluit. Si attẽtè cõsideraverimus inueniemus unũ ex officijs Dei esse pauperibus fauere & opem ferre. Tibi derelictus est pauper, dixit Dauid. Oẽs pauperẽ derelinquũt ut tu Dñe ei auxilieris. Ideò cum pauperẽ Iesus Christus inueniret, statim in eũ oculos cõijciebat, officiũ huius diuini Dñi erat; ægrotos curare, mortuos suscitare, cæcis uisum dare: idcirco eos aspiciebat, ut illis salutem cõferret. Eius ét munus erat, aĩas illuminare, & spiritualibus infirmitatibus eas releuare. Et ipse dixit per Esaiã: spiritus Dñi sui per me, ut mederer cõtritis corde, & prædicarẽ captiuis indulgentiam, & clausis apertionẽ, ut cõsolarer oẽs lugẽtes. Hæc uerba declarant unũ ex præcipuis officij Saluatoris nostri Iesu Christi. Quapp peccatores cõfortamini, q̃ uos uestris deprauatis moribus captiuos uidetis & cordis amaritudinibus plenos animaduertitis. Attendite, q̃ aduentus huius Dñi, & eius munus prẽcipuũ est, aĩabus mederi: & quẽadmodum architectus oculos conijcit in lignũ, quod in uia neglectũ iacet, & nihil prodesse videt, leuigans tñ, & adaptãs illud sancti cuiusdã simulacrũ cõficit pulcherrimũ, q̃d uidẽtes miramini & dicitis, quis unquã tale arbitraret, ex illo ligno simulacrũ illud cõfici posse. O ineffabilẽ artẽ ac potentiã Dei, qui in lignũ indissolutũ peccatorẽ oculos cõijcit, eumq. diuinis inspirationibus, singularibusq. admonitionibus leuigat, ut per pœnitentiam leuigatus, efficiatur non solùm sãcti simulacrũ, uerùm etiam uerus sanctus. Eia stirpes, eia ligna corrupta & putrefacta, in quibus diabolus ex tã lõgo tpe assidet. Eccè diuinum artificẽ, cuius officii uos estis materia: Rogate illum, ut uos aspiciat, quibus oculis hunc cæcũ aspexit, & in animabus uestris mirabilia sua operetur. Quid dicitis? uultis, an non? O infælicem animam quę tanto bono uti noluerit? ò lux beatissima, quę ad cæcos illuminandos ueniſti: utinam pietas tua, hodie nos oẽs illuminet.

Simile. Psalm. 9. Esa. 61.

Vt discipuli Dñm uiderunt stãtẽ, & cæcum aspicientem, interrogauerunt eum: *Rabbi quis peccauit, &c.* Hoc interrogabant quia sciebant Deum consuescere filijs labores immittere pp parẽtum peccata. Notate obsecro subtilẽ illationem S. Pauli, dicit. n. Per unum hoiem intrauit peccatũ in mundum, &c. Et addit inferiùs: In quo oẽs peccauerũt. Vbi apertè fatetur, peccatũ Adæ causam fuisse oĩum originalium peccatorum, & non causam, sed occasionem fuisse oĩum actualium, & per consequens peccatum illius in nostris peccatis punitur. Et ita peccatum nostrum, est culpa, & pœna. Est culpa nostra quia orimur auersi à Deo, filii iræ, & est primi parentis pœna & ita impletur quod dicit Dauid. Appone iniquitatem super iniquitatem eorum. Ex hoc cognoscitur quantum malum sit peccatum, cùm tam uariis suppliciis à Deo puniatur. Quẽ admodum enim gloria patris est filius sapiens, sic pœna patris est filius nequam. Sin autem, dicant parentes quid sentiant cum filios suos uideãt iniquos? Hunc oporteret fratres mei esse stimulum inter cęteros, qui uos eos qui liberos habetis, ab omni Dei offensione deberet cohibere, ne uos tam acri pœna diuina Maiestas puniret.

Rom. 5. Psalm. 68.

Neque hic peccauit, &c. Licèt Deus assuescat plurimos labores, & morbos in suppliciũ peccatorum immittere aliqñ tñ eos immittit non pro peccatis, sed ut manifestentẽ opera Dei in illo, ad maiorẽ coronam, & ut manifestetur gratia, & patientia, quã Deus in seruo suo operatus est, qui patitur. Itaq. iustus in tribulatione constitutus & meretur pp patientiam, quam habet & pp bonũ exẽplum, quod proximis suis perhibet, ut & ipsi addiscant calamitates suas patienter ferre. Atque hoc significat uerbũ illud primi capitis Iob ubi dicit. Apparuit Sathã inter filios Dei, i. inter Angelos. Angeli (ut ait S. Paulus) oẽs sunt spiritus, utilitatis ęo

strę administratorij, & cùm sacra scriptura dicat Sathanam apparuisse inter Angelos spiritus nostri administratores, significat nobis, quod etiam Sathanas est administrator spiritus, & meriti nostri, & ut clariùs loquar, significat hic Spiritus Sanctus, q̃ quodãmodo tanti refert iusti, ut Deus dimittat diabolum, qui eum affligat, & perturbet, quãti interest, ut Angelum dimittat, qui eum consoletur, & releuet. O benedicta, & gloriosa sit talis probitas, ac clementia Dei, laudate diligentissimè fratres mei hunc tam bonum dominum, qui cùm nobis officit, & proficit, semper ad nostram utilitatem id facit, ò q̃ optimè hoc S. Iob cognouit cùm dixit, si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? quemadmodũ bonis delectamur, quare, & malis etiam nõ gaudemus? cùm bona, & mala nobis ad spiritualem utilitatem Deus largiatur?

Iob. 2.

Dicit ulteriùs: *Me oportet operari opera eius, qui misit me, &c.* In his operibus, ad quę pater eũ misit usq; ad mortem occupatus est. Et primũ uerbũ, q̃ legit in hoc mundo locutũ fuisse fuit cum dixit suæ sanctissimæ Matri. Nesciebatis, quia in his, quæ patris mei sunt oportet me esse. Primum uerbũ, quod incarnatum uerbum loquutum esse legit, fuit occupare se & gaudere his operib⁹, q̃ sibi pater commẽdauit. O q̃ iustùm esset, ut nostrum unusquisque hoc sup omnia p̃ferret. Opera, ad q̃ nos Deus creauit, & in hoc mundo constituit, non sunt hæc quib⁹ plerunque occupamur. Domos construere, uineas serere, diuitias acquirere, dignitates expetere, & his similia, sed illa, quæ S. Paulus dicit, ut simus in laudem glorię ei⁹, &c. O miseros nos, illud namque ad quod Deus nos creauit minus facimus. Quàm festinanter operatus est diuinus Magister donec dies est, & quantum negligentiam nos habemus. Ne ergo arbitraremur, sibi soli cõ uenire vt operaretur interim dum uixit, subdidit dicens. *Veniet nox, quando nemo poterit operari.* Veniet mors, & posteà iam non erit amplius merendi tempus. Refert Valerius Maximus, q̃ cum Alexander urbem aliquã obsidione premerer, imperabat coram hostibus accensam facem poni & præconio de clarare, q̃ omnes, q̃ se sub suam potestatẽ redigerent antequam illa fax consumeretur, liberalissime recepturus erat, & eis maxima beneficia facturus, qui autem nollent, positquam fax illa consumeretur oẽs ferro, & igni interfecturus erat. Hoc idem facit Deus. Declarat (inquit) hoc præconiũ in ecclesia mea. Præcipit altissimus cœlorũ Imperator, q̃ quicunq; ad suã diuinam Maiestatem cõuersus fuerit, sesęq; sub suã ptãtẽ redegerit anteq̃ uitæ fax cõsumat, eum ad misericordiã recipiet, & ineffabilia illi beneficia faciet. Extincta autem face transacta iã uita, nullum erit amplius remedium, sed q̃ oẽs in iaferno ęternaliter cruciabunt. Nã ve niet nox qñ nemo potest operari. Quid ad hoc rñdetis peccatores? Vultis modo rediri cũ uos Deus sperat & inuitat? ut dicit Esaias. Propterea expectat dñs, ut misereat uestri. Idcircò uos hodiè, & cras expectat, ut uos sua misericordia protegat. O filij Adæ quid est quare hoc tã suaue uerbũ corda ve stra nõ mollit? Profectò simul ut misericordiam Dei audiremus ꝓferri, uiscera nostra oporteret molliri, & intra corda nostra summa amoris dulcedine tã iucundum uerbũ deberemus accipere. Attendite, q̃ propterea uos expectat ad misericordiã recipiat, incipite amodo ea uti mores uestros corrigẽtes. Animaduertite, q̃ S. Esaias loquẽs de eo, q̃ saluãdus est dicit, & uocaberis ędificator sepiũ. Et Hebræi legũt, uocaberis reparator ruinarum. Hoc est min⁹ p̃destinati, ruinas conscientię suæ semper reficere. Vt primum in se foramen aliqd̃, aut labefactionẽ aĩæ suæ aduertit, statim reparat, nõ in crastinum diem illud differt, semper sepes ædificat, q̃ timet Deũ, ne forte aliquod ad se peccatum ingrediat Oratio, matutina meditatio, gratiarũ actio, uespertinum examẽ conscięntiæ, missam deuote audire, exercere se in operibus misericordiæ, hęc omnia sunt sepes, q̃bus aĩa à peccatorum telis ꝓtegit. In ædificandis his sepibus oportet uos exercere, hoc debet esse munus uestrum cunctis diebus uitæ uestræ. O utinam æterna Maiestas spiritum uobis & uires largiatur, ut sic operemini, ut absque cessatione semper de bono in melius, quandiu dies uitæ durauerit, progrediamini. Ita monet Spiritus Sanctus cum dicit. Ne uereatis usque ad mortẽ iustificari. Hic iustificari significat, de uirtute in uirtutem procedere. Et sic arbitror intelligendum esse illud Beati Iacobi. Non ne Abraham pater noster ex operibus iustificatus est, offerens filium suum Isaac? certum est, q̃ hic non intelligitur iustificatio à peccato. Cum quia prima opera peccatoris licet moraliter bona sint, sunt tamẽ iu-

Esa. 30. Esa. 58. Eccl. 18. Iaco. 2.

stificatione indigna: tùm quia Apostolus dixit illa uerba post quam locutus fuerat de illo sacrificio, q uoluit offerre filiũ suum S. Abraham qa dicit, Abrahã, &c. Iustificatus est offerens filiũ suũ Isaac sup altare. Constat aũt ante illud sacrificium fuisse Abrahã iustum, & non cœpisset per illud opus iustũ esse, ut patet ex contextu, ante enim Deus
21 familiarissimè sæpenumero cum eo locutus fuerat. Intelligendum est ergo hic q secunda iustificatione fuerit iustificatus, q est aug
Ro 3.& 4. mentum iustitię, & diuinę gratię: & sic in-
Gal.2.& 3. telligitur illud quod S. Paulus dicit, contrarium (ut apparet) huic: quod nullus iustificatur bonis operibus: sed p fidẽ, & gratiã Christi, ibi.n. loquitur S. Paulus de prima iustificatione, quę nõ cadit sub merito. S. Iacob⁹ uerò loquitur de secunda iustificatione, quę est augmentatio gratiæ, quæ cadit sub merito. Et de hac iustificatione loquitur sapiẽs in supradictis uerbis, monens nos, ut omni feruore, ac diligentia curemus semp magis
22 ac magis iustificari; hoc est ut semper in iustitia accrescamus, & cum non sciamus, qñ hic dies finiendus sit, incipiamus hodie amodò absque ulla dilatione, hoc enim nos admonet & ueniet nox. Quam bonum exemplum huius rei nobis præbuit S. Abrahã, de quo nunc loquebamur, cui cum Deus difficillimas res ꝓciperet, statim eas opere complebat. Cũ esset septuaginta quinq; annorũ ꝓcepit ei dominus dicẽs egredere de ter-
Gen. 12. ra tua, &c. Vt, tã proiectæ ætatis cũ esset de terra sua egrederet cũ familia sua, & orbem peragraret, & absque eo q interrogaret,
Gen. 17. quo iturus esset, humiliter declinato capite, statim Dei ꝓceptũ executus est. Posteà verò cũ nonagesimum annũ ageret eiꝰ ꝓcepit
23 Deus, ut circumcideretur, rẽ tã molestã, ac tãti doloris eodem die exequutus est, nec uerò dixit, cras id fiet, sed protinus circunci-
Gen. 22. sus est, & Ismael, cunctamq; familiã suã circuncidit. Posteà uerò ꝓcipit ei, ut filium suũ Isaac sacrificaret, continuò ipsa nocte eum excitauit, & cum illo perrexit in montem,
Gen. 18. quem sibi Deus ostenderat. Videte accelerationem, ac diligentiam. Cũ aũt Angeli accesserunt iuuenum formam ferentes quam diligenter eos excepit? De eo dicit ibi, q festinauit Abraham, & Saræ uxori suę dixit, ac
Origen. celera, de sermo dicit etiam, q festinauit. Super q dicit Origenes: Nullus piger est in domo sapientis. Heu q maior ratio nunc est,
Cant. 2. ut diligentiores nos exhibeamus. In Cãticis dicit sponsus ad sponsam, surge, propera amica mea, columba mea, &c. Et rationem reddens dicit: Iam enim hyems transijt, imber abijt, & recessit. Ideſt, iam lex uetus trã sijt, iam hęc hyems, frigidissima recessit qñ homines, tam gelidi erant, propter gratiæ penuriam. Iam uer est, iam est maximus ca- 24
lor, & amor Dei, iam sunt plurima sacramẽta, iam tempus est, ut festinantur accelere mus. Verùm quare non pudore confundimur uidentes illam promptitudinem, ac diligentiam Abrahæ, & aliorum sanctorum patrum, in calamitosa hyeme, & animaduertentes pigritiam nostram, & relaxationem, cùm iam in florẽtissimo uere & lege gratiæ decoro uiuamus? Abijciamus ergò dein- D.Bonau.
ceps ignauiam, & feruentissimè operari incipiamus. Nam S. Bonauentura in libro, q diuini amoris stimulus inscribitur affirmat, q celeriùs ascendit anima ad perfectionem D.Tho.1.
per actus feruidos breũi tempore, quam p q.24.ar.4.
remissa opera in multis annis. Celebris est equidem sententia S. Thomæ asserentis, qd habitus charitatis (in quo Christianæ Religionis perfectio constituta est) non augetur, nec intenditur actibus remissis, sed in- 25
tensis, & feruidus. Hinc est quod plurimi, qui multos annos Deo seruiũt, & celebrãt, non efficiantur meliores, sed semper in se eosdem defectus sentiant, nec sint humilio- Prou. 10
res, nec temperantiores, &c. Sic sapiens, ege Prou. 11.
statem operata est manus remissa, manus autem fortior diuitias parat. Et alibi clariùs dicit: Manus fortium dominabitur, quę aũtẽ remissa est tributis seruiet. Tepidus semper se tributarium, & passionibus suis captiuum experitur, feruidus autem, ac diligens ipse passionum suarũ dominatur, & eas superat.

Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Cum hoc dixisset fecit lutum, &c. Vade, laua in natatoria Siloe. Quã maxima liberalitas 26
quod res tã pretiosa, ut uisus ꝓ tam paruo labore ei detur, & tam uili pretio largiatur. Illi autem, qui se conuertit, quamuis maximus peccator sit, quàm paruo pretio Deus ignoscit, tam uili nobis datur, quod ille tã maximo pretio comparauit. Hęc sunt quasi bona, quæ ex primogenituræ hæreditate ꝓueniunt, qui hæreditanti ea, uili pretio ſtete runt, at uerò instituẽs primogenituram maximos labores perpessus est? Ecce quam facilis uenia peccatorum cùm tibi Deus dicat, pœniteat te grauiter illorum, firmiterque emendam propone, & dimitteris. O ineſ-

ineffabilem Dei liberalitatem utamur ea
27 ut oportet, & hic nobis gratia, & gloria in posterum concedatur. Ad quam, &c.

Feria V. post Dominicam IIII. in Quadragesima.

Ibat Iesus in ciuitatem, quę uocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Luc. 7.

Dicatur totũ Euangelium ad literã. Gloriosus Euangelista S. Lucas refert hoc miraculũ immediatè post miraculum q Dñs
1 fecit cũ seruo Centurionis. Et est ualde notãdũ, q qdem Euãgelistę aliquas historias in uno loco ponũt, alij uerò in alio. Cuius ratio est, q non sufficit, q œconomus opi
Simile. parũ prãdium ꝑbeat, ex plurimis cibis, sed est necesse etiã, ut eos p ordinem disponat, vnũquodq; i suo tpe, & loco. Contigit sępe vnã rem in diuersis locis collocari, & vnãq
que sm ꝓpriã sedem. Vt si gallinã asses sedem habet in principio prãdii, si eã coquas congruit medio: si uerò aliũ cibũ ex ea confícies sicut [*maniar blanco*] in fine adhibẽda est, sm diuersos sapores, quos habet. Vnus ex maioribus cibis, qui nobis in mundo dari poterãt fuit hic, quem Euangelistę nobis cõdierunt ex uita, miraculis, ac doctrina Iesu Christi Saluatoris nostri. Et Spiritu sãcto ducti cibũ Euangelicũ hunc ita cõdierunt,
2 vt unã & eãdẽ historiã in diuersis locis collocent, ut diuersos spirituales sapores præbeat ijs, q eã legerint, atq; omnes opportunè & congruè collocantur. Et hoc sufficiat, & firmũ maneat, ad intelligendã rationem, quarè S. Euangelistę in miraculis Dñi narrandis differãt. Vtrum autẽ hoc miraculũ, quod in filio uiduæ operatus est, fuerit immediate post miraculum, qđ cum seruo cẽturionis fecit, nobis non cõstat. Constat aũt q simul ea narrat S. Lucas, & unum post alterum congruè narrat. Nam i miraculo Centurionis dicit priùs iuisse oẽs primarios uiros ciuitatis, & Christũ redẽptorem nostrũ rogasse, ut uellet ire ad puerum illum sanãdum ꝓponentes illi Centurionis uirtutes, & q Synagogam illis fecerat. In hodierno verò miraculo nihil horum dicit, nullus.n. legit, Iesum Christum ꝓ puero rogasse, ne mater quidẽ cũ rogauit. Sed clemẽtissimus Dñs uidẽs eã lamentantẽ misericordia motus puerum suscitauit. O q admirabilis doctrina hic declaratur gubernatoribus, iudicibus, ac principibus terræ, ne expectent ut rogitentur ad uiduarũ, orphanorũ q causas tractãdas, sed ipsi ad exemplum huius cælestis Magistri, pietate cõmoti sese offerãt ad eos ꝓtegendos, atq; illos oĩ iustitię rectitudine fauendum. Inter ea, q Deus iudicibus, ac potentibus Israel magnopere cõmenda uit. si uellent, ut eorum peccata, quãtumcũ Esai. 1.
que gratia essent dimitterentur, hoc fuit unũ, & maximũ dicens, lauamini, & mundi estote, auferte malũ cogitationum uestrarũ ab
3 oculis meis, quiescite agere peruersè, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defẽdite uiduã, & uenite, & arguite me, dicit Dñs. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Considerate diligenter q in fine huius magni catalogi, orphanorum, & uiduarũ causam posuit. Et dicit: si feceritis, q
4 hic præcipio uobis uenite ad me, ego uobis facultatem concedo, ut me arguatis, & vt falsum, ac mendacẽ Deum accusetis, nisi uos ad misericordiã recepero, & adiuuero. O quã diuina exaggeratio. Videte fratres q securi ad Deum accedere possitis, si hæc, q uobis hic præcipit feceritis. Econtra uerò vnũ ex his, de quibus maximè queritur, est, q non fiat misericordia cum uidua, & orphano & impietatem hãc acerrime à se pu Hier. 5.
niendã promittit: ut patet p Hieremiã, ubi cõminans maximos quosdã Tyrannos, unũ ex ijs, q eis primum obijcit hoc est. Magnificati sunt, & ditati, incrassati sunt, & impinguati, & pręterierunt sermones meos pessimè. In quo Dñe mandata tua pessimè violarunt? q causam uiduę nõ iudicauerunt, causam pupilli nõ direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid sup his non iudicabo, dicit Dñs, aut sup gentẽ huiusce modi nõ ulciscetur aĩa mea? O metuenda uerba quarè nõ trepidant hi quos pstringunt? Oẽs suas querelas includis Deus dicẽ
5 do, qđ uiduis, orphanis ac pauperibus non fauẽt. Et quarè ñ quereris Dñe de alijs pluribus peccatis, quæ credibile est hos pessimos homines cõmisse? Dico q de hoc solo questus est, ut significaret, q si in hos paupe res se pios ꝓstẽdissent, p hoc disponerentur ut Deus à cæteris peccatis eos abstraheret.

Et etiam ualdè notandum, quod in hoc pietatis opere, quo usus est Dñs cum hac uidua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uidua,nos docuit discursum quem in operibus misericordiæ oportet habeamus,quisnã sit fons ex quo dimanare debẽt, & quo ea ꝓsequ debeamus. Dicit enim sacer textus,q̃ uidens dñs Iesus miserã uiduã plorãtem ꝓ filio suo defuncto. *Misericordia motus sup eã dixit illimeli flere.* Primùm dicit cõpassionem de ea habuisse. Hic est fons misericordię egeni inopiã dolere. Et ita dicit
6 Aug. lib. 9. de ciuita. Dei. B. Augustꝰ. Misericordia est quędã alienæ miserię in corde nostro compassio,quam si subuenire possumus, utiq; cõpellimur. Qđ alienę miserię cõpassio nos cogit,ut ei succurramus,si possimus. Ideò cũ uos potestis, & non uultis proximo uestro subuenire,signum est,quod compassione non habetis,q̃ si haberetis,uos ipsa cõpelleret eius necessitatẽ subleuare. Quaptopter S. Paulꝰ nobis
Coloss. 3. magnopere cõmendat,ut misericordiæ uisceribus induamur, quod est ornamentum sanctorũ,& dilectorũ Dei. Et sic dicit: Induite uos sicut electi Dei,sancti, & dilecti uiscera misericordię. Viscera misericordię expoſcit. Si.n. hæc fuerint, absq. dubio erunt etiã,& opera misericordię si sint facultates. Mirabile est,quod nos admoneat S. Paulꝰ, ut misericordiæ uiscera induamur, acsi in
Iob. 31. manu nostra id esset. Iob de se ipso dicit: Ab infantia creuit mecũ miseratio,& de utero matris meæ egressa est mecũ. Apertè i
7 hoc fateꝰ, q̃ eam nõ acquisiuit,sed innuit illa fuisse donum à potenti Dei manu cõcessum. Et ait, q̃ hęc miseratio,quę est naturalis propensio ad misericordiã,(cum qua de utero matris suę egressus,secum semper accreuit) q̃ non fuit paruum bonũ semper in uirtute profeciſſe, & nunquã in ea regressũ fuisse. Quot sunt qui optimã habẽt indolẽ, & quasi naturę,ac propensioni suæ uim inferentes,deprauantur,& illã optimã indolẽ amittunt? Qui aũt non sunt sicut Iob, nec habẽt naturalẽ illã ꝓpensionẽ ad misericordiã,qũo misericordia inducꝫ? dicit .n. S. Paulꝰ. Induite uos uiscera misericordię, & benignitatẽ. Dico q̃ debemus hæc uiscera misericordiæ induere,cũ qa ardentissimo affectu,& deuotione ea crebrò,debemꝰ a Dño postulare,tum plurimis actibꝰ
8 pietatis,assiduaq́. diuinarũ rerũ consideratione hanc cordis mollitiẽ,& teneritatẽ acquirere curaturi sumus. Et cũ Beatus Aug. in sua diffinitione uerbũ illud,alienæ misericordiæ dicat,nobis significat in cœlo non futuram esse actualem misericordiã, nulla enim erit miseria. In hoc sæculo exercere nos oportet hanc uirtutẽ. In cuius figura ꝓcipiebat Deus,ut ad purificandũ leprosum Leui. 14
oleũ in sinistra manu effunderet. Sic ad purificandũ animã à peccatis,singulare remediũ est opera misericordiæ facere. Sic monuit sanctus propheta Daniel Nabuchodonosor,dicens: Quamobrẽ Rex cõsiliũ meũ Dan. 4
placeat tibi,& peccata tua eleemosynis redime,& iniquitates tuas misericordiis pauperum,forsitã ignoscet Deus peccatis tuis. 9
Hoc est oleũ,quod ad peccatoris purificationẽ effundi oportet. Et uocat misericordia oleum, qa sicut oleũ omnibus liquoribus,uelut aquę aut uino cõmistũ,sup eos innatat,& oẽs operit, ita ut uix appareant, sic misericordia si cæteris omnibus uirtutibus conferatur,tanq̃ propinquior charitatis filia sup oẽs innatat, & omnibus illis excellit. Optima est humilitas,optima tẽpãtia,optimę cęterę uirtutes, melior aũt misericordia. Reliquæ nãq. uirtutes,oẽs ad tuũ ꝓpriũ cõmodum dirigũtur,misericordia uerò in tuum & in alterius commodũ
10 intendit. Dicitur ẽt oleum, qa cæteras uirtutes splendere facit. Depingit pictor imaSimile.
ginẽ plurimis coloribus,antea q̃ eam oleo liniat nullũ splendorẽ,aut pulchritudinem habere uidetur, & oleũ efficit oẽs colores splendidos. Sic hõ multis uirtutibus,castitate,temperantia,humilitate adornatus, nisi misericordia illuceat,oẽs uirtutes apparẽt siccæ,& absque pulchritudine,adornatæ tamen,& illustratæ misericordia,gratæ, & decoræ Deo,& hominibus redduntur. Hoc oleum nõ est effundendum in dextera, sed i sinistra. Dextera enim futurã uitam,sinistra autẽ præsens sęculum designat. In dextera quæ est gloria,non est cur oleum misericordię effundatur,cũ ibi nullũ sit genus ærũnę cui securi debeat. Nõ est necesse fame
11 licũ cibari,nudũ operiri,peregrinũ recipi, ubi tanto splendore induti sunt cũ tãta gloriæ abundantia,& in tam fœlicibus mansionibus. Non est necesse ignarum doceri,ubi minimus beatorum peritior est omnibus doctoribus huius sęculi. Non est opus afflictis consolatione,ubi omnes ineffabili lætitia exultant. Hic in sinistra huius uitæ ubi frequentissimę sunt ærumnæ, necesse est misericordia uti,ad eas subleuandas. Et hoc significauit Deus ꝓcipiens, ut in sinistra oleum effunderetur.

Hæc cordis miseratio,de qua huiusq; locuti

cuti sumus fons est ex quo mitia uerba, & optima opera manare oportet ad miseros cõsolãdos,ut nos hic docet noster diuinus Magister,de quo dicit. *Misericordia motus super illã dixit illimeli flere.* Suauibꝰ uerbis eam consolans, & statim post uerba bonũ
12 opus,ac singulare beneficiũ subdit, qđ fuit defunctũ eius filiũ suscitare. Si piũ accompassiuũ cor habuerimus illicò mitia loquemur uerba,quibus afflictos cõsolemur: quãdo enim nihilo alio eos adiuuare possemꝰ, hoc unũ uobis Deus merito maximo cõputaret. Et multò magis cùm suauibus uerbis Eccl. 4.
bona opera cõmiscemus iuxta facultatẽ nostrã. Hoc nobis summopere, Spiritus sanctus cõmendat,dicens: Non exasperes pauperẽ in inopia sua cor inopis ne affligeris. Declina pauperi sine tristitia aurem tuã,& redde debitum tuũ,& redde illi pacificè in mãsuetudine. O uerba cælestia, ò singularis amoris,ac clementiæ ꝓceptũ. dñs ꝓ sua clementia charitatis nobis lenitudinẽ largiatur. Impleat Diuina Maiestas hoc tã pretioso dono corda nostra, vt possimꝰ cęlestẽ
13 hanc doctrinã quã hic nos docet, penitus custodire. Quoties hic Spiritus sanctus negotium hoc repetit,ne pauperes exasperemus,nec affligamus,nec eos nostris asperis uerbis desolemus,sed eis caput, & oculos inclinemus, aureſq; hilari animo præbeamus,& illos mitissimè,ac benignissimè allo quamur. Perpendite magnopere fratres, ꝓ Dei reuerentia,singula hęc uerba, & inter oĩa hoc ꝓcipuũ animaduertite, qđ dicit, & redde debitũ tuũ. Quod reddatis pauperi cũ reddit ꝰ, diuitias,ac iura sua à uobis expoſcit,in loculis uestris à Deo cõstitura,ibi enim ea Deus sibi depoſuit. Omnibus creaturis decreuit Deus uictũ suũ,usq ad passer
14 culos,ac formicas. Neminẽ sine remedio reliquit. Negotiatori uictũ ꝓparat Deus in negotio,ac industria sua. Agricolæ in agro victũ statuit,mercatori in mercatione cibũ collocauit,literato,in libris alimenta proposuit,artificẽ deniq; in arte sua sustẽtationẽ uoluit comparare. Pauperi uerò soli in nulla peculiari re uictum designauit. Sed i omnium loculis eius alimoniẽ deputauit. Oẽs status uoluit eius esse debitores. Qua ꝓp siq̃dẽ sua iura,& redditus expoſcit pauꝑ cũ petit eleemoſynã hilares ei aures prębete,debitũ persoluite pacificè, & mansuètè,debitorisq́ ręsponsionem reddite illi.

Vt Dñs puerũ hunc defunctũ suscitaret,

dicit sacratus textus accessit & tetigit locum. Loculũ appellat pheretrũ,qđ mortuum portabat,qđ est diminutiuũ loci,& nõ absque mysterio,ut intelligas ò peccator,q̃ loculus,& minimus quidẽ est ille,in quo sepeliendus es tu,quẽ totus orbis uix uideꝰ posse capere,& maxima cũ solicitudine domos ędificas,tãtoq́; opere,& auro atria cõstruis, ac si immortalis esses,& i eis in ęternũ cõmoraturus esses. De Alexãdro Magno legit q̃ cũ audiret, q̃ Anaxarchꝰ Philosophꝰ affir 15
mabat plures esse mundos,lachrymatꝰ est dicens,heu me miserũ, quia nõdũ possedi nisi unũ. Et hic miser,quia nõ cõtentus erat uno mundo integro posteà q̃ mortuꝰ fuit in paruulo tumulo sepultus fuit,& duabus ulnis terrę coopertus est. Et sic in eius morte Philosophus quidã exclamauit dicens,ò Alexãder heri nõ sufficiebat tibi totus mũdꝰ,hodie sufficiũt tibi duę ulnę terrę. Qđ hãc famẽ haberet ethnicus,q̃ nihil cęlestę sperabat,nõ de minor,sed q̃ Christianus fi dei lumine illustratus,qui sperat,quod post q̃ eras uita finita fuerit habiturus est in illis cęlestibus, atriis in æternũ,& tamẽ hac spe fultus illius obliuiscaꝰ,& hoc,qđ manè periturum est tam solicite & obnixè acquirat. O maximã amentiam, nullus est peregrinus,qui unã noctem quocunque modo 16
non ducat in diuersorio licèt nudus humi iaceat,dicens. Vna nox est,cras ibo domum meã,& suauiter quiescam. Quare ergo nõ cõtineamur in hac uita, quacunq; minima re(uita)inquam(ita breui, ut ne unã quidem noctem certam habeamus,)cum spe, quod cras in alia uita nobis illucesceꝰ,& si ne cõtradictione suauissime delectabimur? Aliter profecto patres illi sancti faciebãt, aliterq́; hac cõsideratione utebãtur. Vt Sã Heb. 11.
ctus Paulꝰ exaggerat dicens. Fide,q̃ uocaꝰ Abrahã demoratus est in terra repromissionis,tanq̃ in aliena,in casulis habitando cũ Isaac,& Iacob cohæredibus repromissionis eiusdẽ. Expectabat.n. fundamẽta habẽtem ciuitatem,cuius artifex, & conditor Deus. 17
O Deus immensæ bonitatis quantæ confusioni,ac pudori sunt nobis hæc uerba,cũ de ijs dicantur,qui in lege gratiæ non uiuebãt sicut nos uiuimus, cum Deus toties terram illam ipsis promisisset. (Nam ideo dicitur repromissionis) in ea quasi peregrini,& aduenæ in casulis, sicut uinitores habitabant. Vnusquisque illorum expectabat ciuitatem illam æternorum fundamentorum,

cuius

cuius constructionē tam exactam summus opifex,& rerum omniū creator Deus cōfecit. Nos uerò tanquā talpæ, ita submissi in terra iacemus,ac si non maiorem spem haberemus eundi ad æternā glorię ciuitatē,q̄ Iudas proditor,aut Mahoma habent,q̄ absque vlla spe illuc eundi in impiorum sedibus commorantur. O incōmutabilis Deus, aperit Deus meus oculos nostros,ut uideamus,quantum à ueritatis uia aberrimus,&
18 deinceps incipiamus caduca hæc, & pitura abijcere,& sūma animi cōtētione, celestia,q̄ in perpetuum duratura sunt q̄ramus.

Attingente Domino loculum, qui mortuum portabant steterūt. Et ait: *Adolescens tibi dico surge*. Et statim in eodem instanti mortuus resurrexit:& in eodē loculo sedēs loqui cępit. O admirabilem filij Dei potentiā,quę uno uerbo mortuos ad uitam reuocat. In hoc modo loquendi peculiariter cū defuncto,docuit prædicatores, q̄ eum peccatoribus peculiariter debemus loqui si uelimus,ut uitā accipiant. Et hoc dupliciter intelligitur. Vno modo,ut prædicationē iuxta auditorū rationem faciamus. Verum miserabile est,q̄d si prædicatio sit iuxta mores
19 tuos statim tibi displicet placet uerò,quod iuxta aliorum mores prædicatur. Vestē,& thoracē vltis ad mensurā, & staturā uestrā fieri,prędicationem uerò,nequaquam. Si in prædicatione de Ecclesiasticis agatur,& q̄d teneantur facere,& de eorum defectib⁹,& qūo restaurandi sint disceptetur,illi exasperantur,ac indignatione replētur, seculares uerò summoperè delectātur,quia iuxta alterius staturā uestris abscinditur. Si autē de secularium moribus agatur,eorumq̄; uitia corrigantur,illi furore concitantur, Ecclesiastici uerò maximè lętātur. Si de uiris primarijs,& magnatibus disceptetur, gaudent
20 mercatores,si autem mercatores reprehendātur,alij uoluptate afficiūtur. Et sic nemo vellet prædicationē ad mensuram suam discindi. Ego tibi dico. Oportet me accommodare,& scidere doctrinam iuxta statum auditorij cui prędico,si aliquid utilitatis uolo percipere,quin aliter prædicare, est aerem uerberare. Secundo modo intelligitur illud verbum: *Tibi dico*: Quod tali artificio & spiritu doctrina particulariter dicenda est,tamq̄ particularibus uerbis ac tāta cum prudentia prædicari debet,ut unicuique peccatorū oīa illa de se dici uideantur,nec tñ cō queri possit q̄d fuerit infamatus. Peccatū, extrahit hominē à se ipsos, & ita eū amentem efficit,ut licet cū eo loquamini uos cū alio loqui arbitretur:& quāuis in se ea sint uitia,quæ à prędicatore reprehēdūtur,credit tamen prædicatorē nō se sed de alijs loqui. Qua,ppter oportet sigillatim loq. Sic, Aduerte cōcubinarie de te dico. Vide usurarie q̄ Deus cor tuū scrutatur, & eius nomine hoc tibi dico,quicūq; sis ne alij attri- 21
buas. Vide, linguose quicunque sis quot sunt dies,ex quo proximo tuo famā detraxisti,& eū infamē reddidisti, uide q̄ tēdis in infernum,nisi te retractaueris, atq; ei famā restitueris. Tibi dico surge. Ne arbitreris hoc de alio dici,sed tibi. Quādiu ita peculiariter nō p̄dicabitur,parū emolumēti exprędicatoris parte percipietur. Generaliter enim loquendo nunquā peccator intelligit hoc de se,sed de alijs dici. Quando accessit Propheta Nathā ut prędicaret ad Dauid eū 2.Re.12.
q̄ argueret de peccato,q̄ cū Bersabee cōmisit & de homicidio Vriæ, hunc casum ꝓposuit. Homo quidā diues habebat multas oues, & pauperculus non habebat nisi unā paruulam,quā emerat, & nutrierat,& quæ creuerat apud eū cū filijs eius simul,de pa-
ne illius comedens,& de calice eius bibēs, 22
& in sinu illius dormiens, eratq; illi sicut filia. Cum autē peregrinus quidā uenisset ad diuitem,parcens ille sumere de ouibus,& de bobus suis, ut exhiberet conuiuium peregrino illi,qui uenerat ad se tulit oué uiri pauperis & præparauit cibos homini illi qui uenerat ad se: responde mihi iudiciū. Et quanquā Dauid prudentissimus erat nō intellexit se esse diuitē illum crudelissimū, quousq; sanctus propheta uirili animo illi declarauit: Tu es ille, qui fecisti hanc rem. O si nunc uiriles animos haberemus,& forti pectore essemus, ut cùm intelligim⁹ peccatores nō uti doctrina, quæ in pulpitis p̄dicat̄,priuatim ad eos iremus, sicut iuit Na 23
thā ad Dauid, & sicut iuit gloriosus Baptista ad nequissimū Herodē & ei peculiariter
dixit: Nō licet tibi habere uxorē fratris tui, Marc.6.
peccata enim publica tali medela indigent.

Super omnia(ut rem hāc concludam⁹) notandum est, quomodo constituit Deus sua diuina prouidentia defunctum hunc attingere,& eum in porta ciuitatis suscitare. Ibi eum expectauit,ut suscitaret, atque ibi illum à mortis faucibus liberauit: ut nos doceret,quòd qui uoluerit à Sathanę dēti
bus eripi,& à culpa interitu uindicari,cura re de-

re debet,ut illud ī porta efficiat. In porta p
ficienda est hęc admirabilis redemptio,ac libertas. hoc est,in initijs,peccatorum, anteaquā Sathanas eum consuetudine deuinciat. Ita uos admonet Sāctus Paulus,dicēs: Rom.6.
Non ergo regnet peccatum ī uestro mortali corpore,ut obediatis cōcupiscēt̄ijs eius, sed nec exhibeatis mēbra uestra arma iniq̄tatis peccato,sed exhibere uos Deo,tāquā ex mortuis uiuentes,& mēbra uestra arma iustitię Deo. O q̄ singularē rationē hic no-
24 bis reddit Sāctus Paulus,quare peccato seruire nō debeamus. Siquidē(inquit)corpus mortale habetis,& q̄d cras aut citò moritu rū ē,considerate qui suā uobis malum hoc attulerit,& cognoscetis peccatum illud malū attulisse,quod uos immortales,reddidit mortales,& siquidem tantum incōmodum uobis attulit peccatū,non regnet peccatū, in corpore uestro mortali,nullo mō aditū ei patefaciatis, quòd si aliqū propter imbecillitatem uestrā introierit,non regnet. Eijcite statim in principio ne illud patiamini uestri dominari,ne tantas uires accipiat,ut
25 Rex uester fiat,& in uobis regnet. Sed neq; exhibeatis,& c. Et cauete ne ei arma præbeatis,q̄bus uos interficiat. Heu miseros nos? q̄n enim aspicimus,loquimur,aut audimus res inutiles,& inordinatas,tunc arma exhibemus peccato,ut nos destruat. Q̄d si sentē tiam excō cationis incurrunt ij,qui infidelibus arma prębent cōtra Christianos,quare non in excōicationem Dei incidet, qui contra se ipsum diabolo arma porrigit? sed exhibere uos Deo tanquā ex mortuis uiuētes: Quā singularis ratio siquidem peccatū uos occidit,ne illud in uobis dominari patiamini. Et q̄n quidem Deus uos à morte ī vitam reuocauit,occupate uos totos in ei⁹ seruitute, cū id ei tanto iure debeatis. Itaq;
26 quod studiosius hic nobis commendat. Sanctus Paulus est,ut cū aliq̄n pp imbecillitatē nostram inciderimus curemus in initio nobis mederi anteaquā conualescat peccatū, & hoc est,uitam in porta accipere. Ad hoc
Sap.16. propositum inuenietis in libro Sapientiæ vnā ex horribiliorībus,& magis metuēdis sententijs quę sunt in sacris literis,ubi dicitur: In memoria enim sermonū tuorum ex terminabantur,& uelociter sanabantur,ne in altam incidentes obliuionem,non possent uti tuo adiutorio. Attēdite fratres. Horribile est enim q̄ hic dicitur, Homines peccatores (ait sapiens) qui diris serpentibus, morsi fuerant,memores Domine tuorū diuinorū uerborum,& q̄ eis ueniam offers,& ad misericordiā inuitas, ita sese disposuerunt,ut ipsimet serpentes eos fugerēt. Hoc est,in memoria sermonū tuorum exterminabantur,q̄d ipsamet peccata, peccatores fugiebant,cum in eis, memoriam illā animaduerterent. Est hæc phrasis ad exaggerādum,q̄ memoria misericordię Dei multū conducit,ut peccatores à se peccata expellant. Et cū hęc(inquit) memoria uelociter cōuertebantur,ne in altam incidentes obli- 27
uionem,& c. Vt tu Domine ad cor eis locutus fuisti,& unicuique dixisti. Væ tibi homini perdito,conuertere ad me: assentiti sunt dictis tuis. O celestis Medice,& uelociter cōuersi sunt,si enim diu in peccato se cōmorari paterentur, in tā altā sui ipsorū obliuionē deuenire possent,ut tuo auxilio uti nequirent. Hoc est uerbum horribile,quod uobis dicebā. Omnibus Deus manū porrigit,& eius causa nunquā deficimus,uerum cū quis diu in peccato est,nec prædicationibus admonitus,nec diuinis ictibus perterritus,à peccato uult exire. In tantā sui oblivionem deuenit,ut licet postea uelit,ne-
queat,tamen in se reuerti,quia in malū ita 28
obcalluit,ut ab eo exire nō sit in manu sua. Eia lapides,quis hæc audiens toto corpore non contremiscit? Vultis in malis uestris cōmorari,quousque ad hanc obliuionē perueniatis,quā dicit hic sapiens? O pp reuerentiam Dei fratres,ne expecteris,ut in tantam calamitatē incidatis. Curate,ut in porta,ideſt,in principiis resurgatis. Et non modo non debemus expectare,ut iā post peccatū curaremur,licet sit in principio eius, sed diligētissimè omni tētationis initio cōuenit,resistamus. Hęc est enim propria peccati ianua,in qua velocissimè malæ cogita- Simile.
tionis scintilla excuti oportet,antequam in corde radicetur. Flāma ignis facile in initio 29
extinguitur,ac planta ex paruo tpe sata facilè euellitur? postquā aurē flāma cōualuit, difficillimè extinguitur,& postquā radicata est plāta,difficulter euellitur. Atque(ut experientia patet)cū maximum saxum est in montis cacumine,facillimo negotio cō- Simile.
firmari potest, ne excidat; postquā autē p uallem præcipitari cœpit, difficillimum est huius motus furię resistere. O sancte Deus quam facilè possunt homines ab omnibus malis abstineri in initiis tentationū,& quā difficiliter possunt resistere,postquā semel

Universidad de Deusto
Biblioteca

inflāmati sunt,& in vitijs altissimas radices egerūt,& tanquā sexū maximo impetu, de malo ī deteriora labunt. Modus āt,quo his resistēdū est,hic est, ſ. ut statim oculos aīæ in effigiē Iesu Christi crucifixi conjciam⁹, cōtēplātes eū cū oī illo horrore,& miseria, qua in cruce pēdebat,ꝑ totū corpus sangui nis riuos effundēs, & maximā lachrymarū copiā à suis sacratissimis oculis immittens. Recordātes,ꝙ hæc oīa ꝓpessus ē, vt pecca
30 tū destrueret,& cū hac memoria maximo cordis effectu supplicemus,dicētes: O dulcissime reparator aīæ meę. Qđ Dñe ibi affixus es tu,ne ego peccarē,& tū ego te offendā? Ne uelit tua infinita clemētia,ut ī tm ingratitudinis genⁱ incidā. Adiuua me Deⁱ salutaris meus,ne me dereliquas. Beatⁱ q tenebit,& assidet paruulos suos ad petrā.
Psal. 136. Felix (inqt Dauid) q cogitationes suas in principijs apphēdit,& eas infringit ad petrā, q est Iesus Christus filius Dei, & Dñs noster,& cōsideratione laborum, quos passus est,ut nos peccato liberaret. Auxilietur nobis diuina Maiestas,pro illa charitate, qua hos labores est,ut his tā salutiferis admonitionib. sciamus uti, & eius gratiam,ad posteā gloriam consequi mereamur: ad quam
31 nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria VI. post Dominicā IIII. In Quadragesima.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania,de castello Mariæ & Marthæ sororum eius. Ioan. 11.

1 NArrat sanctū Euāgeliū,ꝙ inuico quodam noīe Bethania, ꝓpe Hierosolymā, duæ erāt sorores,altera Maria,altera verò Martha. Atq; hę sorores habebāt secū uirū nobilē fratrē suū,noīe Lazarū,q ægrotabat. Vñ colligīt illos fuisse pacificos fratres,cū simul ī una domo morarēt. Qñ pētes obeūt,rarò filij pacifici remanēt, ꝓp utilitatē,& diuitiarū diuisionē. Qđ satis malè uideī. De lege gratiæ dixit S. Zacharias (ut refert S. Lucas:) Per uiscera misericordiæ Dei nostri,in qb. uisitauit nos oriēs ex alto, &c. Ad dirigēdos pedes nostros in uiā pacis. Vbi legē Euāgelicā uiā pacis nū cupauit. Quapp debemus oēs Christiani ī
Luc. 1. sūma cōcordia uiuere cū proximis nostris. Et est ualdè exclamabilis Deo,ac malū hominibus prębet exemplum discordia inter Christianos, quanto ergo execrabilior erit Deo & hominibus discordia,& lis inter ipsos fratres unius parentis filios,atq. ex vna matre natos. Vt patriarcha Abrahā horum Gen. 25.
malorum occasiones tolleret,dedit cūcta, quę possederat Isaac,filius autem concubinarum largitus est munera,& separauit eos ab Isaac filio suo,dū adhuc ipse viueret. Ante obitum suū bona sua inter filios diuisit, inter filiū,quem ex Sara habuit,& inter filios secūdarū uxorum,& reliquit eos sanctus uir prudentia sua omnes pacificos & 2
contentos. O quam salutiferum consilium fratres mei,ijs,qui liberos habetis, ut modò dum uiuitis substantiā uestrā inter eos diuidatis,& eos paterno hoc amore,pacificos & quietos relinquatis. O quot lites, & offensiones Dei euitarentur,si hoc faceretis. Vos āt propter cupiditatem,ne diuitias uestras in uita diuidatis,ne ve illas à uobis alienetis,nihil curatis,nec doletis,etiam si filij uestri propter hæreditatis diuisionē in infernum detrudantur. Hi beati fratres,de quibus loquitur sanctum Euangelium iam parente orbi erant,sed tamen pacifici, & in fraternitate remanserunt,ut antea.

Cum igitur Lazarus infirmaretur,cōstituerunt sorores nuncium mittere ad Christum Redemptorem nostrum, laborē suū 3
ei exponentes, & epistolā ad illum scribūt in qua ei dicebant: *Ecce quem amas,infirmatur.* Nō audent salutem petere,sed tantum modo nècessitatem suam illi declarāt, Domine non est tuū diligere, & obliuiscī,quē amas,infirmatur,prouide,quod nobis plus conuenit,nescimus enim,quando nobis salus deest,utrum sit melius, ea carere,an impetrare. Tanquam cupidos in nulla re errā di oportet nos dicere: Domine hoc mihi ꝓ est,prouide tu quod magis conuenit.

Respondit Dñs: *Infirmitas hæc non est ad mortem, sed pro gloria Dei, ut glorificetur filius Dei per eā.* O bone Iesu,uere ho
minū amator,quid hoc est Dñe mi,ꝙ uelis honorē acquirere cū labore,& morte ho- 4
minis tā amici & familiaris tui? Siq dē hęc infirmitas non est ad mortē,qua debeat Lazarus uniuersali debito satisfacere (omnibus enim semel moriēdū est) uis ut atrocissimum mortis periculū patiatur,ut tu indè gloriam haurias? Qñ fecisti conuiuium in monte illi turbæ plurimæ,accepto beneficio

cio uoluerūt te regē efferre: tu aūt honorē illum fugisti quo homines te afficere uolebant,hic aūt uis gloriā acquirere, cū tanto labore hominis tā familiaris tui? O incomprehensibilia Dei iudicia,quos modos quę rit,ut nobis manifestet quanto studio salū tē nostrā desideret. Quod erat hominibus magis necessariū,erat ut crederet, ꝙ Iesus Christus est uerus Deus,& hō,& ut talis super oīa ab ipsis diligeretur. Atq; ut in hanc cognitionē,& amorē deuenirēt, uult ut La
5 zarus moriatur,& ꝙ cū detrimento & morte tanti amici sui eius potentia manifestet, ad utilitatem hominum, & hanc utilitatē nostrā uocat gloriā suam,pro suo nimio in nos amore. O benedictus & glorificatus sit talis Dñs. Benedicant tibi oēs Hierarchiæ cæli,& totus terrarum orbis laudet nomē tuū,Deus salutaris noster, refugium animarū nostrarum,qui tānti nos æstimas,tantoq; amore nos amplecteris, ut saluté nostrā appelles gloriā tuā. O quā consentaneum esset,ut nihil in toto terrarū orbe gloriosū, nihil decorū,nihil deniq; honorificū putarem⁹, ꝓter id,ꝙ ad huius nostri diuini amatoris seruitutem maximam spectaret.

6 Vt ergo audiuit Dñs, quod Lazarus īfirmabatur, duos dies illic commoratus est. Quis modus hic (humano uideri) auxiliandi infirmo? Attendite fratres,cùm aliquo labore oppressos uos uideritis,& rogaueritis pro uobis sacrificia offerri, & oratis: Deus tamen uidetur demorari,ne paruo flumine demergamini. Deus enim tēpus, & occasio nē expectat. Optimè nouit quid potius uo
Isa. 28. bis cōueniat. Ideò Isaia dicebat: Qui credi
Haba. 2. derit,nō festinet. Et Habacuc: Si morā fecerit,expectat illū,qa ueniens,ueniet, & non tardabit. Illud nō festinet,est dicere: Ne statim deficias,& desperes. Et illa uerborū duplicatio: Veniens,ueniet, significat utilissimū aduentum,& ualdè opportunum,& opportunitatem expectare,non est demorari.

7 Post duos dies discipulis suis: *Eamus iterū in Iudeā,& audiētes hoc discipuli dixerūt illi: Rabbi,nūc ąrebāt te Iudæi lapidare, & iterum uadis illuc?* Nō obstat hoc,eundū est nobis ad conficiendum negotiū redemptionis,licet uitā perdamus. Sæpe Dñs ī Iudęam iuerat ꝓp hoc negotium,ad ꝙ Pater æternus eum miserat,& quanq; Iudęi eum crudeliter tractauerūt, nō ideò impeditur, quo minus illuc redeat ad diuinū redemptionis negotium conficiendū. Homines q rem aliquā uerē,& ex animo expetunt nullum lapidem intactum, nihilque intentatum relinquiunt,ut illam consequantur,solum in rebus spiritualibus statim sistimus, quacunque minima contradictione impediamur, non ulterius progredimur, & sic opera nostra bona incepta manent, & ferè nunquam perficiuntur. Videamus nunc, 1. Re. 17.
quæ sit ratio quare cùm Dauid Gigantem Goliath superauerit,& primo saxo eum ꝓcipitauerit, cum postea caput eius gladio abscideri, non seruatum fuerit saxum in templo,ut seruatus est gladius? Ratio huius fuit quia per lapidem cæpit uictoria, ensis uero fuit ultimum instrumentum,quo impositus est finis prælio. Vt in hoc significetur,quod non tam considerat Deus bonorum operum initia,quam ipsorum fœlicissimum finem. Quapropter opus uirili,& cōstanti pectore,ad resistendum contradictionibus,quę in incepti boni uia offeruntur,& per omnes difficultas transeundum, quousque bona opera penitus consummentur. Isidorus
Vt enim ait Sanctus Isidorus: Salus,solis p- libro de
seuerantibus datur, non enim beatus erit, summo
qui bonum facit, sed qui perseueranter fa bono.
cit. Totius huius cœlestis doctrinę nobis exemplum præbet noster cœlestis Magister inuincibili illo pectore, & diuino animo, dicens: Eamus iterum in Iudæam,&c.

Et post hæc dicit eis: *Lazarus amicus noster dormit.* Et inferius eius declarauit, qđ 9
amicus suus Lazarus defunctus esset. Nec enim,qđ inuenis,aut diues, aut qđ illustris esset ei profuit, ut mortis fauces effugeret. Ideò Dauid dicit: Nolite confidere in prin Psal. 145.
cipibus,in quibus non est salus, exhibit spiritus eius,& reuertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorū. Princeps & filius hominis animam exhalabit,ideſt,uir egregius & infirmus. In illa die peribunt omnes,&c. id est, omnino finientur in illa die machinę illæ,quas in cogitatione sua fabricabant,illæ turres aereæ tūc 10
corruēt. Et apertè patet quòd de uanis eorū cogitationibus,& ambitionibus ac uoluptatibus loquatur,cum dicat: Peribūt. Cogitationes enim sanctæ bonorum non pereunt, sed in acceptatione diuina permanent,ut dicit de illis Sapiens: Cogitatio illorum apud Sap. 5.
altissimū,ut eos in æternū remuneret. Cogitationes, & demolitiones malorum,quibus modos quærunt, ut se delicatè tractat, omnes illic perierunt,& pro eis æterna tormenta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amos. 4. menta patientur. O q̃ meritò hos cõminatur Propheta Amos dicens: Audite uerbũ hoc uaccæ pingues, quæ estis ī mõte Samariæ, quæ calumniã facitis egenis, & confringitis pauperes, quę dicitis dominis uestris: afferte, & bibemus. Iurauit Dñs Deus in sãcto suo, qa ecce dies uenirẽt sup uos, & leuabunt uos in cõtis, & reliquias uestras in ollis feruẽtibus. Væ uobis uaccæ pingues, quæ cũ pauperũ sudore pinguescitis. Iurauit æternus Pater unicũ filium suum, q̃ pœnas debitas sibi ḟabitis, & q̃ hę carnes, quas
11 tã delicatè tractatis in inferni ollis coquendæ sunt in æternũ. Quã miserabile est uidere gregem ita exultantẽ ad occisionẽ pergere, ac si ad pastũ duceret. O miserrimi peccatores, quare nõ animaduertitis, q̃ in occisionẽ inferni pergitis, & ita hilares, ac ludẽtes itis, ac si ad aliquẽ uoluptatis & recreationis locum uenheremini: & quasi si essetis uaccæ, & bruta animalia, quibus nihil aliud est, q̃ oriri, & mori. fratres resipiscite quęso homines enim estis rationales, & fidẽ habetis, ne in his rebus confidatis, cùm uos morte liberare nõ sufficient imò sunt uiæ, quæ uos ad ęternã cõdemnationẽ deducẽt. Nec ꝓfuit Lazaro, vt eum à morte eriperet, maxima necessitudo, q̃ eũ Christo Redẽptore
12 nostro habebat. Et hoc est, q̃ Sãctus Paulus ob scurissimis quibusdã uerbis exaggerat,
Rom. 8. dicẽs: aũt Christus in uobis est, corpus quidẽ mortuũ est, ꝓpter peccatũ, spiritus uerò uiuit ꝓpter iustificationem, id est, licet hõ iustificationis gratiã consequatur, corpus tamẽ remanet mortale corporali morti subiectũ, in suppliciũ primi peccati, p q̃ mors in mundũ intrauit: Et hoc significat, Si Christus in uobis est p gratiã, corpus quidẽ mortuũ est propter peccatũ, id est, q̃ remanet tamen mortale. Spiritꝰ autẽ uiuificatus manet p iustificationẽ. O q̃ admirabilis exaggeratio hæc est. Vult dicere, q̃ quanuis tãtum sit donũ iustificationis, nõ liberat hominẽ morte. Nõ cessat mors, etsi cessat peccatũ, ne fidei meritũ cesset. Si enim homo
13 in se corporis immortalitatẽ uideret, & q̃d non moreretur, hoc infallibile esset argumentũ, q̃ iustificatus esset. Et sic honor, & utilitas corpori adderet, spiritui uerò meritũ maximũ auferret. Atq; ét esset cõẽptus aliquis gratiæ, qa si p iustificatione & amicitiã Dei, immortalitatem homines impetrarent diligentiùs curarẽt baptismalẽ gratiam adipisci, ut morte liberarentur, quam pp ipsam gratiã. Ex hac exaggeratione D. Pauli, scilicet, q̃d ne gratia quidẽ nos morte liberet, infert idem Apostolus rationem efficacissimã, ut peccatũ execremur. Dicit enim: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore. Attendite quã optimã rationem, ad nõ peccandum. Si quidẽ per peccatum primi parentis corpus uestrum mortale effectũ est, & morti subiectum q̃ est tã
14 tum malum, & ꝓalienum peccatum, quid erit pp uestrum proprium? si peccatũ parentis tui adeò tibi obfuit, quantum damnum tuum proprium tibi inferet? Absque dubio maius tibi malum afferet. Nam illud alienũ peccatum corpus tuũ mortale reddidit, ut in uniuersali resurrectione resurgat, & ibi dãnũ hoc resarciet: peccatũ aũt ꝓprium æterno ĩteritu animã occidit. Quapp attẽde qũo uiuas. Caue à peccato cum tã ueneno sum sit. Atq; etiã ex ijsdẽ uerbis Sãcti Pauli aliud fortissimum, & subtilissimũ argumentum elicit. Peccatum actuale patris nostri prius fuit cã nostrorũ originaliũ peccatorũ pp q̃ corpora nostra morti remanẽt subiecta: ergo pp pcta mortalia actualia magis subiecta, & astricta erũt ad mortẽ. Quẽad- Simile.
modũ homo, q̃ pp furtum, ad mortẽ remanet obligatus, si possea in homicidium, pditionem aut hæresim incidat, magis astrictus 15
ad illã remanet. Ex quo infertur, q̃ quanto grauiora peccata committimus, tanto digniores sumus, quibus uita minuatur, & citiùs mors obrepat. Et hoc est, quod ad literã dicit Sapiẽs? Iniustitia autẽ mortis est ac Sap. 1.
q̃sitio. Impij autem manibus, & uerbis accersierunt illam. Dicit, p iniqua uita allicit ad se mortẽ. Quòd uita peccatrix, & iniusta, quasi funibus mortẽ attrahit, ut citiꝰ accedat, & q̃d impij uerbis, ac operibus suis eam semper accersiunt. Significat in omnibus his, quod quo quis maior peccator est, eò dignior est cui Deus dies uita breuiet, & 16
quod, realiter, & uerè multis propter eorũ peccata Deus uitam breuiet? ut etiã significant uerba illa Prophetæ. Viri sanguinũ Psalm. 54.
non dimidiabunt dies suos. Et alia ubi dicit, loquens de peccatore quodam. Minorati dies temporis eius, & perfudisti eum cõ Psalm. 88.
fusione. Et siquidem scriptura, quæ fallere non potest, nobis dicit quod propter peccata minuit Deus uitam, qui sic uitam diligitis, & multos annos uiuere cupitis, quare peccatis, cùm peccata uestra sint funes, qui mortem alliciunt, ut ueniat, & nos in

infernũ ꝓcipitet. O stulti, stulti, stulti, Deꝰ uobis det sensum. Deus uobis det sensum. Deꝰ uobis det sensum. Quãuis pp nihil aliud, esset q̃ pp hoc, oporteret uos peccata maxime execrari: q̃to magis si q̃d pręcipuũ est, aduertis: scilicet, q̃d nõ est iustũ, ut tã bonus Deus, cuique tantis beneficijs deuicti estis à uobis aliquo modo offendatur.

Cùm iã Lazarus mortuus esset, ait Dñs: *Vado, ut somno excitem eum.* Discipuli autẽ arbitrantes eum de corporali somno loqui,
17 dixerunt ei: *Domine si dormit saluus erit.* Ecce qũo discessum ei uolunt impedire, quot rationes quęrunt, ut illum ab hoc itinere diuertant. Antea dixerant. Heri uolebant lapidare, modo uerò dicunt. Si dormit non est opus nos illuc ire: infirmitatẽ hanc nõ oportet esse periculosam. O sensualitas quãuis in omnibus audiri, & in oibus habere suffragium, licèt sit Deus, qui loquitur? quas causas scit quærere caro nostra ad fugiendũ laborem. Aliquando proprium periculum uobis obiicit. Domine lapidabunt nos. Q̃d si hoc non sufficit, proponit parũ alienæ utilitatis, si dormit, non est cur illuc eamus. Et
18 uereor ne eius suffragium sæpiꝰ pręualeat. Cùm enim sensualitas dicit, uide q̃ occidis te: uide quòd Deo displicẽt extrema, & q̃d ex hoc nihil utilitates percipit proximus non habemus pectus ad resistẽdum ei, sicut bonus Dñs restitit apparentibus rationibus, quibus ei discipuli sui dissuadebãt iter. O pusillanimes, pusillanimes, quos quęcunque minima sensualitatis repugnantia augit, ne quid bonũ apprehendatis, quantumcunq; illud Deus præcipiat nõ animaduertitis, quia ipso facto q̃ Deus aliquid præcipit, obligatur nobis ꝓuere ad eius executionem, & oẽs contradictiones auferendas, quę in tali re sese obtulerint: Qñ Deꝰ prę-
Exod. 3. & 4. cipit Moysi, ut iret in Ægyptum ad redimẽdos Hebrẽos, multas cãs opponebat Moyses, quæ iter impedirent, & oibus his respõ-
19 debat Deus, promittens se ei in oibus auxiliaturum. Cùm esset difficile, quod Deus illi iubebat, repugnabat caro, & tantum onus fugiebat, quęrebatq; occasiones, ne Deo obtemperaret. Primũ excusationem adhibet, dicẽs: Quis sum ego, ut uadam ad Pharaonẽ? Domine ego sum pauperculus pastor, q̃ ad nihil aliud pro sum nisi ad custodiẽdũ hunc paucũ gregem, non autem, ut educã filios Israel de Ægypto, adimit Deus hãc difficultatẽ, dicens: Ego ero tecũ. Ne considere quis nã sis, nec rei magnitudinẽ, nec Regis potentiam animaduertas, sed considera me, & mandatũ meum, non solum enim te adiuuabo, sed ero illic tecum. Vide, utrũ sit timendũ, cùm tale habeas auxilium. Ablata omni hac difficultate, aliã statim proponit, dicens: Ecce, ego uadã ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum uestrorum misit me ad uos? Ego iturus sum: ut loquar de Deo ad filios Israel, homo tã ignarus, ut ne nomen quidem eius, aut qui uocetur, sciã? Nõ 20
hoc erit impedimentum (ait Dñs.) Ego sũ, qui sum. Nomen meũ est, quod habet infinitã essentiã. In Hebrẽo uerò est: Ego ero, qui ero. Quod significat: hoc opus ostẽdet, qualis Deus ego sim. Talia operabor, ut oẽs omnipotentiam, fortitudinemque meã cognoscant. Dempta hac difficultate, statim aliam obiicit: Non credẽt mihi, nec audient vocem meam. Etiam hanc difficultatẽ tollit, concedens ei potestatem, ad facienda prodigia, & ita dixit ei. Quid é, quod tenes in manu tua: Respondit, Virga. Et facultatẽ illi dedit, ut illa uirga mirabilia faceret, ne hoc quidem sufficit, sed aliam excusationẽ reddit, dicens: Obsecro, Domine, non sum 21
eloquens ab hæri, & nudiustertius: ex quo locutus es ad seruum tuum impeditioris, & tardioris linguę sum. Sum balbus, & nescio loqui. O quam indomita est caro nostra, & quãtum subterfugit rerum grauium onus. Totum hoc ex amore proprio proficiscitur. Et est hic ualde notanda res quædam obstupenda. In his enim uerbis Moysi, ab hæri, & nudiustertius, ex quo locutus es ad seruum tuum, &c. Videtur ostendere, hæc non uno solũ die fuisse, sed in triduo. Vt uideatis patientiã Dei, & repugnantiã Moysi. Triduo 22
cũ eo has res egit: Moyses uerò causas offerebat, & Deus omnes auferebat, ac pollicebatur oẽs difficultates se adempturũ esse, si cui etiã huic excusationi respondit, dicẽs: Quis fecit os hominis, nõne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo, doceboq; qd loquaris. Cum uidit Moyses, quod omnibus suis excusationibus satisfaciebat Deus, dixit: Obsecro Domine, mitte quem missurꝰ ex hoc est. Siquidẽ pollicitus es te missurũ esse in mundum Redemptorẽ, mitte nunc illũ, ut eos liberet, non mõ corporali captiuitate, sed eos, & uniuersum mundũ spirituali seruitute redimat. Audiẽs Deus tot excusationes, iratus est in Moysem (ut ibidẽ ait sanctus textꝰ.) Iratus est Dñs in Moysẽ,

& non respondit ad hoc. Vult diuina Maiestas, ne queramus occasiones, ad eius præcepta non adimplēda, quāuis sint cū bona intentione. Bonā intentionē habebat in hoc ultimo Moyses: uidebatur enim sibi parum populo illi profuturū esse, si ab illa captiuitate auferrentur, cum tamen peccatorū uinculis tenerenrur. Attamen iratscitur Deus cōtra eū: In his oībus excusationibus Moysi circa p̄ceptū Dei, apertè manifestatur, q̄ quotidie inter nos agitur, & inconueniētia, quæ sensualitas nostra nobis offert, in qua cunque re uirtutis, quā uelimus apprehendere. Verùm, quēadmodum illi oēs excusationes omnipotens Deus ademit, ita oportet nos confidere, q̄ oēs difficultates nostras, quæ sese in bonorū operi executione obtulerint, ipse adæquabit. Quapropter fratres ne simus pusillanimes, cum talē adiutorē pro nobis habeamus, q̄ toties in Scriptura promisit se suis esse fauturum.

Tunc ergo dixit eis manifestè: *Lazarus mortuus est, eamus ad eum.* Dùm dixit, illū dormire, addidit; Vado ut à somno excitem eū. Mō uero cū dicit: illū mortuū esse, addit: Eamus ad eū. Et nō eamus ad resuscitandū eū. Verbum enim excitationis nō est uerbū iactantiæ, nullā in dicēte significat excellētiā, quicunque enim pōt excitare aliū dormientē, hic aūt stetit, & non dixit, eamus ad resuscitandū eum, q̄ est uerbū maximæ excellentiæ, ut nos doceat in oībus inanē gloriā effugere, & uerborū elationē euitare. Veri enim humiles in oībus humiliātur, tā in operibus, q̄ in uerbis, ut apparuit in sancto Moyse, de quo legit. Q̄d cū iā à Deo institutus esset tanti populi dux, & princeps excellentissimus, loquens cū socero tuo, dixit ei: Vadā & reuertar ad fratres meos in Ægyptū, ut uideā si adhuc uiuāt. Nō dicit, uado, ut eos à seruitute auferā, q̄ erat uerbū maximæ excellentiæ, sed dicit humiliter. Vado ad fratres meos, ut uideā si uiuant. Vide te q̄ humiliā uerba. Dedit eos Deus sibi in subiectos, ille uero uocat eos fratres suos: Præcepit ei Deus, ut eas ad liberandū eos, ille uero dicit; Eo ut uisitē eos. Etiā nobis Sanctus Paulus præbuit huius humilitatis exemplum, dicens. Desidero uidere uos, ut aliq̄d impertiar uobis gratiæ spiritualis ad cōfirmādos uos, id est, simul cōsolari in uobis. Videte humilitatem Sancti Pauli. Nō promittit se maximā prædicationem factu rū, aut mirabilia miracula esse operaturū, sed aliquid gratiæ, nec quidē dixit aliquam gratiam, est enim humilior loquendi modus est dicimus, aliquid pecunię, quam cū dicimus, aliquam pecuniam dabo uobis. Ita hic dicit aliquid, gratiæ spiritualis uobis impertiar. Cum autem loqtur de eo, quod illi facturi sunt, & de fructu, quem percepturi sunt, nō loquitur per diminutionem, sed absolute dicens: ad confirmandos uos. Vult dicere, ita feruidos, & studiosos diuini uerbi uos cōsidero, ut ex hac parua gratia spirituali, quæ in mea prædicatione est, sperem uos maximum fructum esse percepturos. Discite fratres mei hac diuinas lectiones, ut omnia uerba arrogantiæ fugientes, humillima uerba loquamini, & cordis humilitatem significantia.

Iuit igitur Dñs, & cū accessisset, iam quatuor erant dies ex quo Lazarus defunctus erat, & exiuit ad eū Martha, dicens: *Domine si fuisses, frater meus nō fuisset mortuus.* Etiā postquā mortuus fuerat, cū fratrem uocat. Ita enim esse oportet, ut etiā postquā mortui sunt, defunctis fraternitatem obseruemus. O quātus defectus est circa hoc. Crudelissimū é profectò quòd mortuo fratre, aut patre uestro, ita eorū obliuiscamini, ac si ij nunquā fuissent, cum etiā canes se fideles in mortuos præbeant. Vnde arbitramini consuetudinem dimanasse, ponendi in tumulis ad pedes mortuorū simulachra canū, nisi ad significandam eorū fidelitatem cum mortuis? Refert Sanctus Ambrosius, quod cum homo quidā aliū ex Antiochia interfecisset, mansit cum mortuo canis, qui illum comitabatur antea, illum etiam tunc comitans maximis ululatibus, quibus significabat dolorē, quē ex nece domini sui acceperat, cūque multi homines accederēt ad uidendū mortuū, accessit inter eos eriā homicida, dissimulans, quā cū canis uidisset, & agnouisset, in eum inuasit, & dentibus tenuit, significans illū esse, qui Dominū suum interfecerat, nec cū dimisit, quousq; homicida confessus fuit se delictum illud cōmisisse, & inde ad supplicium ductus est. Hanc historiam assumpsit S. Ambrosius ex Plinio in libro de naturali historia, ubi eam hunc memorat, & alios mirabiles ad hoc propositū refert. O mirā animalium fidelitatem, ò miseram rationalium hominū infidelitatem. Ne patiamini (per reuerentiam Dei) cū homines sitis pleni rationis & consilij, & cum Christiani sitis, ut bruta animantia

Exod. 4.

Rom. 1.

Ambro.

Plin. lib. 8. natu. hist.

animantia uobis excellāt. Attēdite, q̄ sicut cum defunctis uestris feceritis, sic (diuina permissione) filij uestri uobiscum agent.

Post Marthā accessit etiam Maria. *Iesus autem ut uidit eam plorantem, & Iudæos plorantes infremuit spiritu.* Oēs pro defuncto Lazaro lachrymantur. O quātum oportet omnes iusti mortem lamentari, quia mūdo maxime necessarius est. Valet tantū iustus ut eius causa plurimos peccatores Deus ferat, ut patet ī Moyse: Et ut dixit Deº Abrahæ de Sodomitis, Hac de causa sæpe Dominus iustos à mundo aufert, ne pro peccatoribus intercedant. Maledictis ciuibus Sodomę abstulit Loth, ut eos cōbureret: Noe inclusit Deus in arca, cūque ab hominem familiaritate segregauit, ut mundum euerteret. Magnum signū est, quod Deus est iratus ī aliquod regnū, aut ciuitatem, cum ab ea sanctos uiros abstrahit; quos etiā aufert, ne dolorem accipiant, cùm uideāt maxima supplicia, quibus uult uicinos suos punire. Cū uoluit Deus euertere Hierusalem propter eius peccata, uoluit ut prius Rex loas obiret, & eius plurimas uirtutes annumerās, addidit dicens: Idcircò colligā te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrum tuum in pace, ut non uideant oculi tui omnia mala, quæ inducturus sum in locum istū, Fuit mors huius optimo Regis signum supplicij, quo Deus uolebat Iudæam afficere: nō enim diu durare potest domus cū ab ea columnæ subtrahuntur, quæ eam sustinent. Columnę reipublicæ sunt iusti, qbus Deus eam fulsit, cū uideamus has columnas nobis auferri, ploremus, & à Deo misericordiam postulemus, antequam in eius fortissimas manus incidamus.

Exo. 32. Gen. 18. Gen. 19. a Gene. 7.

4. Re. 22.

Plorantes omnes perrexerunt cum Dño ad sepulchrum, ad quod cum accessisset: *lachrymatus est Iesus*, & non modo lacrymatus est, uerum & infremuit spiritu. Magnū aliq̄d & terribile oportet fuisse, quod optimus Iesus in pectore suo habebat, cum ita infremuerit, & suspirarit. Quid autem fuerit, quis intelliget? fortasse aduenit ei horror hic, & infremuit, considerans duritiem & pertinaciam Iudæorum, quæ eum cogebat mortuos iā fætidos resuscitare, ad eos conuertendos, & quod nihil eorum prosuturum esset. Idcircò Dominus secus sepulchrum maximā uocem extulit, dicens: *Lazare ueni foras, & statim prodijt.* O potētissimū uerbum, cui statim mortuus obediuit, & surrexit. O Christe largitor uitæ, & destructor mortis, extolle Domine uoces ad aias nostras mortuas, ut sepulchris exeāt, in qbus sepultæ sunt. Vni uoci obediuit Lazarº, & surrexit, tot uerò uocibº, quibus te ò miserrime peccator uocat Deus, nō uis respōdere, nec exire, sed in peccatorū sepulchro commoraris? Sicut uulmerati dormiētes in sepulchris, & quorū nō es memor amplius. Ita tui ipsius, & Dei immemores quasi mortui, qui in sepulchris iacent. Si cum auceps illices suos facit, Inscium & incautum animal, quod in spelunca sua latet, sciret, quod in ostio paratus est sibi laqueus non esset mirum, si potius in spelūca se mori pateret, quem ab ea exire uellet. Tu autem homo, quem Deus tam suauibus uocibus uocat, suisq̄. brachijs extensis, ad recipiēdum te cū misericordia, uitamq̄. æternā tibi concedendā, nec tamen ab ea spelunca exire uis? O miserum te, & cæcum, siquidē tantum bonum cōtemnis. Non sit ergo sic fratres mei, sed absque ulla more statim, quæ uobis Deus præcipit, exequimini. Aduertite, quòd nihil à uobis petit, quod hic statim non possitis facere: non est cur dicatis, finite me ire domum meam, & illic faciam. Hic, hic potestis facere, quod Deº petit, absque eo moueamini ab isto loco: hic potestis peccata uestra dolere: hic potestis firmiter proponere, amplius non peccare: Hic potestis statuere facere quod debetis: Hic potestis intentionē habere peccata uestra purissimè confitēdi, & faciendi omnia quæ uobis illic præcipientur. Et ita p diuinam misericordiam ad gratiā resurgetis, qua æternam gloriam comparetis, ad quā nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Psalm. 87

Dissimile.

Sabbatho post Dominicā IIII. in Quadragesima.

Dicebat Iesus turbis Iudæorū: Ego sum lux mundi, &c. Ioannis. 8.

NArrat Sāctus Ioānes, quod post quam Redemptor noster Iesº Christus liberauit illam mulierem adulteram a manibus Iudæorum, ac Pharisæorum, tanta pietate, & tam admirabili prudentia, mirificū, quēdā sermone habuit, uolens Iudæos suauibus

uerbis attrahere,ut se uerum Deum & hominem animis agnoscerent, & ore fatereⁿtur. Atque in hoc sermone diuina illa uerba dixit: *Ego sum lux mundi.* O q̃ fœlices nuncij sunt hi hominib. in mũdo cõmorantibus,in quib,nobis declaratur quã gratis in cælum ascendere possiumus, auxilia.n.& fauores diuini gratis dantur. Quòd si dicatis,qũo hoc probabis?qũo?uidete qd dicat Dñs:Ego sum lux mundi.Dicite,quãdo ui
2 distis uos lucem emi,aut uendi?quando dixistis:date mihi lucẽ ad duas libras,aut date mihi claritatem duob. nummis? Nemo unquã tale dixit:nõ enim lux emi solet.Nihil uiliori pretio habetur, quã sol.Dormitis,& cum non arbitramini uidetis solẽ ingredientem per fenestram uestram.Videamus,hic sol uisitat nos pp aliquã utilitatẽ suam?Non profectò.O benedictus,& glorificatus sit Deus noster,quã gratis se hominib.p̃bet,& quã uniuersaliter cõmunicatur ijs,qui ei aditum patefaciunt, & eũ in domum suã recipiunt.Et hęc omnia signi-
3 ficauit,dicens:Ego sum lux mundi.Arbitrabantur falso Iudæi,q̃ sibi solis uenturus erat in mũdum Redemptor,&ut eos ab hoc errore tollere,dixit eis:Ego sum lux , non solũ uobis,uerũ etiam uniuerso mũdo. O Christe æterna ueritas magnopere admiror Deus meus,quod dicis te esse lucẽ uniuersi mũdi,&q̃ tã pauci luce tua potiãtur. Qũo fieri potest,quod sis tu lux mundi,& tñ tot in tenebris commorent? Si hic sol materialis(licẽt in comparatione tui tã paruus sit)uniuersum mũdum illuminat, & in eius conspectu nihil remanet obscurum, qũo cùm tu sis lux infinita,tot obscuros relinquis? Huic quæstioni respondet Dominus dicens: Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum,& dilexerunt homi-
4 nes magis tenebras,quam lucẽ,erant enim eorum mala opera. Et hoc quidem est(ait Dominus)quod malorum iudicium aggraⁿuat,quod cum lux in mũdũ uenisset,ij magis tenebras,quã lucem dilexerunt,&ne tenebras relinquerent,lucẽ sequi noluerunt: erãt enim eorũ mala opera.Ita prauis operib.assueuerant, & iniqs moribus delibuti erant, ut ne à peccatorum suorum tenebris recederẽt, me uerã lucẽ accipe noluerint,& ita eorum culpa,in obscuritate remanẽt. O cęcos filios Adæ,ò ingratas creaturas qs unquã tale perspexit?quis tale audiuit?qs deniq; tale cogitauit?q̃ hoies rõ-

Ioan.3.

nis participes tenebras plus quam lucem diligant?quod creatorem propter horrorẽ creaturę derelinquãt?Ecce fratres mei causam,quare tot infideles cęci,& absque Dei cognitione in orbe commorentur, quod peccata,quæ contra naturale lumen commiserunt,sunt quędam spelunce, quib.in- 5
clusi sunt,ne ad eos fidei lumen ingrediatur.Nobis autem, qui diuina misericordia lucem hanc fidei iam accepimus,ne illam amittamus, sed semper eam in nobis conseruemus,uiuamq̃ cum gratia,& charitate habeamus: Dñs statim inferius cęlestem quandam admonitionem præbet, dicens. *Sed habebit lumen uitæ.* Vt hoc intelligatis. Ephes.5.
notate prius uerba Sancti Pauli dicentis: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, ut filij lucis ambulate:fructus.n.lucis est in omni bonitate, & iustitia,& ueritate probantes,quid sit bene placitum Deo. Recordamini(inqt) fratres mei,quod antea fuistis tam peccatores, ut uos possemus ipsum peccatum nuncupare. 6
Magna est hęc exaggeratio Sancti Pauli, cùm illis dicat,quod antea ipsæ tenebrę erant, nunc autem oportet uos esse ita iustos,& in seruitute Dei illuminatos, ut ipsa lux possitis appellari.Quę est etiam alia maxima exaggeratio, & siquidem ita illuminati essis,ut filii lucis ambulate; operamini sicut opus lucis & gratię,fructus.n.lucis & gratiæ hic est,ut in omni probitate, & iustitia,& ueritate uiuatis. Sicut fructus mali,sunt poma,& fructus arboris nucis, sunt nuces. Omnem probitatem appellat unam bonam uitam, & quid est una bona uita?seculares homines uocant eos, bonæ uitæ,qui sunt carnales,cibis,& potionibus dediti,qui mollibus uestibus, & perpolitis induuntur,qui usque ad meridiem in mol- 7
libus lectis dormiunt, qui finita una uoluptate,aliam inuestigant. Et ita dicit Diuus Bernar. in
Bernardus;uulgo dicitur , qui bene pascit 2.ser. in
se,bene uiuit.Qui se liberaliter,& delica- gilia. Pen-
tè tractat de eo dicit uulgus:O quã bonam & Pau. A-
uitam uiuit.N.Respondet autem S.Bernar postolorũ.
dus. Mentita est iniquitas sibi. Ego uobis dicam(ait Sanctus Bernardus)quęnã sit bona uita,bona uita est,facere bona, sustinere mala,& sic usq. in finẽ perseuerare. Et hoc est in omni bonitate uiuere. Dicit ulterius Sanctus Paulus:Et in iustitia.Quod etiã est fructus lucis,seruare in hac probitate debitã iustitiã,quę est reddere unicuique quod suum

suum est.Vult dicere,ut bonæ uitę, quã degitis gloria soli Deo detur, à quo cũcta bona ꝓcedunt.Et alius fructus est:in ueritate, nõ in fictione,sed ut tales interius sitis,quales uos exterius demonstratis, & ẽt meliores.Propter hæc,quæ Diuus Paul⁹ addidit ꝓbitati uitæ,dixit quidã,uirtutẽ nõ in uerbis esse,sed in aduerbijs.Nõ esse in ieiunãdo,orando,aut eleemosynã porrigẽdo,sed, in benè,iustè,& uerè id faciendo.iustè & ue-
8 rè pp gloriam Dñi,& eius diuinum morẽ. His oibus lucis fructibus addidit Sanctus Paulus,tanquã conclusionẽ,aliud,excellentissimum,q̃ est probantes quid sit beneplacitũ Deo. Probantes,id est,discutientes,qđ oportet nos examinare,in quo magis Deo seruire ualeamus,& qũo illi gratiores simꝰ, & quæ sint,quæ illi magis placent. Nũc intelligetis quorsum hęc uerba Sancti Pauli uobis declararim:eò nãque fuit,ut uos cõmonefaciam,qđ siquidẽ fructus fidei,& gratiæ,& quod in nobis operatur,est,ut exami-
9 nemus,quid Deo placeat,& qũo ei seruituti simus,nullum est melius remediũ, quã, ut oculos conijciamus in hanc lucẽ Iesum Christum Redemptorẽ nostrũ, & in omnibus eum sequamur ſm uires nostras: & sic sciemus grata opera æterno patri facere.

Dicit ãt:*Qui sequitur me non ambulat in tenebris,sed habebit lumen uitæ.* Hoc uerbũ: Hebr.4.
sequitur perseuerantiã quãdã & in uirtute progressum,atq; huius optimi Magistri sequelã cõtinuam denotat Sic nos admonet Sãctus Paulus dicens:quapp intermittẽtes inchoationis Christi sermonem, ad perfectiora feramur.Cũ iã declarauerit, aliquos esse inchoantes seruitutem Dei, alios uerò in eius seruitute iã perfectos,admonet nos mõ,ut iã illa initia relinquamus, ne paruis rebus simus contenti,sed ut ad perfectionẽ
10 aspiremus,semper desiderãtes meliores effici,& in omni spirituali exercitatione ulterius progredi. Vna ex maioribus mundi calamitatib⁹ hæc est,q̃ terrenarũ rerum quã tumcũq; homines possideant , semp plura desiderant,nunquã ijs,quę possident contientur.Cœlestibus uerò rebus statim satiamur,& contenti mallemus,cum uice uersa esse oporteat.Cõmutem⁹ ergo fratres mei hanc rerũ sæculariũ famẽ , & eã habeamus efficiẽdi nos meliores:& ad hoc in nullum bonum,qđ feceriuus conijciamus oculos, quãuis enim plurimũ fuisset,parum tamen hoc est in comparatione illius,qđ Deo de

bemus.Ad hoc debemus aspicere,& experiemur nos deficiẽtes, & ad plura faciendũ properabimus.Hoc de se fatetur Sãct⁹ Paulus magna exaggeratione sic incipiens,unũ Phil.3.
aũt.Hęc ẽ Phrasis Hebręa,collocari sic nomen sine uerbo,hoc est.Vnũ notabile uobis uolo dicere.Quę quidẽ retro sunt obliuiscẽs,ad ea uerò,q̃ sunt priora extẽdẽs me ipsum Oium,quæ operatus sum in hoc spirituali itinere,in quo ambulo obliuiscor,& ea quasi à tergo relinquo,ea nõ ęstimãs,sed semp oculos in ꝓfectiora ꝓpono, tradens me illis quantũ possũ.O qs gloriosum hũc 11
Apostolũ imitaretur, hic nunq̃ paruo cõtẽtus esset, quãuis plurimũ bonorũ ỏperatus fuisset.Confortemur, confortemur fratres mei, & incipiamus celerrimè currere cõiicientes oculos nõ in Sanctos Apostolos solũ,sed præcipuè in summũ Magistrũ, & ducẽ Iesum Christũ,ut nos idẽ Sanctus Paul⁹ Heb.12.
admonet dicens. Aspiciẽtes in autorẽ fidei, & cõsummatorem Iesũ.Notate diligenter duo nomina,q̃ ei tribuit,autorẽ,& consummatorẽ:parũ enim prodest cæpisse,nisi incęptũ bonum consumetur. Ideircò uobis dicit.Aspicite attentè in uestrum diuinũ ducẽ,qui est autor,q̃ bonũ cæpit,& non sletit quousq. illud cõsummaret,ut & uos in bono nõ sistatis,quousq; id ad cõsummationẽ 12
deferatis.Ad hoc ꝓpositũ inuenietis mysteriũ in Propheta Baruch,qui affirmans Deũ Baruc 3.
esse,q̃ suis sapientiã præstat,dicit, & tradidit illam Iacob puero suo, & Israel dilecto suo.Iacob & Israel,unã,& eadẽ p̃sona fuit. Et est notabile,qđ cũ eũ uocat Iacob,seruũ Dei inscribit,cũ autẽ eum Israelẽ uocat,dilectũ nũcupat.In hoc docet,q̃ iustos de bono in melius oportet progredi,perficiẽtes se in hac uita,quousq; finẽ suum cõsequãt, qui est,ut Deum in futuro sæculo uideãt& eo fruãtur.Itaq. i initio fidelis Deo seruit, & obtẽperat i timore,& quodammõ quasi seruus,sibi uim inferẽs,repugnat enim eius caro,& eum passionibus suis colluctaꝰ:atq; 13
hoc significat Iacob idest,luctator, & idcirco cũ eum appellat Iacob seruum ei⁹ nominat. Postquã ãt diuturna exercitatione appetitus suos uicit,ijs sæpissimę cõtradicẽs, & illos quasi subditos habens accedit ad libertatẽ filiorum Dei,& ad magnã ei⁹ familiaritatẽ.Nã hoc significat Israel, idest, uidens Deum . Tũc eum dilectum appellat. Hoc idẽ discrimẽ posuit Dauid loquẽs de
tẽtamẽto Dei.Et statuit illud Iacob in ꝓ- Psal.140.
ceptum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceptũ,& Israel in testamentũ ęternũ. Quia præceptũ conuenit seruo, testamentũ uerò ad filiũ pertinet. Illud Iacob, hoc aũt Israel: quanquã erat idẽ populus, qui in dies melior efficiebaꝫ,& ex seruo filius Dei & hæres reddebatur, Qui sic secutus fuerit Iesũ Christũ filiũ Dei, nõ ambulabit in tenebris quandiu sic perseuerauerit nõ incidet in errores, nec in peccata mortalia, quæ rationẽ
14 tenebrosam reddunt. Sed habebit lumẽ uitæ. Habebit fidẽ uiuã,& splendidã, Verùm heu dolor? quã pauci reperiuntur, qui sic in bono perseuerent. O quã miserabile,& pudendũ est uidere, q̃ uiles, & pauci momenti sint res, quę hanc sequelã,& in bono perseuerãtiam nobis impediunt, ꝓ nænia, ꝓ minima utilitate, pro quacũque turpi uoluptate, statim ab incepto regredimur. Dei pisce satis parno narrat Plinius (qui dicitur Remora) quòd licet nauis celerrimè i mari nauiget eã retinet, quanuis maximã curã adhibeant nautæ. O miseri filij Adę, qd similius inconstantiã uestram representare poterit, quã hoc? quòd quãtumuis sanctus qspiã uideatur,& licet uelocissime & magno
15 impetu maris aquas scindat, & in uirtutis prosecutione ꝓgrediatur, minimus piscis: quasi nihil impedimenti,& cõtradictionis, qđ ei offertur, eum facit stare & etiã retrocedere. Nã (ut affirmat S. Bernard9 (i uia Dei nõ stare, retrocedere est. Hoc deremus sanguineis lachrymis lachrymari. Qđ lamẽtaꝫ Iob eleganti quadã cõparatione dicés: Memẽto mei Deus qa uentus est uita mea, nec aspiciet me uisus hominis. Quã facile uentus mutaꝫ, & hinc illuc transit in instanti, sic hõ quasi uẽtus ab uno in aliũ statũ, à gratia in culpã facile cõmutaꝫ. Ita incõstans est, ut uix illũ humanus uisus possit aspicere. Quapp necesse est mille oculos habere, cautissimè uiuere: atq; hãc ꝑseuerãtiã sanctis exercitationib. adiuuare, q̃ sunt postes, q̃bus humana fragilitas, quasi paries in uirtute declinãs sustinet. In Genesi dicit, q̃ tulit Deus hominẽ,& posuit eũ in paradisũ uoluptatis, ut operaret,& custodiret illũ. Est dubiũ, q̃ oportet esse operationẽ illã, q̃ Deus in tam fortunato statu homini imposuit, si enim dicas, quòd paradisum culturus esset,& in eo laboraturus, non rectè dicis:
16 hoc enim postea in suplicium peccati illi impositum est, ut paret ibidem ubi legitur, quod dixit ei Deus: in sudore uultus tui uesceris pane tuo. Atque huic dubio aliud ad

Plinius.

Bernardus Serm. 2. De purificatione in fine. Iob. 7.

Gene. 2.

ditur. Quia dicitur: ut custodiret illũ, à quo debebat illum custodire? nõ erant latrones, nullus erat homo ꝑter eum, quis facturus erat malum? Respondet Sanctus Ambrosi9 priori dubio. Homo creatus in gratia, collocatus in paradiso est, ut operaret uirtutum concessarum incrementum. Hæc est n. natura uirtutis in creatura satę, q̃ nisi exerceaꝫ, & accrescat, facilè corruit. Idcirco Sanctus Paulus nos admonebat dicẽs: Adiuuantes aũt exhortamur, ne in uacuum gratiã Dei recipiatis, sed omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in uigilijs, in ieiunijs, in castitate, &c. Videte qđ postes ponat, quibus hõ in uirtute sustineaꝫ, & in gratia ꝓficeret. Nam ille gratiã Dei in uacuum accipit qui non curat melior, ac melior fieri, & cũ ea fulciri. Posteriori dubio respõdet Beatus Augustinus. Quod illud, & custodiret illud, significat, ut custodiret se ne cõmitteret aliquid, ꝓpter q̃ inde ejceretur. Itaque in his omnibus declarantur modi, & artes quas Deus homini dedit, ut in bono cõseruaretur. Quod si in illo felicissimo statu opus fuit homini tot exercitijs, ad sui cõseruationẽ, qd erit nunc postquã natura corrupta, & debilitata est per culpam? O ꝑ charitatẽ Dei uos rogo fratres, ante unumquę
18 que uestrum ꝓstratus, ut hęc, quę nobis dico aduertatis cum sint uobis tam necessaria, nec patiamini, ut hæc mea uerba, uestra culpa uobis in atrocissima uerbera conuertantur, & quò plura uobis dico, eo grauius in die ultimæ rationis ꝓp ea puniamini. Dicetis aliq uestrum. Pater fruſtra laboras & fatigaris admonẽs nos ut ulterius ꝓgrediamur, & ne regrediamur, cũ ne pedẽ qdẽ in uirtutis uia, & Christi summi boni nostri sectatione posuerimus. Sic ego credo fratres mei, q̃ ita scelerum cathenis deuinctos uos tenet Sathanas, ut nisi uos ab eius uinculis soluatis, non sit possibile hoc iter unq̃ aggredi, q̃ nisi incipiatis, uidete quid uobis erit? O q̃to affectu commẽdabat Sãct9 Paulus discipulo suo Timotheo rẽ hãc dicens.
19 Hæc commone testificãs corã Deo, &c. Seruũ aũt Dñi non oportet litigare, sed mãsuetũ esse ad omnes, docibilem, patientẽ, cum modestia corripientẽ eos, q̃ resistunt ueritati, nequando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendum ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis à quo captiui tenentur ad ipsius uoluntatem. Hoc tibi commendo, ut per

Genes.

Ambr.

2. Cor. 6.

17

Augustin. Super Ge. c. 10.

perditissimos filios Adę admoneas, ut se à diaboli uinculis soluãs cuius cathenis uincti tenentur. Date mihi hominẽ nimio affectu terrena inuestigantem, & statim ibi ex uno peccato in alterum, & tã longã cathenã conficiet ex illis peccatis, ut eum in infernũ detrudat. Vide miser in quã infœlicẽ statũ deueniſti. Vide quousq; ꝓrumna tua perueniat, quia Sathanę captiuus effectus es. O Deus ęterne ꝓp pietatẽ tuã Domine te oro, ut horum hominũ cęcorum mẽtes,
20 illumines, ut calamitatem suã agnoscant, quos diabolus absque ulla contradictione sceleribus alligatos infernum præcipitat.

Chryso. Ad hoc propositum ponit Sanctus Chrysostomus mirificum quoddã exemplum. Auceps, qui laqueos suos parauit ad aues uiriendas, cõtentus est quando uidet auem in laqueum pedẽ unum immisisse, sic enim eã habet securam. Nos iter facimus ad Deum duobus pedibus, quorũ alter est fides, alter verò sunt opera plena amoris, & charitatis. Liberet uos Deus ne ille crudelissimus uenator, qui uos insectatur, alterum pedẽ tantùm uobis apprehẽdat. Habete fidem, licet enim ea tanta sit, ut montes transferatis (sicut ait Apostolus) si uobis charitas, & bona
21 uita deest, captiui estis diaboli. Et è contra, licet oĩa opera bona, quę excogitare poteritis habeatis, si in minimo articulo fidei deficitis, reiecti estis à Deo, deuinctos uos habet Sathanas altero pede: siquidẽ sine fide impossibile est placere Deo. Ad huius cõfirmationẽ intelligetis rẽ a Sathana constitutã, qui cũ uideat aliquẽ in fide deficere, non contristatur quãuis eum uideat omnia opera bona mundi facere. Sic uidebitis hæreticos Galliæ, & Germaniæ, qui corpora sua mortificant, eleemosynas porrigunt pauperibus, & maximũ habent religionis suę zelũ. Quid hoc ei? uinculis Sathanę tenẽtur, qui cũ eos uno pede cõprehenderit securã
22 iã habet uenationẽ, iam nõ eius laqueos fugient, licet alter pes liber sit. Qua ꝓpter, q̃ ego te rogo à peccator nomine altissimi Dei, qui nos crucis nexillũ baiulans ducit, hoc est, ut à diaboli laqueis resipiscas, ut animã tuam à tãta tyrannide ac tã crudeli seruitute uendices, atq; salutis uiã percurrere incipias. Aduerte q̃ hæc peccata sunt cõpedes, & cathenę. Si uis ò anima pretioso Dñi nostri Iesu Christi sanguine redẽpta, ab illis dissolui, ego tibi dabo limã surdam, qua has cathenas dirũpas. hęc est crux Iesu Chri

Heb. 11.

fti summi boni nostri, ex qua tãtæ fortitudinis liquor defluit, ut eo oẽs cathenæ diaboli cõfringantur. O sanguis sacratissime dulcissimi Redẽptoris mei tu pro nobis intercede in conspectu æterni patris, ut ꝓ te oẽs hi fratres mei, dissoluantur, & disponantur ad uirtutis iter faciẽdũ, ut ad ęternã uitam accedãt. Cũ Dauid se utroq; pede liberum animaduertit, maxima lætitia exultabat, & Deo gratias agens dicebat: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantiũ: laqueus cõtritus est, & nos liberati sumus. Et
23 statim fatetur uires suas nõ suffecisse, ut à tanto periculo liberaretur dicens: adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram. Hoc idem adiutorium habebis tu fratres si eo uti uolueris.

Psal. 123.

Vt Dñs se lucẽ mũdi appellauit quẽ seq̃ debebãt ij, qui salui fieri uolebãt: dixerunt ei Pharisęi: *Tu de te ipso testimoniũ perhibes. testimoniũ tuũ nõ est verũ.* Vt hi pharisęi erãt qui pluris æstimabãtur in populo, ita erant & audaciores, ac impudentiores, & ut tales hoc dixerũt. Quẽadmodũ nemo potest esse iudex in ꝓpria cã, ita ćt testis esse non põt: passio enim, & ꝓprius amor rationis iudiciũ peruertit. Si aũt tã perfect9 uir reperiretur, ut eũ propria passio nõ perturbaret, nõ esset inconueniens, qđ in propria causa testis esset, & iudex. Et idcirco respondit Dominus: si ego testimoniũ perhibeo de me
24 ipso, uerũ est testimonium meũ, quia scio Vnde ueni, & quod uado. Illud, ego, maximã in se habet emphasim. Ego qui sum uerus De9 & uerus homo in quo humana ratio nequaquam perturbari potest, cum tã clarificata sit à diuina natura, rectè possum de me testimonium perhibere, & quod perhibeo uerũ est, & probat illud dicens, quia scio unde ueni, & quo uado. Tria de se ꝑdicabat Dominus, de quibus testimonium ꝓbebat & in eis sibi fidem uolebat adhiberi. Primũ, quod esset filius Dei æternaliter genitus. Secũdũ erat: quod factus est homo
25 in tempore. Tertium erat, quòd propter hominum salutem homo factus est. Quæ tria his uerbis declarauit, scio unde ueni, quia exiui à patre, & quo uado, quia misit Deus filium suũ in mundũ, ut saluetur mund9 ꝑ ipsum. Ecce unde uenerit, & quo uadat, & ad quid uadat. Vos aũt nescitis unde uenio, quia ſm carnem iudicatis. Cùm nihil amplius aduertatis, quã hoc corpus carnis, ex muliere natum, non iudicatis nisi carnali

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter nec uultis credere plus in messe, quam hoc, q̃ corporalibus oculis intuemini, licet plurima miracula me uideatis operari, atq; hęc cecitas, & infidelitas uos ad condẽnationem deducet. Qđ ex his uerbis plenis mysteriorũ elicimus est, q̃ q̃ cęlestẽ hunc Magystrũ sequimur debemus testimoniũ de nobis phibere, nõ tantũ uerbis, uerũ & operibus ẽt, & hoc significat etiã illud, qđ supra dictum est, qui sequitur me habebit
26 lumẽ uitę, nõ modo aĩam uiua fide illustra tam habebit, uerũ exterius etiam habebit
Simile. optimi exẽpli splendorẽ. Speculũ crystallinum exactũ, & mundum, in quo solis radii reuerberãt, nõ solũ ipsum in se clarificatũ manet, uerũ à se etiã radios similes solis radijs immittit. Itaq; idẽ speculũ alter sol apparet. Ita aĩa pura, & mũda uirtute adornata, sic diuinos radios recipit, ut tota in Deũ transformata, etiã ipsa à se radios immitat mirabilium exemplorum, ꝓximis suis, ita, ut alter sol, & diuinum qd, ac cęleste in terra uideatur. O filii Adę si uelletis conscientias uestra sancta cõtritione, puraq;, ac integra cõfessione mũdare, q̃ dissimile de uobis
27 testimonium phiberetis, ac phibetis: Quã
Phili.2. ta cũ exaggeratione hoc cõmẽdabat S. Paulus dicẽs. Charissimi cũ metu, & tremore uestrã saluté operamini &c. Vt sit is sine querela, & simplices filii Dei sine reprehensione, in medio nationis prauæ, atque peruersę, inter quos lucetis sicut luminaria in mũdo. O q̃ diuina uerba, qs ex toto cordis sui affectu ea amplecteretur, & oĩbus uiribus suis ea curaret exercere, q̃ optimũ de testimonium phiberet. Tam pfectè ea adimplebant Christiani illius tẽporis, ut non Ecclesiastici solũ, uerũ cõmunes etiã hoĩes & matrimonii uinculo alligati (ut referũt S. Paulus & S. Petrus) ita pfectã uitã uiuerent, ut
1. Cor. 7. mulieres Christianę uiros suos infideles cõ
1. Pet. 3. uerterẽt ad catholicã fidem, q adeò infideles erant, ut sanctorum Apostolorũ p̃dicatione nollent cõuerti, etsi miraculis confir
28 mata erat, & diuini spiritus igne inflãmata, ipsę uerò eos ad fidẽ conuertebant, qa illi uidebãt sanctã conuersationẽ, & puritatem operũ, & uitæ illarũ. Itaq; illę sanctimonia sua uirorũ infideliũ cõuersionẽ assequebãtur, & similiter uiri fideles cũ suis uxoribus ĩfidelib⁹ faciebãt. Qđ Sãcti Apostoli p̃dicatione, exẽplo, & miraculis cõficere nõ potuẽrãt. Vnde apparet q̃ta sit uis amoris cõiugalis, cum matrimoniũ pũs operibus adorna

tur. Nõ minùs obligati sumus mõ exactissimè hęc uerba S. Pauli adimplere, curãtes, ut simus luminaria, & soles, q̃ ꝓximos nostros illuminemus, eosq; ad amorẽ, & charitatẽ inflãmemus, ut sic uirtutis, & gratię repleti ęternã beatitudinẽ impetremus. Ad 29
q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Dominica in Passione.

Dicebat Iesus turbis Iudęorũ, & principibus sacerdotum, Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioan. 8.

HVcusque fratres mei occupata est alma mater Ecclesia in incitando nos, ut ploremus mortẽ, in quam nostræ animæ propter peccata incurrerunt, & illa lachrymis pœnitentiæ, ac pura & integra illorum confessione doleremus. Modo uerò incipit 1
nos excitare, & inuitare ad lamentandam mortem nostri sacratissimi sponsi, qui pro nobis mortuus est, ut nos hanc morte liberaret. Et sic dies hic dicitur Dñica in passione, quia ab hodierna die ꝟsque ad sanctã resurrectionẽ occupatur sancta Ecclesia, in celebrãdo mysterio pretiosissimę passionis huius diuini Domini. Atq; hinc infertur, quo sensu, qua deuotione, quibus denique cogitationibus, his diebus esse debeamus. Verũ (ut uobis uerum dicã) pudet, & pœnitet me nostrorũ tẽporũ calamitatis, in quibus hæc dicimus, plus, ut rẽ narremus, quã quòd spẽ ullã habeamus, quod proderunt. & aliquis ex illorũ relatione fructus percipietur. Multi enim sunt, q̃ nihil inter hoc tempus, & cæteros dies interesse putant, & 3
nullum discrimen inter eos constituunt. Ita rident, ludunt, ambulant, & tam inordinatè omnia faciunt, sicut ĩ reliquo tempore. Itaque solum nomẽ ex his diebus nobis remanet, quòd dicimus, quia in die passionis sumus, cùm tamen nõ magis illius recordemur, quã earum rerum, quas nunquã uidimus necaudiuimus, aĉ nunquam Deus tã lia pro nobis fuerit perpessus. O fratres ad uertite propter charitatẽ q̃a operi, qđ nos æterna morte liberauit, æternas gratias referri oporteret, quod siquidem nõ semp facimus, his paucis diebus saltem faciamus. In Exodo dicitur, quod præcepit Deus Hebræis, ut agnus Paschalis, q̃ decima quarta Exo. 12
luna

luna immolandus erat, decima luna domũ adduceretur, ut illis oĩbus diebus uidentes agnum ante oculos & eius balatus audientes, ueteris illius beneficij recordarentur, cũ Ægypti captiuitate liberati sunt, & gratias Deo agerẽt ꝑ illud. Dicite obsecro fratres mei, si beneficium illud tot dies in memoriam reuocãdũ erat, quid oportebit fieri ꝑ remedij, ac reparationis nostræ beneficiũ? Aperite ergo nunc oculos ne sitis ingrati tanto bono. Cogitate, quod cantus & cæremoniæ almæ matris Ecclesię horũ oĩum dierum, sunt affectus si balatus Paschalis agni Iesu Christi, q̃ ꝑ uobis immolatus est.

Proponitur nobis hodie euangeliũ hoc, quod passionis eius causam cõtinet, in quo agitur de Innocentia, & sanctitate huius diuini Saluatoris, de ueritate doctrinæ eius, ac de duritie Iudæorũ. Agnus ille, de quo modo loquebatur p̃cipiebat Deus, ut esset sine macula, & thus quod offerendum erat, vt esset purum, & tritici adipem sibi offerri volebat. Et pro leproso, p̃cipiebat offerri duos agnos immaculatos, & ouem purã, & mundã. Et uolebat ut carnes, q̃ offerendæ erant,
4 essent valdè ablutæ, & in ipso templi uestibulo esset lauacrum, in quo abluerentut ij, qui oblaturi erant, præcipiebat etiã, ne impura comederent, nec manibus quidem immunda pertingerentur. Est Deus amicus puritatis, quia ipse in se est purissimus. Origenes, Augustinus, & Chrysost. super Exodũ, & Leuiticum dicunt, q̃ hęc oĩa sacrificia, in quibus puritas petebatur, significabant purissimum sacrificium corporis, & sanguinis domini nostri Iesu Christi, quod æterno patri oblatum est. Quod si tantã puritatẽ de⁹ petebat in illis sacrificijs, qualem puritatẽ, & innocentiam oportebat esse in sacrificio sacrificiorum, & hostia pacifica, quã illa omnia figurabant, qui erat Christus salus nostra? Talis. n. decebat, ut nobis esse Pontifex
Hebr. 7. 5 sanctus innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & excelsior cœlis factus, ait S. Paulus. Pensate maximè quot uerba, repetat, ad dñi puritatẽ significãdã, & omnia qđ hæc non sufficiunt ad eam penitus explicãdam. Quapropter, cùm cœlestis hic Magister passionẽ suã iã appropinquare animaduerteret, uoluit hostiæ pro peccatis offerendæ puritatem mundo manifestare, & ita dicit, quis ex uobis arguet me de peccato? Perpendite, & examinate utrùm habeat hic agnus aliquam maculam, & utrũ sit scãm

legis præceptum, quod siquid amplius habetis, q̃ desideretis, dicite illud. Ecce hostiam pro peccato, absque peccato, Accedite ad eã peccatores, & sanctificabimini. In Leuitico dicit, q̃ hõ attingens hostiã, q̃ pro peccato offerebatur, sanctificatione plen⁹ manebat, quanto magis manebit, qui hanc hostiam attigeritis? & sic B. Hieronymus. Dicit, quod q̃ cum uera fide, & intrinseco amore hunc agnum tetigerit sanctificabitur. Leui. 6. Hiero. ho. 4. in Leui. 6

Quàm uerè potuit dicere Christus Redemptor noster: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Nam in quantum Deus tam bonus est, ut nemo sit bonus nisi solus Deus: si ergò solus Deus est bonus quare dixit Dauid: Bene fac dñe bonis, & rectis corde, & Mar. 10. Psal. 124.
plurimis in locis sacræ literæ iustos appellant bonos? Dico q̃ in cõparatione bonitatis in Deo existentis, non est bonitas ea, quę Simile.
est in creaturis. Cùm uidetis fornacem ardentissimis flammis inflammatam, quod ab eo exit, & sursum ascendit per caminũ, nõ dicitur ꝓpriè ignis, sed scintillæ, sic fornax, in quo infinita probitas ardet, Deus est. Probitas uerò quæ est in creaturis, meliùs dicitur scintilla, quæ exit ab illo igne incomprehensibilis probitatis Dei, quam pura bonitas. Atque etiam dicitur solus Deus bonus, quia 7
solus ille habet bonitatem ex natura sua, & quia essentialiter est bonus, bonitas uerò, quę est in creaturis non est illis essentialis & solida, sed accidentalis, & ab extrinseco aduenies. Sunt hic duæ statuę, altera ex auro solido, altera uero fictilis, sed tñ deaurata, si utranque aspicis, quod apparet totum Simile
est aurum, uerùm accedat aurifex, & utrãq; attingat, si statuam aurea attigerit, quo magis tetigerit semp aurum vtrinq; deteget, at tingat autẽ alteram, & statim fictilem materiam, quæ intus latet deteget: non enim habet aurum, nisi in superficie. Deus totus est aurum, solidum, nihil in eo detegi potest, quod non fit boniras. Si uerò creaturam pertingatis, licèt minimo quouis tactu, statim lutum, & miseria detegitur. Attingite eam contemptu, utilitate, uoluptate, ac denique 8
honoris puncto, & uidebitis statim quo interiùs lutum manifestetur: nihil. n. ampliùs in illa erat quã exterius illud accidens. Cũ igitur solus Deus essentialiter bonus sit, nõ poterat Christus quatenus Deus erat, peccare. Si per aliquam ianuam poterat peccatũ introire, erat per ianuam humanæ naturæ, quæ ex natura sua debilis, & facillime excidit.

dit. Sed nec hac q̃dem ianua, potuit peccatũ in illam ſanctiſſimam aiam introire. Nã virga, quę ex ſe facilè poteſt infringi, fortiſſimè alligata colũnæ ęneæ, tam difficile poteſt flecti, q̃ ipſa columna. Volũtas humana ex ſe flecti poteſt, adiuncta tñ diuinę uoluntati in diui o ſuppoſito, tam difficilis eſt flexu, q̃ ipſa diuina uoluntas. Et quãuis humanitas illa non eſſet unita Verbo, eo q̃ aia beata eſſet, impoſſibile eſſet in eam peccatum cadere. Quẽadmodum quãdiu in cryſtallo, ſolis radij reuerberãt, impoſſibile eſt, in eo umbram aliq̃ eſſe, ſic ẽt aia illa, mille cryſtallis ſplendidior in qua diuinitatis radij reuerberabant, cùm illa eos acciperet p clarã uiſionẽ, & fruitionẽ, impoſſibile erat eam aliqua peccati umbra tingi. Quocirca ſecurè dicit, q̃s ex uobis arguet me d̃ pct̃o.

Simile.

Simile.

Sequitur in textu: *Stueritatẽ dico uobis, quare non creditis mihi?* Comprobata uitę ſuæ innocentia, cõſequenter ſequit doctrinæ ſuæ cõprobatio. Si ſit uitæ innocentia, ẽt erunt eius uerba, ſana, certa, & ſecura. Et ideò dicit ſi ueritatẽ dico uobis bi ſum bonus, ergo doctrina mea bona, & uera eſt. Sapiens quædam mulier dixit, ego ſum, quæ rñdeo ueritatem in Iſrael. Quanto melius potuit hoc dicere ſumma ueritas? Ex puritate uitæ, ſequitur doctrinæ ueritas. Et hęc oĩa ſimul ſunt uires fortiſſimæ, ad corda rebellia domanda, & ad ueritatis uiam addu cenda. Et quãquam eandem ueritatẽ ac doctrinam modò prędicamus, quam Chriſtus Dñs noſter p̃dicauit paruum tñ efficimus, quia hoc fundamentum ſanctitatis uitæ nobis deeſt. In Apocalypſi dicit S. Ioannes, uidi alterum Angelum uolantem per mediũ cęlum habentem Euangelium ęternum, vt euangelizaret ſedentibus ſuper terram, dicens magna uoce. Timete Dñm, & date illi honorẽ, & ſtatim uenit alter Angelus, & dixit: Cecidit Babylon illa magna. Mirabilis res, quod uolante Angelo per medium cœlum, habenteq; Euangelium in manibus, & ſimul prædicante, ut hoĩes timerent, & glorificarent Deũ, ſtatim dicit, q̃ cecidit Babylon, & maxima illa confuſio diſſoluta eſt. Atq; ita eſt profectò: Nam ſi prædicator eſt alter Angelus, & per alium cõtemplationis uolat, & in manibus habet euãgelium, operans ea, quæ in eo pręcipiuntur, ſtatim eius uocibus, & prædicatione diſſoluetur, & corruet mundi confuſio, & eius uitia finientur. Idcircò dixit Deus Eſaiæ quaſi tuba exalta-

2. Re. 2.

10

Apoc. 14.

11

uocẽm tuã, & ãnũcia populo meo ſcelera eorum. Quare nõ dixit: Rugi ut leo, & exalta uocem, quaſi tonitruum? Nam tuba ore inflatur, & ſuſtinet manibus: ita uerbũ Dei manibus, & operibus ſuſtinet, & uigorem recipit. O patres p̃dicatores, quãtum oportet ut hæc attẽdamus, caueamus ne de uno quoque noſtrum dicatur illud, q̃ dixit Patriarcha Iſaac filio ſuo Iacob: uox quidem uox Iacob eſt: manus aũt Eſau. Vox iuſti Iacob, q̃a optimas res prædicas, acſi eſſes uir ſanctus, opera uerò peccatoris Eſau. Quid tali prædicatione proficies? Quis credero homini dicẽti, cauete à tali uia, q̃a eſt periculoſa in qua latrones plurimi graſſanũ, & nemo p eam pręteribit, qui non ſpolietur oĩbus ſuis rebus, & interficiat, ſi tñ uideret ipſum p illam uiam ſtatim ambulare? q̃s illum non illuſorẽ iudicabit? Affirmas, q̃ uia peccati in infernũ ducit, & hoies uident te per cã ambulare, occaſionem p̃bes ſimplicibus, & ignorantib⁹, ut arbitrent, illã eſſe exaggerationẽ, & dicẽdi modũ. O q̃ pręclarus prędicator Paulus, q̃ dicebat, De cætero fratres quæcunq; ſunt uera, quæcunque pudica, q̃cunq; iuſta, quęcunq. ſancta, quæcunq. amabilia, quæcunq. bonæ famæ ſi, ſi qua laus diſciplinæ hæc cogitate, q̃ & didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis, & uidiſtis in me. Ecce quõ glorioſus Apoſtolus hæc duo ſimul adiunxit quæ audiſtis, & uidiſtis in me. Ore uobis prædicaui oẽm ſanctitatem, & uirtutẽ, & oculis ueſtris uidiſtis, quõ ego opere complerem ea, quæ docebam, quam excuſationem poſſent dare illi, uidẽtes tale exemplũ in Magiſtro ſuo? & plus dico q̃d non modò prædicatores maximè, p̃ficiunt ſuo bono exemplo, uerum ẽt & alij peculiares hoies, tãtas enim uires uirtus habet, vt ubicunq; ſit p̃dicet, et ad Dei ſeruitutem inuitet. S. Athanaſius affirmat quod Idololatræ ita admirabant uirgines Deo dicatas, ut ẽt inuiti faterentur, eas eſſe uiua templa Dei, & inter ſolos Chriſtianos uerum eſſe Dei cultum. Quapp multi diuina hac luce illuſtrati, expulſa oi Idololatria ac catholicam fidẽ conuertebãtur. Et S Theodoret⁹ affirmat, quod Iberi, qui erant maximi Idolatræ mulierem captiuam duxerunt, q̃ in parua quadam domũcula morabatur, & tã puram, ac innocentem uitã degebat, vt contemplantes eam infideles interrogauerint, quam religionem, et legẽ ſequeretur illa mulier, aut quem Deum adoraret, qui

Iſa 40.

Gen. 27. 12 Simile.

13

14 Athana.

Theod.

tales

tales ſeruos ſuos efficiebat? & dicit, q̃ optimũ exemplũ huius mulierculæ fuit initiũ expellendi idololatriam ab illa regione, & ſequẽdi uerũ Deũ. Quid uobis uidetur. Ecce q̃tũ poſſit bonũ exemplũ ubicũque ſit.

2. Cor. 3. Idcirco S. Paulus dicebat Corinthijs: Epiſtola noſtra uos eſtis, q̃ ſcitur & legitur ab

15 oĩb. hoĩb⁹: manifeſtati q̃ epiſtola eſtis Chriſti miniſtrata à nobis & ſcripta nõ atramento, ſed ſpiritu Dei uiui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalib. Perpẽdite diligenter, q̃ cum oĩbus loquens, unum quemq̃. uocat epiſtolam, in qua diuina lex ſcripta eſt, & ita illi uiuebant, ut q̃ ſquis eos uideret, in eorum uita ſanctum Dei Euãgelium ſcriptũ aſpiceret; & eorũ bona opera erant characteres illius ſcripturæ. O q̃ magnus ſplẽdor ille Chriſtianorum? quam diſſimilem aſpectum modo habem⁹? Qui nos exterius uiderit, neſcio ex quo poterit cognoſcere nos eſſe Chriſtianos, niſi ex eo, q̃ in noſtro immundo ore ſanctum ac uenerabile Dñi nr̃i Dei noſtri nomen aſſumimus, tanquã diſſoluti, & perditi ad iurandum, & p-

16 iurandum, ita ut uideamur ad nihil aliud illius recordari, q̃ ad iurandum millies im pertinenter. Hoc aũt non modo Corinthijs dicit, ſed ſcribens ẽt ad Romanos eis dicit, gratias ago Deo meo, per Ieſum Chriſtum pro oĩbus uobis, quia fides ueſtra annuntiatur in uniuerſo mundo. Ad intelligẽda hęc uerba notandũ eſt, q̃ populus Romanus audiens mirabilia. Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, & eius mortis, ac glorioſę reſurrectionis, antea quã ullus Apoſtolorum Romã ueniret, in eũ credidit, eiuſq; Euangeliũ ſuſcepit. Q̃n. n. B. Paulus hanc epiſtolã ſcripſerat, nõdum Romã uenerat, & iam Romanos laudabat, quia eorum fides per uniuerſum mundum redolebat. Quod ãt Paulus

17 cùm hanc epiſtolã ſcripſiſſet, nondũ Romã uenifſet, patet: ibidem. n. dicit illis nolumus uos ignorare fratres, quod ſæpe ꝓpoſui uenire ad uos, & prohibitus ſum uſq. adhuc. Ergo nondũ Romã uenerat. Nec legimus, quod ali⁹ Apoſtolorũ uenifſet, cum S Paulus hęc ſcripſit. Vnde inferũ, q̃d cum miracula non uidiſſent, nec Apoſtolũ aliquẽ audiſſent crediderũt, & ita perſeueranter, vt cùm Romæ tot tamq̃ crudeles Tyranni fuerint qui atrociſſima tormentorũ genera in illis exercuerũt, nunquã tñ à concepta fide ceſſecerint. Propter hoc bonum exẽplũ, quod prębuerũt gratias agit S. Paulus ętemo pa-

Rom. 1.

tri, q̃ pp merita Ieſu Chriſti filij ſui, talem uirtutem illis hoĩbus contulit, ut ſuo exemplo uniuerſum mundũ ad catholicã fidem inuitarent. Et debetis notare q̃ dicit: pro oĩbus uobis, q̃a fides ueſtras, &c. Quòd oẽs à maximo uſq; ad minimum illud optimũ exẽplum præſtabant. O quãtum eſt modo plorãdum circa hoc? Ea eſt morum noſtrorũ deprauatio, ut credam, hanc eſſe ſuaſionẽ maximã, ut infideles non conuertãtur. De illis Chriſtianis, qui primò Indias inuenerunt dicitur tãquam certiſſimũ, q̃ tantã cum illarum incolis ſęuitiam exercuerunt, ut uidentes ſe ita oppreſſos, & perturbatos ab eis: Ieſum Chriſtum, Deum crudelitatis uocauerint, arbitrantes legẽ Chriſti immanitates illas docere, & eas Chriſtianis pręcipere. O maximam Chriſtiani noĩs ignominiam? ò nequitiã in ſeculis inauditã? ò infamiã dignam, quam perpetuis lachrymis lachrymemur, quis non dolebit cùm uideat tantam calũniam impoſitã optimo Ieſu filio Dei uiui, pp turpiſſimos, & atrociſſimos Chriſtianorũ mores? Hic ẽ fruct⁹, quẽ

18

19 optimus Ieſus à nobis percipit, pro innumerabilibus beneficijs, quæ in nos cõtulit, q̃ cùm ipſe ſit perennis fons pietatis infinitæ, Deus, crudelitatis iudicetur. Quid huic ſceleri addi poterat? Quare non triſtitia, ac dolore conficimur hæc audiẽtes? O ęternæ Deus, largire mihi uerba, & efficaciã, ut honorem tuum propugnem, ſiquidẽ tui Chriſtiani te dedecorant. Quęrebatur S. Iacob de filis ſuis, q̃ crudelitate ſua odioſum eũ fecerant Chananæi. Turbaſtis me (dicebat) & odioſum feciſtis me Chananæis, & Pherezæis habitatoribus terræ hui⁹. O Chriſte uere pater noſter, quam maiori rõne de nobis q̃rereris, q̃ immanitatibus noſtris, cupiditatibus, ac ſuperbia te hoĩbus odioſum fecimus. Sic nominis ſancti tui gloriam illuſtramus, ſic tuã glorioſam doctrinam noſtris turpiſſimis morib. honeſtamus? O fra-

Gen. 34.

20 tres chariſſimi pudeat nos tã diſſimiles eſſe illis prioribus credentibus, qui ſic uniuerſo mundo uitę ſuę puritate, operumq̃. ſuorũ ſanctimonia perſuadebant, ut ad Chriſtianã fidẽ cõuerterentur. Quòd ſi gẽs plebeia & cõis hos effectus faciebat ſuo bono exẽplo, quid eſſet ſi pręlati, principes, & gubernatores tãta morũ integritate florerent, ut poſſent dicere, quis ex uobis arguet me de peccato? O q̃ utile hoc eſſet mundo, & nõ eſſet mirũ ſi illud faceretis, cũ etiã infideles

abſque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Plutarc. absque fidei lumine,in muneribus suis puritatem ostendere curauerint. Plutarchus affirmat,q̃ ueteres depingebant iudicũ statuas sine manibus.Et huius cãm esse arbitror,ut significarent iudicem non oportere manus habere ad donum aliquod. accipiẽdum:magnoperè.n.dona peruertunt,publicosq; hoies iniquos reddunt:quod est perniciosissimum reipublicæ.Nã quemadmodum statera,qua penditur aurũ,& qua penditur plumbum eadem est,ita ẽt iustitiam, qua maximus, & minimus iudicatur eãdẽ esse oportet,& idẽ pondus fidele,& absque fallacia diuiti,& pauperi reddendum est.Et Cęlius. Cęlius Augustinus refert q̃ Ægyptij solebant iustitiã iuxta cœlum,& sine capite depingere.Mirabile hoc est. Pingere eam sine manibus(ut Thebani faciebãt)ne dona accipere,conueniẽs erat,at uerò sine capite, uidetur stultũ,& absurdũ.Credo illos nolle significare in hoc,iustitiã nõ habere caput,sed illud in cœlo absconditum habere. Volebãt in hoc ostendere,q̃ iudicem iustũ oportet oculos in Deũ conijcere,à quo gubernari debet,nõ aũt partes respicere,à quibus nequaquam uinci debet. Non oportet eum in terrã caput declinare,terrenas utilitates desiderãtem,sed in cęlum illud erigere,cũ intentione soli Deo placendi.Prætãtissimus senat⁹,q̃ fuit in Græcia, fuit Areopagus Athenarũ cuius iudiciũ incorruptissimum habebatur,ut ait Tullius.Iudices uerò Areopagitæ semper noctu sniam proferebant,ne partes uiderent. qui cũ orabant, non debebant uti eloquentia, sed rẽ nudã referre cooperto capite,absq; ulla affectuũ motione.Atq; de Lacedæmoniis narrat Alexander,q̃ cùm iudicabãt,in quadam domo includebãtur ne aliquẽ uiderent, neve donis, aut uerbis alicuius mouerentur. O quantę confusioni & pudori est hoc Christianis, cùm hanc infidelium rectitudinem considerent,& modos,quos quærebant,ut non peruerterentur,nec errarent.

Simile. 21

Tullius in epist. quadam ad Atticum. 22

23

Quis ex uobis arguet me de peccato? Voluit Dñs de se inquisitionẽ fieri, cũ iã ꝓpe esset,ut ad patrẽ migraret,vt nos doceret, q̃ si securè ex hac uita uolumus migrare, prius de conscientiis nostris inquiramus, & cũ eis rationẽ ponamus. Quia autem huius discessus horam nemo scit nisi solus Deus,optimum erit consilium semper arbitrari,hanc esse profectionis horam.Quapp singulis horis hæc inquisitio facienda est,& oportet uosmetipsos interrogare sensus uestros: quis ex uobis arguet me de peccato? Interrogate hoc condõnem uestram, negotia,cõuersationes, & desideria.&c.Hęc oia examinãtes,utrùm in eis aliquid sit,in quo Deus offendatur, ut illud à uobis eiiciatis. In Genesi legitur,q̃ postquã Deus oĩa creauerat,ea examinauit:Vidit Deus cũcta,quę fecerat, & erant ualdè bona. Hic apparuit quã maximo amore Deus hominem æstimet.Cũ artifex opus aliquod facit magno cuidã Dño,curat diligẽtissimè, ut sit perfectissimũ,& iterũ atq; iterũ illud examinat. Cũ uero illud opus est homini plebeio nõ illud toties uidet, & nihil curat, quale sit. Animaduertite ergo Dei bonitatẽ,q̃ tãto-perè curauit,ut exactissimũ esset opus, quã uermiculis patrabat, nobis i hoc significãs, q̃ maximi nos æstimet. Quare ergo nos ita rustici, & tã parùm urbani erimus, ut opera,q̃ad tã supremę Maiestatis seruitutẽ facimus,iterũ atq. iterũ nõ examinemus,ut uideamus, utrũ aliqd in eis dissentaneum, aut imperfectũ sit? Quòd siquid inuenis ò frater mi,qd̃ tibi displiceat, considera quã to magis diuinæ Maiestati displicebit. Hoc est argumentum,quod facit B.Ioannes dicens:qm̃ si reprehenderit nos cor nostrum, maior est Deus corde nostro, q̃ nouit omnia. Si cũ habeamus nos cor tam negligẽs, tam parumq̃ scrutãs peccata,tñ nos reprehendit:quid faciet Deus,qui ita scrutatur, ut minimas ẽt culpas animaduertat? Quo circa aperiamus oculos, & uideamus quo tam inęstimabilem hanc uitã cõsumamus, quam Deus ex intimo cordis & amoris sui abstraxit,ut eam nobis cõicaret.Hoc.n.uoluit significare non contentu, quod posset dicere:fiat homo in animã uiuẽtẽ,sed spirauit in faciem eius spiraculũ uitæ,& factus ẽ homo in animã uiuentem,quasi hauriẽs ex corde suo,& ex intimo uiscerũ suorũ uitã, quã nobis cõicauit. Vide igitur ò hõ quo hanc uitam consumans,in quib rebus occuperis,crebro illam examina, cum tam pretiosa sit uita,quę à Dei uisceribus exiuerit.

Simile. 24

25

26

Explicata uitę suę innocentia, dicit: *Si ueritatẽ dico uobis quare non creditis mihi?* Idcirco Dñe tibi non credunt,quia eis ueritatem annuncians. Est iam res cõis mendacium,in oĩ hoium genere.Atque hoc tã impudicè fit,ut obstupendum sit dictu.Sũmam ignominiam ducitis mendaces uocari,& uobis dici, mentiris, q̃ statim ultis me-

medium uultum abscindere illi, qui uobis tale dicit,& nõ ignominiosum putatis realiter mendacẽs esse? Cùm Sathanas primæ mulieri uellet mentiri faciem suam immutauit. Vos aũt tam effrontes estis,& parum timentes Deum,ut non pudeat uos nũquã ueritatem loqui:& si aliqñ uobis dicit,non illã creditis.Eltrobeus dicit, q̃ interrogatus Pyhagoras,quid facerẽt hoies, ut Deo essent similes?rñdit, loquantur ueritatem. Veritas est centrũ,in quo oĉs uirtutes quiescunt,atque ideo mirifica fuit hæc sua Pythagoræ:& sic una ex præcipuis conditionibus,quam habere oportet qui saluãdus est, hæc est(ut ait Dauid,) Qui loquitur ueritatem in corde suo, ut sit uerus interius,& exteriùs,& cùm ita sit,statim ei ueritas placebit,eiq; credet,&illam sequetur.Qm̃ his rebus carebant illi maledicti Hebręi, eam non credebant. Vt ante conquestus fuerat Deus de illis per Esaiã dicentẽ:Corruit ueritas ĩ plateis. Et Dauid cõquerẽs exclamabat:Diminutę sũt ueritates à filijs hoium.

Eltrob. 27

Esa.49.

Psalm.11.

28

Quia ex Deo est,uerba Dei audit. Vnum ex ijs,in quibus meliùs cognoscitur, q̃ est ex Deo,est,audire uerbũ diuinũ cum attentione,affectu,& firmissimo proposito exequendi illud. Sicut delectatur uenator loquens de astutijs uenationis:& medicus de herbarum proprietatibus disceptans,ac de nicq; nauta de infortunijs & periculis maris;sicut ẽt dux de uarijs bellorũ euentibus loquens,& mercator de nundinis,& mercationibus agẽs,oblectatur:ita ẽt qui ex Deo est,summa uoluptate afficitur,cum de Deo loquitur,& audit.Quãta suauitate dicebat Dauid: Lętatus sum in his, quę dicta sunt mihi,in domum Dñi ibimus? *Propterea uos non auditis quia ex Deo non estis.* O q̃ durissimum uerbum,miserum illũ, ad quem pertinet. Et ne arbitremini q̃ sufficit exterioribus sensibus diuina uerba audire,ut ex Deo sitis,si illa corde reijcitis, atque ẽt (ut hi infœlices)murmuratione,& indignatione pleni exitis. Cùm terra est nimis arida,& pluit,ferè oẽs guttę aquę conuertunt ĩ bufones seu rubeta:sic multi ex uobis ita aridi in uirtute estis,& sanctę intẽtionis uacui,ut diuina uerba in serpẽtes & bufones uobis conuertantur,& in iudicium, ac condemnationem fiant.Ecce qũo diuina uerba Dñi in bufones illis fuerint conuersa,siquidem cùm deberet conuerti, cœperunt eũ uocare Samaritanum, & habentem Dæmonium, ac lapides arripuerunt, ut iacerent in eum. Ne arbitremini uos aliter facere: cùm exeuntes à prædicatione, inditis ad committenda plurima peccata. Timete ergo fratres mei hunc præpotentissimũ Dominum,& sanctis admonitionibus, quibus uos eius nomine exhortamur, utimini,ut ita uobis ignoscat, & gratiam suam conferat, qua gloria comparatur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Simile. 29

30

Feria.II.post Dom. ĩ Passione.

Miserunt Principes, & Pharisæi mini stros,ut apprehenderẽt Iesũ. Ioã.7.

SAVL persequens Dauidem, quia arbitrabatur eum usurpaturum regnum eius,sciensq; illum esse cũ Samuele, alijsq; prophetis, res Dei loquentem: Misit quosdam ministros suos in Ramatha, ut apprehenderent eũ, & uinctum sibi adducerent. Qui profecti sunt, & cùm peruenissent ubi Prophetæ erant laudantes Deum, tetigit eos spiritus Domini, & immemores regij præcepti immissi sunt inter Prophetas, & cũ illis cœperunt prophetare. Quod cùm nũciatũ esset Sauli, misit & alios nuncios: quibus idem contigit.Et rursum misit tertios nũcios, qui & ipsi sicut primi prophetarunt. Cùm autem Rex uideret quid ageretur,equum conscendit,& illuc iuit, & accedẽti, idem accidit,quod & nuncijs suis. Totum hoc fuit uis,& uirtus diuini uerbi, quod hominum corda cõuertit.Ibat S.Paulus,quasi leo furens,ad persequendos fideles, & uno uerbo, quod Deus loquutus est ei, dicens: Saule, Saule toto corpore contremuit,ita ut dixerit:Dñe quid me uis facere? O quã meritò dixit Dauid: Vox dñi ĩ uirtute,uox Dñi in magnificentia, uox dñi confringentis cedros. Atque etiam, & lapides sentiũt, & conftinguntur præ diuini uerbi uirtute. Vt apparet in tertio Regũ, ubi dicit de sancto quodam Propheta: Exclamauit contra altare,in sermone dñi, & ut nociserat⁹ est ad altare,ad hominum cõfusionem dicitur illic,quod altare scissum est, & effusus ẽ cinis de altari.Huius admirabilis uirtutis,& efficaciæ diuini uerbi, habemus singulare quoddam exemplum, in sancto hodierni Euangelij lectione ubi refertur, q̃ miserũt

1.Re.19.

Psalm.28.

3.Re.13.

Pon-

Pontifices,& Pharisæi ministros quosdam iustitiæ,ut Christum Redemptorē nostrū apprehenderent,qui diuina illius uerba audientes, ita commoti, & perstricti sunt,ut redeuntes ad eos,qui illos miserant, illis dixerint. Nunquam sic locutus est homo,sicut hic loquitur:significantes se cœlestis illius doctrinæ amore captos esse.O quantæ confusioni est hoc nobis, cùm sæpe ex prædicationibus tam sine timore, sine affectu,
3 ac sine sensu quasi lapides exeamus.

Accedentibus ergo his ministris, dixit illis Dns : *Adhuc modicum tempus uobiscum sum:& uado ad eum qui misit me.* Hoc dixit eis,quasi loquens cū Pharisæis,& sacerdotibus q eos miserāt: ad illos.n. præcipuè hæc uerba dirigebantur.Adhuc mansurus sum uobiscum parum tpis : & postea uadā ad eum,qui misit me.Ac si dicat: Ne tū ac celeretis, nondum.n.est tps. Vos mortem meam desideratis: magis autem eam ego desidero accipere.Citò me manibus uestris tradam,ut mortem mihi inferatis: hoc au-
4 tem erit cum ego uoluero, in meam.n.manu est.Hęc omnia significantur his uerbis.

Dicit ulterius:*Quæretis me, & non inuenietis.Et ubi ego sum,uos non poteftis uenire.* Quęretis me importunè, & idcircò nō poteritis ad me peruenire. Et si Christus Redemptor noster erat mortalis, & passibilis cum hæc dixit,iam tū eius aīa erat gloriosa,& ad hanc gloriā ubi ipse iam tunc erat, nunquam illi accedere potuerunt:nō enim eum quęsierunt sicut oportebat. O terribilem Dei comminationem,quāto tpe antea peccatores proteruos illa comminatus fuerat per Salomonem dicentem. Quia uocaui,& renuistis,extendi manum meam,& nō fuit qui aspiceret, despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis, ego quoq; in interitu uestro ridebo,
5 &c.Cùm irruerit repentina calamitas,& ĩteritus,quasi tępestas ingruerit,qñ uenerit super uos tribulatio,& angustia, tunc inuocabunt me,& non exaudiam manè consurgent,& nō inuenient me.Ecce qūo hoc,his uerbis dñi rūdet.Consurgent,& non inuenient me. O uerbum durissimum,quod est marmor audiens te, quod tū timore maximo non cōfringitur? Nunc fratres mei cū tps habemus, ne hanc occasionem prętermittamus.Pręcepit Dns Hieremiæ,dicens. Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies uerba mea , quia uolo tibi loqui in domo figuli.Perrexit illuc Propheta,& uidit qūo figulus uasa conficeret in rota,uolutans eam,uiditq; q cùm faceret unū ex illis uasibus à manibus excidit,& fractū est qui accipiens eandem massam uasis fracti, ex ea aliud optimū fecit,prout libuit. Tūc locutus est Deus ad Hieremiam , dicens: Nunquid sicut figulus iste nō potero uobis facere,domus Israel?Ecce sicut lutū ī manu figuli,sic uos in manu mea,dom⁹ Israel. 6
Hoc est, quod ad literam agitur inter Deū, & homines,Nos tanquam uasa conficimur (tam in bono,quam in malo)assiduis uolutionibus.Voluit sępe rotam figulus,& facit cantharum,uoluit iterum, & efficit ollam, ita hoīes in hoc seculo fiunt uoluentes,& reuoluentes. Quis te beneficiatum,aut canonicum cum tot diuitijs,& redditibus effecit? Pater tot uolutiones Romæ feci,moliens,& decipiens,quousq; diues,& potens effectus fuerim. Pro te autem, quis in lite protulit sniam,cùm plus iuris non haberes quam ego ? tot uolutiones, quas in foro & curia feci,& tot largitiones, & munera, qbus hos,& illos corrupi , effecerunt,ut qđ expetebam,assequere.Tu uerò,quis ita locupletauit,cum antea pauperrimus esse? 7
tot uolutiones,quas terra,mariq;e,& ĩ nūdinis feci,assiduis uolutionibus locupletatus sum. Ecce qūo fiunt uasa assiduis uolutionibus.Etiam ad efficiendū se in uirtute,& diuina acceptatione faciędæ sunt plurimæ uolutiones, per carceres , p pauperū hospitia,per templa atq; alias sanctas exercitationes.Cùm ergo oēs simus quasi uasa, quandiu in huius uitæ rota uersamur , quā uis aliqua infelicitate à figuli(qui est Deꝰ) manibus excidamus , & per peccata confringamur,si ad huius diuini figuli manus per pœnitentiam uelimus reuerti,confidenter speremus,quòd nos restaurabit, & reficiet per gratiam iustificationis. Si autem semel ab huius uitæ tota exierimus, nunquā ampliùs remedium consequemur. Postq uasa à figuli manu exeunt,& in fornace coquuntur,& postea infringuntur, nullum iā habent remedium.Ita manebunt fracti peccatores , absque eo q in se bonum aliqđ ualeant accipere. Hoc exaggerabat diuinitus S.Isaias dicens. Subitò dum non spe ratur,ueniet contritio eius, & comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritio ne perualida,& non inuenietur de fragmētis eius testa , in qua portetur igniculus de
incen-

Prov.1.

Hier.18.

Isa.30.

incendio,aut hauriatur parū aquæ đ fouea. Cùm damnati duplici tormētorum genere affligantur,s.calore,& frigore, ut significauit Dns,dicēs: Ibi erit fletus,& stridor dentium.Declarat Remigius, quod fletus est ex igne,& stridor dentiū ex horribili frigore.Contra frigus opus erit eis aliquo igne, qui eos calefaciat,& contra calorē indigebunt aqua,quæ eos refrigeret.Sed ita erūt confracti,ut ex eorū fragmentis neutrū reperiri possit,nec corp⁹,nec anima,qb⁹ aut aquā ad extinguendum ignē,aut ignem ad euitandum frigus possint portare.Hoc est, nullū malis suis refrigerium inuenient.Ita fracti erūt,ut nullatenus in se solatium ali quod possint accipere.O filij Adæ siquidem rationales estis,aduertite nunc hæc,restaurate modo cōfractiones cordiū uestrorum, ponite uos in manibus huius diuini artificis,quærite nūc,quum tps habetis,hoc summum bonū,qui de se dicit,quod eū non in uenient,qui importunè quæsierint.Non solum requiritur tpis occasio ad inueniēdū
10 Deum,sed ēt necesse est locū scire ubi inueniri solet.Vnumquidq; in suo loco reperit. Pisces nō reperiunt in monte, nec lepores in fluuio,sed pisces in fluuio,lepores uerò in mōte inueniunt.Vnūquidq;,in suo loco. Dauid declarat ubi inueniendus sit Deus, dicēs:Audiuimus eum in Ephrata, inuenimus eum in cāpis syluę. Audiuimus uocē eius in abundantia.Vult dicere,qđ in quantūuis prophano,& delicato statu hō uiuat, & quantumuis terrenis uoluptatibus deditus sit,ad illū tñ Deus clamat,& nō desinit eum ad mīam inuitare,Ideò dicit,q audit in Ephrata.Si aūt reperiēdus sit, oportet es se in cāpis syluæ,in uita pœnitenti,in lachrymis ,pfusis pro peccatis,in ieiunijs,& mortificationibus,in diuinę legis obseruantia.
11 Ideò S.Propheta Baruch dicit de sapientia Dei:Non est audita in terra Chanaan,neq; uisa est in Theman.Filij quoq; Agar,q exquirunt prudentiam,quæ de terra est,negotiatores terræ,& Theman,& fabulatores,& exquisitores intelligentiæ,uia autē sapientiæ nescierunt,&c. Non obeditur diuinæ sapientiæ inter idololatras , significatos per Chanaā, nec uisa est in Theman,q erat gēs in solis terrestribus bonis beatitudinē suā constituēs,ut apparuit in Eliphaz Themanita,qui unus erat ex amicis Iob:nec inuenitur in filijs Agar,qui carnis prudentiam sequuntur,de qua dicit S.Paulus:Prudētia carnis mors est.Itaq; si es idololatra diligēs creaturas,ita ut pp eas creatorem deseras? si hæc præsentia amas,quasi animal rationis expers,quod nihil aliud potest sperare,quā nasci,& mori in hac terra,& oīs tua prudentia est carnalis,qūo aliis præferat, qūo æstimabor,qūo rerum oium affluentiam habebo,qūo uoluptatibus patiar ? Si Chananęus es,& Themanites , & ex peruersa generatione Agar,crede q non inuenies sa- 12
pientiam Dei , nec diuinam eius gratiam: nō.n.ibi experiī,si ita uiuis. Et ne tristis,ac cōfusus maneas,tibi uolo oñdere apertiùs, ubi non modo diuinam hanc misericordiā inuenies , sed ipsa sese tibi offeret. Dicit Spiritus Sanctus:Quid cōtinet iustitiam apprehendet illam,& obuiabit illi,quasi mater honorificata, & quasi mulier a uirgini- Eccl.15.
tate susciet illum.Qui undique iustitiam habet,qui eam oculis habet, auribus , lingua,& oībus corporis partibus,& pręcipuè corde suo possidet,hoc est,qui ex omni parte curat esse iustus,& oēm iustitiam obseruat,hic assequetur sapientiam.Et ut intelligas,illam non fugere eum,qui se diligenter 13
inuestigat dicit, q ipsa obuiabit illi, & q inuenietur a cupiente,& quęrēte illam.Et duas mirificas similitudines ponit ad declarandum , quàm affectuose accedat diuina Dei sapientia,ad eos,qui eam inquirunt,& dicit q obuiam exibit eis, quasi bona mater,quæ exit ad recipiendum filium suum, quem ualde diligit. Et sicut uxor recipit uirum suum ex longinquo loco uenientem , qui eam uirginem duxit,& integro amore complectitur. Dicit insuper , quod magis desiderat sapientia Dei, offerre se nobis , quàm nos eam amplecti desideramus. Quomodo non deficit sensus præ consideratione tam admirabilis clemētię, & probitatis Dei erga nos? qui tam diligen 14
ter se se nobis offert , ut in nos beneficia conferat,dummodo nos debitam diligentiam adhibeamus : E contra uerò etiam est mirandum , quare non obstupemus,timentes ne super nos calamitas hæc,& maledictio incidat , ut uelimus Deum inuenire,& non inueniamus.Hoc autem non timere signum est,quod tam deprauati sumus , sicut hi Hebræi , qui in comminationem hanc tam seueram , & rigorosam suis auribus perceperunt , nec tamen eam intellexerunr,& erant quasi insipientes quę rentes inter se: *Quid est hoc , quod nobis*
dicit

Luc.13. Remig.

Psal.131.

Baru.3.

Rom.8.

dicit qa eũ inuenire nõ poterimus? Profecturus est ne ad gẽtes? O iudiciũ incomprehensibile Dei: liberet nos diuina Maiestas, pro sua clementia, à tali cæcitate. O quantum hic dici poterat, sed oĩa mentib⁹ uestris relinquo, ut uerè & ex aĩo ea ruminetis: nulla enim sunt uerba, q̃bus debitè possint exaggerari: *In nouissimo autè die magno festiuitatis, &c.* In ultimo illorum septẽ dierum, in quib. celebrabatur festum tabernaculorum, q̃ erat maioris solemnitatis, cùm unigenitus filius Dei inter illam hoĩum multitudinem esset in maiori feruore alicuius prædicationis, quam faciebat, cæpit exclamare, & dicere: *Si q̃s sitit ueniat ad me, & bibat.* O sanctissime Saluator mundi, quis tam felix esset, qui auribus suis diuinas has exclamationes perciperet? quem spiritum, & efficaciam secũ haberent. Eia fratres mei excitamini uocibus boni Iesu, q̃ sui ipsius præconem se facit, & uocibus uos ad misericordiam inuitat, & aquam uitæ nobis offert, quæ sufficit sitim uestram extinguere. Attendite q̃ aquæ huius seculi sunt mortuę, detentæ, & putridæ, q̃ uos non pñt consolari, solus Creator uester integram uobis satisfactionem potest præstare. Picus Mirandula, in q̃stione, quam mouet de hoie, ponit ad hoc propositum optimam similitudinem. Imprimitur sigillum in cera, manet sigilli imago illic depicta, licet multas figuras ponas super illam imaginẽ impressam nulla ei quadrat, imò eã dolent, & inficiunt, solum ipsum sigillum q̃ eam impressit, ei cõuenit, ac ex oĩ parte quadrat, & oĩa eius uacua adimplet, itaque si illa imago capax esset rationis posset dicere solùm hoc sigillũ mihi satisfacit. O aĩa Christiana dic mihi, quis te impresserit? impresserũt ne te Angeli, aut Sancti, aut aliqua creatura? nõ profectò, sed ipse Deus. Sic, hoc fateris? Ex eo igitur intelliges, q̃ oẽs creaturas, quas uis tibi applicare p̃ inordinatum affectum te delent, & deformant. Nihil est, quod tibi conueniat, nec tibi quadret, aut te uerè consoletur nisi ipse Deus, qui te creauit. Hoc est sigillum, quod oẽs sinus tuos, ac potentias implet, & quamuis homo arbitretur in creturis aliquid esse uoluptatis, licèt aliquid sentiat, nõ est talis uoluptas ut ad animam perueniat. Si infirmo, qui maxima febri laborat buccam aquæ des, ut refrigeretur, non illius sitim extinguit, nam antequam ad stomachum perueniat, maximus calor, quo ardet parũ illud aquæ consumit. Ita uoluptates huius seculi priùs q̃ ad cor accedant, in exterioribus sensibus finiunt, nulla ingreditur ad interius aĩæ, & sic non extinguit sitim, q̃ intus est. Idcircò dicebat Dauid: Redde mihi lętitiã salutaris tui. Nõ petijt lætitias, quas in turpitudinibus habuerat, sed salutaris tui, quã nemo põt auferre, imò laboribus magis inflammatur, sicut fornax guttis aquę magis incẽditur. Et sic sumẽdus est hic genitiuus, salutaris tui, ut non possessionem, sed efficientiã significet, i. redde mihi lętitiam, q̃ salutare tuum efficit, lętitiã tam sufficientem, q̃ nemo potest dare nisi solus Deus, nec oĩbus mundi inforunijs amitti potest, nisi hõ uelit eam amittere. O q̃s sciret prudenter, & attentè hæc considerare, & sciret singula q̃ę q̃; pendere, ut ipsa merentur, quãtũm in alijs inueniret, q̃ eum inuitaret, ad ea quærenda & quantũ in aliis reperiret, quo ad eorũ odium moueret? S. Gregor. Nazianzenus affirmat in tractatu, quem de seipso fecit reuersus à deserto, q̃ solebat se ponere iuxta mare, & fluctus contẽplabatur, qũo fiebãt, & dissoluebant, & qũo alii rupes feriebant, & ibi sistebant, alii uerò per littus extendebant pisces, & conchas, quæ in eo erant conturbantes, aliq̃n eas absorbebant, aliq̃n easdẽ foras expellebant, & in sicco manebant; præter aliquas, q̃ maximæ cuidam rupi inhærentes, licèt à fluctibus uehementissimè concuterentur, fixę tñ, & immobiles ibi manebãt. Atq; hęc animaduertens sanctus, ac prudens uir, mundum comparabat mari, qui suis fluctibus, & mutationibus, aliq̃n nos reiicit, & in sicco manemus, aliq̃n uerò nos recipit, ut immersi in fraudibus aquarum dignitatum, honorũ, ac diuitiarũ eius submergamur, ut nos iterum à se maiori ignominia, & periculos expellat, & ita nos huc, atque illuc ducit, & reducit. Non autem hoc faciet, si firmo lapidi adhęserimus de quo dixit S. Paulus. Petra aũt erat Christus. Nam sic, licèt à fraudibus, ac molestijs huius seculi concutiamur, non tamen commutabimur. Hoc modo contemplabatur gloriosus ille Doctor, & à contemplatione sua fructum præcipiebat. Tale namque est iustorum ingenium, ut ex omnibus rebus considerationes magnæ utilitatis sciant eligere, ut moueantur ad cœlestia ardentius amplectenda, & terrena efficaciùs expellẽda. Et q̃a filij huius seculi hoc non faciunt, idcir-

Mirand.

Simile.

Simile.

Psalm. 50.

Gregor. Nazianz.

2. Co. 10

idcircò per secularia ita se se effundunt, & ęterna tã parui ęstimant: quibus omnibus, & singulis sigillatim dicit Deus per Hieremiã: Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines, dirige cor tuũ in uiã rectã, in qua ambulasti, reuertere uirgo Israel reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo delicijs dissolueris filia uaga? O anima Christiana, q̃ habes fidẽ, & ideò te uirginẽ appello: (in hoc enim cõsistit fidelitas, & uirginitas fundamentalis animæ,) usquequo erratura es, & dissoluenda tuis turpibus uoluptatibus, nũc hęc, nunc illa inquirens? Hoc enim est esse uagã, & dissolutã bestiã, q̃ nesciat ad præsepe alligata esse. Quosq; cũ Christiana sis, cã tãta dissolutione uiues. Pone tibi speculã, fac tibi altissimã speculã, q̃ est sancta cõsideratio, & inde esto suspiciẽs ęclũ, illam Dei pulchritudinẽ cõtẽplare, nobilitatẽ illã curię eius, urbanitatẽ, & formosã speciẽ famulorũ eius, scilicet, Angelorũ, & Seraphim. Aspice fontem illũ uitæ Iesum Christum, incipe ex hac specula considerationis suspirare, & dicere O fons frigidissime, qñ in te balneabor? O fons clarissime, quando in te lauabor? O fons dulcissime, quãdo in te bibens satiabor? & postquã hæc attẽte consideraueris, ego tibi concedo facultatẽ, ut ex ea turri deorsum oculos inijcias, & secularia aspicias. O q̃ minima tibi uidebuntur. Qui est in summitate turris, & deorsũ aspicit. quanuis uideat homines quasi gigãtes omnes sibi pueri uidentur. O quot pueros (inquit) uideo. Non sunt nisi gigantes. Mihi non uidentur nisi pueri. O anima, q̃ in ista specula collocata es, quid aspicis? quid uides? omnes mihi uidẽtur pueri, & næniæ hæ. Istæ cathedrarum expetitiones, ista ambitionis negotia, istæ uanitates, & pompæ nobiliũ, istę Regũ monarchiæ, omnia mihi dentur nęniæ, & illi uidentur pueri rebus puerilibus, & inanibus occupati. Nunc ergo siquidem illuc peruenisti: Pone tibi amaritudines, ꝓpone corã te peccata tua, quæ ꝓpter hæc uilia, & caduca commisisti, & q̃d propter illa Dei inimicus, & eius gloria indignus, effectus es, & inferni pœnas merui sti, & uidebis q̃ amara tibi sint, quæ antea iucundissima erant, & quã libenter hæc omnia repellas. Cum patriarcha Iacob uoluit relinquere Laban, refert sacra Scriptura, q̃ conuocauit suas duas uxores Liam, & Rachelem, & mentem suam illis declarauit, & rationem discessus sui reddens, dicebat:

Videa facię patris uestri, quod non sit erga me. Deꝰ autẽ patris uestri fuit mecũ, & ipsi nostis, q̃ totis uiribus meis seruierim patri uestro. Sed & pater uester circumuenit me, & mutauit mercedẽ meam decẽ uicibus, & tñ non dimisit eũ Deus, ut noceret mihi. Tulitq́ue Deus substantiã patris uestri, & dedit mihi. In his omnibus uolebat dicere, eo & patris uestri malitiã expertus fuerim, & Dei bonitatẽ cognouerim, cõstituì Dei præceptum sequi, & patrẽ uestrum relinquere. Hanc prædicationẽ illis faciebat, & ita eis persuasit, ut omnes simul domum Labã relinquerent. O si ita eadem consideratione sciremus uti. Quod præcipue sacræ literæ clamant, est exaggerare bonitatẽ, liberalitatem, magnitudinem, excellentiã, infinitãq; Dei misericordiã extollere, & ex alia parte, iniquitatẽ, instabilitatẽ, uanitatẽq́ue mũdi manifestare, ut falsũ hũc Labã relinquentes ex aĩo sequamur optimũ Deũ nostrũ, ꝑsertì cũ nos tãto affectu iuiter, dicit. *Si q̃s sitit, ueniat ad me, & bibat.* Eia sitiẽtes boni, sitiẽtes gratię, & ueræ salutis accedite ad hoc pelagus infinitæ suauitatis, aperite ora, ampliate ista desideria, expedite uestra corda, et diuinũ bonũ, q̃d uobis offertur, accipite. Et notate ualdè q̃d dicit, quia qui suorũ præstantium beneficiorũ particeps fuerit, a uisceribus illius fluuij maximi aquæ uiuentis defluent. O rem admirabilem, et plenã misterijs, unde manifestatur, quam potens sit unusquisque seruorum Dei, et quantum ualeat in proximorum remedio efficere. Certum est, quod qui fluuios capitales a se immiserit, satis mũdas relinquet uias, per quas transierit. In hoc significat Dominus, quod qui particeps effectus est donorum, ac gratiarum suarum statim a se fluuios boni exempli immittit, quorum imitatione proximorum animę lauabuntur, et purificabuntur. Atque hinc infertur, quòd si Christiani essemus, quales esse oportebat, nix esset meretrix, q̃ non conuerteret et à peccato suo exiret, aut peccator, quẽ non puderet scelerum suorum: Verum heu dolor quia uirtutis fluuij exsiccant, et iniquitatis flumina accrescunt. O quantum hoc lachrymabatur Sanctus Propheta Oseas, dicens: Non est enim ueritas, et nõ est misericordia, et non est scientia Dei in terra. Maledictum, et mendacium, et furtũ, et homicidium, et adulterium inundauerunt. Exhaustis uirtutibus ueniunt maxi

Hie. 31.

Simile.

Gen. 31.

Quad. Thom. j.

Osee. 4.

mæ peccatorũ diluuies. Confortemur ergo fratres,& de hoc infinito mari bibamus, ut de nobis tales fluuij exeant, qui sufficiant, Leuit. 13. has peccatorũ diluuies mũdare. In Leuitico præcipiebat Deus: Si ceſſauerit lepra, lauabit aqua ea, q̃ plura sunt, secũdò,& mũda erũt, ut neſtes illi⁹, qa iã à lepra mũd⁹ erat, 27 iterũ atq; iterũ abluerẽtur,& poſtq̃ sanus eſſet interius,& iterũ atq; iterũ lot⁹ exteri⁹, mũdus haberet. Significãs in hoc, q̃ nõ ſolum debemus nõ eſſe mali, uerũ nec mali uideri, ſed q̃ debemus eſſe interius, & exterius boni. Quã parum hoc æſtimare ſolent hoies ſeculares, qui cum à ſe probitatis, ac ſynceritatis fluuios nõ immittãt, eos malorũ exemplorũ immittũt, quibus proximos ſuos magnopere cõtaminant,& eis maxime Num. 14. nocent,& q̃ acriter Deus hos puniat, patet ex mirifico quodã exẽplo, q̃ eſt in Numeris ubi legitur, q̃ irati ſunt Hebræi in deſerto malis nuncijs, quos illis attulerunt maior pars illorũ exploratorũ, qui iuerunt ad conſiderandam terram ꝓmiſſionis dicẽtes illis, q̃ erant in ea Gigantes maximi, q̃ eos quaſi locuſtas, poterant deuorare, quo nuncio tam timidi fuerunt effecti, ut dixerint. Conſtituamus nobis ducẽ, ut reducat nos in Ægyptũ. Cũ Deus ualde hanc iniuriam 28 ſentiret, (etſi orationibus Moyſi oratus eos ſtatim nõ euertit) ꝓmiſit nullũ illorum in greſſurũ eſſe in eã terrã ꝓmiſſionis,& poſtq̃ eos ſic minat⁹ eſt, dixit eis. Cras mouete caſtra,& reuertimini in ſolitudinẽ ꝑ uiam maris,& rõnem reddens, dicit. Qm̃ Amalechites,& Chananæus habitant in uallibus, ne in eorũ manus incidatis,& uos interficiãt, cũ auxilio meo non adiuuemini. O ad mirabilẽ Dei clementiã & q̃ merito de eo ſcriptũ eſt. Dũ iratus fueris miſericordiæ recordaberis. Poſſet eos non admouere, ſiq- dem illã iniuriã ſibi fecerant, quo ulterius progredientes, oẽs perirent, ſed noluit, niſi ut agendæ pœnitentiæ tẽpus haberent,& 29 ne corporib⁹,& animabus perirent. O quot homines modo Deus expectat,& ab occaſionibus,& inconueniẽtibus eos aufert, ne moriantur, ſed pœnitentiam agant. Verum uæ illi, qui pœnitentiam non egerit. Et q̃d hic ualde notandũ eſt, q̃ expectat populũ, ut agat pœnitentiã ꝓ peccato ſuo, ſed non expectauit exploratores, q̃ eum commouerunt,& peruerterunt,& ſic dicitur ibi. Igitur oẽs uiri, quos miſerat Moyſes ad contẽplandã terram,& qui reuerſi murmurare ſecerant contra eum omnem multitudinem detrahentes terræ, quod eſſet mala mortui ſunt, atque percuſſi in conſpectu Domini, ad terrorem aliorum,& quia non ex imbecillitate, ſed ex malitia peccauerant, ut uideatis quod ſupplicium Deus ſumãt de illis, qui alios ſcãdalizant,& peccare faciunt, morte, ſcilicet, repentina eos punit, q̃d⁹ eſt ſeueriſſimum ſupplicij genus. Hiſtoria eſt hæc,& caſus digniſſimus põderatione,& q̃ nos magnopere deberet exhortari, ut non modo non ſcandalum alijs afferamus, ſed ut omnes ad amorem,& obedientiam noſtri optimi Dei curemus inuitare, qui pro ſua infinita probitate, & miſericordia nobis hic ſuam gratiam concedat, & poſtea ad æternam gloriam perducat, Amen.

Feria III. poſt Dominicam in Paſſione.

Ambulans Ieſus in Galilæã, nõ enim volebat in Iudæã ambulare, qa volebãt eum Iudæi interficere. Ioan. 7.

DICIT Sanctum Euangelium, q̃d⁹ quodam tempore ante feſtum Scenopegiæ cõmorabãt Chriſtus redemptor noſter in Galilea,& ibi ꝓdicabat,& magna miracula faciebat, et dicit, *Quod nolebat in Iudæã ambulare, qa uolebãt eũ Iudæi interficere.* Res mirabilis, q̃ reddat nobis ſanctus Euãgeliſta hãc causã, quare non uult ire in Iudeã, dicens, *Quia uolebãt eũ interficere.* Quid? Sãcte Euãgeliſta tu nõ cernis q̃ dedecoras maximũ redẽptorẽ mũdi? Nõ uides, q̃ eum puſillanimitatis arguis? S. Iſaias eum appellat, admirabilis Deus fortis. Si ergo fortis, cur nunc timet? Dauid non defuit qui in ſpiritu eũ interrogaret, aut ipſemet interrogauit. Quis eſt iſte Rex gloriæ? Et reſpõdet Dñs fortis & potẽs, Dñs potẽs ꝑ prælio. Tu uerò dicis modo, q̃d⁹ qa Iudæi eum uolũt occidere, nõ uadit in Iudæã. O ineffabilem Dei potentiam. Dic mihi Domine, ſi eſſet dux quidam præſtantiſſimus præclariſſimę famæ, qui milites ſuos ualdè confortaret, poſtea uerò cum præliandum eſſet abſcõderet ſe, et coram hoſtibus nollet apparere, non amitteret magnã partem honoris ſui? Quid Domine? Tu non es Dux, q̃ nos confortas? Nonne dicis tu, Nolite timere eos

eos, qui occidunt corpus, animã autem nõ poſſunt occidere? id eſt, neminẽ in terra timeatis pp me. Quare ergo tu fugis? ſiſte peccator, multũ enim te præcipitas, Deus non recuſat ire ꝓpter utilitatẽ ſuam, ſed ꝓ Eccle. 3. pter tuã, ut te doceat quid debeas facere. Oia tẽpus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt uniuerſa ſub cælo: dicit Salomon. Sol iã habet conſtitutũ tempus ad immittendos radios ſuos ſuper terram,& habet etiam tẽpus, in quo eos debeat abſcõdere. Arbores & flores ſuo tempore niriditatem ſuã oſtẽdunt,& fructus proferunt, alio autem tem- 3 pore omnem uirtutẽ ſuã includunt. Et ita hominẽ oportet habere tempus ad explicãda dona, quæ ſibi à Deo communicata sũt, & tempus ad ea abſcondenda quandocũq; animaduerterit præſentiam ſuã malis profuturam eſſe, oſtendat ſe,& cum illis cõuerſetur; cũ autẽ cognouerit illam nõ eſſe profuturam, imò q̃ cũ illa magis indignabuntur, recedat. Hoc nos docet altiſſimus cęli magiſter cũ nolit tunc tẽporis ire in Iudæã. 4 Etiam nos docet ille, qui aperiens os ſuum poſſet imperare, ut terra aperiretur, & eos oẽs inimicos ſuos abſorberet, & uſque in ꝓfundum inferni mergerentur, cũ non uult Pſalm. 58. aliud ſupplicium ab eis ſumere, q̃ ab eis abeſſe nos (iquã) docet patiẽtiã. O q̃ bene dixit Dauid, Et de uiris ſanguinũ ſalua me. Liberet me De⁹ ab hoĩb⁹ effuſorib⁹ ſãguinis, qui ſtatim uolũt uindictam ſumere,& deſiderant proximum ſuũ lacerare. Aſpice Ieſum Chriſtũ tuum optimũ Magiſtrum, quo modo patitur,& ſimulat. Pater non eſt in manu mea nõ iraſci contra inimicũ meũ: hoc eſt, quia neſcitis tibi reſiſtere. Sed ſiqui dem iraſceris, recede ab illo, ut iſta ira præ- Iſai. 9. Ephe. 4. tereat. Sol nõ occidat ſuper iracundiam ueſtram: dicebat Sanctus Paulus: Cauete fratres, ſi quando, ut fragiles, in aliquam irã incideritis, ne in tantã miſeriam deueniatis, ut cum occiderit ſol, adhuc in uobis ea 5 ira maneat. Ieſu bone, quantum malũ eſt, quod ſit homo immani bellua peior,& neſciat rationẽ aliquam quærere, qua ſe ipsũ mitiget? Iratus eſt ſemel Plato in quendam puerũ,& cũ iã eũ uellet uerberare, erectam manũ iã habebat, ut illũ flagellaret,& non flagellabat: & interrogatus eſt quid faceret? at illa reſpõdit. caſtigo hoiem iracũdũ anteq̃ puniã puerũ. Nolebat plagã unã puero infligere ira cõcitatus,& prius ſeipſum alia- qua bona cõſideratione uincebat. O q̃ bona conſideratio eſt hæc oĩbus Chriſtianis, q̃ ſup naturale lumẽ q̃ hic habebat tot lucibus ſup naturalibus illuſtrati,& tã mirifi cis exẽplis diuini magiſtri edocti ſumus, quorũ unũ eſt hoc, q̃ dicit: *Non nolebat in Iudæam ambulare.* Vt te doceat, q̃ ſcias inimicũ tuũ ſubterfugere: nõ. n. oportet totũ eſſe, uult⁹ abſcindere,& corpora trãsfigere.

Erat autẽ in proximo dies feſtus Iudæorũ. *Dixerunt autem ad eum fratres eius.* Per 6 fratres hic ſignificantur propinqui, & conſanguinei. Dixerũt ei propinqui eius: Multa ſunt teſtimonia huius rei in Scriptura. In Deu. 17. Deuteronomio dixit Deus, q̃ non poſſent aliquẽ eligere in Regem, qui non ſit frater tuus, id eſt, qui non ſit Hebræus: & Sanctus Rom. 8. Paulus dixit: Optabam ego anathema eſſe pro fratribus meis. Et iterũ in Deuteronomio: Si unus de fratribus tuis ad pauperta- Deu. 15. tem deuenerit, id eſt, ſi unus ex Hebræis in paupertatẽ inciderit. Eſſet lõgũ dicere quoties in ſacris literis propinqui uocẽtur fratres. Hic propinqui Chriſti Redemptoris noſtri, ut ipſi erant inanis glorię cupidi, arbitrabantur quòd etiam piſſimus Dominus ſibi ſimilis eſſet,& quod mundi gloriã quæreret, ſicut ipſi faciebant, & ſic dicebant Domino noſtro Ieſu Chriſto, ut abiret Hieroſolymã ad facienda illa maxima miracula, quæ ibi faciebat, (illic enim uni 7 uerſus mundus erãt) ut ſic honoraretur ꝓ pter illa ſingularia opa. Qui in naui ſunt, Simile. arbitrantur rupes, quę in littore firmiſſima ſunt, commoueri: cũ tamen ipſi ſolummodo moueãtur. Sic qui in aliquo uitio ſunt: putant alios etiam eodẽ modo uiuere. Arbitratur malus impoſſibile eſſe quẽquã uiuere abſque eo q̃ ſit malus. Etiam de firmiſſimis rupibus, q̃ ſunt iuſtũ, hoc iniquũ iudicium faciunt. Quãdo unquã in toto terrarum orbe fuit rupes firmior, q̃ Ieſus Chriſtus filius Dei? Aut, quis unquã tam paucã occaſionẽ præbuit, ut de ſe cogitari poſſet q̃ inanẽ huius ſeculi gloriam expeteret, q̃ hic diuinus amator,& doctor uerę humilitatis, q̃ nullam penitus præbuit? Et tamen tanta erat malitia, & deprauatio illorum, 8 ut de eo malè ſuſpicarent. Nõ ꝑ eam uiam ambulant iuſti pleni charitate. Vt enim Sanct⁹ Paul⁹ affirmat. Charitas nõ cogitat malum: ſe ſolum iudicat iuſtus imperfectum de nemine malè ſentit, niſi de ſe. Hi glorię uanæ cupidi cum hoc falſo iudicio, Domi- 1. Cor. 13. no ſuadebãt ut abiret ad faciẽda illa opera

in publico, dicentes: Nemo quippè in occulto quicquã facit, & quęrit ipse in palã esse. Oẽs sunt uanæ gloriæ cupidi, & propter opa sua uolunt laudari, atque ideo nihil clã uolunt facere. Quã uiceuersa in faciebant, & q̃ procul ab obseruantia illius diuinę do-
Matth. 6. ctrinę, quam idem Dñs prædicauit, & docuit, dicens: Attendite ne iustitiam uestram faciatis corã hoibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedẽ nõ habetis apud patrem
9 uestrum q̃ in cælis est. Heu quot sũt hodie similes his infœlicibus, qui in hora mortis se deceptus experiẽtur, eo q̃ non custodierint hoc, q̃ Dñs hic dicit. Itaq; q uidebant in cęlum ire, tunc in infernũ præcipitabuntur. Sicuti depręd atores, q̃ equos habent,
Simile. in quibus incedũt, inuersis soleis ferreis calceatos, & q̃ eorum uestigia considerãt, in ciuitatẽ eos ire iudicãt, ipsi uerò à ciuitate fugiunt. Ita illi tales incedũt in equis, q̃ sunt eorũ corpora, inuersis soleis calceatis, ieiunijs, orationibus, &c. Veruntamẽ hę soleæ sunt inuersę: Nã hęc, quę pp gloriam Dei facienda erant, pp gloriam mundi illi fa-
10 ciunt, & q̃ exterius uestigiũ animaduertũt, iudicãt eos ad gloriam iter facere, ipsi uerò ab ea recedũt, uidentur in cælũ pperare, cũ tñ in infernũ pergant. O terribilẽ amentiã, uelle bonis operibus tantũ malũ emere, ut ẽ æterna cõdẽnatio. Cauete fratres mei, ne in tantã insaniã deueniatis, ut tã sordido luto uestra bona opa contaminetis, ut est inanis mũdi gloria. Reformate in initio uestrarum exercitationũm intentiones uestras, ita ut omnia uestra opera ad gloriam & honorem Dei dirigantur.

Dicit eis Dñs: *Tempus autẽ meũ nõdũ adest.* Ite uos ad istud festũ, q̃ est tẽpus uobis aptũ, in illo .n. festo tabernaculorũ primis tribus diebus maximè in põpis, cibis, ac potionibus, ludisq;, & alijs secularibus uanitatibus occupabantur. Hoc est tẽpus ue-
11 strũ, & q̃ uos quæritis. Hoc tempus non est meũ. Imo his diebꝰ si me illic uiderent, molestiã illis afferrẽ, & me odio haberent ut semp hẽnt, q̃a eis ueritates annũcio, & illos reprehendo. Vos nõ potest odisse mũdꝰ, qñcũq; accesseretis, benignissimè recipiemini. q̃a estis similes mũdo. Ecce nunc detegit Dñs unã ex maximis miseriis, quæ sunt in filiis huius seculi, q̃ est, q̃ non possũt uidere, aut conuersari cũ illis, qui eos obiurgãt, & uitia corũ reprehendũt, imò illos summo hodie ꝑsequũtur. Omnis eorũ amor, & affectio est ergo alios sibi similes, q̃a eis faciunt in executione suorũ turpiũ appetituũ.
Hoc est malũ adeò perniciosum, ut ad agẽ- Iob. 21.
dũ de eo Sanctus Iob tot tamq̃ terribilia uerba prius dicat ad attentionẽ petendã, ut fit dictu obstupendũ. Ait enim: Attẽdite me & obstupescite, & ego qñ recordatus fuero, pertimesco, & cõcutit carnẽ meam tremor.
Timeo, & carnes meæ contremiscũt cũ co- 12
gito hæc, quæ dicturus sum. Et incipit loq̃ de q̃busdã hominibus, q̃bus Deus multas diuitias tribuit, qui prosperi abundantes, ac sani uiuunt, & omnem uitiã in uoluptatibꝰ degunt. Domus eorũ securę sunt, & pacatæ, & non est uirga Dei super illos. Bos eorum concepit, & non abortiuit, & nunq̃ recordantur gratias Deo agere: imò ex omnibus his bonis sagittas contra Deũ afficiunt, q̃ dicunt Deo: Recede à nobis, & scientiã uiarũ tuarũ nolumus, quis est omnipotens, ut seruiamus ei? Quod si dicatis qño Deus hos
patitur? expectat Deus, ut corrigantur, alio quin. In diem ꝓditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur, illic cũcta persoluent. Hoc est ualde hic notandũ q̃ de uno 13
quoq; horũ malorũ, & ingratorum Deo dicit S. Iob obscura quædã, & mysteriis plena Iob in fine
uerba, quorũ causa omnem hũc locũ Sãcti eiusdẽ ca.
Iob recitaui. Dulcis fuit glar eis coyti, & post se oẽm hominẽ trahet, & ante se innumerabiles. Cocytus, est nomen Græcũ, significat idem q̃ luctus infirmantiũ, lachrymatio miserorũ: Poetæ finxerũt, qđ ex lachrymis damnatorũ erat in inferno fluuius maximus nomine Cocytus. Glareæ sũt arenæ, q̃ sunt in ꝓfundo fluuii, & glareę Cocyti significat arenas illius fluuii inferni. Perpendit Lira q̃ tempore Iob erat hic dicẽdi modus, q̃ ut diceret hominẽ perditissimũ, dicebãt eũ arenã Cocyti, ut nũc uocamus homines perditissimos, titiones inferni. Et q̃q̃ in inferno nõ sunt titiones, est tñ optimus loquẽdi modus uocari eos titiones in-
ferni, & sic licet in inferno non sint lachry- 14
mæ, nec fluuius lachrymarũ, aut arenæ. (Illa .n. erat fictio, nã si dãnat, possent lachrymas effundere, & in mille annis lachrymã unam effunderent, facerent mare maximum, & aliud atque aliud, & propè nihil esset in comparatione durationis tormentorum suorum.) Erat tamen proprius loquendi modus malos uocari glareas Cocyti, ut nunc titiones inferni appellari. Nunc intelligetis uerba Iob. Dulcis fuit glareis Cocyti:

Cocyti. Vnusquisque horũ ꝓditorum non est dulcis, nec affabilis nisi alijs sibi similib. illis se lętum, liberalem, ac dulcem prębet cum illis conuersatur, non uerò cum eo, qui illum reprehendat. O quantũ malum est nõ posse uidere eum, qui tibi dicat malè facis, & de unoquoq; illorum dicit etiam ibi, quis arguet coram eo uias eius. Nõ q̃a non sunt prædicatores, sed quia illi fugiũt, & sic quis poterit eorum uitia corã ipsis reprehendere, cum nũquam prædicationibus
15 interstint? si reprehendẽdi sint oportet esse in eorum absentia, nam coram eis non est possibile, cum illi fugiant, & de hoc, qui ita uiuit, dicitur, q̃d trahet post se in infernũ hominum multitudinem, & post se omnẽ hominem trahet, & etiam antè quàm moriatur multos in infernũ immittet. Et ante se innumerabiles. O rem durissimã dictu, & auditu, q̃ sis tu hic edens, & bibẽs, & exultans, & q̃ tua cã iam in inferno tot ardeãt,
quot illorum, quos tu ꝓuocasti, inuitasti,
16 ac muneribus donasti, ut ꝓp te peccarent, sunt iam defuncti, & q̃d scis quam pœnitẽtiam egerint, an, utrum illis flammis gehẽnalib & iustitiæ Dei ultricibus inflammentur? Quare non contremiscis homo pestilentissime? quare non quęris spelunc am, & non includeris sub rupe, ut pro tantis scelęribus pęnitentiam agas? ò millies miserum te, qui tanti mali cã fuisti, & insuper hæc omnia rides, manducas, & delectaris, & tam quietus dormis, ac si nihil mali feceris, ò cęli, ò terra obstupescite, & tantam insensibilitatem admiramini. O pater luminum, o lumẽ infinitæ charitatis illumina hos cęcos, ut infelicem statum, in quo uiuunt, co-
17 gnoscant, & te tanq̃ clementissimum patrem salutem deprecentur. Videte fratres, utrum merito trepidauerit Iob considerãt hęc, quæ nobis dicere uolebat q̃ nostris oculis nos intuemur in plurimis, quibuscum conuersamur, & non tremimus, nec id sentimus, quia charitatem non habemus.

Idcirco illis dicis: *Non potest mũdus odisse nos.* Quia estis similes illi. Tẽpus uestrum semper paratum est: Ad uestras uoluptates, & honores omni tempore occasionem in-
Ephe. 5. uenietis, & mundũ, qui uobis in eis fauet. Postea aũt oẽm hanc dissolutionem persoluetis. O quàm merito nos admonet S. Paulus dicẽs: Videte itaq. fratres quomodo caute ambuletis, non quasi insipientes, sed ut sapientes redimentes tempus quoniã dies mali sunt. Vnũ ex maioribus detrimẽtis hominis est tempus amittere, & ideo tporis distractores, uocat Sanctus Paulus stultos, & insipientes, sapientes uerò appellat eos, q̃ tẽpore uti sciũt. Videte qũo caute ambulętis. Aduertite hoc, q̃ permagni interest. Redimentes tẽpus. Non est iustum redimi nisi captiuos. Id igitur ꝓpter uult dicere Videte quod habetis captiuum tps, & catenis uinctum,
quæ sunt peccata, redimite, & soluite illud, 18
ut in Dei seruitute occupetur, redimite illud à tanta captiuitate, ut est cõsumi in seruitute Sathanæ, cum ad Dei seruitutem cõcessum fuerit, & quam rationem reddis, quare illud redimere debeamus? qñ dies mali sunt. Nõne Deus cuncta creauit optima? uidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erãt ualde bona. Qũo ergò dicis, dies malos es-
se? ego uobis dicã. Moratur hõ malus in ali- Simile.
qua domo, & dicis tu filio tuo. Si amplius in malã illã domũ ingressus fueris puniam te. Quid dicis? domus illa non est bona? quid mali habet? Bona est ueruntamen uocat eã malam, quia habitat in ea homo malus. O quã hoc sanguineis lachrymis plorari oportet. Dies quos Deus fecit optimi sunt, nos
uerò quos omnibꝰ creaturis meliores esse 19
oportebat, tam mali sumus, ut tps, ac dies ita infamemus, ut occasionẽ ꝑbeamus quo S. Paulus eos malos appellet. Itaq; in oĩb. his uerbis uobis ostẽdit S. Paulus summæ esse sapientię bene uti tpore, & ad hoc necesse esse, in primis illud à captiuitate redimere nostrorum scelerum, ipsa .n. efficiunt, ut nostra tempora, & dies mali sint. Dices tu: quanuis dies in malis non consumam, at tamẽ deest, mihi tempus ad hoc opus salutionis meæ, q̃ tantopere mihi commẽdatur: habeo .n. familiã, & cum illa mille impedimenta, q̃ me à Dei seruitute distrahunt. Esto tu sapiens (vt ait S. Paulus) quasi sapiẽ- 20
tes redimẽtes tps, & statim habebis tps ad
vtrũq̃ue. Si iam redimisti tps, ut illud in uanitatibus non consumas, ẽt curare debes, ut ab his quotidianis negotijs illud redimas, & ita sapiẽter illud diuidas, ut ad oĩa habeas tempus. Maximè laudatur in sacris 3. Reg. 3.
literis iudicium Illud, quod fecit Salomon. Vt legitur in libris Regum ubi dicitur q̃d litigabant duę mulieres super puerum affirmans unaquæque suum esse. Properantes ad Regem Salomonem, iudicium expostularunt, & post multas contradictiones, quia unaquæque uolebat sibi puerum

Universidad de Deusto
Biblioteca

portate protulit ſniam Salomon dicẽs: Diuidatur: detur utrique pars pueri, & ſic per ſpectum eſt utra illarum eſſet mater eius pueri. O q̃tum honorem impetrabitis corã Deo, & eius Angelis, ſi hac arte utimini qua uſus eſt Salomõ, pręcipiens pueri diuidi. Quis infantior quàm tẽpus? ſingula pũcta naſcuntur, unumquodq; eſt nouũ, quouis inſtanti uenit in mundum, tempus. n. ꝑteritum iam non eſt, nec futurũ adhuc eſt: vnum itaq. eſt temporis punctum, ut ſæpe nobis dicitur q̃ de tempore non habemus niſi nũc. Hunc puerum duę mulieres expoſcunt, ſ. caro, & anima. Meum eſt tempus (ait caro) & in utilitate mea conſumẽdum eſt: idem dicit aia, q̃ tempus eſt ſuum, & q̃ ad res ſibi neceſſarias præcipue illud Deus dicit. Vis ergo eſſe ſapiens? uis Salomonem imitari? accipe gladiũ, & hunc puerum rõnis gladio diuide. Diuide frater mi tſs, & unicuique partẽ ſuã dato, patrem unã, q̃ in rebus corporalib. cõſumatur, & in diuitijs, in gubernanda familia, aliam uerò partem da ſpiritualibus rebus ut in eis illam conſumas. Hoc eſt tempus redimere & in conſpectu Dei eſſe uerè ſapientem. Nõ ſic faciunt, q̃ oẽ tempus feſtis, gaudijs, & ſæcularibus uoluptatibus uolunt paratũ habere: quibus dicere poſſumus q̃ dixit Dñs illis uanis: Tẽpus ueſtrum ſemp ẽ paratum, *Vos aſcẽdite ad diẽ feſtum hũc.* Aſcẽdite, & delectamini in tẽpore, q̃ De⁹ in manus ueſtras tradidit, aliquãdo aũt hæc gaudia uobis in amaritudinẽ conuertentur. O fratres aĩæ mex, vos dicite cũ Ieſu Chriſto, ego nõ aſcendã ad diẽ feſtũ iſtum q̃a tẽpus meum nondũ impletũ eſt. Nolo gaudia, aut feſtiuitates in hac mortali uita, cũ aduenerit tps meum, tunc delectabor. Conijcite oculos in breuitatẽ, & paucitatẽ uoluptatũ, quibus hi modo funguntur, & in æternitatem tormentorum, q̃ pro illis accepturi ſunt & ſtatim amittetis tentationẽ ſequendi eorum
Eſai. 13. ueſtigia. Loquens Eſaias de Babylone, di-
23 cit. Nec ponit ibi tentoria Arabs Declarat Diuus Hieronymus, Arabs, ideſt, occidentalis. Occidẽtalis, q̃ cogitationẽ ſuã in morte poſitã hẽt, non ponit ſedẽ ſuã, nec requieſcit in Babylone, q̃ eſt hic mũdus, nec in eiꝰ uoluptatibus cõmoratur. Conſidera attẽte quomodo omnia finiantur, & omnia tibi horribilia uidebuntur, & ſordida, & noles cor tuũ ponere in rebus tam caducis. Quia enim hoc non conſiderant, qui nunc uoluptatibus fruuntur, aliquãdo rabie cõficientur, & barbas prędolore dilaniabũt, aduertẽ. es quot occaſiones prætermiſerint, & nihil illis ꝑderit, cum tãta opportunitate vti noluerint. In Geneſi legitur famẽ maximã in Ægypto fuiſſe, q̃ ſeptem annos durauit, antequã dicitur ibi, tantã fuiſſe tritici abũdantiã, q̃ fuit in præcedentibus ſeptem an- 24
nis, ut arenæ maris adęquaretur. Finitis uero his ſeptẽ annis ſucceſſerũt alij ſeptẽ tantæ ſterilitatis, ut in primo anno illorũ venerit omnis Ægyptus ante Regẽ Pharaonem clamans ac dicẽs: Da nobis alimenta. Quid igitur facerent in ſubſequentibus ſex annis, cum primo anno hoc facerent? Deniq. tãta fuit fames, à qua vt ſe eximerẽt oẽs hę reditates, ac bona ſua uẽdiderunt. Dic ergo mihi frater mi q̃d ſentirẽt illi miſeri in medio tantæ inopiæ cum ꝑteritæ felicitatis recordarenẽ, & viderẽt, q̃ paruo pretio, & labore poſſent ſibi in poſterũ alimenta ꝓuidere, atque etiã ſic in oẽm uitam ſuam the- 25
ſauros acqrere? q̃ merito angerentur, & ſe ipſos reꝓhenderent dicentes, ò ſtultos nos, q̃ facile nobis prouidere potuiſſemus, & noluimus, q̃ ſi de hoc non fuiſſemus admoniti fortaſſe aliq̃ defenſionẽ negligẽtia noſtra haberet, ſed cum tanto tpe anteà de eo cõmonefacti fuerimus, quumq̃ue Regis miniſtros tã diligẽter maximã frumenti copiã accumulare viderim⁹, q̃ deberet nobis ſufficere, ut intelligeremus, quãtum illud fieri oporteret, & tũ tam negligentes fuimus quam ergo excuſationem habere poterimus? ò quantum modo nobis prodeſſet, q̃ tunc diſperdebamus, ubi erat ſenſus noſter cum tam bono opportunitate uti neſcieri mus? ſic, credo, omni illo tpe affligerentur tantã negligentiã animaduertentes. Dicmi 26
hi ergo frater q̃d eſt hoc in comparatione rei, q̃ nunc agimus? illa fuit fames, quæ ſeptem annos durauit, fames autem inferni erit æterna. Illa habuit remedium, quanuis difficile, hęc aũt in ꝑpetuum remedio carebit. Denique illi tranſactis ſeptem annis caput erexerunt, & de ęrumna exierunt, q̃ uero ſemel in infernum ingreſſus fuerit ad patiẽdum, nullo unquam tempore requiẽ uidebit. Si igitur illi tam afflicti erãt, quanto magis ij erunt, qui nullam penitus ſpem habent ſalutis, o ſi ſcires conſiderare quomodo unuſquiſq; illic ſe lacerabit, & intra ſe dilaniabitur dicens, o miſerum me q̃ opportunum tempus, & quot occaſiones prętermiſi

termiſi fruſtras? Tempꝰ fuit, in quo cum lachrymis, & peccatorũ dolore, ac uera pœnitẽtia facillimè malis meis remedium adhibere poſſem. Quare ergo in poſterũ oculos non conieci, quomodo præſentibus rebus obcæcatus ſum, quare fruſtra prætermiſi annos illos tantæ fœlicitatis, in quibus locupletari poſſem. Quod ſi inter infideles uixiſſem, nec plus eſſe, quã oriri, & mori, credidiſſem aliquã fortaſſe excuſationẽ habe-
27 rem cũ dicerẽ, me ignoraſſe quid nam mihi præparatum eſſet. Cũ autem inter Chriſtianos uixerim, & unus ex illis fuerim, & hãc horam aduenturã crediderim, cumq̃ue quotidie Eccleſiæ clamoribus admonitus fuerim, multosq̃ue uiderim, qui his uocibus admoniti opportune remedijs quærebant, & ꝑabãt multa bona opera cumulare, me uerò omnibus his operibus, & exẽplis ſurdũ effecerim, & ne gratis quidẽ cælum accipere uoluerim: quo ſupplicio dignus eſt, qui tale perpetrauit? ò furiæ infernales dilaniate, & diſcruciate uiſcera mea, ſatis enim hoc dignus ſum. Hac rabie, &
28 anxietate in ſempiterna ſęcula torquebuntur. Quid igitur ad hoc dicitis fratres? uide tur ne uobis bonũ eſſe, ut uobis modo prouideatis, ſiquidem tẽpus habetis, quid dicatis? quid decernitis? ò per clementiſſima Ieſu Chriſti uiſcera, uos rogo, ut hoc ferutiſſime ꝓponatis, & in hoc tẽpore, ſaluationis ueſtræ negotiũ ualde neceſſariũ uere, & ex aĩo agere incipiatis. Cũ tẽpus, uita, mors cęlũ, infernus, uos inuitent, ut nunc id facia tis. Et ita uobis gratiam ſuam Deus largiatur, qua ętern㠠 gloriã cõſequi ualeatis. Ad q̃ nos ꝓducat Ieſus Mariæ filius, &c. Amẽ.

Feria IIII. poſt Dominicam in Paſſione.

Facta ſũt encœnia Hieroſolymis, & hyems erat, & ambulabat Ieſus in tẽplo in porticu Salomonis. Ioannis. 10.

1 REFERT Sanctũ Euãgeliũ, q̃ celebrãt Hieroſolymis feſtum i cõmemorationẽ purificatio
1. Mac. 1. nis tẽpli, q̃ fecit Iudas Machabæ⁹. Vt. n. legit libro. 1. Machabæorũ rex Antiochus ingreſſus Hieruſalem templũ Dñi turpiſſimis abominationibus ꝓphanauit. Cũ autẽ poſteà, S. Iudas Machabæus ab eo uictoriã reportaſſet cum exercitu ſuo ingreſſus eſt Hieroſolymã, templumq̃; oĩbus illis immunditijs purificauit, illudq̃; quò melius potuit adornauit. In memoriã huiꝰ pijs operis cælebrabatur quotannis eo die celeberrimũ feſtũ Hieroſolymis. Et de hac dedicatione, & ſolemnitate loquit㠠 hic Sãctum Euãgelium. Sup hoc initium duæ nobis utiliſſimę cõſiderationes oriunt㠠. Prior eſt, q̃ legit in eodem li. q̃ cum introiret Sãctꝰ dux Iu- 2
das cum exercitu ſuo uiderunt ſanctificatio nẽ deſolatã, & altare ꝓphanatum, & portas 1. Ma. 4.
exuſtas, & in atrijs uirgulta nata ſicut in ſaltu, uel in montibus, & ſciderunt ueſtimenta ſua, & plãxerunt planctu magno, & ipoſuerũt cinerem ſup caput ſuũ, & clamauerunt i cælũ. Si hi tãtũ dolorem acceperũt, & triſtitię ſuę tot ſigna demõſtrarũt, q̃ materiale illud templũ ſordidũ, & immdũ aſpexerint, & q̃ i altari Dñi, ſacrificiũ idolis immolatũ fuerit, & totũ templũ, & eius ſacræ res omnes ꝓphanatę, ac diſſipatę erãt: q̃d nos facere oportet cõtẽplãtes aĩas noſtras, q̃ uera Dei ſunt templa, tã diſtructas, tantęq̃; immunditię plenas, & peccatis cõtamina- 3
tas, & uidentes uoluntatem, q̃ ꝓpria eſt aram De⁹, in qua quotidie Sathanę ſacrificia immolanẽ, & affectus, ac amores creaturis offerunẽ, & q̃ omnes portę huius tẽpli q̃ ſũt ſenſus, humi ꝓſtratę ſunt, ſenſualitatis igne exuſtę, quare uidentes hãc euerſionem i nobiſmetipſis nõ ploramus, in cælum clamamus, cilicioq̃; operimur, nec maiorem dolorem oſtendimus, q̃ lapides, ò Chriſte dux ſuꝓne, diuine Machabæ ꝓ tua diuina clemẽtia, & pietate hæc damna tu refice, & noſtra rũ calamitatũ cognitionem ac dolorem nobis largire. Q̃ cũ à tua diuina manu tã excellens quid acceperimus, ut animam ad ſi- 4
militudinem tuã creatam & eam tot tantiſq̃ue peccatorum ſordibus infecerimus, nec tamen hoc ſentimus? Dicit S. Propheta Ezechiel ſibi Dominũ dixiſſe. Fili hominis
Eze. 28. leua planctum ſuper Regem Tyri, & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus. Tu ſignaculum ſimilitudinis, perfectus decore, & pectaſti. O quã lachrymabile eſt hoc uerbũ q̃ cum ad imaginem meam creatus fueris (ait Deus) & tanta pulchritudine plenus, et tũ peccaſti, et licet aliq̃ hoc applicent ad Sathanam, illic tamẽ loquit㠠 cũ peccatore lege Tyri: et ſic cum cæteris omnibꝰ pec catoribꝰ. Quid, cum hõ ſit ſimilis Deo, et ad eius ſimilitudinẽ factꝰ, tumq̃; alia pluri

ma beneficia acceperit à Deo, potuit tñ cor, ac manus habere ad peccãdum, & q̃ posteà maneat tã sine sensu, & cognitione hui⁹ mali, sine lachrymis, ac dolore, ac si gratissimũ aliq̃d opus diuinæ Maiestati fecisset; Caue ergo ò hõ ingrate, ibidẽ enim dicit dominꝰ: pducã ignẽ de medio tui, q̃ comedat te nisi uelis peccata tua agnoscere, & ex toto corde tuo tãta incõmoda lamẽtari: siquidẽ illi Machabæi pro exterioribus rebus tantũ animi dolorem demonstrabant.

NARRAT S. Euangelium qđ cõuenerunt seniores, Pontifices, & Pharisęi Hierosolymę, ut de reipublicę reformatione agerẽt, & nihil in ea inuenerũt q̃ expellendum sibi uideret, ꝑter Iesum Christũ filium Dei: & de eo deponentes, dicebãt, q̃ multa signa faciebat. Vt cognoscatis quo hi miseri in tãtam insaniã & pręcipitiũ deuenerint, uolo prius uobis declarare quod S. Paulus de q̃busdã hoibus dicit, quos Dñs à se reiecit: quod primũ de illis dicit, est, q̃ dicentes se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Primũ malũ illorũ fuit, q̃ se sapiẽtes iudicabãt, & sapiẽtiæ suæ maximè nitebanꝰ, & ꝓp hanc superbiã obcęcati sunt: et mutauerunt gloriã in corruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs. Gloriã, quã Deo oportebat reddere, mutarũt, & creaturis dederũt. Propter quod, tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ: in immunditiã, &c. In supplicium huius peccati, tradidit illos Deus suis turpibꝰ desiderijs, q̃a cõmutauerũt ueritatẽ Dei in mẽdaciũ. Cõmutare, est aliud pro alio dare. Cognouerũt illi infideles plurimas perfectiones Dei, q̃ esset oĩpotens, iustus, & summè sapiens. Oẽs has ueritates commutarunt, pro mẽdacijs idolorũ: q̃ fuit una ex maximis iniurijs, quas Deo intulerũt. Cum.n. aliq̃d pro aliquo commutatis, perspicuum est, q̃ hoc pluris æstimatis quã illud. Pluris ęstimarũt Idolorum mẽdacia, q̃ Dei ueritates, & seruierunt creaturę, potius quã creatori, qui est benedictus in secula amen, & q̃a tantã iniuriã, tã benedicto Deo intulerunt, ꝓpea tradidit illos Deꝰ in passiones ignominiæ, ꝓmisit illos cadere in alias nefandas passiones, summæ ignominię, cõtra eiusdẽ naturę cursũ. Pẽsate quõ Apostolus hic magis, ac magis ãggrauet pœnas, quas illis Deꝰ imponebat, eo q̃ illi magis ac magis culpas adaugebant. Sed dices tu, quomodo de rõne, & natura pœnę est, q̃ sit uoluntaria, sicut đ rõne culpę ẽ, q̃ sit uoluntaria, quo ergo culpa, q̃ sequit ex priori culpa pôt esse pœna. Dico q̃ licet actus eius dẽ culpę sit uolũtarius, attamẽ plurima hẽt cõnexa, q̃ sunt inuolũtaria, sicut cõsciæ morsus, maioris maiores obligationes ad grauiores pœnas, maiores deniq; eiusdẽ naturę deprauationes, & has res nulla aĩa uult. Sed nõ ꝓp hoc unum peccatũ alterius dicit eẽ pœna. Verùm ut ait D. Th. peccatũ est pœna peccati, nõ ſm suã formã, & rõnẽ. Nã sic cõfideratũ ex electione ꝓficiscit bibere, & uolũtariè, sed ſm suã causã, ex qua oritur, ſm subtractionẽ diuini auxilij, quo seruat hõne corruat ĩ peccatũ. Itaq; q̃a Deus ob peccata cõmissa peccatorẽ suo auxilio priuat, q̃ qdẽ pœna est peccati, peccata, q̃ hinc sequunt, supplicia sunt ꝓcedentis peccati. Dicit ulterius S. Paulus, & sicut nõ ꝓbauerũt Deũ habere in notitia: tradidit illos Deus in re, pbũ sẽsũ. Ecce aliã grauiorẽ pœnã, q̃ q̃a sufficientẽ cognitionẽ Dei habuerũt, ad seruiendũ illi, & nõ probauerũt in uita sua se cognitionẽ Dei habere: pmisit diuina maiestas, ut male sentirẽt, & nõ solũ illã notitiã, q̃ de Deo habebãt, amitterẽt, uerũ etiã reprobũ sensum in diuinis rebus haberent, q̃ grauissima est pœna, pro culpis. Sic.n. in tantã deprauationẽ deueniũt, ut eorũ iudiciũ, & intellectus eis dictet, cõsentaneũ esse, ut peccatis, q̃ cõmiserũt magnopere delectentur, & hoc est qđ dixit sapiẽs: q lętant cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis: & hinc ꝓuenit, qđ statim inferius subdit S. Paulus, ut cũ re, pbo sensu faciãt ea, q̃ non cõueniunt, repletos oĩ iniquitate, &c. Verbũ horrendũ, q̃ oĩ malitia adimplentur, cũ mẽsurã illã, & periodũ cõplent de qua lõq̃tur B. Aug. Adrianus, & Caieta. Oẽs hi tenẽt, qđ in talẽ statũ homines pñt deuenire, & tã repleti eẽ peccatis (repletos omni iniquitate) ut Deus finiat rõnes cũ illis, nec eos ampliùs expectes. De q̃bꝰ ẽt S. Paulus dixit, ut impleãt peccata sua sp. Peruenit .n. ira Dei sup illos usque in finẽ. Quòd sup eos peccatis repletos, sp ira Dei super illos erit, usq; in illorũ interitũ. Heu. Heu fratres q̃ diligẽter hoc cauere deberemus? Peccamus semel, atq; iterũ, toties ꝓ creatorẽ pro creaturis cõmutamus: offẽdentes eũ ꝓp pecuniã, uoluptatẽ, & honorẽ aperte experimur, q̃ ꝓmittit, nos in dies in grauiora peccata incidere: nescimus, q̃ nã sit taxis, q̃ mẽsura peccatorũ nostrorũ, ſm sentẽtiã hãc S. Augu. deberemꝰ nos cohibere cõsiderantes ne forte sit hoc ultimũ peccatũ, aut quod eras cõmittemus: & uita finiat, ac sic in æternũ cõdẽnemur. Timete ꝓ reuerẽtia Dei, rẽ tã terribilẽ, & dignã, q̃ timeat. Ad inceptũ deueniẽtes dicimꝰ, qđ sic illos ĩfideles, q̃a naturali lumine nõ fuerũt usi in dies magis ac magis sua potẽtissima manu Dens dimisit, & illi obcæcati sunt in dies magis ac magis, in pnã ingratitudinis eorũ quoq; in ĩm, pbitatũ cõsummationẽ deuenerũt: Repletos omni iniq̃tate. Quid ergò merebanꝰ hi pontifices, & Pharisæi, q̃ tot lumina 7
Deo acceperant, & suis oculis tot miracula cõspexerãt, nisi qđ eos diuina iustitia đserret, siqdẽ uolebãt omnib. his bñficijs uti, ut relicti deuenirẽt quò đuenerũt, & in tot ꝑcipitia inciderẽt, in quot inciderũt? in quã maiorẽ cæcitatem, crudẽlitatem, & amentiã deuenire potuerunt, q̃ ut, cõcilium inirent, ut innocentissimũ uirum interficerent eo qđ multa miracula faciebat, dicentes: *Quid facimus quia hic hõ multa signa facit?* Videte q̃ operationem facerent miracula in intellectu illorũ maledictorũ. Hæc omnia erãt supplicia malitiæ illorũ, & peccatorũ, q̃ illi cõmiserãt. Tritõ æreꝰ pinnaculis tẽplorũ affixꝰ si diu sistit, & nõ mouet ferrugine ita operit, & cũ supposito ferro coarctat, ut postea fortissimis q̃busq; uentorũ flatibus nolit obedire, ò quot flatus Dei hi acceperũt, quot diuinos sermones, quot opera mirabilia: nec tñ fructũ ex illis ꝓceperũt. Simile. Ita.n. eorũ uolũtates neq̃tiæ affixę erãt, ut 8
diuini flatꝰ nullã in eis operationem efficerent. Caueamꝰ fratres in aliorũ periculis, diuinis flatibꝰ utamur, siq̃dem tãtopere horũ hominũ malitiã execramur, q̃ nihil in sua republica ꝑter Deũ repudiãdũ reperirent. Execremur etiã hoc in nobis & multo magis. Quæ maior ꝑt esse calamitas nostra, q̃s q̃ in illorũ cæcitatẽ q̃ueniamꝰ? O miserrimã ærũnã? q̃ nihil aliud etiã tu Christiane repias q̃ repudies, ꝑterq̃ Iesũ Xp̃m, omnia amplecteris, omnia diligis, ꝑter Deũ, ꝓ qua cũq; re diligentissimè laboras: đ Deo ãt nullã habes curã. Dñt *si dimittimus eũ sic uenient Romani, & tollẽt nostrũ locũ, & gẽtem.* 9
In laqo isto, q̃m abscõderũt cõphensꝰ ẽ pes eorũ. Quid dicitis? q̃ uenient Romani si eũ dimittitis? si ãt eũ occiđritis, ipsi trucidabũt uos oẽs. Arma, q̃ impiꝰ cõtrabonũ sumit, ipsa sũt, q̃ illũ pseq̃nt. Eodẽ gladio, q̃m gestabat Goliath ad necãdũ Dauid, iterfectꝰ ẽ ipse. Eodẽ ense, quo Holofernes uolebat Hebræos ĩterficere, caput eiꝰ abscisũ ẽ, ĩ furca: qua uolebat Amãn Mardochæũ suspẽdere, suspẽsꝰ ẽ ipse. Quã ad literã dicit hoc Dauid, gladiꝰ eorũ ĩtret ĩ corda ipsorũ. Idẽ gladiꝰ, q̃m ad nocẽdũ, pximis apphẽdũt, ĩ eorũ cor

Hieron. de tuenda uita Christiana. c. 1. & 4 Adri. q. 1. de pæ. ni. Caie. Iẽ. culo. 8. q. 3.

D. Tho. 1. 2. q. 87. ar. 2.

Prou. 2.

Psalm. 9.

1. Reg. 17.

Iud. 13.

Ester 7.

Psalm. 36.

dā igredief. Caueam⁹ fratres nepp timorē incidendi in aliquod tpale dānum, Deū offendamus:, ppterea.n. in ipsa,& grauiora qdē incōmoda incidemus. Cū āt necessitate oppressi fuerimus, recordemur illius sancti consilij qđ bonus Tobias dedit filio suo dicēs: Noli timere fili mi, pauperem qdem uidam gerimus: sed multa bona habebimus si timuerimus Deū,& recesserimus ab oī peccato,& fecerimus bonū. Quid tibi deerit, nisi Deus desit? Quid āt possidebis, si Deo careris? Narrat Lucanus, q cū Iulius Cæsar uellet iā cū Pōpeio dimicare, mutatis uestibus in nauiculam ascēdit,& cū mare transiret, vt nōnullos duces cōuocaret cepit excitari maxima tēpestas, cū iam i medio mari eēt, cū q; natura tantam tēpestatē,& eminēs periculū uideret, timebat,& iam diffidebat. Tūc reuelauit se Iulius Cęsar (erat.n. coopto vultu)& dixit ei: Ne timeas: fortuna.n. Cęsaris te comitat. Si ergò hoīs fragilis fortuna sufficit aīum addere nautæ cōtra tēpestatem maris: q to minus timere debet, q Deū in aia sua portauerit? quare timebim⁹ infortunia, pauptatem, aut pſecutionem: cū tali ppugnaculo muniamur? q̄ securē dicebat Dauid. Si ambulauero i medio umbrę mortis ñ timebo mala: qm̄ tu mecū es.

Tob. 4.

Lucan. lib. 5. de Pharsalia.

Psalm. 22.

11 Quantum ꝓfuisset his miseris dānum prospicere, qđ illis inde poterat euenire, si tantam iniustitiam,& iniqtatem cōmitterent? De philosopho quodam legit, qđ in sublimi quodā loco fori cōstitutus dixit se intellectū,& sapientiam uenditurum esse uolentibus emere: cumq; princeps illius regionis illud sciret, misit ad eū nūcios suos, cū nummis, ut rōuem,& intellectū emerent: philosophus aūt detexit illis schedulam, dicens in omnibus q̄ facturus es, ꝛp cogita, qd tibi possit accidere. Qđ risū etiā nūcij illuserūt: princeps rīsūma cū lętitia accepit, & aureis characterib. in ostio palatij sui inscribi iussit,& merito qdē, est.n. hæc clarissima snia, O si in omnibus, q̄ uolum⁹ apphēdere, cōsiderarem⁹: qd ex hoc auferem⁹? qd nobis euenire poterit, si hoc aut illud fecerim⁹? ꝓcipuē, cū id, qđ uolum⁹ facere é peccatū: ex quo qd boni ꝓt succedere? Recte sciebant hi, aut oportebat eos scire, qđ Deus comminatus fuerat p Isaiā dicēte: Prēuaricātes ꝓuaricati sūt,& ꝓuarsatione trāsgressorū ꝓuaricati sūt. Formido,& fouea,& laqus super te, q habitator es terræ. Valde notāda sit q̄ toties legis ꝓuaricatores nominat; ea dē verba quater referēs. Quod ē ad significandā trāsgressionē maximā. & ꝓuaricationē iustitiæ, ueritatis,& rōnis, ac naturalis, humanæ diuinæq; legis uiolationē. Quæ fuit ad literā, hęc transgressio,& ꝓuaricatio iustitiæ, q̄ cōtra iustū iustorū facta est, pp qđ peccatū, in tot incōmoda incidērūt. Atq; etiā eorū peccatū grauissimū reddidit autoritas ipsorū,& diuturna deliberatio, qua hoc flagitiū exeq decreuerūt: & tot cōcilia, quot circa illud inierūt. Sicut ē cōuersoꝝ uirtus solet esse magis meritoria, qñ est magis deliberata,& amata,& sępius cū rōne cōstituta, ut cor maiori illius amore capiat, ut S. Paulus exaggerat disputans de uoluntaria paupertate primitiuæ ecclesiæ Christianorum, ubi dicit. Altissima pauptas eorū abundauit in diuitias simplicitatis eorum, q̄a supra uirtutem uoluntarij fuerunt. Quo magis amata & deliberata est uirtus, eo magis meritoria est. Et iō dicit, q̄ qa illa paupertas erat uolūtaria: iō fuit altissima: & abūdauit in diuitias meritorū. Supradictis addit ēt ad maiorē peccati illorū grauitatē, qđ ipsimet dicebāt. *Quia hic hō multa signa facit*, quod ex resurrectione Lazari,& ex uisu quē cæcus à natiuitāte accepit,& ex salute, q̄ paralytico contulit, q triginta octo annos habebat infirmitatis suæ, ad tñ malum cōmoti sunt. Impossibile est, si ꝑdicis oua gallinæ supponas, quod suo naturali calore pullos gallinaceos parturiat, nec ex ouis gallinæ ꝑducet perdix pullos perdicinos, ita.n. rectura cōstituit. Impossibile est equum ab homine, uel hominem ab equo generari, quod autē natura nō puertit, puertit inuidia, q̄s tale cogitaret, q̄ ex tam bonis ouis, tam mali pulli abstrahendi essēt,& ex tam mirabilibus miraculis, tam malus effectus erat, ꝑducēdus? de peccatorib. q̄busdam dixit Isa. oua aspidū ruperūt,& telas araneæ texuerūt, q comederit ď ouis eorū morietur, & qđ cōfotū est erūpet in regulū. Oua aspidū abstraxerūt, q comederit ex eis morietur, & ide erumpet basiliscus: Hāc cōsequentiā ñ admiror ego, qđ ex malis mala abstrahāt hoies & ex paruis malis maxima mala eliciant,& q̄ ex ouis aspidū erūpat basiliscus. Sed q̄ ex bonis ouis, ex bonis opibus, tam uenenosū basiliscū auferāt,& op⁹ tā crudele eliciāt, ut est iustū,& talē iustū interficere, hoc nimis obstupēdū ē. O q̄tū debem⁹ cauere, ne inuidia in cordib⁹ nostris radices ageret, si.n. semel ab ea possidētur, oē bonū in

Isa. 24.

Similē.

Isa. 59.

malum conuertent. Habes uestē pretiosam, extrahis eā crebrò ad aerē, ne tinea rodat, & eam diligentissimè à puluere scopis abstergis: & eusem, quē maximi æstimas, crebrò ad expiandū defers. Et non abstrahes semel (saltē quotidie) cor tuū ad aerem q̄ illud ad diuinarū rerum contēplationē extollis, ut faciebat Dauid cū diceret, leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniet auxiliū mihi. Erigite fratres mei corda uestra in cælum, inde.n. flat uētus, refrigeratio,& auxilium Spiritus Sancti, quod ea à seculi corruptionibus liberat: ibi expiatur spiritus,& inuidiæ, ac cupiditatis, & aliorū uitiorum similiū ferruginē deperdit. O quantū in nobis appareret emolumentum,& spiritualis progressus, si his sanctis exercitationibus nos uerè,& ex aīo traderemus. O si hoc uobis persuadere possem, ut hic modo proponeretis ad animarū uestrarū remediū paululum tpis cōsumere, ex omnib⁹ horis, quas in rebus inutilibus conteritis. Nō faceretis saltē, quod facit formica, quæ cùm triticum includit in horreū suū, interiùs illud rodit, ubi est uirtus productiua, ne q̄ pluerit granum erūpat? O ineffabilem Dei prouidentiam, quę tale instinctū dedit uermiculis, ad confusionē, & pudorē hominū rōnaliū. Discite fratres à formica, rodite partē illā cordis uestri, quæ potest inuidiam producere, aut aliud malum, rodite (inquā) sanctis considerationibus,& quærentes interiùs rationes, ut ad bonum inducamini,& ad oēm proximi amorem, atq. ut ab omni malo recedatis. Hoc est enim unum ex ijs, quæ ad Christianam uitam maximè conducunt.

Pſal. 120.

Simile.

Vnus aūt ex ipsis Caiphas nomine, cū esset Pontifex anni illius, Dixit eis. Vos nescitis quicq̄, &c. Cùm in hoc concilio commorarent, i quo fortè erāt dispares snię locut⁹ est platus,& pontifex anni illius Caiphas dicens: uos nescitis, nec qd interfit pen⁹ cognoscitis. Quia expedit uobis, ut un⁹ moriatur homo. Non est inconueniens, ut un⁹ ꝓ omniū salute moriat. Sicut, solet hō pedē, aut manū in discrimen offerre, ne uitā amittat, sic nō est incōueniēs, q̄ unus hō peculiaris in republica moriat, nec oēs pereāt. Videte qūo malitia faciat rationabile id apparere, quod est totius rationis expers. Ad qūamcunq; rem, q̄ homines uelint facere, qūantūuis mala sit, sēp tñ eis uidet rationem inuenire ad eā faciendā. Et hęc omnia frequentiùs inter iudices, & iuris peri-

12

13

14

15

16 crebrò ad expiandū defers. Et non abstrahes res semel (saltē quotidie) cor tuū ad aerem q̄ illud ad diuinarū rerum contēplationē extollis, ut faciebat Dauid cū diceret, leuaui oculos meos in mōtes, unde ueniet auxiliū mihi. Erigite fratres mei corda uestra in cælum, inde.n. flat uētus, refrigeratio,& auxilium Spiritus Sancti, quod ea à seculi corruptionibus liberat: ibi expiatur spiritus,& inuidiæ, ac cupiditatis, & aliorū uitiorum similiū ferruginē deperdit. O quantū in nobis appareret emolumentum,& spiritualis progressus, si his sanctis exercitationibus nos uerè,& ex aīo traderemus. O si hoc uobis persuadere possem, ut hic modo proponeretis ad animarū uestrarū remediū paululum tpis cōsumere, ex omnib⁹ horis, quas in rebus inutilibus conteritis. Nō faceretis saltē, quod facit formica, quæ cùm triticum

17 includit in horreū suū, interiùs illud rodit, ubi est uirtus productiua, ne q̄ pluerit granum erūpat? O ineffabilem Dei prouidentiam, quę tale instinctū dedit uermiculis, ad confusionē, & pudorē hominū rōnaliū. Discite fratres à formica, rodite partē illā cordis uestri, quæ potest inuidiam producere, aut aliud malum, rodite (inquā) sanctis considerationibus,& quærentes interiùs rationes, ut ad bonum inducamini,& ad oēm proximi amorem, atq. ut ab omni malo recedatis. Hoc est enim unum ex ijs, quæ ad Christianam uitam maximè conducunt.

Isa. 10

Vnus aūt ex ipsis Caiphas nomine, cū esset Pontifex anni illius, Dixit eis. Vos nescitis quicq̄, &c. Cùm in hoc concilio commorarent, i quo fortè erāt dispares snię

18 locut⁹ est platus,& pontifex anni illius Caiphas dicens: uos nescitis, nec qd interfit pen⁹ cognoscitis. Quia expedit uobis, ut un⁹ moriatur homo. Non est inconueniens, ut un⁹ ꝓ omniū salute moriat. Sicut, solet hō pedē, aut manū in discrimen offerre, ne uitā amittat, sic nō est incōueniēs, q̄ unus hō peculiaris in republica moriat, nec oēs pereāt. Videte qūo malitia faciat rationabile id apparere, quod est totius rationis expers. Ad qūamcunq; rem, q̄ homines uelint facere, qūantūuis mala sit, sēp tñ eis uidet rationem inuenire ad eā faciendā. Et hęc omnia frequentiùs inter iudices, & iuris peritos, aguntur, q̄ rōnes quærūt ab res ab omni ratione,& iustitia alienas, & ad omnia leges inuenire sibi uñq; etiam si sibi non ita uideatur, uolūt tñ ut aliis uideatur, De quibus terribili animi affectu conquerit Deus per Esaiam dicentem: uę q condunt leges iniquas, & scribentes iniustitiā scripserūt, ut opprimerent in iudicio pauperes,& uim facerent causę humilium populi mei, ut essent uiduę prædę eorum,& pupillos diriperent. Quid facietis in die uisitationis,& calamitatis de longe uenientis? ad cuius cōfugietis auxiliū? uæ uobis legislatoribus, tam leges sancientibus, q̄ interpretantibus, nemini hic pepercit nec iudici, nec aduocato. Væ uobis qui leges adducitis quasi caligas inconsutiles, modò ampliantes eas cū ultis,& quibus cum ultis,& modo coarctātes cum illis, quos ultis. Audite, uox.n. est Dei cum ira,& furore loquentis. Væ uobis, quibus siqdem non licet iniquas leges sancire, leges iam sanctas iniquè declaratis,& eas uoluitis, ac reuoluitis, ut dicant, qđ uos ultis, hodie in hac causa uno modo, cras uero in alia contrariū habeāt sensum. Qui causas, et fauorem pecunia uenditis, et pauperes in iudicio opprimitis, non iudicantes eis q̄ iustum est, eorum causas differentes, quousq. in maximā penuriam,& angustias redigantur, diuitum uero causas diligentissime dimittentes, Viduæ aūt iam sunt ꝓda uestra. Quod si eos alloquamini pro miseri cordia, et compassione reddent uobis rationes tam apparentes, quibus probant quicquid faciunt, et iudicant æquissimum esse. Væ uobis (ait Dñs) me.n. nequaquam deci pietis, quid erit de uobis, qñ in die ultimę rōnis de oībus istis iniquitatibus iudicabimini? Ad quē confugietis, q uos in illo die maximi laboris adiuuet? O fratres ac Dñi mei, ꝓpendite, utrū hac in re culpatos uos experiamini. Si hæ Dei cōminationes uos ꝓ

19

20

21

22 stringāt, opportunū uobis remedium adhibete: in illa.n. die nullū penitus repire poteritis. *Hoc aūt a seipso nō dixit.* Vsus est Spiritus Sanctus ore Caiphæ tanquam instro. Sic ut usus est asina Balaam, q̄ loquebat,& dicebat, qđ Deus uolebat, ut diceret Dño suo: illa uerò nō intelligebat, qd diceret. Sic locutus est Caiphas, nec tñ quid diceret intellexit, O Caipha quare nō dixisti: expedit ut hic homo moriatur, sed expedit ut un⁹ hō moriatur pro populo? Non erant uerba tua: assumpsit te Spiritus Sanctus, quasi ba

illum ad extrahẽdos carbones ab igne. Ille intelligebat q̃ expediret Christũ mori, ne Hebræi à Romanis euerterentur: & Spiritus Sanctus fecit, ut qđ non intelligebat, loqueretur. Vt unus in singularitate pfectionis, & totius excellentię, inquantũ hõ, moreretur, ut filios Dei, qui erãt dispersi cõgregaret in unũ & non tm̃ p gẽte. Vult dicere, q̃ expediebat, ut moreret nõ tm̃ pro gẽte Abrahę, uerum etiã pro oĩbus filijs Dei, q̃ sunt oẽs
22 prædestinati. Qui licet dispersi erant, & sub diuersis ritibus uiuebãt, nec adhuc filij Dei erant per gratiam, sed per prædestinationẽ: eos cõgregaturus erat, non in uno loco, sed in una lege, fide, Ecclesia, & in una charitate. Hoc significatũ & demolitũ est in Gene
Gen. 8. si, ubi peracto diluuio dicit: Ædificauit ãt Noe altare Dño, & tollens de cunctis pecoribus, & uolucribus mundis obtulit holocausta super altare: odoratusq́; est Dñs odorem suauitatis, & ait ad eũ: Nequaquã ultra
Gen. 9. maledicã terræ pp hoĩes. Et statim inferius dicit: Hoc est signũ fœderis, quod do inter me, & uos, & ad oẽm aiam uiuentẽ, quæ est
Similc. uobiscũ in generationes sempiternas. Arcũ meum ponã in nubibus, & erit signũ fœderis inter me & inter terrã, cumq́; obduxero nubibus eęlũ, apparebit arcus meus in nubibus, & recordabor fœderis mei uobiscũ.
29 Eritq́ arcus meus in nubibus, & uidebo illum, & recordabor fœderis sempiterni, qđ factũ est inter Deum, & oẽm aiam uiuentẽ. Credo, si hæc uerba diligenter perpenderitis, oĩbus uobis pp aliquas causas admirationem maximã illatura: Prima est, quo potuit esse tantæ æstimationis sacrificiũ illud, quod Noe ex animalibus obtulit, pp quod Deus oĩum hoĩum peccata admitteret, & oĩum seculorũ, cùm Deus non animalium cruore, sed mĩa, ac iustitia mitigetur. Nec ei munerũ, sed meritorũ placet magnitudo. Secũda causa, & quæ multo maiorem mihi affert admirationẽ, est signũ, q̃ huius amicitiæ, & fœderis prębet: q̃ est cælestis arcus,
24 q̃ uerè nõ est arcus, sed quædã oculorũ illusio. Quãadmodũ cũ uitrũ rubrũ ante oculos ponis oĩa tibi uĩr rubra, cũ tm̃ rubra nõ sint, sic hic arcus apparet cũ illis coloribus, cũ tũ nec arcus nec colores sint, nã totũ est nihil. Hunc aũt arcũ, qui nihil est, dat Deus in signũ. Nec minus admiror uidẽs quoties hũc arcũ repetat. Erit (inquit) arcus meus, & apparebit arcus meus, & ponã arcũ meũ, & uidebo illum. Itẽ quid opus erat, q̃ hic arcus esset intercessor, & causa, ob quã Deus recordaretur, nunquid põt in Deo esse obliuio promissorũ suorũ, aut alterius rei. Non profecto. Ideò eius ęternitas instantis noĩe significatur. Nam sicut in instãti nõ est diuisio, nec est ante aut post, sic in æternitate oĩa sunt Deo pśentia. Ad hoc rñdemus non fuisse tanti meriti sacrificiũ illud Noe, pp quod uniuersi mundi incolumitate Deus promitteret. Nec arcus ille (cũ nihil sit) Dei 25
oculos mitigat. Sed solummodo fuit sacrificium illud, figura diuini sacrificij, qđ Christus redẽptor noster obtulit. Atq́ hic diuinus reparator cruci affixus ita extensus, & sanguine cõspersus, tot liuoribus, & flagellis repletus, in cuius corpore tot plagæ factæ erant, est arcus diuersorũ colorũ: qui æterni
1. Ioan. 2. patris iram placuit. Ipse est (ait S. Ioannes) propitiatio pro peccatis nostris, nõ pro nostris aũt tm̃, sed ęt pro totius mũdi. Et ideò cùm arcus cælestis nihil sit, illũ toties repetit, ut corda nostra ad aliud maius erigat, atq́. ut intelligamus Deũ nõ de illo arcu principaliter loqui. Hoc mõ usus est in lege circa illas ceremonias, & sacrificia, quæ ex se ad pietatẽ nõ spectabãt, ut per ea montes
26 nostras erigamus ad credendũ, q̃ quidem Deus illa præcipiebat, & humano uideri, tã parum necessarię erãt, aliud uolebat per ea significare. Et ita significabat, qđ p mortẽ, & cruce Iesu Christi filij sui, semper in mũdo uirtutem florere oporteret, nisi hic floreat, illic, & nisi illic, alibi uigebit. Quapp nõ futura erat causa ad uniuersum mũdum euertendũ. O quãtum huic diuino Redemptori debemus, siquidẽ tãto cũ suo labore nobis uoluit remediũ afferre. Hoc significauit sponsa his uerbis. Botrus Cypri dilect⁹ Cant. 1.
meus mihi. Ex botro Cypri uinũ nisi in torculari nõ exprimĩ: Quod maximè quadrat optimo Iesu, qui dolorũ pondere & tormẽtorũ magnitudine oppressus, nobis cælestę
27 redemptionis uinum expressit. Si quis labores patitur, ad uineã tuã, aut diuitias defendas, nescis quas illi gratias referas, & multò magis si patiãt, ut corp⁹, ac uitã tuã tueãt. Quod si uideres, eũ nõ solũ labores perpeti, sed q̃ pro tua uita moritur, quo animi affectu, eius meminisses, & illius mortẽ doleres. Quãto magis igit̃ debemus gratias agere, & dolere uidẽtes, q̃ filius æterni Dei nõ pro uinea, aut pro domo nostra, sed pro aĩa nostra mortuꝰ est, ut eã ab æterna morte liberaret, & ut nobis gloriã, & sempiternam

nam uitam compãret? quare ergo pro tãto beneficio sempiternas illi gratias non ągimus? quare non efficimur teneri, & ad amorem non cõpellimur, recordantes tã ineffabilis charitatis? quare nos nõ pœnitet, quod mortis Regis gloriæ causa fuerimus? ò lapidibus duriores, si hoc nõ sentimus, ò immanibus belluis irrationabiliores, si huic beneficio ingrati simus? quõ aũt grati erimus, cũ uix sciamus dimidium horæ in illius con-
28 sideratione attentè consumere? sed dicetis, siquidẽ dicit S. Ioannes sacrificiũ illud sufficiens esse ad uniuersum mundũ saluãdum,
Matth. 7. Rom. 5. quare tam pauci saluantur? ut dixit idẽ Dñs: Arcta est uia, quæ ducit ad uitam, & pauci sunt, qui ambulãt p eam. Et S. Paulus dixit: Non enim sicut delictũ ita & donũ, ubi autem abundauit delictũ, superabũdauit & gratia. Magis placuit obedientia Iesu Christi ęterno Patri, q̃ inobedictia Adæ illi displicuit. Ergo siquidem per inobedientiam oẽs ceciderunt, quare per obedientiam non oẽs saluantur? quæ est causa quare tã pauci saluantur? Huic quæstioni rñdet S. Augustinus his
August. uerbis: Poculum salutis nostræ, qđ ex diuina, humanaq́; natura confectum est, quãuis ex se habeat, ut oĩbus prosit, nõ tm̃ prodest, nisi bibatur. Quibus uerbis significat, quòd
29 Passio Dñi est efficacissima medicina malorum nostrorum. Et sicut nullum medicamẽtũ quis saluberrimũ sit, nullam affert ægrotis utilitatẽ nisi accipiant illud. Sic est hoc medicamentum. Quapp fratres curate dili gẽtissimè, ut quantum poteritis hoc cęlestì remedio utamini. Propterea enim condemnantur tot, qa hãc sanctam medicinam nõ bibunt. Accipite sancta Sacramẽta maxima quadam pparatione, & cum stabili pposito nunquam offendendi Deum, atque intenso peccatorum uestrorum dolore, & sic sanctæ eius passionis participes efficiemini, & gratiã accipietis, qua ętema gloria cõparatur, ad quã nos pducat Iesus Mariæ filius, Amẽ.

30 Sabbatho post Dominicam in Passione.

Cogitauerunt Principes sacerdotum, ut & Lazarum interficerent. Ioan. 12.

HOc facere uolebant, ut resurrectionis eius miraculũ occultarent. Illã ueritatẽ tam pspicuã uolebãt mũdo abscondere. Vnde manifestè horum nequitia declaratur, & quod aperte Deo bellũ inferrẽt cum nõ possent nõ intelligere illã resurrectionem opus illius esse. Vt uideatis in quãtam cæcitatẽ possint hoĩes deuenire. In hoc peccatũ incidunt hodie aliqui peruersi iuris periti, aduocati, & scribę, ac falsi testes largitionibus corrupti, & oẽs deniq́; qui ex industria, & malitia ueritatẽ celant. Quos satis comminatus est Deus p Oseã
Osee 4. dicentẽ. Iudicium Dñi cũ habitatoribus terrę. Et quare hoc iudiciũ tã seuerum futurũ est? primum, quod rñdet est; Non est. n. ueritas. Quia in habitatoribus terræ non reperitur ueritas. Etiam de hoc conqueritur ma-
Esai. 59. gno cum dolore Esaias dicens, corruit ueritas in plateis. Et Dauid instantissimè Deum
Psalm. 11. rogabat, ut sibi faueret dicens; saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, quoniã diminutæ sunt ueritates à filijs hominum. Et fontem unde hoc malum dimanet, de-
Psalm. 5. clarat Dauid dicens, quoniam non est in ore eorum ueritas, cor eorum uanum est. Non significat hic q̃ ex fallacia linguæ, nasceretur fallacia cordis, sed ècontra. Et est figura, quam Græci uocant Hyperbaton, quæ uerborum permutat ordinem, & sic intelligitur, qa eorum cor est uanum, non est in ore illorum ueritas. Et hic est natura-
Arist. 1. Physico. lis ordo. Vt. n. Aristo. ait, uanum est qđ non consequitur suum finem & quia naturalis finis humanæ rationis, est cognoscere ueritatem, & hoc est eius naturale desiderium, 2
ideò horum cor uanum appellat quia finẽ suum naturalem non conseqtur, q̃ est scire ueritatem, nec habet desiderium sciẽdi eã, quod etiam illi é naturale. Quòd si cor uocatur uanum, quia nescit ueritatẽ, nec eam scire desiderat, etiam uocabitur uanum si curat ueritatem, quam sit, absc̃odere, ut alij mendacium tanquam ueritatem credant. Etiam dicit cor uanũ ac uacuum, quod Dei amore caret, & charitatem erga proximum non habet, qui est cælestis liquor, q̃ humanum cor adimplere solet. Etex eo q̃ cor ita uacuum sit, prouenit, ut lingua mẽdacium loquatur in offensionem Dei, & proximi incommodum. Atq́; hæc mendacia sũt gra-
uiora, & maioris incommodi in eis, quorũ 3
officium est curare, ut ueritas sciatur, ut in iustitia rectitudo obseruetur. Idcirco dixit Iethro Moysi genero suo, prouide de omni plebe, uiros potentes, & timẽtes Deum, in
Exo. 18. quibus sit ueritas, & qui oderint auaritiam,

Dicit ulterius S.Euangelium, q̃ uidẽtes Pharisęi q̃ sanctissimus Redemptor mũdi ingressus est cum illo admirabili triumpho Hierosolymã, & uniuersi hoies exierũt obuiam ei, cum ramis & maximis clamoribus cum laudabant, dicentes: *Osanna, Benedictus qui uenit in nomine Domini Rex Israel.* Inuidiã repleti obstupuerunt, & rabie confi- 4
ciebantur, ac dicebant, uidetis, quia nihil ꝓficimus, ecce mundus totus post ipsum abit. Aduertite fratres, quod maior stimulus inuidiosi est propria eius inuidia, quæ semper eum torquet, & ex aliorũ prosperitate,
Plutarc. & gloria sagittas efficit, quibus cor eius trãsfigit. Ideò idonee Plutarchus inuidiam ulcus aiæ nuncupauit, quia semper putredine
Socra. odij, & malitiæ manat. Et Socrates illã serã aiæ appellauit. Quia semp abscindit, & per
Basili. cutit aiam. Et S.Basilius eam aię ærugine nocat, quę ferrum consumit, sic inuidia inui-
Chryso. diosi uiscera cõsumit. Et S.Chrysostomus dicit illam esse tineam cordis. Et dicit inuidiosos quodammodo peiores esse diabolis. Diaboli.n.alijs diabolis non inuident, qui sunt eiusdem suæ naturæ. Hõ uerò nemini inuidet, nisi illis, qui suæ naturæ sunt. Pro-
Gregor. Nazianz pterea S.Gregorius Nazianzenus hoc uitiũ inter oĩa iniustissimũ dicit: Et iustissimè iustissimum. Iniustissimum, quia est contra 5
bonos. Et iustissimum, quia magis autorem suum torquet, q̃ illum, cui inuidet. Nullus est tam atrox carnifex in alios, q̃ inuidiosus in se, nec est peccatum, in quo similior quis sit dæmoni, quam in hoc, nam: Inuidia diaboli intrauit mors in orbem terrarũ. Cùm
Sap.1. igitur hoc ita sit, apertè cognoscetis fratres mei, quantum curare debeatis, ut hanc pestimã pestem à uobis excutiatis, & feruentissime diuinam Maiestatem deprecemini, ut eam à cordibus uestris expellat, nec in illis radices agere patiatur. Illa.n.est, quę hoies
Simile. ingratos reddit, & efficit ne Dei beneficia æstiment. Quemadmodũ ligna uiridissima, si igni applicentur, non solùm nõ accendũ-
6 tur, sed ignẽ humiditate sua extinguũt. Ita sunt inuidiosi, qui non solùm beneficijs nõ inflãmantur, sed illa contemnunt, ut apparuit in his maledictis hoibus, qui tot beneficia, quot in illos Deus contulit, tot miracula coram eis faciens, ut eos illuminaret, suauissimis prædicationibus illos ad miam inuitans, atq; æternis pœnis illos comminans, oẽs hos ignes sua malitia & inuidia extinxerunt, duriores in dies ac proteruiores remanentes. Simillimi erant maioribus suis, de quibus Dauid, postquam præstantis- Psalm.77
sima beneficia narrauerat, quę Deus illis fecerat, subdidit hæc uerba, in oĩbus his peccauerũt adhuc, neque speraũerunt in saluta-
ri eius. Maledicta gẽs, q̃ tot beneficijs, quasi Simile.
diuinis ignibus, non inflammati sunt amore, ueruntamen in suis peccatis, sicut diffidẽtes remanserunt. Non sunt ita boni, qui uis- 7
cera sua ita disposita habent, ut minima quaq; scintilla in amorem inflammentur, sicut stipulæ sulphure delibutæ quacunque scintilla ignis incenduntur, ita sunt iusti, tã pleni bono, & ab omni malo humore alieni, ut quouis beneficio inflãmentur, & quouis uerbo sancto diuino amore incendãtur. Rogate fratres mei diuinam Maiestatẽ, ut uiscera uestra ab oĩ malitia, & inuidia exicet, ut diuina eius beneficia illis adhæreant: & ea suo diuino amore accendat.

Erant autem quidẽ Gentiles. Peracto illo solemni triumpho nõnulli Gentiles, qui ad festum uenerant, desiderantes Dñm uidere accesserunt ad S.Philippum, & rogauerunt illum, ut Dñm sibi ostenderet. S.Philippus 8
dixit hoc S.Andreæ, & ambo diuino Magistro suo nunciauerunt, quod erant illic Gentiles, qui illum uolebant uidere. In hoc decemur, quod ea, quæ ad nostram salutẽ spiritualem spectant, non cum hoibus perditis, & dissolutis, sed cum Apostolis & seruis Dei debemus cõicare. Vnum ex maioribus beneficijs, quod Deus suis in hoc seculo facit, est inclinare eos, ut cum suis electis conuersentur, & hos eligant confessores, & conscientiæ suæ cõsiliarios. Ego audeo dicere, & credo, q̃ multi in peccatis suis remanẽt, eo quod bonos cõfessores non inuenerint. Peccauit Iudas, & inuenit malos sacerdo- Matth.17
tes, qui cùm deberent ei bonum aliqđ cõsilium præstare, remediũ, quod ei dederunt, fuit dicere, quid ad nos? tu uideris. Nostra nihil interest, uidisses tu quid fecisses. Et sic quia nõ inuenit remedium uenit, ut desperaret. Peccauerunt Hierosolymitani etiam 9
in morte Iesu Christi, & quia inuenerunt S.Petrum, & alios Apostolos, multi ex illis pniam egerunt, & salui facti sunt. O Christiani, si hæc cura anxietatẽ uobis afferret, & noctu expergisci, ac die suspẽsos uos faceret incedere, aliter illã ageretis. Maxima miseria est, q̃ si infirmamini non contenti estis, nisi uos melior medicus curet. Sed qđ dico si infirmamini? si equus tuus infirmat, &

& qđẽ si asinus tuus est uulneratus, melio-
rẽ ueterinarium statim uocari, & accersiri iubes. Miseræ uerò aiæ, q̃ mortalibus uulneribꝰ repleta est uidet uobis sufficere qlibet confessor. O miseras uos animas, q̃ tam parui estimamini, ut nõ tanta cura de uobis habeatur, quanta de asino, q̃ quinq; aureos ualet. Videbitis aliũ, q̃ mille fraudibus, & grauissimis peccatis oneratus est, & scit sacerdotẽ esse imperitũ, & de industria eũ inconfessariũ eligit, & tã securus postea manet illius consilijs, & cum rebus quas ille sibi ꝓcipit, ac cũ oĩum Doctorũ sententia concordarent, q̃ ad literã calamitatẽ hãc plorabat
Hies.15. Sanctus Propheta Hieremias loquẽs cum Deo & dicens: A,a a, bñe Deus, Prophetæ dicunt eis: Nõ uidebitis gladiũ, & fames, nõ erit in uobis, sed pacem uerã dabit uobis i loco isto. Et dixit Dñs ad me: Falsò ꝓphetę uaticinant in noĩe meo, nõ misi eos, & nõ ꝓcepi eis, neq. locutꝰ sũ ad eos uisionẽ mẽdacẽ, & diuinationẽ, & fraudulẽtiã, & seductionem cordis sui ꝓphetãt uobis. Idcirco hæc dicit Dñs de ꝓphetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi dicentes: Gla-
11 dius, & fames nõ erit i terra hac. In gladio, & fame consumẽt ꝓphetę illi. Et populi, qbus ꝓphetant erunt proiecti in uijs Hierusalem ꝓ famæ, & gladio. & non erit q̃ sepeliat eos, Cõsiliarij, & petentes consilia peribunt, utrorumq̃ erit infelix finis, & ab ira Dei cõprehendent. Petis cõsiliũ ab hominibus deprauatę conscientiæ, petis ab eis sũb scriptionẽ, ut securus sis in iniustitijs, quas ꝓximis tuis facis. O q̃ parũ ꝓderũt hæ sub scriptiones in die ultimę iręi Dei ut ipse hic dicit Hieremiæ de illis prohetis mendacibus, & illis, quos ipsi suis mendacij securos reddebant se pœnas sumpturum esse.

Iesus autẽ respondit eis dicens, uenit hora
12 *ut clarificetur filius hominis, nisi granũ frumẽti, &c.* Hoc dixit ut significaret gentes conuertẽdas esse si ipse prius moreretur. Et postea magis se declarauit dicẽs: Et, *Ego si exaltatus fuero a terra oĩa trahã ad me ipsũ.* Quo Dñe: Hoc opus tã necessariũ, scilicet, ut nos ad te attrahas, & membra corporis tui mystici facias. ponis sub cõditione. Res hæc est digna, q̃ sub cõditione ponat, q̃nq; dies ante mortẽ tuam nobis dicis: Si exaltatus fuero a terra oĩa trahã ad me ipsum? finminus qđ facient illi q̃ quinq; mille annos sunt sperantes tua beatifica uisione frui? qđ faciet uniuersus mundus crudelissimæ Sathanæ tyrãnidi subiectus? quid sentiret hõ, qui ab aliquo uiro nobili maxima beneficia speraret, quæ ille sępe sibi promisit si cũ ea facturus esset diceret, si abiero i curiã, facia tibi hæc beneficia, sin minus, non faciã. Heu me miserum (diceret) nũc mihi istud dicis? melius esset si spẽ mihi non dedisses, q̃ quod beneficia, q̃ mihi toties promisisti, nũc sub dubio, & cõditione ponere. S.Augu Simile. Auguſt.
stinus affirmat q̃ hæc nota, si, idẽ significat, q̃ cum: aduerbiũ temporis, idest, cũ ego exaltatus fuero à terra, et crucifixus, oĩa trahã 13
ad me ipsum. Bene est: sed accipiamus illud subtilius in uigore conditionalis. Dico qđ mori Christũ ꝓ redẽptione nostra fuit uolũtariũ, q̃ sicut nos libere creauit et potuit nos non creare, et nihil illũ ad nos creãdos compulit. Sic libere nos redemit, & potuit nos non redimere, ac nihil ad nos redimendos illum cõpulit nisi solus amor. Atq; hoc pœnale mediũ sicut uoluit, potuit noluisse et alia plurima media habuit ad nos saluandos. Sed uoluit nobis hoc tm beneficiũ facere, hoc medio molesto, atq; amaro, ad corda nostra uincienda. Et ita mysteriosè dicit si exaltatus fuero à terra, uoluit in aere mo- 14
ri, qa aer ẽ cõmunis: et sic eum uocat sacra scriptura dicens, cõmunẽ aerẽ accepi. Benè Sap.7.
potest aliquis terrã, et aquã circundare, ita, ut nemo ad eã accedat, aere verò quãuis nolis intra domũ tuã, et loquẽs tecũ fruor. Nemo põt dicere: Hic aer ẽ meus. Sic mors Iesu Christi ex se ẽ uniuersalis oĩbus, et idcir co uoluit in aere pati, ut significaret quam commune, et uniuersale sit hoc bonum.

Dicit amplius: *Omnia trahã.* Oĩa dicit se attracturum esse ad se, q̃ sunt hoies, et hi sunt oĩa, quia oĩbus rebus participant. Habent esse cũ lapidibus, et elemẽtis, accrescunt uelut plantę, sentiunt sicuti animalia, et intellectu, ac ratione participãt sicut Angeli. Sed 15
agamus mõ de hac attractione huius sup nti Dñi, qua nos ad se attraxit. Quæ cathena fuit hęc, aut q̃ laquei, quos ex cruce eonie cit, ut nos ad se allicere? si enim dignè hoc uerbũ, trahã, consideretur, significat idem, qđ ui allicere. Christianum autẽ ꝓ uim allici intollerabile est. Beatus Augustinus di Aug. de
cit: cætera potest hõ nolens, credere autem prædestinatione
non nisi uolens. Quomodo ergo uult bonꝰ Sanctorũ.
Iesus nos ad se trahere, et q̃ in eum inuiti credamus? Ad hoc dico, qđ est modus loquendi, quo sæpe utimur. Tot beneficiis te aliquis deuincit, ut quanuis difficillimum

quid-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quidq; tibi præcipiat, nescias tñ tenuere, qđ si interrogeris, quare hoc feceris? dicis tñe nõ potui aliter facere, coactus fui obligatione, & beneficijs, qbus me deuinxit. Hæc igitur est cathena, q̃ nobis iniecit ex cruce diuinus Saluator noster. Qđ si in nobis aliqua esset gratitudinis scintilla, ei⁹ passione satis deuincti sumus, ut nihil aliud p̃ter illũ desiderem⁹. Itaq. p̃p nostrã tepiditatẽ op⁹ fuit, vt nos ita cõpelleret, totq; ac tã ineffabilibus beneficijs deuinciret. Huc spectat illud

Cant. 1.

16 sponsæ dicẽtis: trahe me post te, curremus. Quid dicis? si tu eum rogas vt te allitiat, qd necesse est ut cõpulsã te trahat? Atq; iterũ. Quomodo compatit, q̃ sponsa & dilecta p vim abeat post sponsum suũ? Non sic solẽt facere, q̃ intimo cordis affectu sponsos suos amant, in longissimas regiones uadũt, & usque, ad terminos orbis terrarũ pgunt ad q̃rendũ illos ut plurima peccata euitent, qũo ergò tu p uim itura es, cũ tã fideliter spon-

Ber. super Cant.

sum tuũ diligas. S. Bernardus sup hęc uerba dicit: Non ois, q̃ trahitur inuitus trahitur. Fieri potest, ut quis p uim trahatur, & tñ libẽter ueniat. Est aliquis cathenis uinctus, si

17 aliquò vult ire, bene potest dicere, trahe me post te, ideſt, ego uolo quanuis nõ possum. Trahe me sũmo brachiorũ tuorũ conatu, idẽ potest dicere infirmus, qui uult, & tamen non põt aliquo ire nisi brachijs feratur. Idcirco optimè dicit sponsa, qa non potest p se solam ad Deum accedere: trahe me

Psal. 118.

post te. Nos etiã dicamus oẽs cũ Dauid funes peccatorũ circũplexi sũt me, siquidem tu Dñe potestatem tibi reseruasti dicens: sine me nihil potestis facere, nihil fere nobis remanet nisi uelle. Quapp trahe nos si

Ioan. 15.

cut mater benigna infantẽ suum trahit & si cut sanus infirmum baiulat. Trahet utiq. & humeris quidem tanq̃ pastor bonos onem asportat. Dicit, etiã sponsa, trahã me post te. Si dixisset, ad te, melius cõuenir et cũ uerbis

18 Dñi? oĩa trahã ad me ipsum. Sed cũ dixerit, post te maior ẽ intelligentiã requirit. Verũ est qđ nemo potest uenire ad Christũ, nisi ueniat post Christum, ductus à patre, & Spiritu Sãcto: neque põt post eũ uenire nisi p cũ ueniat, q. dicit: Ego sum uia, ueritas, & uita. Ve uadas ad Christũ, oportet te ire p Christũ, & post Christum, & Christi uiribus

2. Co. 3.

ductũ. Oĩa tibi debemus Dñe, cũ non possimus cogitare aliquid ex nobis, tanq̃ ex nobis: sed sufficiẽtia nostra ex Deo est. Nec bonã qdem cogitationẽ, absq. tuo auxilio possumus, pducere. Multi sunt, qui uolunt ire ad Christũ, ueruntamen nõ p Christũ neq; post Christũ. Volunt mori, ut iusti, & uiuere, ut peccatores. Sic dicebat Balaã, moriat

Num. 23.

aĩa mea morte iustorum, & fiãt nouissima mea horũ similia. Cũ esset idololatra, & sicut talis uiueret, volebat iustorũ morte mori. Huiusce modi sunt innumerabiles hoies in mundo, de qb. dicit Sanctus Bernardus,

Bernar.

Nõ curant quærere, quẽ tñ desiderant inuenire, cupientes conseq, & non seq. Si uis in

19 uenire oportet te q̃rere, atq; si uis conseq oportet seq, alioquin non habebis partem cũ Deo. O suauissime sponse aĩarũ nostrarũ Amator filiorũ Adę, rogam⁹ te p uiscera clemẽtiæ tuę, ut nos doceas, & cõfortes, ut ad te eamus, p te, & post te curramus. Trahe nos ad te, hoc ẽ ad tuã clarã uisionẽ, & gloriã, Et p te hoc est, p gratiã & auxiliũ tuũ, & post te, hoc est, p uerã imitationem uitæ tuę sãctissimę, & tuarũ altissimarũ uirtutũ. Hoc fratres mei debetis efficacissimè desiderare, & ardentissimè diuinã Maiestatẽ illud exorare. Et quantũ ex uobis est, debetis efficere quãtũ possibile ẽ, ut hoc cõficiatis. Dicit ulteriùs sponsa. Curremus. Vude tibi

20 tãta, puenit uelocitas, ut audeas dicere statim: Currem⁹? q̃ antea nõ potetas moueri, qũo nunc audes currere? Verũ ẽ, q. illi quẽ De⁹ trahit, nõ solũ pedes ad currendũ, sed

Psal. 118.

ẽt alas largit ad uolandũ. Et sic ipse Dauid, q. dixit, Funes peccatorũ circũplexi sũt me, dixit ẽt: Viã mandatorũ tuorũ cucurri cũ di-

2. Cor. 3.

latasti cor meũ. Et idẽ Sanctus Paulus, q. di-

Phil. 4.

xit: Nõ sumus sufficiẽtes cogitare aliqd ex

Esai. 4.

nobis dixit ẽt: Oĩa possum in eo, quĩ me cõfortat. Quę oĩa clarius expressit Sãct⁹ Propheta Esaias dicẽs, Deus sempiternus Dñs, qui creauit terminos terrę nõ deficiet, neq; laborabit, neq; est inuestigatio sapiẽtię ei⁹: Qui dat lasso uirtutẽ, & his, q. nõ sunt fortitudinẽ, & robur multiplicat: deficient pueri, & laborabũt, & iuuenes in infirmitate cadent, q. aũt sperant in Dño, mutabunt fortitudinẽ assument pẽnas sicut aquilę, current, & nõ laborabunt, ambulabunt, & non defi-

21 ciẽt. Ille Deus oĩpotens, cuius sapientię nõ est numerus, nec fatigat, aut deficit operibus, q̃ facit, aliquo mõ cõicat has conditiones amicis suis, quibus, cum sint debiles ad mirabilem fortitudinem concedit, qua remanent, quasi infatigabiles. Iuniores, & robustiores fatigabuntur, ij aũt qui sperant in Domino non lacescent, neq; deficient. Qui

est

est baculus, in quem inniteris cum talẽ habeas fiduciam? Inniteris ne in arundinem tuam? An cũ sis in alta rupis crepidine injcis manus ad aerem, ut ei inhæreas, & non excidas? quam spem potes habere in aere, ad quẽ licet manus injcias, non inuenies q̃ aut qũo apprehendas, si antẽ fortissimæ columnæ adhæreas, quantumuis debilis sis, securus tñ es. Si Deo adhæreas, eris cum fiducia, & non deficies. Qui aũt sperant in domino, mutabunt fortitudinem suam. Antea erant fortes ad malum, nũc uerò fortes erũt

22 ad bonum. Etiam humanam, & naturalem fortitudinem, insup naturalem fortitudinẽ commutabunt, & cum ea facient, quod cogitauerunt, q̃ assument pœnas, ut aqlæ. Cũ hoc uolo prędicationi finem imponere, qđ illa, quæ cœpit in singulari dicere Trahe me: dicit nunc: curremus. Ita enim corroborat, qui à Deo trahitur, ut alios curet attrahere. Non contentus est cum currat; & uelut aquila uoler, nec in aliqua sanctarum exercitationum fatigatur sed curat, ut alij etiam in seruitute huius diuini sponsi currant, & uolent. Atque etiam Ecclesia, quæ loquitur, quanuis in amore vna sit, est tamen multorum collegium, & ideo omnes nos debemus inuicem confortare, & alter alterius onera subleuare. Nam idcirco Sanctus Au-

Augustin. su 2. Psal. 41.

gustinus ecclesiam ceruorum multitudinẽ comparat. De quibus legitur, quod cum ali quod longum iret conficiunt, aut profundum uadum prætereunt, sese hoc modo inuicem adiuuant. Cùm habeant grauissima capita propter cornuum magnitudinem, p

23 ordinem uadunt unus post unum, & alteri super alterorum terga imponũt capita sua. Et quia omnibus antecedunt, non habent super quem capita sua reclinent, regrediunt post ultimos, & sic omnes inuicem subleuãtur, & hac admirabili industria confortati longissima itinera conficiunt. Si ergo hęc bruta animantia tale instinctum habent; & sibi ita fauere sciunt; quare homines ratione præditi, & præsertim Christiani catholicæ fidei lumine illustrati, & diuina lege edocti non uos confortamus, & alij alios subleuamus, ut hanc spiritualis uitæ uiam peeur-

24 ramus? Sic nos exhortatur Sanctus Paulus dicens. Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legẽ Christi, qui ex cruce tales laqueos nobis iniecit, & tam singularib⁹ beneficijs nos deuinxit, ut hoc, & multo plus

•porteat nos propter illũ facere, & præter beneficia, quæ iam in nos contulit, & quæ quotidie confert, gratia sua nos fulciens, æterna nobis gloriæ prędia pręparauit. Ad quam nos perducat Iesus. Amen. 25

Dominica in ramis Palmarum.

Cum appropinquaßet Iesus Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad montem Oliueti, &c. Matth. 21.

HODIE celebramus admirabilem illum triumphum, quo imperator cœli, & terræ Iesus Christus filius Dei ingressus est 1
Hierosolymam, paucos dies ante suam sanctissimam passionem. Quem triumphum accepit humillimus dominus sedens super asinam. Mysterium autem propter quod ita uoluit ingredi, fuit ut tanquam princeps, p phetarum illorum stylum seruaret, qui res futuras, non uerbis solum, sed operibus ét, ac ceremonijs prophetabunt. Cùm uolebãt aliquid in adiutorium cordibus magnopere imprimere, non solùm uerbis id dicebant, sed aliquibus signis exterioribus illud significabant. Atque hoc faciebant non ad libitum suum, sed quia ita Deus illis prędicebat. Ita prophetauit Samuel, quod Regnũ à Saule in Dauid transferendum erat, qñ 1. Reg. 15.
pallium Saulis abscidit per medium, dicens: scidit dñs Regnum Israel a te hodie. Prophe- 3. Reg. 11.
tauit ẽt Propheta. Ahias ad Ieroboam, diuidens pallium in duodecim partes, & dans illi decem partes, quod daturus esset ei dominus decem tribus filiorum Israel dicens. Ego scindam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus. Atq; ẽt propheta 2
uit Eliseus, quod Rex Ioab uicturus erat 4. Reg. 13.
ter regnum Syrię, prędicens illi, ut sagittas Esai. 20.
ad oriẽs conijceret, Sãctus propheta Esaias exuit se, ut prædicaret, quam nudati, & spo- Hier. 19.
liati remansuri erant Hierosolymitani propter scelera eorũ. S. Hieremias cinxit se ca- Ezech. 12.
thenis, & fregit urnas coram populo, ut significaret, quam alligandi, & confringendi erant Hebręi. Et S. Propheta Ezechiel prædicepit Deus dicens: Fac tibi uasa transmigrationis, & transmigrabis coram eis p diẽ. Accipe peram tuam in humeris tuis quasi uiator: & incipe uasa, & suppellectilia tua auferre, & pfode murũ ciuitatis, & fac in eo fora-

men,

men atque oĩa ſupellectilia tua ꝑ illud extrahe extra ciuitatem in meridie, ut omnes iſtud uideant. Vt in hoc ſignificaret Aſſyrios uenturos eſſe, & illos uinctos eſſe dicturos.
Ita Chriſtus redemptor noſter tanꝝ caput
3 & dñs pphetarũ (ut ait S. Hieronymus, S. Auguſtinus, S. Chryſoſtomus, & Origenes) uoluit hoc facto principalem aduentus ſui effectũ ſignificare, q fuit, ut a uinculis peccati Gẽtilicum & Iudaicũ populum ſolueret,
Hieron. Auguſt. Chryſoſt. Origen. & ad ſuã obedientiam redigeret. Et ob hãc cãm duo illa animalia afferri iuſſit, & ſedẽs mõ in uno, mõ in altero glorioſo illo triumpho cõdecoratus eſt. Et qa dñs ueniebat, ad attrahenda corda, & efficiendũ, ut ſuæ diuinę uoluntati obedirent, uoluit, vt Ꝑcti Apoſtoli q in hoc negotio miniſtri, & coadiutores ſui futuri erant, & ſacratiſſimũ hoc myſteriũ ſecũ operaturi erant, primi eſſent, q ſibi obtemperarent, & ita dicit eis: *Ite in caſtellum, &c.* Illi aũt nõ ſo. ũ obedierunt, euntes ad q̃rendum animalia, ſed plus etiam fecerunt, q̃ dñs illis præceperat, cum. n. iumẽta abſq; clitellis, aut aliquo opertorio uenirent, impoſuerunt ſup ea ueſtimenta ſua, tã pp honeſtatẽ, & decorum, q̃ ut bonus Ieſus cum minori labore ſup ea ueniret. In hoc, mirabilem nobis doctrinam tradiderunt, q nõ debemus eſſe cõtenti, facientes ſolum ea quæ nobis abſoluto ꝓcepto Deus imperat, ſed debemus curare multo plura facere. In
Gene. 24. Geneſ. legiſ q ſeruus Abrahę petijt ſignum à dño, ut cognoſceret illam eſſe, q̃ elegerat uxorem Iſaac, quæ plura faceret, q̃ ipſe ab ea poſtularet. Et ita dixit: igit puella cui ego dixero, inclina hydriam tuam, ut bibam, & illa rñderit, bibe, qn et camelis tuis dabo potum, ipſa eſt q̃ ꝓparaſti ſeruo tuo Iſaac. Sic eſt ꝓfecto ꝓſpicuum ſignum, q illas animas eligit Deus in ſpõſas unigeniti filij ſui, quæ non contentę facere, q ab eis petiũ, multo plura faciunt. Quid autem mirum ſi animæ diuino amore plenæ tam promptę ſint ſer-
5 uituti Dei, cum uideamus promptitudinẽ, qua hoĩes alijs hoĩbus obediunt, p minima quaq; ꝓpali utilitate? q̃ mirabile ẽ uiſo, qũo pueri, qui regio cubiculo ſeruiunt ſunt ad oſtium cubiculi Regis, et q̃uis ſuauiſſima cõuerſatione amicorum ſuorum occupati ſint regiam tñ uocẽ audiẽtes, ꝓtinus oĩa ſumma cum agilitate, et uoluptate deſerunt, et ad eum ꝓperant. Quid ergo oporteret nos facere ad uocem Dei, qua promptitudine, qua affectione, & uoluptate oportet ut nos faciam?, q̃ diuina Maieſtas nobis imperat, & ob hãc cãm humanas uoluptates relinquam?, ſed heu frates q̃tum circa hoc lachrymandum eſt? ſi terreno Regi placentes tantã uti litatẽ cõſequuturi eſſetis, ut uos principes, aut magnates regni ſui faceret, & ſimul ꝓregiã coronã iuraret, q vbi primum ſeruitium ueſtrum ſibi diſplicuerit uos ad trierium ſua 6
rum remum miſſurus eſſet, dicite fratres q̃ diligenter ꝓceptorum eius regulã addiſcere tis, q̃tum in eorum executione uigilaretis? q̃tum cõfortaremini ad ea oĩa facieda, qbus ſciretis uos Regi eſſe placituros? O bñdicãt tibi Angeli redemptor aĩæ meę, q nos tole
ras, cum ſimus tã mali ut cum tu decreueris, q cuſtodictib⁹ legẽ amoris tui teipſum, ac regnum tuum dabis pro ꝑmio, negligentes autẽ hãc legẽ, & illã uiolãtes, ad æternũ inferni remum in corpore, & aĩa cõpelles. & q priùs cœlum, ac terra ꝓteribunt, q̃ hęc tua ueritas deficiat, & tñ hanc legem paſſim audemus uiolare? O dñe ſupremę maieſta- 7
ris, ſiquidẽ nobis imperaſti, vt ibi ſeruirem⁹, et ſimul deſignaſti, quibus rebus ſeruire deberemus, inclina uoluntates noſtras ad tuã diuinam obedientiam. Nam eo quod à tua diuina lege auerſi incedimus, non miror verbera, qb⁹ nos affligis, ſed ea, quibus nõ affligis. Ad hoc propoſitum audite rẽ magnope
re metuendã, q̃ refert ſacra ſcriptura. Salma 4. Reg. 17
naſar Aſyriorum Rex uenit cum exercitu et poteſtate magna, et uniuerſam Samariã cœpit, et ducẽs captiuos ex Samaria in regionẽ ſuã, adduxit alios de ſubditis ſuis, et collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Iſrael, qui poſſiderent Samariã, ſibi perſuadens ſecurius eſſe regnum illud ſi oẽs
eius ciuitates, et arces ſubditis ſuis traderet poſſidendas. Cumq; hi Aſſyrij ibi habitare 8
cœpiſſent idolis ſuis immolabant; erant. n. Gentiles) et dicit ſanctus textus, q̃ miſit in eos Deus plagã magnã, leones ſcilicet, q interficiebãt eos. Nunciatumq; eſt Regi Aſſyriorum, et dictum, gentes, quas tranſtuliſti, et habitare feciſti i ciuitatib⁹ Samariæ ignorãt legitima Dei terrę, et immiſit in eos dñs
eones, et ecce interficiunt eos: eo q̃ ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem Rex Aſſyriorum, ut duceret unus de ſacerdotibus, quos inde captiuos adduxerant, et iret, atq; habitaret cum eis, ut ſubditos ſuos legẽ Dei doceret. Cum igit uenisſet unus de ſacerdotibus illis, et eos legem domini erudiret, ſtatim plaga illa, et ſtrages ceſſauit. Res

Aſſy-

Simile

mirabilis hæc eſt, q cum eſſent illi idololatrę, & idola ſolerent adorare, non tamẽ pp illa peccata eos Deus puniebat, in patrijs ſuis, quia uerò poſtea eaſdẽ idololatrias cõmiſerunt, in regione ubi Deus adorari conſueuerat, mittit a montibus leones, q eos occidãt. Si igitur, ſolummodo quod eſſent intra limites illorum populorum, qui Deũ cognoſcebant, uult Diuina Maieſtas, ut le-
9 gem ſuã obſeruent, & eos tã acriter punit, eo q̃ in terra ſancta committunt idololatriam, cum tñ illi Deum nõ cognoſcerent, quid erit de nobis fratres mei, qui in Eccleſię Dei gremio nati ſum⁹, eiuſque ſanctiſſimã legẽ, & ſacramenta ſuſcepimus? Dicite peccatores, uſurarij, carnales, & qui de proximis ueſtris murmuratis, quis eſt Deus huius terræ? Cuius lex in ea cuſtodiũ? quẽ habetis in Deũ? Nunqd nõ eſt ille, q ꝓ nobis crucifixus eſt? quare ergo pecuniã, uoluptatẽ, murmurationẽq; adoratis? quare i terra tã ſancta tot idololatrias cõmittitis? qũo ſi obſeruatis legitima Dei terræ huius? Hãc legẽ Euangelicã, quã maiores noſtri cuſtodierunt in his regionibus, & propter cuius
10 obſeruãtiam plurimi ſanguinem ſuum effuderunt, & uitam ſuam perdiderunt, qũo & uos nõ obſeruatis? Cũ aũt eã non cuſtodiatis, ſed Deum huius terrę ſæpiſſimè offendatis: quare non deſcendũt ex montib⁹ leones, qui nos interficiant? O æterne Deus qd dicam? quia cùm tot ſint ſcelera noſtra, & tñ non deſcendunt immanes belluæ, quæ nos deuorẽt, ad magnum aliquod malum, & ſupplicium nos fortaſſe ſeruas. Plorate fratres, & ingemiſcite, quia ſi, cùm Chriſtiani, ſitis filijs ac nepotes Chriſtianorum, cũque tam male Dei legem obſeruetis, nõ tamen mittit Deus leones, qui uos uiuos deuorent, ad maiorem ueſtram condemnatio-
11 nem hoc erit, niſi mias ueſtras peſſimas mutaueritis, & tanta Dei patientia uſi fueritis. Ecſi poſſumus etiam dicere, quod peſtes, infirmitates, bella, & anguſtiæ, quibus Reges affliguntur, ut neceſſitate coacti grauiora onera & tributa ſubditis ſuis imponãt, omnes hæ calamitates, ſunt leones, & dracones, qui ab ira Dei procedunt, in ſupplicũ peccatorum noſtrorum. Ideo Dauid, iram Domini ignem uocauit dicens: Exordeſcet ſicut ignis ira tua. Ignis autem hic furoris Pſalm 88. Dei, peccatorũ noſtrorum ignis alitur. Si eorum pœnitentiam egerimus, erimus quaſi auferentes ligna ab hoc igne, & ſtatim ex

tinguetur. Et quanuis dixerit Deus per Malachi. Ego Deus, & non mutor: mutãtur tamen eius effectus iuxta hominum cõmutationes. Si ſpeculo mitẽ uultum oſtẽdas, abſque ulla commutatione illius, mitem etiã
vultum tibi oſtendet: ſi uero iracundum, ẽt iracundum ultum tibi repreſentabit. Talẽ repræſentat imaginem, qualis ſibi opponitur. Speculũ ſine maculã appellat ſacra ſcriptura Deum, aliquibus ſe mitẽ uelut agnũ
Sap. 7. oſtendit, quia illi ſunt mites, & miſericordes, alijs autem rugientem quaſi leonẽ, ſe repreſentat: quia ipſi ſunt crudeles, ac tyrãni. Itaque cum Deus incõmutabilis ſit, eius tamen effectus ſm noſtra opera commutãtur. Curemus ergò, ut hui⁹ ſupremi Dei le-
12 gem obſeruemus, ſiquidẽ tam deuincti ſumus ad id faciendum, & ſic eius ſororẽ mitigabimus, ut nõ mittat tot dracones, quot nobis paſſim mittit. Atq. ut maiori prõptitudine, ac diligentia huius diuinæ legis prę ceptis obtemperemus, oportet ut ſciamus peculiare Dei beneficium fuiſſe, legẽ hanc
Rom. 8. nobis dediſſe. Nam ut S Paulus affirmat, ſapientia carnis legi Dei non eſt ſubiecta; neque enim poteſt. Vocat his ſapientiam carnis, (ut declarant Caietanus, & Magiſt. ſup
Caietanus Magiſt. Sẽten. ſup. epiſto. ad Rom. 8. hunc locum) rationem, quatenꝰ ſenſualitatis impetu ducitur uiciosè, & ſic ſeruiẽs effrænato ſenſualitatis impetui, non poteſt legi Domini obedire. Quapp oportebit diuinam prouidentiã hominẽ aliquo remedio munire cõtra furioſos ſenſualitatis impulſus, ne ſenſualitas poſt ſe traheret rationẽ.
13 Atq; hoc remedium fuit ſtatuere leges ſenſualitati contrarias, ut fuit lex naturalis animę impreſſa, atq; olim lex Moyſi cũ plurimis præceptis, ad reprimendam ſenſualitatem malarum propenſionum hominum, & nunc lex gratiæ, quę eſt lex Spiritus uitę in Chriſto Ieſu, ut ibidem dicit Sanctus Paulus: quę tanquã lex gratię effectus ſuos producit iuxta nomen ſuum multam enim gratiã obſeruantibus ſe affert, qua uires accipit ratio, & ſenſualitas illas deperdit, & ſic poſtquã ſanctus Paulus tãtopere cõqueſtꝰ
Rom. 7. eſt de ſenſualitate ſua dicens: uideo aliã legem in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meę, & captiuantẽ me in lege peccati, quę
14 eſt in mẽbris meis. Infælix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et reſpõdet ſtatim dicẽs, gratia Dei p Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & concludit his verbis: Igit ego ipſe mente ſeruio legi Dei.

Itaque

Itaque per obseruantiam legis impetratur gratia Iesu Christi largitoris illius, qua sen sualitatis impetus superantur, ut cum maio re libertate, & facilitate postea ipsi Domino seruiamus.

¶ Optimè debetis intellexisse fratres mei, hanc altissimã veritatem obedientię, tã ope re, quã uerbo à sanctis discipulis Saluatoris nostri nos edoctã fuisse. Atq; hodie, ut de il le loqueremur, occasione sumpsimus ex fa cilitate, qua obedierunt hi duo Apostoli, q ad querendum animalia profecti sunt plus etiam facientes, quam sibi præceptum erat.

Ioan. 13. Et est ualde notandũ, quòd in nocte Pas sionis solum Iudam misit dicens, quid fa cit, fac citius. modo uerò ad offerendam asi nã, & pullum eius, cum unus sufficeret ex il lis, aut puer aliquis posset illa anima alia af ferre (qa satis domestica erãt) uoluit duos mittere. Iudam solum dimisit, ut siquidem à diabolo ducendus erat solus duceretur, hos autẽ duos misit, ut significaret, quod ad bona opera semper debemus societatẽ desi derare, ut nõ simus soli in seruitio Dei, Mo do autem è contra fit, cum uaditis ad uẽdẽ
16 dum Iesum Christum semper defertis so cietatem, semper alij alios inuitatis ad pec candum, cùm uerò ad aliquod bonũ op⁹ fa ciendum disceditis, semper soli discceditis, uix enim est, qui vos comitetur ad faciendũ bonũ. Itaq; possemus nũc flere, quod flebat Hieremias dicens: uię Sion lugent, eo quod non sint, qui ueniant ad solennitatem. O sã
Thre. 1. cte Deus, quàm miserabile est uidere, quã repletę sint uię inferni, non plorant profec tò, eo quòd non sit, qui per eas ambulet. Quàm plenę sunt uiæ Indiarum ijs qui ra dunt ad quærendum pecuniam, quam ple næ sunt uiæ commerciorum mercatorib⁹, qui uadunt, ut alios decipiant, quam plenæ sunt uiæ tribunalium, litigantibus, qui il
17 luc properant, ut se inuicem sicut cati dila nient. Non plorant uiæ turpitudinum, om nes enim sunt plenæ. Non lugẽt uiæ ludo rum, aut comœdiarum, nec uiæ peccatorũ, cum omnes ita repletæ sint, ut uix uiæ iter facientes possint capere. Lugent autem uiæ hospitalium, lugent, uiæ carcerum, quod vix sit, qui uadat ad uisitandum infirmum, ad consolandum uinctum, aut qui minimo quouis refrigerio pauperi subueniat. Lugẽt uiæ pœnitentiæ, lugent denique oẽs uiæ uir tutum, eo q; uix sit, qui per eas ambulet. Vi dere quot sanctissimũ sacramentũ corporis Dñi nostri Iesu Christi, eum per uias defer tur, comitẽtur: quare nõ pudẽt nos tãtę im pudentię, qua erga tantũ Dñm utimur? Dũ autẽ inops defunctus ad sepeliẽdũ defertur, qs cũ eo opus charitatis implet? Aut forte arbitramini solũ esse opus misericordię di uitẽ sepelire, cũ hũc tantũ modo comitemi ni? Ecce qũo uiæ uirtutis lugent, & uię cæ-
li lamentantur, eo quod non sit, qui per eas 18
ambules. Iudas proditor Christi est, qui sẽ per defert socios: Apostolus autem sanctus uix alium reperit, qui illum comitetur.

Venerunt ergò sancti apostoli, & anima lis attulerunt, atque eũ desuper sedere feçe runt. Sedente Dño super asinã, homines, q cũ illo ueniebat sacrosancto quodã feruo re ceperunt inflammari, ab Spiritu sancto inspirari, qui eos inauditam illã docuit can tilenã. *Osanna filio Dauid: osanna in excel-* Simile.
sis. Quæ nouitas hæc est bona gens? tã diu illum comitati estis, & tacuistis nunc autẽ, eũ illũ super tam humilia iumenta sedẽ- 19
tem cõspicitis, sic inflãmamini? Auditis so nitum organorũ, non tamen uideris illum, qui tangit organũ, quia latet in angulo: ita hic audiuntur uoces, & sonitus, non autem aspiciebatur Spiritus sanctus, qui tangebat organa uiscerum in illorũ & illos has lau des extollere cõpellebat. Erant tunc i ciui tate plurimi, qui ad festũ indespensabile ue nerant, scilicet, ad pascha azymorum, qui audiẽtes sanctissimũ Prophetam Iesum cũ illo triumpho ingredi, omnes ei obuiam exeunt, & alij alijs cõiuncti inuicẽ incitan tur ad cœleste illud canticũ extollendum. Quidam cõscendebant in arbores, & scin debãt ramos, alij uerò uestimẽta sua humi 20
sternebat, qua transiturus erat Dñs. Non oẽs unam rem sciebant, sed quidã, uni ser uitio, quidã uerò alij intendebãt. Non pe rit Deus ab omnibus unũ, & idẽ seruitii ge nus; aliter enim oportet fratrẽ, & clericũ, ali ter uero hoinẽ matrimonio deuinctũ Deo seruire. Atq; necesse est, ut quando res præ cipiũtur, etiam in eodem statu, uniuscuiuf que uires considerẽmur. Ideò in Deutero- Deut. 22.
nom. præcepit Deus dicens. In boue simul & asino non arabis. Non imponendum est idem iugum super bouem potentem, & su per asinum debilem. Sed unicuique secun dũ uires suas, fortiori plus oneris, debilio- ri uero minus ẽ imponendum, iuxta cuiuf que uires: In hoc autem non omnes occupa bantur, scilicet, in laudando Deum, & sic huic

huic exercitio oportet nos cuiuscunq; con dõnis simus frequentissimè tradamus: siqui dem nemo potest tam inops esse tẽporis, Isa. 43. cui ad hoc faciendum desit opportunitas per Esaiam dicit Deus; Populum istum for maui mihi, ideſt, hunc populum feci mihi singulariter ad seruitutem meam. Et in q- bus præcipuè tibi seruire debet Domine? Addit statim dicens: Laudẽ meã narrabit. Formaui eum, ut in me laudando occupa- ret. Hic est populus Christianus, qui tot be neficia à Deo accepit, & qui tantopere de- 1. Petr. 2. bet Deum magnificare. Et ita Sanctus Pe trus apertius declarat, hoc de populo Chri stiano intelligi, cum dicat: Vos autẽ genus electum, regulare sacerdotium, gens san cta, populus acquisitionis. Vos (inquit) gẽs tam electa à Deo, ut solẽt in mundo Re- ges eligi, ac sacerdotes: gẽs Christi Iesu san guine consecrata, populus acquisitus eius pretiosissima morte. O æternæ Deus i quo debent sistere tot res? aut quare tot benefi
21 cia in hac gente cumulauit? Vt virtutes an nuncietis eius, qui uos uocauit in admira- bile lumen suũ. O admirabile Christiano- rũ officiũ! Idcircò nobis tot beneficia fecit, & ad fidei lumen admirabile nos adduxit: ut noctu, dieq; huius optimi Domini uirtu tes, & excellentias non satiemur pręconijs declarare. Quod si dicatis, quòd clericos, & monachos decet clamare, & uociferari lau dantes dñm: uobis autem hanc diuinarum laudum rationem, non conuenire, quia se-
22 culares estis, ad hoc respondeo, quod cum Apoc. 5. Sanctus Ioannes dicit; Audiui uocem An gelorũ multorum dicentium voce magna, Luc. 2. Dignus est agnus, qui occisus est, accipere uirtutem, & diuinitatem, & honorẽ, & glo riam, & benedictionem, illud, uoce magna, intelligitur magna mentis deuotione. Et cũ Sanctus Lucas dicit, qđ tam uenerabilis, & iã prouectæ ætatis fœmina sancta Elisabeth exclamauit uoce magna, dicens: Benedicta tu, &c. etiam declarandum est, ideſt, Magna mentis deuotione. Sic fratres mei positi in angulo domus uestræ, nec labia mouẽtes, cũ non fuerit opportunitas magna mẽtis de uotione potestis exclamare. Cũ (inquã) nõ fuerit opportunitas ad plus, quasi fuerit ma
23 xime uox exterior spiritũ adiuuat, mouet, & excitat. O si hoc uobis psuadere possẽ, ut unusquisq; in corde suo proponeret, pa- rãtpis manc, & parum uesperi in laudibus summi dñi omnium rerũ consumere, p ac ceptis beneficijs gratias agentes, & ad alia plura accipienda illic uos disponẽtes. Inci- pite nunc hoc per reuerẽtiã Dei, & experie mini, quid in uobis sentiatis. Vidit S. Ioãnes cęlestem q̃dam musicam, de qua dicit, & uocem, q̃ audiui, sicut citharędorũ, cithari Apo. 14.
zantium in citharis suis. Et cantabant quasi canticũ nouũ. Res mirabilis: Cantũ, quẽ cę lestes illi spiritus tot millia annorum can- tant, appellat, quasi cãticũ nouum. Et ratio est quia in qualibet hora sic delectant can- tantes, ac si tunc inciperent cãtare, & ideo quasi nouũ illum uocat, quia q̃tum ad uo luptatem, & suauitatem, qua canitur, ip est 24
nouus. Sperate ergò uos fratres in mi Dei, ille. n. uobis dabit gustum, & suauitatẽ, qua in dies magis ac magis in hoc sancto exerci tio delectemini, si illud incipere uelitis. Per pendite etiam quo has laudes & honores sedens super asinam accepit, lachrymas ab oculis effundens. Si ille Dñs, cui erat impos sibile peccare, tam breuiter, & quasi per transennam, gloriam accepit, quid nos fa cere oporteret? quis est hic somnus, quia tam tenaciter his caducis, & trãsitorijs reb. nos tradimus? Confundere, & erubesce fra ter mi, considerans q̃ libenter, ac suauiter quemcunq; honorem accipis, quo te homi Simile.
nes afficiunt. Cum Sol ad occidens pergit, quò magis occidit, eò magis umbrę accre- scunt, quæcunq; res corporea, quantumuis minima sit umbram maximam efficit, cum 25
uerò Sol in meridie est, omnes umbrę sũt minimæ. Sic cõtingit nobis. Quò enim ma- Sapien. 5.
gis a nobis Deus recedit, eo maiores nobis apparẽt res, & honores huius seculi, qui ue lut umbra ptereunt, Transierunt oĩa tanq̃ umbra. Qñ uerò Deus in medio hemisphe rij, ideſt cordis nostri, commorat tunc oẽs umbræ sunt minimæ, cũ. n. sic possideatur, illuminetur, & a Deo inflammetur, omnia minima & quasi nihil esset ducit. Et hoc Cant. 2.
est, quod ad literam significat sponsa, cum dicit; Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sponsus meus in 26
ter homines, est sicut pomus inter arbores montiũ. Arbores montiũ sunt rubus, robo ra, ilices, & quercus, quæ suauitatis fructum nõ proferũt. Vult igitur dicere, q. quicquid est in mundo præter Deum, aĩæ, est fructus syluarum, quercorum, & roborum. Omnia sunt glãdes duræ, & amaræ. O Christe dul cissime animarum nostrarũ amor, si scire- mus te uere, & ex animo diligere, q̃ amara om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

oia secularia nobis in tui cõparatione uide rentur,& quanta cũ amaritudine,& lachry mis te imitantes per honores transiremus.

Postquam illum tanta alacritate, & gau dio receperunt,ne bucellam quidem panis ei ad manducandum dederũt. O fratres ne nos in tantum defectum incidamus, mul tos uidebitis in Ecclesijs cum magnis rosa rijs,qui aliquot horas in Deo laudando cõ sumunt,postea uerò in eandem illiberalita
27 tẽ incidunt,(in q̃ hodierni homines incide runt)erga Deum in suis pauperibus:sunt.n. auari,& cum eis misericordiam non faciũt. Vnum ex illis,quæ debetis Deum rogare, quando illum orantes laudatis,est, ut nos misericordes faciat,& cupidos benefacien di omnibus,& præcipuè illis, qui meliores
Rom.12. sunt:quia sanctus Paulus,inter dona Spiri tus sancti,annumerat hoc, quod simus ne cessitatibus sanctorum cõicantes. Quòd si quidem daturi estis eleemosynam ; seruis Dei,potius quam aliis,illam curetis dare do num est peculiare Dei,& debetis illud fer uentissimè ab eo postulare.Si enim hoc do num habuissent homines,qui in hac pom pa,& solemnitate incedebant sancti sancto rum eiusq̃ sanctorum Apostolorum ne
28 cessitati subuenissent.Etiam ponit statim S. Paulus donum esse Spiritus sancti, nobis dari,ut simus hospitalitatem sectantes. Et tanquam donum eius illud debetis a Deo petere, ut uos hospitalitatis cupidos effi ciat,& hospitales Iesu Christi in suis paupe ribus uos reddat,ut illum abire non patia mini,sicut hi fecerunt.

Dicit sanctus Euangelista, quod ingre diente sic Domino impleta est illa proph e
Zach.9. tia Zachariæ dicentis. *Dicite filiæ Sion; Ecce rex tuus uenit tibi mansuetus, sedens super asinam*. S.Euangelistæ dicunt hic: mãsue tus:et si propheta dicit:Pauper. Quod pau per ingrederet certum est,quę enim maior
29 paupertas,quàm quod in asina,& pullo ac commodatis ueniret? & quod mansuetus quasi agnus ueniret,etiam est certum. Quę aũt causa esse potuit,ut Euangelistæ, man suetum pro pauper e ponerent? Ad hoc re spondetur, quod in sancta scriptura idẽ est dicere,pauperem,& dicere mãsuetum ut è contra aliquando idem est dives,& leo per exaggerationem. Et sic ubi nos legimus, di
Psalm.33. uites eguerunt,& esurierunt,dicit sanctus Hieronymus : leones eguerunt, & esurie runt. Idem est dicere pauperem, quod dice re mansuetum:paupertas enim ualdè man suetum hominem reddit. Et idem sunt di uitiæ,q̃ immanitas,& tyrannis , cùm divi tijs enim accrescit cupiditas, cupiditate ue Psalm.61.
ro efficiuntur homines tyranni. De quibus conquerit Deus per Prophetam dicentem: qui deuorant plebem meã sicut escã panis. Non dicit:sicut carnes, quę habent ossa, & resistentiã : nec sicut escam piscium,qui ha bent spinas,sed sicut escam panis,q̃ est suã uis,& mollis, in quo non reperitur resisten tia ad manducandum,& deorandum:non 30
enim habet ossa,aut spinas. Ita hi pusillani mes neminem audent,præter pauperem de uorare,non.n.habet os,aut spinam,aut re sistentiam, hunc quasi panem manducant , eiusq̃ substantiam sine contradictione di ripiunt , & sicut mirum est uidere diuitem mansuetum,ac modestũm,ita obstupendũ est uidere pauperem superbum,& elatum. Maximę cõfusionis,& pudoris est profectò videre monachum , aut monialem paupe res uoluntarios,qui tam libenter pauperta tem promiserunt obseruare , uidere(inq̃) 31
eos superbos, cùm sit sanctæ paupertati tã repugnans. Vnus ex finibus,propter quem paupertas uouetur,est,ut in tranquillitate, æquitate,& humilitate uiuatur . Et qui ab ea hæc accipere non curat,toto cælo aber rat.Inuitat te ergo Prophet a,hũc mãsuetis simũ Dñm recipias,qui uenit tibi, &c. Hic est maximũ mysterium,loquens.n.æternus Pater de hoc filij sui aduentu dicit per Mi Mich.5.
cheã.Ex te exiet mihi dux,& Dauid,in per Psalm.88.
sona Christi R.N.dicit,& anima mea illi ui Rom.1.
uet,& semen meum seruiet ipsi,i.Patris,et S. Paulus dicit factus est ei ex semine Da uid,sm carnẽ.Si ergo Patri,uenit,q̃o nunc dicit,uenit tibi,ò hõ:O ineffabile dei boni tatẽ quia.n.ad hoium utilitatẽ uenit , ideò dicit Pater, q̃ sibi uenit.Nã sit gaudet hoc 32
beneficium in nos cõferre,acsi ipse illud ac ciperet, et ita dicit quod ipse illud recipit, cũ nos recipiam⁹.Laudate fratres mei,sup exaltate tã bonũ Deũ,qui sic delectat uo bis beneficia faciens. Recipite nunc filiũm eius,cũ sit tã præclarum donũ tanti Patris, et siquidẽ nunc mãsuetus uenit ad nos sal uandũ,ne expectetis,quousq; ueniat seue rus ad iudicandũ. Extendite nunc brachia , cũ uiscerib. amoris, recipite illũ cum affe ctione cordis , et dabit hic uobis gratiam suam, qua gloria comparatur; Ad quã nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria

Feria quinta in cœna Domini.

Ante diem festum Paschæ, sciens Ie sus quia uenit hora eius.Ioannis.13.

STATIM principium Euangelij nobis admirationem affert. Quare enim sanctus Euangelista sacratis simam Christi R. N. mortem ho
1 ram eius appellat, cũ homines horã suam, horã prosperitatis foleãt nũcupare? Si esset dies resurrectionis,cũ cantat Ecclesia:hæc dies q̃ fecit Dñs,&c.cũ uictor gloriosus ap paruit,cõsentaneum esset, diẽ, & horã eius uocari. Qũ aũt hũc diẽ, q̃(humano uideri) minus fuit dies eius,quã cæteri oẽs, diẽ & horam eius uocet,res est mirabilis. Ex hoc fratres mei cognoscetis,quantum Deo de beamus,cum res nostras suas ipse appellet. Nulla hora fuit magis nostra quàm hæc, Vocat aũt illã suã, quia nostra erat. Vidẽ pec cator quãtũ Deus te diligat, quia mortem suam,eo q̃ sit uita tua, horã magnæ ꝑspe ritatis esse iudicat:& vultu, ut per antono Simile.
masiam hora eius appelletur, in qua,ut ti bi seruiret,tot tamq̃ mirabiles res opera tus est. Horologium, antequam hora sonet
2 moderatè progreditur circulũ suũ lenter p currens,mõ unus,postea aliũ ictum faciẽs: cùm aũt hora accedit , ita accelerat,ac tam crebros ictus facit:ut totum dissolui,& cor ruere uideatur,& perdi. O Christi diuinum horologiũ,& uitæ nostræ sapientissime,mo derator,& rector antequã hora tua accede ret,ita moderatè res faciebas , ut inter eas aliqua esset distantia.mõ prædicabat , mo dò infirmos curabas,mõ defessus iter facie bas.modò uerò pro peccatis nostris in mõ tibus Patrẽ exorabat. Verumtamẽ fratres mei quãdo uenit hora eius,ita accelerabat ut uere totus dissolui,& præ amore liq̃fie ri uideretur.Iã agni cænã celebrabat,iã di scipulorum pedes lauabat,iã sed illis in ci bum tradebat:iam eos dulci prædicatione
3 consolabatur. Itaque totus præ amore li quefiebat ; & quia tantopere gaudebat tã diuina beneficia tunc hominibus facere, uult ut peculiariter illa hora eius appelle tur:quam uis fuit hora tantę aduersitatis.

Sciebat(inquit) *quia uenit hora eius*,id est, quia appropinquabat hora eius, *ut trãseat ex hoc mundo ad Patrem*. Etiam hoc est uer bum dulcissimum:& maximę cõsolationis. Si enim fuerimus uera,& uiua huius diuini capitis mẽbra:siquidem ipse transiuit ad Pa trẽ ét nos trãsiuimus,cum nostro capite re gnemus. Vt aũt simus talia, tãque digna mẽ bra,ut ad Patrem trãsire mereamur oportet, ut amodo facere incipiamus:quod nos diuinus hic Dñs admonuit dicens. Estote parati,qa nescitis diem,neq; horã, hoc est, sanctæ,& pie uiuite effecti sancti, ut enim Lira,ubi nos illic legimus sanctificamini . 4
Hebręi legunt,sitis parati,qa uerbum illud est æquiuocum ad præparare, & sanctifica- Nicolaus
re. Hinc colligimus, quod ubi sacra scriptu de Lira su-
ra nobis præcipit,ut simus parati , præcipit per Iosu.5
ut simus sanctificati. Idcirò cum Dñs dicat, estote parati,nobis dicit,ut efficiamur san cti,& cum nesciam⁹ qñ futura sit hora no stra,sp sanctissimus,ne forte simus ex illis, de quibus dicit sanctus Iudas, q̃ sunt quasi Iudas.
arbores autumnales infructuosæ, bis mor tuæ. Sic uocat peccatores pigros , & qui de saluatione sua nullã curã habent, quẽadmo dum.n.arbores,q̃ in autumno florere inci piunt,cum cæterę maturos iam fructus fe runt,serò ueniunt,& rarissimè ad maturi tatem perueniunt,quia superueniunt maxi ma frigora,& glacies, quæ illis magnopere aduersantur. Ita peccatores, qui totum an num,&(q̃ pei⁹ est)rotã uitã infructuosi pe ragunt,in fine uero ætatis suæ, cum fructus 5
iã maturos esse oporteret, incipiunt bona rum cogitationũ flores ꝑducere,& dicunt, vocetur scriba,& cõfessarius. His raro con tingit,ut opportunè matureſcant. Tempus enim illis aduersatur,nã tunc uiget infirmi tatum,dolorum,& immoderatorum meru um frigus maximum. Quapp de illis dicit. Sap. 4.
Fructus illorum inutiles,& acerbi ad man ducãdum,& ad nihilum apti. Atq; hos uo cat sanctus Iudas bis mortuos, i. uita.n.an teq̃ moriãtur iã sunt quasi mortui. Ne si mus ergo arbores autumnales, sed amodo nos præparare incipiam⁹ suspirantes, ut cũ nostro diuino capite ad Patrem iã trans ea mus. Si.n.essemus,quales nos esse oporte ret,cunctis diebus uitę nostræ ꝺberem⁹ ma xime desiderare Deum uidere. Maxime cõ 6
fusionis est,qđ carnis in cubiculo uinct⁹ nõ cesset magnis latratibus ,pelamare, atq; ut Dñm suum sequatur terra unguibus arare, & parietes dirupere conetur,nec tñ tu pro clames,ut ab his mortalitatis uinculis dis soluaris, Deumq; tuum ac Dominũ sequa

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris. O quã pessimũ signum. Hoc maxime ex
eo ꝓcedit, q̃ non sumus tã parati, ut esse
deberemus. Viuamus, ut debemus, & cũ ui
ua spe cõfidamus, ex qua ꝓciscentur suspi-
ria, & desideriũ trãseundi ad Patrẽ. Ita nos
Psalm. 4. hortatur. Dauid, dicẽs: Sacrificate sacrificiũ
iustitiæ, sperate in Dño. Hoc nomen sacrifi-
cium idem significat hic qđ sacrũ officium.
Officium aũt non significat hic qđ uulgo di
citis architecturã, aut artẽ suendi, aut sartiẽ
7 di, Sed ut eo utuntur Latini, ut Tullius, &
S. Ambrosius ẽt, nõ enim significat artẽ me
Tullius đ chanicã: sed ꝓpria eius significatio quę assi
Officijs. gnari potest, est tractatio dñi erga seruũ, &
Ambr. lib. serui erga dñm: tractatio filij erga patrem,
de Offic. Regis ad subditũ, Dei erga hominẽ, & ho-
minis erga Deum, dicit officium. Dicit er-
go Dauid: Facite deo hoc sacrũ officiũ, q̃
illis debetis. Siquidem Pater uester est, faci
te officium boni filij. Siqdem Rex uester
est, facite illi officiũ boni subditi. Siqdẽ iu-
dex uester est, timete eum, ut oportet. Siq-
dem uester creator est, seruite, & obedite
illi, ut fideles creaturæ. Videte q̃ officiũ sit
eius erga uos, & qũo uos tractet. Dic hõ q̃
sunt officia Dei erga te? qũo te tractat? opti
mè ꝓfectò. Subuenit mihi i necessitatibus,
&c Tu ãt ò hõ qũo Deum tractas? tuũ offi
ciũ erga eum quale est? ¶ Nescio eqdẽ, nec
sicut filij erga patrẽ, nec subditi erga Regẽ,
8 nec creaturæ erga Deum, nec sicut homi-
nis erga uilissimũ, & abiectissimum aliũ ho
mine. Impudicitias n. & turpitudines, quas
ego in diuino eius cõspectu facio: non au-
derẽ sanè coram turpissimo, & abiectissimo
aliquo cõmittere. O canis, Ethnice, & infi-
delis, hæc sunt tua officia erga Deũ? qd in
de speras elicere, nisi ut te in profundũ in-
ferni in ęternũ præcipitet: & cum in uita là
bores perpessus fueris, in morte grauiores
tolerare incipias? Facite ergo deo sacrum
officium, ut debetis, & ego uobis dico, ut in
eo speretis, quia res uestra secura erit. Facite illi sacrũ officiũ in bello, & in pace, ut il
9 li debetis (ideò enim dicit sacrificiũ iustitię)
& securè sperate quòd certo transibitis, cũ
uestro diuino capite ad Patrẽ: & sic uocabi-
turmors uestra, transitus ad summũ bonũ:
Gen. 51. dixit Deus sãcto Abrahę. Tu ibis ad patres
tuos in pace. Non dixit: Morieris, sed ibis,
Simile. ut cũ patribus tuis quiescas. O quã suaue
est homini postquã maximã tẽpestatem in
mari passus est, saluum, & incolumẽ ad a-
męnissimũ portum peruenire: atq; ibi parẽ
tes fratres, ac amicos reperire. Hunc̃ succes-
sum habent iusti, qui trãsacta huius uitæ la
borioſa nauigatione, in illũ amœnissimũ &
locupletissimum cęli portũ deueniunt, ubi
summum bonũ reperiunt. Contra uerò q̃
miserabile est, postq̃ quis summo cũ labo-
re multo tempore nauigauit, tãdẽ tẽpesta-
tibus & infortunijs impulsum in barbaro-
rum regiones deuenire, q̃ eũ captiuent, &
atrocissimis cruciatibus contorqueant. O
sancte Deus, quã lamentabile est, quod dif-
ficillimã, & miserrimã uitã quis ducat, ut di
uitias, & honores acquirat, atq; ut iniuriam
ulciscatur, &c. Transacta uerò hac laborio-
sa tempestate, in Tartarorum, & Dæmonũ
regionem impellatur, ubi in æternum capti
uetur, & ęquissimis tormẽtorum generibus
torqueatur? liberet nos Deus à tanto malo.
Sacrificemus sacrificium iustitiæ, & spere-
mus, ac cum spe suspiremus, ut aduenìat tẽ
pus in quo ad Patrem perueniamus.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Ex his uerbis infert, qđ
qui in uita proximos suos dilexerit, sciet ẽt
illos in morte diligere, qui uerò in uita nõ
diligit, quomodo sciet in morte diligere.
Difficillimũ certè erit. Dilexit Iesus suos in 11
uita, & dilexit eos in morte, o quantũ ma-
lum est non diligere proximos in uita, &
quantum sacræ literę illud exaggerãt, & sic Gen. 17.
reperietis, quod in Genes. ubi nos legimus:
Accusauit Ioseph fratres suos apud patrem
crimine pessimo. in Hebræo est. Rixa pessi-
ma, quod fortè inter se, aut cum filijs ancil
larum, aut fortassis cũ finitimis gentibus ri-
xabãtur, ut uideatis quo nomine sacra Scri
ptura rixã cum proximis appellet. Vocat. n.
illã crimen pessimum, uñ aliq̃ occasionem
sumpserunt dicendi, quod eos nefando cri-
mine accusauit. Et Hebræo apparet nõ fuis
se nisi de defectu amoris, & charitatis erga 12
proximos. Execremur ergo fratres hoc cri-
men pessimum & oĩmodo ueritatẽ, amorẽ,
ac cõformitatẽ cum proximis nostris cure-
mus conseruare, quæ est una ex rebus, quæ
gratiores sunt Deo. In Gene. legitur qđ ap Genes.
probabat Deus singula, q̃ creabat, & dice-
bat quod lux esset bona, cęlum bonum, ter
ra quoq; bona, & in fine dicit. Vidit Deus
cuncta, q̃ fecerat, & erãt ualde bona, singu-
la erãt bona, cũcta uero erãt optima. Ita il-
la placui cõcordia, q̃ tã excellẽs ẽ, ut bona,
optima efficiat. Si ergo naturali cõcordia fe-
cit, ut res in altiorem bonitatis gradũ con-
scenderent, qd Christiana concordia, frater
nitas, & charitas efficiet? quãtò gratior erit
oculis Dei, cũ Deus uidit Christianum sibi
uim inferentẽ ne aliũ consumat, sicut ignis
non cõsumit aerẽ, nec aer terram destruit?
Pulchertima est concordia elementorum
quæ optima illa efficit in lingua & oculis
Pythag. Dei. Pulchrior ãt est cordium concordia, q̃
illa ipsi Dño iucunda efficit. Pythagoras ad
hoc ꝓposirum altissimam, & obscurissimã
13 protulit sñiam dicens: Numerus singularis,
est qui omnib. rebꝰ dat esse: numerus autẽ
dualis est iuteritus & corruptio oĩum illa-
rũ, qd execrabilius morte? qd ãt est mors,
nisi segregatio animæ a corpore? qd uerò ꝓ
tiosius uita? qd ãt est uita, nisi uinculũ quo
dam & amplexus animæ cum corpore? &
ita uniuersalis uita reipublicæ in ciuium a-
more, & unitate consistit: euersio ãt, & ua-
stario eius ex & ciuium rixa, & discordia ꝓ
Psal. 121. ficiscit. Pro magna excellentia dicit de glo
ria: Cuius participatio eius in idipsum. Cu-
ius ciues in actionibus, & cõuersatione sua
sunt, acsi omnes eiusdem essent cordis, ac
uoluntatis. Atq; etiam hãc esse oportet ex
14 cellentiam, & ꝓfectionem Christianorum,
ut apertè docuit diuinus Magister in ꝓdica
tione, quã in hac ultima cęna fecit dicens:
*In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei
estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*
Non consistit Christianorum pfectio in eo,
q̃ multos annos in fide catholica q̃squam
uixerit: siquidem miserrimus Iudas aliquot
annos Christum Redemptorem nostrum
comitatus est, & bonus latro tres horas tũ
cum eo fuit, & Iudas in infernum detrusꝰ,
latro uerò in cęlum elatus est. Nec cõsistit
perfectio in eo q̃ in arctissimis religionibus
homines uiuant, nam cum Patriarcha Io-
Gen. 39. seph in Ægypto commoraret, & S. Abrahã
Gen. 12. inter Chananæos, & Amorrhæos habita-
Dan. 1. ret, & Propheta Daniel inter Babylonios es
Tob. 1. set, senex quoq; Tobias cum inter Assyrios
uitam ageret, omnes hi fuerunt uirtute ꝓ-
diti, & sancti. Perfecti. n. ex mundo mona-
sterium, mali autem ex monasterio mundũ
efficiunt. Nec est tam prophanus locus, in
quo non possit quisquam deo seruire, nec
locus est tam sanctus in quo ipsum nõ pos
sit offendere. Nec consistit perfectio in eo,
quod quis sit frater religionis B. Francisci,
aut B. Hieronymi, aut B. Dominici. Deus. n.
non intuetur utrum uestimenta sint alba,
an nigra, sed cor examinat, sit nè bonum,

an malum. In hoc cognoscet mundus (ait
Dominus,) quod discipuli mei sitis, non in Psalm. 62.
excellentium miraculorum operatione:
multi. n. maxima miracula facient, qui tñ
condemnabuntur. Non in altissimorum se
monum prædicatione, nec in scripturarum
erudita expositione, plurimi. n. id efficient,
qui tñ in æternum peribunt. Non in eo, q̃
sine calceis, pauperes, & repeciati incedã-
tis, multi n. sine calceis, & repeciati ince-
dunt, qui cum paupertate, & nuditate sua
in infernum abibunt. Sed in hoc cognosce-
mini mei esse discipuli, si ad inuicem dile-
xeritis. Atque in hoc euangelica perfectio
consistit, etsi omnia hæc supra dicta ad eã
maximè conducunt, & siquidem in hoc per
fectio nostra consistit, in hoc examinemus,
& perfectissimi essẽ curemus, plus quam in
omnibus aliis rebus. Ad hoc faciendum
conijciamus oculos in nostrum diuinum
Magistrum, qui suos in uita sua dilexit, &
amorem usque in finem perduxit, non solũ
usque in finem uitæ, sed usque in finem ẽt
amoris. Atque hic amor magis in fine ma- 17
nifestatus est. Tres sunt gradus amoris. Pri-
mus est cum amicus pro amico diuitias po
nit. Secundus cum honorem in periculum
adducit. Tertius est cum uitam in discrimẽ
pro alio offert. Iesus Christus R. N. om-
nes suas diuitias nobis dedit etiam nobis
corpus suum ad uescendum, dedit quoque
Angelos ad ministerium nostrum. Posuit
etiam honorem suum in manibus inimico
rum suorum pro nobis tot patiens ignomi
nias. Tertio tandem, & ultimo uitam obtu
lit, & non pro amicis solum, sed pro inimi-
cis etiam, ut exaggerat S. Paulus dicens; Cõ Roma. 15.
mendat autem charitatem suam Deus in
nobis, qm̃ cum adhuc peccatores essemus
Christus pro nobis, mortuus est. O superne
hominum amator per hunc ipsum amorẽ 18
tuum te rogamus, ut corda nostra ita i tuo
diuino amore inflammes, ut propter te om
nes proximos nostros ex animo diligamus:
licèt inimici nostri sint.

Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Dilexit illos in uita, & dile
xit illos in morte. Non saluaberis frater mi
si in odio cum proximo tuo mortuus fue-
ris. Quo autem scies cor tuũ ab hoc odio
in hora mortis soluere, nisi nunc in uita il-
lum uelis diligere: Disce, disce frater mi a
modo expellere a te hac passiones, ne tan-
to periculo salutionem tuam offeras. Di-

nissimum est consideratione, q, ut sanctus Euangelista de illa tã profunda humilitate ageret, ut fuit Dominũ discipulorum suorum pedes abluere, atque ut de ineffabili sacramento, quod ibi instituit loqueretur, & postea de amarissima passione, quam tolerauit prius agit de amore hui⁹ cęlestis amatoris, ut intelligamus illum fuisse fontem omniũ horum beneficiorum. Licet uideretis fluuium maximum non mirari enim magnitudinem eius, & profunditatem cõsiderantes, si intueremini amplissimũ mare ex quo profluit. Quam arbitramini esse cãm, quãre infideles, & hæretici noluerint & incarnationis, & passionis Iesu Christi fidem accipere, nisi quia secundum bonitatem, & charitatem suam, charitatem Dei metiuntur existimantes, Iesum Christũ non facturum fuisse ea, quæ ipsi si Christi essent non facerent? Non ita esse oportet, non debetis Dei charitatẽ secũm uestram iudicare: nam ut dicit Ecclesiasticus secundum magnitudinem eius, sic & misericordia ipsius cũ ipso est quod etiam dicendum est de bonitate, charitate, & ceteris omnibus illius perfectionibus. Vult dicere; quod sicut Deus essentiam habet infinitam, ita eius misericordia, charitas, & cæteræ omnes illius perfectiones sunt infinitæ, sunt enim identificatæ cũ eius essentia. Dei infinito igitur amoris mari non est nimis mirandum si fluuius maximus tam excellentium beneficiorum exierit. Etiam, cum de amore egisset, statim de operibus loquitur, q ex hoc amore profecisceretur, ut nos doceat, amorem ex operibus optime demonstrari, ubi n. opera non sunt cum esse possint, difficillime credi põt amorem esse. Recumbebat Samson in gremio Dalilæ suauissima illi uerba, & maximi amoris plena dicens, & quia cum illã Samson interrogaret ubi tantas illas uires haberet, ille non ad eius uoluntatem respondebat, dixit illi; Quo modo dicis q amas me cum animus tuus non sit mecum, per tres uices mentitus es mihi, & noluisti dicere in quo est maxima fortitudo tua, qũo dicis me a te amari cum id, quod te rogo nõ facias? ò quanto maiori ratione nobis hoc põt dicere Deus noster. Præcipit tibi Deus ut inimico tuo ignoscas? & dicis; ò pater nisi inimicos meos ultus fuero, me gloriationemq; meam dedecoro, lõgè opinione falleris. Ne mo. n. in ignominiam incidit, eo q S. Euangelium obseruarit. Hoc esset te ipsum abnegare, & Deũ diligere. Præcepit, Deus, ut male acquisitas diuitias restituas. Tu uerò dicit, ò pater fame peribo si hoc fecero. Hoc est ergo pp illum eius pcepta adimplere, qũo dicis quod amas me, cum nihil eorum facias, q tibi præcipio? Nec occasionẽ relinquis, nec famam lædam restituis, nec pauperi, & egeno subuenis; aperte apparet q amorem non habeas; amor quippe operibus demonstratur.

Simile.

Ecclę. 2.

Iud. 16.

Et cœna facta cũ diabolus iam misisset in cor. O rem stupendam? q̃ terribilis cõmutatio. De Iesu Christo filio Dei nunc dixit Euangelista q in finẽ dixit eos, q usq; in finẽ in amore pseuerauit, & statim immediate dicit de discipulo, q non pseuerauit usq; in finẽ. Quis cum uidit in mõtib. cum suo diuino Magistro in orõne pnoctãtẽ, sine calceis die nimis Solis calorib. inflãmatum, & assiduis itinerib. fatigatum diuinum uerbum pdicantem? Ecce ãt eius puersionem. Ecce qũo iam a diabolo possidẽt, qs non obstupescit hæc audiens? qs toto corpore non contremiscit? ò rem stupendam q tam diligẽti Pastori ex duodecim ouib. una pereat? q ad talem societatem uocatus quis fuerit, & tñ condemnet? Ne confidat in hoc tñ mona chus dicens. Vocauit me Deus, certã habeo saluationem meã, nã ẽt Deus uocauit Iudã, & cõdẽnatus est. Cõsiderãs hoc S. Bern. dicit, si lupus nõ timuit intrare gregẽ Dñi, & unam de duodecim tam pauculo numero mactare, & perdere, quid faciet de grege cõmisso pastore? ò quantũ oportet unũquẽque maxima cũ cautione uiuere, & sp unum rogare, ut sibi in bono perseuerantiam concedat, & se quantum poterit confortare, ut in incepto bono progrediatur. Quo aũt perfectior est status, quem suscepimus, eo magis debemus formidare. Nã S. Paulus dicit. Impossibile. n. est eos, qui semel sunt illuminati, gustauerunt ẽt donũ cęleste, & participes facti Spiritus sancti: prolapsi sunt, rursus renouari ad pœnitentiam, i. per pœnitentiam, & huius difficultatis rationẽ reddens addit: Rursum crucifigẽtes sibimetipsis filiũ Dei, & ostentui hãtes. Hic impossibile, est exaggeratio, hoc est difficillime cõuertẽtur, q cum dona cęlestia gustauerint, in iustitia, & uirtute non perseuerarunt magnã n. intulerunt iniuriam filio Dei, q cũ spirituales uoluptates gustauisset, p brutorũ delicijs, eas neglexerũt, & cũ odoriferos paradisi flores oleuissent, eos minori q porcorum

D. Ber.

Hebr. 6.

rũ glandes estimarunt. Caueãt ergò illi, quibus datũ est sedere ad mensam Dñi, & diuinos cęlestes q. cibos gustare, nè his beneficijs neglectis Ægypti cępas desiderent. Horum. n. cõuersio (ait S. Paulus) est postea difficillima, adeò ut impossibilitatis noie eam nuncupet. Idcirco dicebat Christus Redemptor noster, memores estote uxoris Loth. Quę ut legitur eò q̃ respexit post se uersa est in statuam salis. O profundum mysterium, q siquidẽ illã Deus uoluit punire, nõ in marmoreã statuã conuertit, sed in statuã salis. Sal. n. est condimentum, quo omnes cibi cõdiuntur, & manducãtur. Voluit igitur Dñs in hoc nos admonere, qui in eius mensa manducamus, & ad spiritualia & cęlestia conuiuia uocamur, ut hunc salẽ semper nobis ante oculos ꝓponamus. Memores esto te uxoris Loth, ut ita cibos capiamus, & perseueremus eos manducantes cũ in illis gustum reperiamus. Quis. n. à mensa recedet & retrorsum regredietur, si hunc salẽ ante oculos habuerit, sal significat sapientiam, & q hæc mulier alijs admonitioni, & sapientiæ futura erat, ideo in salis statuã conuersa est. Quis. n. attentè considerabit suppliciũ, quo Deus mulierem illã puniuit, q̃ non regressa est retrorsum, sed tãtummõ, q a post tergum respexit, q tñ ab incepto bono audeat desistere, & in uirtute regredi? Nã si talis est pœna retrorsum respicientium, quale erit illorum supplicium, qui non mõ respiciunt, sed ẽt retrorsum reuertunt̃? ò amici Dei siquidẽ à Sodomę incendio euasistis, p gredimini ulterius, & perseuerate, & ne cogitatione quidem, si possibile sit sęcularia respiciatis. Posuit hic S. Euangelista hanc clausulam miseri Iudæ, ut boni Iesu charitas, & humilitas clarius illucesceret, qui in tali tempore, suorum discipulorum pedes uoluit abluere, inter quos erat unus diabolus, quorum pedes etiam Dominus lauit.

Luc. 17. Gen. 19.

In illa hora sciès q a omnia tradidit ei pater in manus. Nihil unquã Rhetores tã subtili stylo tractauerũt, q̃ hoc mysterium gloriosus Euangelista S. Ioannes describit. Nõ solum. n. declarat quo tempore factum iuerit, uerum ẽt ostendit infinitam Maiestatem illius, qui hoc operatus est, ut apertiùs eius altissima humilitas innotescat. Etenim ille, in cuius manus æternus pater oia cõmisit, & cuius potestati cuncta subiecit, q ex patre æterna generatione ꝓcedit, quiq; ad patrẽ p sanctissimã obedientiã reuertitur factus obediens usq. mortẽ, mortem ãt crucis, ille (inquã) tã potens, tã ingens, tamq; sapiens surgit à cęna. Nulla sunt hoĩum, aut Angelorũ linguę, q̃ explicare possint, nec mens, q̃, qualis, & q̃ admirabilis fuerit hęc humilitas penitus ualeat cõprehendere. Ille solus eã intelligit, q põt oĩno cognoscere magnitudinem, & altitudinem illius, q humiliatus est. Quo descenderit optimè scimus, descendit q̃ppe ad pedes uiliũ piscatorũ. Vñ ãt descenderit, ille solus scit, q suã infinitã altitudinem cõprehendit. Atq. ex hoc apparet q̃ ta sit hoĩs plaga cũ ad eã curãdã talis medicina fuerit req̃sita. Hoc ãt est magis admirãdũ, q credãt hoĩes hoc a Deo suo factũ fuisse, & humilitatẽ hãc adorent, & humiliter uerterent̃, nemo tñ in se uidere uelit illud, q in Iesu Christo gloriosissimũ esse ducit, atque ut tales confitetur. Nunqd poterit esse res mõstruosior? qũo in te uile fore existimas, q in Iesu Christo filio Dei iudicas gloriosũ? Res obstupenda est, pfecto, q in illis supbię uestigiũ remãserit, q tãtã uniuersalis oĩum rerũ creatoris humilitatẽ credũt, atq. adorãt. Qã efficaci⁹ remediũ inuestigari poterat ad hominũ supbiã confringẽdã, & sęculi amentiã cõfundẽdã, q uidere Deũ inclinationes, & corporis submissiones hominib. faciẽtem? & nõ solũ hoc, sed q̃ humi ꝓstratus corũ pedes abluere t? Ita nobis necessariũ erat. Et sic significauit Esaias dicẽs: Desideraui⁹ eũ despectũ, & nouissimũ virorũ, talẽ illũ optaba⁹ humilẽ, egenũ laborantẽ, quiq. plus q̃ oĉs homines se humiliaret, sic. n. nobis opus erat. Sed heu qũo hoc dicã, qũo non dolore afficimur animaduertentes q̃ parum fructus ex tã excellenti Magistro, & tã mirabilib. lectionibus, quas nos docuit, percepimus. Audebo dicere, & credo me non decipi, q̃ in nullis hominibus uniuersi orbis tanta superbia, uanitas & elatio, quanta in multis Christianis, aut illorum maiori parte reperitur. Quamobrem iure optimo possumus prædicatores cũ S. Prophęta Amos exclamare, ac dicere: Væ uobis, qui opulenti estis in Sion optimates capita populorum ingredientes põpaticè, domum Israel. Transite in Chalanne, & uidete, & ite inde in Emath magnam, & descendite in Geth Palęstinorum, & ad optima quoque regna horum si latior terminus eorum uestro est? Qui separati estis in diẽ malum & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciui-

Esai. 43.

Amos 6.

uitis in stratis uestris,q comeditis agnum de grege,& uitulos de medio armentis. Væ uobis,q opulenti estis in mõte Siõ,in Ecclesia militãti,& in statu,& cõdõne uestra speratis, uestra uiuendi rõne maxime contenti. Transitæ & considerate rõne uiuendi infideliũ,cõferte status uestros, cibos,elationẽ, & põpã,cũ ꝓfanitatibus,& mõ uiuendi gẽtiũ, & uideamus, si in his oĩbus dissolutioni, & supbię uestrę illi ualeant adæquare. Absq; dubio credo inter nullas gẽtes agi,quod inter multos Christianos agitur. Pudeat ergo populum dei supbirę, cũm suum diuinum caput tam humiliatum animaduertat.

Chrysost. *Venit ergo ad Simonẽ.* Ex hoc ifert S. Chrysostomus Iudam primũ fuisse,quem Dñs lauare cępit. Quod patet, qa prius quã ad S. Petrum accederet,ab alio incepit,& quicunque aliorum esset usus esset urbanitate,qua S. Petrus usus est, nisi ille,cuius cor iã à diabolo possidebatur. Proffernitur ergo naturalis filiꝰ Dei ad pedes Iudæ,q iã cõstituerat ipsũ Iudæis tradere. Hoc.n.significauit clausula,q̃ illic posuit S. Ioannes. Hic obstupescũt cęli,hic admirant Angeli,& Seraphĩ hic deficiũt sensus,hic deniq. uniuersus mũ-
32 dus obmutescit uidens Deum ante diaboli pedes ꝓstratũ. *Quia unus ex uobis diabolus est.* O Christe uitę reparator,ac uerę humilitatis doctor benedicta sit tua clemẽtia,qa tã admirabilẽ lectionẽ nos doces. Quis manus,aut os habebit, quò inimicũ suum affligat considerãs, quę tu Dñe facies cũ eo, q tam crudelem, & ingratum se prębet ergate? quanta charitate, & beneuolẽtia Rex cęlorũ immundos Iudæ pedes manibus contrectabat,& diuinis uocibus cor eius attingebat ad eius animũ loquẽs,ac dicens: uide discipule quid ꝓ te faciã. Manus in eius pedibus ponebat,oculos uerò quasi illius condemnationẽ doles in ipsi⁹ uultũ cõijciebat,
33 interius illi dicens; mitigare, & mollire hõ miserrime,misereat te tui ipsi⁹, ne condemneris,uide quot in te beneficia contulerim: cũ te ad societatẽ meã receperim,Apostolũ fecerim,tibique faciendi miracula ptãtem concesserim. O durissimũ cor,qđ tot beneficia,fauores,& auxilia, tanta humilitas,& mãsuetudo non potuit emollire? ò arefactã plantã,q̃ tam excellenti, ac singulari aqua irrigata nõ potuit reuiscere, ò immũdos pedes, qui ipso fonte infinitæ puritatis nõ uoluerunt mũdari? O fratres mei caute ne in sceleribus callũ faciatis, ne ad tantã cordis duritatẽ ꝓueniatis,ad q̃tã infælix hic discipulus puenit. Reliqt eũ dñs,& uenit ad Simonem Petrũ. Sãctus ãt uir cũ pedes extenderet esset,brachia extẽdit dicẽs: Dñe tu mihi lauas pedes? iã uidebitis q̃ cõfusus esset & q̃ coarctatũ se uideret q tm zelabat honorem Dñi sui, uidens eum ad pedes suos prostratum,ut eos abluere,& potestis considerare feruorem,& admirationem,qua dixit *Domine tu mihi lauas pedes?* Mihi Dñe 34
qui te cognosco non sicut alij hoies,qui te humanitus cognoscũt ꝓut caro, & sanguis eis declarauit,sed te cognosco secundã personã in diuina Trinitate, prout pater tuus mihi reuelauit. Mihi dñe,qui in mõte Thabor te transfiguratum uidi, cum ex uultus tui claritate,uestimenta tua candidiora facta sunt niue? quique uidi honorem, & reuerentiã,quã tibi exhibebãt Moyses & Helias principes Synagogæ? Mihi dñe,q de cęlo uocem dicentem audiui: Hic est filius
35 meus dilectus? Nunquid meos pedes his diuinis manibus attinges, q̃ mortuos,quos tangunt resuscitãt? & quibus coram me panes multiplicasti? Mihi Dñe,qui harum rerum oĩum sum testis, & optimè dignitatẽ tuã. & humilitatem ad uilitatem meam noui? Rem tã indecẽtem nequaquã patiar. Et surgebat. Cui dicit Dñs: *Quod ego facio tu nescis modo,scies autem postea,* & c. *Si non lauero te,non habebis partem mecũ.* O diuinũ uerbum, ꝙ ineffabilẽ Dei liberalitatẽ aperte manifestat. In his uerbis nobis declaratꝫ
qđ quodãmodo æquali supplicio Deus cos 36
punit,qui illum offendunt, ac eos, qui sua diuina beneficia nolũt accipere. Ad honorẽ dei spectat,ꝙ illum non offendamus,& utilitas nostra est, quod eius diuina beneficia accipiamus, & æqualiter uidetur Deus æstimare utilitatem nostram, & honorem suum,atq. æqualiter punit eum, qui sua beneficia renuit accipere, & illum,q eius honorem aufert. *Non habebis partem mecũ.* Dicitur utriq. Si tã acriter puniẽdus sum (ait Sanctus Petrus) non tantum pedes, sed manus,& caput Et peracta lauatione dicit illis Dominus: *Vos uocatis me Magister, & domine, &c.* Siquidẽ tãquam magister nos humilitatem docui,nunc uolo me Dominum cum magnificentia ostendere, & in uos beneficium conferre iuxta bonitatem ac liberalitatem meã. Et cũ amor non patiatur, ut ego a uobis abfim,& ex alia parte uobis maxime necessariũ sit,ut ego à uobis recedam

dã ẽm hanc uisibilẽ ꝑsentiam. Vt ergo meo erga uos amori,uestræq; necessitati satisfaciã uolo recedere, ꝙ uobis i cruce moriẽs, nec tñ abesse,manẽs in hoc ineffabili sacramento,ꝙ uolo instituere,& formã Dei humanitate coopertã,qua mũdũ abundantissimè alui triginta tres annos,quos innocẽtissimè uixi,oĩa sub panis, & uini accidẽtibus
37 abscõdo. Itaq; non solũ captiuitatis uestræ redemptio, sed etiam in fame uestra cibus, Simile. & in siti potus esse uolo.

Accipite,et mãducate. Hoc est corpus meũ. O benedicta sit talis magnificentia,talis amor,ac tale donũ. Quãdo qs maximo morbo laborãs est iã ꝓpè transitũ,ò quantã curam habent filij,& uxor eius,ut aliquid mãducet,quo cõfortetur,quãque soliciti sunt in cõdiendo res maximę substantię,quibus reficiatur & spiritũ possit alere, ac diutius sustinere. O bone Iesu gloria animę meę,cũ iã ꝓpè esses,ut p mortẽ ad patrẽ transires, oĩs cura tua fuit non quid tu manducares, sed qd nos manducaremus, ꝙ nos confortaret,& ita diuinũ hoc sacramentũ condiui
38 sti,& constituisti. Non curabat nec solicitus erat diuinus Redẽptor,qđ ipse mãducaret, sed quid nos mãducaremus. Heu qmãtæ ingratitudinis esset non ex toto corde nostro diligere illũ,q in nos tot beneficia cõtulit, Dauid una,& eadẽ uerba sæpe repetens, di Psal. 106. cit: Confitemini Dño misericordię eius, & mirabilia eius,filijs hominũ. Qđ misericordię Dei ipsum Deũ laudẽt iustissimum est: mirabilia aũt Dei quare filios hominũ laudabunt? Maxima ꝓfectò est hominũ laus, & honor, quòd ꝓ illis talia mirabilia Deus operetur. Maxima est ratio cur hoies maximi se æstimẽt,& terrenis ac uilissimis rebus huius sęculi non coinquinentur. Cũ Deus ꝓ ipsis hõ factus fuerit, nec steterit,quosq; se illis in cibum daret. Idcircò antea q̃ Dominus hoc sanctissimũ conuiuiũ instituret
39 conuiuis suis pedes abluit, ut nobis significaret,ꝙ eos,qui in hac sacra mensa manducaturi sunt,nõ solũ lotis manibus,sed etiã mundis pedibus oportet accedere,scilicet, ut sint mũdis operibus,& mũdis desiderijs, ac cogitationibus. Frater, ne in hoc sistas, Dionys. dicẽs,ꝙ sufficit absq; mortali peccato accedere. Dicit.n. Sãctus Dionysius, ꝙ ẽt peccata uenialia, & leuissima quæque à nobis ac curatissimè expellere deberemus, ut maiori feruore,ac prõptiori dispositione ad hoc sacrum conuiuium accederemus. Frater nè seruitiũ taxi modereris, siquidẽ nolles, ut ubi Deus beneficia taxi metiret. Qui in stu- Simile.
dio currit,non cõtentus est prius ad metã p uenire,ut accipiat brauiũ,sed eodem impetu,quo antea currebat, ulterius progredit ut apertè conspiciatur ꝙ fecit oĩa q̃ debuerat, ut illud acciperet, ꝙ si ita nõ faceret, uix posset cognosci illũ oĩbus currendo prę stitisse. Eo ꝙ hoc nõ facimus, sumus multi ex nobis parũ mortificati,& deuoti quauis 40
crebrò ad sanctum sacramentũ eucharistiæ accedim⁹, licet.n. peccata uenialia gratiã nõ impediãt,impediũt tñ deuotionẽ. Quid aũt esset si aliqs ad hãc diuinã mẽsam cũ peccato mortali auderet accedere? liberet nos dei⁹ à tãto malo. O Iudas traditor,q corrupto corde ad tã sanctã mensã accedis: ne tã tũ sacrilegiũ cõmittas. O ĩsernale os quare aperiris? quare mille seris nõ clauderis? ui de qđ accipis cõdẽnationẽ tuã. Vide qđ S. Paulus, dicit: qui.n. manducat,& bibit indignè,iudiciũ sibi mãducat,& bibit, nõ diiudicans corpus dñi. Iudiciũ,idest,condẽnatio- 1. Co. 11.
nẽ. Recipit condemnationem,quia nullum discrimẽ cõstituit inter corpus sacratissimũ Iesu Christi,& alios cibos, hoc est enim nõ dijudicare, non cõstituere differenriam,ad altare,ita indifferenter accedere,ut ad men- 41
sam aliquã prophanã cõmuniũ ciborũ. Ad Hebræos dicit S. Paulus loquẽs de Melchi sedech. Hic enim Melchisedech Rex Salem Hebr. 7.
sacerdos Dei summi,qui obuiauit Abrahę regressio à cęde regũ & benedixit ei. Cũ uictor reuerterẽ Abrahã, qa quatuor reges superauerat,tũc illi obuiã exijt summus sacerdos,& benedixit ei,ut dicitur in Genesi,proferens panem, & uinum. Magnũ my- Gen. 14.
sterium,quòd tunc illi obtulit panem, & uinum, & benedixit ei, cum tantam uictoriã reportauerat. Sanctus Anselmus super hæc S. Anselm.
uerba dicit: Caue frater, ne hunc diuinum cibum accipias,nisi postquam a quatuor regibus uictoriam, reportaueris, quæ sunt quatuor præcipuæ passiones animæ quę il- 42
lam perturbant,scilicẽt, spes, metus,tristitia,& uoluptas. Quot peccata cõmitti homo sperans temporale aliquod bonum cõ sequi? quot res quas summopere debet facere,non facit,propter humanũ metum? ut autem uoluptatem assequatur, & mæroré fugiat,quid non faciet homo malæ cõscięntiæ? Cura ergo diligenter ò frater, ut hos quatuor reges superes, & reportata ab eis uictoria,cælestẽ hunc cibũ accipias,& cum

eo benedictionem,& gratiam,& qua gloria
43 sempiterna comparatur. Ad quam nos per
ducat Iesus Mariæ filius &c. Amen.

Sermo in Passione Domini.

THEMA. Christus dedit semetipsũ pro nobis, ut nos redimeret ab oĩ iniquitate,& mũdaret sibi populũ acceptabilẽ, sectatorẽ bonorũ operũ. Hęc loquere,& exhortare. Pauli ad Titũ. 2.

Ere. IN Esaia legitur, quod ut Sanctus Propheta actur⁹ esset qũo Deũ uiderat sedentem super solium excelsum,& eleuatum circundatum Seraphim, qui non cessabant quotidie clamare dicentes: Sanctus,Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth,eius lingua ignito calculo purificata est. Hodie agendum est nobis quomodo hic idem Dominus positus fuerit,nõ in maiestatis solio, sed in durissima cruce,capite cooperto non alis Seraphim, sed acutissimis spinis,circundatum,non beatis spiritibus, sed atrocissimis carnificibus: non Angelorum uocibus Sanctus appellatus, sed turpissimorum hominum iniurijs blasphematus. Vt ergò hæc mysteria dignè explicemus opus est noua lingua,nouo spiritu, maximo animi affectu,& deuotione, atque etiam plurima gratia. Deprecemur sanctissimam uirginem Dei genitricem ac Dominã nostrã Mariam, ut eam nobis à diuina Maiestate consequatur dicentes singuli. Aue Maria Cor afflictũ, & mœrore circũdatum,quocunq; superueniente ictu multo grauius contristatur. Quãdo fons animę afflictionibus est repletus primo ictu lachrimarum fluuius exilit,cũ.n.pectus tenerum
2 sit & angustijs subactũ,minorem habet resistentiã. & oculi nequaquã cõtineri possunt, quin ad euacuandũ cor amaritudinũ pelago submersum maximã lachrymarũ copiã profundant. Qui hucusque,ut debuit acerrima unigeniti filij Dei, ac Domini nostri Iesu Christi tormenta persenserit, quinque assidua sanctissimę passionis contẽplatione eor suum uulneratum habet paucis ictibus molliri poterit,& pauca uerba sufficient lachrymas ab illis oculis haurire,qui tot dolores in meditatione perspexerunt:iam.n. uiam patefactam inueniũt lachrymę. Quãdo tempus est aquosum quæcunque nube cula superueniens magnam imbrium copiam immittit. Hic est dies in quo tempus est maximè pluuiosum, siquidem cœlum, terra,ac uelum templi, & lapides etiã uniuersalis omnium rerum creatoris mortem sensserunt. Si ergo insensibiles creaturę naturę suæ limites transeuntes tantã sensatio
3 nem ostendunt,cùm tamen non ꝓ illis Dominus patiatur,quare rationalis homo, ꝓ quo Dns patiẽ,quasi insensibilis, & sine dolore remanebit? satis aquosum tempus nũc est,siquidẽ insensibiles creaturæ nos ad lamentãdum inuitant. Nũc meritò possumus illud dicere,quod Propheta Hieremias docebat: ɒ educant oculi nostri lachrymas,& palpebræ nostrę defluãt aquis,qa uox lamẽtationis audita est ď Siõ. Nimis nos mouet creaturarũ dolor ad hũc planctũ,sed multò magis nos mouere debet uox lamentationis,q̃ audita est de Siõ. Quæ est uox,q̃ bonus Iesus ꝓ salute nostra,& oĩum peccatorũ remissione,cũ maxima lachrimarũ abundãtia i cruce pendẽs ad ęternũ patrẽ immisit. Idcirco dicit S. Paulus,ꝙ siquidẽ *Xps dedit semetipsũ pro nobis*,de hoc loquamur,
4 & agamus. Hæc(inquit)loquere. Hæc sunt quæ tu ò homo loqui debes,S. Hieremias nomine huius clementissimi Dñi plus,quã hoc à nobis petit,nec.n. uerbis contentus est,dicens. O uos omnes, qui transitis per uiã,attendite,& uidete si est dolor sicut dolor meus. O maxime Redẽptor mũdi uidetis mihil frustra ꝓclamare,nã tu uocas transeuntes p uiã,ego uerò oẽs uideo incolas & sedentes in terra, oẽs uideo uoluptatũ utilitatum,oĩum deniq. terrenarum rerũ amatores esse,oẽs uideo oblito(seu potius)inimicos tuæ sanctissimæ crucis,ut hoc plotabat S. Paulus his uerbis: Multi ambulant, quos sæpe dicebã uobis,(nunc aũt,& flens dico)inimicos crucis Christi,quorum Deus uẽter est. Ad eos,q ꝓ breuẽ & asperã uiam huius uitę trasseunt:ad eos, q peregrini sũt in hoc sæculo,& exiliũ suum lachrymãtur, ꝙ ad eos(inquit mitissimus agnus)proclamo ex cruce,illos, q in terra permanentẽ ciuitatẽ nõ agnoscũt,uoco,& inuito,ut uideãt, & intelligant, si uolo unquã tẽpore similes dolores tolerari fuerint, his quos ego ꝓ homines patior. Maximum mysteriũ fuit, ꝙ locũ illũ, quem Dns Abrahæ ostendit, in quo filiorum suũ immolaret uocauerit S. Patriarcha,Dns uidet. Et addit statim dimissa

Simile.

Hiere.9.

Philip.3.

Gen.22.

uina scriptura dicens: unde usq; hodie dicitur: In mõte Dns uidebit. Priꝰ dixit. Dns uidet in prẽsenti tpe, posteà uerò subdidit, in futuro, Dns uidebit. Et ratio est, qa in præsenti uidit Deus sacrificiũ Abrahæ,& uidit, quod ablaturus erat in illo loco Iesus Christus filius suus & usq; hodie(inqt sacra scriptura)durat hæc uisio in præsenti, qa Deus oẽs ad illã inuitat. In æternũ aspiciet Deus diuinũ illud sacrificiũ,& uult,ut nos mõ, & in oĩ tpe illis memoremur. Res est ét ualde
6 notãda, ꝙ cũ Christus Redẽptor noster trã
Matth.17. sfiguratꝰ erat in mõte Thabor loquẽs cum Moyse,& Helia de suę sãctissimę mortis excessu audita est uox patris dicẽtis. Hic est filius meus dilectus,in quo mihi benè complacui,ipsum audite. In monte uerò Caluarię,ubi totus ille excelsius opere completur nõ dicit ut audiamus, sed ut ipsum aspiciamus. Quo.n.erit possibile, ꝙ illũ attendentes, qui pro nobis talia patiẽ maxi.o dolore nõ cõficiamur,& ad eius amorẽ,& obe-
Deu.17. dientiam,atq; auditionem nõ moueamur. Ad aliud propositum dixit Moyses, erit uita tua pendens ante te. Sed ualde hic con
7 gruũt hęc uerba. Aiaduerte Christiane quo uita tua Dns tuus,qui te creauit,alit,& conseruat,à quo oĩa,quę habes accepisti,à quo oĩa,quę tibi desunt speras,ante te in cruce pendet,ut quantũ illi debeas cõsideres. Res insolitæ & inauditæ,maximum desiderium hoibus afferunt, ꝙ uideanẽ,sicut res mirabilis rubi,qui ardebat & nõ cõburebatur desideriũ attulit Mòysi,& dixit. Vadã & uidebo
Exod.3. uisionẽ hanc magnã,quare nõ cõburatur rubus. O quãto maiorẽ uisionẽ,& rẽ mirabiliorem ante oculos habemus. Res mirabilis ualdè tibi uidẽ ò Moyses ꝙ rubus ardeat, & nõ cõsumaẽ, nõ tibi mirabilior res uideẽ uidere infisitũ Deũ inter rubeta spinis circundatũ & catenis alligatũ,uidere creatorẽ mũdi alapis cęsum,purissimũ speculũ maculatum cõspicere,splendorẽ gloriæ cõspurcatum cernere. Nonnè tibi mirabilius uideẽ il
8 lũ colũnæ uinctũ aspicere & diuini amoris igne inflãmatũ uerberũ diluuiũ tolerare,& eum qui est summa innocentia, & sanctificatio peccatorũ, uidere malefactorẽ ac populorũ peruersorẽ appellari,illum, qui est Angelorũ princeps & utriusq; ecclesię,militans.s.& triũphantis caput,& coronã spinis coronatũ intueri,& cũ qui est uiuorũ,mortuorũq; iudex tã iniustè iudicatũ uidere, ò quã mirabiles res,uadã, & uidebo uisionẽ hanc magnã. Properemus fratres,& hęc mirabilia ex proposito uideamus,& illa aspicẽtes multa addiscemus, discemus magni ęstimare aĩas nostras,siquidẽ illas Deus tã to pretio redemit. Discemus magno odio peccatum habere,siquidẽ illud ita odit, ut ad illud euertendũ moriatur. Discemus inferni pœnas timere,qa si in ligno uiridi fit Luc.23.
hoc,quid fiet in sicco? Discemus deniq. fallsam,& inanẽ gloriã huius sæculi pro nihilo ducere,siquidẽ modo illi clamãt,& 9
maximis uociferationibus expostulãt,ut Christus crucifigatur,qui tribus antè diebus illũ exceperãt clamantes. Benedictus qui uenit Matth.21
in noĩe Dñi. Idcircò nobis dicit per Hieremiam. Attendite,& uidete. Et idẽ S. Paulꝰ, qui in proposita sniа à uobis uerba postulauit dicẽs Hæc loquere,&c. ɒ eadem re loquens multò plùs q̃ uerba petit,quia dicit. Phili.2.
Hoc.n.sentite in uobis quod & in Christo Iesu &c. usq. ibi, Mortem aũt crucis. Nõ dicit cogitate, contẽplamini, aut loquimini de passione Dñi,sed, Quòd aĩo,& corde illã sentiãt,hoc uolo ut sentiatis. Sentite in uobis,ideſt trãsferte in uosmetipsos dolores,
quos sensit Iesus Christus,nisi.n.illos in nes 10
sentiatis,& experiamini nõ poteritis, quanti,& q̃ acerbi sint penitùs cognoscere. Facite eos proprios uestros,& ita illos intelligetis. Primo Machabęorũ dicit ꝙ Rex Ale 1.Mac.10.
xãder uoluit inire amicitiã cum Ionatha sũmo sacerdote Hierosolymæ, & medium, quod ad eam ineundam habuit fuit hoc, ꝙd misit ad illum uestem purpuream maximi pretij & coronam auream,quam capiti imponere,& scripsit ad eum literas his uerbis. Rex Alexander fratri Ionathæ salutem. Audiuimus de te, ꝙ uir potens sis uiribus,& aptus es tu sis amicus noster,qua ꝓpter te ad nostram amicitia inuitamus, & hanc purpuream uestem,& aureum coronã tibi 11
quasi signum,& pignus amicitiæ mittimus, ut amicus uoceris regis,& ut quę nostra sunt sentias nobiscum, et conserues amicitias ad nos. Hoc ipsum facit hodie Iesus Christus,et sancta Ecclesia eius nomine uolens nobiscũ amicitias inire, inuitat.n.nos ad purpuram,qua in sua sanctissima passione indutus est,et ad coronã spineã,quę suo diuino capiti fuit imposita,ut nos eam nobis imponamus. Et quæ nostra sunt sentias nobiscũ et conserues amicitias ad nos. Et hoc est quod dicit S. Paulꝰ hoc enim sentite in uobis. Vt Iesu Christi dolores induamur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mur,& tãquam nostros eos habeamus,acsi essemus alter Christus. Profecto deberemus uerecundari uidentes q; cũ huic optimo Dño,& fidelissimo amico tantũ debeamus,nos admoneat S.Paulus, ut sentiam⁹ rem tã dignã,quę sentiaṫ. Magnã nobis iniuriã uidet S.Apostolus inferre his uerbis. Quid.n.sibi vult,q; hó mollis carnis,& rõnalis,pro quo Deus mortuus est nõ sentiat, 12 quod ẽt & lapides senserũt,& q; necessarius sit tãtus excitator sicut Apostolus diuinus qui eũ ad illa sentienda excitet,q̃ insensibiles creaturę sentiunt perspicuũ est.n.oibus, atq; ipsa experiẽtia cõpertum,q; inter alias amoris conditiones una est q; amãs pro eo, quẽ diligit patiatur. Quotidie hęc ueritas manibus obtrectaṫ, quod quãtus est amor, quo aliquẽ diligimus,tãtus est dolor,quem Bernar. de præcepto, & confes- sione. ex eius aduersitate percipimus.Et rõ est,qa aĩa magis est in re,quã amat,quã in re,quã aĩat:illic .n.principaliùs cõmoratur, s.cum cõtinua potẽtiarum operatione,& ideò tũ Hier. 4. rei dilectę labores sentit, ac si eos ipsa pateretur,atq; aliqñ magis.Hinc est quod sacra scriptura amorẽ doloris noĩe nuncupauit,loquens.n.cum Israel dicit, contempse Dan. 18. rũt te amatores tui.Et alia trãslatio habet: suspiratores tui: nã idem est amatores tui, quod suspiratores tui.Qui pro te suspirãt, Gala. 2. & moriunt̃,q; sunt amatores tui: & Daniel de illis duobus senibus loquens dicit:erant ambo vulnerati amore eius, neq; indicauerant sibi uicissim dolorem suum,i.nõ audebãt sibi inuicem amores suos reuelare: & amores uocat dolorẽ,quia nõ põt perfectè amari,nisi dolores perserant. Atq; unum ex ijs,quæ Deus passione sua intẽdit est,ut cognoscamus,quod ꝓp amorem patiṫ, & ꝓp amorẽ uniuscuiusq; sigillatim, ut significauit S.Paulus dicens,qui dilexit me,& tradidit semetipsum pro me,i.Ita me dilexit, & pro oĩbus simul patiens,pro me mortuus est taliter qđ nisi alius esset præter me,pro me uno pateret.Et B. Aug.maximè exaggerat hæc uerba S.Apostoli dicẽs:Imò posses B. Aug. dicere uir sancte q; me plusquã se ipsum di 14 lexit,siquidem uitam suam ꝓ me dedit.Si ergo tantopere te diligit,& tu illum etiam amas,& ei amorẽ persoluis, iniuria tibi inferṫ,cũ tibi dicaṫ, & admonearis,ut sentias Deu. 21. qđ ipse sensit.Deuteronomio præcipiebaṫ, quod qñ in uia cadauer hoĩs occisi inueniretur,diligenter cædis reus inquireret̃ qui nisi inuenirj posset, egederentur maiores natu,& iudices Israel,& mentirẽtur à loco cadaueris spatia singularum ciuitatum per circuitum,& quam uiciniorem esse perspicerent,ex ea tolleretur uictima, ad offerendum sacrificiũ expiationis.Consentaneum est, ut sciamus de cæde huius diuini hominis defuncti,& eius occisorẽ,& quis nã fuerit in causa cędis eius inuestigemus.Metiṫ 15 ergo frater cõsideratione tua,& te uiciniorem esse reperies:& ita intelliges quantùm debeas in te affectus,& doloris offerre sacrificium.Ideò sponsus dicit sponsę,sub arbore malo suscitaui te. Pendens in arbore crucis te excitaui. Quis iam amplius dormiẽs,& sine sensu uiuet,cum talẽ excitatorem habeat,optimè uidistis qũo in his tribus peculiaribus locis scripturæ tria nobis præcipiantur.In primo præcipitur q; de mysterijs passionis Dñi loquamur: in secũdo, ut animaduertẽter,& interioribus aĩę oculis illa uideamus:in hoc autẽ tertio,ut hæc mysteria tanquam nostra sentianus. Vt ex primo, & secundo, hoc est ex sermone, & 16 aspectu,i tertium,qui est horum dolorum sensus,deueniamus.Loquere ergo,& uide, ut sentias:primùm de crudelitate,qua atrocissimi carnifices in hunc clementissimum Dñm usi sunt.Et circa hoc notatẽ acutissimã,quod loquens Dauid de impropęrijs, & atrocissima morte,quàm Iesus Christus Psalm.21. filius Dei passus est,& eius noĩe conquerẽs de malorum crudelitate,& q̃ parùm ęstima uerint illum uarijs tormentis affligere, & sæuissima morte interficere,dicit:ego autẽ sum uermis,& nõ hõ.Non comparat se ulli animalium magnorũ,& pulchrorum, quæ sunt in terra,q̃ cum hõ occidit,uidet̃ pietate commot⁹ eorum mortem dolore.Cum occiditis uitulum,arietem,aut bouem pulchrum statim cor uestrũ teneritudine afficitur.Vermen aũt ita pedibus contritis,ac sine dolore interficitis,acsi nihil faceretis. 17 O maximè Redẽptor mundi, ac potentissime cœlorũ Dñe quibus uerbis apertiùs declarari poterat,pauca pietas,aut multa atrocitas,qua attritus,conculcatus,flagellatus, spinis coronatus,alapis cæsus,cõsputus,crucifixus,ac deniq; necisus es,quã cum dicit, q; quasi uermis cõculcat⁹ es,& qñ de Dño dicit illud,Esaię.Quasi agn⁹ coram tondẽte se obmutescet,& nõ aperiet os suum,est ad significandam patientiam, qua mortem tolerauit,qñ autem uermi comparatur,est ad declarandam paucam compassionem, & ni- Esa. 53.

& nimiam crudelitatem,qua occisus est.Et non solũ carnificũ atrocitas perpendenda, & dicenda est,sed & res ẽt sæuissimæ,quas cũ ea fecerũt,quot tormẽtis illũ affixerũt, & quot iniurias, & ignominias illi intulerũt.Quamobrem ipse Esaias eodẽ capite illũ uocat uirũ dolorũ, & quasi absconditus uultus eius.Non memini in tota scriptura diuina legisse,q; aliq̃s, uir dolorũ uocaret, nisi solus noster diuinus Saluator, illius.n. 18 dolores maximi fuerunt oĩum, qui in uniuerso orbe tolerati sunt, tam in qualitate, D. Tho. 3. par. q. 46. a. 5. quã in quantite, ut asserit S. Tho. & quod dicit S.Esaias quasi absconditus uultus eius. alia translatio habet, absondebamus faciẽ ab eo.Ita deformatus fuit pulcherrimus ille uultus,quẽ nõ satiant Angeli contẽplari, ut puderet nos illum aspicere. O ineffabilẽ res,q; probitatem,quis unquam tale cogitauit Dei altissima Maiestas ꝓ uilissimis terræ vermiculis in tãtã humilitatẽ, & abiectionem deuentura esset?& hoc magis uniuersorum tormentorum eius magnitudinem declarare potest,q; nemo,nec hõ,nec Angelus illam põt penitùs intelligere, nisi solus pater,qui eã permisit,& filius, q; perpessus 19 est,& sic dicit ipse filius loquẽs cum patre. Psalm. 68. Tu scis improperiũ meum, & confusionem meã,& reuerentiã meã. Solus pater cognoscit q̃ta sit filij ignominia, qa solus ipse, q̃ta sit eius dignitas,intelligit,eò.n.maior est Zach. 13. contumelia,quò amplior est dignitas patiẽtis. Ideo illi dicit,tu scis.Tu solus æterne pater es,q; hoc scis,& sic ꝓpheta Zacharias in persona patris significãs magnitudinem passionis filij eius dicit. Phramea suscitare sup pastorẽ meũ,& sup uirum cohærentẽ mihi,dicit Dñs exercituum. O phramea iustitiæ meæ cõmouere in pastorẽ meum &c.Hõ q; patri magis inhęsit fuit Iesus Christus filius eius In hunc diuinũ hoĩem conuertit pater gladiũ suũ:& uocat eã phramam iustitiæ suæ,qa unũ ex operibus, ĩ quo Dei iustitia magis splẽdet est hoc,nã qs unq̃ iustitiæ rigorẽ similẽ huic audiuit? Magnũ timorẽ infert seueritas diuinæ iustitię, 20 q̃ in Angelorũ supplicio exercita est:illa tũ iustitia nõ tã me perturbat, & deijcit,q̃ suppliciũ,qđ de hoĩs peccato sumptũ est. O immensam Dei iustitiam,seuerior mihi uideris Dñe parcẽs,q̃ puniens. Magis me clemens hoĩs redemptio,q̃ dura Angeli condemnatio deterret.O inęstimabilem seueritatem, & rigorem, ꝓ ꝓp hoĩs peccatum Deus occidatur,& ꝓp hoĩs culpam tã crudelem mortẽ Dei filius patiatur? quid seueriusʔqd humano iudicio hac iustitia magis stupendũʔTerribiliorẽ te oĩdisti Dñe redimens,q̃ si nõ redemisses. Magis rigorosũ 21 te præbuisti cũ misertus fuisti, quam si uniuersos hoĩes ęterno inferni supplicio condemnasses.Terribilioris.n. iustitiæ est, Deũ pro hominũ peccatis interfici, q̃ hoĩes ꝓp eorũ scelera perpetuo inferno condẽnari. Diligenter hoc animaduertite, & perpẽdite fratres mei per reuerentiã illius Dñi,q; ꝓp nos tã irreuerẽter hodie uoluit tractari. Et.n.si hoc accuratè cõsideraremus, qs peccaret? Immittit ætern⁹ pater gladiũ iustitiæ suæ & tã terribili ictu filiũ suũ unigenitũ ꝓcutit ꝓ alieno peccato, & tñ audes tu denuò peccare?cui hoc tribui põt, nisi cõsiderationi defectui? Si exiuissent tres iuue- Simile. nes à patria sua cũ proposito furandi in Jonginquis regionibus,& accedẽtes ad aliquã ciuitatem uiderent iuuenẽ uenustissimum collo alligatum fune,& maximis impro- 22 rijs affectũ ac mortis instrumentum humerisq; portantẽ extra ciuitatẽ ad supplicium deduci,interrogationibus ãt ipsis, quare tã decorus iuuenis puniretʔaliq̃s rñderet, illum unigenitũ esse filiũ Regis illius prouinciæ,quem pater eius occidi iussit, qa unũ pomũ furatus fuit,qũo illi obstupescerentʔ O Dña & Regina cœlorum (dicerent ipsi) tã seuera iustitia in hac regione exercetʔ& tanto supplicio latrocinia puniuntʔliberet nos Deus ne in hac terra latrocinium cõmittamus,ubi pro pomo Regis filius suspẽditʔO fratres mei ŧtellexistis ne hocʔplaceat æternę Dei Maiestati,ut hoc saltẽ modo uobis oñdat,& cognoscere faciat quantum malum faciatis,& quãto periculo uos obijciatis, qñ peccatum aliquod mortale committitis.Qũo habemus manus aut uoluntatem,ad offendendum Deum,cum uideamus,q̃ acriter peccata puniatʔ & q; unigenitum filium suum tam crudeli supplicio propter alienum peccatum affecit,per- 23 mittens,ut tali morte percuteretur?

Hic poterit prædicator aliquot mysteria passionis plane narrare,& posteà cõcludat dicens testimonium S.Pauli, qđ assumptum est pro themate,illud repetens usque ibi,hæc loquere.Loquimini hęc, ut ea sentiatis,& loquimini etiam, ac sentite, quod sanctissima uirgo Maria mater eius sensit. De qua Beatus Ioannẽs dicit. Stabat autẽ Ioan. 13. iuxta

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuxta crucem Iesu mater eius. O uirgo pijſſima, & cui nulla alia fuit equalis, q̃ ſecuta es ſacratiſſimũ filium tuũ in Iudęa, & Galilæa prędicantẽ: nũc ét illum inter latrones morientẽ ſectaris. Fugerunt diſcipuli eius
24 cùm a cohortibus apprehenſus eſt, tu uerò uſq; ad crucẽ, & ſepulchrũ illũ comitaris? qd hoc ẽ tã nouũ uirgo puriſſima? qũo tibi perſuadere potuiſti, & tã uirilẽ aĩum habuiſti, ut exiuiſſes, ad tã amarũ tibi, ac lamentabile ſpectaculũ intuendũ? Nõ eſt cõſuetudo fęminarũ, ac talium fęminarũ, rebus publicis intereſſe. Indecorũ eſt uirginibus ad tã cruentas res uidendã exire. Nec materna pietas, amor, & teneritudo patiũ, ut matres ſupplicia, q̃ publicè de filijs ſumuntur aſpiciant. Qũo ergo tu honeſtiſſimarũ honeſtiſſima piarũ matrũ pijſſima in publicum exiſti, ut dilectiſſimi filij tui mortẽ crudeliſſimã aſpiceres? Iam ego riſionem tuã audio, ſcio.n.q; te domo deduxit, fides, ſanctiſſimi filij tui abiectione, & paſſione nõ ſuperata,
25 deduxit te ſpes tãta aduerſitate nõ debilita ta, deduxit deniq; charitas, qua erãt uiſcera
Cant.8. tua inflãmata. Hæc cor tuũ impellebat. Fortis.n.eſt uelut mors dilectio. Talẽ amorem oportuit te habere ad ferendũ, qđ tuliſti, ſiquidẽ tale ſpectaculũ uidiſti. Hę tres uirtutes in unũ cõuenerunt, & te ò uirgo ſacrata oppugnauerunt. Quis tãtæ fortitudinis poſſet reſiſtere? Iſtæ te uicerũt, & domo in publicũ deduxerũt, ut uitæ tuę mortẽ uideres inferri, & animam tuã nouo doloris gladius
Gen.37. ultimò pertranſiret. Maximo dolore affect⁹ eſt patriarcha Iacob cũ uidiſſet cruentatam tunicã filii ſui Ioſeph, quẽ tãtopere diligebat, ſed multò maiorẽ dolorẽ acciperet, ſi illũ uideret immanis belluæ dentib. lacerari.
3.Re.18. Et q̃d faceret Dauid ſi filiũ ſuũ Abſalõ ex quercu pendentẽ, ac tribus lãceis infixũ cerneret? ò martyr incomparabilis? in te.n.magis aĩa patitur, quã corpus. Qui morit, ipſe
26 eſt, qui occidit, & amor carnifex, & nõ mori maior eſt cruciatus præſertim cũ uideas corã te dilectiſſimũ filiũ tuũ, immanium belluarũ dentibus lacerari, cumq; illũ cruci affixũ, & ab ea pendentẽ cõſpicias. Si aũt erat doloroſa Mater tã iuncta cruci, quare, dicit ſanctiſſimus filius p Dauid, conſiderabã ad
Pſal. 141. dexterã, & uidebã & nõ erat, q̃ cognoſceret me? q̃d dñe? Nõ eſt ibi tua ſacratiſſima Mater quare ergo dicis q̃ es ſolus? Mater ſeptẽ
2.Mac.7. filiorũ Machabæorum interfuit morti filiorum ſuorum & tãtã bona, ac pia mater, ut tua, nõ affutura erat tibi in morte tua? Aduertite q̃ nõ dicit ſe ñ uidere quẽ ipſe cognoſceret, ſed à quo ipſe cognoſceꝛ, ita.n.ẽ formatus erat, ut uix à ſuis poſſe cognoſci. O mater męſtiſſima eleua ſacros oculos tuos, & uide ſi eum cognoſcis: ſigna q̃ ille ẽ 27
ſe ꝓbebat, qb⁹ poſſet cognoſci erãt hæc: caput meum plenum ẽrore, & cincinni mei guttis noctium. Ecce caput ei⁹ ꝓtioſo rore
Cant.5. cõſpſum. Tu autẽ dicebas, man⁹ ei⁹ diſtillauerũt myrrhã. O quomodo ei⁹ manus diuinum sãguinẽ diſtillãt, q̃ ad peccatorum uulnera curãda, ꝓtioſior eſt oĩ myrrha. Nõ erat q̃ cognoſceret me, hoc dicit, qa ita deformat⁹ erat. Eleua ergo oculos o aĩa Chriſtiana ad illud ſacroſanctum lignum: aſpice
Thren.4. ſanctiſſimum. Nazarçum candidorẽ niue, ac lacte, rubicundiorẽ ebore antiquo, & uidebis q̃ obſcurior, & nigrior ſit carbonib⁹, & ita decolorat⁹, & infotmis, ut uix illum poſſis cognoſcere. O altiſſimi ęterni patris
28 filii dic Dñe, qd in nobis uidiſti? qñ tibi ſeruiuimus? quibus officijs te deuinxim⁹, ut tã lia tormẽta patereris? ò admirabilẽ liberalitatẽ? ò incõprehenſibilẽ charitatẽ? q̃a cum in nobis nullum eſſet gen⁹ meriti, nec in te neceſſitas ulla, pp tuã ſolã gratiã, & miſericordiã hoc modo nos redimere uoluiſti, ò quantũ deſiderat hic diuinus Dñs, ut hęc aſſidua cõtemplatione cogitemus, ſiquidẽ
Eſa.43. per Eſaiã illa tam notabilia uerba nobis dicit. Non me inuocaſti Iacob, neq; laborauiſti in me Iſrael, &c. ueruntñ ſeruire me feciſti, præbuiſti mihi laborem in iniq̃tatibus tuis. Ego ſum, ego ſum ipſe q̃ deleo iniquitates tuas pp me, & peccatorũ tuorũ ſi memorabor. Reduc me in memoriã, & iudicemur, ſimul, narra ſiquid habes ut iuſtificeris. O
29 diuina uerba efficaciter uerificata in illis ꝰbus, qui utunq̃ paſſione ſacratiſſima huiꝰ diuini agni, ſiquidẽ hæc tã præſtãtia ꝰbenecia in nos cõtulit, cum nihil nobis deberet. Quid igitur eſt in me o dulciſſime Ieſu, quo ego tot beneficia tibi poſſim ſoluere, ſi ego haberẽ oẽs uitas filiorũ Adę, ſi oẽs annos ſæculorũ uiuerẽ, ſi deniq; oẽs labores reret oĩum, q̃ ſunt, fuerunt, & futuri ſunt, hæc oĩa eſſent nihil ad ſoluẽdum minimũ laborum oĩum, quos pp me paſſus es, & ſi qdẽ nullo mõ hoc debitum poſſim ſolue re utinam in hoc ſaltem tibi Dñe quodã modo ſatisfaciã, q̃ nunquam illius obliniſcar, & maxima cum gratiatum actione diuitijs utar, quas tu mihi comparaſti.

Cum

Cum mulier, q̃ multos dies partus doloribus afflgitur uidet ſe infantẽ mortuum peperiſſe, qua moleſtia afficitur cõſiderans q̃ parum dolores illi profuerint? O Chriſte dulciſſime hominũ amator, qui pp teneri-
30 tudinẽ diuini amoris, quo eos dilexiſti matris pijſſimæ tibi nomen aſſumpſiſti, & triginta tres annos parturientis doloribus afflictus fuiſti, ſi nos mortui manſuerimus, nec uitæ, ac gratiæ q̃ nobis comparaſti fructum acceperimus, maximã iniuriam tuis immenſis tormentis inferemus, quod illis nõ utamur. Deniq; concludens S. Euangeliſta narrationem paſſionis Dominì dicit q̃,
Cypria. *inclinato capite emiſit ſpiritũ*. Perpendit S. Cyprianus ſuper hunc locum, quod ideo inclinauit caput bonus Ieſus, ut ſignificaret, q̃ pp patris obedientiam moreret. Perfate diligenter, q̃ nõ dicit ſacratus textus q̃ emiſſo ſpiritu inclinauit caput, ſed q̃ prius inclinauit caput, & poſteà emiſit ſpiritũ, ad ſignificandum, q̃ niſi Pater ſibi pcepiſſet per obedientiam, ex hac uita nõ decederet
31 licet immenſi eſſent labores, quos ibi patiebat. Et ita declarant aliqui illa uerba: *Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* q̃ tã crudelia, & immenſa erant tormenta, q̃bus illa ſanctiſſima humanitas cruciabatur, ut ante hanc horã Chriſt⁹ redẽptor noſter mortu⁹ eſſet, niſi diuinitas humanitatẽ adiuuaret: & qñ iam diuinitas deſtitit humanitati uires addere ad plura paciendũ, conquerebat humanitas de hac deſertione, ſignificans ſe adhuc plura pro oĩbus uelle tolerare, niſi illam tam citò diuinitas mori præcepiſſet. Non quod neceſſe eſſet plus pati, ſed ut ſui erga nos amoris magnitudinẽ declararet. Et quamq̃ cum bonus Ieſus expirare uellet, dixit, *conſummatũ eſt*, conſummata.n. illic uita ſua, mundi redemptio cõſummata
32 eſt: ſed uõ omnia piiſſimæ Matri ſuę cõſummata ſunt, imò potius quodammodo incipiſſe uiſę ſunt eius angũſtiæ, & mæroris magnitudo. *Quia unus militũ lancea latus eius*
2.Re.18. *aperuit*. Legit, q̃ tulit Ioab tres lanceas in manu ſua, & infixit eas in corde Abſalon: cũ infęlix iuuenis crinibus à quercu penderet. Itaque oẽs tres lanceas, credibile eſt ex corde in eũ infixas fuiſſe, ſiquidem oẽs cor eius percuſſerunt. O pulcherrime Abſalon Ieſu Chriſte tuis pulcherrimis capillis, à crucis quercu pendens, clementia.n. & charitas tua ſunt capilli, quibus pendes. Tranſfixo Abſalon tribus lanceis unũ tm cor per
cuſſum eſt, tranſfixo aũt una lancea tuo ſacratiſſimo latere tria corda percuſſa ſunt: ſ. cor tuę puriſſimæ Matris, chariſſimi diſcipuli tui, & ſanctæ peccatricis, q̃ tu conuertiſti. Itaq; Ioab unum cor tribus lanceis interfecit, Longinus uerò, una lancea tria cor 33
da penetrauit. Quis nũc nõ tale audiuit, q̃ in hominis mortui pectore tria corda uiua reperirent? Verùm heu dolor, q̃ parũ tpis illic uiua durauerũt, & quam cito tranſfoſſa crudeliſſima lancea fuerunt? O ſanctiſſima haſta, ò mucro atrociſſime, q̃d quæris in latere Redemptoris mei? ſi quæris ſanguinẽ iam p uias effuſus remanet: ſi q̃ris animã, iam in Limbũ perrexit, ſi eius famã uis auferre, iam in cruce oẽm amiſit, ſi carnẽ eius uis diſſumpere, iam claui illam ruperunt: ſi uitam ei cupis auferre, iam ęterno Patri pro peccatoribus illam tradidit. O uulnus pretioſi lateris amore potius, q̃ lanceæ mucrone inflictum? ò fornax diuini amoris? ò fons aquæ uiuæ uſq; ad æternã uitã exiliẽtis! Accedite fratres ad hãc fornacẽ, ut cale 34
faciamini, & adhũc diuinũ fontẽ, ut refrigeremini, & effręnatos ardores extinguatis.

Cum ergo ueſpere iam eſſet factũ ſtabat mater mæſtiſſima iuxta crucem, & cũcta familia eius nõ minus triſtis, quam confuſa, uidens ex una parte dulciſſimum filium in cruce mortuum, ac laceratũ, ex alia parte, q̃ nõ habebat facultatem ad illũ ſepeliendum, nec aĩum ad relinquendũ. O animæ deuotæ, q̃ lingua ſufficiet hoc dicere, aut q̃ oculi diſſimulare poterũt, q̃ triſtiſſima mater ſenſit, cõſiderãs q̃ parũ eſſet remedij ad ſepeliendum filiũ ſuum? Erat cum tota illa ſua lachrymoſa familia humi ꝓſtrata; Chriſtus uero in alto pendebat. Si uellent aſcendere ad tollendum illum, non habebãt ſca 35
las, ſi uellent clauos refigere, non habebant forpices, ſi uellent eum à cruce abſtrahere, non habebãt facultatem, ſi uellent ungere non habebant unguenta, ſi uellent inuoluere, non habebant ſindonem, atque etiam ſi illum ſepelire uellent, non habebant ſepulchrum. Nam benedicta Virgo erat pauper, & peregrina, quæ cum ſuo ſanctiſſimo filio aſcenderat Hieroſolymam, ad celebrationem Paſchæ. O maxime Redemptor mũdi ſi nos ſentiremus, quod ſentire oporteret, qũo eſſet poſſibile, quin in ſanguineas lachrymas liquefieremus? & tãto maior erat angũſtia illius mæſtiſſimę ſocietatis, quãtò magis nox obſcura propinquabat, & erat iã

propẽ

prope uesperé magni paschatis, q; si uellét re in ciuitatem, & statim reuerti erat iam sero. Si uellét facultatem petere ad sanctissimum defunctum sepeliendum nullus eorum cognoscebat Pilatum, si illinc discederent, & eum inhumatum relinquerét timebant, ne Iudæi illum sepelirent, ubi ipsi nescirent, si autem illa nocte ibi manerent, timebant ne uenirét Iudæi, & eos peuterét. Itaq; amor defuncti eos ad manendum inuitabat, metus autem obscuræ noctis ad discedendum impellebat, & licet inuicem in se oculos conjciebant, nullum tamen uerbum loquebantur, iam enim præ nimia lamentatione loquelam amiserant.

Veruntamen quantum satagebat sanctissima uirgo quo filium suum humanaret, tantum aberat ut cogitaret, quod Ioseph, aut alius, hoc moliebant. Ex quo debemus exemplum sumere, ut in nulla re diffidamus, cum nos magis desertos, & sine remedio esse, tunc res nostræ fœlicius diriguntur, ut hic apparet, q; cum sancta Virgo hoc terribili agone angebat, moliebant, & acquirebant sancti illi uiri oia, quæ ad Christum redemptorem nostrum sepeliendum pertinebant. Accedunt ergo hoc tpe uiri illi nobiles oia ferétes, quę necessaria erat ad tollendum illum ex cruce, & humandum. Sed cùm sol iam occidisset, & tenebrę iam obreperent, uia quoq; longa esset, atq. ét lachrymarum esset maxima abundantia arbitrata est afflictissima Mater, & tota illa familia, q; Ioseph, & Nicodemus essent alij nouí Lógini, & q; scalæ essét lanceæ, & q; denuo uenirent ad trásfigendum sanctissimum filiú suum, non uerò ad sepeliendum, qui timor nouũ aliud torméntum illis attulit, quousq. propius accesserunt, & illos agnouerunt. O quis uideret denuò uenientes ad funera sãcti crucifixi, & eos, qui anteà cum eo cómorabãtur? ò quantum flebant, quantumq. fu spirabant, atq. ét obmutescebant. Itaq. i illa funebri hora uerbà deerant, & lachrymæ supererant. Et tam attoniti erant Ioseph, & Nicodemus, ut eos mortis tanti filij pœnituisse uerbis declarare matri nequaquã possent, nec ét dolorosa mater potuerit de aduétu eorũ gratias illis agere. Et plura tibi dicã ò aia Christiana, q; in illa funesta hora deerãt suspiria, & supererant mortui. Nã totã illam familiam orbã, qũo cum uiuis numerabimus cum ante oculos suos amantissimum Dñm suum mortuum uiderent? O q; ad literã impletum est hic quod dixerat Dñs: sinite mortuos sepelire mortuos suos Matt. 8.
cum non sint, qui hunc mortuum sepeliãt, nisi alii mortui? Venerabiles senes ante oia ueniam petunt à sanctissima Virgine, & flexis genibus, ac detectis capitibus, ac uenerabilibus canis máxima cum reuerétia sanctam crucem osculati sunt, & Iesum Christum in ea crucifixũ adorarunt, quo peracto per scalas usq. ad summitatem crucis ascé-
derunt. Cumq; proximi Magistrũ, ac Dñm 39
suum tam cruciatum uiderent, habentem clausos oculos, nigrum uultum, corpus attritum & lacerati, capillos dilaniatos, cruorem gelidum, os aliquantum apertum, carnem denigratam, & aspectũ quasi consumptum genasq; pulcherrimas tabe infectas, tantus dolor, & pauor apprehendit eos, ut quasi nõ possent se sustinere, quin deorsum præcipiarentur. Si.n. sola auditione hõ toto corpore contremiscit, quid esset cum hęc oĩa uiderent, cõfortati sancti uiri sacratum corpus refixerunt, & cum eo usq. ad terrã paulatim descenderunt. Et postquam mœstissima Virgo concessit, ut ungeretur, oẽs, qui in eo tristi collegio erant, illud uelut examen apum melle ptiuatum circũdederunt, ore suo mæstissima uerba profercutes atq. ex oculis multas lachrymas effundentes quid non planxerunt? q; non dixerunt? quid non senserunt, cum Magistrum suum tam laceratũ uiderunt? qui oculi potuerunt sufficere ad uidendam crudelissimam stragem, quam uoracissimi lupi in mitissimo agno ediderunt? Impositum ergo sanctissimum corpus in sindone, cęperunt pretiosis aromatibus ungere. O beata aia, quę illic cum memoria interfuerit, siquidem per præsentiam interesse non potuit: illic.n. occupabatur, aut in custodiẽda cruce, aut in colligendo cruore, aut in matre piissima comtanda aut in emolliendis unguentis, aut in
vulneribus ungendis, aut in alligandis lin- 41
teis, Vltimus tandem labor, ultimum malę, ordo sepulturę, unctio defuncti, lamétatio deniq. defuncti, qua lingua poterit declarari? aut quibus oculis poterit satis plorari? Et siquidem non sunt uerba, quibus hæc possint significari omnia cordibus uestris relinquo, ut ea digne uelint sentire, ò exequias tristissimas? ò lamentabilia funera tam nobilis defuncti? q; non in templo, sed in campo executi sunt, non clerici, quia oẽs ferè abierant, non cum luce, quia iam nox erat,
non

non cum pompa: sed cum exiguo comitatu: nec cymbala pulsantur, sed solummodo magna lachrymarum copia effunditur. Sepeliantur ergò corda nostra cum hac uita mortua, ut cum ipsius gratia resurga-
42 mus, & posteà eius gloria perfruamur, &c. Amen.

Dominica Resurrectionis.

Maria Magdalene, & Maria Iacobi, et Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Marc. 16.

TANTA est lætitia, quam alma mater Ecclesia in hac sacratissima festiuitate habet, ut ipsa maximæ exultationis uocibus cœlestes, terrestresq; creaturas ad alacritatem inuitet, dicens. In resurrectione tua Christe, cœli, & terra lætantur. Quòd si ad hoc
1 gaudium insensibiles creaturæ inuitantur. quantò magis debent rationales exultare, quibus ex Domini resurrectione tanta dimanat utilitas? Vt igitur uera loquar fratres mei, hæc dies est mater omnium fœlicium dierum atq; hæc festiuitas, & gloria etiam, quam hodie celebramus uere est nostra. In Christo enim Iesu uerò capite nostro resurrectio nostra incepit, quæ suo tempore in
Ioan. 15. nobis perficietur. Iam radix nostra reuixit, & resurrexit: quocirca nõ est dubium quin aliquando etiam uiuificentur & rami. Ego sum uitis uera, & uos palmites: dixit summa ueritas, cum iam prope esset ut ex hoc mũdo transiret ad patrem: & siquidem hæc uitis gloriosa apparuit certissime glorificabuntur cum ea ueri, & uirides eius palmites. Nunquid non spectat ad palmites, ac
2 ramos uita, & glorificatio radicis suæ? Maxima ergo ratio est cur omnes exultemus, diuinamque Maiestatem, quę tot nobis in hac die beneficia cõtulit summa animi alacritate collaudemus. Omnes festiuitates anni celebrantur à sancta Ecclesia in memoriam beneficiorum, quę Deus hominibus fecit. Et sic Esaias dicebat: Misera-
Esa. 53. tionum Domini recordabor: laudem Domini super omnia, quę reddidit nobis Dominus. Hoc ipsum dicit sancta Ecclesia: omnium beneficiorum eius memorabor, & super omnia Dominum exaltabo. Inter omnia ergo unum ex præcipuis fuit glorificatio nostri sacratissimi capitis Iesu Christi. O superne mundi reparator unde initium sumam? à quibus incipiam tuam admirabilem gloriam recensere? Si iustissimus Pa- Mart. 10.
ter nullum opus bonum quantumuis minimum sit, præmij immune relinquit: adeò ut tu dixeris, quicúque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquæ frigidę tantum in nomine discipuli, amen dico uobis non perdet mercedem suam. Si pro uasę 3
aquæ frigidæ propter Deum dato tam supremum præmium Deus retribuit, quid tibi dedisse oportuit ualidissime dimicator tamque humilis seruę, qui eius præceptis tam pfectè obtemperatli? quid tibi daret. O beatissimum iustorum caput, qui pro gloria, & obedientia Patris, & pro totius mundi salute tale præmium aggressus fuisti, talesque ignominias, labores, ac mortem denique constantissime pertulisti? Iure optimo profecto uniuersus cœlestis Apoc. 5.
exercitus proclamat) ut uidit Sanctus Ioannes) dicens: Dignus est agnus, qui occisus est accipere uirtutem, & diuinitatem, sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et quibus 4
laudibus hodie glorificatus fuerit, siquidem linguæ non potest explicare, sentiat anima, & interiori affectu delectet. Quod si aliquis quærat, quod fuerit mysterium, quòd cùm diuinus hic agnus toties tam sigillatim discipulis suis labores, quos passurus erat referret dicens. Filius hominis tradetur, flagellabitur, illudetur conspuetur, & postquam flagellabitur, occident eũ. Cùm (inquam) hæc omnia tam sigillatim referret de resurrectione sua unum tantũ uerbum addiderit dicens. Tertia die resurget? quare hoc? Ratio est quia corpora les labores potuerunt numerari, numero Psal. 79.
habuerunt, ut dicit Dauid. Potum dabis nobis in lachrymis in mensura: Resurre 5
ctionibus autem gloria non potest dici, tanta est, ut nulla sint uerba, quibus dignè explicari possit, & ideò illam silentio prętermittebat.

Hodie satisfecit ęternus Pater debito, quod huic fidelissimo procuratori, & zelatori sui honoris & obedientiæ debebat, ut ipsemet sperabat, & sic dicebat uerba illa, quę Dauid eius nomine proposuit. Psalm. 15.
Tu es qui restituis hæreditatem meam, mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

mihi. Cœpit ęternus Pater filium suũ quatenus hõ erat glorificare statim in instanti cõceptionis eius, aię solũm gloriã tribuẽs: corpus uerò passibile, & mortale remanebat. Et quia suis laboribus, corporis gloriã promeruit: sicut de re sibi debita, illi dicit: Tu es qui restitues hæreditatẽ meam mihi quę est gloria mea. Nõ est tradita illi statim integra hæreditas, debebat.n. pro humani generis debito satisfacere: sic namq; Pater illi præceperat, & quousq. hoc debitũ per
6 solueret, seq̃strata, & impedita est illi hęc corporis gloria. Et qa qñ mortuus est hoc debitũ persoluit, atq; hac fideiussione se expediuit: Ideo dicit Dñs: iam debitũ persolui hoc nũc superest, ut mihi hereditatẽ meã restituas, & illius possessionẽ mihi committas: atq. ita factum est, quia hęc corporis resurrectio per diuinitatis uirtutẽ effecta est.

Simile. Sunt aliqua horologia manualia subtilissima, quę plurimas habẽt rotas, & miro quodam artificio ordinatas: hęc si semel perturbent, nunquã amplius poteris adaptare, nisi illa ad artificem, qui ea cõfecit, detuleris. Hoiem cõposuit Deus ex neruis, uenis, & ossibus, atq; ex quibusdã partibus principalibus, quæ alijs minus principalibus motũ
7 ac uitam pręstant, quasi horologij rotę maiores, & minores. Deniq. ẽ humano corpore tanta ordinatio, ut simile sit horologio, & in morte oĩs harmonia, & ordo huius horologij perturbatur & destruitur, & nemo sufficit illud reparare, nisi artifex, q illud cõfecit, ipse.n. unus pôt illud restaurare, & in pristinum statum restituere. Atq; ideò dicit Christ⁹ inquãtum hõ loquẽs eum Patre: Tu es qui restitues hęreditatẽ meam mihi. Et notate q, una ex illis, q hac resurrectione peculiari lętitia fruiti sũt fuit sacratissima uirgo Maria Dña nostra, quę hodie meritò potuit illa uerba dicere, quæ Satãnus⁹ Tob. 3. Tobię dixit, sit nomẽ tuũ Deus Israel benedictum in secula, quia post tempestatẽ tranquillum facis, & post lachrymationem, & fletum exultationẽ infundis. Benedict⁹ sis
8 Dñe Deus, quia sicut tpum uicissitudines cõmutas, ita ut nec semp dies, nec semper nox sit, nec semp sit hyem⁹, nec semp ver: sic ẽt in rebus nostris comminationẽ facis, ut post plurimorum laborũ procellas gaudiorum, & cõsolationum tranquillitas adueniat. Nisiq, hic tempestates sunt breues, Psalm. 29. serenitas aũt erit ęterna. Quod Dauid manifeste affirmat, nam ubi nos legimus qñ ira in uoluntate eius. S. Hieronymus uertit sic: qñ ad momentum ira eius, & uita in repromissione eius, i. q, ira Dei in iustos est breuissima, beneuolẽtia uerò ualdè diuturna. O uirgo sacratissima quis poterit explicare, quantum spiritus tu⁹ exultauerit, qñ in auribus tuis cœlestium Hierarchiarum cantus insonuit? qua lætitia plena es cũ sacratissimum filium tuum ante oculos susciS. Hier.
tatũ uidisti? Credo ego, & arbitror me non falli, q, tunc non solũ eius corpus gloriosũ, aspexisti, sed q, ineffabiliter tibi demonstrata est Verbi diuinitas, atq; ibi omnes sãctorũ exercitus uidisti, q admirabilib. laudibus te benedicere ac sup omnes creaturas fæliciss̃imã appellare non cessabãt: & agentes tibi gratias, p beneficijs, quæ p te acceperãt dicebãt. Benedicta filia tu à Dño, qa per te fructũ uitæ cõcauimus. Quot lachrymas refert sacra scriptura matrem Tobiæ Tob. 10. p filio suo effudisse, qui iuerat ad recuperãdas pecunias quasdam, quousq. illũ locupletissimum & optimè sociatum, spõsamq. suã secum ferentem uidit? tunc.n. uniuers⁹ luctus uersus est in gaudium. Qui autem
10 fuerunt hęc oĩa in comparatione lachrymarũ quas purissima uirgo effuderat uidẽs asperrimum iter, qđ dilectissimus filius su⁹ usq; ad crudelissimã mortem confecerat ut recuperaret aĩas, quas pater æternus amiserat? Videns ãt illum hodie tã glorioſum, Angelis sociatum, & secum ferentem spoſã, quę erat illa sãctorum cõgregatio, quos ab Imbo abstraxerat: quæ lingua poterit explicare quanta fuerit lętitia, qua tunc affecta est? O De⁹ infinitæ maiestatis quomodo scis cõsolari Dñe eos, q, p te patiuntur. Iã nõ uidẽt ingens prior illa pena in cõparatione hui⁹ lætitię. Si ita cõsolaturus es eos
11 q pro te patiũtur, fœlicissimę eorum passiones, & dolores, siquidem ira remunerandæ sunt, & quid erit qñ illi, qui in hoc seculo tribulati sunt, se glorioſos uideant, & in societate huius glorioſi suscitati, diuina eius essentia perfruentes? O si hoc considerare nius, qũo in aduersitatibus huius mortali uitę nos cõfortaremus? Ideo S. Paulus post quam dixerat discipulo suo, labora sicut bonus miles Christi Iesu, nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus, ut ei placeat, cui se probauit. Nam & qui certat in agone nõ coronabitur, nisi legitimè certauerit, addidit dicens Intellige quæ dico, dabit.n. tibi Dñs in oĩbus intellectũ. Aduerte dili-
1. Tim. 2.

diligenter hæc, quę dixi tibi, quę sunt ualdè necessaria, in quibus non minus, quam salus tua agitur. Atque ut ad præliandum qua si bonus miles conforteris, memor esto dominum Iesum Christum resurrexisse à mortuis, fidelis sermo. O fœlicissimum uerbum diuinus nuncius, q, Christus surrexit. Nam si commortui sumus, & cõuiuemus, si sustinemus, & cõregnabim⁹. Et posteà dicit. Hęc
12 cõmune testificans corã Deo. Hęc q ego tibi prædico prędicatu omnibus, & eos corã Deo adiura, ut ad hęc diligentissimè attendant. Ecce fratres mei quantũ interſit ac faciendũ q, debemus, in Iesum Christũ resuscitatũ oculos conijcere. Et sic, ut Deus homines confortaret, uoluit, ut plurimi ex illis sanctis cũ nostro diuino saluatore resurge-
Matt. 27. rent, ut dicit. S. Matthæus, & multa corpora sanctorũ, q, dormierant surrexerunt, & exeũtes de monumentis post resurrectionẽ eius uenerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis. Vt cùm Rex principem filium
13 suum equitis insignis decorare uult, & armis denuò induit etiam induit alios nobiles, ut liberalitatem suam ostendat, & omnes ad sui seruitiũ inciteat. Atq; hinc intelligetis mysterium, quare ueteres Patriarchæ
Gene. 49. omnes maximo desiderio Hierusalem tenebant, & sanct⁹ Iacob, pcepit filijs suis dicens, sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron: Ne relinquatis ossa mea in Ægypto, sed deferte me in terram Hierusalem. Quare istud præcipis sancte Patriarcha? non es melius hic inter
Gene. 50. filios tuos quorsum uis eos tanto labore affligi, & in tanto periculo constituit, ut te ad hostium regionem deducãt? & S. Ioseph, ẽt fratres suos adiurauit dicens, asportate ossa mea uobiscum de loco isto. Quare etiã tu, sicut & pater tuus hoc præcipis? qa credo faciendã esse resurrectionem corporum Hierosolymis, cum Deus resurrexerit, & uolumus illic adesse ut si fortè nobis tam fœlix sors contingat, ut ex illis simus. Et ita piè
14 credi potest hos duos Patriarchas fuisse ex illis, qui cum domino resurrexerunt.

Cantatur in hac sacratissima solennitate hoc euangelium, ubi dicitur, quòd tres sanctę mulieres perrexerunt hodie summo mane ad monumentum et ita dicit: *Maria Magdalene, & Maria Iacobi, &c.* Hoc primum ualdè notandum est, hic, quod referens sanctus Euangelista nomina harum mulierum sanctarum priùs ponit Magdalenam peccatricem, quam alias sanctas. Vt quæ sit pœnitentiæ efficacia cognoscatis, q facit peccatores iustis anteponi, et ualdè acceptos, et æstimatos in diuino conspectu re-
Isa. 1. manere. Hoc aperte diuina Maiestas significauit per Isaiam dicens, quiescite agere peruerse, discite benefacere, quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite uiduam. Et uenite & arguite me, 15
si fuerint peccata uestra sicut coccinũ, quasi nix dealbabuntur, idest, agite ueram pœnitẽtiam, recedite a malo, et facite bonũ, et ego uobis licentiam concedo, ut me quasi Deũ falsum, et mendacem accusetis, nisi uos ad misericordiam recepero. Et faciam, ut si peccata uestra fuerint sicut coccinũ, aut purpura quasi candidissima nix afficiant. Dicit, ut coccinum, qa inter omnes colores, qui magis incorporatur in panno est coccineus, ita ut auferri nequeat. Quanuis igitur peccata, uestra ita uobis inhæreant, et incorporata sint, ut minime auferri posse uideantur, ab illis tamen poteritis recedere sulcimini, facite, quod in uobis est, ego enim animas ue- 16
strãs, quasi niuem candidas efficiam. O fratres mei si pręterijt quadragesima, nec tñ pœnitentiam egistis, nunc habetis tempus, ne hanc occasionem prætermittatis, uidete quanti Deus faciat peccatores conuersos, cum eos præferat illis, q taliter non peccauerunt, ut hic apparet. Hę tres mulieres emerunt aromata, ut ungerent dñm. O quã Eccle. 6.
fideles amicæ erant hę, q, paucos amicos similes his reperietis in necessitatibus sic dicitur in Ecclesiast. Est enim amicus secundum tempus suum, et non permanebit in die tribulationis. Etiam uiuum amicum si in tribulatione et aduersitate constitutũ uident non recordantur illius cæteri amici; quantò magis mortui obliuiscentur; Paucissimi sunt, qui in mortuos se fideles ostendant, q, est satis mali. Illa optima Ruth dixit Ruth. 2.
de Booz: Benedictus sit a dño, quoniam eandem gratiam, q, præbuerat uiuis, seruauit et mortuis. O quam pium est et quam 17
meritorium, mortuorum meminisse, et diuinam Maiestatem pro illis deprecari. O vtinam diuina Maiestas solicitam curam huius rei in cordibus uestris imprimeret. Hæ sanctæ mulieres non oblitę sunt facere misericordiam cum sancto defuncto Iesu.

Dicit ergo sanctum Euangelium, quòd unguentis oneratæ uenerunt summo mane. Et quid eas tam diluculo impulit surgere?

gere? unctiones, quas nocte præterita præparauerant. Qui cum Deo recumbit, deuotio illum facit surgere diluculo, & etiam excitat. Sic dicebat Dauid: Deus Deus meus ad te de luce uigilo, & quare tam diluculo surgis Dauid? Homo tot tantisq; negotijs implicatus, & tot regionum gubernatione occupatus summo mane surgebat ad laudãdũ Deum huius rei rationem ipse reddit dicẽs: Sitiuit in te anima mea dñe, tãta est sitis, qua anima mea tui æstuat, ut faciat me cum cogitatione recumbere, qũo surrecturus sum ad te laudandũ, atq; ideo ut primum dies illucescit à lecto, surgo, atq; hæc oia facio, licet media nocte surrexerim. Media nocte surgebam ad confitendum tibi. O pigri, & carnales, satis profecto ex hoc apparet quã parum Deum diligatis, & eius gloriam sitiatis cum in mollibus lectis usque ad meridiẽ dormiatis, acsi non crederetis aliquid esse plus quam nasci, & mori, sicut bruta animalia. Quod si aliquando mane surgitis optimè scitis uos ad quid surgatis, scilicet, quia prima nocte aromata pharmacopolij Sathanę præparastis, & surgitis ut exequamini, q̃ constituistis. O Deus infinitę maiestatis, benedicta sit tua patientia, qua tantopere fers tam turpem hominum uitam. Fratres erubescite attendite q̃ estis Christiani, & q̃ moriẽdũ est uobis, & reddenda arctissima ratio istorũ malorũ oium. Quappe curate priùs, q̃ recumbatis cogitationem, multa bona opera cras faciẽdi in cordib⁹ uestris ꝓponere, & hoc uos excitabit, & diluculo surgere faciet.

Psal. 62.

38

19

Dicit ulteriꝰ, quod hæc unguenta deferebant, *Vt ungerent Iesum*. Mirabile est hoc. Nunquid hæ mulieres ignorabant, quòd simul cum Ioseph uenit Nicodemus ferens mixturam myrrhę, & aloes quasi libras centum? & nesciebant, q̃ sancti illi uiri acceperunt corpus Iesu, & ligauerunt cũ linteis, cũ aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire, ut refert Sãctus Ioannes. Quare ergo ò sanctæ mulieres plura unguenta emittis, ut Iesum Christum ungeretis? Ad hoc nobis respõdet, q̃ qñ amor est ingens non quiescit amator, nisi cũ ipsemet dilecto inseruit. Nihil factum existimat, nisi illud ipse fecerit, nec oia sufficere posse arbitrat, nisi ipse suã debitam diligentiam adhibeat, qñ Martha Saluatoris nostri Iesu Christo seruiebat, dicite, nõ illi erant ancillæ? sic profectò, & tñ non hoc contenta erat, sed & ipsa ministrabat, & dicebat: Domine non est tibi curæ, q̃ soror mea reliquit me solam ministrare? quã credebat ad tantum tamq̃ dignum hospitem excipiendum, & illi seruiendum non sufficere uniuersum mundum, & ita illam credere oportebat. Sic hę bonæ mulieres tantopere dominum diligebant, ut licet illum uniuersus mundus unxisset, ipsæ tamẽ unguenta sua afferre non desinerent. O si ex animo Deum diligeremus quãtum optaremus, ut ei omnes seruirent, & nos essem⁹ in eius seruitio priores, & non acquiesceremus, nec contenti essemus rebus, quib⁹ alij Deo seruierunt, quanuis sciremus hospitalia, & domos pauperum atque infirmorum rebus necessarijs abundare, et uinctos carcerum omnia sibi necessaria habere, si (inquã) Deum feruide diligeremus, omnibus illis non contenti essemus, & nostra etiam unguenta quantumuis superflua essent deferre curaremus, quanto magis scientes propter uniuersalem omnium crudelitatem tãtam esse illorum inopiam. Illi angeli, qui in figura peregrinorum Patriarchæ Abrahę apparuerunt, ut legitur in Genes. non indigebant pedum ablutione, aut umbræ aprica tione, aut ciborum refectione, ut ponderat Sanctus Chrysostomus super illum locum, quia spiritus erant. Verumtamen Sanctus Abraham ne meritum ex parte sua amitteret, et si illi non indigebant rebus illis, et sic superfluę erant Angelis, eorum pedes abluit, et umbræ refrigeratione illos inuitauit, atque splendidissimo conuiuio cibauit. Atque ut Sancti Angeli seruitium illud acciperent, illos mitissimis uerbis exorauit dicens: Domine si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruum tuum, sed afferam tibi pauxillum aquę, et lauentur pedes uestri, et requiescite sub arbore, ponamq; buccellam panis. Optimè cognoscebat quod angeli essent, et licet essent tres, et diuinas tres personas significarent, quia hæ tres personæ sunt unus Deus illis tanquam uni loquebatur modò, modò uero tanquam tribus dicens. Domine, et requiescite, et quanquam hæc omnia cognoscebat, illos hac instantia inuitabat, ut seruitium illud acciperent, quod recte sciebat illis non esse necessarium; sed sibi potiùs. Et ideo dicebat, si inueni gratiam. Ego (inquit) sum qui beneficium accipio, ego hanc gratiam à uobis accipere spero, quod exemplum conuenientius huc poterat afferri, quàm quod modo dicimus? quod quanuis pauperes tam parum elee-

Ioan. 19.

20

Luc. 10.

Gene. 18.

Chrysost. sup Gene.

21

22

23

eleemosynis indigerẽt, quàm Angeli, ut tamen amori nostro, ac charitati satisfeceremus, eos deberemus rogitare, & solicitare, ut nostra pietatis seruitia recipere dignarẽtur. O quot & q̃tum circa hoc est lachrymandum quam miserabile est uidere tot proximos in tantis necessitatibus constitutos, & multorum diuitum abundantiam una ne consumptam, qui quia Dei amorem nõ habent non recordantur illis subuenire, & ex alia parte illã in rebus impertinẽtibus, & in secularibus uanitatibus consumunt. O diabolicam cęcitatem quod cũ tot dies, menses, & annos diuitias, atque ingenia in mundi seruitute consumpseritis, conspiciẽtesque quam parum utilitatis, quantumq; detrimenti ab eo acceperitis illum tamen tantopere diligatis ut non sufficiat hoc, ad uos fatigandos, sed quod in dies magis, ac magis tanta uoluptate consumatis, ac si in eo animæ salutem compararetis. Ad faciẽdum uerò seruitium Deo statim existimatis uos esse pauperes, & magnis debitis alligatos, & non habere facultatem ad illud faciendum. Legitur de maledicto Bzlac. Rege Madian, quod ut appetitui suo satisfaceret, atque ut Balaã Israeli malediceret plurima altaria ædificauit, & plurima animalia in offerendis sacrificiis consumpsit. Et quanuis uidisset, quod nihil sibi prodesset, alia plurima altaria in alio monte reedificauit & animalia immolauit, ne hoc quidẽ illi profuit, sed non fatigatus est tam impertinentes illos sumptus facere & iterum in alio monte alia plurima altaria erexit, & multa animalia mactauit, & absq. ulla utilitate, cum semper illuderetur, & tamen nũquam à suâ pertinacia recessit. Ecce qd ad literam inter miseros filios huius sæculi agatur, q̃ neque laboribus, neque sumptibus defatigantur, nec sumptui, nec diligentiæ parcunt, quando mundo, & diabolo seruituri sunt, & cum uideant labores & sumptus præteritos nullam sibi utilitatem attulisse, non tamen defecisc untur, sed pertinaces sunt in illius seruitute, qui nullas illis gratias refert. Dic infœlix homo, qui totam uitam tuam consumpsisti in erigendis aris diabolo, & mundo, quid commodi per cepisti, ex tot diligentijs, & sumptibus, quos in seruitute sęculi fecisti? quem fructum tibi attulerunt labores, quos in eius seruitio pertulisti? quare non uerecundaris, & confunderis, cùm uideris, quoties ab illo illusus fueris, ab eius tamen seruitute non recedis, sed nunc promptiores ad illi seruiendum quã unquam. Verùm nõ esset iam rationi consentaneum, ut iam fraudem hanc animaduerteres, & huic liberalissimo Domino seruire inciperes, cui tantum debes, quinque tam liberaliter tibi persoluet quicquid in eius seruitio feceris? O utinam diuina Maiestas te illuminet, ut sic facias.

24

25

26

Num. 23.

27

28

Et dicebant ad inuicem: *Qui reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti?* Progrediebãtur ancillæ Domini in uia sua, & maxima cura, & solicitudine angebantur dicentes: *Qui reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumẽti*, quia maximus est? quando autem accesserunt, *viderũt reuolutum lapidẽ*. Angelus enim de cœlo descenderẽt, qui illum euoluerat. Quoties hoc contingit illis, qui consuerunt Deum quærere & in monumentũ pergere, quæ est religio, hic enim est locus mortuorũ, i quo docemur passiones mortificare, & mori mundo, & carni, soliq̃ uero Deo uiuere. Quoties etiam hoc illis accidit, qui Deo maximè uolunt seruire, statim enim plurima in corde suo euoluũt, & quasi cogitationum mare efficiũtur, quis reuoluet nobis lapidẽ ab ostio monumenti? q̃s religionis austeritatẽ ieiunia, uigilias, ac uerbera tolerabit? O animi debiles, fœminei, ac diuino auxilio parum confidẽtes accedite, accedite, & uidebitis lapidem reuolutum: Angelus enim Domini descẽdit de cœlo, qui illum euoluit. O magni consilij Angele Iesu Christe tu Domine de cœlo descẽdisti, atque omnes difficultates abstulisti, asperitatesq̃ uię mortificationis spiritualis dulcissimas reddisti: O q̃ frequenter serui Dei hoc experiuntur, qui lapidem reuolutum erant, uidentur enim nullam difficultatem inuenire in uirtutis operibus, quæ ex natura sua sunt grauia, & laboriosa, imo in eis uoluptatem, & saporem inueniunt, ut inueniebat Sanctus Paulus cum diceret: Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem. Condelector, id est, undiq̃ delectatur Spiritus meus lege Domini, & Dauid dicit: lux orta est iusto & rectis corde lętitia, quod soli iusto, qui diuinam legem custodit, iure debetur bonus & lætus dies, ac cordis exultatio, & aliq legunt hic ut ex Hebręo textu constat: lux sata est iusto & rectis corde lętitia in sacris literis crebro per lucem

29

Rom. 7.

Psalm. 96

Universidad de Deusto
Biblioteca

,,sperita,sicut per tenebras aduersitas designatur.Et ita hic Dauid uult dicere,quod prosperitas,dulcedo,& consultatio fuit sancta iusto, & rectis corde lętitia.Solus.n.iustus ad hęc ius habet,& ista meritò possidet:nam peccator cum lætitiam,& prosperitatem possidet, est iniustus illius possessor. Satis uerificatum est hoc in his sanctis mulieribus,quæ non solum reuolutum lapidem inuenerunt, sed Angelum etiã pulcherrimum in forma iuuenis festiuis uestibus indutum uiderunt,qui lætissimos nuntios sanctissimæ Resurrectionis Domini illis declarauit.Ecce finem,quem habent timores illorum , qui licet sibi difficultates obijciantur , ulterius progrediuntur, sicut fecerunt hæ benedictæ mulieres , quamuis illis lapidis magnitudo obiiciebatur, & q illum non possent euoluere.Dominus clementissimus,qui eas confortauit, & consolatus est,nos etiam gratiæ suæ fortitudine fulciat,& corroboret,& postea gloriæ lætitia consoletur sempiterna.Amen.

Feria Secunda in Resurrectione Domini.

Duo ex discipulis Iesu ibant ipsa die in castellum quod erat spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem nomine Emaus. Lucæ. 24.

MAxima est obligatio,quã habemus in hac gloriosissima festiuitate diuinas misericordias sentiendi, quas in ea sancta Ecclesia nobis repsentat. Hodie nobis cęlestis medicina detegitur, qua labores curemus . Hodie suauissimus finis,quę solicitudines, & labores pp Deũ tolerati hẽnt,nobis declarat, hodie deniq. nobis demonstrat prosperitas,qua terminãtur res iusti,q in manus Dñi commendat. In admirabili.n.Saluatoris nostri Iesu Christi resurrectione hæc omnia ostenduntur. Est hic articulus tam solennis ac celeber, ut etiam insensibiles creaturę illũ sensisse uideãtur,ut dicit sanctus Matthæus. Et ecce terræ motus factus est magnus. Hic ẽ dies ex ,,posito institutus,in quo nobis diuitię,& magnitudo Dei ostendũtur.Dies in quo diuini pectoris nobilitas detegitur, diesque in quo confirmantur fiduciæ, & spes,quas iustus in Deo habere potest.Perspicuum est enim,quòd qui pro nobis mortuus est, resurrexit, & ascendit in cœlum non nos odit.O quis haberet linguã ad explicandum,& spiritum ad,sentiendum quo modo sanctorum atque Angelorum exercitus cum illa glorioſissima Dei anima exeunt canentes,& dicentes. Exurgat Deꝰ, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Sicut deficit fumus,deficiant, sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei . Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei,& delectentur in lętitia.Cantate Deo, Psalmum dicite nomini eius , date gloriam laudi eius, iter facite ei,qui ascendit super occasum.Dominus nomen illi. Exurgat Deus gloriosus , & significet inimicis suis , quod dissipandi sunt, & sicut cera in igne defluit , & puluis à uentu conspectu deficit,ita ipsi à diuino conspectu perituri sunt . Ita hodie debiles,& absque uiribus remanent dæmones.Iusti autem lætentur hodie in conspectu Dei . Cantate Deo, iter facite ei. O gloria animæ meæ iter faciant tibi Angeli sedenti super mortem, & sepulchrum,qui ascẽdit super occasum. Et defers epithalamium & titulum,Dominus nomen illi: O quanta cum lætitia , & exultatione hodie ab illis infernalibus carceribus exibant Sanctus Propheta Isaias hoc prædixerat, dicens : Dabit impios pro sepultura, & diuites pro morte sua . Impij hic significant peccatores , etsi hoc nomen plerunque significat pessimos,& infames , hic tamen pro omnibus peccatoribus cuiuscũque generis sumitur. Vt etiam in hoc sensu sumpsit sanctus Paulus,dicẽs: cum adhuc infirmi essemus,secundũ tempus pro impijs mortuus est. Per illud uerbũ:diuites,intelliguntur sancti Patres,nam scriptura diuina iustos , diuites appellat. Vt patet ex Psalmis , ubi dicitur : Vultum tuum deprecabũtur omnes diuites plebis, & ex Paulo. Præcipe diuites fieri in bonis operibus , & Iacobo,diuites in fide, & hæredes regni . Dicit igitur Esaias,quod sanctissimus Redemptor morte , ac sepultura sua lucraturus erat peccatores , qui in peccatis suis commorabantur , & iustos etiam , qui carceribus uincti tenebantur.

Matt.25.

Psalm.67.

Isa.53.

Rom.5.

Psalm.48.

1.Ti.6.

Iac.2.

Atque hi hodie exeunt diuites , nõ solum gratię & meritorũ,quibus cum ex hac uita transierunt,sed etiam glorię & exultationis locupletes, Et exeuntes transeunt cum cti cum sanctissima anima Iesu Christi filij Dei,& transeuntes per Caluariæ locũ maxima reuerentia adorant crucem , quę adhuc illic erat immaculati agni sanguinẽ cõsperſa, quę propter festum nondum ablata fuerat. O quam ineffabili suauitate , ac dulcedine illam salutarunt , dicentes: O crux pretiosa,ò salutis nostrę sacratissimũ instrumentũ.O benedictus locus ubi redẽpti sumus,ò lapides sacrosancti diuino Dei sanguine conspersi. Progrediuntur ulterius, & ad sanctum sepulchrum accedunt in quo pretiosissimum corpus Domini iacebat,& illud omnes illi exercitus Angelorũ, & sanctorum circundant,& accedit illa gloriosissima anima ad caput sepulchri,& incipit dicere.Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Exurge corpus meũ & communicabo tibi gloriam meam,siquidẽ tã fidelis socius meus fuisti : uocat corpus psalterium,& citharam. Psalterium enim instrumento tactum sonum immittit,citha ta uerò oportet ut manibus attigatur,quò musicam proferat: sic illud sanctissimum corpus,clauis,spinis,uerberibusque perfactum fuit,atque etiam hominũ manibus , quæ illud alapis,& colaphis percusserũt:& ideò illud appellat psalterium , & citharã. Et in eodem instanti anima in illud infusa est,& illi gloriam & splendorem suum cõmunicauit, & statim glorioſum , pulcherrimumque surrexit.Sicuti nubes nigra,& obscura ubi primum sol in eã reuerberat ita pulchra,& splendida efficitur,ut ipse sol esse uideatur:ita illud sanctissimum corpus, q tam obscurũ,ac uerberibus,uulneribusque deformatũ,& cruore infectũ erat,simul ut anima glorioſissima in illud infusa est, pulchrum,& splendidum, ut sol remansit.

Psalm. 56.

Simile.

Luc.21.

Dixerat Dominus: Videte ficulneas,& omnes arbores,cum producunt iam ex se fructũ,scitis qm̃ propè est æstas: ita, & uos eũ uideritis hęc fieri, scitote qm̃ propè est regnũ Dei.Videte(inquit)has arbores quales sint in hyeme mortuæ: siccæ , & deformes , ineunte autem uere nõ cernitis quo reuiuiscant? Qui naturæ discursum ignoret,& illas uidere folia amittere,& sic mortuas remanere,arbitraretur quod nunquã deberent reuiuiscere: & qui eas non uidisset in principio hyemis, & illas ineũte uere animaduerteret,q nouas frondes,ac flores fructusque producerẽt, & tam uirides, & decorę efficerentur, diceret illas denuò resurrexisse. Sic(ait Dñs)cũ uideritis signa in sole,& luna,credite iam ,,ppè esse corporum uestrorũ redẽptionem.Vbi apparet,q corporũ glorificationẽ arborum uiriditati comparauit.Et ita nõ caret mysterio quod Christus sapiẽtissimus Magister decreuerit, ut sua glorioſa resurrectio eo tẽpore esset, in quo nobis ipsa natura resurrectionẽ persuadet.Tũc enim arbores reuiuiscũt,floresque ac frondes ,,ducunt.Et idcircò dicitur à nobis Pascha floridũ.Exit igitur bonus Iesꝰ ex morte triũphũ reportãs,glorioſus, impassibilis,& immortalis,& cũ illa gloriosa societate primã statione facit ad sacratissimã uirginẽ genitricẽ suã: quę tunc in oratione commorabatur,mętissima,& lachrymis perfusa cũ maximo desiderio expectãs, quando totũ suum bonũ aduentaret. Et ecce Angelus Gabriel ingreditur ad illã,lętissimos illi afferens nũcios, sicut attulit olim de primo ipsius aduentu ad mũdum.Et ingressus rutilanti uultu,ac corpore,flexis genibus illã allocutus est,dicens: Regina cęli lætare, Alleluia, Quia quẽ meruisti portare.&c.Lætare Dñaiã enim lumen oculorũ tuorũ resurrexit,& uenit ut te consoletur. Statim appropinquabit cum illa multitudine sanctorum,quos ex infernali carcere abstraxit. Adhuc eo loquẽte, ecce sãctꝰ sãctorum cum oi illa glorioſa turba ad illam ingreditur. Cùm sacratissima uirgo sanctissimum filium suum cum tanta pulchritudine, gloria,ac maiestate perspexit, qua lingua poterit explicari gaudium , & exultatio,qua eius spiritus repletus est? ò Angeli pacis lætamini cum hac sanctissima uirgine,ò cęli,ò terra, atque omnes creaturæ exultate propter lætitiam genitricis Dei nostri. Personant Cherubim,& concinunt omnes illi beatorum spiritus dicentes etiam:Regina cæli lętare,&c. Prosternit se pretiosissima Mater ad sacratissimos pedes beatissimi filij sui,& tota exultatione perfusa nõ cessat sacratissima illa uulnera maximo splendore radiãtia osculari dicens,ò uulnera benedicta ex uobis nuper tristitia accepi,& ex uobis nunc mihi exultatio dimanat. O corpus sacratissimum,quod ego tã uulneratum,totq tormẽtis afflictum uidi,tantum nunc mihi uoluptatis affers;

quantum tunc mœroris attuliſti. Iam triſtitiam meam gloriosa Saluatoris mei præsentia penitus ablatam uideo. O pater miſericordiarum, & Deus totius consolationis immensas tibi gratias ago, quia ſic mœſtiſſimum cor meum lætificare uoluiſti.

Ipſa die duo ex diſcipulis eius ibant, &c.
Hæc dies eſt dies cõſolationis, & ideo afflictorum consolator ſeſe offert triſtibus. Qđ .n. in mundo afflictos consolatur, eſt resurrectio, qa credunt ſe cũ illo cõſurrecturos eſſe. Cũ Iob tã obſeſſum mœrore ſe uideret & à cœlo, terra diabolis & hominibus ſe p ſecutũ animaduerteret: hac ſola consolatione ſubleuabatur dicẽs: Credo q redẽptor meꝰ uiuit, & in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum. Credo (inquit) Redẽptorem meũ uiuere, & uide mihi iam nunc illũ ſuſcitatũ aſpicere. Et ſingulis horis ſe hac cõſideratione muniebat, ut ipſe ſignificat dicẽs: putas nẽ mortuus hõ rurſum uiuet? reſpondet ipſe dicẽs, cunctis diebus, qb. nunc milito, expecto donec ueniat immutatio mea. Scilicet, ad reſurrectionis gloriã oĩbus diebꝰ uitæ meæ (q oẽs ſunt belli, & cõtradictionis) hac ſpe munior, credens q aliqñ tandẽ bellũ in pacem, & pœna in ęternã gloriam cõuertetur, Et 11. cap. eiuſdẽ Iob dicitur de iuſto, miſeriæ quoq; obliuiſceris, & quaſi aquarum, q̃ prętierierunt nõ recordaberis. O iuſte, ꝓpera nunc, aliqua enim dies adueniet, in qua horũ non recordaberis, & q bene uixeris, & aliquid ꝓpter Deũ paſſus fueris lętaberis: tibiq; oẽs prætériti labores quaſi torrẽtis diluuies i uere uidebũt, quæ celerrime ꝓterijt, & ſtatim torrẽs exſiccatus manſit. O quãti noſtra intereſt fratres mei ne hic articulus à memoria noſtra excidat, ſed crebrò illũ meditemur, hac uia ut nos ad gloriosã reſurrectionem ꝓparemus, & ſuperueniẽtia infortunia patiẽter ferẽtes nos cõſolemur. Atq, hęc eſt una ex expoſitionibus, q̃ optima quidem eſt, qua illa uerba S. Pauli declarãtur, ubi dicit reſurrexit ꝓp iuſtificationẽ noſtrã. Nã glorioſę reſurrectionis Dñi cõſideratione, ãa fide adiuta in amorẽ tã illuſtris ſtatus inflammat. Et hinc ꝓuenit, q à uitijs recedat, peccatorũq; ſuorũ pœnitẽtiã agat, & hac uia ad iuſtificationẽ diſponatur. Cũ igit hic dies tantæ letitiæ ſit, uoluit Dñs his duobus diſcipulis ſuis in itinere offerri, atque illis adiũgi, q triſtes erãt, ut mœrorẽ ab eorũ cordibꝰ auferret, eoſq; exultatione repleret. Notate q

Iob 19.

Iob. 14.

Iob 11.

dicit, *Duo ex diſcipulis*. Nõ. n. erãt Apoſtoli: nõ tãtũ ꝓſonarũ dignitatẽ, quantũ neceſſitatẽ conſiderat, & idcirco magis indigentibus remedio occurrit. Hoc docuit ſtatim in principio in mũdi cõſtructione, q̃ ſignificat in illo uerbo, q̃ in Geneſi dixit: germinet terram herbã uirentẽ, & facientẽ ſemẽ, & lignũ pomiferũ faciẽs fructũ iuxta genus ſuũ. Erat cœlũ, ſed nõdũ erat ſtellis ornatũ, erat aer, ſed nondum in eo erant aues: erat etiam & mare, nondum tñ erat plenum piſcibus, erat etiam terra ſed nondum erat plantis nec arboribus exornata. Volensq; hæc oĩa exornare incepit à terra, quę cælo, aeri, & mari eſt inferior. Sic oportet eſſe fratres, q prius debetis debilioribus, & magis indigentibus ſubuenire. Eam ꝓp apparuit Dñs prius illis, qui remedio magis indigebant, ſicut erant mulieres imbecilles, & hi duo diſcipuli, q iã fere à fide deficiebãt. Nõ intrat in hanc regulam ſacratiſſima Virgo Maria, ut enim ſupraſdiximus, ipſa prima fuiſſe creditur, quam Dominus noſter Ieſus Chriſtus poſt reſurrectionem ſuã uiſit.

Geneſ. 1.

Ibant ipſa die. Abibãt iã quaſi diſcedẽtes ab ſchola Ieſu Chriſti ſui ſanctiſſimi Magiſtri, qa mulieres eos deterruerũt. O quot i hac die diſcedẽt ex illis, q Dñi diſcipuli eſſe, & in eius ſancto ſeruitio cœperant ambulare. Iumenta, q̃ alligata ſunt, cũ ſic uiolenter teneantur, ut primũ à uinculis dimittũtur curſitãt, calcitrant, ac fugiunt, ita, ut à nemine detineri poſſint. Sic aliqui ex uobis, cũ in hac quadrageſima alligati fueritis, & utinam nõ ita ſit, ſi. n. uiolenter uincti fuiſtis uinculũ illud nõ fuit amoris, nunc autẽ iã dimiſſi eſſe uidemini, reperitis libertatẽ ſaliendi, calcitrãdi, & creatorẽ ueſtrũ offendendi. Videbamini nobis in tẽpore ſancto alligati eſſe eo q tã impudicè, & liberè turpitudinibus ueſtris uti non poſſetis, uũe uerò iã arbitramini q̃ ad oĩa facultatẽ habẽtis. Si fluuius ab alueo abſtrahatur, cũ iã ex lõgo tempore ꝓfundũ canalẽ aperuerit ꝓ quem defluit difficillime ab eo abſtrahẽ, ubi primũ aũt põt ſtatim oĩa impedimenta dirũpit, & in priſtinũ alueum reuertitur. Sic plurimi ex uobis cũ conſueueritis cũ maxima libertate, & diſſolutione uiuere, & cor ueſtrũ ſinere, ut ſenſualiũ appetituũ decurſum ſequatur, cum in quadrageſima aliqua uiolentia uobis facta fuiſſe uideatur (ſanctimonia. n. temporis, obligatio confeſſionis, & bonum exemplum aliorũ proximorum

Simile.

Simile.

Simile.

omnia hæc erant impedimenta, & obſtacula, quæ uos per aliam partem deſluere faciebant) nunc maiori impetu diruptis his obſtaculis reuertetur fluuius per priſtinum alueum. O fratres mei nõ ita ſit per reuerẽtiam Dei, ne tanta ingratitudine cum diuina Maieſtate utaminini: ne uelitis modò recuperare tempus in quo uos à peccatis continuiſtis. Eccleſiaſtici in quadrageſima prætermittunt, Alleluia, in paſchate uero pro uno, q̃ prætermiſerunt cantant decẽ ſimul: ſic uos in quadrageſima prætermiſiſtis aliquomodo lętitiam, uanitatemq; ſæcularem, conuiuia, & alias uoluptates, nunc uero in tẽpore paſchali pro una uoluptate uultis decẽ aſſumere, uidete qualis modus ſit hic religionis Chriſtianę, & q̃ta incõſtantia in uirtute. Pudeat uos fratres mei tã incõſtantes eſſe uerbum, q̃ Deo promiſiſtis toties frãgentes. Aduertite quia Sanctꝰ Paulus dicit. Quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriã patris. Ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Res eſt profecto terribilis conſideratio perfectionis, quã à nobis hic petit Beatus Paulus, dicit ut nos mortales, peregrini, & miſeri ſimus, ſicut Chriſtus ſuſcitatus, & glorioſus. Quòd imitẽtur ſancti, qui in cælo commorantur bonũ Ieſum glorioſum nõ eſt mirãdum, cum de illis cantet eccleſia dicens, qui ſequũtur Agnũ quocũque ierit. Quod autem nobis plenis tot paſſionibus, & miſerijs dicat Sanctus Paulus, quomodo Chriſtus ſurrexit, ita & nos, hoc eſt maxime mirandum. Dico quod ſi diuino fauore adiuti ſumus non petit à nobis rem nimis difficilem. Non. n. petit, ut glorioſi ſimus ſicut Saluator noſter Ieſus Chriſtus, ſed ut quemadmodum ille per ſuam ſanctiſſimam reſurrectionem de mortuorum ſocietate exiuit, & ad uiuorum conſortium uenit, & diſpari ratione uixit, qua anteà uiuebat, ita & nos ad eius imitationem ex omni ſpiritus mortalitate exeamus, & omnem uirtutem amplectamur, atque ad hoc faciendum nos ab omni mala ſocietate ſeparemus, neiam cum hominibus mortuis, ideſt, cum hominibus, qui dediti ſunt uitijs conuerſemur. Videte (ait Sanctus Paulus) quomodo Chriſtus iã non moritur, & ob hãc cauſam cum ſurrexit mãſit ſindon, & ſudarium in monumento, & nudus, gloriaq; indutus, & immortalitate reſurrexit. De Lazaro autem dicit Sãctum Euangelium quod ſindone inuolutus reſurrexit, & idem dicit de filio uiduæ. In trieri quando qui inuiti remigant à remigio foras exeunt exit ſemper unuſquiſque annulo ferro, pede conſtricto & partẽ catenę baiulans, ſicut hõ qui iterum ad remigiũ reuerſurus eſt. Illi reſuſcitati Lazarus, & alias adoleſcens cũ ſindone reſurgunt ſicut hoĩes, qui iterũ morituri ſunt, quiq; ad ſepulchri trierem redituri ſunt, idcirco cũ uinculis exierunt. Ieſus Chriſtus uerò tanquã dux præſtãtiſſimus, qui nullo unq̃ tẽpore ad ſepulchrũ reuerſurus eſt, exit abſque ſindone immortalitate plenus. Ad cuius imitationem cũ à peccati morte reſurrexerimus, ab omni mortali culpa, & mortuorũ conuerſatione oportet nos ſegregari. Quis uerbis ſatis digne poterit explicare, quantũ ſit malæ conuerſationis incõmodũ? In libris Eſdræ dicitur quod ædificationibus Hebræis templũ Domini poſt reditũ à Babylone acceſſerunt ad eos Gentiles finitimi offerentes ſe illis cum adiutorio, & dicẽtes. Ædificemus uobiſcum, quia ita ut uos quærimus Deum ueſtrum. Quibus Zorobabel, & Ioſue, & reliqui principes patrum Iſrael reſponderunt dicentes. Non eſt nobis, & uobis ut ædificemus domũ Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ędificabimus Domino Deo noſtro Iſrael, & non acceperunt hoc auxilium, ſolum ut nociuam cõuerſationẽ conſcientijs ſuis euitarent tanquam homines Deũ timentes. Heu heu quomodo hoc dicam, quàm pauci reperientur modo, qui propter timorem Domini, & ut conſcientijs ſuis non noceant, ab illis recedant, à quibus utilitatẽ aliquã ſperant impetrare, quamuis ſentiant maximum incõmodum ſpirituale, quod ſibi ab eorum conuerſatione dimanat; ò ſi Deus nobis oculos aperiret, ut intelligeremus, quod mala conuerſatio incipit bonos deſtruere, & malos pœnitus euertit. Quemadmodum manus quantumcũq; albę ſint, ſi carbones cõtrectant, ab illis coinquinantur, & quantumuis uiridia ſint ligna ſi multo tempore ſunt i igne aliquãdo tandẽ inflãmãtur, ſic licet iuſtus quis ſit, nimia mortuorum, & diſſolutorum hominum conuerſatione coinquinatur, et incẽditur. Aduerte quod homines peccatores ſunt carbones, et ignis, aduerte qđ te contaminabunt, et cõburent. Etiam nobis uult Sanctus Paulus in his uerbis ſignificare nullam eſſe uirtutem, quæ prętio ſa ſit niſi ſit cum perſeuerãtia, cum dixerit.

Simile.

Simile.

Apo. 14.

Ioan. 11. Luc. 7.

Quomodo Christus resurrexit, ita & nos &c. sicut Christus iam nõ moritur, ita oportet spiritualem mortem in nobis non amplius dominari.

Dicit ulteriꝰ S. Euãgeliũ, qꝫ hi, qꝫ ꝓficiscebant erant duo. *Duo ex discipuli Iesu ibãt.* Luc. 10. Act. 13. Ecce signa discipulorum Dñi. In eo qꝫ bini uadãt cognoscetis cuius scholæ sint. Semel eos misit binos ante faciẽ suam. Dicitur, qꝫ Petrus, & Ioannes ascendebant in templũ. Ad orandum, & prædicandũ ibant bini: & cũ irent ad adducendã asinam, & pullum
23 eius misit duos ex discipulis suis. Atque hi nunc, etsi proficiscebantur, quasi aberrantes, Luc. 19. non tamen bonã illam consuetudinem amiserant, bini enim ibant. Et hęc societas ultra id quod est solatium, & itineris suble uatio, & remedium ad puritatis custodiam personarumq; cautionem. est etiam excellens medicina ad arrogãtiam cõprimendã, quid etenim efficacius reperiri poterit ad curandum superbũ, qui cupit esse singularis, & alij excedere, quã dari huic socium in omnibus æqualem, ut uidens illum caput humiliet, & nõ se tanti ęstimet? Hoc decreuit diuina prouidẽtia ad humilitatẽ causandam, vt nemo tã singularis i una uirtute es-
24 set, quin alium tam perfectũ, aut perfectiorem etiã haberet, in quẽ oculos conijceret. Sicut in lyra omnes chordæ habẽt sui equales & sunt dispositæ binæ præter eã q̃ dicitur prima, quę nullã habet æqualem, ita in hac ecclesia militanti, quę est optime temperata Spiritus Sãcti sapientia oẽs chordæ sunt binæ. Hoc est, nullus est quantumuis bonus, qui non habeat æqualem. Sola prima, quæ est sacratissima uirgo Maria dña nostra est singularis: quę neque primã similem uisa est, nec habere sequentem. Similes.

Dicit ulteriùs Sanctum Euangelium, quod hi duo discipuli, *Ibant in castellum.*
25 Profici scuntur ex ciuitate regia, & pergunt in uillam nomine Emaus. Homines à quorum cordibus recedebat Deus, quo uultis, ut uadant, nisi ad castellum? Non memini
Luc. 1. stis finem illius filij ꝓdigi, qui à patre suo recessit? tandem fuit porcarius, in uilla quadam: eò enim miseriarum deuenit. O quã humiles & abiectas cogitationes habent, qui à Deo recedunt. Efficiuntur rustici, & agrestes sicut illi Hebræi, quos cum Deus plurimi ęstimaret, & pane angelorum manibus pasto saturaret, nõ sapiebãt rem tam delicatam, & dicebant flentes, in mentem nobis ueniunt cucumeres, & pepones, porique & cepe, & allia. Anima nostra arida est: nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi, Num. 11. Man. O rustici, qui cibum Domini non sapitis, nisi alias res uiles, & nociuas homini. Tractatio iustorum, est nobilis & urbana. Dauid quærebat dicẽs, Domine qs habitabit in tabernaculo tuo? & respondet. Psalm. 14. Qui ingreditur sine macula, q ne minima quidẽ macula contaminatus fuerit, sicut rusticus, sed mundus fuerit anima: sicut nobilis & urbanus est mũdus uestibus. Qui operatur iustitiam: hoc est quòd induat se uestibus iustitiæ, qꝫ omnia eius opera debent esse secundum diuinam legem, ad similitudinem politissimi uiri urbani, opera enim peccatoris sunt ficut uestes rustici, absque forma, & moderamine omnia incõpta, & inordinata. O fratres mei si frequenter in cælestis regis cura conuersaremur per affectum, amorem, assiduamq; cõtemplationem, quantum hoc exteriori splendore appararet, quã mũdi, & absq; culpæ macula, quãq; perpoliti, & sanctorum exercitationum uestibus exornati incederemus. Sed nos ut homines abiectorum intellectuum 27 ab hac sancta urbanitate recedentes uilem, & rusticam peccati consuetudinem amplectimur. Et uolumus esse quasi porcarij nostros brutos sensus pascentes.

Cùm sic inuicem inter se loquentes in illud castellũ pergerent. *Et ipse Iesu appropinquans ibat cum illis.* Ita ut ipsi illum non agnoscent, & accedens ad eas interrogauit dicens: *Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem ambulantes, & estis tristes?* Ecce ingenium Christianorum hominum huius temporis, qui nescimus de Deo loqui nisi cum sumus, tristes, cùm infirmitate, cum infortunio, persecutione, ac labore fatigamur. Tunc agimus quàm uanus sit hic mundus, & quàm prudenter faciant, qui eum relinquunt & tunc suspiramus ad Deum, sicut illi, de quibus ipse Dominus loquitur per Oseam dicens, in tribulatione sua ma Osee. 6. nè consurgunt ad me. Venite reuertamur ad Dominũ, qa ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos Et quãuis hoc nõ sit malum, uidemur tamen quasi inuiti hoc facere? & nihil aliud facere posse maximæ imperfectionis est, non agere, nec loqui de Deo nisi in tristitia, & tribulatione, in uolu ptate autem ita illius obliuisci, acsi homi- Psal. 136. nes rationales non essemus. Non sic faciebat

bat ille, q dicebat: si oblitus fuero tui Hierusalem obliuioni det dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis si non meminero tui, si non ꝓposuero Hierusalẽ in principio lętitię meę. Obliuiscar (inqt) ego mei ipsi? & faucibus meis lingua adhæreat: si ullo un
29 quam tpe oblitus fuero tui ò ciuitas Dei. Et qñ futura est hæc memoria? in principio lætitiæ meæ. Cũ maiorem lætitiam habuero, atq; in principio illius: tũc recordabor, & dicã Heu est Deus, est cœlũ: & infernus ne tñ bonũ amittã, ac tñ malũ acquiram pp hanc lætitiam transitoriã. O fratres, q̃ necessariũ est, ut de hoc agatis in medio lętiuarũ, uoluptatumq; uestrarũ, atq; ęt in initijs illarum, ne forte mentes uestras ꝑuertant, & illis amentes peccatum aliquod committatis. Quando uaditis ad deambulandum, ad conuiuium, ac recreationem mementote priùs, quòd est Deus, & cœlum, est etiam infernus:
30 ut ita moderatè istis utamini, ut propter illa diuinam Maiestatem non offendatis. Ibãt hi tristes, & de Deo loquebantur: & interroganti domino, qui essent sermones illi? respondit alter dicens: *Tu solus peregrinus es in Hierusalem?* Hæc eadem uerba possumus oẽs illi dicere, qꝫ solus ille est in hoc sæculo peregrinus, nos enim oẽs sicut incolæ in eo commorantur, & ita hoc miserabile exiliũ diligimus, ut sola recordatione, quòd ab eo discessuri sumus mortis doloribus afficiamur. O incommutabilis Deus q̃ miserabile est nos tot tamq; altas radices in terra egisse, quæ quasi transitus ad ęternam vitam nobis data fuit, omnia hæc ex eo proficiscẽtur, qꝫ in aliqua suauia, & delectabilia ocu-
31 los coniecerimus cum nimio affectu, q̃ qdẽ Deus nobis dedit, ut appetitus, & desideria Gene. 19. nostra ad ęternas delicias excitaret. Quanq; Loth iustus erat, dicit sacra scriptura qꝫ cum esset mane cogebãt eum Angeli dicentes, surge tollevxorem tuam, & duas filias, quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo apprehenderũt manum eius, & manum uxoris, ac duarum filiarum eius, eo qꝫ parceret dñs illi, eduxerũt q̃que eum, & posuerunt extra ciuitatẽ. Quid uobis hoc uidetur fratres mei? qꝫ cum Angeli ei dicerent qꝫ uolebat Deus ciuitatem illam concremare, & illum compellerent, ut exiret, ne ibi cum malis periret, tñ simulabat nec exire uolebat, ita ut necesse esset qꝫ Angeli illos manu apprehenderent, & extra ciuitatẽ educerent, quasi inuitos, mira ꝓfectò affectio, hoïs, & hoïs q̃dẽ iusti. Amor. n. pulchritudinis, & amœnitatis regionis illius illum sic ꝑtinacem reddebat. Amœnitas, & fertilitas. Sodomæ eũ commouit, vt illam in habitationẽ eligeret, & eadem fertilitas eũ retinebat, quominus ab illa libenter exiret. Sed cum haberet optimus fautores, q̃ ipse se simularet, ipsi tñ illum compulerunt, & extra ciuitatem, quasi renuentem deduxerunt. O si Deus Angelos mitteret, q nos cõpellerent, ut hanc turpissimã Sodomã relinqueremus, ò si talia auxilia in nostris proximis haberemus, ut nobis essent quasi Angeli q suis uerbis, consilijs, ac bono exemplo nos mouerent, atq; ęt cõpellerent, ut ab his, incendijs, abominationibus, ac voluptatibus huius sæculi eximus atq; tanq̃ ueri peregrini sup faciẽ terræ uiueremus. Peregrinus Simile. ex itinere defatigatus ꝓgredit cogitans qua exultatione ab vxore sua recipiendus, & qua alacritate à filijs amplectendus est, & quãtũ gauisuri sunt amici suo aduentu, & qũo cũ oibus delectandus est, atque hac cogitatione, & recordatione itineris sui laborem mitigat ac subleuat, & maxima cum celeritate progredit desiderans iã domũ suam propinquare. Nunc siqdem Christiani sumus, & Heb. 13. non habemus hic ciuitatem ꝑmanentem, sed futurã inquirimus, ut ait S. Paulus, cum hac cõsideratione uiuamus cogitantes qũo amici, ac fratres nostri Angeli, pater noster Iesus Christus, Mater nostra sanctissima virgo Maria, ac filij nostri spũales qui pp nostrũ exẽplũ, & ministerium conuersi sunt, nos sũma cũ alacritate recipient. Hæc considera- 2. Cor. 4. tio consolabat S. Paulũ in laboribus suis, & sic dicebat pp qꝫ non deficimus, sed licet is, quiforis est noster hõ corrumpat, tñ is, qui intus est renouat de die in die, id enim qꝫ in ꝑsenti est momẽtaneũ, & leue tribulationis nostræ, supra modũ in sublimitate æternum gloriæ pondus operat in nobis, non cõtemplantibus nobis q̃ uidẽt, sed q̃ nõ uidẽtur. Quæ. n. uidentur tpalia sunt, q̃ aũt non uidentur æterna sunt. O admirabilia uerba, in quibus declarat S. Paulus, ad literam, hæc oia, q̃ hic diximus quomodo, licet corpore fatigatus, spiritu tamen recreatus breuitatis uitæ, & æternitatis glorię consideratione subleuatur, non contẽplans sicut Loth hæc Gene. 13. uisibilia, quæ oia cras finientur. Et quamuis Deus nobis præciperet, ut in accensis fornacibus arderemus, & in his ignibus mille annos uiueremus, quid sunt hęc omnia in cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paratione æternitatis bonorũ, q̃ speramus.

Interroganti illos dño de qua re loquerentur rñderũt: *De Iesu Nazareno, &c. Quomodo tradiderũt eum summi sacerdotes, &c.* Nos autem sperabamus, &c. Videte quam plena sunt hęc uerba infidelitate. Speram⁹ (aiunt) acsi dicerent; iam non est quid, aut quare amplius speremus. Sperabamus in verbo eius, quòd redimendi essemus ab illo.
35 *Tunc ait Iesus. O stulti, & tardi corde ad credendum, &c.* Et postquam reprehendit eos cœpit illis declarare sacras scripturas probans illarum testimonio Magistrum illorum uerum esse Messiam promissum in lege, & oportuisse eum pati omnia quę passus est, & ita intrare in gloriam suam, & incipiens à Moyse, id est, à libris Moysi. Quapropter notandum est, quod illa omnia prę cipue de Saluatore nostro Iesu Christo scripta fuerunt. Sicut qui facit exemplar, siue formam cymbali, facit illam propter cymbalum, quod secundum eam uult conficere, perfecto autem cymbalo optimè potest forma confringi. Forma legis nouæ fuit lex
36 uetus, ita ut nisi futura esset noua, minimè lex uetus scriberetur. Nam frustra fit forma, nisi cum ea aliquid faciendum sit. Nonne uobis uidentur sancti nouæ legis perfectiores fuisse quam sancti ueteris testamenti? & tamen uitę sanctorum nouę legis, nõ sunt in sacris literis ascriptę: licet enim ipsi in sanctorum numerum relati sint, eorum tamen gesta (quanuis uerissimi) non sunt in sanctarum literarum in canone scriptæ uitę autem, & facta illorum sanctorum ueteris testamenti sacræ scripturę commendata sunt. Et ratio huius rei est, quia illorum facta erant quasi forma futurorum, ita ut nisi futura essent, illa non scriberentur. Et sic non solum diuinæ scripturæ apertè loquebantur de uita, factis, morte, ac resurrectione Iesu Christi redemptoris nostri: sed
37 etiam uitæ, & opera Sanctorum Patriarcharum, erant quasi formę & figurę horum mysteriorum omnium. Et hoc est quod illis declarauit iterfaciens cum eis, quòsque cum illis cœnans ita fese reuelauit, ut manifestè eum cognoscerent. Hic ipse dominus, qui illos illuminauit, nos etiam per suam misericordiam illuminet, & corda nostra inflammet, vt illorum uiscera incendit, quò diuinę eius gratiæ repleti ei dignè seruiamus, & postea illum in sempiterna gloria uideamus. Amen.

Feria III. post Dominicam Resurrectionis.

Stetit Iesus in medio discipulorum suorum & dixit eis: Pax uobis, ego sum, nolite timere. Luc. 24.

POSTQVAM inuentus est scyphus in sacco Beniamin priusquàm S. Ioseph sese suis fratribus reuelaret, introduxit eos in cubiculum. *Gene. 43.* Iam potestis cogitare quid illic dicerent, & quò timerent, ne fortè illos torqueret, aut interficeret, & dicerẽt: meritò hęc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum. Illis hoc timore perculsis reuelauit se sanctus uir dicens: Ego sum Ioseph frater uester, nolite pauere. Quid similius huic rei esse pót, quam q̃ hodie actum est? erant S. Apostoli in una domo loquentes inter se quò dñs ap
2 paruerat S. Petro & forte metu percalsi dicebant ad inuicem, si reprehensurus est nos propter peccatum, quod in eum commisimus deserentes, ut deseruimus illum? illis autem ita existentibus ingreditur dñs Iesus, & stans in medio illorũ dixit illis: *Pax uobis, ego sum, nolite timere.* Ego sum frater uester Ioseph, frater uester Iesus Christus, nolite timere, nõ. n. uenio reprehensurus, sed consolaturus uos. O benedicta talis clementia tam benigni dñi, & fœlices, q̃ ei seruiunt, ipsi. n. habebũt eius uisitationes, & illius cõsolatione recreabuntur. *Conturbati uerò, &c.* Vsq; ibi: *Palpate, & uidete, quia spiritus carnem, & ossa non habet.* Secure hæc uulnera palpate. Quare dñe pcipis eis, ut ista uulnera p
3 tingãt ad pbãdũ, q̃ uerũ habeas corpus? Non uides q̃ renouabunt tibi dolorem? Nõ renouabunt, quia corpus gloriosum nullã iã pœnã, aut dolorem sentit, licet palpetur. Hoc significauit S. Dauid obscurissimis quibusdã uerbis, quæ Saluatoris nostri noĩe propheta *Psalm. 21.* uit, dicens: Sicut aqua effusus sum factũ est cor meũ tanquam cera liquescens, aruit tanquam testa uirtus mea. Declarat qd fecerit dñs in processu uitæ suæ. Effusus sũ (inquit) sicut aqua, id est dedi omnia, quæ habui. Q
4 quis alium diligit, in hoc cognoscitur quod omnia uellet illi dare, ita ut nihil sibi remaneret. Ostendit Christus redemptor noster suũ maximũ erga nos amorẽ, effundẽdo se

ficut aquam, totum se tradens propter nos. Corpus uerberibus, crucique; tradidit, animam uerò dedit Imbo, ut deduceret Sanctos Patres, diuinitatem autem in animarum nostrarum uitam dedit: licet enim ei⁹ anima gratiam nobis promeruerit, non tenet in animas nostras introire potest nisi diuinitas. Vide ergo ò Christiane quomodo omnia, quæ habet tibi mitissimo, ac libera
4 lissimo animo tradit. Considera quomodo das tu quę habes propter eum, quam molestè facis quicquid in eius seruitio facis. Si illi das opera, non das intentionem, si habes intentionem bonam, non habes opera. O quam pudendum est, quod auarus & illiberalis sis erga illum, qui in te tam liberalem, & munificum se prębet, Effunde, effunde ergo istam urnam, nihil tibi relinquas, trade illi opera. & intentionem, & totum, quod es, siquidem ipse se tibi totum tradidit. Dicit ulteriùs. Factum est cor meum tã quam cera liquescẽs, id est, q̃ eius cor sicut cera liquefactũ est. In cera quęcunq; lapidẽ quãtũuis pretiosum potestis abscondere. Da
Simile. tur alicui aliqua massa ceræ, & dicitur illi:
5 Accipe, & libentissimè illã recipe, maximũ enim beneficiũ tibi facimus, quia illã tibi damus. Dicit autẽ, qui ceram accipit. Quid mihi hæc cera prodest? scito, quod in ea absconditus est adamas inæstimabilis. Vbi est, *Esa. 9.* quia illum non uideo? liquefac cerã, & statim deteges adamãtem. Natus est in stabulo Christus filius Dei pauper & egenus de quo Esaias dicit: Paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis; dicis tu: quid mihi prodest, hic puer, pauper & effundẽs lachrymas in præsepio reclinatus. Nescis quicq̃. Hæc est cera, q̃ intra se diuinitatis adamantem absconditum affert, uidebis illũ cũ cera cæperit liquefieri. Incipit liquefieri in miracula, prædicationes diuinã cælestemq̃; doctrinã denique in cruce penitus liquefit, in quibus omnibus inæstimabilis diuinitatis adamas demõstratur. O Christe uere ho
6 minũ amator, cera liquefacta quantũ in uita, ac in morte tua liquefactus es, & in miraculis uitę, ac potentia mortis te uerum esse deum, & diuinitatis ãdamantẽ in humanitatis cera absconditum habere demonstrasti efficiens, ut terra contremisceret, sol obscuraretur, & lapides alij alios inuicẽ percuterent, in his te Deum ac uniuersalẽ rẽtũ omnium Dominũ esse declaratis. Et sic *Matt. 15* exclamauit Cẽturio dicens, uerè filius dei erat iste. Addit amplius Dauid dicens, aruit tanquam testa uirtus mea, id est, subtilantia mea corporalis tanquam uas fictile cocta est. Omnibus compertũ est, quomodo fiat urna, aut aliud uas fictile, fit enim sæpe uolutando, & quando sit est molle, & ita in illo quodcunq; sigillum imprimetis, postq̃ autem fornacẽ missum, & ibi coctũ est, iam nihil ampliùs in eo poteritis imprimere. O Iesu Christe fili Dei æterni quot pro nobis uolutiones, & reuolutiones fecisti cum ex
7 Pilato ad Herodẽ, & ex Anna ad Caipham ires, & redires, tũc tener, ac mollis eras qua si testa, quæ fiebat in tua sanctissima carne impressa sũt uerbera, alapæ, & colaphi, atq; alij plurimi labores, postquam uerò in sepulchri fornacem immissus es, ibiq̃ animæ gloriæ igne arefactus, & coctus iã nihil in te imprimitur. Aruit tanquã testa uirtus mea. Optimè potestis palpare, & uidere, qa corpus uerũ habeo, & non est res phantastica, & nolite timere q̃ mihi dolorem afferatis, iam enim sanctissimum corpus meũ est quasi testa fictilis aresacta. Simile.

Adhuc illis nõ credentibus, & mirantibus præ gaudio &c. Quò famosior res est, & quò magis desideratur & expectatur eò difficiliùs credimus, q̃ illam habemus & circa il
8 lam duo pariter nobis contingunt, scilicet q̃ credamus, & miremur illam, ac si nõ crederemus. Habet Mater filium: charissimũ, Simile. qui multi sunt dies ex quo profectus fuerat in longinquam regionem, nesciebatq̃; ubi esset, quadam autem die improuisus uenit quando illũ minus illum expectabat: qñ eũ uidet tãta est lætitia qua afficitur, ut extra se exire uideatur, & licèt illũ coram oculis habeat admirãs dicit: est possibile q̃ ueneris fili mi? est ne uerum quod habeo te domi meæ? uix possum hoc credere. Ecce quò gaudiũ illam dubitare facit de eo quod prę
9 sens habet. Ita S. Apostoli summa exultatiõne admirati credebãt se illũ uidere, & nihil hominus dubitabant quasi dicẽtes: est possibile Dñe q̃ resurrexeris? uix hoc prę gaudio credere possum⁹. *Aut illis Dominus: Habetis hic aliquid, quod manducetur? & obtulerunt ei partem piscis, & favum mellis.* Nõ legitur Redẽptorẽ mundi in tota uita sua, nisi post sanctissimam resurrectionem mel mã ducauisse. In quo docemur quantum secu lares dulcedines in hac mortali uita fugere debeam⁹, & quòd omnes in futurum sæculum reseruemus, ubi opportuniores erunt.

Quo-

Esa.7. Quo ergo Esaias de hoc diuino Domino loquês dicit: Butyrum & mel comedet? ut intelligatis, qd in his uerbis significare uoluerit, notandum est, quod Dauid dicit: de petra melle saturauit eos. Profecto non legimus, q Deus eduxerit mel de petra, vt p

Psal. 80. pendit B. Gregorius dicens q non legitur, q Moyses eduxerit mel de petra sed aquã:

S. Gregorius Homilia super eundẽ locum. uerum tñ quia quando aquam de petra eduxit, ita sitiens erat populus, ut propter nimia sitim aqua illis tanquam mel dulcis

10 esse uideretur, ideò sacra scriptura respondet appetitui, quo ad bibendum accedebãt non uero ad quod erat, aqua enim erat nõ autem mel. Et hoc est quod sapiens dicit, anima saturata calcabit fauũ: & anima esuriens etiam amarum ꝓ dulci sumet. In hoc

Pro.27. sensu dico, q ita sitiebat Deus labores pro nobis pati, ut hoc esset eius mel, & butyrũ, quo magnopere delectabatur, & famem, sitim, frigusque acignominias pro hominibus perpeti, illi quasi mel dulce esset. O benedictus talis Deus, benedictus talis Dñs, qui amaritudines, quas ꝓ nobis passus est dulcedines esse ducit. Apes ex genista & ex herbis gustui amaris mel, & dulcedinẽ elicit. Quid mirum si omnia amara in dulcedinem, & suauitatẽ Dñs propter nos cõuertat? & non solum diuina Maiestas hoc effi-

Simile. 11 cit, sed ẽt seruorũ eius hoc est ingeniũ. Nũ quid arbitramini labores, uerbera, ieiunia, & reliqua uirtutis & mortificationis opera in se esse dulcia? non sunt nisi amarissima: sed cũ iusti hæc omnia ardẽtissimo animo amplectãtur statim in fauum mellis, & butyrum illis conuertuntur. Idem faciebant

Acto.5. Apostoli, & Martyres, qui ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt ꝓ nomine Iesu contumeliam pati. Postq̃ uapulabant, & lapidabantur, ita alacres, & hilari uultu exibãt, acsi maxima beneficia accepissent. Et de glorioso Protomartyre Stephano decãtat ecclesia dicẽs, la-

pides torrentis illi dulces fuerunt. O quã è

8. contra nunc facimus quantum enim possumus labores recusamus, & seculares delicias, ac uoluptates inanes diligẽtissimè inuestigamus, quæ quidem cras finientur, &

Esa.28. quibus fortasse æternæ amaritudines succedent, sicut contigit illis, quos Esaias cõminabatur dicẽs, uæ coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidẽti gloriæ exultationis eius, q erãt in uertice uallis pinguissimæ errãtes à uino. Væ uobis (inqt) quorũ superbia, gloria & abũdãtia est quasi foliũ decidens. Væ uobis, q meliorẽ & pinguioꝛẽ orbis partẽ habitabitis, humanarũ uoluptatũ uino inebriati, quã cito uniuersæ deliciæ uestræ perierunt. Ex hoc intelligi põt ratio quare præceperit Deus ut in nullo le Leuit.2. gis ueteris sacrificio offerretur mel, q̃ est dulcedo, quã apes ex herbis & floribus abstraxerunt, q fuit ad significandũ ꝓ in illis quæ Dño offerẽdæ sunt nõ oportet esse gaudiũ, aut dulcedinem abstractã à floribus, q tã cito marcescunt, ut creaturæ. Ne 15 ergo simus quasi apes abstrahẽtes mel à floribus cum tantum detrimẽtum animabus nostris afferat, ut illud S. Esaias appellet ui Esai.28. num inebrians quod homines peruertit, & eos insanire facit. Nostrum cœlestem Magistrum imitemur laboriosas uirtutis exercitationes quasi butyrum, & mel amplectẽtes, expectantesque q post mortem melle ac dulcedine illa gloriæ in æternum duraturæ perfruemur.

Manducans supernus Redẽptor inter discipulos suos, ait illis: Hæc sunt uerba, &c. *Quoniam necesse est impleri oĩa, quæ scripta sunt.* Et clarificauit mẽtes eorũ, ut intelligerẽt scripturas, & repetiit dicẽs, quoniam 14 sic scriptũ est. In Numeris dicitur: Num est Nu.23. Deus quasi homo, ut mẽtiatur? Verbũ Dñi nõ põt deficere, ideo per semetipsum iurat ut fecit loquẽs cum Abraham, & dicẽs, per Gen.22. memetipsum iuraui. Nulla.n. est firmior subscriptio, q̃ uerbum Dñi. Et ita nomen de quo magis gloriatus est, & sanctũ, atque ineffabile nuncupauit, quodque cum rãta ceremonia Moysi detexit, & quasi peculiare beneficiũ reuelauit, dicens: Ego Dominus, q apparui Abrahã, Isaac, & Iacob, & nomẽ meum Adonai nõ indicaui eis, idest, etsi erãt amici mei, nõ tñ illis meũ nomẽ ineffabile reuelaui. de hoc (inquã) nomine magis gloriatus fuit, q maximam eius firmitatẽ, & constantiã significat. Ego sum, q 15 sum, dixit Moysi qui est, qui non mutatur, qui nequaquam retrocedet, nec à ueritate deficiet. Maximi æstimat Deus uerbũ suũ, Exo.5. siquidem tantoperè amicorum suorũ uerba æstimauit, ut, sicut dicit S. Chrysostomus, licet nulla alia esset causa, quare Deus Chryso. in mundum ueniret, & omnia, quæ passus est, patereturnisi quod illud prophetis reuelauerit, & prophetę nominibus prædixerint, hæc una sufficeret, ut in mundum uenisset, & labores quos passus est, toleraue-

rit

Luc.18. tit. Et ita cũ de passione sua loqueret semper meminerat de scripturis dicens, Cõsumabuntur oĩa, quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Et sic cũ reprehẽdit S.

Matth.26. Petrum in horto, quia uolebat suã sanctam passionẽ impedire, dixit illi: quomodo implebuntur scripturæ? & hinc est q cũ mundus illũ exoraret, ut humanitatẽ assumeret dicebat: ut prophetæ tui fideles inuenian-

14 tur. Tanti æstimat Deus uerba prophetarum suorum. Atque ideò nunc dicit. *Quia sic scriptum est, & sic oportebat pati Christũ & resurgere à mortuis.* Hoc uerbum: sic oportebat: dicit multa, & significat, atque includit omnes dolores, quos Dominus

Simile. passus est, qui non sunt uerba, quibus explicari possint. Si uultis albedinem alicuius rei exaggerare, dicitis quod est quasi nix, si uerò uultis significare, quàm alba sit nix non est cur illam comparetis, sed dicitis, est alba sicut tu uides. Ita ut nobis ostẽdat quod labores passus fuerit non habet rem cui eos comparet ipse qui passus est, sed dicit. Sic interrogatis uos, quomodo sic? nõ est possibile dici quomodo. Dicit etiã oportebat. Quem oportebat, ut sic pateretur?

15 certum est, nos summopere oportere ut sic altissima Maiestas pro nobis pateretur, & sic nobis suum ineffabilem erga nos amorem declararet, nobisque patientiæ eẽt, ac totius uirtutis exemplum. Veruntamẽ nõ solum nos, uerum ipsum etiam Dominum sic oportebat pati, & sic patiendo sanctissimi corporis sui gloriam promereri. Ex bo-

D. Tho. 3. Par. q. 15. ar. 3. nis enim quæ possidemus, illa excellentiora iudicamus, & pluris æstimamus, quæ nostro labore acquisita sunt. Sic affirmat S. Thom. largitur Rex uiro nobili commendatum duodecim millium aureorũ, & ait

Simile. illi. Hoc commendato te dono eo quòd in multis prælijs mihi fidelissimè seruieris, & in illis te constantissimum præbueris. Alterum hominem pari commendarɔ afficit, cui dicit. Hoc tibi concedo, quia ita mihi placuit, in te autem nulla sunt merita, pro-

16 pter quæ hoc beneficio dignus sis. Certũ ẽ priorem multo maiori cum honore commendatum accipere, quam posteriorẽ. Ita gloriosissimum atque honestissimũ fuit q bonus Iesus sui sacratissimi corporis gloriam suis laboribus compararet. Sed dicet aliquis, si ita est etiam oporteret, ut sacratissimæ animæ suę gloriam acquireret, quę illi data est in instanti cõceptionis suę. Dico quod nõ esset honor, nec perfectio eius, quod illam mereretur, imò hoc dignitatẽ eius maximè comminueret. Ratio est, quia gloria animæ conueniebat Christo Redemptori nostro ratione unionis hypostaticæ, qua unita erat uerbo, & propter hanc unionem data est ei gloria, quam habet, & gratia abundãtissima, quæ in instanti cõceptionis suæ, illi tributã est. Quam si meritus es- 17 set aliquandiu sine illa futurus erat, meritũ enim dicit respectum ad præmium, quod speratur nec dum possidetur, & ita erat in dignũ animæ Christi qd̃ esset unita uerbo nec tñ gloriã haberet. Alias res exteriores docuit illũ mereri, ut fuit corporis gloria, sui exaltatio, ac sui sanctissimi nominis celebratio. Et sic illud uerbũ, oportebat, põt referri ad nos, & ad supernã eius Maiestatẽ quod illum oportebat prius tot labores pati, & sic peruenire ad ineffabilem gloriam, Psalm.38. qua hodie resurrexit. De qua possumus dicere quod Dauid ad aliud propositum dixit, sicut tenebræ ei' ita & lumẽ eius. Quales fuerunt tenebræ crudelissimę passionis, & nox angustiarum eius, talis fuit gloria re surrectionis eius. Qualia fuerũt opprobria talis fuit glorificatio sanctissimi corporis eius, & triumphus, cũ quo resurrexit. Et ita quo magis quispiam corã hominibus pro- 18 pter Deum obscuratus fuerit, & sese humiliauerit, eò magis à Deo in gloria clarificabitur, & exaltabitur. O fratres mei, ne uelimus meliores esse, Iesu Christo filio Dei, ut arbitremur quod sine labore nobis concedenda est gloria, cum nostrum diuinum caput tantopere obscuratum fuerit, & per tot ignominiarum tenebras pertransierit, curemus illum in aliqua re imitari, quam cumque contradictionem patienter tolerantes, & cum nobis defuerit qui nos cruci figat sit unusquisq; sui ipsius carnifex corporis sui rebelliones mortificans. Ecce uos admoneo, ut diligenter caueatis ne de uobis cõuerso dicatur, sicut lumen eius, ita & tenebræ eius, quod quanto magis hic glo- 19 riamini, & uultis docti, nobiles, ac potẽtes existimari, tanto magis illic in tenebras hæc omnia uobis conuertentur. O sancte Deus in quantam obscuritatẽ deuenient illustres huius seculi, qui tam pingues, politi, & splendidi in hac uita incedunt quam confusos, & obscuros se in futuro sæculo uidebunt, sicut lumen eius ita & tenebræ eius. Hoc est quod ac literã dicitur in Apo. 18.

Apo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apocalypsi, q̃rum glorificauit se,& in delicijs fuit,tãtũ date illi tormentum,& luctũ. Heu heu heu nõ ẽ prudẽtia in terra ad hęc intelligẽda,sed quasi incãtati,& amentes p̃pter res caducas, & parui momẽti uoluñ. ęterna bona amittere,& in ppetuam cõdẽnationẽ icidere, si attẽte aduertistis fratres meiã cognoscetis quã aptè Christus Redẽptor noster se resurrexisse probauerit,cum scilicet loqueretur,mãducaret,& sineret se à discipulis suis palpari, & ostenderet illis
Coloſ.3. 20 vulnera manũ pedum,& sanctissimi lateris sui S.Paulus dicit. Si consurrexistis cum Christo,quæ sursum sunt q̃rite, ubi Christus est in dextera Dei sedẽs, quæ sursum sunt sapite,non quæ super terram.Si cõsurrexistis(inquit)cum Christo iam non oportet sapientiam curãq. uestram,in terrestribus præcipue,sed in cœlestibus rebus occupari.Et hæc uestra resurrectio ex culpa in gratiam eisdem medijs probari debet,qui
21 bus Dominus resurrectionem suam probauit.Primum est,si per ueram,curamq; peSimile. catorum uestrorum confessionem locuti estis, cum firmissimo proposito iam amplius non peccandi. Hoc maximum est spiritualis resurrectionis argumentum.Canis quamuis plurima habeat uulnera si illa potest lingua lambere,facilè ab illis curatur, si uero illa non potest lingua pertingere, statim corrumpuntur,& moritur.Ita quantum uis grauiter uulneratus sit peccator,si uulnera sua lingua attingit,hoc est,si purè cum uero dolore, & cordis amaritudinem peccata sua confitetur, statim eius anima sanatur,& gratiæ uitam consequitur.Secũdum medium est,si diuinum cibum, quod est ineffabile altaris sacramentum cum debita conscientiæ uestræ p̃paratione comedistis: Cibus cum profecit tendit in stomachum,& exinde in cæteras corporis partes diuiditur, ut alantur, & accrescant Vultis quodammodo scire utrũ cælestis hic cibus
22 uobis p̃fecerit,& utrum digne illum acceperitis,uidete an eius uirtus & gratia p totum corpus diuisa sit? considerate, utrum in capite sit humilitas, in oculis modestia, in pedibus diligentia,in corde amor,in memoria gratitudo,in toto deniq. corpore honestas, & puritas illucescat.Si hæc sunt in uobis maximũ argumentum est q̃d cibus uobis profecerit, & quod uiui estis & cum Christo consurrexistis, qui est uera iustorum uita. Tertium medium fuit,quòd pedes,manus,ac latus cum pretiosis uulneribus ostẽdit. O si tam singulare beneficium in nos Deus conferret, ut manuum pedũque affect⁹ uulneratos haberemus. Qui in manibus habet uulnera quantumcumque minimo ictu aliquem percutiat, maiorem 23 sibi infert dolorem,quam alij,quem percutit. Atque hęc est una ex p̃cipuis cõditionibus seruorum Dei, quod si aliquando p inaduertentiam proximum suum tetigerint,aut in aliqua relæserint,tristitia,ac dolore cõficiuntur.Et q̃i habet pedes uulneratos difficillime eos in terra ponit. Tales sunt iusti,qui cum pedes animæ,idest eius affectiones diuino amore uulneratas habeant, difficulter eos in terra ponunt & simul hẽnt aptum latus,hoc est,hẽnt aperta, charitatiua, & suauia uiscera erga oẽs.

Etiam probauit Dominus resurrectionem,permittens,ut se tangerent, & ita dixit: *Palpate,& uidete.* Mirabilis probatio, quòd anima resurrexerit, est tactus iniuriæ,& p̃secutionis patiẽter acceptus.Et ita 24 dixit quædam mulier ad Dauid, quasi magnam exaggerationẽ, sic est Dom⁹ meus 2.Re.14. Rex sicut Angelus Dei,qui neque benedictione,neque maledictione mutatur,super omnia fratres mei uobis magnopere commendo,ut hanc Domini sanctissimam resurrectionem in perseuerantia imitemini. Iam(credo) audiuistis illa uerba S. Pau- Rom.6. li, dicentis, quòd Christus iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur, sic oportet resurrectionem uestram esse, ut peccatum uobis ultra non dominetur.Maximæ enim confusionis est quòd cum hodie peccata uestra lamentemini, & proponatis nũquam amplius peccare,statim eras ita ex instituto ad ea reuertamini, acsi nunquam tale actum fuisset.In h.. Ecclesijs parochialibus solent esse duplicia sacraria ad custodiendum sanctissimum Sacramẽtum. Simile. Alterum est sacrarium commune ubi solet esse toto anno, Alterum uero est quasi sepulchrum, q̃ quotãnis, cõstituitur,in quo 25 Dñs seruatur tantummodo Feria quinta in Cœna Domini, & transacto illo paruo tẽpore illud dissoluitur, & pretiosa ornamẽta auferunt̃,& ponitur in angulo sacristiæ,ubi est toto anno plenũ puluere,& araneatũ telis. Ita experior ego in duplici differẽtia esse Christianos quidã sunt perpetua sacraria,in qbus toto anno Deus habitat,atq.ẽt tota uita,ita sunt cõpositi,modo rati,

rati, mundi, & in diuinę Maiestatis seruitio diligentes, ut magnæ consolationis sit eos uidere: alij uerò sunt quasi sepulchra. Feria quinta in Cena Domini. Toto anno sunt incõpti,dissoluti, pleni puluere & aranearum telis, nille immunditijs onerari: adueniente autem hebdomada sancta curant se purgare,& peccata sua cõfiteri, atq;
26 aliquo bono opere sese exornare: eleemosynas largiuntur, Ecclesias uisitãt,sanctissimum Sacramentum assumunt,transacta autem Feria sexta omnia finiuntur,iam desiderant uidere Pascha,ut ad malum statum reuertantur.O miseri homines,diuinæ Maiestatis illusores,hoc est, quod ꝓposuistis. Non pudet uos,ita cum Deo infinitæ Maiestatis agere, tam grauis erat uobis uirtus. O capitales hostes uestri ipsorũ quare non timeris,ne descendat super uos ira Dei pro
Eccl.3. pter tantam irreuerentiam,qua usi estis in Dñm,quem accepistis, qui nondũ intrauerat, cũ iam illam à uobis expulistis. Dicit Sapiens.Omnia tempus habẽt,& suis spatijs transeunt uniuersa sub cælo Tẽpus nascendi,& tempus moriendi.Tempus plantandi,& tempus euellendi, quod plantatũ
27 est.Ad omnia facienda tempus designauit, ad serendum, & secandum, ad ridendum, & plorandum.Et cum ad omnia tempus designauerit, non reperietis quòd ad peccandum tempus constituerit.Ad solum peccatum deest tempus,& deesse oportet.Tu uero infęlix homo sacratissimũ Paschæ tẽpus ad peccandũ designas.Aduenietq(inquit)Pascha,& ibimus in domũ meretricis, ad ludũ reuertemur, sicut anteà eramus,& peio
Simile. res quidem efficiemur.O mẽdaces uos, & perfidos Deos. Aduertite quid in hoc triduo Paschæ feceritis,& uidebitis utrũ ueritatẽ dicã,necne.O Christe uitæ reparator, mortis triũphator, miseriarumq; nostratũ sublenator,qui animas nostras tãto pretio
28 redemisti, hæc est Domine gratitudo nostra ita tuę altissimę Maiestati persoluimus beneficia,quæ in nos contulisti,& quotidie confers.Quid erit nobis pro tanta irreuerẽtia, ô fratres mei,ne ultra huius clementissimi Domini furorẽ prouocetis, sed si forte in noua crimina reincidistis,reuertimini puro corde,& agite pœnitentiam, & sic dabit uobis Dñs suam gratiã,& postea sempiternam gloriam largietur.Amen.

Feria V. infra Octauam Resurrectionis.

Maria stabat ad monumẽtum foris plorans,&c. Ioan.10.

NARRAT Beatus Ioannes,q̃ in die sanctissimę Resurrectionis,uenit Maria Magdalena diluculo ad sepulchrũ, & ut ex alijs Euangelistis patet,ut uenit cũ alijs sanctis mulieribus,& ut accesserunt ad sepulchrum,uiderunt custodes humi prostratos semimortuos,& timore perculsos(uisio.n. Angeli,& eius terribilis aspectus eos deterruit)atque ut sanctę mulieres eodem timore non percuterentur, ipse Angelus in forma iuuenis pulcherrimi suauissimis uerbis illas allocutus est,dicens. Nolite expa- Mar. 16. uescere. Siquidem Dominum cum pietate quæritis,non oportet uos timere. Timeant sacrilegi custodes,qui illum cum infidelitate custodiunt. Iucundissimos illis nuncios refert,scilicet,q̃ Dominus resurrexerat,& præcepit eis,ut de hac re sanctos Apo 2
stolos certiores faciant. Properant sanctæ mulieres,& hæc illis nunciant ipsi uerò arbitrabantur illas insanire. Properant Sanctus Petrus,& Sanctus Ioãnes ad monumẽtum,ut uiderent,utrùm ita esset.Sepulchrũ uacuum conspiciunt, nec inuenerunt custodes,iam enim in ciuitatem abierãt. Reuertuntur Sancti Apostoli ad suos,& eis nũciant, quomodo sanctissimum corpus iam non esset in sepulchro, Sanctę uero mulieres,quæ post duos Apostolos iterum iuerãt ad monumentum, & si illi discesserunt, ipsæ tamen illic remanserunt. Quarum duæ in alias partes hori abierunt, sancta uerò 3
Magdalene illic ac ostium monumenti sola mansit amare plorans, quasi immemor omnium,quæ sibi comitibusq; suis Angelus dixerat.Et hoc est quod dicit hodierna lectio sancti Euangelij quòd. *Maria stabat ad monumentum foris plorans,* Etsi aliæ à monumentum recesserunt illa nõ recessit, amor enim ardentissimus nõ permittebat eam illinc abire. Ita dicit Origenes super hũc locũ. Amor faciebat illã stare, & dolor Origen. ſu
cogebat illã plorare. Eius dolor renouatus per Ioan.
fuerat,qa quẽ anteq mortuũ plorabat, nũc

mor

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortuum,& sublatum lamentatur: & hic nouus dolor efficiebat, ut nouas & irremediabiles lachrymas profunderet, nullum enim consolationis genus habebat. Cum dilectissimum Magistrum suum in sepulchro mortuum haberet,aliquam consolationis ausam habebat: cum autem illum nec uiuum nec defunctum haberet,uidebatur sibi nihil amplius habere,quo se posset
4 consolari. Nec timebat, nihil enim habebat,quod timeret cùm uitæ suæ uitam amisisset, & satius ducebat esse mori, quàm uiuere,nam fortasse moriens illum inueniret, quem uiuens non poterat reperire. O quàm meritò dicit diuina scriptura, quòd fortis est ut mors dilectio,quid plus in hac
Cant.8. sacra muliere mors posset efficere, quàm amor effecerat. Tota enim erat exanimis, insensibilis, atque omnium rerum immemor,illius solùm recordans, quem intimo cordis amore super omnia diligebat, nihil illi præter lachrymas remanserat,& sic mę stissimo planctu lachrymans dicebat.Heu me creaturarum omnium afflictissimam. Nescio utrum eligam, si iuxta monumentum mansero, non reperiam Dominum
5 meum. Si recessero nescio infœlix quò pergam. Recedere ab hoc sepulchro est mihi mors intolerabilis, melius erit mihi hic manere,nam si hinc abiero, forsitan cũ rediero,illud euersum, & humi prostratum reperiam. Hic manebo, hic plorabo, hic moriar ut saltem iuxta Redemptoris mei monumentum sepeliar. O quam fœlix & beatum esset corpus meum,si iuxta diuini Magistri mei sepulchrum sepeliretur, & sic lamentans iterum,atque sanctum sepulchrum aspiciebat & cum semel se inclinaret,uidit duos Angelos rutilantibus uestibus coopertos sedentes in lapide,qui fuerat super monumẽtum,qui hilari aspectu, cum illa cęperunt iocari & percontari. *Mulier quid ploras?*quibus illa amaritudine plena respondit, dicens. *Tulerunt Dominum*
6 *meum & nescio ubi posuerunt eum.*Cùm sic loqueretur uidit illos speciosus iuuenes surgere ut loquerentur cum quodã homine superueniente.Et conuertens se ut uideret quis nam esset quem illi uenerabãtur, uidit iuxta se hominem,& existimauit illũ esse hortulanum,qui dixit ei. *Mulier quid ploras?*O Christe uerè afflictorum consolator tu, qui es infinita sapientia nescis quare hæc mulier plorer,quare illam interrogas,quid ploret.Optime sciebat Dominus cur ploraret: sed illam interrogauit, ut illa cum responsione haberet occasionem demonstrãdi fortitudinem amoris sui, & inuictum animum, quo erat ad seruiendum Domino suo, quem uerè ipsa declarauit, cùm arbitrans illum esse hortulanum ei dixit: Domine si tu sustulisti eum, dicito mihi,ubi posuisti eum,& ego eum tollam. O 7
quàm generosum, & quàm uirile mulieris pectus? Nec illam in initio noctis tenebræ terruerunt, quominus ad monumentum ueniret,nec timuit sciens monumentum à militibus diligentissimè custodiri, qui illam possent apprehẽdere, & ad iudices uinctam deducere: nec uidens eos semimortuos,& humi prostratos,nec cognoscens lapidem grauissimũ esse,quem nec ipsa, nec eius comites possent euoluere, nihil horũ illi impedimento fuit,quominus ad monumentum accederet. Nec modo illi graue uidetur onus cadaueris, sed dicit se solam illud sublaturam esse.O diuini amoris pes 8 August. li.
fectio,quæ ueros amatores per omnes dissi- 13. confe.
cultates facis pertransire? Idcirco conuenienter B.Augustinus dixit. Amor meus, c.9.
pondus meum. Amor est pondus animæ, Simile.
Sicut pondus attrahit post se lapidem,& illum in centrum deducit. Sic amor animã ad se attrahit, & mirifico quodam impetu ad Deum,qui est eius centrum illam deducit. Considerate ingens saxum de montis cacumine excisum,qua uelocitate, & impetu præcipitatur,quem strepitum excitat, quomodo arbores cõfringit, parietes euertit,atque omnia obstacula, quę decursum illum sibi poterant impedire, dirumpens, & quęcunque sibi offerantur,dissipans, nõ sistit quousque ad infimum locum peruenit,ubi tandem quiescit. Hęc profectò est una ex pręclarioribus similitudinibus, qui bus amor,& anima,quę uerè diligit,declarari potest. Quòd sicut saxum suomet pondere attractum, sic anima amore attracta dissoluit omnes difficultates,quæ eam im 9
pedire possunt,quominus ad Deum accedat. Atque hac metaphora,& similitudine optimè declaratur admirabilis illa exaggeratio.Sancti Pauli dicentis. Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio,an angustia,an fames,an nuditas, an periculum, an persecutio, an gladius,certus sum enim quia neque mors,neque uita,neque Angeli,neque principatus, neque uirtutes, &c.

neque

neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. O quam magnum, & quod pondus amoris hoc erat? O ingens saxũ, quod onere suo omnes difficultates cõfringis? Considerate hunc diuinum Apostolum,& reliquos eius socios de quibus ipse
11 loquitur quasi saxa quæ p montem præcipitantur,quomodo omnia obstacula,& difficillimos labores amoris sui pondere dissipabant. Attendite quomodo per famem, carceres,naufragia, & alios labores transierunt,& nihil horum eis impedimento fuit quominus ad Deum,quod est eorum centrum peruenirent. Videte quàm merito dicat:quis nos separabit à charitate Christi? cum(inquit)habeamus amorem quasi animæ pondus, quis nos separabit nè ad hãc claram uisionem, & fruitionem Dei accedamus, quem tantopere diligimus? certus sum,quòd nihil nos ab hoc poterit separare.Etiam hoc diuinum pondus Dauid sentiebat cùm diceret,quoniam in te eripiar a
12 tentatione:& in Deo meo transgrediar murum.Negotia regni,uanitates, contentiones,uoluptates,& cętera huiusćmodi,quę Psalm.17.
elati status secum afferunt,muri sunt, qui hoc animæ iter impediunt. Veruntamen Dauid omnes hos muros diuini amoris feruore transgrediebatur. Saxum maximũ cum decidit,quis ualeat retinere?Animam sanctam quid poterit impedire ne ad Deũ accedat? Nihil profecto illam poterit impedire: O utinam diceremus cum Dauid, in te eripiar à tentatione. In te Domine tua ope adiutus,& tuis promissionibus cõfortatus, nullam fiduciam in uiribus meis habens à tentationibus uictoriam reportabo,& oẽs laborum,& uoluptatum muros transgrediar,ut ad te perueniam. Animad-
13 uertite fratres mei res, quas diligitis, ludum, conuersationem fœminarum, &c. Hæc omnia sunt muri, qui uobis hunc cursum ad Deum impediunt. Hos muros omnes Dei auxilio confortati transgredimini. Verum quid erit,si leuissima quaque re detinemini?signum est, quòd amoris pondus non est in uobis.O anima Christiana erubesce,& confundere,quòd lapides tibi excellatiores illi enim non sistunt, quousque ad centrum suum deueniant, ut uerò sistis, cùm nondum ad Deum accesseris.Res,quę excidens, quouis minimo flatu retrocedit, aut est pluma, aut stipula, aut aliquid aliud leuissimum.O miserã,& infælicem animã, quæ minimo quoque flatu retineris,& quę cunq; ueniæ te regredi faciunt, quia es stipula sicca, & parata ad ardendum in æternis inferni ignibus.Quomodo uerbera,carceres,& mortem transgredieris(ut realiter facere teneris oblata necessitate)siquidem quò libet honoris puncto, aut belluarum uoluptate,aut minima quaque utilitate du- 14
ctus à uirtutis uia regredieris, & in peccatum præcipitaris?dixit sanctus Paulus:Nõ- Heb. 12.
dum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes.Nõdum (inquit) ad sanguinis effusionem peruenistis,ut peccato resistere tetis,& Deum non offenderetis. Et multis ex uobis dici potest, quòd non modo usque ad sanguinis effusionem peccato non restitistis, sed ne minimum quidem detrimentum ad euitandum peccatum perpessi fuistis: sed pro leuissimis quibusque rebus passim Deum offenditis. Si uideretis plurima saxa in aere detenta,nõ miraremini? O quantum miraculum esset si res tam graues,ut saxa,suspẽsę in aerem uiderentur. O animæ rationales 15
animaduertite,quod propensio,uitam habetis ad beatitudinem, multo grauior est saxorũ pondere.Quomodo ergo in aere detinemini.O rem stupendam ò mirationem Sathanæ iadustria exquisitam.Omnes.n.seculares honores,diuitiæ,uoluptates,& his similia sunt aer,& in hoc aere detinemini? Aduerte homo, quia omnes insulsitates, quas in creaturis reperis,sunt quasi alapæ, quibus ipse te percutiunt, ut ab illis recedas,& ad Deum confugias,& acsi unaquæque te reprehendens diceret: quid accedis ad me miser?Non sum ego bonũ tuum,nõ sum ille,quo tu indiges Progredere,& prosequere uiam tuam, ne fiftas in me,hoc.n. 16
esset in aere fistere. O Deus æternæ Maiestatis quomodo fieri potest,quod ad te omnis anima non confugiat?quomodo fieri potest, quòd cum absque te in aere detineatur,rideat, & exultet? quomodo fieri põt, quòd cum sit tanti boni capax,ad illud non confugiat, sed in tanto malo remaneat? O centrum infinitum,& infinite bonum, atque ideò infinite attractiuum, quare oẽs nos non trahis post te? Mirabilius est profecto intelligenti hoc animas ita uidere, quam saxa in aere suspensa conspi-

cere.

cere. Idcirco Beatus Augustinus exclamabat,dicés: Quid per multa uagaris homuncio quærendo bona animæ & corporis tui? Quære unum bonum, in quo sunt omnia bona,& sufficit. Ibi enim est quicquid amas,& quicquid desideras. O homuncule, quare conturbaris,in creaturis tranquillitatem quærens? non enim illam reperies, inquire Deum, in quo sunt omnia, quibus
17 indiges. Hæc est una ex rebus, de quibus Deus conquæritur grauioribus uerbis, quàm sunt in sacris literis dicens per Hieremiam: Obstupescite cœli super hoc, & portæ eius desolamini uehementer, dicit Dominus: duo enim mala fecit populus meus,me dereliquerunt fontē aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipatas,quæ continere non ualent aquas. Cœli, idest, omnes Angeli beati obstupescite, & portæ cœli,qui estis sancti mei, qui adhuc in corporibus commoramini, per quos, quasi per ianuas multi ingrediuntur in cœlum desolamini, idest contristamini usque ad mortem propter tantam amentiam, & cæcitatem. Relinque ergo,relinque quęso, ò anima Christiana has cisternas dissipatas,
18 quas tanto cum labore fodisti,& accede ad fontem infinitæ suauitatis.

Aug. lib. medit.

Hier. 2.

Considera per quot difficultates transierit hæc beata Magdalena,ut reperiret illū, quem uerè eius anima diligebat,& attēde, quàm inuincibili animo tota lachrymis pfusa dicat: *Domine si tu sustulisti eum,dicito mihi, ubi posuisti eum,& ego eum tollam.* Non amplius contineri potuit fons miseri cordiæ Iesus Christus filius Dei,sed eius lachrymas, & afflictionem considerās mitissima uoce illam allocutus est suo nomine illam nuncupans. *Maria*, ita ut statim in uoce cognouerit esse bonū Iesum. O quantum ualent lachrymæ apud hunc altissimū Dominum, & quantum hæc beata mulier illis impetrauit. Videns clementissimus Dominus illam pro peccatis suis lamen-
19 tantem statim illi pepercit: uidens illam pro fratre mortuo lachrymantem illicò eū suscitauit. Nunc autem uidit eam in sepulchro plorantem eo quòd arbitraretur aliquem sustulisse Redemptorem suum & statim apparuit illi. O lachrymæ potentes, quæ in cœlo Angelos delectatis, & interra peccatorum maculas lauatis, & diabolis iurisdictionem aufertis, atque etiam infinito Deo uim inferre uidemini? O fratres mei siquidem necessitatem habetis,& uos quotidie in plurima scelera lapsos uidetis, utimini his armis ad inuincibilem Deum superandum, illumque subiectum ad cor uestrum afferendum. Nam ipse Dominus declarauit lachrymas mirificam quandam artem esse ad ipsum uincendum, Cant. 5.
cum dixit: Aperi mihi soror mea, amica 20
mea,columba mea,immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. In his uerbis significat diuinus sponsus lachrymas quas propter illum sponsa effuderat, eam immaculatam, & columbam sine felle reddidisse: & illas lachrymas esse rores quos ipse in capite afferebat per diuinam acceptationem, a quibus attractus,& quasi compulsus uenit iam rogans eam,quæ antea fuerat rogatrix. Ac si clarius diceret. Lachrymę tuę me denicerunt,ipse me tibi afferunt, quapropter rogo te,ut aperias mihi. O admirabilem Dei clementiam qui duabus lachrymis puro corde,& cum uera contritione effusis se patitur superari, & uenit quasi deuinctus, ut animam, quæ antea peccatrix erat, suauissimè osculetur, & amplectatur ut sancta mulier diuinum Redemptorem suum agnouit, uoluit se ad sanctos pedes eius prostrare, dicens: *O Magister*. Domi- 21
nus autem cohibuit illam,& dixit: *Noli me tangere, nondum n. ascendi ad Patrem meū.* Quare Domine non uis ut hæc mulier pedes tuos attingat,cum illi sibi iure competant? Cùm esset peccatrix permisisti, ut illos tangeret lachrymis suis lauaret, & capillis capitis sui tergeret, cùm autem nunc sit sancta,non sinis ut illos attingat? Multum interest(ait Dominus) inter tempus, & tempus. Quando illa pedes meos tetigit erant mortales, & perinde remedium peccatorum, mea enim mortalitate promerui uitam peccatoribus mor- 22
tuis in peccato. Et tetigit peccatrix mortua pedes mortales, & in illis uitam inuenit: Nunc autem sunt iam pedes mei glorioſi, & quanuis hæc mulier sit sanctificata,est tamen mortalis, & in hac uita uiuit. Quapropter non licet illi glorioso,pedes attingere. Gloria enim non in hoc sęculo,sed in cęlo attingēda est. Ideo illi dicit. *Noli me tāgere,nondum n. ascendi ad Patrē meum.* Idest,nondū tu ascendisti ad Patrem meum.

meum. In nomine enim Christi Iesu, qui est caput,omnes iusti, qui sunt eius membra,intelliguntur, & ita intelliguntur obscura illa uerba, quæ dixit Dominus: Ne-
Ioan. 3. mo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cęlo filius hominis,qui est in cœlo. Super quæ uerba dicit B. Augustinus: Domine
Aug. super Ioannem. quomodo est istud? ergo nemo illuc præter te ascendent? Quod si ita est, uæ nobis. Respondet idem sanctus, dicens: Si quis de
23 monte nudus descendit, & iterum uestitus ascendit,idem est,qui ascendit, & qui descendit. Sic descendit filius Dei per humanitatis assumptionē, & posteà pretiosis uestibus indutus ascēdit,qui sunt electi eius,
Is. 49. ut dixit Isaias. Omnibus his uelut ornamento uestieris. Nullus enim perpolitus inuenis uestimenta sua tanti estimat, quātum Deus de suis iustis gloriatur. Ideò ornamenta sua illos uocat. Ergò idem est qui descendit,ac qui ascendit,& in omnibus iustis dicitur Christus ascēdere: quia illi ascēdunt quasi uestimenta,& quasi mēbra ei⁹. Quapropter dicens Magdalenæ. Nondum ascendi ad Patrem meum: uoluit dicere: Nōdum tu ascendisti ad Patrem meum,& siquidem nondum ascendisti,noli quandiu es in hac mortali uita glorioſum quicquā
24 pertingere. Significans quod omnes res glorioſas & honoratas in futuro seculo habere cupiamus,hic autem ne minimo quidem digito illas attingamus. Hic est unus ex sensibus,qui his uerbis assignantur,etsi ego illum moralem potiùs quam literalem iudico. Sensus igitur magis literalis (meo iudicio) iuxta illis assignari potest hic est: scilicet, cū Dominus dixisset discipulis suis: Sensus literalis. uado ad Patrem,arbitrabatur Magdalene quod statim esset profecturus post resurrectionem suam,& idcirco uellet statim illic eo frui,& familiarissime cum eo agere,hoc est enim uelle illum tangere. Ait illi Dominus: Noli me tangere nondū enim ascēdi ad Patrem. Acsi diceret: Nondum profi-
ciscor,nondum discessi,adhuc tecum sum.
25 Vade ad fratres meos & dic eis: Ascēdo ad Patrem meum & Patrem uestrum, Deum meum & Deum uestrum. Fac hoc,quod tibi præcipio,ad istud enim adhuc tempus erit. Quemadmodum si tabellarium ad o- Simile. stium stantem ostiarius rogitaret quos nuncios,aut quæ negotia afferret,& ipse diceret: abi dicito Domino ꝙ sum hic quia ad istud adhuc tempus erit, nondum discessi, adhuc hic sum. Sic se habuit Christus Redemptor noster cū hac sancta muliere. Ex quo apparet ardentissimus amor,quo diuinus Magister discipulos suos diligebat, & desiderium,quod habebat citò eos consolandi. Siquidem non uult,ut hæc sancta mulier commoretur,ne minimo quidem tempore,quòd posset consumere in amplectēdis,& deosculandis suis diuinis pedibus. Etiam eius amor ineffabilis ostenditur in 26
illis uerbis,quæ dicit. *Dic fratribus meis.* O quæ uerba tam suauia,quæ sagittæ tā acutæ, tamque penetrabiles ad corda quātumcunque dura transfigenda. Ea propter uocatur Christus Redemptor noster in sacris literis arcus. Vbi dicit S. Propheta Haba- Haba. 3.
cuc loquens cum ęterno Patre: suscitans suscitabis arcum tuum. Arcus,qui confractus est cum nimium clauis crucis reflecteretur,& hic arcus per admirabilem Patris sui potentiam resurrexit,& ideò dicit,suscitās suscitabis arcum tuum,& uocat illum arcum,quia omnia eius uerba fuerunt mitissimæ sagittæ, ac tela suauissima ad corda trāsfigenda,eaque ad sui diuinā obediētiā redigenda. Verum quid erit fratres mei, si audientes tam frequenter dulcissima hui⁹ 27
diuini Domini uerba,quæ sunt quasi sagittæ emissæ à tam potenti arcu,uos tamē integri,sine uulnere,ac sensu in cordibus uestris remanseritis? ò uiscera adamantina, quibus nō infixæ sunt tales sagittæ,quid de tanta duritate sperari potest? contristamini,& pertimescite cum postquam plurima uerba Domini audieritis sine deuotione,& compunctione exitis. Multò magis uosmetipsos admiramini,quàm si uideretis sagittam summa cum contentione, & impe-
tu immissam ad humanum corpus pueni- 28
re,nec tamen aliquam in eo operationem facere. Dic fratribus meis: *Ascendo ad Patrem meū & patrem uestrum*, ubi optimus Iesus fatetur suum & nostrum unum esse Patrem ac Deum. O quam similem nobis se i omnibus uoluit efficere? ut exaggerat S. Paulus, o diuine Redēptor pro utro istorum tibi prius gratias agam? Quia Patrem tuum fecisti Patrem nostrū? An quia Deū Phili. 4.
nostrum fecisti Deum tuum? in priori ita Heb. 4.
nos extulisti,ut nos quodāmodo tui æquales effeceris,in posteriori uerò te ita humiliasti,ut æqualis nobis fueris effectus. An-

teaquam

teaquam ò ſuperne Domine humanitatem noſtram aſſumeres Patrem habebas, ſed non habebas Deum nos uerò habebamus Deum, ſed non noueramus Patrem. Veniens autem ad nos, & humanam aſſumens naturam, Deum accepiſti, nobisq; patrem præſtitiſti. O quam clementem & liberalem te in vtroque præbuiſti. Nũc tuo ſpiritu adiuti audacter dicimus: Abba Pater, &tu nobiſcum dicis: Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me? O rem admirabilem, ac dignam, quæ amoris uiſceribus recipiatur? Deus habet Deum, & Deus uocat in auxilium Deum in agone ſuo, & factus eſt Deus ſeruus ut ſeruus Dei filius efficeretur. Humiliauit ſemetipſum, ut homo illucuſque aſcenderet. Agimus tibi gratias Domine quia ita te humiliaſti, iterum tibi gratias agimus quia nos ita ſublimaſti. Per viſcera miſericordiæ tuæ te rogamus, ut nos doceas tibi per tot tantiſque beneficijs gratias agere, teque ut uerum fratrem ac Patrem diligere. Vt ſic diſponamur ad participandum nunc gratiam tuã, & in futuro ſeculo gloria perfruendum. Ad quam nos perducas, Amen.

Rom. 8. 29

Matth. 27.

LAVS DEO.

SECVNDA PARS QVADRAGESIMALIS

IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICÆ, QVÆ IN SACROSANCTA

Eccleſia ſolent decantari, à Dominica in ſeptuageſima, uſque ad Feriam ſecundam poſt Dominicam Reſurrectionis incluſiuè, & omnes Feriæ quartæ, quintæ, & ſextæ Quadrageſimæ, Sabbataque filij prodigi, & mulieris adulteræ.

Dominica in Septuageſimæ.

Simile eſt regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam ſuam. Matth. 20.

Chryſoſt.

BEATVS Chryſoſtomus exponens iſta uerba Matthæi dicit, unũ ex nominibus, q̃ hõ poſt peccatum in re optimo comparauit, fuit mercenariũ appellari. Antequam peccatores, Dominus erat. Et ſic dixit Deus primis parentibus. Dominamini piſcibus maris & uolatilibus cœli, & uniuerſis animantibus, q̃ mouentur ſuper terram. Poſt peccatum aũt, ſicut mercenarij dies eius. Ante peccatum facilè gloriam compararet, ſed poſt peccatum etiam diligentiſſimè laborando in periculo illius conſequendæ, aut mittendæ uerſatur, ut enim dicit Apoſtolus: non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam. Ante quam homo in peccatum laberetur, ſuauiſſimis eum ac maximi amoris uerbis alloquens Deus dixit ei, eccè dedi uobis omnem herbam afferentem ſemen ſuper terram, & uniuerſa ligna, quæ habent in ſemetipſis ſementem generis ſui, ut ſint uobis in eſcam, poſt lapſum autem peccati dixit ei, maledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes eam cunctis diebus uitæ tuę, in ſudore uultus tui ueſceris pane tuo. Hoc conſiderans Beatus Chryſoſtomus dixit: omnes mercenarij ſumus, & ſine opere eſſe non poſſumus. Et ſicuti ad corporalia alimenta acquirenda neceſſe eſt plurimum laborare: ſic etiam ad ſpiritualem ſuſtentationem conſequendam magno labore opus eſt, ſi enim de ijs, qui corporaliter nolebant laborare dixit Apoſtolus, ſiquis non uult operari, nec manducet, multo magis in perpetuum ieiunabit, qui in hoc ſæculo noluerit laborare ſeque in diuinæ legis executione, exercere neglexerit. Hoc apertè ſignificauit ſapiens dicens: propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergò in æſtate, & non dabitur illi. Nam qui in huius uitæ hyeme non laborarit, uacuis manibus in alterius uitæ æſtate in perpetuum remanebit. Itaque homo otioſus etiam pane, quo hic ueſcitur, eſt indignus, & illi in futuro ſæculo gloria denegabitur. Et idcircò talis deberet erubeſcere, dicere panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Et ita dicit Beatus Chryſoſtomus ubi ſupra: ſi mercenarius ea die, qua opus non fecit, erubeſcit intrare domum, & petere panẽ, quomodo tu non confunderis intrare Eccleſiam, & ſtare in conſpectu Dei, quando nihil boni egiſti?

Gen. 1.

Iob 14.

Roman. 8.

Gen. 1.

Gen. 3.

Chryſoſt.

2. Theſſ. 3.

Prou. 20.

Luc. 11.

Chryſoſt.

Ob hanc cauſam comparatus eſt Dominus patrifamilias, qui exijt conducere operarios in uineam ſuam: quia omnes Chriſtiani ſunt tanquam mercenarij a Deo conducti ad laborandum, & labore ſuo denarium diurnum, quæ eſt cœleſtis beatitudo comparandum. Et dicitur beatitudo denarius diurnus, quia eſt præmium, quod propter decem præceptorum Dei obſeruantiam redditur. Veruntamen offertur hic maxima difficultas. Quia S. Paulus dixit,

Rom.3. omnes peccauerunt, & egent gloriæ Dei iu
stificati gratis per gratiã ipsius, p redemptio
nem, q̃ est in Christo Iesu. Hoc uerbum: glo
ria Dei duas habet expositiones, quarum al
tera est: siquidem omnes peccauerunt, oĉs
indigent uenia peccatorum. Et est ualdè pẽ
sandum, q̃ peccatoxum ueniam appellat
Apostolus gloriam Dei. Quia unum ex ijs,
ex quibus, si Deus dennò gloriam posset re
7 cipere, maiorem uoluptatem, gloriamq; p
ciperet, est remissio peccatorũ, hoc est pec
cata dimittere. Et sic manifestat Ecclesia su
is uocib. dicendo, Deus, qui oĩpotentiam
tuam parcendo maximè, & miserando ma
nifestas. Quid ad hoc rñdebunt uani hoĩes,
& superbi huius sæculi, qui si illatam sibi in
iuriam dimittant, dedecoratos se remane
re arbitrant, & rñdent rogantibus se ut in
iuriam dimittant, nec eam ulciscantur, sed
persecutores suos ament: se honorẽ, si hoc
fecerint, esse amissuros, & fœmineos esse iu
dicandos? O miser, atq; infœlix non animad
uertis, q̃ Deus parcẽdo suam uel maximè
potentiam manifestat, & peccata dimittere
gloriam suam esse ducit? qũo ergò dicis tu
8 tuum esse dedecus iniuriam dimittere? Exi
frater charissime ab isto errore, & maximã
mundi totius gloriam esse crede Deũ imita
ri, & ea, quę diuina ipsius maiestas prœcipit,
adimplere. Altera declaratio uerborũ Apo
stoli est, siquidem omnes peccauerunt, om
nibus necesse erat Deũ, hoiem fieri, & mun
di redemptionem operari. Et hoc redẽptio
nis opus appellat Apostolus gloriã Dei. Di
uersis operib. oñdit Deus pfectionũ suarũ
diuitias. In creatione mundi oĩpotentiam
suã demonstrauit, in administratione, con
seruatione, & moderatione ipsius sapientiã
oñdit: in peccatorib. tolerandis patientiam
manifestat, in supplicio Angelorum aposta
tarum iustitiam suã patefacit: in reparatio-
9 ne aũt generis humani per unigenitum fi
lium suũ incarnatũ ac mortuũ gloriã suam
demonstrauit. Hic summã ac pelagũ perfe
ctionum suarũ declarauit: hic suas mestabi
les diuitias, potentiam, iustitia, miam, sapiẽ
tiam deniq; detexit. Quod autem in his
uerbis maximè notandum est, quòdq; ad
nostrum propositum magis conducit, est q̃
dicit, iustificati gratis per gratiã ipsius. Ergo
si gratis, quare uult nos operarios esse, & la
borare, ut sudore uultuum nostrorum mer
cedem, q̃ nobis daturus est, mereamur? &
anteq̃ ad hoc dubium rñdeam oportet uos
propositionẽ catholicę ueritatis optimè co
gnoscere, s. q̃ nullus siue paruulus siue adul
tus iustificationis gratiam recipit absq; ali-
quo dono p̃ iustificatione oblato. Pro par-
uulo datur fides patrũ nostrorũ, & Ecclesię
& meritum Christi. Si est adultus, & uult
baptizari prius oportet eũ pĉtorum suorũ
pœnitere. Et sic dixit S. Petr⁹ Hierosoly mi- Act.2.
tanis, pœnitemini, & baptizetur unusquisq; 10
uestrũ, q̃ si iã est baptizatus & peccauit, pec
catorumq; suorũ ueniã uult cõsequi, debet
agere pniam, & firmissimè proponere se po
tius in uniuersa mũdi infortunia esse incur
surũ, q̃ q̃ Deum mortaliter offendat. Et sic
dixit Apostolus quosdã reprehendens. Nõ Heb.12.
dum. n. usq; ad sanguinẽ restitistis aduersus
peccatũ repugnantes. Quasi dicat, quòd fa
cere deberetis. Etiã ad peccati remissionẽ
fides, spes, & fiducia in diuina mia, amorq;
requiritur. Etenim hæc oĩa magnum pre-
tium sunt. Sic illud uocat Dauid rõnem red
dens condemnationis malorum dicens, qa Psalm.48.
non dabit Deo placationem suam. Id est id,
quo placatur Deus. s. pniam, nec dabit pre-
tium redemptionis aiæ suæ: Quæ est obser
uatio legis diuinæ. Ideò laborabit i æternũ,
& uiuet adhuc in finem. i. habebit ęternam 11
pœnã, nec ullo unq̃ tpe morietur. Erit. n. mors
uiua q̃ damnati in inferno habebũt. Et hoc
qa in hoc sęculo redẽptionis suæ pretium
non dederunt, & illud quo Deus placatur
non fecerunt, quod si in hac uita fecissent,
procul dubio in altera saluarentur.

Quod cũ ita sit, quare dicit hic B. Paul⁹,
q̃ saluantur gratis? Ad hoc rñdeo hęc oĩa,
quæ homo ad iustificationẽ adhibet, qualia
sunt fides, spes, & fiducia in diuina mia, es-
se dona Dei, homo uerò ponit bonũ usum
liberi arbitrij, & hoc cum ijs oibus, quę ho
mo ex se laborare potest, est tam modicũ,
tamq; parum ualet, ut si cũ minimo quoq;
gradu gratię conferatur meritò nihil possit
appellari. Minimus. n. gradus gratiæ tantæ
est excellentiæ, ut recipientẽ illam usq; ad 12
diuinæ naturæ participationẽ eleuet: sicut 2. Pet.1.
dixit B. Petrus, his uerbis: ut per hoc efficia
mini consortes naturæ. Et ideò dicitur nos
gratis iustificatos esse. Sicuti q̃ aliq̃d nimis
pretiosum paruo ptio emistis, dicitis nos ea
gratis accepisse, quia modicũ est q̃ pro eo
dedistis ꝼm quod ipsum ualebat. Et postq̃
B. Paulus æterni patris liberalitatem, ac gra
tiam tanquam uniuersi boni nostri fontem
posuerat dicens: per gratiam ipsius, addidit:

aliam

aliam cãm iustificationis nostræ dicens: per
redẽptionem, quæ est in Christo Iesu. Quia
hoc medio usus est pater ad remediũ nobis
adhibendũ. Itaq. Deus nobis gratiam con-
cedit, glòriamque promittit, quę oĩa nobis
Iesus Christus filius eius promeruit, cum
hoc tñ, q̃ nos ẽt diuinæ uoluntati obediẽ-
tes cõcurrere debemus, & quatenus cum
hac obediẽtia cõcurrimus, dicimur merce-
13 narij, & à Deo ad laborãdum accersimur.
Verũ proh dolor, q̃ pauci his diuinis uoca-
tionib. rñdent, sed dicet q̃squam, pater nõ
rñdemus, neq. uenimus, qa maximis Chri
stianæ uitæ laboribus deterremur. Dicite
nunc fratres, etsi istud, ad qđ à Deo condu
cimini, laboriosum sit, quãdiu durare pote
rit? pòt ne uitã lõgitudine superare? nõ Vi-
ta aũt quãdiu durabit? Nunquid sagitta ue
locius percutit? si ergò labor adeo breuis, p
mium uero æternũ est, qa qđ in p̃senti est
momentaneũ, & leue (ait Apostol⁹) quare
illũ subterfugitis? uideamus nunc q̃uis in
uinea, & ministerio Dei nõ laboretis, nun-
quid uitã hanc laboribus ducetis immunẽ?
14 Nõ equidẽ. Sin minus quærite hoc ex aua
ro, sensuali, ac deniq; seditioso hoĩe. O ma
ximã hoĩum insaniã, ò cęcitatẽ sanguineis
lachrymis lachrymandã, q̃ cũ labor sit gra
uissimus, p̃miũ uerò nullũ oĕs tñ diligẽtis-
simè studẽt cũ diabolo cõuenire, & mũdo,
ac carni deseruire. Et q̃uis Deus primo ma
nè hoc est ubi primũ rõnis usus illucescit,
exurgit ut uos diuinis inspirationibus uo-
cet, uos uerò eius uocibus obsurdescitis:
Quòd si hucusq; uos Sathanas fefellit, uos
q̃ue ĩ ministeriũ suũ fraudulẽter cõduxit, in
telligẽtes hoc ñ resipiscentis, & àvia uestra
pessima cõuerteremini? dissoluẽtes pactũ,
Gen.30. qđ cũ diabolo pepigistis? dixit Iacob auun
culo suo Labã, tu nosti seruitutẽ, qua serui
ui, & paulo post, iustũ est igit, ut aliq̃n p̃-
uideã domui meę. Acsi diceret, sufficiat, qđ
tibi seruiui. Quare uos fratres mei non idẽ
15 cum mundi faceretis? Tot sunt anni, ex quo
in diaboli, ac mũdi ministerio defatigami-
ni, iam igit est tps operandæ saluationis ue
strę. Et cũ cępitis Deo seruire, ne sitis sicut
nonnulli, q̃ nondũ tres dies in eius ministe
rio cõsumpserũt, uixq. in eius uinea fodere
cœperũt cũ iam dñs se defatigari, & brachia
sibi infringi, ac corpus sibi dolere, caputq.
declinãt dicẽtes se esse debiles. Sũt debiles
ad seruiendũ Deo, ad seruiendũ aũt mũdo
aũt fortes quasi gigãtes. Si unũ diẽ ieiunãt,
statim deficiũt, ut uerò inimicum suũ ulci-
scantur tribus diebus, ne micã qdem come
dent, si dimidiũ horæ in oratione cõsumãt,
dñt sibi caput dolere, at uerò tres noctes,
dies insomnes ludendo ducent. Hoc
quotidiè ad literã agit. Opprimebaẽ popu
lus Israel sub illius tyrãni crudelissima ser Exod.1
uitute, q̃ eos plusq̃ poterãt laborare coge
bat, postea uerò ducit eos Deus quasi ĩ pal
mis p desertũ, terrę q̃. uberrimæ fructũ illis
ostẽdit, dicitq. eis hãc terrã uobis dabo? At
illi dicũt: O dñe sumus nimis imbecilles, 16
& in eas sũt gigãtes, q̃ nõ patient nos ĩ eã in
troire. Ego (inquit Deus) eos ante pedes ue
stros prosternã. Nõ (aiũt illi) dñe sumus ni
mis debiles. Sic q̃bus (ait Dñs) iurauĩ ĩ ira
mea si introibũt in requiẽ meã. Hoc idem
nũc fit inter Christianos. Ad seruiẽdũ mũ-
do in Ægypto magnas uires hẽt peccator,
si uerò eis p̃cipiatur, ut bene operent, sunt
quasi muscæ. Ad malum quasi elephãtes,
ad bonũ ãt faciẽdũ quasi formicæ, ò sunt gi
gãtes, sunt pericula, ad difficultates. Ego eas
auferã ait Dñs, Nolunt illi considere. O infę
lix & cũ Deo cõtẽdis? nõ igit in requiẽ eius
introibis. Aristoteles affirmat peccatũ con
tra hoĩs rõnẽ ẽsse. Nã hõ est creatura rõna Arist.2.
lis, & peccatũ est cõtra rõnem, ergò ẽ cõtra Ethico.
naturã hoĩs. Et tñ q̃ adeò hõ peruertat, ut 17
ẽt cũ maximo labore peccatũ uelit cõmitte
re, atq. hoc tã crebrò, ut nunquã defatigeẽ
malè uiuere, nimis miserabile hoc est. In na
turali b. Philosophis reperimus monstra ra
rissimè in natura oriri: Hoiem bicipitem,
aut quadrupedẽ oriri rarissimè contingit.
Quia est p̃ter naturæ intẽtionẽ, & cõtra in-
diuidui generãtes ĉlinationẽ. Hoc ãt expe
rior ò miseri, atque infœlices hoĩes, hãc re-
gulã in Adæ massã deficere, qa cum pecca-
tũ mõstrũ sit abominabile, uirtus ãt nimis
conformis rõni atq. naturæ hoĩs, peccatũ
sæpissimè cõmittũt, uirtutem aũt rarissimè
operantur, cum tñ Deus illud prohibeat, & 18
istud præcipiat, illudq. a se æternis tormen
tis puniendũ cõminetur, istud autem sem-
piterna gloria remunerãdum promittat. O
maximam ignominiam filiorum Adę. &c.

*Simile est regnum cœlorum homini patrifa-
milias.* Iste pater familias ẽ Deus. Et ualdè
notãdũ est illũ prius hoiem, q̃ã patrem fa
milias nuncupari. Tantus est. n. eius in ho-
mines amor, ut hoĩs uocabulum pluris q̃
se dñm esse, & familiã habere, uidet æsti-
mare. S. Propheta Esaias ad hoc propositũ Esa.31.

notabilia quędam uerba dicit: Dñs cuius ignis est in Sion, & caminus eius in Hierusalem. Est elegãs metaphora sumpta ab eo, qui eis quos maxime diligit uicinitate copulat. Et alludit ad ignẽ, qui de cęlo descendit, quẽ præcepit Deꝰ semper in altari suo cõseruari, nec alio igne sibi ministrari nolebat ut significaret se, q̃ in cælo morabat. 19 in terra Ecclesiæ suæ uicinũ se fecisse, siquidem lar ignẽq; suũ illic habebat: ut significemus in hoc oppido mille uicinos commorari, dicimus esse mille laria, aut mille ignes. Vult igit̃ summatim dicere S. Esaias, ideo Deus hoies diligit, ut sese illorũ uicinũ faceret: q̃nquidem apud eos ignem, atq; lar suũ habet. Nec uerò cõtentus est se hominũ uicinũ facere, sed ut eos maiori honore afficeret, suumq; gerga illos ardentissimũ amorẽ clarius demõstraret, hõ uocat̃. Nam hic per hæc uerba: hõ paterfamilias non intelligitur quidẽ Christus in quantũ hõ: sed quatenus Deus, & dicit̃ homo pp amorẽ, hoies diligit, atq; ẽt quia est hoium condi-
20 tor. Sicuti ẽt q̃ fictiles ollas facit, dicit̃ figulus & singuli artifices ab operibus, q̃ faciũt, nomen sibi uẽdicant. Et cũ Deus sit hoium creator uult hõ nũcupari. Et Deũ tã crebrũ exire ad hoies conducẽdos significat singularem curã, quã de hominum salute habet. Si.n. eos ad laborãdũ in uinea sua cõducit, non hoc facit pp utilitatẽ, quam ab eis sibi prouẽturam sperat, sed ut eis faueat, remediumq; cõferat. Inter doctores diuersę sunt sniæ quęnam sit hęc uinea. Nonnulli.n. per hanc uineã Ecclesiam militantẽ uolunt intelligi, alij uerò particulariùs loquendo dicunt hanc uineã esse uniuscuiusq; aiam. Et quãuis oẽs bene loquantur, uisum tñ mihi est in præsenti concione Origenis sniam sequi dicentis: per hanc uineã optimè intelligi posse infinitam Dei essentiã, in qua nites sunt tres diuinę personæ, & palmites infinitę eius perfectiones. Vinũ aũt, qđ ex hac uinea colligit̃ est gaudiũ illud, & gloria quã fruunt̃, & inebriati sunt beati spiritus. Sicut dicit Dauid, inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Attamen qũo est possibile in hac uinea laborari; Rñdeo q̃ si attẽtè aiaduerterimus, qũo Deus uineæ cõparatur, hoc intelligere poterimus. In uineis terrestribus nõ semper laborat̃, uno.n. tpe in eis laboratur, & alio tpe ex illis fructus percipit̃. Vno tpe operant̃ mercenarij in uineis, & in alio mercede fruuntur, & illarũ fructibus utuntur. Sic ẽt duplici tpe Deũ habemus, uno in hac uita, altero uerò in futura per gloriã. Et quandiù eum in hac uita per gratiã habemus, oportet nos cũ eo agere sicut mercenarij se habent cũ uinea, qñ in ea laborant, qñ autem illo in cælo fruiti fuerimus, debemus nos cũ illo habere sicuti se habet mercenarius, cũ mercede, quã suo labore cõparauit. Quãdiù operarij laborant, qũo se habẽtem cũ uinea? Amputãt, excauãt, & alijs 22 necessarijs laboribus eã coluẽt, quousq; ipsam uindemiant. Sic igit̃ uult Deus, ut nos cũ sua diuina Maiestate habeamus, ut amputemꝰ: Amputãt operarij falce putatoria palmites, & q̃ ꝓsunt ad accendendũ ignẽ, & calefaciendum se illis in tpe frigoris. Sic ẽt nos facere oportet, nã falce putatoria, q̃ est lingua debemus amputare, & cũ affectu & puritate oráre, & postulare, ut ex hac uinea plurimos palmites auferamus, q̃ sunt singularia dona ac beneficia Dei. Quibus in diui-
no eiꝰ amore oportet nos inflãmari. Olim Leuit.6.
præcepit Deus, ignis in altari meo semper ardebit, quẽ nutriet sacerdos subijciens ligna. Hoc oportet esse præcipuũ munus seruorũ Dei, diligentissimè curare, ne in cordibus suis ignis deficiat. Atq; ut hũc ignem nutriãt, debẽt in memoriã reuocare beneficia, q̃ à Dei manu acceperunt, hoc.n. est ei subijcere palmites, quos ab illa uinea amputarunt. Dignũ est equidẽ cõsideratu, quã 23
rè insensibilius creaturis oia Deus simul in principio dederit: quarè soli totũ splẽdorem quem habet, & lunæ lumẽ, quo splendet, stellis, ac deniq; cælo oẽm, quã habent influentiã, cunctam tribuerit, homini uerò noluerit cũcta beneficia facere, q̃ ei diuisim collaturus erat, sed ea suspẽderit, ut hõ frequẽter pateret, & diuisim acciperet, & dicit petitẽ, & accipietis? In his oibus manifesta Matt.7.
tur peculiaris uoluptas, qua Deus (si ita dici põt) afficit̃ cũ hoibus cõuersans. & quãtope re gaudet, ut crebrò se diuinis ipsius oculis ostẽrãt, & idcirco non oia simul, q̃ eis opus erãt, illis cõcessit. Alia rõ est, ut accipientes 24
crebrò beneficia occasionẽ haberẽt se in diuino ipsius amore inflãmandi. Nã si semel cũcta perciperẽt, tãta in hoies inuasit oblivio, ut illorũ penitus immemores in diui-
no Dei amore refrigescerẽt. Et sic ubi nostra lectio hẽt, i quacũq; die iuocauero te, Psalm.16
uelociter exaudi me, alij hoc mõ uerterũt. In q̃cũq; die iuocaui te, exaudisti me, multiplicasti in aia mea fortitudinẽ. Nõ cõtẽ-

Sententia Orig homi. huius Euange. Psalm. 25. 21

est Deus una die dare, sed in quacunq; die abeo petieritis, ligna amputabitis, q̃bus in eius amore inflammemini. Et sic in anima uero fortitudo, quę ẽ charitas multiplicat̃. Etiam oportet nos in hac uinea excauare. Excauare est fossam facere, & terrã detege-
Psal.136. re. Refert Dauid de quibusdã, qui dicebant:
25 Exinanite, exinanite usq. ad fundamentum in ea, loquentes de Hierusalem. Hoc igitur nobis dico fratres charissimi, unam ex sanctis exercitationibus, quibus potestis occupari est in hac sancta uinea excauare, & ꝓfundã fossam facere, quousq. fundamẽtum detegatis, ut cogitationibus, atq. mentibus uestris curetis contẽplari, quod fundamentum habet Deus, hoc est in quibus reb. fundatur ad benefaciendum hoibus, ad eorum peccata dimittenda, ad eos sufferẽdos, atq. ad pœnitẽtiam hodie, cras, & multo tpe expectandos. In hoc seculo qñ quis in alium beneficũ aliquod confert, in aliqua re fundatur ad illud faciendum, aut quia ab eo re
26 compẽsationem sperat, aut quia iam ab eo beneficium aliquod accepit. Deus aũt quid ab hoibus se percepturũ sperat, aut quid ab eis accepit, nihil profectò. Quod ergo fundamentum habet, ut eis benefaciat. Perfodite, & usque ad profundum excauate, & eũ oia pp suam infinitam pietatem ac bonitatem facere cognoscetis: & sic eius amore ardentiùs capiemini. O quot diuitiæ spirituales hac sancta exercitatione acquiruntur. Hac n. manifestatur, oia quæcunq. Deus ab origine mundi fecit, & usq. ad seculi consummationem faciet, solam suam infinitè bonitatem pro fundamento habere: etiam, & se hominem facere, atq. pro hominibus mori solam eius probitatem habet ꝓfundamento. Et ex eo q̃ hæc rarò, aut nunquã
27 consideramus, prouenit quòd tam frigidi in eius amore incedamus, tamq̃ ingratos nos eius beneficijs præbeamus.

Quęsiuit quidam uir nobilis ex quodam Philosopho, quam utilitatem percepturus erat filius suus si Philosophiam addisceret, cui Philosophus rñdit: Inter alia multa sãtem hoc percipiet, q̃ qñ in theatro sederit, non sedebit lapis super alium lapidem: si gnificãs Philosophiã eius oculos esse aperturam, cumq. prudentem esse effecturam, ita ut ex rebus idoneum sibi fructum considerationem nosset elicere. Si igitur hos oculos, & cognitionẽ præbet Philosophia Philosopho, quales oculos, & cognitionẽ præ-

bebit diuinarum rerũ consideratio homini Christiano, ut in medio huius admirabilis theatri, i. in medio tot mirabiliũ, & magnitudinũ quę Deus pp illum operatus est, cõstitutus necessarium amorem, & gratitudinem norit elicere? Verũtamen Dauid post quàm mirificam illã exclamationem protulit, dicens. Quàm magnificata sunt opera tua Dñe, nimis profundę factæ sunt cogitationes tuæ: statim subdidit, dicens. Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hęc. Dicite quæso: unde prouenit, quod cum altissimum sit mysterium incarnationis, ac passionis Dei pp nos factæ nõ obstupeamus, & attoniti maneamus hęc considerantes. Duplex est huius rei causa. Alteta Seneca.
est, quia hæc toties audimus. Nam sicut dicit Seneca: Naturale est hoibus magis nouа, q̃ magna mirari. Atq. hinc est q̃ magis admiramur, solem paulisper pp aliquam eclipsin obscurari, quia hoc raro contingit: q̃ admiramur, cælum, terram, stellas, mare, ac deniq. totam orbis molem ab una creatura, qui est sol, illuminari, & cùm sit tam mirabile, nullam tñ nobis admirationem adfert, quia hoc quotidie uidemus. Itaque 29
quia nihil est quod in sancta Ecclesia magis, & crebriùs, q̃ hoc diuinum mysterium prædicetur, ideo iam nobis non affert admirationem. Altera tñ causa & principalior est, quia licèt hoc sæpenumero audiamus, non tñ profundè cõsideramus, & sic tñ bonum non cognoscimus, illud auribus percipimus, sed hac ingreditur, & illac egreditur, nec ultra est consideratio, atq. ideo tam frigidi, sicut antea remanemus. Aliquando autem hanc tantam negligentiam persoluemus. Quę cùm ita sint fratres charissimi, intellectuum uestrorum ligonibus profundè perfodite, quousque ad fundamentum perueniatis, ne uobis tanta beneficia in terribilia mala conuertantur. Et sic dixit Eusebius Emissenus. Eusebius
Emissenus.
Qui tñ dedit, scit quãtum reposcat, uos autem arbitramini nihil esse 30
plus, q̃ recipere & obliuisci. Etiam est exercitatio magnopere necessaria in uinea palmites (quę Hispane dicuntur [*Basigas.*]) erigere, ne in terra prostrati maneant. Se-
cundum Origenis expositionem, palmites Origę.
Dei uirtutes, & perfectiones esse, diximus, s. iustitiam, misericordiam, pietatem, ac denique ueritatem, & munus optimi Christiani est, hos palmites erigere, misericordiæ, ꝓbitati, ac iustitiæ fauere. Verùm heu,

heu,q̃ uice uersa hodie hoc agitur? uix est enim qui bono faueat, cùm tñ multi repe riantur,qui malo auxilientur.De quo maximo cum dolore Dei nomine q̃ritur Ose as,dicens.Nõ est ueritas,& nõ est misericordia,& nõ est sciẽtia Dei in terra.Maledictũ, & mendacium,& homicidium, & furtum, & adulterium,inundauerunt, & sanguis sãguinem tetigit. Idest, unus peccator,alteri peccatori opitulatur. Itaque uitia sup hominum capita efferuntur, & maximi æstimantur:uirtutes autem sub ipsorum pedibus humi prostratæ iacent. O dilectissimi fratres,per charitatem Dei uos rogo,ut animaduertatis,uos ad laborandũ, & insudandum in uinea Dñi atq; efficiendum,ut uirtutes nutriantur,& efferãtur, atq; ab omnibus maximi æstimẽtur,uitia uerò ab omnibus negligãtur,atq; extra hominum cõsortiũ expellãtur,quasi operarios à Dño fuisse cõductos.Et quamuis hæc exercitatio nimis laboriosa sit,Dñs, qui eam nobis præcipit,satis superq; remunerare sciet : circa quod uellem magnopere perpendatis uerba quædam S.Pauli, qui dicit. Non cessõ gratias agens ꝓ uobis, memoriã uestri faciens in orationibus meis, ut Deus Pater gloriæ det uobis spiritum sapientiæ illumi natos oculos cordis uestri,ut sciatis, quę sit spes uocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Diligenter perpendite uerbum illud, non cessõ memoriã uestri faciens,quo significat, quam necessarium erat negotium, quod postulabat.Et est ut intelligatis in quãtã spem uos Dei uocatio induxit,& q̃topere se Deus deuinxerit,& obligarit in modo,quo uos uocauit,& rebus etiam,ad quas uocauit. Cùm enim uideatis uos ab illo ad pœnitentem, asperamq́ue,ac sanctam uitam uocari,quõ uobis persuadere poteritis parum esse præmij,quod speratur,cùm ad tot,tantasq; corporales miserias uos conducat,uult dicere, q̃ ex eo q̃ nos ad inferẽdum bellum uitijs, efferendasque uirtutes uocauerit nobis significat quam maximum præmium nobis seruauit, quo nos affecturus est ꝑꝑ tot,ac tantos labores.Ad hoc notate uerba,q̃ dixit Sara filia Raguelis,quæ nupta est Tobię iuniori. Non delectaris in perditionibus nostris,quia potest tempestatem, tranquillum facis, & post lachrymationem,& fletum, exultationem infundis, & licet laboribus nostris,non delectetur, gaudet tñ nos illos perpeti, qa sic nobis necessarium est. Ergo sub hac uocatione occultata est mirifica quædam spes ꝓstantissimorum prẽmiorum,& hoc est quod desiderabat S.Paulus, ut cognosceremus.Vt sciatis(inquit)quę sit spes uocationis eius.

Et ualdè notandum est eos, qui hora undecima otiosi erant,peculiariter à Dño fuisse reprehensos. *Quid hic statis* (ait) *tota die otiosi*? In quo docuit,etsi otiũ in oĩbus malum & reprehensibile est : in illis tñ longè pessimum,ac pniciosissimum esse, qui iam sunt propè terminum uitæ.Et quãuis peccatores plurimis mundi negotijs occupentur, otiosi tñ dñr, & uagi, frustra.n.opera sunt, quæ destruẽda sunt,ea aũt, quę peccatores faciunt,oportet iterum eos destruere,si modo saluandi sunt. Auarus debet usurarios cõtractus rescindere,sensualis debet dissoluere coniunctionem,quam habet cum concubina,ambitiosus debet dirimere conuentiones, quas super beneficium, aut canonicatum fecit, & sic de singulis. Atq. idcirco dñr otiosi.Quod si ante q̃ eos ad uineã conduceret,otiositatis reprehendit, quid faceret si eos iam conductos dormientes in uinea reperiret?O quantum est hic lachrymãdum ? q̃ sint tot Christiani in Ecclẽsia Dei conducti operarij,qui tñ tam otiosè uiuũt? Fons ex quo hoc otium dimanat, est pigritia,& ignauia. Quæ, ut dicit Altrisiodorẽsis: Accidia est quædam spiritualium ciborum aĩæ,& tædium quoddam sanctarum exercitationum atque amara,& tristis grauitas ad res diuinas exequendas.Et sic de aĩa,in quã hæc accidia dominatur:Anima saturata calcabit fauum.i.anima fastidiosa, & quæ dentium fluporem habet,oĩa bona à se expellit.Dentium stupor prouenit ex comestione fructuum acrium,& immaturorum,uoluptates,honores,prosperitates,ac denique gaudia huius seculi,oĩa sunt fructus immaturi, & intempestiui. Cęlum.n.est locꝰ,ubi uoluptas,honor,fęlicitas, ac lætitia sũt fructus maturi,& tempestiui.Et anima,quæ in hoc seculo hos intẽpestiuos fructus nimia cupiditate manducat, corrumpitur,& dentium stuporẽ patitur,ne cum gustu,& suauitate res uirtutis edat,& sic ad uniuersum bonum pigra manet. Et hæc pigritia, q̃ est otij fons efficit hoies falsos prophetas & diuinos mendaces, sicuti Hispanum axioma dicit.[*Escudero pobre,moço adeuino.*] Dicit herus puero suo,puer,ito in forum, & affes

poma statim respondet, Domine in foro non sunt poma,ignauia facit illum diuinare.O peccator ignauia te diuinũ,& falsum Prophetam facis,dicit tibi Deus:Age pœnitentiam,recede ab ista mala familiaritate, attende mortem aduenturam esse,quę si i isto malo statu te occupauerit,in perpetuũ comburendus in infernum detruderis.Tu uerò respõdes, postea hoc fiet,tempus erit ad omnia, nondum uenit finis. O infelix quis te ita prophetare fecit,ut diceres,tempus in posterum esse futurum? Certum est quod pigritia, mille Prophetas facit hæc perniciosa pestis. De his dici potest illud Ezechielis.Vę Prophetis insipientibus,qui sequuntur spiritum suum, & nihil uident. Una ex magnis sanctę Ecclesię plagis, est hæc pigritia,quæ est quasi podagra,quæ in senectute uenire consuescit.Hęc sancta Ecclesia cum sit uetus& longęua magna podagra laborat, nam in eius principijs aliter profecto per uirtutem decuri consueuerat. Nunc ei gutta arthretica aduenit,q̃ pedes, manus,ac maiorem corporis eius partem occupat.O Deus Maiestatis infinitę per clementiam tuam te deprecor,ut tanto malo medearis, nobisq; feruẽtissimum, totiusq; uirtutis amantissimum spiritum concedas, q̃ norit hos immaturos seculi fructus odisse,ut expulsa ignauia,otium etiam expellamus,quod quidem ẽ rerum omniũ euersio.Ignis nisi materiam habeat comburendam,statim extinguitur,aqua nisi defluat, corrumpitur,& uenenosa animalia producit, terra nisi excolatur,spinas profert, aer detentus corrumpitur,domus non habita tę coruũt,niq nõ tritæ,herbis operiuntur, & excæcantur,ingenia non culta turpescũt, equi otiosi claudi fiunt:instrumenta musica si non pulsentur, destruuntur & insonora fiunt.Si artifex instrumentis suis ferreis nõ laborer,ferrugine operiuntur. Nisi miles diu armis utatur,mucida redduntur.Milites otiosi efficiuntur pusillanimes. Quãdo aues quiescunt,tunc certiùs a sagittario feriuntur,quàm cum uolant.Quantum igitur hoc malum animæ officiet, cùm rebus omnibus tantum afferat detrimentum?Dixit Deus:Sex dies operaberis,septima die cessabis,ut requiescat bos, & asinus tuus, refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. O benedictus sit talis Deus,cui etiã & iumenta sunt curæ,& uult illa paululum requiescere.Sex dies præcepit laborari, una autem solummodo requiesci, quia in hac uita multò maiorem oportet esse laborem requie,nunc uerò totum uitę tempus in requie ducere,nec horam quidem laborare uelletis.Vt hi erant otiosi,& per consequẽs peccatores, statim se excusarunt,dicentes: Quia nemo nos conduxit,quæ quidem maxima est hominum miseria,non solùm esse malos,sed uelle etiam malitiam suam excusare.Excusationes sunt quędam scuta, quibus peccator se vult tueri.Loquens Iob de diabolo,dicit: Corpus illius quasi scuta fusilia compactum squamis: Corpus diaboli est congregatio malorum.Et hoc corpus dicit squamis esse coopertum, quæ sũt quasi scuta fabricata in forma & typo,quæ sunt excusationes, q̃ a forma primi hominis exierunt, quem cum Dominus reprehenderet, se excusauit,dicens : Mulier, quam dedisti mihi, &c. De Beato Paulo dicitur:Quòd in eius conuersione cecidẽrũt ab oculis eius,tanquam scammæ,& uisum recepit: in quo significatum est eum culpam suam cognouisse, nec mala sua uanis excusationibus esse operturum. Vt pisces bene condiantur, priùs oportet scammis mundari, sic oportet animas excusationũ scammis mundari,quæ in pœnitentia condiendæ sunt.Eo quòd hæ scammæ tam pernicioſæ sint,rogabat Dauid instantissimè Deum,dicens: Non declines cor meum in uerba malitię,ad excusandas excusationes in peccatis. Ne declines, idest: Ne permittas cor meum declinare in uerba malitiæ. O quot rationes inquirit peccator (ut perpendit Beatus Bernardus) ad excusandum se?Primum dicit:Non feci,quòd si se argutum,& conuictum animaduertit, dicit,feci,sed bene feci.Si verò malefeciſſe conuincitur,dicit:si malefeci,non feci multum male,quod si magnum malum feciſſe conuincitur,dicit,si multum male feci,non feci mala intentione.Si tandem rem tam malam cum bona intentione fieri nõ potuiſſe comprobatur,excusat se,dicens, Diabolus me decepit:ille homo mihi hoc persuasit: semp scuta quærit,quibus se defendat.Seruus autem Dei planè culpam suam agnoscit.Et hoc oportet uos fratres charissimi Deum instantissimè postulare,ne uos in tãtum malum deuenire patiatur sicut rogabat Dauid,sed si aliquãdo per fragilitatem peccaueritis,nimis uere ac syncere uos peccati uestri accusetis.

Cũ sero autẽ factũ esset, dicit Dominus uineæ procuratori suo: Voca operarios, & redde illis mercedem. In fine diei soluitur merces operarijs. Nam qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit, dixit summa ueritas. Non prodest ad uitam æternam, quòd in hac uinea aliquot horas laboretis, nisi laborem usque in finem perduxeritis. Pendẽti Christo Redẽptori nostro in cruce, dixit malus latro: Si tu es Christus, descende nũc de cruce, & salua te ipsum, & nos. Attendite qua hora conabatur Sathanas efficere, ut Christus Redemptor noster ex cruce descẽderet, in fine tandem laborum. Et sicut dicit Beatus Bernardus. Ideò qa sũ Christ⁹, idcircò non descendam de cruce, ut homines doceam in fine debere firmiores, & cõstantiores in sublimi pfectionis, quo ascenderunt, permanere, & in cruce, quam in toto uitæ suæ discursu susceperunt, perseuerare. O quam cœlestis est hęc doctrina? Dominus illam in cordibus nostris imprimat, ut hic diuinę gratię auxilio adiuti in uineę labore perseuerantes, ad perfruendum præmio cœlestis glorię perducamur, Amen.

Matt. 10.

4

Matt. 27.

Bernar.

1

Dominica in Sexagesima.

Cum turba plurima conuenirent, & de ciuitatibus properarent ad Iesum, dixit per similitudinẽ: Exiit qui seminat seminare semen suum. Luc. 8.

INTER sapientes Græcos, maximè commendatus est Pythagoras, eo quòd plurima moralia per ænigmata erudierit, & per similitudines docuerit. Atque hic docendi modus connaturalior est nobis, quàm omnes alij, & idcircò iucundior omnibus. Connaturalior (inquam) quia quemadmodum anima nostra spiritualis carne cooperta est: sic etiam ueritas per similitudinem prolata uenit, sicuti spiritus corpore coopertus. Atque idcircò Christus æterna sapientia crebrò per similitudines docebat. Cum ut futuris hominibus occasionem præberet sanctissimæ huius exercitationis, quę est occupari in eius similitudinibus intelligendis, & populo exponendis, tum etiam (& quæ principalior est ratio) quia prædicatio fit ad auditorum utilitatem, & quærebat diuinus Magister modos, quibus sua diuina uerba in auditorum animis melius possent imprimi, & radicari. Inuenietis hominem, qui unius doctrinę, quam uiginti antea annis per similitudinem audiuit, recordatur, quæ nisi ita prædicata fuissẽt, iam post dimidium horę illius obliuiscerẽtur.

2

3

Augustꝰ

Proposita hac parabola eleuauit diuinꝰ mundi Redemptor suam sanctam uocem, ut efficacius, auditorum animos commoueret, & clamans dicebat: *Qui habet aures audiendi, audiat.* Non dicit, qui habet aures, audiat: sed qui habet aures audiendi. Qui podagra laborat, pedes habet, sed non sunt pedes ad currendum, quia habent podagrã. Sic enim non omnes habent aures ad res spirituales, & animabus suis utiles audiendas, quia habent aures corruptas. Plerunq; molestia afficimur, cum de illis malè audimus, quos summopere diligimus, & cùm bene audimus, quos odio habemus. Cumq; peccatorœs uitia diligant, uirtutesq; odio habeant, & in prædicationibus uirtutes cõmendentur, uitia uero maximè uituperentur, nolunt eas peccatores audire, non habent aures dispositas ad hæc audienda. Vnde de his dicit Dauid: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet uocem incantantium, & uenefici incantantis sapienter. Beatus Augustinus super hoc dicit, uerba esse, quibus serpentes domari consueuerunt, ut eis homines ad aliquid utuntur. Et sentientes serpentes incantatores in foraminibus spelunce uolũt exire, sed in ipsis speluncis se glomerant, ne ab eis incantentur. Sic etiam sunt homines, qui uitijs suis ita delectantur, ut Dei incantatores nolint audire, qui sunt prędicatores uerbi diuini, qui suis sanctis prædicationibus eos utiles uolunt efficere, ab eisque uenenum auferre. Et idcircò in speluncis suis commorantur, nec ad prædicationem audiendam uolunt accedere: timẽt enim ne diuinis uerbis eorum corda reuoluantur, & sic ad peccata relinquenda moueantur. O serpentes infernales tanto istius ueneni amore capti estis, ut illud dimittere nolitis? Hi aures habent, sed nõ ad audiendũ. Quãobrem fratres mei Deũ exorare, ut bñ affectas aures uobis tribuat, & qũ ad prædicationẽ ueneritis, ipsum humiliter

4

5

liter deprecamini, ut ꝑdicatoris linguã moueat, qua talem doctrinã ꝑdicet, qualis uobis est necessaria, eiusque uerba in cordibus uestris imprimat. Dixit Deus Moysi: Præcide tibi duas tabulas instar priorũ. Moysi ꝓcipitur, ut tabulas scindat, dolet, & adaptet, Deus aũt in illis scripsit. In hoc significatum est ꝓdicatores optimè posse hoiem exemplis, ac uerbis admonendo, ut reprehendendo, ac rogando pręparare: interiùs autem diuina uerba imprimere non ualere. Si Deus es suo digito, ideſt suo diuino spũ in cordib. non scripserit, ac impresserit: atq; ẽt illũ debetis rogare, ut uobis spiritum, & efficaciã largiaĩ, qa eius consilia opere cõpleatis. Perpendit D. Gregorius sanctum Prophetam Isaiam: Spiritus sancti dona recẽsentẽ bina illa annumerasse, & sic dixisse: Spũs sapiẽtię, & intellectus: Spiritus consilij, & fortitudinis. O admirabile mysteriũ? q̃ domum fortitudinis consilij dono coniunxit, significauit in hoc Spũs sanctus bonũ cõsiliũ, & bonã doctrinã, sint fortitudine claudicare, hæc. n. oĩa exeqtur. Quid prodest, q̃ prædicator optima cõsilia prębeat, nisi in uobis sit fortitudo, & efficacia ad illa complenda? De qbusdam dicit: Venerunt filij usq; ad partum, & uirtus non est pariendi. Idem mihi uidẽt de ignauis, & remissis hoibus dici posse: q qdẽ bona ꝓposita ꝑ diuinum uerbũ cõcepta ad uoluntatem exequendi illa pducunt, eis tñ ad exequendũ deficit fortitudo. Quocirca fratres mei, simul cũ dono cõsilij fortitudinis ẽt donum a dño postulate, vt viriliter, ac fortiter malã societatẽ, illicitã negotiationẽ ludum ac denique omnia uitia relinquatis.

Exod. 34.

Gregor. Mai. 11.

6

Isai. 37.

7

Marc. 4.

8

Simile.

Postq̃ dñs hãc parabolam prædicauerat, interrogabat eum discipuli eius significationem illius. Et est ualdè notandum discipulos hoc interrogasse postq̃ ois turba abierat. Sicut apte significat Beatus Marcus, dicens: Et cũ esset singularis, interrogauerunt eum hi, q cũ eo erãt duodecim parabolam. Cõsiderate quo tantum mõ sancti Apostoli parabolã illã intelligere cupierunt. Cæteri quippe oĉs ubi primũ illã auribꝰ ꝓceperũt, statim corde dimiserunt, atque obliuione eã tradiderũt, & cũ nihil illius intellexerint, quasi banausi ignorantes abierunt. Hæc est una ex differentijs, quæ sunt inter prædestinatum, & præscitum: scilicet, quod prædestinatus curat peculiariter ea scire, quæ ad salutionem suam conducunt. Alter uerò contẽtus est illa communiter audire. Vadit præco per uiam, & defert uestem uenalem, ac proclamans, dicit: Quis uult emere hanc uestem? quem quidem oĉs auditis, uestemq̃ aspicitis; sed ut illam non uultis, nihil amplius facitis, sed dimittitis illud abire. Sed ille cui uestis placet, peculiariter considerat eam, & induit se illa, & tandem iusto pretio cum præcone conuenit, eam emit, quia sibi opus est. Sic etiam de uestę, quæ uobis hic uenditur, omnes pręcouium auditis, & omnes illam dimittitis. Sed ille peculiariter attentè eam considerat, & in illa instruitur, qa ea ault uti, & ex ipsa fructum percipere desiderat, & cum hoc disponitur, ut eam Deꝰ illum interiùs doceat, & super eum benedictio illæ cadat, quam dicit Dauid his uerbis: Beatus homo, quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Vt enim uerum fatear, nisi Deus nos interius doceat cordaq̃ clarificet, ac mentes illuminet, parum prodest exteriores sermones audire. Et sic dixit dominus discipulis suis: *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis.* Mirabile fuit: quod in illa mysteriosa uisione, quã uidit Sanctus ꝓpheta Ezechiel, cùm quatuor illa animalia perspexit? de quibus dicit, cum certum ac determinatum membrorum numerum haberent, plena tamen oculis fuisse. Et totum corpus (inquit plenum oculis in circuitu. Vt significaret quomodo Deus seruos illuminat, eorumq̃; mentes clarificat: malis autem in pœnam peccatorum suorũ dicit. Percutiat te dominus cæcitate & amẽtia, & palpes in meridie sicut palpare solet cęcus in tenebris, & nõ dirigas uias tuas. Liberet nos Deus à tam terribili supplicio, & ne simus ex illis, de quibus hic dicit dominus: Cęteris autem in parabolis, ut uidentes, non uideant, & audientes, non intelligant. O Christe uera lux animarum, nunquid tu Domine non dixisti: Ad hoc ueni in mundum, ut testimonium perhibeam ueritatis? quomodo nunc dicis te ea uerba loqui, ut intelligentes non intelligant? Ad hanc difficillimam quæstionem dupliciter respondetur: primò, quod illa coniunctio, ut, non denotat illic causam finalem, sed consequutionem effectus, quasi dicas, in parabolis prędico, atque hinc proueuit, quod illi qui ueritatis non sunt multum cupidi, non ea intelligunt, quia illarum intelligentiam non inquirunt. Sicuti etiam in illis uerbis Psalmi quinquagesimi; Tibi soli peccaui, & malum

Ezech. 1.

10

Deut. 28.

Ioan. 18.

11

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum coram te feci, ut iustificeris in sermonibus tuis,& uincas cùm iudicaris. Particula illa,ut,non denotat illi causam, sed consequutionem effectus. Non enim peccauit Dauid,ut Deus iustificaretur. Et si uult dicere. Domine peccaui, atque ex hoc iustitia tua cognoscetur:Punies domine peccatum meum,& permittes, ut filius meus aduersum me consurgat,&c. Et tunc animaduer
12 tentes homines supplicium, quod tu de me sumis, iustitiam tuam cognoscent. Sic etiam intelligendum est illud Pauli: Lex
Rom.5. subintrauit, ut abundaret delictum. Non utique data est lex, ut maiora, & plura essent peccata. Et sic illud:ut, non significat illic causam, sed consequutionem effectus:
Aug.lib.2. contra Faustum.ca. 9. quasi diceret: Ex eo quod lex data est, consequutum est propter malitiam nostram, ut peccaremus,plerunque enim ea,quæ nobis prohibita sunt, summopere desideramus: Secundus modus soluendæ quæstionis est: quòd uerè coniunctio illa,ut,significat ibi causam. Atque ut uerba hæc sic intellecta sunt ex difficilioribus sacrarum literarum consentaneum est nos hic plurimorum grauissimorum doctorum resolutionem adducere.Beatus Augustinus,Beatus Chrysostomus,& Primasius,atque etiã Doctores Scholastici, Alexander de Ales, Diuus Thomas,Diuus Bonauentura,hi omnes concludunt peccatorem in pœnã in grauissimorum peccatorum à Deo excecari.Et hæc est durior pœna,qua Deus in hoc mundo peccatorẽ punire consueuit,scilicet excecari eius mentẽ,ut ea,q̃ audit,nec cognoscat,nec intelligat. Alexander de Ales ubi supra asserit duplex esse genus pœnarum, alteram purã,q̃ est mera pœna,qualis est p̃secutio,ignominia,morbus, & cætera huiusmodi. Et de hac dixit Propheta Amos: Non est malum in ciuitate,q̃ dñs non fecerit. Et hac pœna dicit Beatus Augustinus ubi supra bonos in hoc seculo a Deo puniri consueuisse,quo ad gloriam purgati ducãtur, & sæpenumero etiã & malos,ut hinc
13 iam peccatorum suorum supplicium incipiant sustinere, de quibus dicitur: Duplici contritione contere eos,& induantur quasi diploide confusione sua. Hęc non est oratio,sed prophetia,diploide,idest,duplici uę
14 ste.Itaq; pœna huius seculi connectitur., & cõsuit pœnæ futuri seculi. Alia est pœna culpæ commissa, qualis est cordis duricies, & mentis cęcitas.Et cum sit uerum Deum nõ esse culpæ autorem, idcirco oportet nos declarare quo intelligitur,illud,quod dicit sacra Scriptura Deum esse causam cæcitatis. Et dicunt hi doctores cæcitatem esse effectum diuinę iustitiæ,q̃ homini auferant oculi in pœnam delicti sui. Dedit tibi dominus intellectum,ut eum cognosceres,eique seruires,tu uerò Deo post terga relicto intellectum ad creaturam conuertis. In pœnam igi
15 tur istius delicti iustum est, ut tibi oculi auferantur, ut audiens non intelligas, ut prædicationes auribus percipias, & uniuersa, quæ in eis dicuntur exagerationes esse tibi uideantur,& nihil ad animę tuæ salutem conducibile intelligas. Pœna est hęc, uerumtamen commissa peccato. Quid? Deus ne est illius causa? Est utique permittens illud propter culpam tuam. Et sic non solum dicit sacra Scriptura: Malitia eorum excæcabit eos. Verum Beatus Paulus etiam dicit, Deus excæcabit mentes infidelium,quæ uerba dupliciter declarantur, uno modo à Beato Augustino,scilicet,Deus huius seculi,id est,dæmon,qui uocatur princeps huius mũdi, & est Deus mundanorum, quia ei obediunt. Hic autem quod prius fecit,est peccatoris oculos confringere, eumq̃ excæca-16 re. Si enim cognosceretis ò peccatores eius malitiam, ne minimum quidem temporis spacium ei seruiretis. Et excæcat uos diabolus,sicut uenator ursorum, q̃ ursum cæcat, ponens ei ante oculos candentẽ peluim oricalchi,hoc modo uos diabolus Deo permittente excæcat:Ponens uobis coram mentis oculis temporalium rerum splendorem, ut eas magni æstimetis,ardentiq; illarum amore capiamini, & perinde Dei obliuiscamini. Altera expositio est glossæ dicentis:Deus uerus excecabit mentes infidelium. Quem autem uocas infidelẽ? uniuersum peccatorem. Nam licet credat,eius tamen opera fidei non consonant,nec uirtutem fidelitatis 17
habet,& propter hanc infidelitatem à dño peccator excæcatur. Quia quamuis Deus omnibus necessarium saluationi suę auxiliũ offerat:alia autem peculiaria,auxilia q̃ animabus præstare consueuit,hæc propter peccata aufert. Et hoc est Deum excęcare mentes infidelium. Atq; de his dicit Apostolus: Cæteri excæcati sunt,sicut scriptum est, Deus dit illis Deus spiritũ compunctionis, oculos ut non uideant,& aures ut non audiant. Sed dic mihi, quidnam sit spiritus compunctionis. Nam secundum q̃ hic. Sanctus Apostolus

Sapien. 1. 2. Cor. 4. August.

Roma. 11. Esai. 6. Psalm. 39.

lus significat, signum est hoc maximũ esse malum. Et sic dicebat Dauid: Vt cantet tibi gloria mea & non compungar. O Deus & gloria animæ meæ semper te spiritus meus laudet,meq̃ue tibi grauissimum præbeam,
Chrysost. Cassianus. ne in compunctionis spiritum deueniam, ut non compungar. Beatus Chrysostomus ubi suprà,& Cassianus super hunc locum dicunt, spiritum compunctionis esse deprauatum quẽdam habitum,& culpam in anima inueteratam,sicuti clauus,qui ita tenaciter duas tabulas defixas tenet,ut priùs ta
18 bulæ ipsæ confringãtur, quàm clauus euellatur. Talis est compunctio, quia adeo fixa est anima tua isti malę consuetudine,ludo, carnali concupiscẽtię,odio,cupiditati, atq; ambitioni,ut cõfringi ac lacerari potiùs patiaris,quã quòd illã relinquas. O quã meritò de peccatis dicere possumus quod Deus
Psalm. 35. dixit Hebræis de Amorrhæis,& Iebusæis. Si autem (inquit Deus) nolueritis itemfacere habitatores terrę,q̃ remãserint, erũt uobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus: quia hęc peccata tanquã gentes Barbaræ corda uestra transfigent, & uos penitùs destruent. Quæ cũ ita sint dilectissimi fratres,quanta animi contentione possum uos
19 Dei nomine deprecor,ut peccata magnopere timeatis: quæ si iam commisistis, ab eis celerrimè exeatis,antequã in hunc cõpunctionis,& transfixionis spiritum deueniatis,& notate Apostolum dicere. Dedit illis spiritum compunctionis,id est, propter eorum scelera eos de manu sua Deus dimisit, ut de malo in peius pergerent, quousque ębdurati,cęcique remanerent,ut uidentes, nõ uideant. Nunquam uidistis ebrium,qui cũ una tantũ sit lucerna in mensa,dicit esse quatuor. Huius rei causa est,quia eum uitium excæcauit,& fecit insanire,sic hominibus peccatorum uoluptatibus excæcatis, atque inebriatis, si dicatur, sic intelligunt, non: si uerò dicatur,non intelligunt,
20 sic. Et sæpenumero in pœnam ipsorum scelerum,quemadmodum permittit Deus ò peccator,ut ea,quæ tibi dicuntur,non intelligas,et si tibi ueritas dicitur:sic etiã aliquã do permittit,ut non ueritas quidem, sed mendacium tibi dicatur, quo decipiaris, sicut ad literam dicit Beatus Paul⁹ his uerbis: Eo quòd ueritatem charitatis non receperunt, ut salui fierent, ideò mittet illis Deus operationem erroris,ut credant mendacio. O mirandà uerba, quis tam seue-

Similc.

2. Thes. 2.

rum supplicium audiens non trepidat? Quid Domine? Cum tu summa sis ueritas, erroris,spiritum immittis? Hoc est supplicium Dei,quod permittit,ut ueniat qui te decipiat,quia es iniquus, & permittit etiã, ut in pœnam peccati tui errorem illum, & mendacium diligas.

Ecce quid sub illo terribili uerbo subest. Quo dicto,cœpit parabolam exponere,dicens. *Semen est uerbũ Dei*. Nã quemadmo- 21
dum granum, secũdum Philosophum,in uirtute & potentia in se totũ fructum,q̃ creatur,continet, sic etiam uerbũ Dei est initiũ boni animę,& seminator huius seminis est Christus Redemptor noster. Maxima cõsolatio est Christianis,quod doctrinam ipsius Dei ore doctam, & seminatam habeamus: Quod merito quidem exaggerabat Beatus Paulus dicens. Notum uobis facio Euange- Gala.1.
lium, quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem,neq; ab homine accepi illud: sed p̃ reuelationẽ Iesu Christi. Ne arbitremini Euangelium esse hominum opiniones (ait Apostolus) quarũ una aut alias teneri potest, sed est una, simplex q̃ue ueritas,quam Deus ore proprio seminauit,& ad hoc exiuit in agrum huius mundi. Et sic postquam Beatus Ioanns in Apo- 22
calipsi fidei nostrę mysteria reuelauerat, dixit, Ego Iesus misi Angelum meum testificare uobis hæc in Ecclesiis. Fuit illud nomi Apoc. ult.
nis sui subscriptione confirmare doctrinam illam suam esse. Seminator prius apprehendit granum, & postea illud serit,sic Christus Redemptor noster omnia, quæ nobis præcepit,operatus est ipse. Ne afferas excusationem in bene operando. Si enim ieiunas,aut oras,aut aliquem laborem propter Deum pateris, ille qui hoc tibi præcipit, prius idem passus est. Musicus discipulum
docens,dicit illi,hic debes digitos collocare,has chordas debes tangere, accipit discipulus instrumentũ, & nihil scit facere,quia nũquam uidit magistrum idem facere: dñe nisi instrumentum tangas, nihil potest efficì. Tangit musicus digitis suis chordas,& sic discit discipulus. Multa præcepit Deus, & dicebat hominibus,ut digitis chordas attingerent,& suę diuinæ Maiestati musicam 23
ederent sed homines uix bonum quicquã facere sciebant. Et sic dicit Isaias, Quasi pãnus menstruatæ uniuersæ iustitiæ nostræ. Esai.64
Facit se Deus hominem & ponit digitos i cordis, instrumentumque tangit, ieiunat, laborat,

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laborat,ac patitur, dicitq́e,sic uos facere oportet,quis habebit excusationem si nũc quod debet,non fecerit? Antequam hic diuinus Musicus instrumentum tangeret,possent homines dicere quod dicebant captiui Babylonis.In salicibus suspendimus organa nostra:quia nõ tangebantur instrumẽta,nec Deo musica fiebat. Nam qũo cantabimus canticũ Domini in terra aliena? Cùm homines à peccatis captiui tenerẽtur,quid facere possent,quod Deo esset gratum? Maior utilitas,quã agricola sato agro pôt afferre,est illum rigare,ut quod in eo seminatũ est,accrescat.sicuti fit in Aragonia.Et Albertus Magnus dicit terrã animalium cruore rigatã uberrimam effici, & multo quidem uberiorem,si humano sanguine irrigetur. Per charitatẽ Dei semel, & millies uos rogo fratres charissimi; ut hoc diligẽter animaduertatis.Dicite quęso si humano cruore fertilis terra efficitur,quãto fertilior fieri deberet sanguine Iesu Christi filij Dei,sãguine diuino,sanguine,qui tãta charitate, ac liberalitate pro nobis effusus est;O supnę Saluator Iesu Christe plurimæ diuinæ Maiestati tuę gratiæ referãtur,qui non contentus es tuũ pretiosum sanguinem riuulis effundere,sed illũ etiam in diuino,atq; ineffabili altaris sacramẽto reliquisti,ut eo animarum nostrarũ terra frequẽter irrigetur.Quid ergo erit, si tam singulari beneficio animę nostræ affectæ, steriles tũ remanserint?ò quanta confusio,& q̃ digni erimus condemnatione. Prædicens Sanctus Dauid tẽpus legis gratię dixit: Benedices coronę anni benignitatis tuę,& cãpi tui replebuntur ubertate.Pinguescent speciosa deserti, & exultatione colles accingentur. Induti sunt arietes ouiũ,& ualles abundabunt frumento: clamabũt etenim hymnum dicens. Corona anni,idest,circulus anni. Et annus benignitatis Dei est tẽpus legis gratię totũ plenum misericordiarũ Dei.Nec uerò sanctissimus ille sanguis,cęteraq́;omnia beneficia,quæ dicuntur benedictio Dei unum dic̃,aut in unã hebdomadã remãserunt;sed in uniuersum tempus,quo mundus durabit.Et idcircò dicit,corone anni, i. uniuerso discursui,& circulo legis gratiæ. & sic maximã oportet esse semper spiritualem ubertatẽ in campis,& desertis,hoc est in secularibus,religiosisq́;hominibus.Et apertè patet Prophetam hic de spirituali ubertate loqui per hanc metaphoram cãporum ,uallium;ac desertorũ, cùm ulterius dicat, arietes clamabunt,etenim hymnũ dicent. Qui quidẽ sunt uiri,qui maximos in uirtute ꝓgressus faciunt.Verum est hoc in primitiuę Ecclesię tẽporibus fuisse adimpletũ, in quibus maximũ fructum Apostolorum sata ꝓduxèrunt.qñ urbes uirginibus, ac martyribus plenę erant,desertaq́; loca plurimis eremitis mundi contẽptoribus repleta.Nũc autẽ iã aliter fieri uidetur.Reuelauit Deus Sancto Ioseph septẽ annos maximæ fertilitatis esse uenturos,quos alij septẽ maximæ sterilitatis subsecuturi erant.Sic factũ est in Ecclesia Catholica, prioribus enim annis maxima uiguit sanctorũ ubertas. Tunc innumerabiles erãt uirgines duodecim,trede cimq́ annorum,quæ ut integrã incolumẽq́ue uirginitatẽ seruarent, capita sua sæuissimorum carnificum manibus ingulanda tradebãt;innumerabilesq́ uiri,atq; uxores, qui in magna fidelitate,rectitudine, nitiq́ integritate uiuebãt.Et sic de singulis. Nũc aũt apertè cõspicitis quãta sit uirginitatis, martyrij, fidelitatis ac demũ iustitiæ sterilitas.& inopia.Hæc miseria partim (credo) ex ꝓdicatorũ defectu prouenit,qa non prius granum in manu accipiunt,quã illud in terra seminent.Non caret magno mysterio,ꝙ cum Deus soli Moysi signum uirgę dedisset,ut coram Pharaone in serpentem cõuerteretur:cùm postea Moyses in eius cõspectu esset,uoluit eam proiicere,sed eã proiiciendam Aaron fratri suo commisit, ut significaret, cuius esset dicere & prædicare, eiusdem etiam esse oportere bene operari. plus enim uerba,operibus coniuncta, quã singula per se hominum animos commouent,Et qa Aarõ prædicator, & orator mitebatur(Moyses enim balbus erat)uisũ est Moysi miraculum illud facere proprius ad Aaron prędicatorem,quàm ad se ꝑtinere. Dixit miseriam hanc partim ex prædicatorum defectu dimanare.Nam uere maiorẽ culpę patrem audientium esse arbitror.Si enim saluationis uestræ zelatores essetis, non tantum prędicatorum opera,licèt pessima essent,deberetis attendere (qualia g misericordiam Dei plerũnque non sunt.cũ plurimi sint serui Dei,qui tam uitę integritate,quam doctrina prędicant(ueruntamẽ quando ita non esset, non in uitam quidẽ, sed in illorum doctrinam uos oculos cõij cere oportet. Deus per coruos panis,carnisq́ue portionẽm Heliæ mittere consuꝝ

Psal. 136. 24

Albertus Magnus.

25 26 Psalm. 64. 27 Gen. 47. 28 Exod. 4 Exod. 7.

uit,ut significaret Deum sæpenumerò per uestra immunda,& ꝑ obscænas linguas turpium carnaliumq́; hominũ animabus seruorum suorum mundã, sanctamq́; doctrinã mittere,quæ maximi æstimanda est, eo ꝙ cum ipsi obscęni sint,mundum,ac sincerum cibum uobis præbent,&potius suffert Deus se in immundorũ hominum linguis uersari,quã uobis spiritualẽ cibũ deesse. O ineffabilem Dei pietatem qũo ad utilitatẽ uestram ptædicatorũ defectus supplere nouit.Bonũ esset, quod diceret Helias in illa necessitate cõstitutus, quid Dñe?p coruos mihi cibos mittis?nũq̃d alios famulos, aut œconomos non habes? nihil horũ dicebat: sed beneficium illud cum magna gratiarũ actione recipiebat. Sic uos facere ꝺberetis. Idcircò dico ego præcipuã culpę huius partem in uobis esse.Profectò idem nunc mihi uidetur agi, quod agebatur qñ dixit Deus Ezechieli. Tu fili hominis fili populi tui,q loquuntur de te iuxta muros,& in ostij domorũ,&dicunt unus ad alterũ,uenite,& audiamus quis sit sermo egrediens à Dño,& ueniunt ad te,& sedent coram te populus meus,& audiunt sermones tuos,& non faciunt eos,quia in canticũ oris suis uertunt illos,&auaritiam cordis sui sequitur cor eorum,& es eis quasi carmẽ musicũ,quod suaui dulciq́.sono canitur.Et cũ uenerit quod prædictum est,(ecce enim uenit)tunc sciẽt, quia prophetas fuerit inter eos. O summã Dei bonitatẽ: tẽpus etenim illud huius tẽporis esse mensura uidebatur.Nunc quippè dicitis,eamus ad audiendũ talẽ prędicatorem,ò quam mirificas res dicit, ò quã eloquenti sermone eloquitur,& sic ea,quæ uobis Dei nomine dicuntur, in derisum conuertitis,uerũtamen ita cõcubinarij,cupidi, auariq́; sicut anteà remanetis.Solummodo uobis Hispani sermonis eloquentia remanet.Veruntamen qñ in uobis comminationes,quas Deus fecit,adimpletæ fuerint tũc prædicatorẽ uera dixisse cognoscetis. Placeat diuinæ Maiestati ne sit sicut ego uobis dico,sed uos hodie in hanc prædicationem fuisse conuocatos sit ad utilitatẽ animarũ uestrarum,atque ut hoc excitatore,quẽ uobis hodie prębet, concitemini,ut uos in huius cęlestis doctrinæ speculo contemplantes,diuinam seueritatem timeatis.Probita tisque eius amore capiamini ,ut tanquam uberrimi agri maximos fructus feratis.

Hoc diumũ semẽ supernus seminator in quatuor partes diuisit,quarũ tres pericẽrũt, & una tñ profuit.Nũc aũt utinã ex q̃nquaginta partibus una, ꝓficeret,hac.n. cõtenti essemus,quæ quidẽ maxima é auditorũ cõfusio,ꝙ desideret prædicator, ut ex q̃nquaginta animabus,quę eũ audiunt , una saltẽ ex eius sermonibus fructũ perciperet.Et sa tis magno mœrori est hoc prædicatoribus, nã q̃uis auditores ex eorũ ꝑdicatione fructũ nõ ꝓcipiãt,nõ ideò meritũ suum amittũt.Zelatores aũt,& cupidos boni animarũ nõ hoc consolat,quẽadmodũ pia mater nullã in filij sui obitu consolationẽ recipit;q̃ uis ipsa oẽm ad eũ sanandũ diligentiã adhibuerit,& se oĩa possibilia remedia applicuisse cognoscat.Sic ẽt pius prædicator nõ pôt lõgè maximo mœrore non affici tantã animarũ cædẽ tãtãq́;morũ deprauationẽ aiad uertens, quanuis ipse totã possibilẽ adhibeat diligentiã.Vnã partẽ huius seminis dicit S.Euãgelista secus uiã cecidisse.Per uiã distrãcti atq; dissoluti hoies intelligunt,q tãquã uię oĩbus malis cogitationibus,patefacti sunt,& quanq̃ ex prædicatione bonis cogitationibus, sanctisque propositis pleni exeũt,uerũtñ habet se diabol⁹ cũ illis quasi pueri,qui annulo ferreo ludunt,quorũ alter cum globũ suũ iã intra annulũ ferreum incluserit,alter ita uiolẽter globũ suum in aliũ immittit,ut illũ foras expellat, & ipse in annulo maneat introductus.Sic ẽt diabolus exeunti tibi ex ꝑdicatione fortem imaginationẽ immittit,& adeò uiolẽta uenit hæc cogitatio,ut bonũ desideriũ furiosè ꝑtigẽs illud foras eijciat, ipsa uero ĩ corde tuo inclusa remaneat. Vnde Dñs de his dicit. *Venit diabolus & tollit uerbũ de corde eorum.* Idcirco efficacissimè uniuersæ malæ cogitationi ianuas nos claudere oportet. Qñ ciuitas à peste custodit,ubi primũ custodes uiatorẽ aliquẽ intuentur,statim ꝓclamant,& dicũt;He⁹heus unde uenis?nec eũ ingredi patiunt,nisi prius iuramẽto affirmet,se non ex corrupto loco uenire.Quę maior é pestilẽtia mortali peccato?ut ergo te ab hoc malo custodias, ubi primũ mala cogitatio obreperit,q é uiator ueniẽs ex loco,ubi moriunt,statim ei resiste,nec eã ingredi patiaris.Nõ cõfundetur,cum loquẽt mimicis suis in porta,dicebat Dauid, Alloquere tu cogitationes tuas quę sunt capitales hostes tui ingressu, & nõ exprieris te in ęternum cõfusum. *Aliud cecidit sup petrã.* Sunt aliqui, qui ad prædicationem audien

Ezec. 33. 29 30 31 32 Simile. Simile. Simile. 34 35 Psal. 26.

dam

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam accedunt,& uerbum Dei audientes ſuſpirium unum ꝓferunt,& ſentiunt optimũ eſſe illud facere qd̃ prædicator admonet. Hoc autẽ ſuſpirium fuit quaſi ſuſpiriũ cu curbitæ,nullã enim operationem fecit pro pter duritiem cordis.Sicuti faciebat infelix ille Pharao,q̃ Dei admonitionibus tractus omnia,quæ aò eo poſtulabantur,ſe facturũ eſſe promittebat,nihil tamen eorũ opere 36
complebat ꝓpduritatem ſuam.Et ſic ꝓce pit Deus Moyſi,ut ei ſuo nomine diceret:
Exod. 9. Ad hucne retines populũ meũ? O nimis me tuenda uerba,uidebat utiq; Deus (in quẽ nulla prorſus cadit admiratio) illius iniqui hominis duritiem admirari?Quaſi diceret: Qũo fieri poteſt hominẽ toties diuinis ad monitionibus exhortatum, cælestibusq́ue uerberibus caſtigatũ adeò rebellem eſſe? proh dolor de quot hominibus idẽ hodiè
Amos.4. dici poteſt ſicut cõqueritur Deus ꝓ Amos prophetã dicens:percuſſi uos in uento urẽ
Exo. 10. te,& non rediſtis ad me Deus uos liberet quando quis in hanc pertinaciam deuenit. Animaduertite qualis manſerit ille infœlix,cùm dixerit Moyſi.recede à me,& caue ne uideas faciem meam. Hoc fuit uniuerſa rum infelicitatem eius faſtigium.Et attendite quid reſpõderit iuir dei.Ita fiet(inquit) non uidebo amplius faciem tuam. Timete
37 fratres ne ꝓpter peccata ueſtra uobis aufe rat illum,qui uobis ſancta conſilia præſtat. Quod grauiſſimũ quidẽ eſt eius ſuppliciũ.

Aliud cecidit ſuper ſpinas,&c. Per has di cit Dominus nimias ſecularium rerũ curas itelligi,diuitias,ſcilicet,& uoluptates, quæ tanquam ſpinę uniuerſam animę uirtutẽ ſugunt:Poſuit Deus has afflictiones in rebus huius ſæculi,& noluit,ut tanquã ſpinę homines compungerent,ut ipſi eas deſpice
Oſee.2. rent & pro nihilo ducerent. Et ſic dixit per Oſeam,ſepiam uiam tuam ſpinis.Sicut in
Simile. hortis tribulos, & ſpinas inſeritis ne qs ad poma rapienda introeat. Aliqui tamen ſũt pueri rapaces,adeò guloſi,qui etſi ueſtimẽ ta dirumpãt,carnesq́ue à uepribus feriãtur, & ſanguine perfuſi egrediantur, in medios tribulos ſe immittũt,ut poma furentur.Ta
38 les profectò ſunt homines, qui omnes affli ctiones,& moleſtias tolerant,quò his ſecularibus rebus fruanẽ,& ſic ſanguine cruẽta ti egrediũt,ut miſerabiles ſint uiſu. In his
Hier.4. parum fructus fert uerbum Dei. Ideò Hieremias dicit:Nouate uobis uouale,& nolite ſerere ſuper ſpinas. Idcircò oportet uos eas priùs euellere ſicut facit agricola qui
39 prius agrum colit & ſentes,ſpinaſq́ue omnes euellit,ut ita facientes ad cæleſtis glorię præmium peruenire mereamini. Amẽ.

Dominica in Quinquageſima.

Aſſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos ſecretò,& ait illis,ecce aſcẽdimus Hieroſolymam. Luc.18.

MAXIME eſt conſiderandũ, q̃ crebrò Dñs cum diſcipulis ſuis de ſanctiſſimę paſſionis ſuę myſteriis locut⁹ é,ut hac luce,& ꝓmonitione exhortari firmi in illo rigoroſo cõſtictu ꝓſiſterent, pręcipuè cũ re 1
cordarentur ſe toties à ſuo diuino Magiſtro illud audiiſſe,antequã ipſe pateretur. Ideò ẽt plurima corã eis miracula,operatus eſt. Luc.9.
Et ita omnibus mirãtibus in omnibus,quę faciebat⁹, dixit ad diſcipulos ſuos: Ponite uos in cordibus ueſtris ſermones iſtos: filius enim hominis futurum eſt,ut tradatur in manus hominũ,quaſi diceret: Animaduertite hæc miracula,ne illorũ obliuiſcami ni,tpe enim paſſionis meæ oportebit uos il lorũ mem niſſe.Et hac repetitione,qua Dominus ad diſcipulos ſuos fulciendos uſus eſt,utitur etiã nunc alma mater Eccleſia,ut nos huius ineffabilis beneficii recordemur, & prę eius recordatione diuino ipſius amore inflãmemur:optimè enim nouit,quã facilè eius obliuiſcimur. Diſcedit quis amicus tuus in aliquã regionẽ,ad quẽ tu uadis, Simile.
& dicis:Dñe ſiquidem in illã regionem ꝓficiſceris,gratiſſimum mihi feceris,ſi hanc rẽ meam egeris,cui alter dicit: Faciã utiq. Dñe depone curã. Inceditis ambo ꝓ iam, & poſtea ei iterum dicis:Domine ne obliui ſcaris rei meæ,at ille dicit:Ne uerearis,non enim obliuiſcar.Et deniq. cum ei uis iã dicere,uale:dicit:Abi felix,& ne rei meæ obliuiſcaris. Quare unã,& eãdẽ rem illi toties cõmendas? Domine quia eſt homo ille tã. paruę recordationis,ut in inſtanti omniũ, quæ ei dicuntur,obliuiſcatur.Et idcircò ei toties illud repetij,ſic in ꝓpoſito S. Eccleſia. Scitote unũ ex fontibus malorũ noſtrorum eſſe malis cogitationibus aditum patere facere. Vnde dicit Iob: Cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum.Huiꝰ Iob.17.
rei cauſam aſſignat Beatus Iſidorus, dicens:
quia

Iſidor. quia cogitatio parit delectationẽ, delectatio cõſenſum,cõſenſus opus, opus cõſuetudinẽ.Et ſic reddens ſacra Scriptura rationẽ, quare Deus uniuerſam terrã demerſerit diluuio,dicit:uidens autẽ Deus, quod multa
Gene. 6. malitia hominum eſſet in terra, & cũcta cogitatio cordis intẽta eſſet ad malum omni tempore.Cõtra uerò unus ex fontibus,un de bona oriuntur,eſt bonas cogitationes ha bere quales habebat Dauid,cũ diceret.Co
Pſalm.18. gitatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper,ideſt,talis,quæ ſemper poſſit tibi præſentari. De Abſalon refert ſacra Scriptura, 3
quod pulcherrimos habuit crines, adeò ut
2.Re. 14. fœminæ Iſrael illos pari auri pondere appẽ ſos emerẽt.Et refert eadem ſancta Scriptura,nullum eſſe tã decorũ iuuenẽ in Iſrael. Et à planta(inquit)pedis uſque ad uerticẽ non erat in eo macula. Cõſentaneũ erat ꝙ qui tam decoros habebat crines,in reliquis corporis partibus eſſet elegantiſſimus. In quo ſignificatum eſt,ꝙ animã habere pulchras,ac decoras ſanctasq́. cogitationes fun damẽtum habet,ut in reliquo ſancta ſit.Et
Simile. quẽadmodũ inter capillos flaui pulcherrimi ſunt,ſic ẽt iter cogitationes ex pulcherrimis ſunt q̃ rubicundæ, & pretioſiſſimo Ie ſu Chriſti filij Dei ſanguine ꝓfuſæ ſunt.Et 4
ſic reperietis myſteriũ maximũ in Canticis
Cant.7. Canticorum:ſcilicet,ꝙ ſigillatim cõmemorans illic ſpõſus ſpõſæ perfectiones dicẽsq;. Quã pulchri ſunt greſſus tui in calceamẽtis filia principis,uenter tuus ſicut aceruus tritici,uallatus lilijs, duo ubera tua ſicut duo hinnuli gemelli capreę,collo tuũ ſicut turris eburnea,oculi tui ſicut piſcinæ in Eſebum,naſus tuus ſicut turris Libani, caput tuum ut Carmelus,tãdẽ in fine addidit,dicens.Et comæ capitis tui ſicut purpura regis iuncta canalibus.Vbi illa, &, eſt cauſalis,quaſi dicat,oẽs has ꝓfectiones habes, qa comę capitis tui ſicut purpura regis, &c.Laudaĩ hic ſpõſa de pulchris paſſibꝰ, q̃ ſunt bona opera,& dicit habere uentrẽ,q̃ eſt animæ capacitas,granis plurimorũ me- 5
ritorum refertum.Et ubera abundãtiſſima habere dicit. Quæ eſt magna miſericordia & clemẽtia,laudaĩ ẽt qa firmiſſimã habet ſpem in optimæ uitæ moribꝰ innixã, q̃ pnaſum ſignificaĩ,rõnem etiã ſublimem,& ſenſualitatis dominãtem,q̃ ꝓ caput ſignificat. Et cãm omnium harum excellentiarum dicit ſponſus ẽ,quia habet comas, quę ſunt cogitationes rubras quaſi purpurã,& canalibus perfuſas, quæ ſunt ſacratiſſima Redẽptoris noſtri uulnera. Quæ cũ ita ſint fratres chariſſimi,cũq́ue ex bonis cogitationibus,ꝑcipueq; ex meditatione ſanctiſſimæ Dñi paſſionis tiñ bonum,atque utilitas oriatur,uos iterum, atq; iterum, & quanta animi cõtentione poſſum, deprecor,ut prõ fundiſſima cum cõſideratione illius frequẽtiſſimè recordemini, ſiquidem idcirco nobis illã toties ſancta mater Eccleſia in me- 6
moriã reuocat.Septies aſperſit Moyſes altare ſanguine uituli,& toties oporteret nos cordium noſtrorũ altaria, quotidie diuini uituli Ieſu Chriſti cruore perfundere.Verũ tamen quæret quiſpiã,quare hodie potiùs, quã alia die nobis hoc Euangelium ſancta Eccleſia proponit, ꝑſertim cum magni gaudij,ac uoluptatis ſit dies? nunquid hic dies eſt aptus uerberibus,& contumelijs?Dico cõgruè profectò hoc nobis hodie Euangelium fuiſſe recitatum.Hic ẽ mos filij Dei, ꝙ idem qđ uos in anima ueſtra interius geritis,idẽ ipſe in ſe exterius inſculpit.Vir primarius alicuius dominę amator, ubi pri Simile.
mum uidet,eam uiridis, aut purpurei aut
7 aliꝰ cuius coloris ueſtimentis uti, ſtatim ipſe eiuſdem coloris ueſtib. induiĩ.Nec ipſe ſolum,ſed etiã ſeruos omnes eiuſdem coloris ueſtiri iubet, ut amoris lãguor uiſcerib⁹ inclus⁹ cultu cõformi adamatæ fœminæ minimè ꝺliteſcat.O Chriſte filij Dei æterni animarum noſtrarum amator ardẽtiſſime,qualis in tua ſanctiſſima humani-
Matth. 8. tate colores dẽ ꝓmis?Eoſdem(inq̃t) quos tu in anima tua defers. Ingreſſus eſt dñs ſemel cum diſcipulis ſuis in nauem,& exci tata tempeſtate cęperunt Apoſtoli deficere,& timere,tunc cępit filiꝰ Dei dormire. O diligentiſſime puigil animarum cuſtos
Pſal. 120. nunqd de te tenõ ꝓphetauit Dauid. Non
Pſalm.43 dormitabit,neque dormit, q̃ cuſtodit Iſrael? Exurge,quare obdormis Dñe, exurge, & ne repellas in finẽ, obliuiſceris inopiæ noſtræ,& tribulationis noſtræ? Videris eñ 8
charos diſcipulos in medijs fluctibꝰ derelinq̃re,& eorũ obliuiſci.Verum re uera nõ
Cant.5. obliuiſcit,q & ſi dormiat cor eius uigilat. Sed dormit,qa in eorum pectoribꝰ fides dormiebat,q̃ niſi dormiret, cum talem ac tñ comitem haberent,nequaq̃ ꝓtimeſcerent,eorum igitur colorem aſſumit.Domine quomodo hodie ab hominibus tractaris?Nunquid uos non uidetis quomodo ab eis tractor(ait Dñs?)Omnes aſcendunt ad

cruci-

crucifigendum me. Nonne meminisſis Apoſtolum dixiſſe, Rurſum crucifigentes ſibimetipſis filium Dei: Hoc profectò nunc homines ſua maxima ꝓphanitate, ac turpitudinibus faciunt. Et idcircò uolo hodie eundem colorē aſſumere, quo ipſi induũtur, & uolo etiā ac Eccleſia mea hodie flagellat⁹, ſpinis coronatus, ac deniq; crucifixus repreſentari. O maximā hominū confuſionem, q eo qđ ſacroſanctum tēpus aduentat effrænatē ſeſe uoluptatibus, ac ſceleribus committunt. Reſeram uobis obſtupendum caſum. Fuit Romæ uir nobilis, & magna diuitiarū copia affluens, q tres habuit liberos, quos etſi parēs optimis magiſtris erudiendos tradidit, ipſi tū eorū doctrina nō utētes ut primū adulti ſunt, ſingulas cōcubinas acceperunt, qb⁹ Imperator iuſſit, ut eas relinquerēt, ſin minus ſe ab eis ſuppliciū ſumpturū aſſirmauit, ſed cōminatio illa cum nihil prodeſſet, uenerunt repēte miniſtri Imperatoris arbitrantesq; parentē, quē reperirunt, aliquē eſſe liberorū eū apprehēdunt, & citò in patibulo ſuſpēdunt. Sequenti die uidēs eum uniuerſa Roma pendentē, cū clamoribus ad eius liberos perrexerunt, dicentes: Venite, uenite, & uidebitis patrem ueſtrū, q uenerunt, illumq; pendentem aſpexerunt, qbus cum alij hoies dicerent: Nūc qūo ferri poterit uos iā amplius cōcubinas habere, ſiqdem ꝓ peccatis ueſtris, pater ueſter ita mortuus eſt? illi dixerūt: Deſinite illū, nō. n. deerit q eū ſepeliat. Et eo relicto ad cōcubinas peius quā antea reuertunt. Qđ cū Imperator cognoſceret, dixit: O male dictos iuuenes? conijciātur in trieré, atq; ibi tota uita remigiis inſudent, uiuantq; morte prolixa morientes. O pater noſter Ieſu Chriſte, in quo duriſſima maximi cęlorū Imperatoris iuſtitia pœnas, qbus culpæ noſtrę digniſſimæ erāt, executa eſt permittēs, ut in cruce ſuſpēderetis. Eia hoies (ait ſancta mater Eccleſia) Venite, & uidete ueſtrū optimū Patrē ſuſpenſum ꝓ adulterijs, impudicitijsq; ueſtris: quis ergo amodo peccare audebit? Verū. Proh dolor? auditis etenim his clamoribus in S. Euāgelio, & in ꝓdicatione, quanuis hoc ore nō dicatis, malis tū operibus idem dicere ſignificatis, ſcilicet, quid ad me mors eius attinet? nō illam doleo, ſiqdem hic ad tātas prophanitates, ac ſcelera perpetranda exitis, ut dictu etiā, quanto magis uiſu ſit lachrymabile. Nunc ad literam adimpletur, qđ Sanctus Iob lamentabatur, dicens: Noctē uerterūt in diē? qa hoc tēpus, q eſt lachrymis effundēdis, Iob. 17.
Iheſu Chriſtiq; filij Dei morti meditādæ cō
ſtitutū, totū in riſum, ludū, ac ſcelera puerſum eſt. Ideo iure optimo nobis dicere pōt
Dñs: Lamentauimus uobis, & non ploraſtis, id eſt: Ego dico me pro uobis mori; uos Luc. 7.
autē ridetis. Etiam uobis hodie hoc myſterium ſacræ paſſionis Dñi proponitur: quia
hoc tēpus eſt initiū pœnitentię, pœnitētia
autē à paſſione Ieſu Chriſti Redemptoris
noſtri originem ducit; cuius finē oportet eſſe, ut Ieſum Chriſtū imitemur. Qui coronā
inſculpit, ut illa eſt orbicularis, incipit in
eodē puncto, in quo deſinit, ſic alma mater Similie.
Eccleſia uult, ut in hac fabrica huius ſanctę
coronę, quæ eſt pœnitētia (& poteſt dici corona ab effectu, quia per eā gloria coronabimur) à Dñi paſſione, eiusq; cōſideratione
exordiamur, & in eodē puncto finem faciamus, quę eſt ipſa ſacratiſſima paſſio, de qua
hac occaſione in fine Quadrageſimę copioſè aget. Itaque i paſſione quadrageſimę pę
nitentiam exordimur, & paſſione ei finem
imponemus.

Dicit igit Dñs diſcipulis ſuis: *Ecce, aſcēdimus Hieroſolymā, &c.* uſq; ibi. *De filio hominis.* Dicitur hic filius Dei filius hominis, 28
qa totus miniſterio, atq; utilitati hoīs dicatus eſt, ſicuti in Hebræa phraſi filij ſpōſi dicunt illi, dediti, q ſunt ſpōſi. O q dulce ac
amoris maximi plenū uerbū eſt filiū Dei, filiū hominis nūcupari, & hęc oīa ad utilita- Iſai. 22.
tē noſtrā. Hoc ꝓmiſit ętern⁹ Pater ꝓ Iſaiā,
dicēs: Et figā illū paxillū in loco fideli. Propheta qdē, elegāti quadā metaphora loquēs de Chriſto Redēptore noſtro, dicit ſe
illū poſiturū quaſi paxillū ī fideli, i. firmo
pariete, q oīa tutiſſimē ſuſtinebit, ut in eo
oīa uaſa q, inſtrumēta tēpli à maximo uſq;
ad minimū ſuſpēdātur. Vt ętern⁹ Pater nobis ſignificaret, qd unigenitus filius ſuus in
carnatus nobis poſiturus eſſet, dicit ſe ī hac
ſua ſancta Eccleſia tanq firmiſſimū paxillū 29
eſſe fixurū, ex quo oīa ſacramēta, oīs poteſtas, & iuriſdictio, oēs gratiæ, ac uirtutes,
omnis diuina Scriptura, illiusq; intelligentia oīa denique miniſteria, ac miniſtri,
atque fideles huius ſanctę Eccleſię pēdeāt.
Itaq; omnia à maximo uſque ad minimū
ab eo dependent, quia ex pretio eius ſacratiſſimi ſanguinis, totum eſſe, pondus, & efficaciam ſuam habent. O diuine paxille eleua cor meum à terra, & illud à te ſuſpende.

omnes

Omnes uos dilectiſſimi fratres, hunc diuinum Dominū ſuppliciter exorare, ut ſiqui dē ab æterno patre in hac ſancta Eccleſia, quaſi paxillus affixus eſt ſua uirtute ac potentia uos a terra eleuatos, hoc eſt a terreſtriū rerū affectione & amore abſtractos, & erectos ſuſtineat. Ecce q merito filius hoīs
30 nuncupatur, cum tantopere ſeruituti, utilitatiq; noſtræ fuerit dedicatus. Veruntamen væ nobis quantæ cōfuſionis, eſt q, cū Deus ſeſe hominib. totum tradiderit, homines ſe totos Deo nolint cōmittere. Quare non erubeſcis ò peccator, quia cum totum uitę tuæ tps in mundi ſeruitute conſumas, tū
ne dimidium quidem horæ noctis, aut diei in Dei miniſterio, & in eius diuina ꝓbitate contemplanda traducis? Quid ār de illiberalitate tua dicam? qua in bonis tuis inter
Zo. Pſal. pauperes diuidendis uteris, præſertim cum uanis, ac ſuperfluis ſumptib. præcipiā ſubſtantiæ tuæ partem conſumas? O infelix q manifeſtē te maledictio illa comprehendit,
brachium eius ariditate ſiccabitur. Et hoc
ex cordis ſiccitate dimanat, quia es, ut dicit Dauid: Percuſſus ſum ſicut fœnum, & aruit cor meum. Tactus es à uento ſuperbiæ, & ab igne luxuriæ, & ſicut fœnum emarcuiſti, remanſitq; tibi cor ſiccum quaſi lapis abſque amore, & pietate, & ex cordis ſiccitate manus etiam proceſſit ariditas.

Dicit ulterius Dominus. *Tradetur enim*
31 *gentibus, &c.* Vnde penſare poteſtis Iudęos non proprijs quidem manib. Chriſto R. N. mortem intuliſſe, ſed gentib. perſuaſiſſe, ut illum interficerent: ueruntū maius fuit Iudæorum, q Gentium peccatum. Vñ Dñs
Iocan. 19. dixit Pilato. Qui tradidit me tibi maiꝰ peccatum habet. Quam latus campus hic detegitur? ò quot abominationes in mundo cōmittuntur pp aliorum perſuaſiones, in quibus denuo (ſicut iam dictum eſt) Ieſus Xps
32 crucifigitur, & occiditur. Tam graue peccatum eſt alios ad Deum offendendum induere, ut ijs, qui hoc faciunt, factum ex propoſito fuiſſe infernū, Dñs affirmet. Loquēs
Matt. 25. n. de die iudicij, & de malorum condemnatione expreſſit, ſe eis dicturum eſſe: Diſcedite a me maledicti in ignem æternum, q paratus eſt diabolo, & angelis eius. Nota non eis dicere, qui paratus eſt uobis, ſed qui paratus eſt diabolo, & angelis eius. Vbi ſignificare uidetur infernum non factū fuiſſe alijs peccatoribus niſi ex accidenti, uel non ita primò. Angelis autem diaboli tam ex propoſito factum fuiſſe, dicit, ſicut ipſemet diabolo. Sed dicit aliquis. Nunqd diaboli non ſunt angeli, qui crediderūt? nūquid ſunt angeli diaboli, q natura non ſint dęmones? ēt, quia hoc nomē angelus, ut bene notat B. Greg. non eſt nomen naturæ, Greg.
ſed officij, & ſic angelus idē eſt q nuncius, unde quicunq; tibi aliqd de Deo dicit, eſt nuncius Dei, & ꝓ conſequens angelus Dei. Mala. 2.
Quamobrē dixit Malach. Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & rōnem reddens, dicit, quia angelus Dñi exercituū eſt. Nō uult dicere illum eſſe ex illis cęleſtib. ſpūalib⁹, 18
ſed nuncium Dñi eſſe ſignificat, ſic ēt angeli Sathanæ, ſunt nuncij Sathanæ, & miniſtri perditionis. Malum conſilium eſt epiſtola Sathanæ, & ꝓ manus tuas ad alium infelicē defertur, ergo tu, qui ei malē conſulis nuncius es Sathanæ. Itaq; oēs, qui ſiue uerbo, ſiue malo exemplo alijs pſuadetis, ut creatorē ſuum offendant, eſtis angeli Sathanæ, adeò infelices, & maledicti, ut meritò dicere poſſimus uobis tā ex propoſito, quā diabolo factū fuiſſe infernum. O quā infelices, ac triſtes nuncij ſunt hi carnalibus homini
bus, q ad peccatū unum cōmittendum efficiunt, ut alij plurimi peccent, atq; ēt luſoribus, qui ad illicitos ludos alij ab alij inuicē inuitant. Necnō uſurarijs, q ſunt cā, ut oēs eorum miniſtri Deū offendant. O fratres 34
chariſſimi uoſmetipſos miſeremini, & ne uos proximoſq; ueſtros hoc modo perdatis. Vos ēt q ad peccata malis perſuaſionib. inducimini, magnopere notare de illis Madianitis, qui Hebræos ad peccandū cum gētilibus mulierib. prouocauerunt, Dñm di- Num. 25.
xiſſe: Hoſtes uos ſentiāt Madianitę. In quibus uerbis admonemur, ut eos capitales adueſarios iudicemus, qui nos ad peccādum commouere conantur, & hos tanquam ipſum peccatum oportet nos fugere.

Concluſit autem Dñs uerbum quodam conſolatorium dicens: *Tertia die reſurgo.* O bone Ieſu, ò gloria animarum noſtrarū, quā ſapienter huius ſeculi afflictiones moderaris: nunq etenim in hoc ſeculo unciam mœroris hominib. immittis, poſt quē mille gaudij ac uoluptatis pōdera nō infundas. Viceuerſa facit mundus, nā ꝓ minima quadā uoluptate, maximā moleſtiam, ac plurima tormenta remittit paſſionis pœnam gloria reſurrectionis operis. Hunc ſtylum obſeruat etiam hic clementiſſimus Dominus in ſanctis ſcripturis, ſicut perpendit Beatus

Hieronymus, ubi posſũ res triſtes memorat, lætas adiungit, ne hoſtes deſperẽt, ſed ad eũ conuertantũ. Poſtquã dixit per Iſaiã: Væ genti peccatrici populo graui iniquitate, ſuper quo percutiam uos ultra? terra ueſtra deſerta, ciuitates ueſtræ ſuccenſæ igne, uerba q̃dam magnæ conſolationis addidit, dicẽs. Lauamini, & mũdi eſtote, auferte malũ cogitationũ ueſtrarũ ab oculis meis, & ueni te, & arguite me, dicit Dñs. Si fuerint peccata ueſtra ut coccinũ, quaſi nix dealbabunt. Quaſi dicat. Et ſi peſſimi eſtis: ſi tũ ex toto corde ueſtro ad me cõuerſi fueritis, ego uobis facultatẽ concedo, ut me tanq̃ fallſum, ac mendacẽ Deum accuſetis, ſi aiabus ueſtris remedium non adhibuero. Et poſtquã per Amos prophetã dixerat: Audite uerbũ iſtud, q̃ ego leuo ſuper uos planctum, domus Iſrael cecidit, & non adijciet, ut reſurgat. Addidit, dicens: Quærite me, & uiuetis & nolite quærere Bethel. Et per Hieremiã poſtquã dixerat. Væ quia magna dies illa, neq; erit ſimilis eius, tp̃ſque tribulationis eſt Iacob: Addidit, dicens. Ex ipſa ſaluabit, & erit in die illa, ait Dñs exercituum, cõteram iugum eius de collo tuo, & uincula eius dirumpam, & nõ dominabuntur ei amplius alieni. In oĩb⁹ his locis ineffabilis Dei mia reuelatur, & oſtenditur poſt magnos labores, ſi peccatores ad eum conuertantur in illo refrigerium reperire. Veruntamen animaduertendum eſt prophetas Naum, & Habacuc, poſtquam in ſuis prophetijs res triſtes referunt, non lætas narrare, quia gẽtilibus populis prophetabant, qui quidem ab emenda, & conuerſione longiſſimè aberant, & perditiſſimi, corruptiſſimiq; erant, obduratis enim peccatoribus nullus hilaris nuncius meritò reddi poteſt.

Hie. ſuper 5. c. Amos. Iſai. 1. Amos 5. Hie. 30. 36 37 38

Et q̃uis hæc illis Dñs clariſſimis uerbis de paſſione ſua locutus eſt, dicit tñ S. Euangeliũ. *Et ipſi nihil horum intellexerunt.* Tanta erat ſanctitas Ieſu Chriſti S. N. tantaq́ æſtimatio, quam diſcipuli de eo habebant, ſicut cũ ardẽtiſſimo amore, quo illum diligebant, ut nequaq̃ cogitare poſſent, aliquẽ adeò impium exiſtere, qui ei nocere cogitaret. Imo arbitrati ſunt, ubi primũ Hieroſolymã aduenijſſent illum à Iudæis in regem eſſe extollendum, & idcircò gemini fratres Ioannes, ſcilicet, & Iacobus præcipuas ſedes a Dño poſtularunt. Deniq. ut erant boni, bonorũ ingenium habebant, q̃ ne de malis quidem male ſuſpicari uolũt, Viceuerſa eſt malus, qui ẽt de optimis uiris malè cogitat. Et ſic hæc eſt una ex excellentijs quas B. Paulus de charitate aſſignat, uidelicet: Charitas non cogitat malum, i. qui charitate præditus eſt, de nemine malè ſuſpicatur. Metallũ liquefactum figurã ſumit à forma, in q̃ infunditur. Vnde ex forma cymbali, nõ prodit pila, nec ex forma pilæ deducit cymbalum, ſic etiam unuſquiſq. iudicat, & ſentit de rebus, quas uidet, & audit, ſm formã cordis ſui. Cor ſanctum, & charitate plenũ, quicquid in ſe recipit, ꝓbitatis formam ei tribuit, & æqui, bonique conſulit. Cor uerò iniquum, & malitia plenum, quicquid in illud ingreditur, malitia implet, ac uitio uertit. Quæ eſt cauſa, quare ſi de aliquo benedicit, uix illud creditis, ſi uero malè, ſtatim ei fidẽ adhibetis? q̃a malũ cor habetis, qualẽ formã hẽtis, talem ei præbetis. Vel poſſumus ẽt dicere, q̃ nihil eorum intellexerũt, quia non eis ſm ipſorum deſideria loquebatur. Si eis de principatibus, aut tpali regno loqueretur, fortaſſe iſtud optime intelligerent. O quot ſunt hodie, quib. ſi de ſpiritualibus, cęleſtibus q̃; rebus loquaris, peregrino ſermone eis loq uideberis, ſi uero eis dicas, qũo locupletabunt, qũo æſtimabuntur, &c. Magnam ingenij aciem ſe habere oſtendunt. Nõ recipit ſtultus uerba prudentiæ, ait ſapiẽs, Saul intellexit Dauidem regnaturum eſſe, nam Ionathas dixit Dauidi. Et pater meus ſcit hoc. Atque ẽt Saul dixit Dauidi, ſcio q̃d certiſſimè regnaturus ſis, & habiturus in manu tua regnum Iſrael, & ſciens ilũ ad hoc à Deo electũ eſſe, cuius uoluntas immutabilis eſt, ueruntã illum interficere conabat̃, non enim penitus intelligebat, illum eſſe regnaturum, & cauſa erat, q̃a hoc magnopere oderat. Ideo eius intellectui nõ quadrabat, ſic etiam dicere poſſumus cum mors Dñi adeo diſcipulis eſſet odioſa, eos non potuiſſe intelligere quæ Dñs de ea cũ illis loquebatur. Et quanquam dominus cognoſcebat ſe ab eis nõ eſſe intelligendũ, ſæpe tñ idem eis dicebat, ut eos paulatim ad hoc myſterium intelligendum diſponeret. Sicuti q. uult uas anguſti colli adimplere, nõ ſimul q̃d, ſed paulatim liquorem infundit, alioquin. n. totum illum diſperderet. Sic ẽt quia ſancti diſcipuli anguſtos nimis habebant intellectus, paulatim eis Dñs myſteria reuelabat, cuncta enim eis ſimul dicere, eſſet omnia diſperdere, ut ſic aliquid in dies magis, ac magis intelligerẽt, & hoc modo diſponerentur. Ideò eis dixit. faciam uos fieri piſcatores hominum. Non dixit, faciã uos piſcatores, ſed faciam uos fieri piſcatores hominum, ideſt, ut paulatim uos diſponatis ad homines expiſcandos.

Simile. 39 40 41 Simile.

Matth. 4.

Factũ eſt autem cum appropinquaret Hierico, cæcus quidam ſedebat ſecus uiam mendicans. Et ut audiuit Dominum illac prætere rire, cœpit ab eo miſericordiam magnis uocibus implorare, & quãq̃ ab alijs increpabatur, ut taceret, ipſe uero multo magis clamabat. Sic oportet eũ ueros Dei ſeruos. Nõ deſtitit Abrahã à ſacrificio, q̃ offerebat, etſi uidebat aues deſcendẽtes, ut eũ impedirẽt, ſed eas expellebat, & in ſuo ſancto opere pſeuerabat, affirmat n. ſacra ſcriptura, eũ ab incepto ſacrificio nõ deſtitiſſe, quouſque ſol occidit. Quamuis Hebræi a gẽtibus i tẽpli reędificatione impediebãtur, nõ ideo ab incepto ope deſiſtebãt, ſed tanq̃ magnanimi, & præſtãtis pectoris uiri ulteriùs pgrediebantur, & gentibus ẽt reſiſtebãt. O quot ſunt hodie, q̃ impedimẽto ſunt illis, q̃ Deo ſeruiũt, quominus ulteriùs pgrediantur, & eos ad amplectẽda uitia, q̃ ipſi ſequũtur in uitant. Virũ aũt forte oportet dicere q̃ dicebat Dauid, In Dño confido: qũo dicitis aię meę tranſmigra in mõtẽ ſicut paſſer? Hic ẽ mõs, ꝺ quo Hier. ecce ego ad te mõs peſtifer, q̃ corrũpis uniuerſã terrã, qui q̃dẽ mõs eſt ſuperbia, & põpa ſecularis. Et reſpõde perſuadẽtibus tibi ut uitia ſequaris, & ad offenſionẽ Dei tranſmigres bonũq́ue q̃ cœpiſti, relinquas. Qũo iſtud mihi audes dicere, ut nidũ, in quo tãta cũ tranquillitate uiuo, tãq̃; ſecurus requieſco, deſerã? paſſer in nido à belluis ſecurus, nec ei nocent ſagittę, ubi primũ autem per montẽ incipit diuagari, in illũ ſagittę dirigũtur, & perit. Qm̃ ecce peccatores intenderũt arcũ, paruerunt ſagittas ſuas in pharetra ut ſagittẽt in occulto rectos corde. Quocirca frater in nido cõmorare, in uirtute pſeuera, & conſilia miniſtrorũ Sathanę parui facito, iniuriã tibi inferri ducito, quòd quis tibi bonum audeat impedire. Hoc etenim ſignificat, Quomodò dicitis animę meę: tranſmigra in montem &c. ideſt. Quid uidiſti in me ut iſtud mihi dicere auderes? diſce ab hoc cæco, qui multò magis clamabat: uide quid dicat Salomon. Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis. Turris fortiſſima nomen Domini, ad ipſam currit iuſtus, & exaltabitur. Molle eſt, quod cedit omni duro, diſſolutum eſt, quod nullo uinculo eſt alligatum, diſſipatum uero, quod penitus confractum. Dicit igitur Spiritus Sanctus, illos, qui leuiſſima quaque re deuincuntur, quiq́ue amoris, ac timoris uinculo alligati non ſunt, ſimiles eſſe rei cõfractę, quæ liquorem ſibi infuſũ retinere non ualet, qualis eſt bonorum animæ ſuę diſſipator. Deuincire igitur ò frater diuini amoris cingulo, & ne ſis mollis, ac facilis ad ſubmittendum te cuicunuue uerbo, ut te non perdas.

Pſalm. 10. Hie. 51. 42 43 44 45

Stans aũt Ieſus iuſſit illum adduci ad ſe. O admirabilẽ huius cęci potentiã, maxima quidẽ fuit poteſtas Ioſue, qui fecit ſolem ſiſtere, maxima etiam fuit uis huius cęci, qui ipſum met Deum ſtare fecit, ueruntamen ò admirabiliorẽ huius potentiſſimi Domini clementiam, qui miſeræ cuiuſdam creaturæ uocibus cõmotus ſtetit, ac maxima cum pietate, cordiſq́ue teneritudine & *Interrogauit illum, dicens, quid tibi uis faciam?* Optimè narrat Dominus quidnam cęcus vellet, ſed ut ipſe peteret eũ interrogat. Volebat Dominus Hieremiam uinctum magnarum rerum reuelationibus conſolari, & dicit ei: Hieremia clama ad me, ut ego exaudiã te, & annunciabo tibi grãdia, & firma, quę neſcis. Quid igitur? ſi Deus ſeruum ſuum uolebat conſolari, nõ poterat ei illa reuelare, eumq́ue illis reuelationibus conſolari, & lætificare abſq. eo quod ipſe pri⁹ ploraret, ac peteret? poſſet quidem. Veruntamen in hoc ſignificare uoluit quanti iuſtorum oratiõnẽ faciat, & uoluit oſtendere eos ꝓpter rationem plurima beneficia compatare. Id circo dicebat Dauid, Benedictus Deus, qa non amouit orationẽ meam, & miſericordiam ſuam à me. Si enim orationem meã amoueret, utiq; etiam miſericordiam ſuã tolleret, & quia nõ amouit orationẽ meã, nec miſericordiam ſuam etiã amouit. O ſingularem orationis prærogatiuam, quæ tantum corã Deo ualet & uos diuites ab hoc pijſſimo Domino diſcite nõ ſolum ut pauperum petitionibus aures nõ claudatis, nec illos fugiatis, ſed ut eos etiam uobis comũgatis ab beneficicẽdum eis. Hoc eſt enim uere illos audire. Ne auertas faciem tuam ab ullo paupere dicebat Sãctus Tobias, ita enim fiet, ut non auertatur facies Dñi à te.

Ioſu. 10. & 11. 46 Hie. 33. Pſalm. 65. 47 Tob. 4.

Reſpõdit cæcus Dño dicẽs, *Domine ut uideã.* O prudentiſſimam petitionẽ. Hoc idẽ oportet uos fratres chariſſimi inſtãtiſſimè

postulare. Vna enim ex causis nostræ perditionis est quia non uidemus, Ideo petebat Dauid à dño dicēs. Illumina oculos meos, ne unquā obdormiam ī morte, ne qñ dicat inimicus meus ꝓualui aduersus eum. Ex eo ꝙ peccati pericula mētis oculis non ꝑspicimus, ꝓuenit, ut negligētes simus, & in peccato dormiamus. Ex quo diabol⁹ aduersus multos prꝙualet. Aggreditur nos hic hostis in suggestione, luctatur in delectatione, percutit in consensu, in publicū nos ꝓfert in opere, precipitat in more, & cōsuetudine, & deniq; penitus prꝙualet in morte. O Domine (ait Dauid) nè patiaris me hoc modo ullo unq̄ tēpore excęcari, ne irrideat me inimicus meus, & ꝓualeat aduersus me, sed si quando forte per imbecillitatem in peccatum ęcidero, illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in illa morte.

Et Iesus dixit illi: Respice, fides tua te saluū fecit. Ex quo patet diſpositionē nostrā magna ex parte ꝓdesse ad beneficia à Deo cōsequēda. Singulis uasis infundebat mulier oleum ſm ipſorum capacitatem, & diuersitas capacitatū uasorum fecit diuersas olei quantitates, sic etiā magna, aut parua dispositio magni interest, & est una ex causis, quare, nobis ex largissima Dei manu maiora, aut minora beneficia cōcedū. Qđ cū ita sit fratres charissimi, corda uestra euacuate, illaq; omnibus uanis curis ac cogitationibus expedite, ut sic dispositis uobis Dñs gratiæ suæ lucem communicet, posteà uero uos ad suam sanctam gloriam perducat Amen.

Psalm. 12.

48

4. Re. 4.

49

Feria Quarta Cinerum.

Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. &c. Matth. 6.

DE CVRSVS dierū nullo unq̄ tēpore ꝓfectēs nos ī huius sāctæ quadragesimæ littus appulit, ubi cū pœnitentia animas nostras saluemus, qa (ut Paulus ait:) si nosmet ipsos dijudicaremus, nō utiq. iudicaremur. In cuius rei figuram dicitur Transibit enim Dñs percutēs Ægyptios, cūq. uiderit sanguinē in superliminari, & in utroq; poste, transcendet ostiū, & non sinet percussorē ingredi domus uestras, & lædere. Sic ēt si corpora nostra, qui sunt animę postes, sanguine ꝓfuderimus, ueraq; pœnitentia tinxerimus, nō percutiemur à ministris, & ꝓcussotibus Dei, dūmodo disciplinæ, ieiunia, cæteraq; pœnales, exercitationes ex intimo cordis dolore dimanent, q est uera radix pœnitentiæ. Quò circa dixit Dauid, q̄ dicitis in cordib⁹ uestris, & in cubilibus uestris cōpūgimini: hoc est, erigatur furca ubi perpetratū est delictum. Et se ipsum magis declarās addidit, sacrificate sacrificiū iustitię. Super quo dicit beatus Aug. sacrificium iustitiæ esse qđ dixit aliàs, sacrificiū Deo ſspiritus contribulatus, cor cōtritum, & humiliatū, &c. Et in principio huius sancti tēporis hoc sacrum Euangeliū nobis sancta mater Ecclesia proponit, ut nouerimus, qua intentione pœnales exercitationes operari debeamus, & ꝓp quem finē cætera oia uirtutis, opera facere teneamur. Loquens sponsus cū sponsa dicit: quam pulchra es amica mea, q̄ pulchra es. Bis eā pulchrā appellat significans illam interius, & exteriùs esse decorā. Et statim incipit sigillatim annumerare partes, in quibus habet pulchritudinem. Et quā q̄ eādem crinū, labiorū, dentiū q̄;, pulchritudine commendat, priùs tñ oculorū eius pulchritudinē, ac uenustatē laudat dicens: Oculi tui columbarum. Quemadmodum. n. in diebus, quos Deus in mundo creauit, lux fuit, quā primum fecit: qua reliqua omnia illuminata sunt, & ex qua oia pulchritudinem acceperunt, sic ēt qđ primū in sponsa sua laudat, est corporis lux, qui sunt oculi, & admirabilē, extraneāque laudē illis tribuit: Videt. n. nō esse magnæ pulchritudinis oculos habere cōlūbarū. Si diceret sponsus eius oculos esse tanq̄ ardeæ, q̄ pulchriores oculos habet, rōnabil⁹ esse uideret. Sed est notāda regula quædā, qñ in sacris literis aliquid tanq̄ per ꝓfectum ponitur, ꝙ nullam cum re, de qua agit, conuenientia habere uidetur, tunc q̄rendum est illic mysterium, ꝙ latet. Vnde notandū est ꝙ oculos intentionē significari. Et sic uult sponsus dicere, ò q̄ syneeram, ac sine felle amaritudinis intētionē habes. Et hoc est, quod Deus priùs ī anima sancta laudat, cum, omnia, q̄ facit propter; purum Dei Amorē facit. Et hæc sancta intētio sūt oculi animæ, q omnibus bonis operibus, quæ facit splendorē tribuunt. Et sicuti ꝙ priùs sponsus in sponsa cōmendauit, fuerūt oculi: ita etiā hoc priùs nos initio quadragesimæ Dñs docet, uidelicet, ut sanctā intentionē hēmus, in ieiunādo dicens. *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.* Præ

1. Co. 11.

Exo. 12.

Similē.

Pſal. 4.

Aug. ſup Pſalm. 4.

Pſalm. 50.

2

Cant. 4.

Similē.

Gen. 1.

3

4

ſupponit hic Dñs tanq̄ rem maximè necessariā nos debere ieiunare. Sicuti hāc uerita tē omnes patres ſpiritualis uitæ optime cognouerunt, q tā aſperè corpora ſua tractarunt, ut cōſideratu, & dictu etiam sit admirabile. Quales fuerunt Beatus Antonius, Beatus Paulus primus eremita, Beat⁹ Bernardus cū monachis ſuis, q̄ coctis arborum frondibus paſcebātur. Et omnes, deniq. Dei amici ſeſe in abſtinentiæ uirtute magnopere exercuerunt ut peſſimū hūc hoſtē, q̄ est caro, cōprimerent. Iō ꝓ eo, qđ nos legim⁹: Qui iurat, ꝓximo ſuo, & nō đcipit alij uerū: Qui iurat ſe affligere, & nō mutat. Intelligens iuſtus q̄ gratior ſit Deo uictimæ rationalis, quā irrationalis ſacrificiū, cōſtituit ītra ſe ut ſe, ī ſacrificiū mortificatū offerat, & hoc uoto confirmat ac iurat, & diligētiſſime implet, & non mutat. Quā gratū āt Deo ſit hoc ſacrificiū patet hoc argumēto. Nā hoc est quodāmō ſacrificiū illud Abrahę in diuinis literis magnopere laudatum imitari, ſ. cum uoluit dilectiſſimū filiū ſuū immolare, & ſic dixit ei Angel⁹: Nūc cognoui ꝙ timeas Dñm, id est, per hoc cognoſceris ab hominibus: (ego enim iā hoc optimè eos nouerā) ſiquidē ꝓp Deum proprio filio nō pepercisti. Vnuſquiſque noſtrum habet ſuū Iſaac, hoc est, corpus ſuum, ꝙ adeo diligit, ut non defuerint matres, qui ꝓprios filios ſuos manducandos occiderēt, ut corpora ſua conſeruarent. Hæ magis corpora ſua, quā filios diligebant. Ergo qñ in ſacrificio pœnitentiæ corpora noſtra Deo offerimus, idē quodāmodo facimus, ac ſi ꝓp Deum dilectiſſima corpora noſtra iugulanda traderemus, atq; ēt ieiunium est nimis utile animæ. Vrſus qñ ſe nimis ſatiatum, carnibusq; refertum experīt, cumq; nimis est pinguis, naturali inſtinctu cognoſcit, ꝙ ſi uenatores, & canes eū ꝑſequatur, nō poterit currere, nec ab eorū dentibus liberari, tūc duos mēſes in ſpeluncā includitur, lingens manus ſuas, nec toto illo tpe qcq̄ edit quouſq; pinguedinem amittit, & leuem, ac uelocem ſe experitur. Quāto igitur magis oportet eōs ꝙ nimis, immoderatisq; cibis ſeſe tradiderunt, hoc facere, ſi nolunt à diabolo appȟēdi? Aduertite fratres, ꝙ uos Sathanas uenabitur, quapp facite, qđ urſi faciunt, ne patiamini, ut immanes belluæ uobis excedāt: Idcirco Beatus Paul⁹ dicit. Hortamur uos, ne in uacuum gratiā Dei recipiatis tꝑs, qđ ad agēdū pœnitentiā habem⁹, gratiā appellat. Et ita addit, dicens. Ecce nunc tꝑs acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, exhibeamus noſmetipſos in ieiunijs, in uigilijs, in caſtitate. Quia ſi hoc fecerimus, nō potuerunt, nos cōſēq canes infernales. Etiā experientia cōperim⁹ in his aurib⁹, q̄ in lacubus uersantur, qñ incunte hyeme in alias regiones uolunt diſcedere, ſi forte occiduntur uentriculos arenæ plenos inueniri, q̄ paucis antè dieb⁹ comederūt, ut macerarentur, quò melius uolare poſſent, ò magnā hominum cōfuſionē, q̄ aſperrimè nos bruta animantia reſpendūt. Iō dicit Iob. Interroga iumēta & docebunt te, & uolatilia cęli, & indicabunt tibi, in Magiſtros nobis dedit Dñs bruta animātia, & aues, niſi ab eis q̄dem addiſcere uoluerimus irrationaliores illis nos poſſumus iudicare. Recolligimini ergo fratres chariſſimi, & q̄rite ſpeluncā ſicuti facit urſus, ubi iſtas beſtiales carnes mortificetis, & curate ſicut aues arenā, hoc est, modicos, & rudes cibos māducare, qūo. n. uolabit aīa in diuinarū rerum cōſideratione, cum caro nimis ſatiata, uoluptatibusque repleta sit?

Dauid ꝓ infirmo filio ſuo ieiunauit, & orauit, & ſic dicitur, Deſpcat⁹ est Dauid pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingreſſus ſeorſū iacuit ſup terrā. Venerunt āt ſeniores domus eius cogentes eū, ut ſurgeret de terra, q noluit, neq. comedit cū eis cibū. Hæc duplicatio ieiunij cū dicitur: Ieiunauit ieiunio, magnā habet emphaſim, hoc est uchementiſſimè ieiunauit. Et ingreſſus, &c. Recepit ſe rex in cubiculum ſe paratum, & cum nemine loq̄batur, & orabat, nō quomodocunque, ſed iacuit ſup terrā, humi ꝓſternebatur, ut ſua ꝓfunda humilitate Dñm ad miſericordiā ꝓuocaret. Et magnopere pensādum est, ꝙ quāq̄ uenerunt ſeniores, cumq; ut ſurgeret, ac comederet, rogitarunt, illū tñ nō cōuincerūt, ſd ſortis ī ꝓpoſito ieiunio atq. oratione pmāſit. Hæc est mirabilis doctrina habētib⁹ aīas infirmas. Nā ſi Dauid tātopere ꝓ pueri infirmi ſalute laborauit, q̄to magis đbes tu pro animæ tuæ remedio laborare? hūc Dauidis diſcurſum oportet nos habere, ſ. ut ieiunemus, oremus, & nos recolligamus, q. licet qs ueniat ad impediēdos uos, nemo rū ſuſſicit, diuinæ ex exercitationis filiū uolis infringere. Multi ſunt, q optime incipiunt, cōfitētur peccata ſua, ad ſacratiſſimū Euchariſtię ſacramentū accedūt, ſeſeq. in ſecretū domus ſuę angulū recipiunt, & peruerſorū

Pſalm. 14.

Simile.

Ioſephus de Bello Iuda.

5

6

7

Gen. 22.

Simile.

8

9

1. Re. 12.

10

1. Cor. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

familiarum rogationibus exorati statim deficiũt. Hic ãt apparet forte brachiũ fidliũ seruorũ Dei. Senes ueniẽt, & dicẽt, qd opus est tãto ieiunio, cilicio, cõfessione, ac cõmunione? & c. q ãt iã misit manũ firmiter ad aratrũ, nõ oportet retrocedere. Attẽdite uos nũc habere ꝑceptũ ieiunij, & ij, q̃ sentitis uos nõ posse ieiunare, priùs homines sanæ cõsciẽtiæ cõsulite, & anteq̃ eos cõsulatis; ne à ieiunio desistatis. Et quẽadmodũ militẽ ꝑcussum magis pœnitet se nõ posse socios suos i bello adiuuare, q̃ ꝓp inflicta sibi vulnera, sic ẽt uos magis dolere debetis, eò q̃ fratres uestros in hoc spirituali cõflictu ieiunij ac pœnitẽtię nõ potetis adiuuare, q̃ ꝓp infirmitatẽ, aut dolorẽ, quẽ habetis. Et animaduertite ieiuniũ constitutũ fuisse nõ ad uoluptatẽ, sed ad asperitatẽ, & ad peccata purgãda. Attendite sacrã scripturã dicentẽ de Dauid, ieiunauit ieiunio. Ieiunio ꝑfecto ieiunate, cui⁹ ꝑfectio est modicis cibis ijsq; semel, & rudibus, ac partu ptij uti, & nihil oino noctu comedẽdo, si hoc mõ congruè fieri possit. Atq; ẽt optimũ esset confessoris consilio feria quarta, & sexta panetũ, & aqua ieiunare Et q̃is mater dicat, si lia uide q̃ te occidis, non uult Deus mortẽ peccatoris: Dic tu, non me occido, sic in concionibus ꝑdicaẽ, & similiter fecerunt solidi, ac ueri serui Iesu Christi. Qd̃ si tibi dicaẽ: o homo q̃ pallidus, ac macilẽtus es: Dic tu, nihil hoc æstimo, ad hoc etenim ĩstitutũ est ieiuniũ, ut equus hinnitor, & indomit⁹, adẽpta farragine, & hordeo & ictus, ac contradictiones patiens dñm suũ agnoscat, nec eũ à se deijciat. Tale oportet eẽ ieiuniũ, non uerò tot condimẽtis utendo, ut maiori. eũ appetitu, ac gustu, q̃ ante quadragesimã comedatis. Hi sũt ieiunatores Bacchi, & Veneris, ñ ãt Iesu Christi. Dicit ulteri⁹ sacra scriptura d̃ Dauid, & igres⁹ seorsũ iacuit supterrã. Ieiunio rationẽ, recollectionẽ, humilitatẽque iũgebat. Per reuerẽtiã illi⁹ magni Dñi, q̃ in sacro sãcto altaris sacramento cõmoraẽ, uos rogo, (hodie nãq. nolo uos stricto gladio, sed præcibus alloqui) ne abeatis ad uias, ꝑ quas mulieres transeunt ad uisenda templa, nè uos alteri ex una parte alii ex altera ponatis. Attendite tempus quadragesimę esse ad lamentandum, non uerò ad congaudendum. Nec dicatis dñę, siquidem alio tempore non potestis exire, nunc quãdo ad stationes exitis, uobis loquemur. O Deus infinitæ Maiestatis per misericordiã tuã te rogo, ut tantæ dissolutioni remediũ adhibeas. Dicite, si illac Iudę⁹ aliq̃s, aut Maur⁹ ꝑteriret, q̃d diceret? Nũc ẽ tps pœnitentiæ, & deuotionis Christianorũ, hi ãt q̃d faciunt hic? progrediaẽ ergò uir nobilis uiã suã, & se Deo cõmendans stationẽ suã cõficiat, domũq; suã reuertatur, & se recolligat quantò plus esse potuerit, & q̃ de hoc dico, de uobis dico. Atque ẽt uobis cõsulo, ijs præsertim, qui ab omni obligatione liberi, atq; immunes estis, prudentius uos esse facturos, si in religionẽ aliquã uere & examino uos receperetis, sic enim uos ab his occasionibus liberaretis? tẽpora & huius seculi infortunia homines ad hoc magnopere inuitãt, eos ꝑcipue, q̃ sunt expediti. Sicuti q̃ maris fluctus furiosi efferũtur, pisces in aliquẽ locũ apricũ sese recipiũt. Et q̃n uẽti magni aspirãt, tẽpestatesq; tumidæ aerem discutiũt, aues in aliquẽ securũ, q̃tũq; locũ se colligũt: sic ẽt cũ nunc uniuersus mũdus bellorũ, hæresum, seditionumq; tẽpestatibus torq̃atur, prudẽtes uiros in religionis apricũ locũ sese recipere oportet. O q̃ pacificus atq. apricus locus est sanctum qd̃ dã monasteriũ: & siquidẽ pisces, & aues requiẽ, ac trãquillitatẽ quærũt, tẽpestatemq; fugiunt, quare uos rationales Christianiq. cũ sitis: idẽ saltem, qd̃ bestiæ, nõ facitis? præsupposito igitur ieiunium maximè necessariũ esse cũ supra dictis socijs, scilicet oratione, & humilitate, atq. recollectione docet nos Dñs, qua cũ intentione, ieiunare debeamus, dicens: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrita tristes.* Non solũ Dñs nobis arma præbet, sed ẽt nos docet quomodo eis usurimur. Idcirco Dauid magnopere deum laudabat dicẽs: Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellũ, idest, q̃ docet me quomodo armis usurus sum oratione & ieiunium arma esse dixit clarissimè Dominus. Cũ enim nõnulli ex discipulis ad eũ uenirent quasi iniuriã affecti, eo quòd diabolos quosdã à puero expellere nõ potuissent, diuinũque Magistrũ suũ huius rei causam interrogarent, ipse respondit: Hoc genus, scilicet dæmoniorũ, nõ eiicitur nisi in oratione, & ieiunio. Hęc (inquit) sunt arma, quibus hi hostes superantur, & expellũtur. Et quia uos illis muniti non eratis, ideò cõtra eos non potuistis prævalere. O quam infœlices nunciĩ sunt hi prælatis, ac prædicatoribus, atq. etiã aliis Ecclesiasticis uiris, si inermes estis, neq. his diuinis armis munimini, q̃d facietis? si hostis accedit inermis, nihil eũ estimat Sathanas: nihil ꝑfectò diabolus æstimat, qd̃ ueniat theologus literis onustus, si tñ orationis, ac ieiunij arma non ferat, modum autem, quo his armis utendum est nos docet Dominus hic dicens.

Cum ieiunatis. Mundani hoies hinc occasionẽ accipiunt cogitandi S. Euangeliũ eos defendere & sub colore piorũ uerborũ ipsi mer Euãgelio bellũ inferunt, dicẽtes Deũ nolle tristitias, nec exteriores apparentias, & oĩa hæc esse hypocrisim. Vultis apertè errorẽ uestrũ cognoscere? Euã. nõ ꝑhibet uos eẽ tristes cũ ieiunatis, imo cũ ieiunio uenit tristitia, sed ꝑhibet, ne sitis tristis sicut hypocritę. Nã tristitia ꝓp peccatũ est optima, & cõtrariũ cũ ꝓtinacia asseueratũ esset hæresis. Ita Paulus dicit, quæ sm Deum tristitia est, pœnitentiã in salutẽ stabilẽ operatur. Attende ergo qd dicis tu cum uides aliquẽ tristẽ incedere, ac peccata lamẽtari: ò hæc est hypocrisis. O infœlix hoc mõ loquẽs sanguinẽ cõspuis. Quisnã iudicaturus est utrũ quis sit hypocrita, nec ne? uides hominẽ in uia mœstũ, marcidum ac demissis oculis, & dicis: ille est hypocrita. Quo hoc scis? ubi nã est hypocrisis? nũq̃d in facie, aut in corde? Intus, an foris? Quanq̃ malũ esse interi⁹ exterius ãt bonũ apparere uelle, hæc est hypocrisis diffinitio. Intentionẽ aũt, & cor q̃s iudicat? solus utiq. Deus. Salomon dixit, tu nosti solus cor oĩum filiorũ hoĩum. Si ergo tu ò hõ alterius cor nõ scrutaris, nec potes ꝑspicere, quarè cũ hypocritã uocas? ò diabolicã puersitatẽ, hoc autẽ apud homines adeo usitatũ esse, nimis miserabile est. Nõ sic esse oportet fratres charissimi, sed cũ aliquẽ hoc mõ incedentẽ uideritis, dicite, hic signa fert serui Dei, & obseruat quod dicit Apostolus his uerbis semper mortificationẽ Iesu Christi in corpore uestro circũferẽtes, ut & uita Iesu manifestetur in corporibus uestris. Quid uobis uideẽ de his S. Pauli? considerate utrũ bonã apparetiã exterioꝛem expostcat. Et diligenter notandũ est ad uerbiũ illud, semper. Et quo bis repetit, ut in corporibus nostris Iesu Christi mortificatione feramus, Q̃n uir nobilis sumptuosas ædes construit, nõ contẽtus est qd̃ optima interius habeat domicilia, sed exterius ẽt trophæa sua iubet insculpi, ut cũ primũ hoies illa ꝑspexerint, dicant hoc palatium est talis dñi, aut ducis, aut comitis. Si ẽt nõ cõtentus est Deus q̃ eius seruus qui est eius palatiũ magnã interius habeat charitatem, humilitatẽ, & alias uirtutes, sed uult ut ẽt talis exterius appareat, ut q̃ eum uiderint, dicãt: hic est seruus Dei. E cõtra uero homi nẽ exterius esse nimis dissolutũ, & effusum, atq. immoderatũ, signũ est eũ nimis ꝑditũ & corruptũ esse interius. Et sic referẽs sacra scriptura mala, & euersiones, quas peccatũ in homine causatur: ab hoc exteriori exorsa est dicens: Deuoret pulchritudinẽ cutis eius, & cõsumat brachia illius primogenita mors, auellaẽ d̃ tabernaculo suo fiducia eius & calcet sup eum quasi Rex interius. Habitent in tabernaculo illius socii eius, q̃ non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur. O Deus summe quantã stragẽ peccatũ homini peccatori affert, cutis pulchritudo est bona apparẽtia exterior, quasi dicat, uniuersa pulchritudo tã iterior, q̃ exterior, destruitur ꝓ peccatũ. Q̃n interiora inordinata incedunt, etiã exteriora incomposita, & dissoluta existunt. Ad intelligenda hæc uerba Iob animaduertendũ est duplicẽ esse mortẽ ꝑter hanc corporalem, primã scilicet, & secũdam. Hoc est peccatũ, & infernũ. Et primogenita mors est peccatũ, & ab hac dicit sanctus Propheta exteriorẽ pulchritudinẽ deuorari, brachiaq. q̃ sunt bona opera facta cõsumi. Atq. ẽt brachia cõsumunt, qa peccatũ frigiditatẽ quãdã secũ affert, & relaxationẽ, qua pecatoris brachia, & (ut aiũt) alæ ad benefaciendũ confringuntur. Dicit ulterius, euellatur fiducia &c. qa statim ex peccato, diffidẽtia quædã oritur, atq. inde proueniet q̃ sequitur, calcet sup eum & c. Dñetur ei peccatũ tanq̃ Rex. Quędã sunt peccata, quę animæ nostræ dominãtur, & sunt illarũ possessores; alia uerò, quæ sunt hospites. Cauete fratres ab omnib⁹ peccatis, sed multò diligẽtius, ab eis, quę nos ab ineũte ętate comitãtur, a peccatis ueteribus, à diabolica quadã obstinatione, a qua exire quo dammõ impossibile esse uideẽ, ꝓp q̃ iã uidemini uestri ipsorũ nõ esse dñi. Adeo peccatũ uestrum in uobis dominatũ est, ut uos quasi carcere inclusos, cõpedibusq. uinctos teneat, ne illud fugiatis. Caueat ergo unusquisq. opportunè, & siquidẽ tanquã fragilis hõ in peccatũ ꝓlapsus est, curet, ne sibi peccatũ dominetur, sed tanquã hospitẽ illud celerrimè à tabernaculo suo expellat. Dicit ulterius, habitẽt in tabernaculo illius socij illius, qui non est. Quomodo est possibile

Luc. 9.

Simile.

11

Ezec. 18.

12

13

14

Simile.

Psal. 143.

Matth. 17

16

1. Cor. 7.

17

18

3. Reg. 8.

19

Simile.

Iob. 18.

20

21

22

3. Cor. 4.

illum,qui nõ est ſocios habere? aut ſi ſocios habet,qũo nõ eſt? q̃d eſt eſſe,& nõ eſſe? hic eſt peccator priuatus, & annihilatus ab eſſe gratuito,cuius ſocij ſunt Diaboli. O miſerũ te,atq. infelicẽ,q̃ tales ſocios tecũ affers,ultimũ tandẽ malum eſt,q̃ huiuſcemodi peccatoris domus,q̃ eſt infernus, ſulphure ſeminabit,ubi uiuis flãmis in ꝑpetuum cõburet. Si rectè,attenteq. animaduertiſſis oĩũ harũ miſeriarũ peccatoris primã, ut ſupra dixim⁹ ,ꝓpoſuit S.Iob diſſolutionẽ,& puerſionẽ exteriorẽ,qa hæc eſt magis apparẽs, & manifeſta hominibus, q̃ quidẽ aliis imbecillis ſolet officere,eosq̃ ꝓuertere. Ex quo aperte cognoſcetis quam utilis,ac neceſſaria ſit exterior mortificatio, quam tamen non ex hypocriſi quidẽ,ſed ex interiore probitate oportet dimanare.

Dicit ulterius S. Euangeliũ. *Exterminãt enim facies ſuas.* Id eſt,uultũ ſuorum colorẽ,ueneſtatẽq̃ naturalẽ auferũt. *Vt appareãt hominibus ieiunãtes.* Amen dico uobis receperunt mercedẽ ſuã. O miſerũ Chriſtianũ,quẽ Deus ad ſe creauit, q̃ tñ hæc uerba à Deo audiat ſibi dicẽte: Iã nihil in me habes? ò aſperrimũ uerbũ,o quantum nos hoc audiẽtes oporteret trepidare,q̃ in tantã infelicitatẽ hõ deueniat,ut cũ bonis operib⁹ in infernũ detrudatur,q̃ ex eiſdẽ rebus,quibus alii uitã recipiũt ipſe mortẽ eliciat. Nãaĩa ex ieiunijs,oratione, diuinæq; legis obſeruatione uiuit,cũ his autẽ moritur. Chriſtianus hypocrita, quemq̃ cũ neneno mori,nõ eſt mirũ, ſic quenquã cum peccatis interire uſitatũ eſt, Chriſtianũ uero cũ uirtutibus cõdẽnari hoc eſt miſerabile,ac ſanguineis lachrymis lachrymandũ. B. Auguſtin⁹ dicit,hypocritã eſſe ſicut auẽ phœnicẽ,quæ odorifera ligna coniungit alaſq. diſcutit,ut ignẽ inflãmet,quo ſe comburat: ſic triſtis ac miſer hypochrita bona opa colligit & alas excutiens fictioneſq̃ faciẽs ſeſe in illis cõcremat. Tres maximæ ſtultitiæ ſunt mũdo. Quarũ prima eſt eſſe homines adeo amentes,& a rõne aberrantes, ut nullũ Deũ eſſe credant. Maxima eſt hæc ſtultitia,atq; ut talẽ illã adnotat Dauid dicẽs: dixit inſipiens in corde ſuo nõ eſt Deus. Nõ auſus eſt tãtã inſaniam ore proferre q̃ ſi feciſſet, non eſt dubiũ,quin lapides uiq̃ aduerſus eum conſurgerent. Sed in corde ſuo ſtultitiã hanc occultam habebat. Secundum ſtultitiæ genus eſt adhuc priori multo maius, ſcilicet, credere Deum eſſe,& ei tanquã Deo nõ ſerui re: Quod Deum infinitæ maieſtatis eſſe credas,quantumq̃. ei debeas cognoſcas,& qualem ei rationẽ redditurus es intelligas,nec tamen ei ſeruias, imo potius eum ſæpenumero offendas,hæc eſt multo maior inſipiẽtia. Et ſic de hominibus huiuſcemodi dicit Beatus Petrus,melius enim erat illis nõ cognoſcere uiã iuſtitiæ,quã poſt agnitionem retrorſum cõuerti,ab eo quod illis traditũ eſt,ſancto mandato. Tertium autẽ genus inſipientiæ ſupradictorum longẽ maximũ eſt credere Deum eſſe, & diuinam eius uoluntatem penitus adimplere, nec tamen hoc ꝓp ipſius charitatem, ſed ad cõplacendũ hominibus facere. O terribilem inſaniam, hominem pro ſolo uanitatis humanę uentõ labores perpeti. Si mercator cum decem millibus aureorum hinc in Flandriam proficiſceretur,& cum illis res pretioſas,& ex quibus magnum lucrũ eliceret, peſſet emere,omnes tamẽ eos in ſonalijs, quæ Hiſpane dicimus [*Caſcaueles*] emendis conſumeret, q̃s hunc nõ amentiſſimum eſſe iudicaret? Adhuc eqdem multo amentior eſt,qui tam bonis nummis,qualia ſunt ieiunia,orationes, cæteræq̃. uirtutis exercitationes, q̃ b⁹ æterna uita emi poſſet, humani honoris ſonalia emit, & quod peius eſt his optimis nummis infernum cõparat. Hebręis præcepit Deus dicens: Agrum tuũ nõ ſeres diuerſo ſemine. In quo ſignificauit bona opera nõ oportere cũ malis operibus,nec inuẽtionibus cõmiſceri,qui ſerit triticum, & hordeũ in ſegete,& cũ ſata ſunt uiridia,totũ apparet triticũ,ſed in tempore meſſis,utrumque quale ſit apparebit: ſic bona opera in hoc ſæculo ſiue bona,ſiue mala intentione fiant,utraq. triticũ apparent. Nunc ergo nõ oportet nos aliorũ opera iudicare,ſed tempus aduenerit,in quo omnia manifeſtẽ uidebãt. Nolo plus temporis in agendo de hypocriſi conſumere,arbitror enim magis in alijs priſcis temporib⁹ q̃ nũc fuiſſe uſitatã. Cũ enim hac tempeſtate experiamur uerã uirtutem a nemine fere ęſtimari,honorẽq̃ q̃ iure optimo uirtuti debetur, fraudibus, ambitibus,pretio,ac deniq. alijs illicitis fauoribus inquiri, q̃d ,pdeſt hypocritæ uirtutem fingere,ſine uera q̃dem uirtute honor comparãt? q̃d pretij habebit aurũ alchimicum,& falſum,ubi naturale, ac uerum aurum nihil ualet? ex hoc apparet quanti habita quondã fuerit uirtus, quãtũq̃. honorata, cũ homines ad honorem impetrandum ſpe-

ſpeciem uirtutis præ ſe ferrent. Vbi uirtus magno honore habeẽ,ibi flores hypocriſis: qa multi,ut honorẽ meritò uirtutis tributũ adipiſcanẽ,ſeſe illam habere fingũt, etſi eã nõ habeant. Vnde prędicans doctiſſimus quidã uir in exequijs optimi cuiuſdã Regis Luſitanię,poſtq̃ illum. ſummopere cõmendauit,in hęc tandẽ uerba prorupit. Poteritis mihi obijcere illũ impleuiſſe Regnũ hypocritis Hoc ,pfectò fuit unũ ex maximis, atq; euidẽtiſſimis ſignis eximię,atq; excellentis uirtutis ipſius: cùm.n. ipſe magnis honoribus hoies uirtute præditos afficeret,ij qui uirtute carebant,ut ab eo honorẽ imperarent, uirtutem ſe habere ſimulabant.

Tu autem cum ieiunas,ungẽ caput tuum. Niniuitę nõ unxerũt ſe in ieiunio ſuo,imò potius cinerẽ capitibus impoſuerunt, & tñ ieiumũ illud acceptũ fuit ante Dñm. Et ſãcta mater Eccleſia ẽt nos hodie inficit cinerẽ frontib⁹ noſtris ꝏponẽs. Nõ aũt dicendũ eſt hoc cõtra Dñi ꝓceptũ fieri, q̃ cũ nos luari,atq. ungi præcipiat, ipſa nos inficit, & cinere conſpergit. Dico Dñm hic præcipere ne fingas apparentias,cũ ieiunas, ut appareas hoibus ie unare, atq; ut eis placeas; Hoc eſt,ut ita ieiunem⁹ ut ipſi nos priùs à ieiunio,q̃ ieiuniũ à nobis oñdat. Quẽadmodũ arbor frõdib⁹ ſuis poma cooperire curat,poma uerò odorifera ſe,arboręq̃. demõſtrãt: ita ut à lõginquo loco dicatis o q̃ optima poma sũt (credo) in illa arbore,qa tã bene olet: ſic etiã tu ò frater humilitate tua ieiunium,bonumq̃ opus celare cura,nã etſi inuitum ipſa bona opera tua te reuelabunt, Deus in te ab hominibus laudetur.

Et pater tuus,qui eſt in abſcõdito reddet tibi. Quid Dñe opera noſtra uis in abſcõdito intueri? nõne meli⁹ eſſet, ut illa palã & coram omnib⁹ uideres? Nõ. Qñ qs pannorũ officinã ault inſtituere, quærit domũ,cuius adit⁹ ſit paululũ ſubobſcurus. Et quare illũ hoc facere arbitramini? ut emptorem decipiat,ut pãnus,q̃ in claritate malus apparet, in tenebris,& obſcuritate bonus appareat. O miſerum te hoiem,ſi Deus in luce opera tua ſcrutatur,o quot maculas,& defectꝰ in eis reperiet,cum dicat Eſaias, quaſi pannꝰ mẽſtruatę uniuerſæ iuſtitię noſtræ. Idcirco ea in abſcõdito Deꝰ uidet, ut occaſionẽ habeat diſſimulandi defectꝰ q̃ in eis fuerint. O benedicta,& ſup exaltata ſit talis pietas ſcitote fratres hæc uerba maximẽ infinitã Dei miam demõſtrare. In ijs etenim nobis ſignificat Deũ inſtar hominis inuentiones q̃rere ut (ſi ita dici põt) quodãmodo ſe ab hoĩb⁹ decipi patiatur,ne omnia in rigoris ſeueritate uſq; ad finem ꝓducat,& examinet, q̃ omnia sũt exaggerationes q̃b⁹ q̃tũ nobis ignoſcere,beneficia q̃ facere deſiderat, uult ſignificare. Theſaurizate uobis theſauros in cælo,ne in terra theſaurizetis: attẽdite q̃d dicat Habacuch. Vę ei,q̃ multiplicat nõ ſua & aggrauat cõtra ſe dẽsũ lutum. In his uerbis nobis ſignificat Spirit⁹ Sãct⁹ nos oportere duo hæc diligẽtiſſime fugere, alterum ne alienas diuitias theſaurizem⁹, alterum uerò nè ex bene partis bonis lutũ faciam⁹. De ijs q̃ utrunq̃. faciũt, dicit, uæ q̃ multiplicat, et uę q̃ aggrauat dẽsũ lutũ: lutũ fit ex terra, & aqua. Bona igit̃ tpalia, q̃ cũcta sunt terra, nè in lutũ cõuertant, ne hũarum uoluptatũ, carnalisq̃ cõcupiſcẽtiæ aqua cõmiſceatis, nã oia in lutũ cõuertẽt, hoc ẽ, ne patriis diuitias tuas ſolis turpitudinib. ſeruire. Qui ꝓ magnũ lutũ iter facit, maximo cũ labore ,pgredit, & uix unquã iter cõficit. Sic tu nunq̃ in cęlũ peruenies quandiu p illas uoluptates iter feceris. O quot diuites cũ bonis ,ppoſitis incedũt, nunq̃ tñ illa operũ exequũtur? cuius rei cã eſt, qa p lutũ iter faciũt. Ideo Dñs dicit, nę uobis diuitibus, q̃ habetis cõſolationem ueſtram, & hoc eſt in terra, atq. etiã in inferno theſaurizare. Theſaurizate igitur in cælo (ait Dominus) qa cũ illic diuitias, ac bona opera habueritis, cor ẽt ibidem, & amorem habebitis. Ad q̃d ut nos S. Eccleſia cõmoueat, hac ſancta cęrimonia utitur, imponens frontibus noſtris cinerem, ac dicens. Memento hõ &c. Cõuerſus ſum in ærũna mea dũ configitur ſpina, ait Dauid. Vbi ſe puerſũ extitiſſe fatẽ, quousque à ſpina cõpũctus fuit. Oés puerſi exiſtimus, & uenit hodie ſãcta mater Eccleſia afferens ſpinã, q̃ eſt, memento hõ, ut illa cõpũcti in nos reuertamur, & oia uerba, cogitationes, actionesq̃ noſtras ad Dñm dirigamus, ,pjcitẽte Moyſe cinerẽ in altũ, facta sũt uulnera in hoibus, & iumentis. Sic ẽt sãcta Eccleſia in ſublimi hois hodie cinerẽ ponit quò in hoib⁹ rõnalibus, & imumẽtis, q̃ sũt peccatores, uulnera. fiãt. Hoc eſt, ut malus fiat bonus, & bon⁹ melior efficiat. De ſanguiſuga dicũt philoſophi naturales q̃ ſi alicui rei inhęret, & ei cinis injiciat, ſtatim diſſugit, & recedit. Nimiæ ſæcularitũ, caducarũq̃. rerũ curę, ac ſolicitudines sũt ſanguiſugę, q̃ aĩæ ſanguinẽ, uirturẽq̃ ſugunt.

Si

Ioan. 3.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Simile.

Haba. 2.

Exo. 9.

Pſalm. 35.

Pſalm. 31.

Luc. 6.

Leui. 19.

Eſai. 64.

Ang. ſer. ad fra. in eremo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si igitur super eas cinerē conijcias, hoc est, si fortissima, atq; assidua animi cogitatione te hodie, aut cras moriturū esse, fueris contemplatus, statim oēs istæ languisugæ, i. istæ curę à te disiungent, ac recedent. Et deniq. sicut iustitia Dei ordinauit ſniam mortis in
35 culpæ pœnā, ita ſumma eius mīa ordinauit
Psalm. 67. ipſam mortē in remediū eiusdē culpę. Et sic dicit Dauid: Qui eduxit uinctos in fortitudine, i. peccatores uinctos ſuis delictis. Simi liter eos, qui exaſperant. Ideſt, adeò uictos, ut diuinæ uocationi reſiſtant, & qbus si aliqd Dei nōie dicitis, ſtatim irascunt, & uenenum ore conſpuunt. Et q sunt isti, quos ēt adeò deuictos, pteruos, & exaſperātes Deō liberat? qui habitat in ſepulchris, i. q assidua animi contemplatione oīum secularīū uanitatū exitū infeliciſſimū cōsiderātes, in ſepulchris commorant. O admirabilē artificiorū Dei magnitudinē? qūo ſuā diuinā fortitudinā, ac potētiam i aīam sicco osse, ac excoriata caluaria cōuertēdo manifeſtat: ergo memēto hō, &c. cōtinua recordatione huiꝰ re-
36 miniſcere, uitamq. tuā tanq̄ Chriſtianꝰ moderaberis, quò bona, ac felici morte moriaris. Nā alioqn magnū periculū patieris: cum peſſimæ uitæ plerunq; mala, & infelix mors ſuccedere conſueſcat. Hoc aptè dixit Apo-
Phili. 3. ſtolus his uerbis: multi ambulāt, quos ſępe dicebā vobis (nunc aūt, & flens dico) inimicos crucis Chriſti, quorum finis interitus: quorū Deꝰ uēter est. Ecce qūo de eis quos dixit inimicos crucis Christi, quorum Deꝰ uenter est, dicit, quorū finis interitus. Itaq; ex deprauata uita infert Apoſtolus malam mortē. Non loquimur hic de qbusdā Chriſtianis, qui multo tpe ſine peccato mortali perſeuerant, quibus poſtea si forte per fragilitatem peccare contingit? à peccato ſtatim exeunt, & ſe emendant, ſicut homines,
Simile. qui in bello præliantur, quibus aliquando
37 terga uertere, aliquando fortiſſimè debella re contingit, quorum ſaluationis per mīam
Mich. 7. Dei magna est ſpes. Et sic de illis intelligi pūt uerba illa Michęæ, dicentis: Ne læteris inimica mea ſuper me; qa cecidi, cōſurgam cùm ſedero in tenebris; Dominus lux mea est. Et quod dicit Apoſtolus quis es tu, qui iudicas alienum ſeruum? Domino ſuo ſtat, aut cadit. Stabit autem, potens est. n. Deus
Ro. 14. ſtatuere illū; De qbusdam aūt peruerſis, q ſemper malè uiuunt, aut ſaltē maiorē tpis partem in ſceleribus conſumunt, de his (inquam) malè ſentiunt diuinæ literæ, & de corum ſaluatione dubius ita Dauid dicit:
Pſal. 13. Virum iniuſtum mala capient in interitu, quid clariùs dici poterat? & Paulus: Vide bonitatem, & ſeueritatē Dei. In eos quidē, q
Rom 11. ceciderunt, ſeueritatē, in te aūt bonitatem Dei, ſi permanſeris in bonitate, alioquin, &
Sap. 3. tu excideris, & ſapiens: Nationes iniquæ dirę sunt conſummationis. Ex oībus his terribilibus ſententijs oportet uos intellexiſſe, quanti noſtra referat bene uiuere, & cor noſtrum in terreſtribus rebus non ſtatuere. Vt
38 aūt cor nō in terreſtribus quidem, ſed in cęleſtib. reb. collocemur, ſingulare remedium est, non in terra theſaurizare. Vt aūt in ea non theſaurizemus, mirificū remedium est, & quaſi frænum aſſidua mortis cōſideratio. Idcirco memēto hō quia puluis es. Et cùm hæc fecerīs tibi Deus in hoc ſæculo gratiā ſuam conferet, & in futuro cæleſtē gloriam largietur, ad quam nos perducat. Amen.

Feria Sexta poſt Cineres.

Audiſtis, quia dictum est antiquis: diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Matth. 5.

LOquens Moyses cum populo, dixit ei: Audi Iſrael Dominus Deꝰ noſter Deus unus est. Etenim etſi
1 Deut. 6. Deus est trinus in perſonis, est tñ unus in eſſentijs. Et sicut est unus, ſummoperè gaudet unitate, & vult omnia accumulare, & adunare, faciens ex hac rerum uniuerſitate unā reſolutā, & abbreuiatā cōgregationē. Mundum tot tamq̄. diuerſis creaturis repletū creauit, illumq. in unitate reſoluit, hominē creās, in quo uniuerſus mūdus abbreuiatus conſiſtit, ſicuti dicit de homine, eduxit illū de limo terrę, & dedit illi
Sap. 10. uirtutē cōtinētē omnia. Et ideò dicitur hō mūdus abbreuiatus, qa in illo incluſit Deꝰ quatuor elementa uirtualiter, donauitq. ei
2 esse cū lapidibus, creſcere cū plantis, ſentire cum brutis, & intelligere cum Angelis. Ecce qūo hic omnia ad unitatē reduxit. Et hæc amicitia, quām Deus habet cum unitate, ulterius proceſſit, quia ſicut in ſexto die creationis oīa in homine abbreuiauit, ac coniunxit, ſic ēt in ſexta mūdi ætate ēt cæleſtia ſuper terrā abbreuiauit, diuinū cum humano in Chriſto Redemptore noſtro coniungēs, in quo omnes diuinæ magnitudines, humaneq;

neq; atq; angelicæ excellentię accumulatę sunt: ita ut iam illud Iſaiæ prophetæ adim
Iſai. 10. pletū credamus, ubi dicit: Cōſummatio abbreuiata inundābit iuſtitiā. Conſummationem. n. & abbreuiationem Dñs Deus exercituum faciet in medio oīs terræ. Imperfectę erant res humanæ, antequam Deus eas in Ieſu Chriſto filio ſuo abbreuiaret, & in eo ſuā perfectionem obtinuerūt. Et idcircò uocat incarnationē uerbi diuini cōſummationē, & dicit ex hac cōſummatione iuſtitiā
3 dimanaturam esse oībus ijs iuſtificādis, qui ad hunc totius boni epilogum, qui est Ieſus Chriſtus, accederent. Et hoc est ēt qđ dicit
Colo. 1. D. Paulus loqūs de Chriſto Redemptore nro his uerbis: Qui est imago Dei inuiſibilis, primogenitus oīs creaturę: qñ in ipſo cōdita sunt oīa in cęlis, & in terra uiſibilia, & inuiſibilia: & omnia in ipſo cōſtant, qa in ipſo complacuit oēm plenitudinē diuinitatis habitare. i. oēs perfectiones, cæleſtes, ac terreſtres in eo uno concluſę sunt. Cùm igitur Deꝰ adeò unitate delectetur, una ex
4 pcipuis rebus, pp quas è cęlo in terrā factꝰ hō deſcēdit, & pp quas i cruce mortuꝰ est, fuit, ut oēs una unitate amoris, ac charitatis inuicem coniuncti, atq; adunati eſſemus.
Atq. ideò hanc militantē Eccleſiā conſtruxit, quæ est exēplar quoddam Eccleſię triūphantis, quæ in cœlis exiſtit: de qua per excellentiam Dauid dicit: Cuius participatio
Pſal. 121. eius in idipſum: ideſt, cuius ciues, in actionibus, ac cōuerſationibus ſuis, ita ſe habēt, ac si oēs unius eſſent cordis, ac uoluntatis. Et sic uult nos eſſe, atq; idcircò nobis hanc diuinam legem dedit. Moyses loquens de
Deu. 33. Deo, dicit. In dextera eius ignea lex. Dextera Dei est unigenitus eius filius. Et hæc diuina dextera igneā quandam legē in mūdum attulit, quę est hęc lex euangelica, quę tota est ignis, & tota amor. Cumque eius lex sit amoris, nunc nobis dicit: *Audiſtis, quia dictum est antiquis, &c.* Non dicit legiſtis. Nō enim in ſacris literis ſcriptum reperietur
5 Deū dixiſſe. Odio habebis inimicū tuum. Imò potiùs multis in locis contrarium inuenīt, ut patet in Leui. ubi dicit. Nō oderis
Leui. 9. fratrem tuum in corde tuo. Et ulteriùs. Nō
Eccl. 28. quæras ultionem, nec memineris iniuriæ ciuium tuorum. Et Eccleſiaſ. Relinque proximo tuo nocenti tibi. Et alibi apertiùs. Si
Prou. 25. eſurierit inimicus tuus, ciba illum. Si sitit, da ei aquam bibere, prunas. n. congregabis ſuper caput eiꝰ, & Dñs reddet tibi. Certum est, q. ſi Dei uoluntas eſſet, q. hō inimicum ſuum odio haberet, nō ei præciperet, ut eū cibaret, nec ei promitteret, dicens. Et Dñs redderet tibi. Verūtamen hoies ad ea, quę eis libet, maximi sunt argumētatores. Præcipit illis Dñs proximos ſuos diligere, ipſi uerò arbitrantur inimicos ſuos, non eſſet proximos ſuos. Liberet uos Deꝰ, ne cor paſſione odij, aut ulterius mali occupatū ſit, non ſolum. n. diuinam legem impudicè uiolabit,
6 ſed uobis ēt perſuadere uolet, legē dicere quod ipſe facit, aut facere conatur. Præcepit Deus Saul, ut euerteret Amalec, cū omnibꝰ bonis eiꝰ, ipſe aūt abit, & pepercit Agag, & optimis gregibus boū, & armentorū, &c. Cùmq; Samuel ad eū reprehendendū ueniret, dixit ille. Impleui uerbū Dñi. Dixit aūt Samuel. Et quæ est iſta uox gregū, quæ
1. Re. 15. ſonat in aurib. meis? Rñdit Saul. De Amalech adduxerūt ea; pepercit. n. populus melioribus ouibus, & armētis, ut immolarent Dño Deo tuo. Ecce qūo uult Saul pſuadere S. Prophetæ, malum, quod nō obediēdo Deo fecerat, eſſe iuxta uoluntatē Dei, & ad eius miniſterium. Illi infelices Dathan, & Abiron ambitionū ſuarum amore capti, uoluerunt alijs perſuadere ambitionem ſuā
7 ſm diuinā uoluntatem eſſe, & sic dixerunt Moyſi & Aaron; Sufficiat uobis, qa omnis
Num. 16. multitudo ſanctorū est, & in ipſis est Dñs, cur eleuamini ſup populū Domini, ideſt uniuerſus populus ſanctus est, nō est opus, ut tantum ſuper eos Dominum habeatis. Rex Achab cupiens bellum Aſſyrijs inferre, uult, ut omnes Prophetæ illi dicant, eā eſſe Domini uoluntatem, & Deum uelle, quod ipſe deſiderat. Et quia Michæas propheta non ſecundum eius quidem, ſed ſecundum Dei uoluntatem illi reſponder, id circò alapis cæditur, & in carcerem detruditur, & pane ad uncias cibatur, aquaque
2. Par. 18. ad menſuram modicam potatur. Ecce hominum ingenium, qui quidem non contenti ſunt mali eſſe, ſed peccata etiā ſua approbare, & ſe in illis Dei uoluntatē facere, conantur affirmare, ſicuti hi, qui inimicorum odium, quaſi rem à Domino præceptam comprobabant. Hinc prouenit, quòd iuri peritis cupiditate percuſſi præcipuè cū lites aduerſus ipſorummet diuitias inſtituuntur, aut qū largiſſimis muneribus affi ciuntur, ſtatim leges, rationesque comperiunt, quibus litigantis iniuſtitiam, ius rectiſſimū efficiāt, apparere, ſentiuntq; leges

illas

Universidad de Deusto
Biblioteca

illas cum uoluntate sua concordare, cùm
forte contrarium affirmẽt. O infœlices quo
nõ intelligitis q̃ graue onus cõscientijs ue-
stris imponatis, & non sufficere uos huius
sceleris pœnitere, nisi lęsor restitutionem in
9 integrum fecerit is. *Ego aũt dico uobis, dilige te inimicos uestros.* Notãdum est Dñm to-
tum hoiem in inimici sui ministerio occu-
pare uoluisse, ne quid remaneret, quo ei no
cere posset: quibus rebꝰ potes tu alteri offi
cere, corde, odio illũ habens: ligna illum
infamans: manibus, mala opera ei faciens.
Nũc ergo uide quo Deus hæc oĩa tibi occu
pat. Diligite (inquit) inimicos, & c. ut cor oc
cupet *Benefacite, &c.* ut manus occupet.
Orate, &c. ut linguã ẽt occupet. Ecce quo
te totũ occupat, ita ut nihil tibi remaneat.
Et idcirco hæc oĩa sigillatim recensuit. Hęc
ẽt ita specificauit, ut oĩbus inimici tui uul-
neribus remedium adhiberet. Nõ esset bo-
Simile. nus chirurgus, qui cum infirmis tribus uul
neribꝰ esset percussus, unum tñ ei curaret,
alia uerò incurata, & sine emplastro relin-
10 queret. Inimicus tuus percussus est in aĩa
tribus mortalibus plagis: & unum ex potis
simis remedijs, quibus sanari potest, est te
ei amorem, ac beneuolentiam ostendere:
quantumuis. n. quisquam sit malus, uidens
cum me ipse persequatur, me tñ eum dili
gere, eiq; benefacere, confunditur, & ini-
quitatem suam cognoscit. Et quem nõ alli
cit timor Dei, amor saltem, & bonũ opus,
q̃ sibi Iesꝰ facit, attrahere cõsuescit. Et hoc
est q̃ paulo antea ex lib. Prouer. dicebamꝰ:
Prunas. n. congregabis super caput eius. Nã
faciens hæc illum in amore tui inflamma-
bis, eius q; inimicitiæ ignem appones, quo
comburatur, ac cõsumatur. Sic lucratus est,
1. Re. 24. Dauid Saulem. Videꝫ. n. Saul Dauidem po
tuisse ipsum interficere, nec tñ uoluisse, cõ
11 punctus est corde, & leuauit uocem suam,
& fleuit, dixitq; ad Dauid. Iustior tu es q̃
ego: tu. n tribuisti mihi bono, ego aũt red-
didi tibi mala. Nullum est efficacius empla
strum ad uulnerata corda curanda, q̃ amor.
Et idcirco intelligens Dñs inimicum tuum
tribus lethalibus plagis esse uulneratum,
quia corde te odit, manibus malefacit, ore
te uituperat, ad hęc tria uulnera curanda,
tria conficit emplastra, qualia sunt, cordis
tui amor, manuum bona opera, oris oratio
nes. Sciendum quippè est unam ex rõnibꝰ,
ob qua Deus inimicorum amorem præce
pit, iussit ut inimicum tuum à peccato ab
straheret. Et idcirco nõ sufficit tibi illũ non
odisse, sed oportet te hęc oĩa facere ad illũ
à peccato auferẽdum. Et sic Iacob ut inimi
cum suum Esau uolẽtem illũ interficere,
lucraretur, munera ad eum misit, dicens:
Placabo eum muneribus, quę præcedũt, &
12 postea uidebo illũ, forsan propitiabitur mi
hi. Et ita contigit. Et præcepit pastoribꝰ suis, Gen. 32.
ut interroganti Esau, cuium pecus illud es
set, rñderent, serui tui Iacob: munera misit
Dño suo Esau. Postea aũt ut eum uidit, ado
rauit pronus in terram septies. Animaduer
tite quot reuerentijs, & adorationibus ini
micum suum uenerabatur, hoc autem non
pp pusillanimitatem: cum Angelo nam que
luctatus, ut ibidẽ dicit, q ei dicit:
Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis
contra hoies præualebis, sed sic eius cor mi
tigaret, odium q̃ue, quod in aĩo conceperat,
ab eo separaret. Hoc primo aspectu difficile apparet, & alter me odio habeat, ego ue
rò illum diligam: si aũt uia, qua oportet, du Simile.
catur, facile quidem erit. Si asperrimum
cliuum uultis ascendere, & directè, ac sine
reflexione uultis ambulare, difficillimum 13
erit, si uero per ipsos uitæ reflexus incedere
tis, facillimus uobis erit ascensus. Si uos ini
micos uestros dilecturi ellectis, eo quod uos
odio habent, siq̃ue illis benedicturi essetis,
eo quod uos uituperant, & infamant, diffi
cillimum uobis esset, esset quasi asperrimũ
cliuum, ac saxosum directe ascendere. Nõ
aũt ob aliam causam illos diligere debetis,
nisi quia id uobis à Deo præcipitur, cui cor
uestrum tradidistis, & hoc est per uiæ recte
xus ambulare. Si ergo uobis dicerẽ, date illi
homini centum aureos ex diuitijs uestris,
grauissimum utiq; uobis esset, si autem di
cerem, ex meis mille aureis, quos habetis, 14
date centum huic homini, quare; hoc uobis
graue esse uideretur, si adhuc corda uestra
in uobis habetis, nec dum illa Deo tradidi
stis, durissimum profecto est præcidi uobis,
ut ea inimico uestro tradatis, si autẽ iam in
integrum corda Deo commisistis, iam non
sunt uestra, sed Dei: quare igitur uobis gra
ue erit, q̃ ex illo quod est Dei uobis inbea
tur fragmentum inimico dare. O q̃ singula
ris & efficax rõ est: hæc imprimat eã diuina
Maiestas in cordibus uestris, quo hoc san-
ctum præceptum uobis facile reddatur. Al
tera rõ. Si Deus hoc carni præcepisset, durũ
utiq; esset, sed præcepit hoc aĩæ, & ideo est
facile. Inimici. n. damnum, nõ aĩa quidem,
sed

sed caro patitur. Si hoc carni præciperetur,
posset fortasse se excusare, cum ãt animæ
iubeatur, imò debet se confortare, illudq;
diligere. Ille. n. qui carni suæ malefecit, eam
Gala. 5. adiuuit, ut de capitali quodam hoste ulci
sceretur, qa caro (ẽm Paulum) concupiscit
15 aduersus spiritum. Quòd cum ita sit, dere-
linquite carnem, segregamini ab ea, & co-
gnoscetis uos debere magis quodammodo
eos diligere, qui inimici uestri sunt, quam
eos, qui nunq̃ uobis offecerunt. Illa. n. sunt
adiutores uestri aduersus carnem uestram.

Etiam præceptum hoc facile reddit qđ
Dñs subdit, dicens: *Vt sitis filij patris uestri, qui in cælis est.* Ponens in exemplum patrẽ
suũ, uester Dñs significare in terra, adeò p-
ditam esse charitatem, ac amorem proxi-
mis debitum, ut ad remediũ huic malo ad
hibendum cęlesti exemplo opus sit. In ter
ra. n. à maximo, usq; ad minimum, a sapien
te, usq; ad insipientem, oẽs contrarium fa-
ciunt. Qñ præcepit nobis esse prudẽtes, di
xit. Estote prudentes sicut serpentes, & sim
16 plices sicut columbę, exemplum ponens
in creaturis. Ad hanc autem uirtutem, ac
proximi amorem, solùm æternum patrem
nobis in exemplum dat. *Qui solem suum fa-
cit oriri super bonos & malos.* Veruntñ mihi
uidet, etiam his uerbis præceptum hoc no
bis facile reddere uoluisse. spe. s. tãti, tamq̃
præstantis præmij cõsequendi, quod est nos
filios Dei esse. Non dicit, ut filij Dei appel-
lemini, sed ut sitis filij Dei. Quid faceretis,
fratres, ut regis filij essetis, & ut nos in filios
adoptaret? quanto igitur plus facere debe
Aug. lib. 3. de ci. Dei. tis, ut filij Dei sitis? B. Augustinus dicit. Gẽ
tiles appellasse Æneam, Herculem, atque
alios huiusce modi Dei filios, propter nihil
aliud, nisi ut in prælijs confortarentur, quia
eorũ auxilio sibi opus erat, ipsi enim opti
mè cognoscebant eos nõ esse filios Dei. Sic
igitur Christus R. N. ut nos ad hoc perfe-
ctissimum opus faciendum conforret, dicit.
17 Vt sitis filij patris uestri, non ficti quidem,
Ioan. 1. nec falsi, sed ueri ssimi, B. Ioannes dicit. De-
dit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui cre
dunt in nomine eius. Notandum est S. Euã
gelistã non dicere eos qui credunt in Chri
sto filios esse Dei, sed dedisse eis potestatẽ,
ut filij Dei fierent, hæc opera adimplẽtes.
Et sic modò non dicit. Facite hoc, qa filij
Dei estis, sed ut sitis. Nam licet credatis, nisi
tñ hoc feceritis, non eritis filij Dei. Et nisi
sitis filij Dei, non eritis hęredes regni eius.

Quod si quis quærat, quare p hoc potiùs,
q̃ per alia opera filij Dei efficiamur? Rñdeo
hanc filiationem non esse ratione substan-
tiæ, sed rõne similitudinis. Priori rõne, so-
lùm. Verbum est eius filius, posteriori au-
tem sunt omnes iusti. Et licet uerum sit p
unamquamq. uirtutem nos Deo similes: 18
fieri, proprius autẽ per amorem, pietatem,
ac misericordiam similes illi efficimur. Hõ
. n. non dicitur propriè similis alteri, qñ ei in Simile.
manibus, aut pedibus, sed qñ in facie assi-
milatur illi, quia est superior & perfectior
pars oĩum, quæ sunt in corpore. Et quia fa-
cies hoĩs est quod magis apparet, & dete-
ctum incedit, sic etiam quod magis in Deo
reuelaĩ, quodq. magis erga nos ostenditur,
est diuinus eius amor, pietas, ac misericor-
dia. Miserationes. n. eius (inquit Dauid) su- Psal. 144.
per oĩa opera eius. Quapropter hic amor,
& pietas, dicit facies Dei. Et in hac pśertim
oportet nos ei similes esse, ut filij eiꝰ simus.
Quis esset, qui altissimam hanc dignitatem
considerans, quæ per hanc uirtutem impe-
tratur, fœlicissimum non iudicaret oẽm la-
borem, quem in ea exercẽda pateretur? Ve 19
runtamen adeò habetis, ac rudis ingenij su
mus, ut hoc rectè considerare nesciamus.
Per uiscera misericordię Dei nostri, uos ro
go dilectissimi fratres hæc oĩa diligẽtissimè
pẽsetis, & uidebitis, quid in uobis sentietis.

Etiam rem hanc facilem reddit, q̃ ille q̃
est oĩpotẽs dicit. *Ego autem dico uobis, &c.*
O quis uerba haberet, quibus satis dignè
emphasin, & maiestatẽ, quæ in hac sentẽtia
inclusa est, posset explicare. Similibus uer-
bis concitauit Absalon ad crudelissimum
facinus famulos suos, s. ad mortẽ fratris sui
Amnon. Obseruate (ait illi) cũ tumulentus
fuerit Amnon, & percutite illum. Nolite ti
mere, ego sum qui præcipio nobis. Et hęc 2. Reg. 13.
uox sufficit illos ad tñ facinus concitare.
Quare ergo hęc ipsa uox, & uox qđẽ Dei, 20
nos ad tñ bonum nõ commouebit? O rem
admiratione, ac lachrymis dignissimam? Ex
sacris literis constat plurimos quondã fuis-
se idololatras, qui credentes illos suos im-
manes Deos humano sanguine delectari,
suosmet filios occidebant (qui quidẽ solent
à patribus super omnia diligi) eosq. immo
labant, sibi persuadentes se in illa crudeli-
tate Deos suos lætitia afficere. Ita Dauid di
cit. Immolauerunt filios suos, & filias suas Psal. 105.
dęmonijs, & effuderunt sanguinẽ innocen
tem, &c. Atq. hodie sunt in Indijs plurimi

huiusce-

Universidad de Deusto
Biblioteca

huiuscemodi, qui semetipsos sacrificant, prosternentes se subtus currus, in quibus in eorum festiuitatibus idola deferunt. Hæc dicens magnopere admiror eos, qui nos de fide, ac Christiano uoie iactamus à lachrymis posse contineri, cùm consideramus, q̃tum plus in illis sacrilega illa infidelitas, q̃ in nobis Christianis sacratissima diuini Euã
21 gelij pietas ualet. Quòd cùm illi propter diabolum se interficiant, tu ne minimum quidem contumeliæ uerbum pp̃ Deum pferas, nimis quidem miserabile est. O quam absurdum est, q̃ vbi primum quis ab altero iniuriam accipit, statim prodeunt leges Italiæ, earumq̃ abusiones, quæ agunt qũo iniuria illa ulciscenda sit. Qñ igitur tam perfecti non essetis, ut damnum, quod proximus uobis intulit, dimittere nolletis, nunquid non est iudex, qui illud uobis iubeat resarciri? Dicet aliquis: Pater quis esset honor meus, si iniuriam ad iudicis arbitrium persoluendam relinquerem? apud iudicem cõqueri fœmineum est, inimicum meum ulturus sum, & hoc modo honorem meũ resarciam. Honorem? ecquis hoc dixit? Italianè, an Euangelium? Aduerte, tu non es Chri
22 stianus? Patet (inquit) desine ista. Istud est quatenus ad Deum, sed nũc sumus in mundo, & de secularibus rebus, quæq̃. tectis sub sunt, loquimur. Profectò ita loquuntur, acsi essent pagani. Et statim aliud rñsum reddunt, dicentes: Pater parum scis de his exterioribus rebus, quę in seculo aguntur, filijs meis maledicam, nisi iniũriã mihi illatam ulti fuerũt. O frater ecquid pceptum illud Dñi, dicentis: Ego autem dico uobis: diligite inimicos uestros, operaĩ in uobis? Nunquid non creditis Deum esse, qui hoc dicit? O terribilem confusionẽ? Tot lites, ac contentiones, seditionesq̃. sunt inter Christianos, q̃ Deum hoc dixisse credunt, quot inter infideles, q̃ hoc non credunt, atq. ẽt plures fortasse. Hoc est q̃ Isaias dicit: Erubesce
23 Sidon, ait mare. Quasi reprehenderet mare Esai.23. Sidonem, eo q̃ cùm ipsa esset ciuitas in terra constructa, plures in ea essent perturbationes, q̃ in mari. Gentes, & Mauri, qd aliud sunt, nisi tempestuosum mare? Hoc aũt mare Christianis põt dicere: Erubescite, eo q̃ peiores nobis sitis, uiuitis. n. ita turpiter, ac flagitiosè, quasi deũ non haberetis. Et profectò nos inuicem alteros, alteros persequi prouenit ex eo, q̃ quãuis fidem habeamus, ita tñ Dei obliuiscimur, sicut si i eo non credemus. Hoc significauit Dauid, dicens: Pſalm.53
De⁹ in nomine tuo saluũ me fac, & in uirtute tua iudica me, i. in uirtute uerborũ, passionumq̃. tuarũ. Et huius petitionis rationẽ reddẽs, dicit: Qm̃ alieni insurrexerũt ad uersum me, & fortes q̃sierunt animã meã. Magn. laboris est fortes & alienos hostes hominem habere. Et quare te ò sancte pro- 24
pheta psequunt? Rationẽ assignans, ait: Et non proposuerunt Deum ante conspectum suum. Non magis Dei recordantur, quàm si De⁹ non esset. Vnde apparet, quod si homo ante oculos suos semper Deum ferret, facile quidem iras ac passiones suas posset superare. Et quãuis hoc pp̃ Deum non faceretis, aduertere tñ deberetis, qd inde posset dimanare. Iacob, & Esau in uiscerib. matris Gen.25.
suæ rixabantur, & contendebant, quisnam priùs exiturus esset. Tandem priùs prodijt Esau: Iacob aũt planta eum tenebat. Qñ tibi iniuria infert, rixantur in corde tuo amor Dei, & amor mundi, & contendunt, uter prævalebit. Dicit. n. amor Dei. Ignosce pp̃ eum, qui tui amore captus in cruce suspensus est, Dicit autem amor mundi, si peperceris, in qua opinione habeberis? Et plerũq; prævalet peior. Tunc igitur tene cum planta, considera in quo vniuersa ista ultio sistet; qd inde apud homines, & apud Deũ pueniet? Cui meliùs contigit? q̃ parci, an q̃ 25
ulciscetur? siquidem in primis Deum offen dit: deinde necessario domum, uniuersamque familiam suam derelicturus est, & tanquam fera per montes dinagaturus. Ne autem dicas te esse debilem, & ampliùs facere non posse: ad hoc. n. tibi rñdetur. Ego autem dico uobis. Ego, qui sum De⁹ optimè noui quantum uos possitis. Ego imbecillitatem uestram iuuabo, si facere uolueritis q̃quid est in uobis. O q̃ suaue uerbum. Ego autem Qñ ò frater cum inimicitia tua contendis, contemplare Dñm tibi dicentem: Fac hoc pp̃ me. Accipe fili mi potionem istam, quãuis tibi amara uideatur, accipe illã pp̃ me. 26
In hoc uolo cognoscere quantus sit tuus erga me amor, pp̃ nullum alium hoc facias, pp̃ me. Quid fratres? nunquid tam parum hoc uerbum, pp̃ amorem Iesu Christi apud uos ualiturum est? Si uos puro corde, ueraq̃. animi contritione ad æternũ patrem accesseritis, eumq̃. per Iesum Christum crucifixum rogaueritis, ut peccata uestra dimittat, absque dubio centum millia, millium peccatorum uobis ignoscet, uos autem per

hoc ipsum nomen unam iniuriam non dimittetis? ò maximam ingratitudinem.

Aduertite etiam q̃ primum dicit: Diligi te. Vbi cordis amorem solidum postulat, ac Ro. 12. uerum. B. Paulus annumerans. Spiritus sancti dona, unum ex illis esse dicit: Dilectio sine simulatione, amorem sine fictione, (sed cum oĩ synceritate, & æquitate. Et siquidem Spiritus sancti donum est, oportet uos cum oĩ instantia, & efficacia illud ab eo postulare, uosq̃; diligentissimè ad illud recipien-
27 dum disponere. Aliqui dñt se ignoscere, ubi primum autem occasio ulciscendi offertur, passionem suam manifestant, quæ intus latebat. Hæc non est dilectio sine simulatione. Ita ouis herbam carpit, ut nihil illic remanere uideat, Remanet tñ radix intra terram: quapropter minima quaque superueniẽte pluuia, iterum reuiresc it. Sic ẽt hi dñt se ignoscere, & exteriùs quidem sic apparet, ueruntamen semper remanet radix (q̃ est odium) in corde. Nõ sufficit dicere. Ego nihil ab eo peto, ego ei loquor, nam quod Deus prę cipuè petit, est, diligite, s. intimo ac solido cordis amore. Idcircò euellite radicem, quod est odium: sin minus minimo
28 quoq; rore decidente, minima quoq; occasione oblata, iterum inimicitia reuiresc ite. Et postea subdit, dicens: *Benefacite*. Vult Dñs ut sim⁹ sicut bona, & fructifera arbor, quæ hanc habet pprietatem, ut quidcunq; eius radici applicetur, in flores conuertat, atque inde suauissimos proferat fructus. Talem oportet esse Christianum, ut siue uitu peretur, siue honestetur, tam bona, quã mala oĩa in bonum conuertat, & pro oĩbus bona reddat. Ita Paulus de se fateĩ, ac de Apo 1.Co.4.
stolis, & iustis, dicens: Maledicimur, & benedicimus, persecutionem patimur, & sustinemus, blasphemamur, & obsecramus. i. p illis preces effundimus. O beatos illos, qui ad tam sublimem charitatis, atque amoris gradum perueniunt? Dixit Dñs: Omnis, q Matth. 7.
audit uerba hęc, & facit ea, assimilabit uiro sapiẽti, qui ædificauit domum suam supra
29 petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt uenti, & irruerunt in domum illã, & non cecidit: fundata. n. erat supra petram. Et omnis, qui audit uerba mea hęc, & non facit ea, similis erit uiro stulto, q̃ ædificauit domũ super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerũt uenti, & irruerũt in domũ illã, & cecidit, & fuit ruina eius magna. Petra est massa quæ dam terræ calore solis coarctata, & ex illa multa terra adunata. Arena autem, sunt grana quędam alia ab alijs segregata. Charitas est tanquam petra, quæ homines una rem adunatã, & quasi petram coarctatã efficit. Vnde Propheta de iustis loquẽs, dicit: Qui statis in domo Dñi, benedicite Dñm. Et statim addit dicẽs. Benedicat tibi Dñe ex Siõ. Pſal. 143.
Quid est hoc Propheta? q̃a in uno loco cũ pluribus, in alio uerò cũ uno tñ loqueris, 30
dicens: Benedicat tibi? Hoc fecit, ut significaret, eos, qui se adinuicẽ diligunt, quanuis numero sint plurimi, amore tñ unum esse. Per arenã odiũ, atq. inimicitia significaĩ, q̃ unumquẽq; in locũ suum facit abire, & oĩa dispergit. Ædificatio, uita, atq; opera super hanc amoris petrã stabilita quanuis uenit, imbres, tẽpestatesq̃; ingruant, non tñ poterunt euerti, qui aũt diuisionis arenæ immittitur, minimo quoq; uentorũ flatu prosternitur. Adeò sublimis, & excellens est hæc uirtus, ut cum Dauid Deũ rogaret, ut eius recordaretur, hãc ei proponat, dicẽs: Memento Dñe Dauid, & oĩs mãsuetudinis eius. Nõ Pſal. 131.
dicit memento Dñe eleemosynarũ, orationisq̃; meæ, aut zeli mei erga diuinũ cultũ, sed meméto (iquit) oĩs mãsuetudinis meę. Hæ. n. tibi multò gratiores sunt. Antequã 31
Dñs hoc Euangeliũ prædicaret, iam bonus 4.Re.6.
rex illud ad literã obseruauerat. Nec uerò ipse solus, sed alios ẽt sacræ literę illud obseruasse affirmant. Ex qb. oĩbus unum tñ uobis S. Eliseum referã, de quo dñt diuinæ literæ, q̃ cum rex Syriæ uellet nocere regi Israel, cumq̃. ad hoc ei in quodam loco insidias parasset, hoc, Eliseus regi Israeli nunciauit, & huic periculo obuiauit. Nec uerò defuit, q̃ regi Syriæ diceret: Eliseus Prophe ta, q̃ est in Israel, indicat regi Israel oĩa uerba quæcũq. locutus fueris in conclaui tuo. Misit ergo rex equos, & currus, q̃ eum ad se uinctũ adducerent. O q̃ modicã cognitionis Dei habebat hic stultus? cum igit regis exercitus ad uirũ Dei apprehendendum uenirẽt, deprecatus est uir sanctus Deũ, ut eos 4.2
cęcitate percuteret, & statim oĩs excæcati sunt. O si nunc esset unus Eliseus, ut siqdẽ hoĩes amorẽ ducti ad Deũ cõuerti, à nicijsq̃ suis nolũt resipiscere, timore saltẽ perterriti peccare cessarẽt, q̃ à Dño peteret, dicẽs: Fœminã illã, q̃ in ianua tandiu commorans uiris officere nõ cessat, .excęca: excæca ẽt illam, quæ cum depraua to animo ad festiuitates, ludos, ac conuiuia proficiscit illum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum etiam perditum,ac Reipublicę destructorem grauissima infirmitate percute,ita, ut à lecto non surgat: quo sic in tui cognitionem oês isti deueniant, animabusq; suis medeantur. Cùm illi serui regis ęci essent, perrexit ad eos Eliseus,& dixit illis:Sequimini me, & ostendam uobis uirum, quem quęritis,duxitq; eos ita cęcos ī mediam Samariam. Cùmque Rex uidisset eos,dixit ad
33 Eliseū: Nunqd percutiam eos pater mi? Et ille ait:Non percutias, sed pone panem,& aquam corā eis, ut comedant,& bibant,& nadant ad dñm summ. Appositamq; est eis ciborum magna præparatio. Cognoscatur in Syria hoiem esse in Israel, qui diligit inimicos suos, eisq; benefacit,cùm posset eos oês occidere. Maiorem honorē adeptus est Eliseus,eo quod hoc insigne pietatis factū cum hostibus suis fuerit operatus,q̄ uos,q de die in diem ad iniurias ulciscendas odiū reseruatis. O quanta est nostra confusio,& ignominia,q̄ in lege gratiæ, & amoris cum tāto odio,& inimicitia uiuamus, præcipuè cùm iam Deus nobis ore suo dixerit: Diligire inimicos uestros. Si.n. tm̄ diligitis eos, q uos amant,nonne & Ethnici hoc faciunt?
34 si ēt gentes amicos suos diligunt,eisq; benefaciunt,quo appellabimus eos, q ne amicis quidem suis fidem seruant? Nunqd sunt uerba,quibus tanta iniquitas satis dignè ualeat ampliari? O quantoperè de hoc querebatur Dauid,dicens:Si inimicus meus male dixisset mihi sustinuissem utiq; &c. Tu uerò hō unanimis,q̄ simul mecū dulces capiebas cibos. Et statim addit? Veniat mors super illos,& descendant in infernū uiuentes. Non est hęc oratio,sed Prophetia. Amici persecutio magnoperè sentit̄, q̄ potentior est alijs ad officiendum uobis,q̄ multa pignora uestra possidet,multa arcana ei reuelastis,est testis cordis uestri, atq; ēt pp ingratitudinem. Vnde Sathanas quod fortissimum iaculum in finem reseruauit,ut omninò muros,ac patientiam S. Iob humi proPsalm. 54.
35 sterneret, fuit ipsosmet eius amicos ad illū adducere,qui eum asperrimis uerbis reprehenderent. Et sic B. Paulus loquens de illis,Rom. 1. quos Deus tradidit in desideria cordis eorum,& in reprobū sensum, inter mala,quæ de illis dicit, unum & nimis principale est, & essent sine affectione, & absq; fide,q̄ ne amicos qdē suos diligebant, nec eis debitā fidem seruabant. Cauete fratres à tanta peruersitate. Et amicis uestris fidem seruantes, inimicos uestros patienter supportate. Attendite obsecro ad uerba, quibus diuinus Magister materiam hanc cōcludit, dicens: *Estote ergo uos pfecti, sicut & Pr̄ uester cælestis pfectus est.* Coniunctio illa, sicut non dicit omnimodā similitudinē: qa impossibilis est,sed admonet nos Dñs,ut quantumcunq; poterimus,eum curemus imitari. Vt aūt hoc optimè facere sciatis,oculos cōijci
36 te in hunc ipsum Dñm,qui cælestem hanc doctrinam nos erudijt,& considerate q̄ ad unguem (ut aiunt) atq. perfectè illam adimpleuit. Sic nobis commendat Apostolus di Rom. 15. cens: Vnusquisq; uestrum proximo suo placeat in bonū,ad ędificationem. O q̄ salubre consilium? Ne in peccato proximo tuo placeas. Si aliquis tibi dixerit: Amice suffragare illi,quia est conterraneus meus: siue fac hoc,aut illud pp me,si est peccatū,nequaq̄ facias. Et dicit inferiùs S. Apostolus: Deus
37 aūt pacis, & spei det uobis ipsum sapere in alterutrū,ſm Iesum Christum, ut unanimes uno ore honorificetis Deū,& Patrem Dñi nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem,sicut & Christus suscepit uos in honorē Dei. Diligentissimè animaduertendū est,quotiescunq. B. Paulus aliqd dei noie præcipit,ut exemplum ad nos confortandos Iesum Christū adhibere, & idcircò addit statim. Dico aūt Christū Iesum ministrū fuisse circuncisionis, pp ueritatē Dei, ad confirmandas promissiones patrū. gētes aūt super mia honorare Deum. i. Attendite quo Iesus Christus, oês tā Iudęos q̄ gētes suscepit, circuncisioniq̄ seruiuit, i. Iudæis ad cōfirmandas promissiones patrum, i. patribus à Deo factas. Et q̄q̄ in uita eos asperrimè reprehendit, vt illos ad ueritatis uiam adduceret: cùm tm̄ iam in ultimo uitæ suæ transit in cruce penderet, tūc non eos qdē reprehēdit? imò potiùs eos excusauit, p eis
38 æternū patrem exorans. Qd̄ amici nostri in hora mortis nobis commendant, illud nos magis solet cōmouere. Nullum.n. est adeò, Similis. uel saxeū cor in orbe terrarū, q̄ nō gaudeat illud adimplere, q̄ à se quisquam in mortis articulo cōmorās postularit. Sic ēt filius Dei hoium remediū maximè desiderās, expectauit illud tps mortis suæ, in quo beneficium singulare ab æterno patre postularet, cùm etsi non pater qdem, sed alienus esset, nequaquam illud negare auderet. Expectauit ut se in cruce suspensum uideret sanctissimo corpore suo uulneribus discruciato,

ac ex-

ac excoriato, illudq; efficacissima oratione exposcit,dicens. Pater, ignosce illis,qa ne sciunt quid faciunt. O æterne Pater,nullus est in terra pater, qui cum filius eius in ultimo mortis articulo existit, aliquid ei a se petenti neget. Iam ego morior, & pro illis in hac cruce pendeo, per hæc uulnera, & Cant. 1. mortem terogo,ut eis uelis ignoscere. Satis illic ad impietum est q̄ dicitur. Vox turturis audita est in terra nostra. Turtur solet se in sicco ligno collocare, & illic canit, cu39 ius cantus est tanquam modulatio matris blandientis infanti,qui plorat, ac dicentis. Ru,Ru,Ru. O Christe dulcissime animarū nostrarum amator,tu in sicco ligno collocatos, illic æternum patrem tuum cum clamore ualido, & lachrymis placasti,dicens. Ose. 4. Pater ignosce illis. In Genesi legitur, duos fuisse fratres (quorum alter dicebatur Iubal, alter uerò Tubalcain) filios Lamech, horum alter,scilicet Tubálcain inuenit artē ferrariæ;alter uerò,scilicet, Iubal,musicę artis fuit inuentor,quia ad sonitum mallei fratris sui creditur cecinisse. Duo fratres fuerunt, Christus Redemptor noster,& populus Iudaicus. Et ille maledictus populus, crudelis frater,ferrariæ artem inuenit,nunquam enim ars tam dura, nec tam crudelis immanitatis modus reptus est anteà, solus ille populus inuenit artem crucifigendi ho40 mines,priùs enim funibus alligari crucibus homines consueuerant, & ipse inuenit malleum, quo crudelibus, ac crassis clauis affigerentur. Et ad sonitum mallei frater Iesus Christus orationis suæ melodiam,concinebat,& magis uoces orationis sanctissimi redemptoris,quàm ictus mallei atrocissimorum hominum resonabant. O maxime redemptor mundi,uere totius patientiæ Magister,quemadmodum frater tuus populus Iudaicus ferro multo durior crudelitatem, & malleandi artem sanctissimiq̄ corporis tui crucifigendi immanitatem inuenit, sic etiam tu primus fuisti,qui talem concinendi modum reperisti, quique primus ad huius instrumenti sonitum cecinisti. Tu pri41 mus fuisti, qui talem orationis modum inuenisti. Te ergo domine per istum ineffabilem amorem,,per istamq̄ cœlestem patiē tiam exoramus,ut corda nostra mollifices, istamq̄ admirabilem doctrinam in illis imprimas; quo te imitantes,gratiam tuam recipiamus,& postea te fruitur in cœlestem gloriam conscendamus, Amen.

Quad. Thom. j. Pars 2.

Dominica I. Quadragesimæ.

Tunc ductus est Iesus in desertum à Spiritu,&c. Matth. 4.

DIctio illa, tunc, domini baptismum refert, id est, statim postquam baptizatus est, ductus est in desertum. Prius quam ieiunasset, baptizatus est, cum ipse esset puritas, ad exēplū tm̄ nostrū hoc fecit, uidelicet, ut nos admoneret, antequam ieiunia aggre- 6
diamur, operaq̄ bona incipiamus, oportere nos in sacro sancto confessionis, ac pœnitentiæ lauacro ablui. Prius agricola spinas Simile.
ab agro euellit, quàm in eo triticum serat. Sic etiam optimum ieiuniorum, orationū, eleemosynarum, ac denique prædicationū semen ne inter peccatorum spinas inseratis, aliter enim totum destruetur, sed spinas, ac tribulos priùs auferte,& ager bene dispositus remanebit ad ferendum fructum. Et præsuppositō quòd in initio quadragesimæ hoc facietis, optimum etiam, atque salubrerimum erit, quod sacratissimum Eucharistię Sacramentum recipiatis, quando aliqd Simile.
iter facturi estis, priùs diluculo ientatis, quò maiores vires ad ambulandum habeatis. Sic etiam ad hoc sanctę Quadragesimæ iter ua2 lidissimè, ac feruentissimè conficiendum, sacrosanctum hoc ferculum quod in diuino altari datur accipite.

Tunc ductus est Iesus in desertum. O admirabilem doctrinam beatus, qui eā fuerit secutus. Post animæ lauacrum confuge frater in solitudinem. Effuge occasiones, ne iterum coinquineris. Cum uidisset Sara filium Gene. 21.
Agar ludentem,&c. usque ibi. Eijce ancillam hanc,& filium eius. Hic ludus Ismaelis cum Isaac erat, quod eum docebat altaria construere,& idola adorare. Sed dicet quispiam, hoc cum ita esset, sufficeret quòd puer, non autem mater simul domo expelleretur, siquidem non erat in culpa. Dico utrunque fuisse necessarium, & ita ibidem Deus Abrahę præcepit, si enim mater dominare maneret, aliquando puer Ismael 3
ad eam uidendam domum reuerteretur. Idem hic dicimus, non sufficit quod à peccatis laueris, illaque foras eijcias, si mater domi remanet, quæ est occasio, quæ si remanserit,

ſerit,aliqñ filius, q̃ eſt peccatum reuertet. Nec uerò ſolum debes foras expellere propinquas occaſiones,qualis eſt mala ſocietas malus tractatus,&c.Sed rõni conſentaneum eſt,ut ẽt ab alijs remotioribus ſepareris, q̃ licet ex ſe non ſint adeò malæ, animã tñ ad malum diſponunt.Faſciculi palmitum ad ſolem,& aerẽ collocati, non illic q̃dẽ utunt, verum tñ adeò exſiccañ,honoremq; illũ, quo eorum eſſe conſeruaſ,amittunt,ut po-
4 ſtea minima quaq; ſcintilla ignis attinganſ, ſtatim inflãmentur,& in prunas conuertantur.Aduerte frater,iſta diſſolutio,& effuſio p uias,iſta uiſitatio cum bona intẽtione,iſta ambulatio pp honeſtã recreationem, nõ te urit,nõ tibi adimit gratiã:his tñ rebus adeò uirtutis humor exſiccaſ, ut poſtea minima quaq; ſcintilla,leuiſſima quaque occaſione inflãmeris,aliquoq̃ue mortali peccato maneas concrematus:Hoc ſignificauit S.Iſaias, Iſai.33.
dicens:Concipietis ardorem & parietis ſtipulam:ſpũs ueſter, ut ignis uorabit uos, & erunt populi quaſi de incendio cinis. In iſta diſſolutione concipit calor, & ardor.Quod aũt inde ꝓficiſcitur,eſt, ut aĩa quaſi ſtipula ſicca remaneat,& ſtatim ſenſualis appetitus his auxilijs confortatus oĩa cõburit.Idcircò frater in ſolitudinem confuge. O q̃tũ bñfi-
5 cium Deus in eum confert,cui ad hoc facié dum ſpũ concedit.Sicuti ipſe Deus p S.Iob exaggerauit,dicens: Cui dedi in ſolitudine domum,& tabernacula eius in terra ſalſugi nis,cõtemnit multitudinem ciuitatis,clamo rem exactoris nõ audit, circumſpicit mõtes Iob.30.
paſcuæ ſuæ, & uirentia queq; ꝓquirit.Hæc terra eſt uita pænitens, in qua plurimę uoluptates,ac ſuauitates ſpũales oriunt.Et hic cum tranqllitate,& affectione habitat ille, de quo hic Deus loquit.Et cõtẽnit multitudinem ciuitatis.Vnus eſt uſurarius,& pecuniã ſuã dat ad uſurã,alius eſt luſor,q noctu, dieq; ſubſtãtiã ſuã ludẽdo cõſumit,uxorem q̃ ſuã inhumaniter tractat. Alius paſſione,atq; ira plenus,nimiũ ſolicitus,eſt vt iniu riã ulciſcaſ,alius deniq; ambitione ſua mũ-
6 dum euoluit.Q̃ ſi eos reꝓhẽdatis, ac dicatis quare illud faciunt?rñdebũt,dicẽtes,vniuerſi homines hoc faciunt.Itaq; ciuitatis multitudinem ſeq̃ris?ꝑditioni es ꝓximus.Nun-
Matth.7.
q̃d ignoras dñm dicere.Spatioſa uia,q̃ ducit ad ꝑditionem, & multi ſunt q intrant p eam:Et arcta uia eſt q̃ ducit ad uitã,& pauci ſunt q̃ inueniunt eam.Non ſequaris turbã ad faciendum malum,neque in iudicio plurimorum acqeſcas ſententiæ, ut à uero deuies.Ad bñfaciendum bonum eſt turbã ſeq, non aũt ad faciendum manum. Qui igit in ſolitudine habitat,cõtemnit multitudinem ciuitatis,& nõ audiet uocẽ exactoris.Adeò ſolicitum,& importunum exactorem in no bis habemꝰ,ut nõ expectet petere ad feſtũ S.Ioannis, aut Natiuitatis dñi,ſed ſemp exigit.Hic exactor eſt ſenſualitas.O quot res à nobis exigit,uoluptates,cibos, colloqa,ludos,&c.Si igit Deus tibi ſpũ ſolitudinis tribuerit,non ei q̃ exigit,concedens. Petis ultionem?non poſſum tibi dare,aliter n mihi
7 deꝰ ꝑcipit?cui iuſtiũs eſt obedire,q̃ tibi,&c. Dicit ulteriũs,q̃ hic talis circunſpicit montes paſcuæ ſuæ,id eſt,crebra animi contemplatione circuit, & ꝑambulat mõtes illos cœli,diuinas ꝓſonas,angelicas creaturas,oĩs q̃ue ſanctos,q in eis cõmoranſ,& gaudia,q̃bus depaſcunſ,conſiderans,& illic ardentiſſimis deſiderijs incendit uidendi ſe iã inter illos.Et inter ea uirẽtia quæq; ꝓquirit.Semper amœniſſima,& uiridiſſima prata,ubi paſcaſ,inqrit, hoc eſt ſemp nouos modos inueſtigat,q̃bus melius ac melius Deo ſeruiat. Hæc oĩa conſequtur ille,cui Deus hoc bñficium confert,ſcilicet, cui ſolitudinis ſpũm concedit.Idcircò beatus ille,q ex mundo de
8 ſertum nouit efficere,quiq; domi ſuę in me dio ſecularium curarum,ac negotiorum ſolitudinem, ac ſeparationem q̃dam inquirit, ubi ſe totum Deo tradat.Dicit Deus aĩæ di Psalm.44.
lectæ ſuæ:Obliuiſcere populum tuum,& domum patris tui.Non dicit,obliuiſcere in honeſtarum rerũ,ſed etiam obliuiſcere(inqt) honeſtarum,licitarumq; delectationum.In Exod.17
ſolitudine eduxit Deus aq̃ de petra. Si in hac ſolitudine fueris,q̃uis ſit petra,nihilominus tñ lamentaberis, & in hac lachryma rum riuulos conuerteris, tuaſq; atq; ẽt uniuerſi mundi miſerias ꝓſenties.Anteq̃ ſponſus ſponſam ſuauiſſimus, ac maximi amoris Cant.5
plenis uerbis inuitaret,dicens.Api mihi ſoror mea,amica mea,columba mea,immaculata mea,priùs ipſam ſponſam accerſiuit ut exiret de ciuitate rus,& ſtatim eam rogat, ut ipſum domum ſuam .i. in pectus ſuum, &cor ingredi patiaſ,vt ſignificaret aĩam ſum mopere oportere,priùs ſe oĩb⁹ ſecularibus implicationibꝰ,ac negotijs expedire, ut qetatã in corde ſuo habitationẽ dño dare poſſit.Et illud q̃ ſpõſa ibidẽ rñdit,dicens:Spoliaui me tunica mea,q̃uo iduar illa? Lauabo pedes meos,q̃uo inq̃nabo illos?dicit B. Augu-
ſtinus

Aug. trac. ſtinus hoc rñdiſſe,non eo q̃ iuſtus dño nol-
56 in Ioan let aperire,& melior eſſe,atq; tranqllius,ac
nem. cum in timori conuerſatione ſponſum in ſe habere.Verumtñ poſitum eſt hoc ad exprimendum qualis ſit carnis ſenſus,q̃ ex leuiſſima quaq; re occaſionem aſſumit,non ꝓficiendi de die in diem,uirtutis, executionẽ differens. Quid inptinẽtius, q̃ dicere ſe nõ poſſe tunicam induere, eo q̃ inq̃nabit pedes?uerumtñ q̃a Deus ſpũ fauet,ad iſtas carnis imbecillitates ſũpandas,dicit ſtatim:Di-
10 lectus meus miſit manum ſuam ꝑ foramen, & uenter meus intremuit ad tactum eius. Hæc manus eſt Dei auxiliũ,quo uenter aĩę intremiſcit.i.corroboraſ. Et hic ubi nos legimus: uenter meus intremuit, in Hebræo habetur:fremitum ediderunt ſup me uiſce ra mea ſup illum. O rem mirabilem,quo hic ſacra ſcriptura hois miſeriam,diuiniq̃ue auxilij potentiam explicat.Et quo Deus nõ deſinat oĩa remedia intentare ad nos curandos,ſpiritumq; aduerſus carnis cõtradictiones ſulciendum, ut igit hæc ei auxilia præberet,atq;in hos fauores deueniret,priùs ei dixit: Veni in hortum meum ſoror mea ſpõ
11 ſa.Sic etiam oportet fraterne exire, cu hoc diuino ſpõſo ad ieiunium tuum in ſolitudine celebrandum,ne oculi uideat uanitates, Liberans ſu per Amos Prophetã. Simile.
hec lingua illas loquatur.Nam B.Iſid.dicit: Qui a cibis abſtinent, & mala agunt,dæmones imitantur,q̃bꝰ culpa adeſt,& cibꝰ deeſt. Ab oibus nos oportet abſtinere, q̃n multi unam delictum commiſerunt, & oes abſq; ſcandalo puniri poſſunt: maximæ iniuſtitiæ factum eſſet,ſi uno punito alij ſupplicij immunes relinq̃rentur. Sic ẽt q̃nquidem non ſolum ſtomachus peccauit, nimis edendo, ſed lingua ẽt ſuperflua loq̃ndo,aures ẽt male audiendo,oculi denique turpia,atque inhoneſta uidendo, iniuſtitia inferretur ſtomacho,ſi illi ſoli ieiunare iuberetur, deq̃ue illo uno ſupplicium ſumeretur. Ieiunent ergo oculi etiam,& manus, lingua, & aures à malis opibus,pedeſq; à malis paſſibus cohi
Iſa.10. beant:neq; animæ æquum eſt q̃ miſer ſtomachus ꝓ oĩbus ꝓſoluat.Sanctus Ioſue ſuperauit,ꝑcuſſit,atq; interfecit quinq; reges,& ſu
12 ſpendit eos ſup quinque ſtipites, fueruntq; ſuſpenſi uſque ad ueſperum. O fœliciſſimũ illum, qui pugnat, ut talem à ſenſibus ſuis uictoriam conſequatur, eoſq̃ue ſuſpenſos, ac crucifixos tenet uſque ad ueſperum, q̃d eſt uſque ad terminum diei uitę,q̃ eſt mors.
Ad hoc ſolitudinis ieiunium dicit Sanctus Euangeliſta dñm Ieſum à ſpiritu fuiſſe deductum.Huc oportet eſſe ducem noſtrũ in oĩbus uijs noſtris, hunc ſemp ſeq debẽmus.O quantus defectus eſt circa hoc inter Chriſtianos, uerè non ferè maior eſt inter barbaras nationes,q̃ Deũ penitus ignorant. Dat tibi q̃dam dñs munus aliq̃d,quo in in
dias ꝓficiſcaris, & ubi primũ animaduertis 13
te in eo quatuor minuta poſſe acqrere,nec conſideras utrum tibi liceat uxorem ſolam & abſq; uiro filioſq; abſque parente relinq̃re,te uerò in magno periculo millies offendi Deum non attendis,ſed nihil aliud niſi utilitatẽ illa tibi ante oculos ꝓponis.Vis filiam tuam in aliquo ſtatu collocare cuius Simile.
ſpiritualis ſalus,in eo benè aut malè gerendo agitur,& ad illam uiro copulandam,aut in monaſterium includendam, non animaduertis utrum conuenientius diuinę ꝓ; uolũtati conformius ſit,atq; ad eius ſaluationem ſecurius,ſed quo pauciores pecunias conſumes,tradendo ne illam uiro, an includendo in monaſteriũ? & poſt q̃ illam matrimonio tradere decreuiſti,nõ conſideras quo cũ uiro illa melius coniunges,& conformiùs diuinæ 14
uoluntati,ſed cum quo magis honoraberis, aut q illa ꝓ minori pecunię numero ducat. Hoc nunc agit,& ulterius ꝓcedit.Dei autẽ uoluntate conſiderare non eſt hic in hoſium uſu:Et dicitis,uellem,ut filius meus eſſet ecleſiaſticus,ſic.n.ditior eſſet, non dicitis,q̃a ſic melius Deo ſeruiret. Tollite,tollite fratres abuſionem iſtam, & cum magiſtro ueſtro Ieſu Chriſto filio Dei conformamini, qui ductus eſt à ſpiritu in deſertum.

Maxime notandum eſt ſup hunc Sancti Euangelij locum q̃ quotieſcunq; Chriſti Saluatoris noſtri opa legimus,actiue illa ſacta,atque relata repimus. Ibat Ieſus in ciui Luc. 7.
tatem Naim,&c. Exiuit baiulans ſibi crucẽ. Ioan.19.
Egreſſus ibat in deſertum. Tranſibat p me Ioan. 11.
diam Samariam.Hunc autem diſceſſum in Luc. 17.
deſertum in uniuerſis Euangeliſtis,q̃ de eo Marc.1.
loquunt,paſſiuè tractatu repimus. Etenim Luc.4.
B.Marcus dicit: Spiritus expulit eum in deſertum.Et S. Lucas:Agebatur in ſpiritu in deſertum.Et hic S.Matthæus. Ductus eſt Ieſus in deſertum. Cuius rei myſterium eſt, 15
quia ibat in deſertum,ut tentaretur.Idcircò dicunt Euangeliſtæ illum expulſum,& quaſi coactum ductum fuiſſe à ſpiritu ſancto, ſcilicet, ut nos doceat, nos non oportere tentationibus noſmetipſos offerre, imo uerò illas quo ad poterimus euitare,& cum

magna humilitatẽ dicere? & ne nos inducas
in tentationem. Qđ si Spiritus Sãct⁹ uoluit
Christũ Dñm nostrũ quatenus hoiem in đ
sertũ tẽtãdũ deducere, dico illũ hoc feciſ-
se, ut nos erudiret quo tẽtationes dẽm⁹ ſu
perare. O benedictus, & glorificatus ſit talis
Iob. 7. De⁹ q oia ad utilitatẽ noſtrã facit, ac diſpo
nit. Nã cũ ſit militia uita hoĩs ſup terrã, &
hoſtis diabolus qđã potẽtiſſim⁹, de quo di
cit: Aduerſarius ueſter diabol⁹ tanq̃ leo ru
1. Pet. 5. giẽs circuit querẽs quẽ deuoret. Nõ ſuffi-
ceret dicere, leo, ſed addidit, rugiẽs, quique
circuit querẽs quẽ deuoret. Quẽ hęc uer-
ba nõ obſtupefaciũt? Si cũ in hac Eccleſia
nũc ſimus p oſtiũ illud maxima q̃dã leonũ
16 cateruа ingrederetur, quẽ tumultũ, & ſtrepi
tũ ederetis fratres mei? etiã & hęc audire,
Similc. metũ uidetur inferre, quot ſaltus facerent
hoĩes? quot clamores, ac uociferationes ede
ret mulieres? & qũo hac, & illac oẽs aufuge
rẽt ut uitas ſuas ab eorũ dẽtibus liberarẽt?
Credite ergò inter nos plurimos diabolos
ambulare, multò atrociores leonibus, qui-
que multò magis rugiũt, ac exoptãt nos de
Apo. 12. uorare: Dicit B. Ioãnes, ſe uidiſſe mulierẽ il
lã uolẽtẽ parere, & eccè (inquit) Draco ma
gn⁹ ruſus, habẽs capita ſeptẽ, & cornua de
cẽ, & ſtetit ante mulierẽ, quæ erat paritura.
ut cum peperiſſet, filium eius deuoraret,
& peperit filium maſculum. Cumque Dra-
17 co uidiſſet ſe nec matrem, nec filium, quẽ
peperit, deuorare potuiſſe, iratus Draco
in mulierem abijt facere prẽlium cum reli
quis de ſemine eius, q cuſtodiunt mandata
Dei. Draco ſeptẽ capitũ eſt diabolus, cũ ſep-
tẽ peccatis mortalib⁹. Et decẽ cornua ſũt
aſſutię, & inuentiones, ac tẽtationes q bus
efficit, ut hoĩes decẽ præcepta diuinę legis
uiolẽt. Et uoluit ſacratiſſimã uirginẽ Ma-
riam Dñam noſtrã, prioſſimũq; ei⁹ filiũ đ
uorare, uerũtñ uictus euaſit, & ſic aduerſus
reliquos de ſemine Ieſu Chriſti, & poſteros
Similc. eius q ſũt iuſti, bellũ illaturus abijt: quib⁹ q
dẽ atrociſſimũ nũc bellũ infert. Sicuti q cũ
altero digladiaĩ, animaduertẽs ſe eũ ĩ capi
te pcutere nõ poſſe, in corpus illi ictus im
18 mittit, ſic ẽt diabolus cũ nõ ualuiſſet caput,
q eſt Ieſus Chriſtus, ſuperare myſticũ eius
corpus (q ſumus nos) pcutere, ac ,pſternere
conaĩ. Diligẽter pẽſate Sãctũ Ioannẽ ĩ hoc
loco dicere, bellũ & diabolus infert, aduer
Similc. ſus eos eẽ, q cuſtodiũt mãdata Dei, & ha-
bet teſtimoniũ Ieſu Chriſti. Canis non do-
meſticos, qdẽ, ſed extraneo; mordet: Au-
ceps nõ tẽdit laqueos p̃dicib⁹, quas in cu-
ſtodia defert: imò eis utiĩ, ut ad eorũ cantũ
alię ap,ppinquẽt, & eas ap̃hẽdat, & aucu- Greg. li. 4
pet. Nõ tẽtat Diabolus eos, q iã ſunt ĩ ſua morali. c
ptãte, ſicuti dicit Beatus Gregorius: nemõ 24. in prin
eos tẽtare negligit, quos iure ppetuo poſſi Iudith. 11.
dere ſentit: imò eis utiĩ ad iuſtos aucupã-
dos, & euertẽdos. Iudith dixit Holopher-
nes, ego nũq̃ nocui uiro, q uoluit ſeruire
Nabuchodonoſor Regi. Sic ẽt facit Satha
nas, p̃cipuũ. n. bellũ cũ illis gerit, q ei nolũt
obedire. Cũ igiĩ adeò potẽs ipſe ſit hoſtis,
cũq; adeſt p̃ditionẽ noſtrã ſitiat, atq; tot 19
habeat cornua, qb⁹ nobis officiat, cũq; no-
bis aere, igne, calore, frigore, bellũ inferat,
teq; literis, ingenio, generis nobilitate, ueſti
bus, uniuerſiſq̃ peccatis tuis, atq; ẽt diui
na Dei miſericordia oppugnet, ut in ea ex-
tra modũ cõfidas, aliq̃do etiã te cũ diuina
iuſtitia expugnat, deterrẽſq̃ue te tibi nihil
confidẽdũ eſſe p̃ſuadet, qd remedij erit Ephe. 6.
aduerſus tã crudele præliũ? Qđ armis ui-
riũ imbecillitatem ſuppleas. Et ſic Beatus
Paul⁹ poſtq̃ dixit: Nõ eſt nobis colluctatio
aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduer
ſus pricipes, & poteſtates &c. addidit dicens,
,pterea accipite armaturã Dei, ut poſſitis
reſiſtere in die malo, & in omnibus pfecti
ſtare? Quod ſunt ne arma Dei? Nũqd De⁹
aliq̃n armis monitus eſt? utiq;, Hodie hoc
uidebitis, Idcircò etenim ad p̃liandũ exijt,
ut ſciatis quibus armis uos protegere de- 20
beatis, quæ ſunt illa, quibus Deus uſus eſt,
ſcilicet humilitas, quam profundam nimis
oſtendit uolens baptizari, & ieiuniũ naldè
rigoroſum & aſperum? aſſiduaq̃ue oratio
cum diuina, nocturnaq̃ue lachrymarum ef
ſuſione, p hominum peccatis. Hæc ſunt ar
ma Dei, quibus ſi muniti fueritis, abſque
dubio uictores euadetis. Idcircò. n. Deus
patitur uos tentari, quo locupletiſſimas
gloriæ coronas mereamini.

Etiam oportet uos conſiderare, q̃ quo-
tieſcunque diabolus Dñm tentabat, ei re- 21
ſpondebat: *Scriptum eſt*. Sacris literis eum
ſuperabat, unde oſtenditur quã ſingularis
armatura ſit aſſidua ſanctorum librorũ le
ctio. Nam ſi Sathanas tanquam Laban no
ctu decepit Iacob, eiq̃ue deformẽ Liã pro
decora Rachele dedit, ſic etiã Sathanas nos
cũ ignorãtiæ nocte decipit, ut res ſeculares
amplectantur, ſpiritualeſq; pto eis commu
temus. Idcircò dilectiſſimi fratres lucẽ quæ
rũt, q̃ quidẽ in ſanctis libris incluſa eſt, ſi-
cut

Pſal. 118. Simile. cut dicit Dauid: Lucerna pedibus meis uer
bũ tuũ, & lumẽ ſemitis meis. Generoſus ac
cipiter, dũ eſt capitiatus quietus eſt, etſi ar-
dea trãſeat, q ſi ei capitiũ tolleret, cõpedes
confringeret, ut eã inſectaretur. Sic ẽt hõ niſi
eſſet ignorãtia quaſi capitio cooperit⁹, Deũ
22 ſequeretur. Qñ uos ad alias uirtutũ exercita-
tiones inuitamus, ſemp excuſationes affer-
tis. Ad eleemoſynã, paupertate, ad ieiunia
imbecillitate, ad orationẽ, ſiccitate, ſecula-
riumq̃. negotiorũ abũdãtia uos excuſatis.
Veruntamẽ à ſanctorũ librorũ lectione qua
excuſatione uos eximere poteſtis ij, ſaltem,
3. Reg. 23. q ſcitis, niſi ignauia, & relaxatione, ac dicen
do uos nolle? Cũ Rex Ioſias legis librũ legiſ
ſet, tãtã ex illi⁹ lectione lucem, pietatẽ, atq.
uirtutẽ abſtraxit, ut de eos dicaĩ, ſimilis illi
nõ fuit ante eũ rex, q reuerteretur ad Deum
in omni corde ſuo, neq. poſt eũ ſurrexit ſi-
milis illi. O dilectiſſimi fratres, ſi hodie uo-
bis hoc perſuadere poſſem, ut ſũmo cũ ſtu-
dio ſanctos libros legatis, q ſingulis lineis fa
ciant lacrymas ex oculis proſilire. Et faciant
uos ſuſpirare, & dolere eo q Deo ex aĩo
non ſeruieritis, deſiderantes nunc Deo de-
nuò ſeruire incipere. Iſtos uerò libros, q ſũt
ex impreſſione diaboli, quiq. uos in mille
23 turpiſſima deſideria inflãmant, dirumpite,
& comburite. Nam ut dicit B. Paulus. Cor-
1. Cor. 15. rumpunt mores bonos colloquia mala. Et
quandiu legis, tãdiu cum iſto maledicto li-
bro colloqueris. Si mater filiã ſuã cũ lena ſe
cretò loquentẽ uideret, quid ei faceret? qua
re ergo permittitis ei legere malos, ac tur-
pes libros, qui ſunt lenones Sathanæ, atque
etiã lenonibus peiores. Ecquid diceretis de
patre, qui pecunijs ſuis lenam conduceret,
q̃ filiam ſuam puerteret? O infœlix hõ, hoc
efficis tu qñ pecunia tua ,pphanum librum
emis, & in cubiculo tuo habes, q̃ filij, filiq̃.
tuæ legunt, ac pp illum diſtrahuntur, atq.
pduntur. Tolle, tolle frater iſthæc omnia: nõ
enim hæc proſunt, imò officiunt homini
24 credenti ſempiternam eſſe gloriã atque in-
Ad. 19. fernum. Refert Beatus Lucas plurimos ex
ijs, q fidem recipiebant, quiq̃ue antea curio
ſa ſtudia ac prophana fuerant ſecuti, illuc
libros ſuos adduxiſſe, & corã oĩbus cõbuſſiſ
ſe, ut enim illo feruenti ſpiritu flagrabant
nullos alios libros uolebãt, niſi eos, quibus
maiori ſpiritu, ac deuotione incẽderenĩ. Et
dicit ibidẽ B. Lucas, q̃ computatis p̃cijs in-
uenerunt pecuniam denariorum quinqua-
ginta millium, & huic ei addit: Ita fortiter
ereſcebat uerbũ Dei, & confirmabatur. Hęc
ſunt arma Dei, eia, eia fratres, ad hæc arma
confugite, qb. tã furti hoſti reſiſtere ualeа-
tis. ¶ Notate Dñm in triplici loco tẽtari uo
luiſſe, ſcilicet, in deſerto, in ſũmitate tẽpli,
& in montis cacumine, id eſt, in populo, &
in ſolitudine admiſit Dñs tentationem. Vt 25
nos doceret nullum eſſe toto terrarum or-
be ſecurum locum. Nec. n. monachi, nec ho
mines matrimonio alligati, ſecuri ſunt, om
nes oportet ſumma cum cautione uiuere.

Et cũ ieiunaſſet quadraginta diebus, &c.
Tot ieiunauit Moyſes, totq̃. Helias, totq̃ue
Dñs, & ñ plures ieiunauit, ut humanã ſuper
biã comprimeret, inſipiẽtemq̃. deuotionem
multorũ coerceret, q ſpiritũ uoluntatemq̃.
ſuã ſequẽtes, ſi alios ſeruus Dei exteriorum
operũ multitudine nõ excedunt, non ſunt
contẽti. Et ſic in dimidio itineris regredium
tur, uel ſaltẽ euaneſcunt. Frater mi, cũ alijs
ſanctis ieiuna, qa in antiquis eſt ſapiẽtia. Et Cant. 1.
ſponſus dixit ſponſę, ſi ignoras te, paſce hœ
dos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Con- 26
ſidera antiquorum patrum exẽplar, noli ex
te nouos labores, & opa depromere. Non
te admoneo, ut remiſſis, ac ignauis hui⁹ tẽ-
poris hominib, conformeris, qui cum mini-
mã quãq̃ue pœnitẽtiã aliq̃ẽ agere conſpi-
ciunt, ſtatim ei dicunt, aduerte quia te occi
dis, non uult quippè Deus irrationabilia ſa
crificia. Si ieiunium, ac pœnitentia tua eſt ſe
cundum antiquorum patrum auſteritatem
non eſt irrationabilis. Et idcirco B. Paulus
poſtq̃ dixerat; Obſecro uos fratres per miſe Ro. 12.
ricordiã Dei, ut exhibeatis corpora ueſtra
hoſtiã uiuentem ſanctã, Deo placentem, ra
tionabile obſequium ueſtrum, addidit, di-
cens. Et nolite conformari huic ſæculo; (qđ
uult, uos eſſe remiſſos, & tepidos, ſicut ip- 27
ſum eſt) ſed conformamini cum priſcis pa-
trib. ſtatus ueſtri, hoc quippè eſt rationabi-
le obſequium.

Cũ ieiunaſſet quadraginta diebus, &c. Tã
diu ieiunat pulcherrimus, & delicatiſſimus
inter natos mulierum in illa aſperrima ſoli
tudine. Si tu, o frater, times te ieiunio pul-
chritudinẽ tuã eſſe amiſſurum, conſidera q̃
pallidus, debilis, & macilentus remãſit pul-
cherrimus Ieſus. Si corporis tui teneritudi
nem atq. imbecillitatem pertimeſcis, contẽ
plare delicatiſſimũ Dñm in medio hyemis
ad frigus, pluuiam, ac gelu commorantem,
abſque lecto, nec domo, in nuda humo dor
mientem, ſuppoſito diuino capiti lapide. O

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnales homines huius ſeculi, quiq́ue uos delicatiſſime tractatis, q̃ aſperè uos hic Dominus infinitæ maieſtatis reprehendit. Ieiunauit Rex Niniues, & opertus eſt cilicio, & ſtatim uniuerſi eius ſubditi illũ imitati ſũt. Quin uſque ẽt, & pueri ieiunarunt, & nos ò Chriſtiani, quare regẽ ueſtrũ nõ ſic imitamini? O Chriſte cęli, ac terræ imperator potentiſſime fragilitatẽ noſtram tu Domine confortа, quo te in hac ſancta quadrageſima ſeruentiſſimè imitemur.

Ioan. 5.

Poſtea eſurijt. Et accedès tentator, &c. Vt eũ eſurientẽ uidit, ſtatim occurrit tentaturus eum. Ex quacunq. minima re occaſionẽ ſumit Sathanas tentãdi nos. Si te uidet ſaturatum luxuria tentat, ſi uerò famelicum, gula te oppugnat, ſi laborib. oppreſſum impatientia, ſi ,proſperum, ſuperbia tentat. Nullam occaſionem prætermittit, qua aduerſus nos non utatur. Vna aũt ex occaſionib. quibus aduerſus nos utitur, eſt quando nos ſecularium rerum eſurientes animaduertit. Prępa-

Simile.

rat uenator rete in tpe frigoris, qñ nõ eſt qd paſſeres comedant, & ponit in eo cibũ, tunc uolat paſſerculus, ac famelicus deſcendit e-

29 ſurus, nec qd aliud curat, niſi ingredi ad edẽdum, & quando minus arbitratur comprehenſum ſe experitur, & ſic moritur, cũ ſuo uentriculo pleno. O paſſercule ſatius eſſet tibi famem perpeti, q̃ cum tanto detrimento tuo ſaturari. O peccator ptę nimia fame q̃ habes honoris, uoluptatis, atq. utilitatis, nihil aliud animaduertis, niſi ut uoluptatẽ tuam impleas, cumq́ue diabolus te adeò eſurientem animaduertat, rete tibi tendit, & ſępenumero tam famelicum te uidet, ut nõ

Prou. 6.

ſit illi neceſſe laqueos abſcondere. O terribilem miſeriam, q̃ ad aues aucupandas abſcondunt aucupes retia, fruſtra enim iacitur re te ante oculos pennatorum. Nam ſi illud aues inſpicerent, abſq. dubio id fugerent, q̃ tumuis famelicę eſſent. Tu uerò brutis animantibus irrationabiliõr, ſciens, te à Sathanę laqueis pateris comprehendi.

Dic ut lapides iſti panes fiant. Diceret illi

30 (credo) Aduerte Domine tenimis macilentum eſſe, pęnitet me, q̃ te ita debilitari ſinas, præcipuè cum reipublicæ doctrina tua multum ualeas proficere. In tentatione ple-

Genes. 3.

rũq́ue fingit diabolus ſe amicum noſtrum eſſe. Et ita ſeſe oſtendit, acſi homini magno pere compateretur. Sicuti cum pietatis ſpecie ad Euam acceſſit dicens ei, cur præcepit nobis Deus ne comederitis ex omni ligno paradiſi? Acſi diceret, doleo q̃ tam bonum quid uobis Deus uelit adimere, poteratis namque dij eſſe, ſi ex illa arbore, quam uobis prohibuit, comederetis. Talem pietatis ſpeciem pſeferens acceſſit tentatus? Dũm, ſiqdem (inquit) neceſſitatem habes ne te ita mori patiaris. Credite mihi fratres, una ex tentationib. qbus Sathanas plures animas in infernũ detruſit, eſt neceſſitas. O

31 quot mala neceſſitatis titulo committunt. Idcirco mũdus Tyrãnide oppreſſus eſt, qa dicitis, opus eſt mihi familiã, ſtatumq́ meũ ſuſtinere. Idcirco tãto animi affectu dicebat Dauid, de neceſſitatib. meis eruе me. Pſalm. 24
Fratres meis hoc uos exhortor, neq́s dicat, neceſſitas caret lege, Nulla neceſſitate coactus debes tu Deũ offendere, circũcide neceſſitates tuas, ſi arietinas carnes edere nõ ſufficis, ede bubulam, ſin, minus panẽ, & cepã & ad Deũ clama, ego quippè ſine pane, non aũt ſine Deo ualeo ſuſtineri. Itaq; q̃do etiam pane indigueris ſpera in Deo, & potius eſuri quàm Deum offendas, nec timeas quod tibi deſit.

Dic ut lapides iſti panes fiant. Satis appa-

ret hoc argumẽtũ demolitionẽ diaboli eſſe. Quid uni homini temperatiſſimo, ſicut dñs erat nõ ſufficeret unũ lapidẽ in panem cõuertere, ſed qđ ex multis lapidib. panes

32 erat effecturus? Timete fratres uniuerſum genus abũdantiæ terreſtrium rerũ negotiũ eſſe diaboli conãtis efficere, nè paucis contẽti ſimus. Vt hanc mihi ueritatẽ pſuadeã

3. Reg. 19.

rem quandam in diuinis literis inuenio ad mirabilem, uidit ſe S. Helias maxima quadã neceſſitate oppreſſum. Narra ut ibi. Et attulit ei Angelus cibum. Ecquid ei attuliſſe putatis, reſpexit ad caput ſuũ, & ecce ſubcineritius panis, & uas aquæ, & nõ plus.

3. Reg. 17.

Ecce ad quid deſcendit Angel⁹ de cęlo. Tãtummodo ei, & uix etiam neceſſariũ attulit, non carnes quidem, nec delicatiſſima cõdimenta, quibus filij huius ſæculi uti conſueſcũt. Etiam legimus eđẽ Heliæ in neceſſitate conſtituto deſcendere cõſueuiſſe cor-

33 uos afferẽtes mane, & ueſperi parũ panis, & carniũ, & bibebat ex torrẽte qui illic erat. O incõmutabilis De⁹ ecqs eſt hic ſermo? aquã p menſuram, & moderate res tpales ſancto illi à Deo ſuppeditabantur? Hic eſt diuinus ſermo, quo dñs nos docet ex his temporalibus rebus nos neceſſaria tãtummodo ſine exceſſu, & cũ maxima moderatione ſumere oportere. Ideo D. Paul⁹ dicit:

1. Corin.

omnis

Omnis, qui in agone cõtendit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidã, ut corruptibilẽ coronã accipiant, non autẽ incorruptã. O gẽs ſine conſideratione, ò homines, qui cælum parui ęſtimant, illamq́; immarceſſibilem, perpetuamq́; atque incorruptibilẽ coronã

34 p nihil habẽt, ſi illi omnibus rebus ſe expediebãt, atq. ab oĩbus abſtinebant, ut quatuor minuta cõſequerentur, quare tu optimos cibos, meliores q̃ potius ſequeris in his totũ uitæ tuę tẽpus conſumens, & ſic remanes impotens ad reſiſtendum diabolo?

Dic ut lapides iſti panes fiãt. Hoc expetit etiã hodie Sathanas, ſcilicet, ut lapide, qui ſunt pœnales, ac pœnitentiales exercitationes in panes uoluptatũ cõuertantur, & hoc plurimis qdẽ ſuaſit, dicens: dñe ne ieiunes nec te affligas, nã Chriſtus p oĩbus paſſus eſt. Attẽdite fratres, ego nolo dicere Chriſtũ Redẽptorem noſtrũ p oĩbus mortuum non fuiſſe, imò uerò dico illũ p nobis omnibus, ac pro peccatis noſtris mortuũ fuiſſe, ita tñ paſſus eſt, ut nobis exẽplum dederit, quo nos etiã pro illis aliquid patiamur.

1. Pet. 2.

Ita dicit Beat⁹ Petrus his uerbis: In hoc uocati eſtis, quia, & Chriſtus paſſus eſt pro nobis, uobis relinquens exemplum, ut ſequamini ueſtigia eius. Ecquid eſt illud hoc, ad

35 q̃ uocati ſumus? Ipſe ſuperius dixerat his uerbis: ſi benefacientes patienter ſuſtinetis, hęc eſt gratia apud Deum. Et ſtatim ſubdidit dicens: In hoc enim uocati eſtis. Itaque Chriſtiani ſumus ad patiendũ imitãtes Chriſtũ Redẽptorem noſtrũ. Sathanas autem non uos ad hoc inuitat, quia lapides odit, & etiam prædicatio, quã duriſſimum lapidem, quo hominũ corda confringerentur, eſſe oporteret, uellet Sathanas ut eſſet mollis panis, confeſſionẽ eſſe etiam molliſſimã atq; mitiſſimã exoptat. Vnde dicit alter: Dñe uade, & cõfitere peccata tua illi patri qa eſt mitiſſimus, & pijſſimus. Et ex cõfeſſione nimis conſolatus euades. Poſt tot ſcelera, quæris conſolationẽ? non deberes quærere niſi eũ, qui te deterrent, atq; dolo

36 re impleret. Nõ dico, ut te deſperare, ſed ut peccatũ ſummopere timere faciat. Non ad hoc profectò fuit aduentus filij Dei in mũdum, uidelicet, ut tu delecteris, uoluptatibus indulgeas. Attende quid dicat Beatus Paulus; Apparuit (inquit) gratia Dei omnibus hominibus, ut abnegantes oẽm impietatem, & ſecularia deſideria ſobrie, & iuſtè, & piè uiuamus in hoc ſeculo. Et deniq; la-

Tit. 2.

pide ſuperauit Dauid gigantem, & lapide percuſſa cecidit ſtatua Nabuchodonoſor Regis, & lapidibus oportet Sathanam à te ſuperari.

1. Reg. 17. Dan. 2.

Qui reſpondẽs dixit ei, ſcriptum eſt, non in ſolo pane uiuit homo, &c. Ideſt, quacunq. re me poteſt Deus, alere, & quanq̃ hæc erat parua tentatio, non tñ illã Dñs parui æſtimauit, ſed ad Dęmonẽ ſuperandũ ſacras literas adduxit. Nonnulli ſunt, q̃ de magnis tẽtationibus dicunt, liberet me Deus ne ta-

37 le faciã, nè hominẽ occidã, neve alienas diuitias diripiã, utinã prius moriar, q̃ tale faciam, in minores autẽ tentationes facilè ſe incidere patiuntur, in murmurationem immendaciũ, &c. facilè labuntur. Nihil aliud uult Sathanas niſi te una ex parte debilẽ experiri, ut te p illam ſequatur, quouſque te proſternat. Quando Euã tentauit, ut uidit eam cauſam fuiſſe uerbũ illud addere ſcilicet, ne fortè moreremur præcipuè cũ Deus dixiſſet, morte moriemini, ideſt, abſque dubio moriemini (hoc enim ſignificat illa Phraſis Hebraica) cùm (inquã) eã mentitã fuiſſe uidit, illic occaſionẽ aſſumpſit dicendi, nequaquam moriemini. Quamobrem

Gen. 3.

Ecc. 19.

frater caue ne minimum quidem illi aditum patefacias. Idcirco dicitur, qui ſpernit modica, paulatim decidet.

Tunc aſſumpſit eum diabolus in ſanctã ciuitatem, &c. O nequiſſime accipiter. Accipiter uix poteſt auem in terra iacentem ad dilacerandam arripere, ſed curat eam erigere, & facere ut uolet, & ita eam faciliùs apprehendit. Hoc ipſum facit Sathanas, quem in terra humiliatum, atque animo ſubmiſſum perſpicit, ſentit ſe nullas aduerſus illum uires habere, atque idcirco curat eum in altum tollere, ut illic con-

38

Simile.

Pſalm. 55.

ſtitutum eum facilè ualeat ſuperare. Idcirco dicebat Dauid: Ab altitudine diei timebo. *Et dicit ei: Mitte te deorſũ.* Hic oſtẽdit diabolus imbecillitatẽ ſuam, ſignificauitq́ue quòd niſi tu temetipſum præcipita ueris, ipſe non poteſt te præcipitare. Ille tibi porrigit enſem, tu uerò te iugulaturus es, ſi uis, ipſe enim nequit te iugulare. Nemo ſuperatur, aut percutitur, niſi à ſe

39

Bernar.

ipſo, & à ſuo proprio conſenſu, idcirco nè totum culpam in diabolum conferat. Ita Diuus Bernardus ſuper illa uerba Pſalmi ſeptuageſimi. Eripe me Domine de manu peccatoris, & de manu cõtra lẽgem agẽtis, & iniqui. Ego (inquit) ſum ille pec-

cator,eripe me Dñe de manibus meis. *Scriptũ est,quia Angelis suis.&c.* Hæc tentatio est replicatio tentationis præteritæ, respon derat enim illi Dñs:scriptũ est, non in solo pane,&c. Arguit nũc sic diabolus. Tam ne-
40 cessarię sunt scalę ad descendendum quàm panis ad edendum,humanamque uitam sustentandã,& siquidẽ tu dicis Deum nõ astrictum esse solo pane hominem alere, q̃ saeris literis uerum esse cõprobas:ergò mitte te deorsum. Nã scriptum est, etiã Angelis suis.&c. Quemadmodũ speras te à Deo absque pane sustentari posse,spera etiam Deũ ab hoc pinnaculo absque scalis te descendere facere posse. Notate,quomodo diabolus sacram scripturam conscissam citat. Nõ enim peruenit usque ibi, in omnibus uijs tuis. Posset enim Christus Dñs noster ei respondere: Me hinc præcipitari non est uia, sed desperatio, Deus autem in uijs custodiam pollicetur. Adeò autem callidus,& sagax fuit tentator, ut ulteriùs non fuerit ꝓ
42 gressus, non.n. quod sequebatur ad intentionem eius conducebat, imò uerò illi repugnabat. Ita faciunt hæretici,qui diuinam scripturã abscindunt, citãtes qd̃ ad eorũ ꝓpositũ spectat ad hoĩes sedocẽdos. Et uicta hac tẽtatione ait illi: *Nõ tentabis Dominũ Dũtuum*. Et statim hoc uerbo se uictum esse fassus est. Vt cognoscatis quam facilè(si uolumus)diabolum possumus superare.

Iterum assumpsit eum diabolus in montẽ excelsum ualdè, & ostendit ei oĩa regna mũdi,& gloriam eorum Benè ostendit diabolus,& depingit res mundi,& gloriam eius, non autem perturbationes,ac mala,quę in eis insunt manifestat. Non ostendit malignus labores ambitionis, sed honorem,nõ luxurię inuersiones,ac molestias,sed uoluptates:hæc est enim eius ars, ac callida demolitio. O si hodie diabolus regna promitteret, quot homines eum adorarent. Nã si
43 quidem propter leuissima quanque utilitatem tot mala committuntur,quid fieret ꝓ regno? Deus nos ab hoc uitio liberet fratres,magnopere enim mentem excęcat,animamque magnopere perturbat. Nihil est iniquius, quam amare pecuniã. Hic enim, & animam suam uenalem habeat. Denotat hic Spiritus Sanctus pecuniæ amatorem omnia uenditurum esse, nec dubitaturum pro pecunia animam diabolo tradere. In hac tentatione iam ei non dixit, si filius Dei es. Iam enim illum purũ hominẽ esse crede
Ecc. 10.

bat,uidens illũ sic passum fuisse se huc atq; illuc deduci. Cumque dixisset. *Si cadens in terrã adoraueris me. Tunc dixit ei Iesus. Vade Sathana*. In hac impetuosa uoce duos Dñs erudiuit:alterum est q̃ celeriter à nobis tentationes,atque etiã malas cogitationes expellere debeamus. Quã celeriter Simile.
à uobis ignis scintillas eijcitis, tam celeriter,& multò celeriùs etiã has res à uobis de- 45
betis eijcere, cum sint scintillæ infernalis ignis. Alterũ est q̃ si honorem tuum quis pstrinxerit,patienter feras,& dicas:plus etiã dicerent,si me cognoscerent. In honore autem Dei propugnando prestantissimum pectus, leoninamque animi magnitudinem ostendas. Verùm proh dolor quã uice uer- Simile.
sa hoc facis? Si comburitur uestis q̃ tecum geris,benè hoc sentis, sed si ea cõcrematur quæ in arca inclusa est,non hoc sentis. Cũ adeò ꝓprio nostri amore induti simꝰ,hinc prouenit, q̃ cũ perstringimur, magnopere illud sentimus. Cũ uerò honor Dei in oblitionis arca inclusus delitescat,licet concremetur,nequaquam hoc sentimus. Non ita oportet esse fratres charissimi, siqdẽ Deus tãto honore, ac gratitudinę dignus est,nosque tot, tantisque beneficijs ei deuincti sumus. Tũc reliquit eũ diabolus. Victus scili- 44
cet,& pudore confusus, Parũ prodest nobis unã aut duas tentationes superare,nisi omnes ad Dñi imitationem uicerimus. Et sicuti parta uictoria ad eum Angeli accesserũt, qui eĩ in illa solitudine ministrabant spere mus nobis post huius mortalis uitæ conflictũ diuinæ gratiæ auxilio uictoria reportata à Deo gloriam esse cõcedendam. Ad q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria IIII. post Dominicam I. In Quadragesima.

Accesserũt ad Iesum scribæ et pharisæi dicentes; Magister uolumus à te signum uidere.&c. Matth. 12.

MEMOR fui iudiciorũ tuorũ à sæculo Dñe,& consolatus sũ. Mirabile est cõsidera tu q̃ hic S. Prophera dicit: Non enim uideo quarè iudicia Dei,quę in hoc sæculo contigerunt,eum cõsolari possent, 1 Psal. 118.

sent:nimis enim terribilia iudicia fuerunt, Apo.12.
Peccarunt Angeli,& ꝓpter unũ uolũtatis motũ,quo in superbiã elati sunt,eos perpetuis Gen.3.
inferni ignibus condẽnauit. Peccauit hõ,& ꝓpter unã buccellam pomi uniuersum genus humanum in miseriam, ac perditionẽ Gen.7.
deuenit. Peccauit mũdus per lasciuiã,& uniuersus diluuio submersus est. Peccarũt Sodomitæ,& ignis de cælo pluens deuorauit. Gen.18.
Quæ cũ ita sint ò sancte Propheta qd in talibus,& his similibus Dei iudicijs reperisti,q̃ te nõ in timorem, atque admirationẽ
1 potiùs adduxerit, q̃ consolationẽ tibi attulerit? Meliùs diceret(humano iudicio) Memor fui iudiciorũ tuorum à sæculo Dñe,& cõtristatus,ac cõturbatus sum, q̃ cõsolatus sum,qs aũt optimè dictũ dubitat, q̃ a Spiritu sancto dictũ fuit. Exaggera tũ quantũcunq. uelis diuina iudicia:quò etenim maiora,& terribiliora sunt,eo maiorẽ aiæ consolationem afferũt. Ex ipsis nanque patet nũquã Deũ adeò iratũ extitisse quin peccatorem contritũ,& humiliatũ ad se reciperet. Discurre ò homo per uniuersa Dei iudicia,& non reperies peccatorem contritũ, fuisse repulsum,nec illius lachrymas cum cordis dolore ꝓfusas,à Deo fuisse neglectas. Magna est hæc peccatoribus consola-
2 tio. Quòd non uiolabit Deus legem, q̃ per sanctos suos sanxit. Esaias enim dixit,si re- Psal.30.
uertamini,& quiescatis,salui eritis. Et per Ezechielem,ait uiuo ego dicit Dominus, Ezec.33.
nolo mortem impii,sed ut conuertaẽ impius à uia sua,& uiuat. Conuertimini à uiis uestris pessimis,& quarè moriemini domꝰ Israel? Hæc lex & pactũ cũ hominibus sancitũ est. De hãc dicit Dauid eodẽ Psalmo, Psal.118.
hæc me consolata est in humilitate mea, ideò,in humiliatione mea,ideò, cũ peccaui. Quia eloquiũ tuũ uiuificauit me. Quod Heb.12.
si qs dicat de Esau,de quo B. Paulus dicit, ne qs fornicator,aut ꝓfanus, ut Esau,&c. usque ibi. Non n.inuenit pœnitentiæ locũ,
3 quãquã cũ lachrymis inquisisset eã. Et de Saul dicitur:quòd dixit ad Samuelem, Peccaui,quia præuaricatus sum sermonem Domini,sed nũc porta quæso peccatum meũ. Et respondit Samuel dicens: Triũphator 1.Re.15.
Israel non parcet,& pœnitudine non flectetur. Et de maledicto Antiocho dicitur,orabat autem hic sceleſtus Dominum, à quo 2.Ma.9.
non esset misericordiam consequutus O quam terribiles sunt tres hi casus,quos modo cõmemoraumus, ita ut uniuersum mũdum faciãt trepidare,quòd dicit sacra scriptura horum lachrymas nihil apud Deum ualuisse: uerum autẽ est illas nihil ualuisse,quia ex puro,& intrinseco dolore cordis profusæ non fuerunt. Nã Esau nõ plorabat propter peccata sua,sed propter damna, in quæ per amissionem paternę benedictionis incurrerat,nec uerò deposuit odiũ, quo habebat fratrem suum. Et idem dicẽdũ est de 4
Saule, & Antiocho sicut ibidem ex illis diuinis historijs apparet,& sic hæc ueritas sẽ per firma stat,quod spiritum contribulatũ, Psalm.50.
& cor contritũ,& humiliatum Deus nõ despiciet. Quod illustrius fiducię exemplum uolumus,quã hoc Sancti Euangelij,in quo agitur de Niniuitarum conuersione,qui cũ pessimi essent,post Dei sententiam contra eos prolatam per pœnitentiam eorum peccata dimissa sunt, quando negliget Deus fideles suos pœnitentiam agentes, siquidem idololatras ad ueniam recepit. Innumeræ tibi clementissime Domine gratiæ agãtur, qui tam facilè flecteris,ac leniris. Hæc profectò tam singularis, atque ineffabilis clementia tuam altissimam Maiestatẽ decet. Itaque ex terribilibus Dei iudicijs apparet 5
quàm furtis,ac seuerus est in ꝓteruos, quã q̃ mitem atque benignum sese in pœnitentes ostẽdit,quò mali esse uereamur, atque ad eum reuertamur.

Dicit ergo Sanctum Euangelium. *Tunc accesserunt ad eum Scribæ,& Pharisæi &c.* Quãdo eum populus laudabat, quãdo mysteria facientẽ exaltabant tunc cũ tãta infidelitate accesserunt:quãtò magis corporibus accedebant, tantò magis animis recedebant. Melius propinquabat Sanctus Pe Luc.5.
trus cũ dicebat:exi à me Domine,quia homo peccator sum. Quo magis luna à sole recedit,eò maior illi claritas aduenit à so- Simile.
le:& tunc est clarior,ac plenior,quando est in ultima distantia,qua esse potest: sic etiã quanto magis anima cũ profunda humilitate uilitatisq̃ suæ cognitione magis re- 6
cedit,indignã se reputans ad diuinũ solem accedẽdi,tãtò magis cęlestibus eius radijs clarificatur, ipsiusq̃ donis locupletatur. Et quo propriùs solem luna propinquat eò obscurior,& tenebrosior redditur:taliter accidit animę,quæ cũ uana præsumptione se se dignã indicat ad Deũ accedendi. Ita etiã hi pharisæi,quia cum superbia accedebãt, quo magis propinquabant,eò magis excæcabantur,& obscuri reddebantur.

Di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicunt ergo. *Magister uolumus a te signum uidere.* Insipiens,& mala petitio:seruos Dei
sic oportet postulare: Domine ego volo qđ
tu vis,quod si nolo,fac quæso,me uelle,qđ
B. Ber. tu me desiderare uis,& nihil aliud.Nã ut di
cit Beatus Bernard⁹,quid ardet in inferno,
nisi propria uoluntas?uerbum infernale est
Deo dicere: uolo. Et illa maledicta Hero-
dias hoc pessimo uerbo usa est in illa sacri-
7 lega petitione dicẽs:uolo ut des mihi proti
Matt.6. nus in disco caput Ioan.Baptistæ.Notãdum
est nihil esse tam liberum in his inferiori-
bus rebus,quàm hominis uoluntatem,om
nia enim alia admirabili quadã subiectio-
ne Deo,ac creatori suo obediũt,absque ul-
la repugnantia.Optimi huius ueritatis te-
stes sunt omnia eius opera,ac perseuerãtia,
quam in eorũ motibus experimur.In solo
homine magnũ quoddã dominum, liber-
tasque inuenitur,qua uult,quodcunque li
bet,etiam si cælis,inferno,atque ipsi etiam
Deo repugnet.Hæc autem libertas tam na
turalis est homini sicuti habere animam ra
tionalẽ.Et quosque Deus illi esse hominis
adimat,eumque penitus annihilauerit, im
possibile est illum hanc libertatem amitte
re. Semper quotiescũque ei libuerit,dicet,
non,etsi sit contra Deũ.Et hęc est peccato
rũ omniũ causa,scilicet, dicente Deo:uolo
ut hoc fiat,dicere hominẽ,nolo hoc facere,
8 aut uolo cõtrarium facere,dicẽte Deo,hęc
Miere.2. est uolũtas mea,dicere hominem. Non est
hæc mea.De hoc maximè querebat Deus,
à sæculo confregisti iugũ meũ, rupisti uin
cula mea,& dixisti.Non seruiã.Hæc est ra-
dix peccati,& nisi esset hoc volo cõtra Deũ
non esset utiq. peccatum.Et medicina,quę
morbũ curat,ut sit bona,debet illius radicẽ
destruere.Quia autẽ pœnitẽtia est medicina
salubris,prius rebellionẽ illã, & contradi-
ctionẽ destruit, uoluntatẽq. omnino Deo
redigit.Et quia primus uoluntatis actus est
diligere,sic ut auditus audire,& qui uere,
& ex animo aliquid diligit, totũ ei cor suũ
tradit,uoluntatẽq. submittit, nihil est qđ
enim sufficiat impedire,nec labor,nec insa
9 mia,nec ipsa quidẽ mors Sic etiã uoluntas,
q̃ uerè in Deo assidet,omnia posiponit, tã
dulcia quàm amara parui facit,et diuinam
uoluntatẽ adimpleat Quod si ad hãc subie
ctionẽ,& amorẽ conseruãdũ necessarij fue
rint labores ad sẽsualitatis rebellionẽ mor
tificãdã,defueritque qs uobis labores affe
rat,uosmetipsi uestri ipsorum debetis esse
carnifices,disciplinis,ieiunijs, ac deniq. ui
gilijs uos mortificãtes:quæ si non sunt opi
nione fallimini arbitrantes in uobis esse
amorẽ,diuinæq; uolũtati cõformitatẽ. Ita
que sicuti malorũ omniũ radix est propriã
uoluntatẽ sequi,sic etiã radix bonorũ om-
niũ est hanc propriã uoluntatẽ abnegare,
soliq; diuino beneplacito conformari. O Psalm.15.
quã conformis huic erat Sãctus Propheta
Dauid,cũ dicebat.In me sũt Deę uota tua,
quę reddã laudationes tibi; idest, quas tibi 10
Domine gratiarum referã actione,eò quod
mihi auxiliatus es,quòd hanc promptitudi
nem haberem,ut in me uniuersa uoluntas
tua cõpleatur.O quis ad tãtũ perfectionis
gradum deueniret,atq; adeò diuinæ uolun Simile.
tati esset subiectus. Voluntatem Christiani
oportet esse tanquã magni cuiusdã domini
cellarium,ubi uniuersa reperiuntur.Si do-
minus petit pdicé, perdix ei offertur,si gal
linam,statim gallina adducitur,si caponẽ,
etiã in eius cellario reperitur.Talẽ oportet
esse uoluntatem nostram, ut quicquid Deo
edere uelit,in ea inueniatur.Si uult te esse
infirmum,aut sanum,diuitẽ, siue pauperẽ,
ad omnia te præparatissimum esse oportet.
Hoc significat.In me sunt Deę uota tua.In Psalm.3.
nomine Christi Redẽptoris nostri dixit Da
uid,In capite libri scriptum est de me,ut fa
cerẽ uolũtatẽ tuã:Deus meus uolui.Et legẽ 11
tuam in medio cordis mei.In capite libri
idest,unũ ex præcipuis,de quibus agit san-
cta scriptura(ait Christi⁹ Redẽptor noster)
est de obediẽtia,quã ego habui patri meo.
Et quomodo ei tãta cordis submissione o-
bediui. In hoc igit pcipuè fratres dilectis-
simi diligẽtissimè curare debem⁹ ut Iesum
Christũ Dñm nostrũ imitemur.Quòd diui
na Dei præcepta non solum exterioribus
auribus,sed corde etiã recipere debemus,
peculiari quodã affectu i medio uiscerũ no
strorum illa gestãtes.Et hoc significat legẽ
tuam in medio cordis mei.O Christe perfe
ctissime totius obedientiæ magister,quia cũ
uolũtas tua adeò circunspecta esset,ut limi 12
tes rationis nescierit,nec potuerit præteri-
re,uerũtamẽ cõtra eã,uocem assũpsisti,cter
noq; patri dixisti. Nõ mea,sed tua uolũtas
fiat.Nũquid ego uolo, ut in omnibus fiat
uoluntas mea,atque omnes mihi obediãt,
per uiscera misericordię tuæ dñe te rogo
ut tuum cęleste auxilium mihi impertiare:
ne unq̃ dicã,uolo cõtra tuã diuinã uolũta
tẽ. Dicũt illi: *Volumus a te signũ uidere.* Libe

ret nos?Deę à tali cæcitate. Postq̃ plurima
i eius cõspectu mirabilia fecerat,cum hac
in falsa,atq;insipiẽti petitione accedũt. Ad
eò decepit,& extra se incedebant, ut nihil
eorũ aiaduerterent.O fratres charissimi,ec
qđ erit si nos adeò amentes, & extra nos
incedim⁹,ut ad diuina uerba,atq;mysteria,
quæ nobis quotidie Dei nomine dicuntur,
non attendamus? Cùm hoc tanquam ter
ribili maledictione cõminatus est Deus He
13 bræos,& in illis nos ẽt per Ezechielẽ,dicẽs: Zach.14.
Couertimini,& recedite ab idolis uestris
& ab uniuersis contaminationibus uestris,
auertite facies uestras. Quis homo, homo
de domo, Israel, si alienat⁹ fuerit à me,&
posuerit Idola in corde suo, & scandalum
iniquitatis suę statuerit cõtra faciem suã,
& uenerit ad Prophetam, ut interroget p
eũ me.Ego Dominus respondebo ei p me,
& ponam faciem meam super hominem il
lum,& faciam eum in exemplum,& in pro
uerbium,& disperdam eum de medio po-
puli mei.Et scietis,qa ego Dominus.O me
tuendũ Dei iudiciũ,ò quàm terribilia, atq;
obstupenda uerba.Ecquis est adamas, qui
hæc audiens præ timore nõ confringatur?
14 Tu,ò carnalis concubinarie, qui uoluptа-
tem adoras,tu,ò supbe,q honorem, tu ò
auare,q pecuniam tanq̃ Deũ uenerаris,&c.
Omnes esti idololatrę,qui in corde uestro
idola collocata defertis,siquidm ea tanto-
pere diligitis,& tam firma proposita habe-
tis,non dimittendi ea,& p complementũ ad
audiendas prędicationes accenditis. Atten
dite quàm acriter uos hic Deus commina
tur,se non solum seculo, sed in presenti
etiam de uobis suppliciũ esse sumpturum,
atque ita,ut in exemplũ,& prouerbiũ alijs
maneatis. O hoies a uobis metipsis aliena
tos.Redite ad cor,& hæc nimis necessaria
intelligite,ne illa sicut hi miseri Pharisæi
15 incognita ptermittatis. Etiam hęc insania
efficit ut diuersa diuini furoris signa,q diui
nas Maiestas quotidie añ oculus proponit,
nõ intelligamus,nec ad ea attẽdamus,qua
lia sunt tot plia,tot fames,pestes,hæreses,
tot deniq; calamitas,ac miseriæ,q bus uni-
uersus terrarũ orbis replet⁹ est. Sic nobis
cũ Deo nostro cõtingit,ut famulis cũ dño
suo,q arbitrãtes eũ dormire tota die i aula
iocãtur,& saliũt;cũ autẽ dñs eorum nõ dor
miat,audit illo oĩa,& semel tussit,ac bis;ut
itelligãt illũ uigilare,et oĩa audire. Si famu
li prudẽtes,ac urbani sũt,ubi primũ illũ tus
sire audiũt,hac,& illac fugiũt, & illinc recę
dũt.Verũ qd diceretis,si famuli iterũ, atq;
iterũ Dño tussiẽte,cũ illũ audirẽt,nihil eũ
æstimarẽt sed nihilomin⁹ ludos,ac malitiã
suã ulterius pduceret?ò hoies impudici, &
q̃tosupplicio digni esset ergo,ò fratres mei
qđ sunt uniuersa hęc infortunia. Attendite
Deũ tussire,ut intelligatis illũ nõ dormire.
Tussis Dei sunt bella,hæreses,cæteriq; la-
bores oẽs,adeò aũt pueri,atq. demẽtes sum⁹,ut tã manifesta irę Dei signa nõ intelli- 16
gam⁹,nec aiaduertamus,nec emendemur,
nec peccare desinamus,q̃tũcũq. Deus tus-
siat.O terribilẽ impudentiã,ò puerilitatem
diabolicã q cũ labores efficaces sint ad fa-
ciẽdum,ut hoies nõ solum ab illicitis reb⁹
se cohibeãt,sed ẽt à licitis uoluptatibus se
abstineãt,nullã tã i nobis opationẽ faciãt.
Videte quem affectum opati sunt labores
in illis,q ingressi sunt in arcã Noe,licet qua
tuor uiri,ac totidem fœminæ ingressi sunt,
illicq. annum mensem integrum inclusi,
sunt,nõ tñ plures exierũt,q̃ fuerãt ingressi. Gene.7.
Laborqppe ac tribulatio diluuij eos ab ho
nestis etiã,ac licitis matrimonij uoluptati
bus fecit abstinere.Et sic ne peperunt, nec
cõceperunt.Et hoc magis pensãdum est,q
nec agn⁹,nec aliq aliud animal i arca na-
tũ fuit in toto illo tpe, ut cognoscatis q̃tũ 17
animales appetitũ tribulatione fuerint cõpt
si,& hoc ad uehemẽtã cõfusionem,q ea uti ne
scitis. Attendite hęc uerba,qđ à p magna
exaggeratione dicunt,q sunt hæc:In terra Esai.6.
Sãctorũ iniq̃ gessit & nõ uidebit gloriã Dñi.
In terra Sãctorum. Ponit adiectiuum pro
substãtiuo,i.in terra sãctitatum. Vocat aũt
terrã sãctitatum Babilonem,ubi erat popu
lus Israel captiu⁹,& carcere reclusus, cate
nisq. uinct⁹.Nã à Deo hoiẽ tribulari, ac la
borib⁹ opprimi,idẽ reputari oportebat, q
ab eo sãctificari,cum hæc sit Dei intẽtio. At
que iden magnopere cõgrit,q cum illic in
tãta dispositione esset,ad efficiẽdos se san-
ctos,iniq tñ esset.Nõ.n.est parua circun-
stantia uitij illud cõmittere, ubi nulla est 18
occasio,& sic aggrauat peccatum,illud iter
uerbera,carceres, ac captiuitates cõmitte-
re.Aliter qdem us⁹ est Dauid tribulatiõe,
aliumq; satis disparem ex illa fructum pę
pit,q dicebat:Tribulatio & angustia inue- Psal. 118.
rũt me:mãdata tua meditatio mea est.M si
sti(inqt)Dę⁹ meus labores mihi quasi tuę
diuinę iustitię ministros nec cessarũt quous
que me inuenerint:ego nãq. pditus erã.Ec

quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̃d inde subsecutũ est ſãcte Prophetæ qd? Mãdata tua, meditatio mea est. Statim cogitatione mea demoliri atq; meditati cœpi, quomodo mãdata tua melius custodire, & quomodo tibi diligentius, ac gratius seruire. O utinã sic oẽs faceremus fratres charissimi arbitramini unũquemq; laborem esse ministrũ quẽdã iustitiæ uenientẽ uos apprehendere ad ministerium Dei.

Qui respondens, ait illis: Generatio mala, 19 *&c.* Dicunt ei: Magister. Et tam asperè illos tractat; qd est hoc bone Iesu, qñ te Samaritanũ, ac dęmoniacũ appellabant, summa cũ mansuetudine respondisti, dicens: Ego dęmoniũ nõ habeo: nunc autẽ, cum ab eis Magister nũcuparis, dicis eis: Generatio mala? Hoc fecit ut uos hortaretur, ne hilarẽ adulatoribus faciẽ prębeatis, magnopere. n. adulationes animæ officiunt. Et sic B. Hierony. illas animę scintillas appellauit quia eam cõcremant, & in carbones conuertunt. Et Demosthenes dixit adulatorẽ esse peiorem coruo, nã coruus hominibus mortuis, adulator autẽ uiuis oculos euellit, illos aduiatione excæcans. Tanta etenim uis est laudũ, adeoq; homines illarũ desiderio capiũtur, 20 ut ab eis penitus exęcentur. Verũ ò Dñe si q̃dẽ eos reprehẽdis maiores eorũ desine, quare dicis: *Generatio mala*? Hoc ẽ seculari sermone uti, homines. n huius seculi, ppter unũ furorẽ, statim mortuos in memoriã reuocãt, & effodiunt. Et maiorum suorũ pec cata reuelant. Ad hoc respõdeo: Dñm sic illos reprehendisse, ut ostenderet eos a parẽtib⁹, ac maioribꝫ suis iniqratẽ didicisse, atq. ut in hoc parẽtes admoneret, ne liberis suis malum exẽplum prbeãt, ne puertãt sicut illi, qa in maiorẽ cõdẽnationẽ eis redundabit. Attẽdite, utrum hãc malitiã à maioribus suis hęreditate acq̃sierint, ante quorũ cõspectum cum Dñs plutima mirabilia fuisset opatus, ut patet p totum Exodum, illorum omnium ita immemores, ac si nihil unq̃ tale uidissent, in tãtã ingratitudinẽ, ac 21 malitiã deuenerunt ut, uitulum tanq̃ Deũ adorarent. Nunqd maior cæcitas esse potuerat? Vnde hac cęcitate illos reprehendit S. Exo. 32. Moyses, dicens: Vos uidistis uniuersa, q̃ fecit Dñs corã uobis in terra Ægypti Pharaoni: Deu. 29. signa illa, portentaq; ingentia, & nõ dedit uobis Dñs cor intelligens, & oculos uidentes usq. ad pśentẽ diẽ. Ecce quales fuerint, postquã tot mirabilia à Deo facta pspexerant: & q̃ maior cæcitas esse poterat, q̃ quæ dicit de rege Ochozia, q cũ quinquagenariũ principẽ, & quinquagita, q cũ eo erãt ad Heliã apprehendendũ misisset, ignisque à cælo descendens eos omnes deuorasset, q sciens aliũ quinquagenariũ cũ totidẽ uiris iterũ misit qbus similiter cęlesti igne consumptis alios totidẽ tertiò remisit. Nõ uti q. eũ deterruit ignẽ à cælo descẽdisset, tot que homines combussisse. ut uideatis quẽ 22 fructũ mali ex mirabilibus Dei percipiunt. Ex his igit̃ pessimis patribus originẽ ducebant hi filij, dẽ qbus Dñs loquit̃, atq; idcirco illos appellat: Generatio mala. O quam apertè hic Dominus ostendit, qũa uanũ sit Rom. 1. quenquã de maiorũ suorũ nobilitate gloriari; si tamen in eis uirtus nõ illuxit. Quãdã excitat Beatus Paulus quæstionẽ: utrũ cõsentaneũ esset Iudęos gentib⁹, q̃ tũc contuerebant̃ præferri? qa Iudæi anteq̃ Saluatoris nostri Iesu Christi fidẽ susciperẽt, à tã sublimi, ac illustri sanguine originem ducebant, sanctamq; priùs legẽ habebant? & tanquã iudex incorruptus, nullaq; passione cõturbatus iudicauit ab Spiritu sancto conci t⁹ Iudæos nõ pluris esse estimãdos, quã gẽtes dicẽs: Quid ergo? ppellimus eos? nequa 23 quam. Causati. n. sumus Iudæos, & Grẽcos omnes sub peccato esse. Sicut scriptũ est: qa non est iustus q̃squã. non est intelligẽs, aut reqrens Deũ, omnes declinauerunt, &c. Respondet qđ non, qa ante utriusque nationis cõuersionẽ, malitia ac morũ prauitate, utraque infecta erat. Et dicit. Causati. n. sumus, id est, causã sufficientẽ intulimus: q̃ Psalmo decimotertio comprobat, ubi dicit: Nõ est Psalm. 13. iustus quisquã, & quæ sequuntur. Quę quidem omnia generaliter de omnibus, tã de Iudęis, quã de gentib⁹ intelliguntur. Si ob aliquã causã alijs pręferendi erant: hęc esset, qa gentibus meliores fuerant: cũ autem tales non fuerint, manifestè igitur sequitur illos licèt à nobiliore sanguine originem ducant. nequaquã tamen esse pręferendos, 24 neque enim alias nationes uirtutum splendore superabant. Quid ad hæc respondebunt qui de sanguinis, maiorumq; suorũ nobilitate gloriantur, cùm tamen ipsi sint peiores, ac corruptiores uniuerso populo? Etiã hinc elicimus fratres charissimi ad cõfusionem nostrã, nos q in spirituali regeneratione sanctos Apostolos pro patribus habemus, reliquosq; omnes sanctos, qui nos in hac Catholica Ecclesia prędecesserunt, quã obligati sumus eos imitari, & quantum ab

eorum

eorum uestigij? abhorremus. Dicebat S. To
Tob. 2. bias, quibusdam non loquentibus qualiter oportebat: Nolite ita loqui, quoniam filij Sanctorum sumus, & uitam illum expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Et B. Paulus dicit de Sancto Noe. Et iustitiæ, quę p
Heb. 11. fidem est, hæres institutus est. Nõ multum fuit, nec æstimat Sanctus Paulus Noe uni-
25 uersi terrarũ orbis hæredem, ac dominum suisse constitutum. Sed maximè exaggerat illum uirtutũ oĩum maiorũ suorũ hæredẽ fuisse factum. Oẽs uirtutes in eo adunatæ, ac cumulatæ sunt, ipsasque ille tanquã patrum suorum hæreditatem possedit. Innocentiã uidelicet Abel & deuotionẽ Enoch, &c. Nunc autem ualdè gloriabimini maiorum uestrorũ primogenituras hæreditare, non uero illorum uirtutes imitari. Hãc igit̃ fratres mei oportet esse nostrã præcipuam prætensionem, scilicet, ut Sanctos omnes,
26 ac Sanctum Sanctorum Iesum Christum fi
Psalm. 17. lium Dei imitemur: idcircò. n. ipse pater noster dicitur, & nos eius filij nominamur. Ve runtamen iure optimo de nobis queritur, dicẽs. Filij alieni mẽtiti sunt mihi, filii alieni inueterati sunt, & claudicauerũt à semitis suis. Tria hic dicit de malis, uidelicet, illos in nulla alia re esse filios suos, nisi in no
mine, & filios esse Sathanæ. Primum queritur, quia cum emendam proponant, nõ stãt promissis, sed mentiuntur. Secũdo, quia in uitiis suis inueterati sunt. Tertio rationem reddit, unde hoc malũ procedit. Et claudicauerunt (inqt) ideſt, quia claudicauerunt a semitis suis, hoc est, a bono, q̃ facere cœperunt. Et hinc prouenit, ut mentirentur, & postea in malis inueterascerẽt. O beatos seruos Dei, qui aliter generationem suã sequunt̃, & sp eis modicum apparet, q̃ fece-
27 runt, qa in prestantissima patrũ suorũ ope
Bernar. in ra, oculos deferunt cõstitutos. Et sic B Ber
ser. de di- nar. in serm. quem habuit de B. Benedicto,
uo Benedicto. dicit. Abbas fuit, & ego. Sed, O Abbas, & Abbas. Nomen unũ, sed in altero sola magni noĩs umbra. Ministerium unũ, sed heu me, quã dissimiles ministri, q̃tum ministratio ipsa dissimilis. Væ mihi si tã longè a te fuero, ò B. Benedicte, in futuro, quam a tuæ uestigiis sanctitatis me longè esse reperio in prę senti. O si hãc cõsiderationem haberemus singuli cum unoquoq; in cęlesti regno cõmorãtium. Si tm̃ a te in futuro absum, q̃tũ ò sanctæ Dei in pśenti p imitationẽ distο, quid mihi erit? quo tandem deueniam?

Dicit ulterius: *Et adultera.* Si quidẽ uerũ Deũ suũ creaturarũ amore capti relinquebãt. Vñ infert nobis ẽt ignominiosum hoc uerbum quadrare. Et sic B. Iacobus dicit: Iaco. 4. Adulteri, nescitis, qa amicitia huius mũdi, inimica est Dei? o q̃ aptè nomen istud peccatorib. quadrat. Nam sicut adultera bona habet exterius uerba erga uirũ suũ, & ei di
28 cit. Dñe mi, bonum meum est, &c. cor uerò in amico collocatum habet, sic ẽt plurimi peccatores dñt. O Dñe mi Iesu Christe, o dulcis Redemptor me⁹, o amator aíę meę, cor uerò in iis cõstitutum hñt, q̃ ipsi sciunt. Hoc optimè aduotauit Dauid, qa pro eo, q̃ Psalm. 77. nos legimus. Et dilexerunt eum in ore suo Versio Hie lingua sua mentiti sunt ei, B. Hier. ex Heb. ronym. uertit. Et lactauerunt eum in ore suo, &c. In hoc significant̃ suauia, ac dulcia uerba, q̃ bus Deum alloquimur: cum tñ amorem in secularib. immunditiis collocatum habeamus. Vnde p eo, q̃ nos legimus: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, alii uerterunt. Multiplicata sũt idola eorum, post alium accelerauerunt. Spem, obedientiam, atq; amorem, q̃ Deo Psalm. 15. debes pręstas, o auare pecuniis, amico uen- 29 tri, &c. hunc Deum tuum constituis.

Signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ Prophetæ. Mores, ac crux Iesu Christi S. N. est certissimum signum condemnationis, & perditionis malorum. Post tm̃ beneficium, ac tam copiosam redemptionem, nulla ꝑ sus malo remanet excusatio, si tm̃ in iniqta te sua pseuerat. Vultis hoc aptè cognoscere? Siquis magno quodã morbo in lecto te- Simile. neret, nec in tota Hispania esset, qui ei mederi sciret, q̃ nuncii ad maximum quendã medicum in Indiis cõmorantem pueniunt, quib. auditis statim nauim ascendit, & puenit in Hispaniã accedit̃q; ad illius domum ut eum curet, illumq; incipit consolari, dicens. Ne timeas frater, medicamina enim affero, q̃ morbum tuum curare sufficiunt, statimq; medicamenta incipit ꝑparare, & ip- 30 se de suo mer sanguine effundit, ad saluberrimum quodã unguẽtũ efficiendum: quibus ꝑparatis, si ille nolle ex aliqua illarũ rerum fructum pcipere, sed diceret illi: dñe abi cũ Deo, nolo etenim remediis tuis uti, nec q̃q̃ estimo, q̃ ex Indiis me curaturus ueneris, & illum, eiusq. medicamenta negligeret, qua pena digna esset tanta ingratitudo? O Deus Opt. Max. si tu nobis ignorãtię

ueium

uelum adimeres, oculosq; nostros aperires, optimè cognosceremus, nos in hanc ipsã ingratitudinẽ incidere, qa ex cęlo in terrã infirmitatẽ nostrã curaturus descẽdisti, medicaminaq. q̃ sunt Sanctiss. Sacramẽta ꝓprio sanguine cõfecisti, q̃ ãt hęc salubetrima me
31 dicamina tantopere negligamus, signũ ꝓfecto est hoc condemnationis illorũ, q talefaciaus, tãtamq; ingratitudinẽ cõmittunt. O q̃to cũ affectu dicebat S. Iob: Terra ne operias sanguinem meum. Tu, tu, ò terrene pec-
Iob 16. cator, Iesu Xpi sanguinẽ operis ne appareat qñ ex illo fructum nõ ꝓcipis, acsi ꝓ te mortuus non fuisset. Fac igitur frater mi, ut in te pretiosissimus hic Dñi nostri Iesu Christi sanguis appareat. Perspiciatur frater sacratissima S. N. mors in emenda, humilitate, ac denique mortificatione tua.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. Dicat aliquid de Iona, & quõ ad littus exiuit, & in
Ionæ 3. ciuitatẽ ingressus est. Et clamauit, & dixit: Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. O q̃ elegans oratorꝛ ò q̃ eximia argumentorum compositioꝛ ò q̃ta uerborũ ornatissimorum eloquentiaꝛ quid barbariùs,
32 aut rusticiùs dici poterat? Et tñ tanta erat uerborum eius uirtus, & efficacia, ut oĩum corda penetraret. Et crediderunt viri Niniuitæ in Dño, & prædicauerunt ieiunium, & uestiti sunt saccis a maiore, usque ad mino-
1. Cor. 4. rem. O q̃ uerum est illud Apostoli dicentis: Non in sermone est regnum Dei, sed in uirtute. Discant nunc ꝓdicatores populorum uanas istas eloquẽtias deponere, & Dei spiritum q̃rere, qui dat uoci suæ uocem uirtu-
Psalm. 67. tis, quiq. tanq̃ sagittis auditorum corda pcutit, & planis atque incomptis seruorum suorum uerbis uiscera transfigit. Frustra resonãt exteriora uerba q̃tumq. ornata atq. cõposita sint, nisi intus spũm dñi, & sanctam eius operationẽ deferant. Et puenit uerbũ ad regem Niniues, & surrexit de solio suo & abiecit uestimẽtũ suũ à se, & indutus est
33 sacco, & sedit in cinere. O sapiẽtissime Rex, ecquis te docuit, cũ Ethnicus sis, Deũ pœnitentia mitigari? ubi hoc legeras? audiuisti sẽtentiam contra te prolatam, nec de uenia in Deo cõfidens, desperasti, qui qdem sententiam poterat commutare, etsi consiliũ non poterat derogare. Profectò si Prophetã audijsses dicentem. Agit pœnitentiam, q̃ nisi egeritis, morte morietmi, nõ esset mirum si hac admonitione commotus pœnitentiam ageres. Verũ illos omnes esse peri-

turos absolutè affirmauit, nec uero tã aspe
rum uerbum Regis spem abstulit. Et illic
sperauit, nbi nulla spei occasio apparere uidebatur. Et sic dixit. Quis scit si conuertat,
& ignoscat Deus? O q̃ gratissima fuit Dei
hæc spes cum pœnitentia, q̃ egerunt. Ideo
sequit. Et uidit Deus opera eorum, qa con- 34
uersi sunt de uia sua mala, & misertus est super malitia, q̃ locutus fuerat, ut faceret eis,
& non fecit. O q̃ta confusio hæc est illis miseris Iudæis, q talem habuerunt prædicatorem, sicuti Iesum Christum filium Dei cũ
talib. uerbis, ac promissionib. atq. cõminationib. qbus illos comminatus est, cũq. tã
splendidis miraculis, qualia nullo unq̃ tpe
in orbe uisa fuerunt, qbus suã cęlestem doctrinã satis superq. eo comprobabit, & illis,
ac modo, quo ea faciebat, manifestè oñdit
se uerum esse Deum, cũ ita efficaciter creaturis oĩbus imperaret, eiq̃ oĩa obedirent,
& tñ ei credere noluerunt. Et q̃ta ẽt nobis
est confusio, quibus cum quotidie plurimi
spũales viri Dei uoce prædicent, totq̃ rõnes adducant, q̃ ad lapides ipsos confrin- 35
gendos sufficiant: minimam tñ, aut quasi nullã
in cordibus nostris impressionẽ faciunt. Per Hier. 23.
Hieremiam dixit Deus. Nunquid non uerba sunt quasi ignis, & quasi malleus conterens petram? Et B. Paulus dicit. Assumite Eph. 6.
gladium spiritus, quod est uerbum Dei. Et Isai. 55.
Isaias: Quo descendit imber, & nix de cęlo
& illuc ultra non reuertit, sed inebriat terram, & germinare eam facit, & dat semen
serenti, & panẽ comedenti, sic inebriat uerbum meum, q̃ egredit de ore meo, & nõ reuertet ad me uacuũ, sed faciet quęcunq. uolui, & prosperabit in his, ad q̃ missi illũ. Ecce
fratres, qũo diuinæ literæ in oĩbus his locis
tã diuersis noibus verbũ Dei appellãt. Dñt
n. illud ignem, malleum gladium, aquam, 36
ac deniq. niuem. Si ergo diuinum uerbum
propter diuersos effectus, quos in hominũ
cordibus efficit, omnibus his nominib. nuncupatur, si corda uestra illis non cõmouentur, cuius metalli sunt? q̃ si carnea essent, si
quidem uerbum Dei gladius est, iã illa abscidisset, & percussisset, si ferrea essent, siqui-
dem uerbũ Dei est ignis, iam illa incẽdisset: si lapidea essent cũ diuinus sermo malleus
nuncupetur, iam illa confregisset. Denique
si terrea essent, siquidem uerbum diuinum
est aqua, iam illa mollificasset, siquidem (in
quam) est aqua, quæ terram mollit, & nix,
quæ eam uberem reddit, in illis hanc ope-

ratio-

rationẽ feciſſet. Et quãdoquidem nulla harũ rerũ molle fiunt cuius materię sunt hæc corda? ò horum adeò dura corda, ut quo ea nomine nuncupemus, penitùs nesciamus, & cuius metalli sint, ignoremus. Quatuor tãtũ uerba tantã ciuitatẽ barbaræ, atque infidelis gentis conuerterunt: tã innumerabiles ãt conciones uix unũ conuertere sufficiunt. O cæli ò terra tantã Christianorum hominũ duritiẽ admiramini, & super illa
37 obstupescite. O fratres charissimi, per reuerentiã Dei uos rogo, ut hanc à uobis obstinationẽ expellatis. Quod nobis magis necessarium est, hoc absq; dubio est Dei benignitas, atq; eius misericordia. Hanc autem
Rom. 2. cordis duritia negligimus: sicuti affirmat B. Paulus dicẽs: An diuitias benignitatis eius, & patientiæ & longanimitatis cõtẽnis, ignorans qñ benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundũ ãt duritiam tuã, & impœnitens cor tuum thesaurizas tibi irã in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Notate illũ nõ dicere, ꝑm auaritiã cordis tui, uel luxuriã, uel supbiam, sed ꝑm duritiem cordis tui, ad significandũ hoc esse maximũ iustorum malorũ omnium. Nam si hæc duritia
38 nõ esset, omnibus malis remedium posset adhiberi agẽdo pœnitentiam. Timete fratres mei, ne ad cor durũ perueniatis. Quòd
Isaiæ 5. si ad tantum malum deueniſtis, nunc tempus habetis cum uobis remediũ potestis adhibere. Attẽdite Niniuitis quadraginta die rũ spatium ad agendam pœnitentiam fuisse concessum, ipsos uerò statim illam agere incepisse. Vobis autem non datum est spatiũ quadragĩnta dierum, nec scitis, utrùm hodie, an cras morituri sitis, quapropter hoc occasione utimini, & amodò incipite agere pœnitentiam, uobisque Dominus hic gratiam suam concedet, & in futuro cælestem gloriam largietur, Amen.

Feria V. post Dominicam I. In Quadragesima.

39 *Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, &c. Matth. 15.*

IN hac sancti Euangelij, lectione, supernum quoddam nobis mysterium reuelatur, q̃ quidem ante aduentũ Domini nostri Iesu Christi in mundum nõ fuit intellectum. Est autem mysterium, scilicet, quòd gentes ad Euangelij, gratiæ, meritorumq; Christi saluatoris nostri
Ephe. 3. participationẽ erat admittẽdę. Ita dicit Beatus Paulꝰ: Alijs generationibus nõ est agnitum filijs hominum, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius, & Prophetis in spiritu esse gentes cohæredes, & concorporales & cõparticipes ꝓmissionis in Christo Iesu per Euangelium Concorporales, id é, partes corporis mystici Iesu Christi. Quando Nabuchodonosor iussit tres illos pueros, scilicet, Ananiam, Azariam, Misaelem, in fornacem ignis ardentis immitti, qa eius statuã noluerant adorare dicit illic sacratus Textus, quod uidens illos non cõburi,
Dani. 3. obstupuit Rex, & surrexit, & ait optimatibus suis, Ecce, ego uideo uiros quatuor sõlutos? & ambulantes ĩ medio ignis, & nihil
1 corruptionis illis est, & species quarti similis filio Dei. Hoc summopere admiratꝰ est
Hiero. Beatus Hieronymus super hunc locũ, & dicit. Nescio quomodo Rex impius uidere filiũ Dei mereatur. An ne ipse forsitan filiũ Dei uiderat, ut dicat illum quartum filium Dei similem sibi uisũ fuisset? Ad hoc rẽspõdet, quod cor Regis in manu Domini, & in hoc uoluit significare maximas, ac præstantissimas diuitias, quas gentibus communicaturus erat. Huic Regi oculos aperuit, ut
2 similitudinem filii Dei in humana forma perspiceret. Hæc autem bñficia prædixit S. Isaias, dicens: Deus ipse ueniet, & saluabit
Isai. 35. uos. Tunc quæ erat arida, erit in stagnũ, & si tiens in fontes aquarum. In cubilibus, in ebus priùs dracones habitabant, orietur uiror calami, & iunci. Hæc terra, quæ erat gẽtilitas, ubi tot abominationes grassabant, uitiaq̃ tam patentem aditum habebant, in ea amœnæ arundinas, & iunci orti sunt, qui sunt prædicatores, & doctores Ecclesię, cæteriq. fideles, q̃ Iesu Christi fidem susceperunt, & in anima sua solũ cõstruũt, ĩ quo Dñs requiescat. Et hoc manifestãt hodie in beneficijs, q̃ Deus in hãc mulierem cõfert.

Egressus Iesus. Quam mirabilis est fluui⁹ Simile.
quando ab alueo exit, quàm abundans, atque affluẽs decurrit, non solũ uicinos agros
3 irrigat, q̃bus antea aquã suã impertiri consueuerat: sed etiam eos, qui ab eo procul distant, atque aridi sũt. Exiit Christus Redemptor noster quasi fluui⁹, q̃ ab alueo exit, ex uisceribus purissimæ uirginis Mariæ Dñæ nostræ in ꝓsepio Bethleẽ: eò adeò plen⁹ ac abũdãs gratiæ, atq; misericordiæ uenit, ut

non

non solum uicinos agros, hoc est, Iudæos, à quorũ sanguine, ſm carnẽ dimanauit, q̃bus ꝓmissus fuerat: sed ẽt agros ꝓcul distãtes, atque aridos, scilicet, gentes irrigarit, illisq̃ ſuam diuinam gratiam communicarit.

Et ecce mulier Chananæa finibus illis egressa, Clamauit. Exijt Dñs, & ipsa ei obuia exit. Dominica præterita nobis propositus fuit in sancto Euangelico cõflictus, quẽ Saluator noster Iesus Christꝰ habuit cũ Sathana, ex, quo Dñs uictor euasit, hodie uerò nobis Sanctus Euangelista repræsentatur, qũo ipse Dñs in aliũ conflictũ cũ muliere Chananæa ingressus est, ex quo mulier uictoriã reportauit, & Dñs uictꝰ fuit. Arma quippẽ, quibus mulier hæc uicit, fuerunt magna fides, firma ſpes, ac ꝓfunda humilitas. Per fidẽ etenim sãcti uicerũt, sicuti affirmat Apostolus, dicens: Sancti, per fidẽ uicerũt regna, operari sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones. Armaturam etiã quãdã nimis usitata tam à mulieribus deferebat, quæ est nimis assidua, & prolixa rogitatio. Atq; hæc ei maximè profuit, nam licet prolixa, & crebra rogitatio hominibus odiosa sit. Deo tamen iucundissima est, & ad hunc spiritualẽ conflictum egressa est à finibus illis. In quo significatum est, quod ad consequendum uictoriam à corde Dei (si ita dici põt) non sufficit à terra exire, sed etiam necesse est ex eius finibus egredi. Nã nõ solum nos à peccato exire oportet, sed etiã illi⁹ occasiones effugere. O fratres mei, si elata quadã cogitatione in altum nos extolleremus, & extra cælũ transiremus, considerantes Deũ exisse re, quo in perpetuũ sumus fruituri, quàm libenter terrestria omnia relinqueremus; Dicebat Dauid. Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meũ rigabo, lectum, in quo anima recumbit, est peccatum, stratum uerò quod iuxta lectum positũ est, & per quod ad lectũ conscẽditur est occasio. Non solũ igitur Dauid lectum, hoc est, peccata sua, sed stratũ etiã, hoc est, occasiones; in quas sese immiserat, lachrymis irrigabat. Legitur de quodam duce nomine Sisara, quod cũ optimè armis munitus incideret, hostisq̃ sui Barac manus affugisset, tandẽ in manus cuiusdam mulieris, quæ dicebatur Iahel, deuenit, quę eũ lacte potauit, & soporauit, ac clauo temporibus trãsfixis eum interfecit. O quot homines plurimis uirtutibus armati; cum ex maximis periculis euaserint, quia postea unius mulieris manib⁹ se tradũt, q̃ eos quatuor suauibus uerbis alloquitur, quæ sũt quasi lac suaue, ac dulce, soporãtur, atque sui ipsorũ obliuiscũtur; & sic tandẽ spũali morte intereunt. Caue frater mi ab omnibus occasionibus, præsertimq̃ mulierũ, eo q̃ tam piceata res sit, hominẽq̃ tantopere obcæcet. Dicit mulier pauper: ò Pater, ego habeo in domo talis uiri, qui me alit, quod si illinc exiero, qd faciã misera? Cõsidera (quæso) Sanctũ Ioseph, cuius fortasse uniuersę diuitiæ erãt unũ palliũ, & hoc in manibus dñę sue reliqt, ne pudicitiã suã uiolaret. Et si tibi uidearis, i domo ista locupletãda eẽ, si tibi ẽ occasio peccati, hęc omnia desere, satius est. n. ista amittere, quã deũ ꝑdere.

Cœpit igitur mulier ictus suos fideiplenos in Dominum immittere, dicens: *Miserere mei domine fili Dauid.* O quam acceptabilis est Deo misericordiæ postulatio? si qã aliud ab eo petieris, fortasse illud nõ impetrabis. Domine da mihi diuitias, fortè respõdebit, nolo. Da mihi fructũ benedictionis: nolo (inquiet.) Da mihi honorem, ualetudinem, &c. nolo, quia te his rebus perdes. Verum dic: Domine sum peccator, & puro corde ad te uolo conuerti, & siquidem nõ uis mortẽ peccatoris, miserere mei. Nunquid Deus dicet. Nolo, quia te ꝑdes? Non utiq; nũquã enim hoc fecit: nec ullo unquã tẽpore faciet. Vt enim Apostolus ait. Deus fidelis est, & negare se ipsũ non potest. Notate Apostolũ dicere; se ipsũ, diuitię etenim, honor, ualetudo, &c. non sunt, seipsum. Misericordia autem sic, quoniam misericordia mea tu es, dixit Dauid. Ipse Deus est misericordia, & negare seipsum non potest. Discite igit frater charissime ab hac femina & exclusa oi occasione peccati ante Dei conspectũ ꝓstratus, uide quẽ te oprteat inuocare. Nũqd Dei omnipotẽtiã inuocabis? Non, qa sicuti te ex nihilo potuit creare, sic etiã te annihilare potest, ubi primũ peccaueris. Et si petis, ut tecũ secũdũ omnipotẽtia sua faciat, dignus es, qui ab eo destruaris, & per dis te. Nec eius sapientiã inuoces, si enim exposcis, ut te iudicet secũdum quod de te scit, scit utique te mille infernis esse dignissimum. Ecqd erit tibi? nec ei⁹ iustitiã implores. Nã si iniqtates obseruaueris Dñe, Dñe qs sustinebit? Imò potiꝰ ei dicito. Nõ intres in iudiciũ cũ seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Quem igit inuocabis? Misericordiã.

Hebr. 11.

Iud. 4.

Psalm. 6.

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

Psalm. 31

Psal. 129.

Psal. 142.

Hanc

Hanc debemus oẽs inuocare, & sic dicit B. Paulus: Deus aũt qui diues est in misericordia ꝓp nimiam charitatẽ suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, cõuiuificauit nos in Christo. Nõ appellat Deus diues in cælo, terra, atq; angelis, quia alios meliores potest efficere, sed dicit diues i misericordia, qa habet miam infinitã, nec alia melior esse potest. Hanc igitur miam debes inuocare: siquidẽ Deus adeò paratus est ad ignoscendum tibi. Hoc significauit hic elemẽtissimus Dñs, dicẽs Moysi: Pones propiciatorium super arcam. O q̃ optima cõiunctio, & societas est hæc⁹ in arca quippè erat lex: & super illam iubet apponi propiciatorium, ut si cõrigerit cuipiã in legẽ peccare, in promptu sit propiciatoriũ. Quod si te legis seueritas deterret, cõsolet, ac fulciat te scire propiciatoriũ esse, & ueniã illinc non lõge abesse. Atq. ẽt, quia in arca, in qua erat uirga, iustitia repræsentabatur, & quia mia eius super ola opera eius, idcircò iussit propiciatoriũ super arcam imponi. Tam decorum aũt, atque gloriosũ est Deo, ignoscere, ut cũ Moyses Deũ rogaret, ut peccatũ idolatriæ populo dimitteret, una ex precipuis causis, quas ei afferebat, esset, dicere. Ne q̃so dicant Aegypti: callide eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret de terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiã populi tui. Et candẽ rõnem addu xit, dicẽs: Vt audiant Aegyptij, &c. Et habitatores terræ huius, q audierũt, q̃ tu Dñe in populo isto sis. Vt uir sanctus solummodo Dei gloriam, & honorẽ expetebat, dicit ei: Dñe, attẽde Aegyptios magna, & mirabilia de probitate tua audijsse, teq. timere cępisse. Hęc aũt gloria tua, si istos interficis, diminuetur. Scandalizabitur mundus, & iam nõ uerus, ac misericors Deus esse crederis. Magnificet ergo fortitudo Dñi sicut iurasti, dicẽs: Dñs patiẽs, & multę mię auferẽs iniquitatẽ, & scelera. O mirifica, dulcissimaq. uerba, q̃ quantũcunque lapidea corda mollificare sufficiunt. Magnificet fortitudo tua, Dei fortitudo, nec augeri, nec minui potest, est. n. infinita, & semper una & eadẽ existit: ueruntã non semper hoibus cognoscitur. Et rogat Moyses Deum, ut fortitudinẽ suã nõ puniẽdo quidẽ, aut occidẽdo, sed parcẽdo, ac miam faciẽdo, manifestet, quo agentibus, nõ ut tyrannus, sed ut pius, ac misericors cognoscat. Ecce fratres quãtopere Dei gloriæ cõpetit, ignoscere. Q̃d cũ ita sit cõsi

Ephe. 2.

Exo. 25.

Num. 14.

1. Ti. 2.

Psalm. 85

13

14

15

Isa. 45.

Dionys. II. de Eccle Hierar.

Ezec. 18.

Exo. 20.

Quad. Thom. j. Pars 2.

T uerò

uerò pauperes efficit, quia si haberent diuitias plurima peccata cõmitterent: sicuti prudens medicus alios [*dieta*] alios uerò cordialibus curat: qa utrisq; ita necessariũ est.

Simile. Cum adolescẽs quidam nellet Dñm sequi, eum à Dño fuisse dimissum. Alterũ aũt volentem ire sepelitum, parẽtes suos Dñm di-

Matth. 8. mittere noluisse, sed dixisse ei: Dimitte mortuos, sepelire mortuos suos. Illum reiecit, hũc uerò dimittere noluit, qa sic utriq; necessarium erat ad eorum saluationẽ. Vt

Gregor. notat B. Gregorius: quẽ dimisit, sciebat: pp dilationẽ illi desiderium seruiẽdi Deo esse

16 adaugẽdum, alium uero retinẽdo eius imbecillitati cõsuluit, qui fortasse nõ esset reuersurus, sed p̃ paternę senectutis zelo seculoribus negotijs se implicaret. Atq; ẽt non rñdit ei uerbum, quia suis non solùm Dñs oĩa, quę postulant, concedit, sed simul ẽt illos magnificare, glorioſosq; conaẽ efficere.

Qñ Deus statim petẽtibus concedit, libera litatem suam magnificat, hoc est, declarat, sed petẽtis fides, atq; spes non manifestatur.

Qñ aũt petitionis indulgẽtiam differt, hoc facit, ut petẽtis ualor, atq; excellẽtia cognoscatur. Atq; ẽt ad hunc finem promissa beneficia differt. Qñ Abraham ingressus est i

17 terram Chanaan, non solũ semel, sed bis ẽt illi Dñs supernum, atq. sublime beneficiũ pollicitus est. s. q̃ in semine eius oẽs gentes benedicendæ essent, eius aũt promissionis adimpletio cœpit esse multis post annis, adeò ut dicatur, q̃ tulit Sarai Agar ancillã suam post annos decem, q̃ habitare cęperãt terram Chanaan, & dedit eã uiro suo uxorem. Et hoc ut ibidẽ dicit, qa ipsa Sara non genuerat sibi liberos. Quare igitur Dñs tã sẽrò quod multo tpe antea ꝓmiserat, adimpleuit, ut non solùm Abraham beneficia accipiat, se seq̃ue in eum Deus liberalem ostendat, sed etiam, ut honorificetur, & eiº nomen in mille generationes permaneat, propter fidem, firmissimamq. spem, quam in promissionibus Dei habuit, licet illorum executio multo tempore illi dilata est.

Et accedentes discipuli rogabant eũ. Ma-

18 gnates, & q. apud reges, ac prĩcipes plurimũ ualent, oportet pro pauperibus, & paruulis loqui, eosq̃ue suis patrocinijs adiuuare, ad Sanctorum Apostolorum imitationẽ. Nix, quæ decidit ì montes, qñ solis radij ad eã perueniunt, liquefit, & in ualles descẽdit, & eas reddit uberrimas, si aũt non tangit niuẽ calor solis, illic manet nix gelida, nec liquescit, sic ẽt uos, qui in domibus principũ montes estis: si iam diuini amoris soli illuxit, charitatis q̃q; radij in cordibus uestris reuerberarũt: necessario debet fieri, ut nix uanitatis, potentiarũ q; uestrę uiscera liquefiant, quo uniuersum remediũ in inferiores ualles, qui sunt pauperes, excidat. Est aũt ingenuum argumẽtum nõdum ad uos solẽ peruenisse, siquidẽ tota nix in uobis cumulata manet, totus fauor est uobis, totũ lucrum, emolumentum, ac deniq; æstimatio est uobis, malum signum. O q̃ miserabilis est uisu duritias, ac crudelitas plurimorum optimatum, eorumq; qui apud reges plurimũ ualẽt, & eorũ qui sunt ducũ, prælatorumq; familiares: qui ẽt uolentes eos esse pios, ac misericordes impediunt, atq. ẽt incitant, & modos inquirunt, quibus paruulos, ac subditos suos grauius opprimant. Liberet me Deus à talibus hoibus. Prima oñsio, quam Moyses de se præbuit. Fuit pauperibº, ac lęsis auxiliari. Et notate q. qñ Moyses in sublimi dignitatis, ac dominationis gradu in domo regia constitutus erat, tũc pauperiłęso

20 subuenit, eiq̃ue auxilium suum prẽstitit.

Rñdit Dñs mulieri. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israel.* Quo ergo dixit Apostolº. Expoliãtes uos ueterem hoĩem, & induẽtes nouum in agnitionem Dei, ſm imaginem eius, qui creauit eũ: ubi non est gẽtilis, & Iudæus, circũcisio, & præputiũ, &c. Sed oĩa, & in oĩbus Christus. Ad hoc respõdeo per similitudinẽ. Habet mercator sericum, atque aurũ contextile, pluri mas gemmas, &c. quẽ tu interrogas, dicẽs, Dñe cui hæc attulisti, at ille rñdet. Cõsidera tu, cui tam locuples, atq. pretiosum mercimonium potest esse, dñs, uirisq. primarijs. Et si fortasse artifex, aut agricola aliquid istorum uoluerit emere, nunqd uẽdes hęc eis. At ille dicit. Et quare nõ? Mea præcipua intentio fuit hęc uiris nobilibus afferre, si aũt quisquis alius illa uoluerit emere, ẽt ei uendam. O infelices Iudæi, quãto uos Deº honore affecit, & quã ingratos uos illi præ

21 buistis. Diuitias etenim Euangelij sui uobis diuinus mercator Iesus Christus afferebat, ut eas suo proprio ore prædicaret, sinoq̃ue exẽplo uos ad eas uitaret, atq. ẽt illas gentibus afferebat, uerũtamẽ non fuit missus à patre, ut ipsemet gẽtibus prædicaret, sed ex Apostolorum suorum manibus eas acceptura erant. Tunc accessit illa dicẽs, *Domine adiuua me.* O mirificã perseueran-

tiam? ò præstantissimum mulieris animum, qñ (humano uideri) se magis reiectã uidebat,

Iob 10. tũc se magis cõfortabat. Ita de iusto scriptũ est ubi dicit cũ te cõsumptum putaueris, orieris, ut Lucifer. Cuius exẽplũ oñditur in Iacob, qui cũ tota nocte cũ Angelo fuisset colluctatus, post longã contentionem exoptatissimã bñdictionẽ adeptus est. Verũ qñ eã cõparauit: qñ remãsit claudicans ictu,

22 quem illi Angelus inflixit in fœmore: & sic quẽ sanus, atq. integer tota nocte nõ potuit superare, claudicãs, & infirmus deuicit. Sic ẽt repulsi, fatigati, atq. humiliati, si instanter pseuerauerimº, qđ petimus, consequemur. Ecce mirificũ quoddã huius rei habeẽ exẽplum. Venientibus Iudæis ut peterent

Iob 10. à Dño auxiliũ cũ ipsi essent Idololatrę: rñdit Dominus dicẽs: Nõ addã, ut ultra uos liberẽ. Ite, & inuocate Deos, quos elegistis: ip si uos liberent in tpe angustiæ uestræ. Ipsi aũt nõ hac durissima responsione confracti sunt, sed nouo quoddã feruore concitati: iterũ à Domino mĩam postulauerũt dicentes: Peccauimus: redde tu nobis qcqd nũc tibi placet: tñ nũc libera nos: quæ dicentes omnia de finibus suis alienorũ Deorũ Idola ꝓiecerũt, & seruierũt Domino Deo, qui eorũ ꝓcibus uictus eis auxiliatus est, & do-

23 lens sup miserijs eorũ eis dedit ducem Iephte. Quod illustrius exemplũ reperiri potest huius rei, quam agimus? O utinam nũc nos ita faceremus, totq. idola atq iniquitates, quot inter nos sunt, à nobis expelleremus: & cum perseuerantia confracti, atq. humiliati ad hunc liberalissimum Dominum conuerteremur.

Attendite mulieris huius perseuerantiã, q̃ respõsionis Dñi siccitatẽ cernẽs, nõ ideo defecit. *Qui respondens ait, Non est bonũ sumere panem filiorum, &c.* Tã aspero ãt uerbo rñdet mulier benedicta dicens: *Etiam Domine, nam & catelli, &c.* O Dñe benedicta sis, qa etsi me canem uocas, loquendi tamen facultatem mihi concedis. Nã canis

24 uenatrix quãdo ꝑdam inuenit, q̃diu illã intuetur, nunq̃ cõticescit, qñ ergo ego tacebo, cũ ante oculos meos uniuersum bonũ, remediũq. meũ aspiciã? ẽt Domine propriũ est canũ, q̃ si ꝑcutiuntur, & reijciuntur, cũ hac expellantur, illac reuertuntur. O Deus meus si à iustitia tua propter peccata mea reijcior, & condemnor, per aliam partem uolo reuerti, quæ est infinita misericordia tua, diuinãq̃ue iustitiam tuam fugere. Etiã Domine innumeras tibi gratias ago, qa carnem me appellans modum mihi ostendis, quo malis meis remedium adhibendũ est. Nam canis quot uulnera lingua sua pertingere p̃t, tot sanat. Sic ẽt ego scelerũ meorũ plagis uulnerata, lingua mea illas attingã, ex toto corde meo diuinę maiestati tuę eas confitendo. O beatã mulierem, q̃ ex omnibus utilitatẽ nouit haurire? Non potuit amplius Iesus Christus filius Dei infinitæ misericordiæ pelagus contineri, sed exclamãs dixit O mulier magna est fides tua, &c. acsi 25 diceret. Non ultra contendamus, tua sit uictoria. O benedictus sit talis Deus, ò glorificatus sit talis Dominus, q̃ oẽs repulsas & asperitates, quas q̃rit, eas q̃rit, ut maiora in nos conferat beneficia. Cogitate regẽ quen Simile. dã pulcherrimũ pomũ in manu habuisse, & accessisse unũ ex domesticis suis familiarissimũ, illudq. pomum ab eo petisse, ipsum uero respondisse, pomũ non tibi dabo, sed accipe hãc uestem ex serico, & auro contextam, q̃ accipiẽs iterũ dicit ei Domine nihilominus pomum uellẽ, cui rex, nolo (inquit) tibi dare illud, sed ego te dono tali castello. At ille, ò Domine (ait) & pomũ. Accipe igitur (inquit rex) & pomum. Itaq. donat eum uelle, castello, & pomo, cũ tamen ille pomum solummodo postulasset. Dicit seruus Dei, ò Domine da mihi castitatem, 26 nolo (ait Dominus) nisi ut in carne tua tribulationes sentias. Verùm accipe hãc pretiosam uestẽ patientiæ, qua molestias istas pferas. Iterũ petit dicens, ò Domine castitatẽ uellem. Nolo illã tibi dare (dicit Deus) sed accipe arcẽ firmissimam fortitudinis, & perseuerantiæ in ista tribulatione. Iterũ efflagitat dicens. Domine castitatem uellẽ, nimis enim me sensualitatis rebellionibus tribulatum animaduerto. Nolo (inquit) illã tibi concedere, uerũtamen accipe ꝑtiosam ciuitatem, quæ est humilitas, quam ex illã tribulatione, ac tentatione elicies. Iterùm autem pseueranter insistit dicens, ò Domine, Da mihi castitatem. Accipe igitur & castitatem, ait Dominus. Itaq. illi patientiã, 27 humilitatem, fortitudinem, ac denique castitatem illi tribuit, cùm tamen ipse solam castitatem poscereret. Quòd si Deus eius concessionem ei differebat, hoc faciebat, ut plures uirtutes acquireret, atque maiora ei faceret beneficia. Sic fecit cum hãc bona muliere, cui fidem, perseuerantiam, humilitatem, ac tandem filiæ suæ remedium

dium cõcessit. Et hoc uerbum tã humile: ẽt Dñe.fuit ultimus ictus huius pugnę,quo hęc bona mulier uictoriam penitus compa
Mar.7. rauit. Et sic B.Marcus dicit,q̃ cùm mulier uerbum hoc dixisset,rñdit Dñs dicẽs:uade, pp hũc sermonem exijt Dæmonium à filia tua.Hoc uerbum fidei, atq; humilitatis ple num diuinæ misericordiæ uiscera aperuit, quæ quodammodo clausa esse uidebantur.
28 Vt cognoscatis q̃ necessaria sit humilitas, nõ solum ad diuinam misericordiam inclinandam:sed ẽt(si ita dici potest)ad infinitã dei oipotentiã superãdam, atq; ad petitiones nostras redigẽdam.Nihil prorsus adeò forte,atque potens est,quod non alicui rei subigatur. Leo fortissimus bestiarum trepidat in cõspectu muris.Elephas terrestrium aialium maximus dicit magnoperè mustelam pertimescere. Et neq̃ adeò magnum esset,q̃ non ab aliqua re superaret:quodã modo ẽt infinita illa,ac tremẽda Dei Maiestas habet ẽt rem cui flectatur, & à qua uincatur.Hæc ãt est fideliũ humilitas, quæ invincibilem Deũ superat. Etsi hoc ꝓpriè loquendo non est diuinam maiestatem superari,sed potiùs superare,& corda ex natura sua superba,atque elata redigere. O fratres mei si cùm talem,ac tãtam humilitatis ex
29 cellentiam audiatis, illam non dilexeritis, nimisq; humiliari curaueritis, quam excusationem deo reddetis: præcipuè cum singuli tot intra se miserias habeamus q̃ maximè sunt ẽccasiones ad nos humiliandos?

Vnum ultimò uellẽ uos magnoperè notare:i.q cũ hęc mulier libẽter ferret Dñm, uociferationibus suis ne uerbum qdem rñderet,eiq; dicere,se non generi eius, sed filijs Abrahæ missum fuisse,cumque se ab eo canẽ appellari ęquo aĩo tolerare:unum tamen ferre nõ poterat,quod erat diabolum domi habere.O miseri peccatores quã uicerſa vos facitis,nihil patienter toleratis,
30 nec minimum quodq; od ũ,nec ignominio sum uerbum,& solũmodo ad diabolum in sinu,ore oculis,ac deniq; in corde:& aĩo per effectũ asportãdum habetis patiẽtiam. Quid aliud esse arbitramini odiũ, affectionem,ac demum cupiditatẽ,quę aĩas uestras cõtorquet, nisi diabolum in corde portare? & tamen ò q̃ pacifici estis,nõ pspicio in uobis diligentiam, quam hæc sancta mulier in eo expellendo adhibuit.O per charitatem Dei uos rogo,ne adeò amẽtes sitis, ut tm̃ q̃; graue on' humeris uestris ipositũ ferre uelitis.Zacharias dicit se uidisse impietatẽ. Et ecce(inquit)talẽtum plũbi portabatur. Zach.5. Et massa illi plumbi super iniquitatẽ iniecta est.Et B.Ioannes audiuit uocẽ dicẽtem, Apoc.14 Nec habẽt requiem die,ac nocte qui adorauerunt bestiã.Et paulo superius dixerat illos esse bibituros de uino iræ dei.Et ita est, q̃ unusquisque peccatorũ super humeros suos plumbi talentũ asportat, nec die, nec 31 noctu requiescit,magnamq; singuli peccatoribus anxietatem,ac molestiã affert, nec unquam illos deserit ministerille,& executor Dei,quæ est synderesis cõscientię.Et habent infœlices patientiam ad tot,tantaq́ue onera patienda,ad diuinæ ãt legis suauitatem pferendã patientiam nõ habent.Erubescite igitur,ò fratres,& pudore confundimini,q̃ talis amentia ĩ uobis reperiatur. Accelerate tã iniquũ,ac nociuũ hospitem domibus uestris expellere,& Christum Iesum in hoc sæculo per gratiam excipite, ut postea illo in cœlesti gloria perfruamini. Amen.

Feria VI. post Dominicam I. 32 In Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum:& ascendit Iesus Hierosolymam. Ioan. 5.

ASCENDIT Christus Redemptor noster ad celebrationem festi Hierosolymã:& post quã ęterno patri debitum honorem in templo exhibuit, iuit ad uisendos infirmos,atq. ad cõsolãdos eos,q ĩ circuitu piscinæ in porticis commorabantur. 1
O q̃ decorũ est plãtis hospitalia uisere,& decorum est plãtis hospitalia uisere,& saltem uerbo infirmos consolari,unum.n.plãtorum uerbum magnoperè ad patientiam infirmorum aĩos confortat In hoc nos cælestis Magister docuit, in quo uera festorum celebratio consistit:instituta.n.fuerunt ut in eis animæ nostræ ruinas restauremus, & peccata,quæ in tota hebdomadæ cõmisimus expurgemus. Hoc significat quod Psalm.49
Dominus dixit per Prophetam, uocate,& uidete qm̃ ego sum deus. Deponat sartor acum suum,agricola à labore desistat,& artifex ab officio suo uacet, & hoc ẽ,uacate. Hoc autem non ut in uanitatibus,ac uoluptatibas occupemini: sed ut sanctis animæ considerationibur,ac moribus me Deũ omnipo-

niporentem,atq; infinitæ probitatis, & pfectionis esse uideatis. Et postquam diuinum cultum explueritis, & rem sacram audieritis,oportet uos facere, quod Dñs fecit:ui delicet uos in operibus miæ, in curandis
2 ęgrotis, pauperibusq; adiuuãdis exercere: nam ẽt in hoc festorum celebratio magna Psalm.75. ex parte consistit.Et sic dicit dauid,cogitatio hoĩs cõfitebitur tibi & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi.In quo nos docet S.Propheta qũo festiuitates celebrare debeamus.Primò sãctis cõsiderationibꝰ: Postea uerò reliquijs illarum sanctarum cogitationem,ac considerationum:nam postquam Dei probitatem infinitamq; eius sapientiam, atq; potentiã, ęteraſq. eius perfectiones aĩa considerauerit, hisq. considerationibus in diuinę maiestatis eius amorẽ rapta fuerit,statim in homine efficacissima quædam desideria adimplendi diuina præcepta eius generantur,quorũ executione festiuitates magnopere celebrantur.O Deus infinitę maiestatis quantum circa hoc est lachrymãdum, uñr.n.festiuitates in Ecclesia tua institutæ,nõ quidem ad tibi seruiendũ,
3 sed ad tuam diuinam maiestatem offendendam,nouaſq. rationes inuestigandas ad tẽiterum crucifigendum, ut fęminæ per uias ambulent factæ hami Sathanę,ad ludendũ, deambulandum, ac denique conuiuia celebranda ad hæc(inquam)uñr festiuitates instutæ fuisse. Itaq. minus inconueniens esset à mane usq.ad uesperum in trieri die festo remigare,q̃ tm̃, ac tam bonũ Deum offendere.O q̃ miserabile est uidere Christianos diluculo exurgere ad audiendam missam,ut posteà in residuo diei expediti maneant ad uanitates,turpitudineſq.suas exercendas.Non ita sit fratres per reuerentiam Dei,sed totũ mane in solenni missa,ac concione audiẽda(si poteritis)occupate,uespe rum autem in uisendis carceribus, hospitalibus,alijsque pauperibus subueniendo
4 consumite:q̃ si eis operibus auxiliari nequibitis , saltem uerbo illos consolamini.

Erat aũt ibi q̃dam hõ triginta, & octo annos habẽs infirmitate sua. O q̃ euidẽs signũ est hoc modicæ charitatis, q̃ in illis tpibus uigebat,qa ex quotquot illuc ingrediebantur,nullus esset,qui homini illi tandiu illic cõmoranti cõpateretur,eumq. adiuuaret, ut in piscina ualetudinem impetraret,Hoc admiramini. Attendite qd nunc agatur,qa eum plurimi ex uobis uicinos·pauperes,& infirmos in uicis uestris habentis , atque ẽt iuxta domos uestras claudi, atque in lectis diu cõmorentur,nec tñ eis necessaria suppeditatis,nec ſaltẽ eos uisere , ac consolari uultis:& quãquam uobis ſępenumerò prædicamus,Deiq. noĩe, ut id faciatis, rogitamus,adeò cęci estis,ut uix illos uidere pos
5 sitis . Vna ex magnis plagis , quibus Deus Exo.19. percussit Ægyptũ fuit,q̃ factę sunt tenebrę horribiles,& tribus diebus nemo uidit fratrem suũ.In hoc sicut interpres qdã ppendit,uidet Spiritus Sanctus significare ne accensis qdem facibus tenebras illas expelliposse,adeò obscurę,atq horribiles erãt.Sic ẽt uos adeò obscuras atq. tenebrosas habetis aĩas,vt quanuis Dñs multa uobis mittat luminaria,nihil horũ sufficiat,ut fratres uestros aſpiciatis,eiſq. in necessitatibus fauea tis.Ego aũt uos exhortor ut caueatis,has.n. crudelitates magna cũ seueritate Deus punire cõsuescit. Per Amos Prophetam dicit Amos 6. hic potentissimus Dñs:uæ q opulenti estis in Sion,& confiditis in monte Samariæ,capita populorum ingredięres pompatice domũ Israel.Qui dormitis in lectis eburneis, o
6 & lasciuitis in stratis uestris, qui comeditis agnum de grege,& uitulos de medio armẽti.Qui canitis ad uocẽ Psalterij:& bibitis uinũ in phialis , optimo unguento deliburi: & nihil patiebantur super contritione Ioseph.Quapropter nũc migrabunt in capite transmigrantium, & auferetur fractio lasciuientium.Iurauit Dñs deus, in anima sua, dicit Dñs Deus exercituum.O quam terribilia uerba,Dñs Deus uos illuminet, ut ea intelligatis,atq. in cordibus uestris imprimatur, siquidem in eisdẽ miserijs immersi estis,in quibus illi uersabantur, quid aliud speratis,nisi uos, sicut & illos esse puniendos?uę uobis(inqt)& hoc uæ uobis(sicuti declarat B.Hieronymus)denotat æternam 7
condemnationem. Attendite igit ad cibos, Hiero. uoluptates,pompas,uanitates,denique uestras,& supęoia,q̃ cum ita delicatè uos tractetis,cõfracto , atq. egeno nõ cõparimini, pp̃hæc oia uobis æterna cõdemnatio ac pœna superueniet, nisi uos emẽdaueritis,atq. ad pœnitentiæ, pietatisque uiam receperitis.B.Augustinus dicit nomine Ioseph quẽ Augusſ.
cunque pauperem,& derelictum hic intelligi,sicut Ioseph in carcere derelictus erat. Non solum autem Dñs hic æterna condemnatione futuri seculi comminatur,sed etiã laboribus, ac captiuitatibus huius sæculi;

culi,iustissima est.n.Dei iustitia,q; siquidem hoies illi sicut oportet,seruire nolūt,in seruitutem regum tyrranorum siue fidelium, siue infidelium deueniant,à quibus terribiliter opprimantur,& affligantur. Attendite q̄ ad literam hoc dixit Deus:seruient ei(.s. regi Sesac Ægyptio)ut sciant distantiā seruitutis meæ,& seruitutis regni terrarū. Et notandum q; cum S. Propheta Amos oia illa mala dixisset,in fine tandē posuit,& nihil patiebantur super contritione Ioseph: quasi significans oibus alijs malis remediū fuisse adhibendum, si pauperum, atq. afflictorum compassionem haberent. Et illa cō passione disponendos fuisse,ut ab aliis malis exirent. Et statim addit dicens: quapropter nunc mitigabunt in capite,&c. consideráte hic duo,alterum illud nunc, acsi diceret,citissime supplicium uobis aduenier,alterum uero illud,in capite,id est,q; principaliores,& potētiores grauius punientur, atq. in crudeliores captiuitates deducētur. Atq; ut huius supplicij infallibilitatem denotet, hoc ipse Dns in aīa sua iurat,i.in sua essentia. Hoc intelligitur,nisi uelitis emendari. Quæ cum ita sint fratres dilectissimi, uobis cōsulite,& estote misericordes, & sic a domino misericordiam consequemini.

2.Para.12.

Hunc: *Ergo cum uidisset Iesus iacentem.*

9 Primus,in quem dās misericordiæ suæ oculos coniecit, fuit infirmus hic tot annos in infirmitate detentus. O beata patientia, tu etenim es causa,ut in locum ubi tu es oculi Dñi dirigantur. O quantum ualet patientia erga Deū. Frater si laboribus opprimeris,esto patiens,& æquo animo illos patere,& statim domum tuā remedium ingredietur,& oculi misericordiæ erunt sup̄ te. Si moram fecerit,expecta eum,q̄a ueniens ueniet,& non tardābit. Considera qūo hic triginta,& octo annos patiēter expectauit, nec defecit,ut ualetudinem cōsequeretur. Quod uerè exoptatur nō fatigat aīum,nec facit,ut pp̄ labores deficiat. Quando aliqd optanter inquirens mare prætereris, terramq; in circuitu peragraueris, uitamq; in eo quærendo consumpseris, non defatigaberis,neq; deficies,quod si labor,& dilatio te defatigat,signum est te,illud nō maximè exoptare. Hinc colligo multos Christianos temerè, ac periculosè decipi arbitrantes se saluationē desiderare,cum tam cito in spiritualib. rebus deficiant. Quādo munus aliquod à rege expeteres,nec te patroni consiliarijq; regij grauitas, & autoritas defatigaret, nec acris ostiarij insulsa rūsio deterret,præcipuè si rex p̄ signa tibi unū(*Vnsi*) sic annuisset. Qūo tibi persuades, te saluationem tuam desiderasse,siquidem ubi primum incipis ieiunare,statim te ieiunij tædet,statim oratio defatigat, prædicatioque atque quæuis alia uirtutis exercitatio molesta tibi est? præsertim cū cęlestem gloriā tibi Deus in suo Euangelio sæpenumero promiserit? Idcircò B. Paulus dicit,patientia uobis necessaria est,ut uoluntatem Dei facientes reportetis repromissionem. Ideſt, rem uobis sæpe promissam à Deo. Quapropter,uno,& altero anno expectas, nec in laboribus tuis deficias;si enim Deus statim tibi non subuenit, pp̄ utilitatem tuam hoc faciat. Quādo ad supplicium iniuste ductus fueris tanquam S. Susanna spera in Deo,& ipse tibi succurret. Quando eo q; Christianam religionem sequeris, in faucibus tuis gladium districtum uideris,sicut Isaac, patienter suffer sicut & ipse. Quando te in vētre ceti,sicut Ionas, inclusum animaduerteris,ora sicut ille. Quando te dolores perstrinxerint,& te laceratum aspexeris, sicut Iob in sterquilinio,die sicut ille,etiam si occiderit me,sperabo in eum. Quando triginta octo annos labores pertuleris, sicut hic infirmus,spera in dño,& per uiam,qua tu minus arbitratus fueris,tibi subueniet. Si enim hic infirmus in patientia defecisset, absque ualetudine,atque Deo remaneret, & utrumq; adeptus est. Siquidem triginta & octo annos fuerat paralyticus, aliquos fortasse habuit ante infirmitatem illam,& idcirco credibile est hunc hoīem iam senio confectum esse, & idcirco ei melius patientia quadrabat, q̄ uirtus peculiarius magis necessaria est senibus. Vnde B. Paulus erudiens discipulum suum Titum,qūo uniuersos status deberet instruere, incipit a senibus dicens. Tu autem loquere quę decēt sanam doctrinam,senes ut sobrij sint,pudici, prudentes,sani in fide,in dilectione, in patientia. Sex uirtutes petit hic S. Apostolus, quas habere oportet homines lōgeuos. Primùm,ut sint temperati,quia plerumque senes præ nimio desiderio,quo uiuēdi flagrāt immodicis cibis potibusq; utuntur, ut naturam suam addiuuent,idcirco primū dicit ut sobrij sint,ne iudicium,prudentiamque amittant. Secundo dicit,ut sint pudici. O q̄ indecorum est senibus barbam colere, &

Habac.2.

Simile.

Heb.10.

Tit.2.

iterum adolescere,& amatores esse,efficiūt enim,ut in oium ore uersentur. Nec uerò uidet miser senex,se nepotes habere, dentesq; eius iam prope excidere,illosq; quasi clauiculas monachordij redditos esse,ultumq; rugarum sulcis aratum habere,& tū in iuuenili amentia,ac uanitate perseuerat.

14 O miserum te,quē arbitraris futurum esse finem tuum? & postq̄ hic talis senex obijt, scribunt liberi eius ad alios amicos suos discentes,placuit diuinæ Maiestati patrem nostrum ad cęlum perducere. Ad cęlum? istud ego non credo, nec uiæ illius illūc dirigebantur,uerùm,ut eius uiæ demonstrabant sempiternis inferni ignibus comburetur, uidere quē modum sequebatur eundi in cęlum. Sunt ét in hoc loco senes, qui iam p̄pe sepulturam sunt,quorū totum officium est, chartas euoluere. Videbitis eos suspicientes in cęlum, & blasphemiam detinentes,ne foras erumpat,sed eā in faucib. suffocant. Ecce quale exemplum senes adolescēt tibus præbēt. Dic ergo illis (ait Apostolus) ut sobrij fiat pudici,prudentes. Nam q̄is

15 in undecima hora sint, Deum tū placare,ad misericordiamq. flectere p̄nt, atq. cœlum comparare queunt. Dicit ulteriùs,ut sint sani in fide,in dilectione. Vt sint solidi Christiani,charitatis,atque amoris pleni,ne sint acerbi,amari, iracundi, ne familiam suam quasi leones tractēt. Quod autem ultimò eis cōmendare debes,hoc est,ut patientissimi sint,quò laboribus senectutis cū patientia toleratis, quod in adolescentia perdiderunt,recuperare queant. Admonet aūt S. Apostolus,ut primum senes admoneātur, quia ex eorum uirtute uniuersæ reipublicæ salus,inuenumq. modestia,& uirtus magna ex parte dependet. Dicit D. Ioānes se uidisse(q̄n Agnus mysterioſum illū librum adaperuit)primus oium Deo gratias egisse uiginti quatuor seniores,qui ceciderunt coram agno habentes singuli citharas,& can

Apoc.5.

16 tabant canticum nouum dicentes,dign⁹ es dñe aperire librum, & soluere signacula eius,q̄n occisus es. Postea autem uidit qūo omnia millia Angelorum,cęlestium,terrestriumq. creaturarum conternati eum adorabant. Et ultimò ipsi senes laudibus finem imposuerunt. Et sic dicit,& uiginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuētem in sęcula sęculorum. In quo significatur, senes oportere Dei ministerium exordiri,& ipsos cum sua perseuerantia debere etiam uniuersæ uirtutis exercitationi finem,& sigillum imponere. Hæc igitur patientia fuit, quæ dominum attraxit,ut oculos clementiæ suæ in hunc bonū senem conijceret.

Ad eum accedens dixit ei. *Vis sanus fieri?* Et pauper arbitrans se à Domino reprehēdi,quasi diceret. Non est possibile quin si uelles sanari post tot annos piscinæ remedio non usus fuisses,sed signum est hoc,re infirmitate gaudere,ut eleemosynis sustenteris, sicuti plurimi pauperes faciunt, qui cum minimo morbo laborent, maximum illud esse simulant. Et ideo respondit excusans se, & dicens. *Domine,hominem non hꝫ beo, &c.* Vsque ibi. *Alius ante me descendit.* Maximum mysterium erat huius piscinæ. Non etenim sanabatur qui plures annos illic fuerat commoratus, nec nobilior,sed qui prius ad eam accedebat. In quo nos dominus docuit quantopere diligentia delectatur, & significauit illam esse totius felicitatis originem. Maximè perpendit B. Chrysostomus, quod cum tot excellentiæ in angelicis spiritib. reperiantur,de quibus laudari possent,multasque perfectiones habeant;quibus cæteras omnes creaturas longè maximè excellunt,quando tamen sacra scriptura eos uult depingere,quod plus de illis dicit,est,uelocitas,ac feruor, quo Deo obediunt. Et sic in Psal. dicit, potentes uirtute,facientes uerbum illius,ad audiendā uocem sermonum eius. Ideſt,potentissimi sunt, & uix penitus diuinum uoluntatem cognoscunt,cùm iam illam opere exequuntur. Et alibi,qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem. Vbi secundum Hebraicæ linguę proprietatē spiritus uelocitatem significat, ignis autem uim, & efficaciam in operando designat. Benedic igitur anima mea domino(inquit Dauid)qui creauit uelocissimos quosdam spiritus in faciendo uoluntatem eius,& efficacissimos in præceptis eius exequendis. Et ratio, quare propter hanc uelocitatem potiùs quam propter alias perfectiones cōmendatur est,quia in hac Dei obedientia, & in hoc feruore adimplendæ uoluntatis eius includitur certitudo amoris,quo Deū eos diligit, & assistentiæ potentiæ ipsius, qua Angeli operantur. Ex quo intelligitur ubi diuinæ uoluntatis obēdientia præsertim cum diligentia,ac sedulitate dominatur,non posse deficere assistentiam, atque

17

Chrysost. 18

Psal. 102.

Psalm. 33.

19

auxilium potentiæ,ac probitatis ipsius. Ita
Rom.12. dona Spiritus Sancti unum commemorat
Beatus Paulus esse, solitudine non pigri.
Idest,homines non esse ignauos, sed solici
tos in spiritualibus rebus.Nam in rebus eò
maior diligentia adhibenda est, quo maio
ris sunt necessitatis,& utilitatis.Et siquidē
rem,q̃ prę manibus gerimus, est salutatio
nostra,si iuxta rei qualitatē solicitudo adhi
benda est,qualē nos adhibere oportebit in
20 re adeò graui,sicut Deo in perpetuū frui ?
siquidem igit hæc diligentia donū esse Spi
ritus Sācti, plurimis lachrymis instātissimè
illā ab eo postulare dēmus,ut illā impetra
re mereamur.Vnū.n.ex ijs, q̃ in hoc mūdo
miserabiliora sunt,est pigritia,& tepiditas,
qua nimis necessaria aīę nostrę negotia tra
Psalm.38. ctamus.Quocirca ad hoc propositū dicere
possumus quod Dauid dixit: veruntamen
in imagine pertransit hō.Sicuti res quædā
Simile. picta,q̃ aliquid se facere repręsentat,quod
tñ nunq̃ facit.Sicuti nauis in mundi descri
ptione depicta,quę oia uela ad austrum ex
tensa hēt,& lōgum iter uidet cōficere,cum
reuera nullo unquam tpe moueat. Sic ēt
plurimi ex nobis uidemur per uirtutis uiā
recurrere aquā dissecantes,& in nulla re ue
stigium relinquentes apparentiarū,uelis ni
21 mis extensis, & tñ ne passum quidē moue
mur,sed sp in uno loco manemus. Atque
hoc ēt tolerabile esse uideretur,nisi retror
sum regrederemur,quod quidē certissimū
est si non curauerimus ulterius progredi.

Diligenter ēt hic notandū est hūc paupe
rē in rñsione sua nō medicinæ qdē, nec pi
scinæ defectū tribuere,sed in hoc,q̃ sibi hō
desit. O æternæ Deus quot peccatores in
Psalm.11. peccati infirmitate commorantur,ppea q̃
eis hō deest.Idcircò Dauid affectuose dice
bat:saluū me fac Dñe,qñ defecit sanctus.
O quot peccatores sanarentur,siquidem me
dicinæ,ac sacramenta sunt, si essent hoīes
diuini ministerij zelatores.Nusq̃ reperi ser
22 uū Dei,q̃ proximis suis magnopere nō pro
fecisset,quantò magis proficerent, si multi
essent?O patres prædicatores si uiri essetis,
quales uos esse oportet, debitumq̃; præbe
retis pietatis exēplum,quot peccatores in
firmitatibus suis sanarentur?uerū proh do
lor,sola quippe locutione multi cōtenti su
mus.B.Ioannes dicit;Accepi librum de ma
Apo.10. nu Angeli,& deuorauiillum,& erat in ore
meo tanquam mel dulce,& cum deuoras-
sem illum amaricatus est uenter meus.Le
gem Dñi,eloquenti & uano dulce est prędi
care.Illam aūt deuorare,digerere,& opere
complere plurimis amarum est:atque ideo Apoc.1.
pauci eam deuorant.Idcircò in Apocalypsi
dicitur Beatus qui legit,& audit uerba pro
phetiæ huius. Verum nō ibi sistendum est,
& ideo addidit B.Ioannes dicens,& seruat
ea,quæ in ea scripta sunt,ut autem nos ad
id faciēdū concitaret,dixit ulterius: Tps.n. Simile.
breue est,quod nos summopere commo-
uere deberet,ut non contenti essemus uer
bis. Sartor pauper q̃ per oppida incedit de 23
domo in domū,& alij uestes consuit, ipse
ferè nudus incedit, sed alios indutos relin-
quit,aliquamque sibi defert utilitatē. Sed
pauper prædicator in moribus, ac uiuendi
ratione diruptus,ac dissolutus,nec alijs ue
stes efficit, nec sibi utilitatem sed condem
nationem potius elicit.Qui facit cōuiuiū, Simile.
nihil aliud curat,nisi quo modo lautiùs, ac
suauiùs conuiuæ eius comedēt,quale uinū
eis afferret,quos eis cibos apponet, & quō
illos ordinabit, ut palato dulciores, sint.
Nec uerò curat utrum corporali ualetudi
ne possint proficere aut officere.Sic etiam 24
plurimi prędicatores curant dicere,quę au
ditorum palato tātummodo placeant, nec
animarum eorum utilitati consulunt.Qua
propter peccatores dicere possunt:Hoiem
non habeo. Inueteraui inter oēs inimicos Psal.6.
meos,dicebat Dauid: quid quęretis bone
rex?quia(inquit)postquam in peccatum la
psus sum,in eo inueteraui:eo q̃ non habue
rim amicos,qui mihi ueritatem dicerent,
meq̃ue uitiorum meorum reprehenderēt:
quamobrem amicos meos inimicos appel
lo, siquidē tāta crudelitate usi sunt in me.
Hoc nomen,homo,ab hoc noie, humani- Simile.
tas,deriuatur.Humanitas autem in sua sub
stantiali significatione uniuersalitatē quan
dam uirtutum oīum significat.Cōsiderate
imaginem quandam, cuius caput est ma- Pectora pru-
gnanimitas,oculorum alter prudentia cir- dentis homi
ca res prēsentes,alter uerò prouidentia cir
ca futuras:aures,fides,& consilium, maxil-
læ,gratia,ac lætitia spiritualis, nares saga-
citas quædam,& cautio, qua malum olere
sciat,& illud euitet, os, affabilitas, lingua
ueritas:labia decorum, & urbanitas, bar-
ba,uerecundia:collum,clementia, qua flec-
titur ad egenorum necessitatib.compatiē
dū,easq̃; subleuandas,humeris,obedientia
circa Deum, & prælatos,pectora pietas, ac
mia. Brachia, fortitudo, ac dexteritas,
qua

qua se à uitiorū cōflictibus tueatur,manus,
liberalitas,atque magnificentia: corpus di-
rectum,iustitiæ rectitudo:uenter, temperā
tia,cinctura, est castitas:crura, cōstantia, ac
sapientia,pedes deniq;,in quibus totū cor-
pus innititur,sunt amor Dei,& proximi.O
quā pulchra imago?Hæc autem est imago
tua ò homo,si tu esses qualē te esse oporte
bat.Etsi plurimi essēt homines huiusce mo
di,profectò nō essent tot mala,quot uniuer
Simile. 26 sus mūdus repletus est.Et quod ij nō sunt,
idcirco respublicę paralysi sunt plænę.Para
lysis est dissolutio membrorū. Hoc corpus
neruis contextum,compositum,atque alli
gatum est.Qñ aliquis nimius calor corpori
aduenit relaxantur nerui,& sic dissoluūtur
membra,quæ neruis astricta tenebantur,&
sic non possunt membra,munera sua exer
cere,nec manus aut pedes,aut aliæ corpo-
ris partes moueri queunt.Et hæc est paraly
sis. Vnaquæq; respublica est unum corpus,
quod plurimis membris constat.Quæ sunt
diuersa officia, diuersæq̃ hominum con
ditiones,quę in ea sunt: nerui autem,q̃bus
membra gubernantur, sunt ministri iusti
5 tię, quibus membra in suis debitis opera-
tionibus cōseruātur.Hi efficiunt ut uir no
bilis uiuat tanquā uir nobilis, & mercator
tanquam mercator, & artifex tanquā arti-
fex:ac denique unusquisq. secundū status
27 sui cōditionem uitā ducat. Aduenit autem
nimius calor cupiditatis,&efficit,ut nerui,
hoc est ministri iustitię relaxentur:& sic re
linquunt membra dissoluta,& perinde uni
uersale hoc reipublicæ corpus dissolutum
etiā,atque disiunctum remanet.Itaque per
nimium cupiditatis calorem, qui introduc-
citur in gubernatorib⁹, prouenit,ut respu
blica dilabatur,atque pdatur,ita ut nemo
iam sīn statum suum uelit uiuere,propter
28 cupiditatem,quę oīa peruertit, atque con
turbat.Sic exaggerat Propheta Nahum di
cens;Diripite argentum,diripite aurum,&
nō est finis diuitiarum ex omnibus uasis de
siderabilibus,dissipata est & scissa,& dilace
rata,& cor tabescens,& dissolutio geniculo
rum,& defectio in cunctis renibus, & faces
eorū omniū sicut ingredo ollæ. O miserā
atque infœlicem rempublicam, cupiditas
etenim diripiēdi pretiosiora uasa perdidit,
quæ in re erant,qui sunt meliores uiri,quia
eorum cupiditas, & acquisitio prope insi
nita est.

Et sic in corporalibus dissipata est, & in
spiritualibus rebus à Deo cōscissa,& cor ha
bes putrefactum.Cor ciuitatis est consilio
rium,capitulū clericorum,literatorū cōgre
gatio.Et quādo hi omnes passione, ac cupi
ditate,ducuntur, tunc est cor ciuitatis tabe
scens;atq; putrefactum. Et idcirco si malū
est in te ò infœlix ciuitas ex corde tibi totū
prouenit.Et cor tabescens:dicit ulterius Sā
ctus Propheta:& dissolutio geniculorum.
Hinc etiā genuū dissolutio dimanat.Geni-
culi sunt pars,qua totum reipublicę corp⁹ 29
mouetur:hi sunt executores,scribæ, cursō
res,notarij, ostiarij, & reliq huiusce modi.
Et quia uir potens est plenus cupiditate,iō
pecunijs munus illi uendit,qui nullam ha
bet intentionē nisi furandi.Ego autem tibi
dico ò uir primarię,qui manus famulo tuo
ignaro,& inepto,cuique nequaquam credi
debet,committis,te mortaliter peccare, &
ad restitutionem teneri omnium malorū,
ac direptionum,quas ipse cōmiserit. Dicit
ulterius:& defectio in cūctis renibus.Renes
sunt partes corporis,in q̃bus uniuersa eius
alimenta recipiunt:sic querens reipublicæ
sunt mercatores,negotiatores,atque reuen
ditores.Et in his maximus inest defectus,
quia rem,quā tribus nummis emunt,decē
uēdunt.Et nemo illis obstat,quia ipsi prius
muneribus, ac largitionibus corrumpuut 30
eos,à quibus puniēdi erant.Qui renibus la
borat nō potest ambulare nisi recuruus in Simile.
terram,quod si eū interroges:Domine qua
re ita curuus incedis. Domine(inquit) re-
nū dolore laboro,sic etiā hi mercatores qua
si renibus laborantes semper in terrā uer-
sus inclinātur,nihil aliud,quā temporalem
utilitatē suā expetētes.Dicit ultimo,facies
eorū sicut nigredo ollæ.Hæc est illa, olla q̃
uidit Hieremias cùm dixit: ollam succen- Hier. 1.
sam ego uideo.Videbat illā inferni ignibus
succensam.Hoc est cor,quod tanquam olla
cupiditatis igne inflammata feruent,qui q̃
dem conscientiam & animam denigrat,at-
que etiam exteriorem cupidi hominis fa-
mam obscurat. Ecce reipublicæ paralysin.
Hæc autem si uiget,est per defectum homi 31
nis:O utinam Deus nobis det hominem,at
que homines uirtutibus,ac sanctitate ple-
nos,ut suo exemplo,uerbis,& orationibus
nos ad ueræ pœnitentię piscinam deducant
nostręque salutis sint instrumenta.

*Surge tolle grabatum tuum.*Statim illic ī
conspectu Domini uult ipse Dominus, ut
sanitatem suam aperte manifestet. Sic etiā

opor-

oportet esse frater in tua spirituali santitate, statim quippe ubi primũ sana fuerit anima tua, debes sanitatis tuæ signa demonstrare. Statim famæ, honoris diuitiarumque restitutionem à te fieri oportet. Statim ante confessarij oculos, si possibile fuerit, hæc facienda sunt, ne in posterũ hæc differas: Ideò enim tam paucæ restitutiones fiunt, & tam modicis animabus remedium adhibetur,
32 quia in restitutiones in posterum differunt. Eadem die, qua ingressus est dominus in domum Zachæi, statim ubi primum bonus fuit conuersus est, dixit coram diuino medico, ecce dimidium bonorum meorum domine do pauperibus. Et si quid aliquem defrauda
Luc. 19. ui, reddo quadruplum. Non dicit: reddam, sed reddo. Et cum tanta abundantia, ac largitate quadruplum, nec dicit, dabo, sed, do. Et rex Abimelech qui Sanctam Saram inscienter in potestate sua habebat, arbitrans illam non esse uxorem Abrahę, ubi primũ illam, alienam esse cognouit: statim de nocte uocauit seruos suos &c. uocauit etiam Abraham, & dixit ei, qui feci sti nobis? &c.
Gene. 20. ecce quam citò uult facere restitutionem. Statimq; de nocte consurgens: neque enim crastinum expectauit. O quantę confusionis est uidere tepiditatem, & ignauiam, qua nunc hęc fiunt. Satis aperte declaratis quã
33 parum spiritualis seruoris in uobis uigeat, & q̃ frigide saluationem uestrã desideretis.

Vt eum lectum suum asportantem perspexerunt dicebant illi Iudæi: *Sabbathum est, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Quando in lecto, & triginta, & octo annos infirmus iacuit, nullus fortasse fuit, qui ei dicere: Homo quid facis? quomodo uales? nunc autem, cum sanus est, & Dei præceptũ facit, inuenit, qui sibi impedimento sit. O maximam mundi calamitatem, & miseriã, nullus est, qui peccatori obuiet, iusto autem multi resistunt. Quãto cum dolore dicebat
Psalm. 9. Dauid, quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suę, & iniquus benedicitur. Et ex eo quod tot auxilia in malis peccator inuenit, procedit, quod adeò deprauetur, ut
34 sequatur quod statim ipse Dauid addit dicens: exacerbauit dominus peccator, secundum multitudinem iræ suę non quæret. Id est, ita ergo eum Deus irascitur, ut illum tãquam rem perditam derelinquat in pœnã suorum grauium peccatorum.

Paralyticus autem respondit. *Qui me sanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuũ*

Interrogauerunt eum, quis dixit tibi tolle grabatum tuum? Duo dixit paralyticus, ipsi uero posterioris meminerunt. Scilicet, qs tibi dixit, tolle grabatum tuum? q̃ in superficie homini non intelligenti mysterium aliq̃ imperfectionis apparentiã habere uideret, nec ueró quæsierunt, qs te sanũ fecit? Hoc est malorum hominum ingenium, qa non in melius q̃dem, sed in peius oculos conijciunt.
Sicuti Michol uxor Dauid, q̃ murmurans 2. Reg. 6
q̃ sanctus rex corã arca dñi psalleret, dixit, 35
q̃ gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorũ. Quare ò regina hoc potius apphendisti, q̃ autem Dauid coniugi tuo gloriosum erat, siluisti? quare nõ dixisti, q̃ gloriosus fuit hodie rex Israel discoperiens se ante arcã dñi Dei sui? nescit malus in melius oculos conijcere. Sic etiã bi inuidi, & scelerati siluerunt prius illud qs te saluum fecit, quo iustificabitur grabati asportatio, ut miraculum pluribus innotescere: Deusque à pluribus glorificaretur.

Postea inuenit eum Iesus in templo, &c. Vsque ibi: *Iam noli peccare.* O q̃ singulares instructio medicinę, ut in accepta spirituali ualetudine conseruetur hõ, si considerare q̃ta ingratitudo est tm̃, tamque bonum Deũ iterum offendere, qui tam liberaliter nobis ignoscit. Et quanto iure nostram modicam perseuerantiam puniet. Per Hieremiam cõ
Hier. 34 querẽ maximè Deus de quibusdam peccatoribus, qui sibi promissis non steterunt, dicens, ego, pcussi fœdus cum patribus uestris dicens. cum completi fuerint septem anni,
36 dimittat unusquisq; fratrem suum Hebræũ, qui uenditus est ei. Et non audierunt patres uestri me, Et conuersi estis uos hodie, & fecistis q̃ rectum est in oculis meis, ut p̃dicaretis libertatem unusquisq; ad amicum suũ. Reuersi estis, & cõmaculastis nomen meum, & reduxistis unusquisq; seruum suũ, quos dimiseratis, ut essent liberi. Propterea hæc
3 dicit dñs, uos non audistis me, ut p̃dicaretis libertatem unusquisq; fratri suo, ecce ego p̃ dico libertatem, ait dñs, ad gladium, ad pestem, & ad famem, & dabo uos in cõmotionem cunctis regnis terræ. O terribilem Dei cõminationem? p charitatem Dei uos rogo fratres, ut hęc uerba attentè consideretis, qa
37 n. illi semel à peccato exierunt seruis suis libertatẽ donãtes, & iterum eos seruitute reuinxerunt, & sic idẽ pctũm reuersi sunt, eos Deus tã seuero supplicio etiam in hac uita punit. Et nisi fortasse se emẽdarunt, & à peccato exierunt, æternis afflictionib. ac tormẽtis cõtorsit. Quid igitur erit uobis miseris, qui toties hunc ipsum Dñm iterum, atque iterũ offenditis? si pro una uice sic punit, quid erit pro tot uicibus, quot uos idẽ facitis? Quod cũ ita sit, dilectissimi fratres, caueamus, ne deterius nobis cõtingat, ad Deũ reuertamur, & misericordia à diuina eius
38 manu præcepta, in ei⁹ gratia perseueremus, quousque nos ad cęlestem gloriam perducat, Amen.

Domin. II. In quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in mõtem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matt. 17.

IN hac admirabili trãsfiguratione quę minimo illo temporis spacio facta est, maximũ quoddã miraculũ pro tunc cessauit, qđ ab instãti sacratissimę Cõ
1 ceptionis Dñi, diuina Maiestas in illa sanctissima humanitate operabatur, quæ erat suspẽsio gloriæ illius benedictæ animæ, ne in corpus defluere. Sapiens quęrit, (tãquam
Prou. 6. impossibile humanæ potentiæ) Nunqd potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt uestimenta illius non ardeant? Hoc igitur operabatur hic diuina potentia, scilicet, ut ignis illius inflammatissimę gloriç, quæ in sinu animę inclusa morabatur, non combureret exteriores uestes, qui sunt sensus, ac membra corporalia, & hodie pro illo modico temporis spacio miraculum illud ces-
2 sauit, desinendo diuinum illum ignem, ut operationem suam faceret, illudque sanctissimum corpus inflammaret, atque glorificaret. Quãdo fenestra est clausa, radij solis in cubiculũ nequeũt introire, si aũt fenestra aperiaẽ ingrediunt radij, illudq. totũ clarificant. Erat uoluntas diuina Christi Redemptoris nostri, tanquam fenestra clausa, non
Simile. patiebatur radios gloriæ animę in cubiculum sui sacratissimi corporis introire, hodie autem diuina eius uoluntas aperta est consentiendo, & ut consensit, ac uoluit, statim radij ingressi sunt, qui totum eius corpus clarificarunt, pulcherrimumque reddiderũt. *Et resplenduit facies eius sicut sol.* Su-
Simile. per hoc uerbum, uellem uos mysteriosam quandam rem notare, scilicet, quod unum ex malis, q̃ habet hõ, est, figurã, sine figura esse ideſt, figurare, & significare unã rem & habere cõtrariũ illius rei, q̃ figurat, ac significat. Solẽt q̃rere Theologi, quare Deus ita hominem creauit, ut ad hoc qđ esset homo animam coniunctam corpori haberet, prę-
3 sertim cum tam dispares sint natura, uideli cet anima spiritualis, ac nobilissima, corpus autem grauissimum, & corruptibile, præcipuè cum anima creata fuerit ad diuinã probitatem contemplandam, atque illa perfruẽdum? quare ergo illam tanto impedimẽto coniunxit, quale est corpus, de quo dicitur, Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam? Et insuper hæc omnia maxi- Sap. 9.
mam gignit admirationem, quod cũ adeò dispares res sint anima, & corpus, adeo tamen coniunctę sunt, ut nequaquam una ab alia uellet segregari, sicut adnotat Beatus Paulus, dicens, Nam & qui sumus in hoc ta
2. Cor. 5. bernaculo, ingemiscimus grauati, eo quòd nolumus spoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est a uita. Si anima interrogetur, utrum uellet ire in gloriam, re-
4 sponderet secundum Apostolum, quòd sic, sed ne separer (diceret) ab hoc corpore, uerũ sicut sum corpori cõiuncta p ducat i gloriam. Sicut si quis rudis, ac uilis panni ue-
Simile. ste indutus esset, eique diceretis, uis hoc pallium ex serico, & auro contextum, ipse diceret uolo, sed ne me hac ueste exuatis, sed super imponite mihi pallium illud. Sic etiam diceret anima, si mihi gloriam uultis concedere, ne me hac rudi tunica, hoc est, corpore, exuatis. Quare igitur, cum corpus, & anima tam disparis naturæ sint, tam arcta ac singulari unione illa Deus coniunxit. Ad hoc quod principaliter respondetur, est, Deum ita uoluisse. Si uero causa ali
5 qua assignari potest, hæc est, scilicet, ut in hac humana unione ostenderet Deus figuram quandam illius beatæ unionis, quę est inter Deum, & humanum spiritum, in qua diligitur ex toto corde, & uidetur facie ad facie. Putaret enim creatura se non posse unirí creatori suo tanta propinquitate, ut cum tota mente diligeret. Cognoscens autem quod quum anima sit tam nobilis, ac perfecta creatura, tamen uilissimo corpori tam intrinsecè copulatur, ex hac cognitione deueniret in intelligentiam illius admirabilis unionis, cum spiritu rationali. Itaq.

Deus

Deus animam corpori cõiunxit,ut hinc intelligeret homo, illum, qui ex rebus adeò disparibus hanc coniunctionem nouit, ac potuit efficere,alia etiam facere posse(etsi multò quidem mirabiliorem)scilicet,animę secum. Et sic hęc unio est figura unionis spiritus cum Deo.

Nunc autem malum quoddã habet,scilicet,q. est figura cum dissimilitudine. Nam
6 in eodem inflãti,quo anima creatur,ac corpori unit,cum incipit esse figura illius beatę unionis, originale peccatum contrahit, quo defigurata,ac corrupta manet. Et sic q. eam facit figuratam,scilicet,unio cũ corpore,id ipsũ illam defigurat, ac deformat, quia tunc incipit homo esse filius Adæ,originalis,q; iustitiæ uinculo,atque obligatione teneri,illa carens,quod est formale malum originalis culpæ. Et quanquã hoc peccatum per baptismum tollitur,aliquæ tñ illius reliquiæ remanent, quæ efficiunt hominem facile in uitæ discursu alias culpis defigurati. Et sic impeditur unio animæ cũ Deo,figurata p unionem animæ cũ corpore. Quod ergo remedium habebim⁹?quod ad imitationem Christi Redẽptoris nostri
7 ascendat anima in montem,& iterum transfiguretur,quo uerè in se habeat quod figurat:& siquidem unionem Dei,figurat,curet illam semp habere. Vnus autem ex modis conuenientioribus ad hoc, est solitudo,recollectio,sancta oratio,diuinarumq. rerum
Exo.3. assidua cõtemplatio. In Exodo dicit,Deum apparuisse sancto Moysi in rubo, ubi ei mysteria maxima reuelauit, & antea dicit ibidem.Cum minasset gregẽ,scilicet Moyses, ad interiora deserti uenit ad montem Dei Oreb.Vnum ex ijs,quibus terra magis indiget,sunt homines,q ad interiora ingrediantur,homines spirituales, orationiq dediti ssimi,Nã licet sint aliqui serui Dei in mũ do,solent tñ cum fræno(hoc est cum terrestrium rerum solicitudinibus)gramen cæleste carpere,pauci uerò gregem ad interiora
8 deserti deferunt.Idcirco Dñs ut se transfiguraret,ascẽdit i mõtem excelsum seorsũ.

Quando Deus per Oseam suauissima il
Osee.2. la uerba dixit.Ecce, ego lactabo eã animã, scilicet,quæ puro corde ad me accesserit:et illic locum expressit, in quo singulare hoc beneficium erat facturus,dicens:Et ducam eam in solitudinem, & loquar ad cor eius. Oia hæc uerba hẽnt emphasim.Primũ:Ecce acsi diceret.Aduertite quam magnam, atq. admirabilẽ rẽ uolo dicere. Verbum illud scdm.s.Ego etiam habet emphasim: Ego, ego (ait Dominus') ego Deus lactabo eam.Quod uerbũ maioris teneritudinis,atque dulcedinis uiris cęlesti contemplationi deditis dici poterat? Ego illos de manu mea pascam sicuti mater,quæ ad ubera sua infantẽ alit,eiq́ue lac dulcissimum imparti
9 tur,ò quot indulgentijs illum permulcet, quoties illum osculatur, tota eius uiscera cũ illo esse uident.O anima ne post homines abeas,nihil.n.aliud hẽnt,quod tibi dare possint,pter amaritudinem , & afflictionem.Effuge uniuersa,quę sunt in mundo. Atteude Deũ maxima tibi beneficia uelle conferre.Vbi Domine,nunquid in plateis, aut in uijs? Non(inquit)sed ducam eam in solitudinem, extra oẽm ciuitatis tumultum,ibi loquar ad cor eius,ut illud confortem,quo ulterius in bono ꝓgrediatur,nec se malo contaminari patiatur. De his dicit Eccles. Ecclesiasticus. Quitiment Dominum,præparabunt corda sua,& in cõspectu illi⁹ sanctificabunt animas suas. Hi sunt,qui potentias suas ad interiora deserti norunt dirige re,seq. in altissimo Dei sui in cõspectu omnib.secularib.rebus expeditos offerre. Hoc
10 est enim ptęparare corda.Cumq́ue De⁹ sit speculum, in quo se iusti aspiciunt & respiciunt,ad animas suas purificandas,ut eum semp ante oculos suos habent, semp muniunt,quia mũdare debeant. Tantã in Deo puritatem cõtẽplant, ut se confundãt,seq. iterũ atq. iterũ emũdẽt,& hoc est in cõspectu illius sanctificare animas suas. Mali defect⁹ suos nõ animaduertunt, quia hoc speculum ante oculos suos non ꝓponunt. Ali qui sunt peccatores, qui semel tantũ quotã nis peccata sua confitenť,cùm quotidie in numerabilia peccata cõmittant,postea uix reperiunt quid confiteãtur. Huc ẽt spectat Psal. 122. quod dicit Dauid:Sicut oculi ancillę i manibus dominæ suæ,ita oculi nostri ad dñm Deũ nostrum,donec misereatur nostri. An cilla semper in dominæ suę manus aspicit
11 ut uideat,utrũ ei aliqd porrigat,quia non comedit ex manu alteri⁹, nisi dominę suę, & sic in illis oculos positos habet. Hoc est officium animæ solitarię, à secularibus.n. rebus oculos remouens illos in manu dei conijcit , quibus sic statutis dicit: O utinam Domine aliquid mihi spiritus tui impertires si mihi aliquas lachrymas, aliquẽ cælestem rorem,aliquam deniq. cordis teneri-

tudinem concederes.Non aspicio Dñe in manus hominũ , neq; in eis spero; nimis enim arctę sunt : sed in tuis liberalissimis manibus cõfido,ut defectibus meis subuenias.Cũ Rex Sodomæ plurima munera Abrahæ offerret,respondit ei: Leuo manum
Gen.14. meã ad Dñm Deum excelsum possessorem cæli,& terræ, quòd à filo subtegminis usq, ad corrigiam calligæ,non accipiam ex omnibus,q̃ tua sunt,ne dicas:Ego ditaui Abra
12 hã.Solum Deum dicit Sãctus Patriarcha se uelle in adiutorem . Ita oportet facere , ò anima Christiana,nolito seculares fauores, qui te defigurabunt,sed exopta Dei auxilia, quibus transfiguraberis, pulchraq. ac decora redderis.Propterea ẽt dicit Esaias de in
Psalm.40. stis.Qui sperant in Dño assument pennas sicut aquilę,ambulabunt,& nõ deficient. Aq
Simile. la,si quando in terram descẽdit, aliquid ad uictũ suũ collectura, statim in sublime iterũ aduolat,illic quasi semper est eius cõuersatio. Locustæ aũt uix uolatum unũ faciũt, & statim in terrã incidunt. Hęc est differentia inter iustos,& terrenos peccatores,q. iusti plerunque in sublimi cælestia contemplantes cõmorantur.Et quanuis aliquando necessitatibus corporalib⁹ occurrat,statim iterum in sublime contẽplationis efferuntur.Peccatores aũt tanq̃ locustæ, si aliquã
13 do spiritum ad aliquam cælestem cõsiderationẽ erigunt , statim iterum in terrã excidunt.O utinã nobis Dñs illum spiritũ concederet,quo uigebat Sanctus Esaias,qñ di-
Esai.26. cebat.Anima mea desiderauit te in nocte, sed & spiritu meo in ꝓcordijs meis de manè uigilabo ad te.Id est,adeo ꝓpe tecum cõuersari concupisco, ut anima mea exoptet noctẽ iam obrepere,quo negotijs expedita tua diuina conuersatione fruar.In die enim nõ est tanta aptitudo,nec otiũ,quia opus ẽ multis rebus occurrere , ueruntamẽ noctu ego me illis oĩbus explicabo,& manè uigilabo ad te,sciantea quã alijs rebus intendã, ut illic Dñe me doceas qũo me in diurnis actionibus gerere debeam. Non est fratres
14 cur uos excusetis,dicẽtes: sumus matrimonio alligati,habemus familias , non possumus solitudinẽ istam quærere,quam dicis . Nunq̃ audijstis Dauid regem fuisse?ueruntñ etsi rex erat,tot tantisq; secularibus negotijs implicatus , quot magni cuiusdã regni gubernatio secũ affert,dicebat: Septies
Psal. 118. in die laudem dixit tibi.Et paulo antea:Media nocte surgebã ad cõfitendũ tibi. Et ibi dẽ:Præuenerũt oculi mei ad te diluculo.Et alibi: Mane astabo tibi,& uidebo, qm̃ non Psalm.5.
De⁹ uolẽs iniquitatẽ tu es.O q̃ ferue spũs, q̃raq. trãquillitas animi inter tot molestias ac labores , etsi Rex erat, quia Rex sanctus erat, sciebat ita se in secularibus negotijs prudẽter gerere, ne deuotionis atq; affect⁹ sui spũm extingueret.O quãta est hæc cõfusio nobis fratres mei,quos minima quæque atq. leuissima næmia impedit,ne i re tã ne
15 cessaria nos occupemus.Et quãuis hic sanctus Rex tanto cũ studio, ac diligẽtia in his sanctis exercitationibus incũberet, dicebat tũ suspirans,quis mihi dabit pẽnas sicut co Psalm.54.
lũbę,& uolabo,& requiescã?Notate p charitatẽ dei sanctũ Regẽ,nõ corui quidẽ,nisi, aut cygni,aquilæ,aut struthionis,sed colũbæ pennas exposcere. Qđ ꝓfectò non sine magno mysterio factũ est.Non petijt pẽnas corui,qui est niger,& eius cantus est , cras, cras,cras.Per hunc significatur peccator niger,famę,uitæ,ac cõscientię, & semper dicit:cras,cras emendabor,cõfidens in posterũ ad omnia tps esse futurũ, cũ tamen iure optimo eũ timere oporteat , ne forte ante Simile.
17 cras finem moriatur.Nã si Dñs famulo suo magnã pecuniæ multitudinẽ traderet,ut cũ illa alia lucraretur lucrumq. sibi redderet, ille uerò uniuersam pecuniã ludẽdo cõsumeret,atq. dissiparet, & tñ aliam se a Dño
16 suo esse ꝓcepturum speraret,nõne ab oĩbus stult⁹ iudicaretur?sic. Nã imò oporteret eũ timere,ne forte,si qua ei remãserat,eã sibi tolleret,q̃ sperare se aliam denuo esse ꝓcepturũ.Cum igiť hoc ita sit,nescis tu,ò inselix peccator, uitam q̃ tibi dñs hucusq; cõcessit pecuniam esse ptiosissimam,ut cũ ea plurimos gratię,ac gloriæ gradus mereareris,& eius largitori amorẽ, atque gratitudinẽ maximã referres?tu uerò ò perdite,atq. flagitiose uiginti,aut triginta annos , quos uixisti,in peccatis , atq. Dei offensionibus cõsumpsisti . Qũo igitur te ab eo longiorẽ uitã esse ꝓcepturũ,speras? Imo uerò oportet te magnopere timere,ne uitam tibi abbreuiet,cũ illã tã turpiter, ac flagitiosè cõ
17 triueris.Nunqd ignoras Spiritũ Sanctũ dixisse,Viri sanguinũ,& dolosi non dimidia- Psalm.54.
bunt dies suos?Si igitur tu ex ijs es,& Deo ꝓlitam fidelitatẽ uiolasti, ac passim uiolas, qũo speras in futuro aptius fore pœnitẽtiæ tẽpus?O demẽs,te te passio excæcat,ne ĩsanias tuas cognoscas. Et etiã uobis dico nõ esse nimis mirãdum,quod sint corui nigri:

esse

esse aũt coruos albos, hoc est maximè admirandum, hoc est iuuenem, qui uicesimũ quintum annum agit, dicere quasi coruum, cras, cras: magnum malum est, uerum non tantã affert admirationem, q̃ autem senex
28 canis onustus quique iã iam prope sepultura est, dicat quasi coruus albus, cras, cras, hoc me ſnmmopere obstupefacit. O corue albe canis onerate. senioq; confecte, candide tanquã nix, & adhuc non uis emendari, sed pœnitentiã in posterũ differs? O Deus tibi prudentiam concedat, oculosq̃ tuos aperiat, ut in quanto periculo uersaris aperte cognoscas. Nec uero idcirco uolo dicere, ut iuuenis negligens sit in agenda pœnitentia, siquidẽ experientia cõperimus tam iuuenum, q̃ senum incertam esse uitam. Nec etiam Sanctus ꝓpheta pennas nisi postulauit, [*De Milano*] per quẽ piger significaꝫ, qui ꝓ modico labore multũ præmij uult, & habet malum nisi, scilicet, pennas contritas, guttur autem sannum. Nisus est anis nimis uilis, & pusillanimis in aucupando, qui
29 quidem ad arripiendos pullos descendit non uerò ad ardeam cupiendã conscendit, sic ẽt peccator pusillanimis, & piger: cum sagax, & sedulus in secularibus nænijs acquirendis sit, ad cœlestẽ ardeam (q̃ est Deus) aucupandam, nimis piger, ac remissus est. Et hic est ex illis, de quibus dixit Dauid: Oculos
Psalm. 16. suos statuerũt declinare in terrã. Perpendite uerbũ, statuerunt. In quo notatur q̃ consulto peccatores se se rebus secularibus cõmittunt. Nec uerò cygni pennas popoſcit, qui plurimas candidas, carnẽ uero habet nigrã, & qñ vult mori, suauissimè concinit. Atque ẽt hæc auis reprobata erat, & habebaꝫ immunda in ueteri lege, ꝑ quam denotatur hypocrita. O q̃ pulchras pennas quãq. deforam uirtutis speciem ꝓsefert hypocrita. Et cum plumas habeat albas, nigrã tamen habet carnem, atq. duram, q̃ esse conscictia immunda, atq. abdurata, & suauiter canit, quando moriꝫ, qa loquens hypocrita dul-
20 cia, ac sancta uerba, præ inani gloria interiùs moritur, & sic canendo, moritur, & moriendo canit. Nec pennas uulturis postulauit, qui cadaueribus depascitur, atq. etiã in lege reprobus habebatur, ꝑ queu murmurator denoratur, cuius rostrum & lingua in corrupto semꝑ uersatur, quod est, in defectibus, ac negligentijs proximorum suorũ.
Simile. Habes pomum sanum quod tamen modicum quid putredinis habet, accedit musca, & nõ sanũ qdem, sed illud putrefactũ mor-
Dan. 2 debit. Sic ẽt murmurator licet in proximo suo plurimas uirtutes uideat, illũq; tanquã pulcherrimum pomum esse sciat: si tñ minimũ quemq; defectum in eo animaduerit illũ rostro suo cõpugit. In illa statua, q̃ uidit Nabuchodonosor, erat aurũ, argentũ, & æs,
21 in pedibus uerò partẽ habebat fictilẽ, & excidens lapis, non aurũ quidem, neq. argentum, aut æs percussit, sed ad fictilem partem accedens, illam contriuit, & ita tota statua comminuta est. Est quispiam diuersis uirtutum metallis exornatus, habet aurũ charitatis, argentũ sapientiæ, es optimæ famæ, & tñ cũ hõ sit, minimã aliq̃ partem habet fictilem, aliquõ, scilicet, defectũ, ac imperfectionem, & cadit murmurator quasi lapis, nec uerò uirtutes attingit, sed parũ illud læti, illud cõfringit, ꝺ illo, loqꝫ ac murmurat, ut pulcherrimã illã imaginẽ deijciat, ac ꝑsternat. Hic meritò qdem ꝑ uulturem significatur, q̃ nullis alijs rebꝰ nisi cadaueribus, ac rebus mortuis rostrum apponit. ¶ Nec denique alas Aquilę petit, q̃ quidem est tyranna, cum. n. Deus illam cæteris auibus
22 præfecisset, illa tñ nõ coronã considerat, q̃ habet, sed uidet se optimos ungues habere, & sic alias aues audet lacerare, & se illis alere. Hæc significat tyrannũ, q̃ non cõsiderat se à Deo eleuatũ fuisse, ut paruulis faueat, illorumq; necessitatibus occurrat, sed animaduertit se optimas uires, atque ungues habere, & neminem sibi esse restituꝝ, atq. ideò paruulos affligit, lacerat, ac deniq. sicut escã panis deuorat. ¶ Nullas aũt alas Simile.
pẽnas petit nisi colũbę, immaculatæ, nõ habẽtis fel, q̃ ut se se à nisis defendat, diligẽter uolat, & in foraminibus petræ se includere consueſcit, sic ẽt aĩa timẽs ꝺeũ, eiusq̃ misterij cupida, ut se ab infernalibus nisis defendat, cõsideratione puolat, quousq. se in foraminibus petræ absc̃ꝺat, quæ sunt Cant. 2.
Saluatoris nostri Iesu Christi uulnera, ad q̃ ipsemet eã inuitate, dicens: Surge, propera amica mea, colũba mea, in foraminibus petrę, in cauerna macerię: Hæ sunt pẽnę, quas petit Dauid ad faciendos hos uolatus, iã. n.
tũc diuinis contẽplationibus sacratissimorum Redemptoris uulnerum tradebatur
23 Deum exorate fratres, ut hęc uobis desideria largiatur, quibus Sanctus hic rex ardebat, illumq̃ imitari curate, siquidem tot negotia nõ habetis, quot ille habebat, quæ uobis impedimento esse possint.

Valdè

Valdè notandum est, Dominum ad hũc montẽ excelsum, atq; ad hoc opus admirabile non omnes discipulos suos deduxisse, sed tantũmodo: *Assumpsit Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius.* Qã si qs q̃rat, quare cæteros alios nõ deduxerit? Dico hoc fecisse ꝓ Iudam, qui tã sancta uisione erat indignus, quẽ si solũ relinqueret, (scandalizaretur, ne igitur talem illi scandali occasionẽ præberet, reliquos cum eo in ualle
24 reliquit. Hinc intelligetis quantũ detrimentũ aduenit bonis ex conuersatione malorũ. Tantam fęlicitatẽ Sancti illi dicto Apostoli amiserunt, sicut erat dñm gloriosum intueri, ꝓ unum malum, quẽ secũ afferebant. In
Sapien. 18. quo significatũ est multo remansuros esse, ne Dei faciem in cęlesti gloria uideant, eo quod cũ malis hominibus cõuersantur. Nã vt Salomon ait. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit, amicus stultorũ similis efficietur. Hic per nomen sapientię, intelligitur practica quædã, ac sapida Dei cognitio, quæ plurimarum uirtutum exercitatione, sanctorumq; uirorem assidua cõuersatione
25 cõparatur. Et per hoc nomen: stultitia, significatur peccatũ, & ꝓ stultos, peccatores desig-
Simile. nantur. Et qui cũ eis conuersatur, similis illis efficietur. Quid durius ferro quod vniuersa metallorum genera domat, ac flectit? quod si diu in terra inclusum esse patiamini, consumpta duritia sua, in mollẽ terram conuertitur: Si igitur durissimum ferrũ in illud cõuertitur, cui cõiungitur, quid faciet carneum cor, si toto uitæ suæ tẽpore cũ carnalibus hominibus conuersetur, nisi quod oculi, os, aures, cor, atq; anima, oẽs deniq; ei⁹ partes sicut carnales? Idcirco Beatus Pater noster Franciscus in montibus cõmorari gaudebat, & cũ timore maximo populos
26 docturus ab illis descendebat. Dicebat nãque ex diuina Dei conuersatione homines diuinos effici: ex hominum autẽ consortio uix fieri posse, quin hominibus aliquid ex humano iungeretur. Si igitur hoc uir ille sãctissimus, diuinoq; spiritu repletus sentiebat, quãtò magis oportet nos miseros timere, cum parum, aut nihil fortasse ex illo habeamus? Quod cum ita sit, fratres charissimi per charitatẽ Dei uos rogo, ut diligenter animaduertat unusquisq. quibuscũ cõuersetur, præsertim matres, q̃ liberos habetis, uos magnopere deprecor: Deiq; nomine uobis cõmendo, ut postquam quintũ, aut sextum annũ egerint, summopere cure
tis eos cum pueris, aut hominibus uirtute præditis cõuersare. O clementissime Dñe ꝓ uiscera misericordię tuæ te exoro, ut de cælo radios lucis, ac charitatis immittas, quo lingua mea in auditorũ meorũ cordibus saluberrimũ atq; maximè necessariũ hoc cõsiliũ imprimat: Nequaquã uerbis exaggerari potest, quantũ detrimentũ malæ familiaritates afferãt. Quale exẽplum (dicito mihi) ac
27 ceptura est filia tua, si cũ prophana quadam virgine, quęq; astando fenestris maxime delectatur, crebrò cõuersatur, nisi quod breui tpe illi similis efficiatur? Et si aliã malã uetulam cum ea loqui finitis, non animaduertitis filiam uestrã ab eo esse peruertẽdam? Plantatis in horto uestro malum citreã, aut laurum, siue aliam arborẽ delicatam, & qauos illam plantastis, maximã solicitudinem habetis seruandi illam, præcipuè à gelu, & pruina. Hanc igitur plantulam nouam, quæ est filia uestra, arbor, delicata seruet Deus à pruina, hoc est, a gelido quodam sanguine. Quid dicis Pater? à nouo illam Deus custo-
28 diat, à ueteri enim satis custodita est. Non me intelligitis. Dico, ut filias uestras à gelido sanguine, hoc est, à malis uetulis custodiatis, quæ gelidum habent sanguinem, & virginitatis uirorem perdunt, atque marcescere faciunt. Et si filius uester cum perdito quodã atque dissoluto homine cõuersaꝫ, qualis efficieꝫ? Attendite qd adhæserit. Am non filio Dauid ex societate perditissimi cu 2. Re. 13.
iusdam adolescentis nomine Ionadab, q̃ ei consuluit, ut ad sororem suam Thamar turpiter accederet, quod de facto fecit, illã que defloravit, quamobrem postea infœlici interitu occubuit. Eos autem q̃ alios peccare facitis uos magnopere rogo, ut diligẽtissimè noteris supplicia illa, quæ Deus sequenti imposuit, solummodo quia diabolus illum instrumentum ad nostros primos parentes decipiendos assumpsit. Cũ ille cul-
29 pæ incapax esset, attendite, quot maledictiones in illum iniecit, dicens, Maledictus es inter omnia animantia, & bestias terræ, super pectus tuum gradieris, & terram co-
Gen. 3. medes cũctis diebus uitæ tuæ! Antea enim non sic fortasse ambulabat, atque herbis, aut alijs cibis uescebatur, nunc autem terra uix satiaꝫ. Inimicitias ponã inter te, & mulierem, antea enim forsitan erat domesticus, quasi gallina, postea uerò maximè odibilẽ Deus illum, præsertim mulieribus reddidit. Dñe, serpens quid deliquit, cùm non habeat

habeat ſnbiectũ culpæ, ſiq̃dẽ nec itellectũ, nec uolũtatẽ habet? Hinc cognoſcetis quã to odio Deus habeat peccatũ? cũ ſolũ modo, qa ſerpẽs inſtrumẽtũ fuerit peccãti ſine culpa, illũ Deus tã ſeuero ſupplicio puniat. Quo igit ſupplicio afficiẽ ille, q fuerit inſtrumẽtũ, & occaſio, pp q̃ aliq̃s eius culpa peccet? O miſerũ te atq; infœlicẽ peccatorẽ q̃ crudelibus, atq. æterni inferni cruciatibus punieris, ſiquidem quãtum ex te, iam animam illam in perpetuum comburẽdam in infernales ignes detruſiſti.

Et transfiguratus eſt ante eos. Hic oportet uos tẽ quãdã animaduertere, ut noueritis qũo corpora ueſtra tractare debeatis, q̃ eſt, q cũ ſacratiſſimo Redẽptoris noſtri Ieſu Chriſti corpori iure optimo gloria debeẽt, eo q glorioſę aiæ corp⁹ eẽt: illa tñ priuatũ eſt pp nos, quo poſſet ppeti ea, q̃ paſſũ é. Quãto igit maior rõ eẽt, ut cõrpora noſtra humanis uoluptatib⁹, terreſtriq; gloria pp tãtũ, tãq; bonũ Dñm priuarem⁹? Prætera hæc rebellia corpora toti⁹ gl̃iæ, ac uoluptatib⁹ sũt indigna, imò uerò multũ laboris atq. afflictionis ꝓmerẽt: cũ tãti mali ſint inſtrumẽta, & ſicut talia illa tractare debere-
31 m⁹. Quãdo Ioſeph noluit Beniamin ĩ cõſpectu ſuo apparere remediũ, q habuit, fuit, fratrẽ eius maiorẽ natu in carcerẽ detrude-
Gen. 42. re. Duo fratres sũt corpus, & aĩa, frater maior diebus, eſt corpus, qa multis ante dieb. incipit eẽ in uẽtre matris, poſtea uerò creat aĩa, & quẽadmodũ ĩ domo Magnatis, ꝑcipua rõ habeẽ de maiori filio, hic optime tractaẽ, hic magni æſtimatur, illi ſeruãtur reddit⁹, & primogenitura: minor uerò qbuſcũq. reb⁹ ſuſtẽtetur: ſic ẽt ĩ hoc mũdo tota rõ habetur de corpore, illi fiũt sũpt⁹, illi uoluptates adaptãtur, illi cibi, potuſq. delicati ꝓparãtur, illi den q. decoræ, ꝓpoliteq ueſtes ſanciũtur, miſeræ uerò aĩæ nihil datur. Nũc ergo uultis ut hic frater minor, q̃ eſt aĩa uideat Ioſeph, id eſt, Ieſum Chriſtũ in cęleſti aula glorioſũ? Ad hoc oportet fratrẽ maiorẽ in
32 carcerẽ detrude, ac uinculis alligari. Ligate corp⁹ iſtud timore Dñi, ut maxima recollectione incluſũ ſit, ieiunijſq. ac diſciplinis torqueatur, q ſi liberũ atq. ſolutũ ſinitis, ut quicq d ei libuerit, faciat nũq̃ aĩa ueſtra Ieſu Chriſti faciẽ ꝑſpiciet. Nũquid me intelexiſtis fratres? Idcircò tantopere B. Paulus
Coloſ. 3. hoc nobis cõmendat, dicẽs: Mortificate mẽbra ueſtra, q̃ ſunt ſup terrã, Dicit, q̃ ſunt ſuper terrã, qa in hoc ſeculo, quandiu mẽbra ſunt ſuper hanc terram illa debeamus mortificare, ne in futuro ſeculo in perpetuum torqueantur, ac mortificentur.

Et ecce apparuerũt illis Moyſes & Helias. Luc. 9.
Beatus Lucas dicis, qd̃ dicebãt exceſſũ eius, quẽ cõpleturus erat in Hieruſalem. Exceſſũ uocat ſacratiſſimã Domini mortẽ, qa ex parte ſui cũ exceſſiuo amore illá paſſus eſt, & ex parte hoĩum cũ exceſſiua crudelitate illata fuit: & ex parte iudicis iniquiſſimi ſententia ẽt cum exceſſiua iniquitate, & iniuſtitia prolata fuit, quod adnotauit B. Lucas, dicens: Ieſum aũt tradidit uoluntati eorũ. Sicuti notat Cyrillus; nõ imperauit Pilatus ſolutẽ, ut Ieſus Chriſtus crucifigeretur, aut Luc. 23.
iugularetur, aut ſuffocaretur: ſed ut Ieo uni Cyrillus.
uerſa deſideria ſua cõplerent, deq̃ue eo quãcunque uindictã uellent, ſumere poſſent. O 33
terribilem iniuſtitiam, atque iniquitatẽ? qd̃ accuſatores delinquentẽ iudici tradant, tolerabile eſt. Quod ãt iudex tradat uinctum etiam malefactorẽ in man⁹ inimicorũ ſuorum, qũ tanta tyrannis uiſa eſt? Non potuit Sanctus Euangeliſta iudicis Pilati iniquitatẽ amplius exaggerare, quã dicendo: Tradidit illũ uoluntati eorũ. Eorũ (inquam) quorũ uiſcera adeò odio corrupta, atq; depraua ta erant, ut ſi bonus Ieſus mille uitas habe- 34
ret, tot ei adimere concupiſcerent. Et ſi ipſi mẽbratim illũ lacerare, atq; diſſoluere poſſent, nunq̃ tam breui temporis ſpacio interfeciſſent. Et notandũ eſt, Sanctum Euangeliſtam nõ dixiſſe. Voluntatibus eorũ, ſed uoluũ tati eorum: quia licet mali in rebus uirtutis ſemp ſint diuiſi, in rebus tamen iniquitatis ſemp conformantur, & adunantur. Quod q dẽ hic obſeruatum eſt, quia oẽs uno animo erant, unamq; uolũtatem habebant. Et una Luc. 23.
nimiter oẽs dixerunt. Crucifige, crucifige eũ. O fratres chariſſimi, ſi hæc, q̃ filius Dei pro nobis paſſus eſt, amorẽq̃ue, quo oĩa tolerauit ſemper ante oculos ferrem⁹, quàm admirabiles effectus in cordibus noſtris efficerent. Idcirco clementiſſimus hic Domi- Thre. 3.
nus unicuique noſtrũ commendat, dicens: Recordare paupertatis, & tranſgreſſionis meæ, & abſinthij; & fellis. Et ſtatim addit, 35
dicens, quod Chriſtianum reſpõdere, oportet, ſcilicet Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea.

Cũ B. Petr⁹ rẽ tã glorioſã cerneret, dixit Simile.
adIesũ. *Domine, bonũ eſt nos hic eſſe.* Quẽad modũ uas plenũ nõ põt aliũ liquorem recipere, ſi ẽt aĩa S. Petri diuino illo liquore, cæle-

eſtiq̃ gaudio plena, nullius alterius rei recordabat. Qd̃ ſi una gutta ſic inebriatus eſt, qd eſſet, ſi in eſſentiales beatorũ gloriæ pelagus intraret? Si cũ uideret duos ex electis Dei cũ Chriſto Redẽptore noſtro aſſiſtẽtes, hoc dixit; qd diceret, ſi cerneret innumerabilia millia milliũ beatorũ ſpũum, añ infiniti Dei Maieſtatẽ cõſternatos? ſiq. audi
36 ẽs duos illos sãctos de Saluatoris morte lo- quẽtes, tãta lætitia affect⁹ eſt, qd faceret, ſi
Apoc. 7. dulces illos cõcẽt⁹ audiret, de qb⁹ dicit B. Ioannes: Vidi turbã magnã q̃ dinumerare nemo poterat, &c. Et clamabant uoce magna, dicẽtes. Bñdictio, & claritas, & ſapiẽtia, &c. Deo noſtro in ſecula ſeculorũ. Amen. De⁹ infinitæ Maieſtatis, q̃tũ gaudiũ illic nobis erit qñ glorioſũ cõſpectũ tuũ ꝑſpexerimus. Ideo ꝓ eo, q nos legimus. Satiabor cũ
Pſalm. 16. apparuerit gloria tua. Alia trãslatio apertus inſinuat quę dicit. Satietas lętitiarũ eſt cum uultu tuo. O Domine per tuam infinitam miſericordiam nos illuc deducito.

Adhuc eo loquẽte, ecce Hic eſt filius meus dilectus. Hęc uox cũ his uerbis nõ eſt audita, niſi in baptiſmo, & trãsfiguratione? In baptiſmo, ad ſignificãdũ q in sãcto Sacramẽto baptiſmi, efficiẽ hõ filius Dei adoptiuus, & adoptio eſt ꝓ cõformitaté quãdã imagini naturalis filij Dei, q̃ ſit per gratia in hoc ſeculo,
37 & hęc eſt cõformitas imperfecta. & ꝓ gloria in futuro: atq; hęc eſt cõformita ſpẽcta
1. Ioan. 2. iuxta illud Ioãnis dicẽtis: Nũc filij Dei ſumus, & nondũ apparuit qd erimus, &c. Qñ uidebimus eũ ſicuti eſt. Et qa in ſacrosãcto Baptiſmo, & in admirabili Transfiguratione, duæ hę cõformitates gratiæ, ſ. & gloriæ ſignificatę ſunt, idcirco ęternus Pater uoluit peculiariter in eis Ieſũ Chriſtũ filiũ ſuũ dilectiſſimũ nominare, ut ſignificaret, eos q ſi bi uerè obedierint, hoc ẽt noie dilectiſſimo tũ filiorũ Dei eſſe fruituros. Cõcedat nobis
38 diuina ipſius Maieſtas gratiã, quo tanta dignitate fruituri in gloriã aſcẽdamus. Amẽ.

Feria IIII. poſt Dominicam II. in Quadrageſima.

Aſcendẽs Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duodecim diſcipulos ſuos ſecretò, &c. Matth. 20.

ADMIRABILE eſt cõſideratu, q̃ crebrò Dñs de ſacratiſſimę Paſſio ſuę myſterio cũ diſcipulis ſuis loquebat. Et ſancta Eccleſia Spũs ſancti lumine illuſtrata idẽ facit illam nobis ſępenumerò in memoriã reuocãs. Cuius rõ eſt, ꝓ ſiquidẽ peccatũ adeò in orbe terrarum uſitatum eſt, q qdẽ nimis periculoſus eſt morbus, oportet etiam ſępenumerò medicinã repeti qua hic morbus curari põt. Vix eſt momẽtum, in quo non peccam⁹. Non ſit ergo ẽt momen- 1
tum, ĩ quo sãctiſſimę Dñi paſſionis non recordemur, illãq. attẽctiſſima animi conſideratione recolam⁹. Præcipiebat Deus in tẽplo ſp eſſe odores, & Thymiama, ut ubi tot Exo. 30.
erãt ſacrificia, tãque aſſidua cruoris effuſio, atq, ꝓinde malus corruptuſq. odor, eſſent ẽ boni odores, q malos conſumerẽt. Sic ẽt in anima, ubi plerunq. malus eſt odor, ſanguiniſque peccatorũ effuſio, oportet bonos ẽt odores, & Thymiama eſſe, q ẽ dolor: & aſſidua recordatio sãctiſſimę paſſionis Dñi, quib. malo iſto odori remedium adhibeẽt. Hoc ſp Apoſtolus in recordatione ſua ferebat, unde dicebat. Chriſto confixus ſum cru- 2
ci. O admirabilẽ exaggeratiõnẽ. Conſidera Gala. 2.
te quomodo crucifixus qdã obliui ſci non poteſt crucis, cui affixus eſt, ſic ꝓfectò non obliuiſcebaẽ S. Apoſtolus tormentorũ, quę Dñs in cruce tolerauit. Semp. n. cõſiderabat ſe ĩ eadem cruce fixũ eſſe, & in hoc ſenſu intelligi poſſũt uerba illa, q̃ ĩ eadem Epiſtola dixit. Ego. n. ſtigmata Domini Ieſu ĩ corpo Gala. 6.
re meo porto. Adeò efficiter ſanctos illos clauos, ſpinas, ac uerbera cõſiderabat, ac ſi ipſius corpus illis affixũ, cõpũctũ, flagellatũq. eſſet. Maximũ beneficium, atq. indulgentiã cõfert Deus in illos, qbus paſſionis ſuę memoriã imprimit. Cum hac. n. recordatione nullũ erit genus amaritudinis, qd̃ ei dulce reddi non poſſit. Non ſine myſterio diſpoſuit diuina Prouidentia. q cũ Hebræi ex
Ægypto exiſtẽt in locũ quẽdã uenerint 3
in quo nullę erant aquæ, q̃ nequaq̃ bibipoterãt, Et uenerũt in Marath, neq. poterãt bibere aquas đ Marath, eo q eſsẽt amaræ. Exo. 15.
Et clamauit Moyſes ad Dominũ, q oſtdit lignũ qd̃ cũ miſiſſet in aquas, in dulcedinẽ uerſæ sũt, Iu quo ſignificaẽ, q ubi primũ à peccato exieris, oĩa tibi amara uidebũtur, ieiuniũ, diſciplinæ, abſtinẽtia à ludis, à uoluptatibus, & his ſimilia. Ecce igitur, adeſt lignũ, quæ eſt uiua recordatio sãctiſſimæ crucis. ac paſſionis Dñi, quæ omnia reddet dulciſſima. Verũtamẽ animaduerte Dominun nõ oib⁹ qdẽ lignum hoc oſtendere, ſed ſoli

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moysi ad Dñm proclamanti,lignũ fuisse de mõstratũ.Sic Dñs intimo cordis affectu proclamãti,instantissimeq; postulanti sanctissimæ Passionis suę recordationẽ,atq;affectionẽ in corde collocabit.Pete frater charissime à Deo,ut te passiõis suæ affectuosissimũ atq;ardentissimũ amatorẽ efficiat,atq;illi⁹ dolores assidua animi meditatione recolere,concedat.Ecquis peccare audebit recordans,q̃ maximi peccatũ deo steterit? Saul nimis iratus fuit in Dauid,conatusq; fuit ei mortẽ inferre: cui filius eius Ionathas magna à Dauide accepta beneficia ĩ memoriã reuocauit,dicens.Ne peccet Rex in seruum suũ Dauid,quia non peccauit tibi,& opera eius bona sũt tibi ualde.Et posuit aiam suã in manu tua,& percussit Philisthæũ,& fecit Dñs salutẽ magnã uniuerso Israeli.Vidisti, & lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio,interficiẽs Dauid,q̃ est absq; culpa?Adeò hæc uerba apud Saulẽ ualuerũt, tãtãq;opationẽ ĩ ei⁹ corde fecerũt,ut dicat illic sacratus Textus.Qđ cũ audisset Saul placatus uoce Ionathæ iurauit: Viuit Dñs, qa nõ occidĩt. Præ beneficij recordatione passio ab illi⁹ corde euulsa est.Vter igit̃ maiora cõtulit beneficia,Dauid Sauli,an Iesu Christus filius Dei nobis?Ingressus est Dauid in conflictum unum p̃ Saul,ĩ quo ictũ quidẽ unũ percepit,nec ei uulnus inflictũ est,nec min mã sanguinis guttã effudit, in conflictu aũt quem Saluator noster ꝓ te aggressus est, ecce quot ictus, quot uerbera, quot uulnera ꝓcepit,ita ut ne minima quidem gutta sanguinis in sacratissimo eius corpore fuerit relicta,& tandem mors acerbissima illata fuit. O diuine hoiũ amator, quam singulari beneficio nos in ꝑpetuum deuinxisti.Qũo fieri poterit,quin in cordibus nostris firmissimũ quoddã ꝓpositũ statuamus,iã illũ nõ amplius offendẽdi,si tãti erga nos bñficij meminerimus?Ambulate in dilectione sicut Christis dilexit nos, & tradidit semetipsũ ꝓ nobis obl̃onẽ,&hostiã deo ĩ odorẽ suauitatis,dicit B.Paulus.Quis adeo ingratus erit,q̃ tã singularẽ amorẽ alio amore nõ ꝓsoluat? Nec uero cõtetus est dicere,ut illũ diligerimus, sed dixit ét: Sicut & Christus dilexit nos,& tradidit,&c.Similia pro eo efficere,ac perpeti capiamus.

Cũ Dñs de sanctissima morte loqueretur. *Tũ accessit ad eũ mater filiorũ Zebedæi.* Petijt sic indistinctẽ & gñaliter,ut sibi bñficiũ qđã faceret. Prius uoluit uerbũ Dñi dictũ

1.Re.19.

4

6

Ephes.5.

Matth.5.

ri se beneficiũ ei esse concessurum, apphendere,quã petitionẽ suam declarare. In quo apparet iã illam suspicatã fuisse, petitionẽ suã nõ esse rõnabilem,& sic uoluit prius ꝓ missionẽ Dñi certã habere. Diuinus aũt Magister docens nos hoies prudẽtes nunq̃ debere aliq̃d in distinctè,& generaliter polliceri,cũ pri⁹ nõ itellexerint, qd ab eis petat (qđ nõ obseruauit maledict⁹ ille Herodes, q puellæ ꝓmisit,dicẽs: Quicqd petieris,dabo tibi,licet dimidiũ regni mei.) Dixit illi, qd uis? Nunqd tu Dñe qd hæc mulier petitura sit,teq; illi petitionẽ nõ esse cõcessurũ, ignoras? ut qd uis hãc ambitiosã postulationẽ in publicũ exire? & cur matrẽ cũ liberis suis ĩ oium cõspectu conaris pudore cõfũdere? Nunqd nõ meli⁹ esset,ut eos seorsũ assumeres,huiusq̃.ambitiõis reꝓhẽderes? Nõ (inqt)sic.n.Ecclesiæ meæ cõuenit,uolo ut eorũ ambitio oib⁹ innotescat,cũ ut illos humiliẽ,tũ ẽt ut cũ peccatores cognouerint, quales fuerint Apostoli prius q̃ ad ꝑfectionẽ illã ꝑuenirẽt,nemo diffidat,nec deficiat cũ se in peccatũ ꝓlapsum uiderit,sed curet cellerrimè consurgere,sicuti & illi fecerũt. Atq.etiã,ut nemo de se præsumat,nec sibi fidat in quantũuis sublimi statu sit, siquidẽ hi q erãt in Apostolico collegio Iesu Christi in ambitionis peccatũ ceciderunt. Et iõ eã iterrogat; *Quid uis?* At illa respõdit: *Dic ut sedeãt hi duo filij mei,&c.* Adeò crudele est ambitionis uitium, ut nemini parcat, adeò effrons,atq.impudens est,ut in capitula,senatus,ac cõcilia prælatorũ domos,ecclesiarũ mos, atq.monasteria non dubitet introire. Hoc aũt multo maiorem affert admirationem,q̃ non semel tñ, sed sæpenumerò in sacrosãctũ Dñi nostri Iesu Christi collegiũ ingressũ fuit,absq; eo qđ aliquis Apostolorũ ei ingredienti resisteret. O æternę Deus, quid est hoc Dñe,q̃ inter eos,qui futuri sũt sanctę Ecclesię fundamenta,atq. columnæ tã diabolicũ ac luciferinũ uitiũ, qualis est ambitio,pateris introire? Hoc uero multũ huic negotio addit,illudq̃. maximè aggrauat,quod tali tẽpore,ac cir eũstãtia eos hęc mala tineat tetigerit. In ultima etiã cęna facta est cõtentio,q̃s eorũ uideretur esse maior. O rem stupẽdã,q̃ in die tã cõsecrato,ĩ cœna tã sancta,inter tot mysteria,& sacramenta,postq̃ illorum pedes Dñs abluerat, statim postquã Dñs sanctissimũ corpus suũ in sacrosãcto Eucharistię Sacramento illis fuerat impertitus,hęc mala pestis eos inua

1 Co.13.

Luc.22.

Philip.4.

sit.Ecce q̃ deuoti,atque affectuosi ex cõmunione sãctissima atq; ex diuina ꝑdicatione exierũt.Negligẽtes igitur estote, & in uirtute,q̃ uobis habere uidemini, securi estote arbitrãtes,qa in uos uitiũ ex crassis, ac nimis turpibus nõ ingreditur,sicut Luxuria, Gula,& his similia nõ ingressurũ esse aliq̃d ex subtiliorib⁹, & magis spiritualibus, qualia sũt,supbia,& ambitio. Ego ãt uos moneo(q; &uos optimè nostis)q; licet assiduo sanctissimũ altaris sacramẽtũ sumatis,licet cõciones attẽtissimè, atq; affectuosissimè audiatis,licet plurimas lachrymas effundatis,nisi solicite uobis caueritis, maximãq; curã,ac uigilãtiã in uobis custodiẽdis adhibueritis,pestiferũ hoc uitiũ in uos ingredi poterit.Et sæpenumero ex ipsis bonis operibus exit desideriũ,ut ꝓ pp illa æstimemini, ac uiri sãcti eẽ iudicemini, sicuti ex ueste exactissima ꝑdit tinea. Hæc eadẽ tẽporis circũstãtia in hodierna ẽt S. Euãgelij lectione detegitur:qñ.n. Dñs de uituperijs,ver-
beribus,ac crudelissima morte sua cũ illis
loꝗbatur:tunc illi cũ hac insulsa ex petitione accesserunt.O q̃ dissimiles sunt cogitationes Dei cõsiliis hoium, sicut & ipse dixit ꝓ Esaiã his uerbis: Nõ.n. cogitationes meæ,cogitationes uestræ, &c. Quia sicut exaltãtur cæli a terra,sic exaltatæ sunt cogitationes meę à cogitationib⁹ uestris. Ecce cogitationes Dei oẽs sũt cęlestes,oẽs plenę charitatis,qũo ꝓ hoibus moriturus ẽ,qũo in eos maiora cõferet beneficia: hoium aũt uniuersæ ferè cogitationes sunt terrestres, qũo pluris æstimabũtur, qũo aliis ꝓferẽtur, ac denique qũo dominabuntur. ¶ Satis manifestè hic ostenditur qd sint hoies ex natura sua,& qd sint ex parte diuinæ gratiæ.Si ꝗras à Beato Paulo qd sit ex parte tui? respõdet dicẽs: Si linguis hoium loquar, & Angelorũ,charitatẽ ãt nõ habeã, fact⁹ sum uelut æs sonãs,aut cymbalũ tinniens: Et statim ad hoc ꝓpositum alias maximas exaggerationes addit.Si uerè eum iterroges qd sit ex parte gratiæ? respõdet se habere quasi omnipotẽtiã q̃dã,& sic dicit.Oia possum ĩ eo,q̃ me confortat.Idẽ equidem & reliq. Apostoli meritò posset dicere,sicut ex hac Sancti Euangelii lectione perspicitur:& sicut erat in ultima cœna, & hodie ipsamet ex petitio,eandẽ utriq̃ medicinã Dominus applicat.Tunc eis dixit: Reges gẽtium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, benefici uocantur,uos

10

11

Esai.55.

8

12

13

Simile.

14

15

ãt non sic,sed qui maior est in uobis fiat sicut minor.Ferè idẽ eis hodie dixit:Isti magnates huius sæculi solũmodo expetunt honorari,aliorũq; dominari q; si beneficia in alios cõferunt,hoc faciunt ut liberales,atq; magnifici reputentur: & qui maiores sunt, potestatẽ exercent in hos,id est, potestate sua ad tyrãnides exercendas utuntur.Ecce qd dicat,principes gẽtium.Docẽs in hoc,si principes,regesq; Christiani eadẽ faciunt, nõ Christiane qdem,sed gentilicè, ac barbare hæc facere.Et q̃is baptizatl sint qũ tumcunq. fidei habeãt,tñ Deo, ac reipublicæ suæ infideles illos potestis appellare,uos ãt nõ sic.O admirabile uerbũ, ĩ quo quanti Deus suos faciat,etsi peccatores erant,aperte manifesta.Qñ rex filiũ suũ alicuius uitii corrigit,dicit ei,istud ab hoie plebeio,& in simi-
lis conditionis,fieri solet,te ãt filiũ regis dedecet tale facere,ita loqtur hic Dñs cũ suis.Ex quo intelligẽt patres Ecclesiastici q̃ maximè teneãtur esse humiles, & unumquęq.illorũ esse sicut ministrũ. Hoc est,uolo(ait Dñs)ut in spũaliũ rerũ administratione non tãq̃ dominos,sed tãq̃ ministros uos habeatis cũ subditis uestris. Nolo ꝓcipere,ne à subditis uestris honoremini, aut ne uobis obediant,imò uerò q uos spernit,me spernit.Sed uolo dicere,ut munus uestrum exerceatis ad oues uestras honorificãdas, atque ad seruiendũ illis,non uerò quò uos ab eis honorificemini,aut uobis ipsæ ministrẽt.Ne ad honorẽ,aut dñium respiciatis, sed potius uos alios honorare, eisq. ministrare curate.O altissimã doctrinã Euangelicã,quẽadmodũ q eam erudit, plus est q̃ hõ,qa uer⁹ est ẽt Deus,sic etiam eius doctrina est plusquam humana,qa est diuina. Quis alius,præter Deum faciet prælatos, & principes huius sæculi hoc intelligere,scilicet eos oportere habere, subditos suos intra cor suũ,tanq̃ dominos,& quo in altiori dignitatis gradu quis cõstitutus est,eo humiliorẽ,atque abiectiorẽ intra se ipsũ illũ esse oportere? Profecto si perspicua oculorũ acie rem hanc animaduerteremus,scilicet,quo die quisq̃ dignitati præficitur,eo dẽ die statueret plurimis dominis se esse seruiturum, ministrorumq̃ue uitam esse uicturum,pauci prælaturam desiderarent.Et sicut dominus dicit seruo suo,sic subditus dicere potest prælato,persolue mihi ministerium,hoc quod à te peto,iure namque illud mihi debes,quia cibo, & uestio te, &c.

Qđ si soluere nolueris, in iniustitiæ peccatũ committis. Et sic Bear⁹ Paul⁹ ubi primũ se Apostolũ uidit, dicit. Cũ liber essẽm ex omnib⁹, omniũ me seruũ feci, ut plures lucrifacerem. O si uerbum hoc, qđ Dominus hic dicit: Non ita erit uos, & illud qđ dixit post ultimã cænã, uos autem nõ sic, in memoria nostra semper impressã morarẽtur, ut qd inter nos & gẽtes debeat interesse ad uerteremus. Quod gentes sæculares honores, ac dominia perquirãt, nõ est mirãdũ: Christianos autẽ, cũ sint tã humilis, ac submissi capitis, sicuti Iesu Christi membra, dignitates, atq; prælaturas expetere, in eisque hoc pestiferum ambitionis uitiũ dominari, nimis reprehensibile, atq; est. Cũ uoluit Sanctus Moyses ambitionẽ illã Dathan, & Abiron receuserẽ, uerbis quibusdã maximi doloris exorsus est dicens. Ecce aũt Core filius Isaar, &c. Hoc est, nũquid uobis admiratione dignũ non uideatur? quis tã nobiles, ac præstantes uiros tanta macula inficiẽdos esse iudicare? ẽt igitur exaggerare possumus rẽ esse maximæ admirationis, q̃ homines, qui Euangelicã legem ꝓfitẽtur talis superbia, ac uanitas incidat, qualis hodie inplerisq. dominatur. Quę cũ ita sint fratres charissimi per reuerentiã Dei uos rogo, ut oculos aperiatis, atque hoc peccatũ diligentissime fugiatis, quia enim tã malum est, dicitur in sacris literis pestilẽtia, sicuti ppendit Beatus Augustinus super Psalmũ primũ, ubi dicitur. Beatus uir qui in cathedra pestilentiæ nõ sedit. Pestilẽtiæ, ꝑm Augustinum, hoc est, ambitionis. Quia illã tãq; pestilẽtiã oportet deuitari. Et cuigilãtissimos nos esse oportet, dissimulans enim solet obrepere sub specie rei, diuinæ uoluntatis cõcessione permissæ, imò uerò præceptæ, ut unusquisq; honorẽ suum diligenter curet, ne illum amittat. Dicit enim Ecclesiasticus, curam habe de bono nomine. Et illud. Melius est bonã nomen, quã diuitiæ multę. Et hinc ꝓuenit, quod ambitioso uideatur sibi magnopere honorem conuenire, & bonum ei maximi æstimari: quia Deus uult unumquemq; rationem habere honoris sui, sicuti hic dicitur. Nec uerò animaduertit, hæc uerba nos admonere, ut oĩbus bonũ uirtutis exemplum ꝓbere curemus, atque ita uiuamus, ut nulli scãdalũ afferamus. Vnũ autem ex crebrioribus scãdalis est uidere quẽ quam alijs præferri uelle, sicuti hodie scandalizati sunt reliqui Apostoli sup hos duos fratres, sicuti Dicit Sanctum Euangelium: *Et audientes decẽ indignati sunt de duobus fratribus.* Ac si singulis illis primogenitura tolleretur, ita indignati sunt.

1.Cor.9.

16

Num. 16.

17

Ecclꝛ.41.

Petit ergo mulier hæc: *Dic ut sedeant, &c.* Hoc est, peto, ut filij mei sint dñi manuum tuarũ, hæc est petitio magnatũ, & eorum, q̃ apud reges plurimũ ualent, uolunt enim Dñi esse manum regiarum. Non contentus est qsq; q̃ apud regem tm̃ ualeat, ut ei bũficia plurima rex conferat, sed uult ẽt, ut q̃cunque alijs facturus est ꝑ manus suas ꝓtereant. O terribilem ambitionẽ? quomodo mulier hæc tm̃ postulare ausa est? quia hoc desiderauit, idcirco postulauit. Cauete fratres ne in effrænata desideria deueniatis, si enim hæc in corde uestro exarserint, facilè in mille inconueniẽtia, & mala incidetis. Magnopere notandum est hic q̃d intersit inter errare iussi, & errare peccatoris. Homo uitiosus incidit in unum peccatum, & post illud, in aliud, sed iustus si in errorem unum incidit, illum rũ plurimis bonis circũstantijs inuolutũ defert, sicut huic sanctæ mulieri accidit, q̃ & si tẽporalia petẽs errabat, uerũtamẽ attẽdite q̃ta cum reuerẽtia, & humilitate hæc poscebat, adorans. n. ait, dic ut sedeant hi duo filii mei, &c. Eo quod sunt filij mei, moueor, ut ꝓ illis petam, nõ dixit: qa digniores sunt alij, aut qa nobiliores. Nonuulli sunt, q̃ de ꝓximis suis detrahunt, ut sibi melior pars contingat, arbitrãtur. n. se, qđ expetunt impetrare nõ posse, ni si alios disserpant: uerũtamẽ hęc sancta mulier absq. ullius offensione petebat. Vt. n. dicit Beatus Paulus: Charitas benigna est. Charitas nõ æmulat, non agit perperam, non cogirat malum, scilicet, alterius & sicut illud non cogitat, sic etiam non loquitur. *Respõdẽs aũt Iesus, dixit. Nescitis q̃d petatis.* Noli q̃rere ab hoie ducatũ (ait Ecclꝛastic⁹) neq. à rege cathedrã honoris: & Hebrę⁹ textus dicit, ne petas à Domino ducatũ. Et qa hi illũ postulabant, ideo dicit eis, *Nescitis quid petatis.* Deũ aliq̃n uobis qđ petitis denegare, est maximũ in uos beneficium conferre. Habes filiũ dilectissimũ, & addicit tibi equus indomitus, dicitq;, tibi filius tuus. Dñe sine me in illũ ascẽdere, atq. agitare. O Iesus (inquit pater) fili ne tale cogites, est. n. indomitus, & te i terrã deiiciet. O dñe (ait filius) ego fortiter adhærebo sellę, dicit pater ne me rogites, qa nolo. Nisi esset filꝰ tuus, & te nimis rogitaret, fortasse eius rogitationibus molestatus eũ cõscẽdere pateris. Hoc negare filio tuo qd aliud est, nisi illi benefacere? O pater optime, q̃ es in cęlis, sanctificet nomẽ tuũ. Quã singulare beneficiũ in nos confers, denegãs nobis, q̃ inutile est quod q̃. nociturũ nobis est. O quam indomitus, & effrænatus equus est honor, fauores, munera, &c. O quos domi suæ cũ moderatione quadam, & medietate sustentati Deo seruirẽt, qui quia à rege, duce, comite, aut ꝑlato pendẽt, uix in toto anno cũ trãquillitate rẽ sacrã audiunt, ò q̃ periculosus atq. difficilis gubernatu est hic equus. Vultis rẽ q̃dam admirabilẽ ad hoc ꝓpositũ audire? B. Ioannes dicit se uidisse inquitatẽ in equo ascẽdentẽ. Ecce (inquit) equus pallidus, & q̃ sedebat sup eũ, nomen illi mors. Hoc significat, multos pedib. suis sup terrã ambulantes, & modico cõtentos, iustos esse postq̃ aũt se in equũ ascendisse uiderũt, atq. in amplectissimos dignitatis gradus erecti sunt, diuitiis, & põpis, sumptuosisq. fastis ꝓuersos fuisse. O q̃tum periculũ est in statib. sublimibus, sęcularibusq. abũdantiis, illis .n. decipit, ac saginat mundus suos, & sic ad imperiũ suũ redigit. Vidit B. Ioannes mulierẽ, quę erat circũdata purpura, & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, hẽns poculũ aureũ in manu sua plenũ abominatione, & immunditia. Et dixit Angelus Beato Ioanni, hæc mulier, q̃ uidisti, est ciuitas magna, q̃ habet regnum sup reges terræ. Hæc mulier adeo margaritis auroq. exornata, q̃ reges, ac principes sequebant, & mũdus hñs uas aureũ, quo eos oẽs inebriat, & ideò eos appellat in habitantes terram, hoc terrenos. Et sequẽti capite assignat terribile supplicium, qđ de muliere illa sumptũ est, qa subito ei uenerũt plãctus, fames, mors, & ignis, & accepit Angelus lapidẽ magnũ quasi molam, atq. in profundum maris illã demersit, dicẽs: Iam amplius nõ audientur musicæ, uoluptatesq. Babylonis, sed cũ hoc impetu desolabitur, nec erit amplius in ea lux & splendor. Videntesq. eius euersionẽ diuites, q̃ eam sequebant, ut ꝓfectũ maximum extulerunt, & planctũ fecerunt, miseruntq. puluerẽ super capita sua, & clamauerũt flẽtes, & lugẽtes, dicebantq;. Væ, uæ ciuitas illa magna quæ amicta erat byssо, &c. Vbi sunt nunc diuitiæ, ornatusq. tui? ecce exitũ rerũ penè oĩum huius sæculi, quarũ finis amaritud, infernus, & condẽnatio est. Nolite ergo fratres de calice huius mundi, nec de honorib. eius bibere, illiusq. põpis, ac fastis uti, cum adeò periculosi sint, tantumq; hominibus afferant detrimẽtum. pergens Sãctus Iacob in peregrinatione ad Mesopotamiam, postq̃ ab alto illo sopore surrexit, ubi per insomniũ uidit scalã illã, &c. uouit uotũ dicens. Si fuerit Deus mecũ & custodierit me in uia, per quã ego ambulo, & dederit mihi panẽ ad uescẽdum, & uestimentũ ad indueandũ, reuersusq. fuero ꝓspere ad domũ patris mei: erit mihi dñs in Deum, & cunctorum q̃ dederis mihi decimas offerã tibi. Dic mihi Sãcte Patriarcha, acquid mirũ est istud? si diceres, etsi Deus ꝓmittat, & disponat me affligi, pauperẽ atq. humilẽ, & abiectũ esse, nihilominus tamen ei maximas, gratiarũ referam actiones, & q̃ diligẽtissime potero, ei seruiam, optime dictum esse videretur. Tu verò dicis, si tibi bona concesserit, te illi esse seruiturũ, qd mirũ est? Multũ ꝓfectò est, & nimis multum, idest, quod es, q̃ sibi Deus ad eius ministeriũ cõcederet, ꝓmittit se illis Deo esse seruiturũ, nec illa esse usurpaturũ, male utendo eis. Quasi dicat, si Deus mihi bona concesserit, non desinã illi seruire, q̃ si labores immiserit, satis usitatum est hoibus cum laboribus Deo seruire. Etiam petentibus sẽ, ac trãquillitatẽ iure optimo responderi potest. Nescitis quid petatis. Ac si ꝓmagni alicuius interesset hinc in curiã proficisci, in quo eius uita & honor ageretur, & reuoluta uniuersa domo sua ad necessaria itineri præparanda mulã sterneret, itinerariasq. uestes indueret, quib. omnib. ꝓparatis, atque cõfectis, sellã sederet, atq. in ea lentissimè sederet, quid dicerent illi, qui eũ uiderẽt? signũ est hunc hoiem amisisse sensum. Oẽs utiq. hoc facimus. Magni nostra interest (atq. in eo uita nostra agitur) ad cęlestẽ curiã iter facere. In baptismo iter hoc intimus, illic mercenariis uestibus induimur, quę sunt fides, & spes, & charitas, iam dispẽ

Ecclꝛ.

Pro.22.

18

19

20

21

1.Co.13

Matth.6.

Apoc.6.

Apoc.17.

Apoc.18.

Similꝛ.

dia facta,cõmeatus q; præparari sunt, tot sacramenta,tot missæ,tot conciones tanq ne cessariæ expensæ ad iter faciendũ. Quibus oibus aptissime ꝓparatis,petitis fœlã atq; in ea ex instituto lentissime sedetis,hoc est ubi primum honorem,uoluptatem,aut aliquid aliud sensualitati conforme reperiti in illo requiescitis. Illa est sedes uestra illic sedetis contenti creaturis nec uos in cœlũ
28 pergere memin istis. O hõ insensate quare te amentissimũ esse non iudicas: siquidem in talem insaniam deuenisti? merito potest dici in hoc facientib. Nescitis quid petatis. *Potestis bibere calicẽ, quem ego bibiturus sum?* Considerate uerba,quibus utitur dñs.duo dicit ut nos cõfortet,alterũ, potestis bibere diabolus nõ dicit,Potestis? sed siue possis,siue non possis,fac istud. Nec uerò tibi dicit,nunquid poteris inferni pœnas tolerare,quibus uinctus remanebis? Profectò frater si pp illã breuẽ uoluptatẽ,chi uis te trãdere te aternos infernorum ignes manere aiaduerteres,nõ tã uelociter, ac temerariè
1.Cor. 10. in illã te ꝓcipitares. O bone Deus quo di-
29 cis,potestis,nõ mittit Deus labores absque põdere, & mensura,sed prius singulorũ uires metit. Fidelis ãt Deus (inquit Paulus) q nõ patietur uos tentari supra id,q̃ potestis, sed faciet ẽt cũ tentatione prouentũ,vt possitis sustinere. Alterum,q̃ nos maxime dẽt cõsolari,est uerbũ illud: Quẽ ego bibitur⁹ sum. Ipse etenim prius calicẽ hunc bibit,& qñ nos eũ bibimus clemẽtissimè fauẽs nos comitatur. Vidit B. Ioannes femina,q̃ draco infectabatur, quę quidem habebat alas,
Apoc. 5. quasi dicat,ex una parte ꝓmittit Deus,nos affligi,atq; tentari,ex alia uero parte statim clemẽtissimus dñs cũ suo diuino auxilio, & gratia nobis occurrit,ut ex tẽtatione victoriatẽ,atq; uictoriã reportemus. Ad ascẽdẽdũ ad thronũ Salomonis,erãt leones,& manus,sic ẽt ad ascendẽdũ ad cœlũ ꝓ gradus,q̃ sunt uirtutes,sunt leones, hoc est contradictiones,ac labores,sunt ẽt & manus, id est
2.Par. 9. diuina auxilia,& fauores,quibus Deus nobis occurrit. Ne bibes ergo o aia Xpiana de
30 calice huius sæculi, quia nimis amarus est potus. Vua eorum,uua fellis,& botrus amarissimus. Considera q̃ suaue uinum ex
Deute. 32. felle auferẽ. Fel draconũ uinum eorũ,uene
Ioel. 1. nũ aspidum insanabile. Ideo dicit Ioel Prophet a. Expgescimini,& flete & ululate oẽs, qui bibitis uinum in dulcedine, qñ perijt ab ore uestro. In ore illud habebitis,nec deglutire poteritis,quia cum minus arbitrati fueritis uos inopina mors occupabit

Calicẽ quidem meũ bibetis,sedere ãt ad dexterã meam. Quæ nisi optimè atq; ꝓspicue intelligerent oẽm Iesu Christi S.N.m a iestatem derogare,atq. destruere uiderent. Matt.28.
Quid Dñe? nunquid tu non es,qui dixisti, data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra; nunquid non es ille, de quo dixit B. Ioan. sciens qa oia tradidit ei pater in manus suas? quõ igitur nunc dicis? *Non est meum dare uobis.* Dico qđ illud intelligit, non est meum dare uobis sine mediis necessarijs. Virgam iustitiæ meæ nulla passione, aut affectione flecti oportet. O utinam iudices huius sæculi ita se haberent. Vnde dixit
31 sanctus quidã doctor q̃ iustitia non nouit patrẽ,neq; matrem,oẽs una regulã metiendi sunt. Olim depingebatur iustitia in specie uirginis,& arctissimis manicis. Quia iustitiã incorruptã uirginẽ esse oportet,q̃ neque affectione, neq. largitionib. corrũpat. Nam quẽadmodũ amor efficit ut uirgo uiginitatẽ,integritatemq. deperdat,sic etiam amor,& affectio efficit, ut iustitia corrũpatur. Manicæ autem arcte significant,illã nihil habere debere,in quo muneta, ac largitiones accipiat: Bibamus ergo dilectissimi fratres (si in cęlo sedes habere uolumus) in terra de hoc calice Domini,& quo plus &
32 cum maiori patientia ex illo biberimus,eò maiorem gratiam promerebimur,qua postea maiorem gloriam accipiemus. Amen.

Feria V. post Dominicam II. in Quadragesima.

Homo quidã erat dives & induebatur purpura,et byſſo,et epulabatur quotidie ſplendide. Luc. 16.

CVM Christus R.N. cœlestem illã parabolam uillici prædicasset, q pecunijs dñi sui ad tps necessitatis amicos nouit acquirere, postquam conclusit dicens,facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula dicit S. Euangelista, quod audiebant omnia hæc Pharisæi, qui erant auari, & deridebant illum. Ecce quomodo fructum peruertit illi ex concione percipiebant. Videns igitus

hoibus loquens, dicit: Cor exercitatum in auaritia habentes maledictionis filij, derelinquentes uiam rectam, errauerunt, secuti uiam Balaam ex Basor, qui mercedem iniquitatis amauit. Correptionẽ uero habuit 31
suę uæsanię. Subiugale mutum animal in hois uoce loquens prohibuit Prophetæ insipiẽtiam. O rem admirabilem? q̃ uideret Balaam loquentem asinam (rem tam obstupendam, atq; in omnibꝰ seculis inauditam) Num. 22.
nec tñ à sua cupiditate desisteret, adeo illa excæcatus erat. Et asinæ suæ rñdit, dicens. Quia commeruisti, & illusisti mihi ita passione sua cęcus pergebat, ut fortasse tñ miraculum non aduertere, sicut erat asinã loqui, ut uideatis qũo hoies cupiditate excęcantur. His igitur qui tot medicamẽtis noluerunt emendari, dicit Dominꝰ: *Auferetur a uobis regnum Dei.* Ingeniũ Dei est, res in esse suo desinere. & conseruare quãdiu sũt bonæ, debitumq́ue reddunt fructum, cũ aũt 32
ex hoc deficiunt, eas adimere, & euertere consueuit: Et sic q̃do Christus Redemptor noster populum hunc succidit aduẽtu suo ut nouum populum construeret, qui tãtos, tamq́. pingues fructus laturus erat, hoc fecit, cùm iam nihil boni erat sperandum ex tam malis, ac infructiferis palmitibus quales in illo populo erant. Et ad hoc propositum dicebat gloriosus Baptista. Iam. n. secuLuc.3.
ris ad radicẽ arboris posita. Et ad hoc ipsũ

propositum dicebat dñs: Lex,& Prophetę
Matt. 11. usque ad Ioannem. Tolerabat eos Deus q̃
Luc. 16. diu aliquis fructus ab illis poterat sperari:cũ
autem uideret, iam nihil sperandum esse,
omniaq; corrupta, tã ecclesiasticum,quam
secularem statum esse sterilem,quasi aridos
palmites illos euertit, & tanq̃ agrũ sterilem
agricola comburit,quia impedimento est,
33 quominus alij fructus ferantur. Etiam cùm
Amorrhæis,& Chananæis hac mia usus est.
Expectauit.n.quousque penitus corrupti,ac
deprauati essent, ut eis terram auferret.Et
Gene. 15. sic dixit Abrahæ.Gnatione quarta reuertẽ
tur huc,s.filij tui:nec dum.n.completæ sunt
iniquitates Amorrhæorũ.Nondum peccata
Amorrhæorum ut illum punctum perue-
nerunt,ad quem ꝑuentura sunt,ut euertan
tur.Et cũ hoc tps aduenit,euertit eos Deus,
populoq; suo terræ illius possessionem tra-
didit, quam postea ꝑ ipsorum iniquitates
ab eis abstulit.Et diligenter nos animaduer
tere oportet Deum nondum hunc morem
mutasse;sed eodem cum regnis etiam nunc
uti,dños suos ꝑ ipsorum peccata illis pri-
34 uans.Abstulit ecclesiam suam sanctam à Iu
dæis,& dedit illam gentibus multò quidem
meliorem, cœlestibusque sacramentis illu-
stratam,ut multò meliorem fructum redde
rent,sin minus,non mirum erit, q̃ ea nobis
Simile. auferat, alijq; genti eã tradat,q̃ ipsi melius,
ac studiosius seruiat. Magnopere nos Chri-
stianos huius rei intelligentia ad Dei mini-
sterium deuincit.In domo cuiusdã dñi,ma-
ximè obligat famulum ad fungendum fide-
lissimè ac diligentissime munere suo,dñiq;
sui ministerium studiosissime exequendũ,ui
dere munus illud alteri sublatum fuisse,ut
sibi daret.Cùm hoc reꝑhendit Nathan Pro
2.Reg.12. pheta Dauid Regem,dicens: Hęc dicit dñs
Deus Israel.Ego unxi te in regem sup Israel,
& ego erui te de manu Saul, & dedi tibi do
mum dñi tui,& uxores dñi tui in sinu tuo,
dediq; tibi domum Israel,& laudaret si par
ua sunt ista,adijciã tibi multò maiora.Qua-
re ergo contempsisti uerbum dñi,ut faceres
35 malum in cõspectu meo?Quid ergo erit no
bis,nisi ei diligentiùs, ac meliùs seruiamus?
Esai. 5. dicebat S.Esaias.Cantabo dilecto meo Can
ticum patruelis mei uineę suæ. Vinea facta
est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepi-
uit eam,&c.& expectaui, ut faceret uuas &
fecit labruscas.Nunc ergo,habitatores Hie-
rusalem, & uiri Iuda iudicate inter me, &
uineam meam.Quid est, quod debui ultra
facere uineę meæ,& non feci?Canticum pa
truelis sui,scilicet Iesu Christi.Etenim Esaias
fuit de tribu Iuda,& ẽm nonnullòrũ sniam,
frater fuit Regis Amasię.Verùm quis unq̃
uidit uineam plantari in cornu filio olei?O
maximum mysterium,an singulare Dei be-
neficium?Cornu significat fortitudinem.Et
uult dicere, fortitudinem in qua hanc ui-
neam suam posuit,fuisse illam in misericor- 36
dijs plantare.Et satis aperte significatur,hãc
querelam,quàm hic dicit patruelis Esaiæ,
Iesus Christus ad nos potiùs,q̃ ad Hebrẽos
dirigi.Dicit enim.Quid amplius debui face-
re,& non feci?Cum Iudęis autem nondum
fecerat omnia,quæ poterat,& debebat face
re,secundum quod pro sua infinita charita-
te promiserat,s.se humanam naturam esse
sumpturum, & pro uinea sua moriturum.
Nunc igitur cùm iam pro ea mortuus est,
dicit nobis:Quid amplius debui facere?Et
siquidem oĩbus his affecti beneficiis non ui-
num q̃dem,sed labruscas, peccatorumque
amaritudines ferimus, iudicate ergo inter
me,& uineã meã. Et nunc ostendam uobis
quid ego faciam uineæ meę. Auferam sepẽ 37
eius,& erit in direptionem,&c.Ecce quo ui
neam hanc ex Palæstina abstulit,illamq; ad
Aegyptum detulit,nbi tot,ac tam S.Fremi-
tæ,alijque q̃ plurimi uiri eximia sanctitate
floruerunt. Ægyptijs autem in ministerio
Dei deficientibus, eam in Græciam transtu
lit.Quis uidisset Greciam tpe,quo Orige-
nes,B.Basilius,B.Chrysostom⁹,ac B.Epipha
nius uiguerunt? Quis leget spiritus affectũ,
ac deuotionem Christianorum Antiochiæ,
& Constantinopolis,quomodo ei non con-
fringetur cor præ dolore, cùm hęc oĩa in il
lis regionibus amissa fuisse ꝑspiciat?Quib⁹
etiam in pietate deficientibus,transtulit illã
in Germaniam,& Galliam, uidetis autem,q̃
profligata sit nunc in illis regionibus. Quid
ergo nos speramus,cùm tam corruptis mo
ribus simus, nisi ut etiam nos Deus manu
sua dimittat, fideque in nostris regnis 38
etiam amittatur?Captus est Rex Sedechias
ab hostibus suis, eiusque liberi in ipsius
conspectu interfecti sunt, & postea ipsi ho
stes ei oculos euellerunt. Itaque priùs libe
ros,quam oculos amisit.Fratres meĩ,sic plu
rimis uestrum contingit, adimit diabolus
uobis filios bonorum operum, ut sine cha
ritate, misericordia, castitate, ac denique
sine pœnitentia uiuatis, & postquam vos
laqueis uitiorum tenet apprehensos, ocu
los

los fidei uobis curat euellere. Ecce hi infœ
lices pro tpalibus bonis spiritualia relique
runt,postea uerò abstulit ab eis Dñs tempo
ralia,& sine utrisque remanserunt. Vendi-
dit Iudas Iesum Christum triginta argen
teis,& postea sine Christo,& sine argenteis
39 remansit.O infelices hoĩes,qui pro tempo
rali utilitate Deum relinquunt, etenim in
pœnam huius culpæ sine utroque remane
bunt.Ne simus tam supernis beneficijs in-
grati,aliena pericula nos cautos faciãt,ani-
maduertamus infidelitatis mala iam pro-
pe ad ostia nostra obrepentia propinquare:
mores curemus reformare,ut nos Deus in
fide conseruet,nobisque gratiam suam hic
communicet, ac in futuro sæculo cœlestis
glorię faciat esse consortes. Amen.

Sabbatho post Dominicã II. in Quadragesima.

*Homo quidam habuit duos filios, & di
cit adolescentior ex illis patri: Pater
da mihi portionem substantiæ quæ me
contingit. Luc. 15.*

41 REFERT B.Lucas,q̃ erãt ap
propinquantes ad Iesũ publi
cani,& peccatores,ut audirẽt
illum,& murmurabant Phari
sęi,& Scribæ dicentes, quia hic peccatores
recipit,& manducat cum illis. Liberet nos
Deus ab hoĩbus deprauatorum uiscerum,
malitiaque repletis:qui omnia quęcunque
uident,uitio uertunt, bonorumque homi-
Apoc. 9 num famam suis uenenosis linguis obscu-
rant.S.Ioannes dicit,uidi equos in uisione,
& qui sedebant super eos,habebant loricas
igneas, & sulphureas & de ore ipsorum.s.
equorum procedebat ignis, & fumus,& sul
2 phur, & illis tribus plagis occisa est tertia
pars hominum. Hi equi sunt hommes ma
læ conscientię,ac dissolutæ, effrenatęq; lin
guæ, q̃ se malis Angelis gubernari patiun-
tur q̃,ut igne malitiæ candentes inc dunt,
sic & equos suos inflammant.Atq. hi equi
Sathanæ siquidem non semp ꝓximorum
suorum famam possunt comburere, ab eo
rum tamen ore fumus quidam teterrimus
prodit, quo illam inficiunt, & denigrant.
Tales erant hi infælices, à quorum oribus
fumus,& ignis exibat,quo purissimum Sal
uatoris nostri Iesu Christi uitã,cælestenq̃
doctrinam concremare, aut saltem obscu-
rare conabantur.Diuinus autem Magister,
qui est ille,de quo Moyses dixit illum face Deu. 32.
re potuisse,ut mel de petra,oleumq. de sa-
xo durissimo populus sugeret, ex horum
malis bona modò nouit elicere. Et sic ex
eorum malitia,quasi ex saxo durissimo di-
uinum hoc mel,suauissimumq. oleum ab-
straxit, quæ sunt tres parabolæ ex dulciori
bus, ac suauioribus totius S.Euangelij.s.pa 3
rabolam pastoris perditam ouem magno
cum labore quærentis,& mulieris euerten
tis totam domum quousq. amissam drach
mam reperit, & hanc filij prodigi, de quo
nunc diuina aspirante Spiritus Sancti gra-
tia sermonem faciemus, quæ quidem adeò
fœcunda est tantumq. peccatoribus animũ
addit,ut sola eius litera posset pro integra
concione sufficere.Peccatoribus(inquam)
animum addit,illis uidelicet qui efficaciter
à peccatis suis exire cõcupiscunt.Quem.n.
animum, aut consolationem possunt reci-
pere uident es quam facilè peccator hic ue
niam consecutus est,qui peccatis suis dele-
ctantur,& in illis commorari uolunt?Ho
uocat B.Paulus,inimicos crucis Christi,qa 4
sunt inimici misericordię, & iustitiæ, in Phili. 3.
quam resoluitur crux Christi. Et si mihi li-
ceret dicerem illos magis, quàm diabolos
Christi Iesu Crucem odisse:nam diaboli eo
quod admirabilem eius uirtutem,& effica
ciam cognoscunt,illam execrantur.Hi ue-
rò eo quod illam parui ęstimant,eam con-
temnunt,& reijciunt, & idcircò omnes ani
mæ affectus,quales sunt timor, amor,spes,
& reuerẽtia &c.qui huic pretiosæ cruci de-
bentur,ttibuunt uitijs, q̃ ipsa conatur euer
tere. Et ideò B.Apostolus hæc uitia,horum
hominũ Deos appellat dicens ibidem,quo
rum finis interitus, quorum Deus uenter
est,& gloria in confusione ipsorum.Notate
uerbum illud, quorum finis interitus.Hoc
est,q̃ lapsum, & peccatum habent ꝓ fine, 5
& hoc est quod expetũt,s.peccare & pecca
tum habent tanq̃ Deum.Et gloria in confu
sione ipsorum.Idest,honorant,& gloriãtur
in rebus,de quibus eos confundi,& erube-
scere oporteret. Et ideo uia ad æternãdam
hanc Dñi misericordiã, qua hoc S.Euange
lium plenum est,est cognoscere infælicem
peccati statum, à quo nos, hæc diuina mia
liberat. Vniuersa huius parabolæ mysteria
explicare longum quidem esset, & malè
mandaret,& sic nõ afferret tantã utilitatẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Aliquot tñ principales locos illius tractabimus, qui nobis conducibiliores sunt.

Primum igitur uideamus ex quibus radicibus,& principijs huius adolescẽtis malũ dimanauit, & per quos passus in tantã perditionẽ deuenit. Per hunc.n. adolescentem unusquisq; peccatorum significat. In sacris literis quã facit puerilitas,& dissolute atq; inordinatè uiuit, licet diebus sit longæuus, iuuenis tamen,ac puer appellat: & sic dixit Deus per Esaiã,puer centũ annorũ moritur, & maledictus erit. Qui aũt uirtutes operã prudenter q̃ue,ac sapienter uiuunt,quanuis sint iuuenes, dñr senes. Ita Sapiens dicit. senectus.n. uenerabilis est nõ diuturna, neq; annorum numero computata. Cani aũt sũt sensus hoĩum:& ætas senectutis uita immaculata. Et prima radix,ex qua plurimi adolescentes perduntur,est quam assignat hic S. Euãgeliũ dicens: *Pater da mihi portionem substantiæ quæ me contingit.* Ac si diceret adolescẽs ille pater iã est tps in quo ego mei, ipsi⁹ dñs sim,& ab omni subiectione liberũ, & immunem me uideam. Ego portionem substantię,q̃ me contingit,libere, & ad libitum uolo consumere. Hoc significãt uerba illa: Da mihi portionẽ. Daniel Propheta uidit furentẽ leõnã exeuntẽ à mari,quæ nulli parcebat:& alas habebat aquilæ. Et obstupẽda quædã res inde secuta est (Aspiciebã (inquit) donec euulsę sunt alæ ei⁹. Et sublata est de terra,& super pedes quasi hõ steterit: & cor hominis datum est ei. Quę est hęc ferocissima leęna,q̃ nemini parcit, nisi iuuẽt⁹; Alæ aũt huius leænæ sunt libertas. Quãdiu habet alas ad neminẽ respicit, nihil in eius conspectu permanẽs cõsistit. Adolescentes si sunt liberi,& absq. subiectione, Deus me liberet ab eis. Vis ò pater ut adolescẽs filiꝰ tuus in se reuertatur,& existens hõ desinat esse leo immanis,ac furiosus? Adime eius alas & libertatem:tuo,& non suo cõsilio gubernetur. Hieremias Propheta cõminationem quãdam dicit,quæ ersi ad aliud propositum posita fuit,eius tñ uerba hic optimè congruũt. Eccè (inquit) predico uobis libertatem,ait Dñs,ad gladium,ad postem,& ad famẽ. Idest,eccè ego uos moneo uiam,per quam tanta pestis,ac malorum multitudo uenit,esse libertatem. Habes passerculum in custodia,cuius cùm naturæ proprium sit uolare,instantissimè innititur illinc exire, frangit unam uirgam,& exit ualdè lætus, conscendit in arborẽ, ibiq. garrulans commoratur. Qñ autẽ minus arbitratur,uenit aquila,aut ardea,siue alia auis rapax,& incidit in eum, illumq. apprehendens percutit & occidit. O passercule,passercule q̃ melius ibi erat in custodia. Etenim licèt uinctus,& sine libertate,cibũ tñ habebas cum securitate,nunc aũt nec cibum, nec uitam habes. O adolescentes q̃ ad simile repręsentat hoc quod uobis quotidie accidit,in domibus parẽtum uestrorum. Habetis cibos, & occasionẽ seruiẽdi deo, & uidẽt uobis eius domus custodia,& carcer, magnopere desideratis,ac dicitis,qũo ab hac seruitute exibo?& tãdem abitis. Venit postea auis q̃dã rapax,uenit occasio,& perdimini. O frater,aut soror q̃ cõducibilior tibi esset libertate subiectio,ne totũ uitæ tuæ tps cũ ignominia traduceres. Terribile, ac formidolosum Dei supplicium est,qđ dicit per Prophetam his uerbis,dimisi eos ſm desideria cordis eorũ. ibũt in adinuentionibus suis. Maximum supplicium est q̃ te sinat Deus abire quò uolueris,ſm desideriũ uolũtatis tuæ. O fratres charissimi per reuerentiam Dei uos rogo,ne libertatem expetatis,est enim radix ex qua plurima mala proueniunt.

Et diuisit illis substantiam. Et hoc significat,Deũ cum uniuscuiusq. uolũtate cõcurrere,non aũt illam ad malũ inclinat. Largit pecuniam,nõ uerò consilium, Ad bonũ aũt largitur uires,& uoluntatẽ inclinat,dat pecuniam,& consiliũ Et sic filio prodigo quũ uellet abire, dedit pecuniã non uero cõsuluit,ut abiret. De hoc uidẽ. Thomã. Cum hac libertate, & pecunia profectus est in regionem longinquã. Dixerunt duo exploratores,quos misit Iosue ad Raab. Qui ostiũ domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius. Hoc possumus dicere filio abeunti à conspectu patris sui, & illius à quo reprehendi,& admoneri poterit,q̃ si malũ ei cõtigerit,satis illo dignus erit. O in quot,ac quãta infortunia incidit adolescẽs hic, qui à domo patris sui egressus est, nec uerò malis suis remediũ inuenit,quousque ad illam reuersus est. Figuræ, quas faciebat Dædalus,adeò pulchrę,ac pfectæ erant, ut mouerent̃,ambularẽt,ac uiuæ esse uiderentur. Huius tñ motionis causa erat, q̃ funibus quibusdã alligatæ erant,quibus mouebantur,quibus deficiẽtibus non mouebantur ampli⁹. Sic plurimi pp bonorum hominum consilia,& societates boni sunt, deficiente autem sancta conuersatione, statim excidunt,nec amplius commouẽtur. Quapropter fratres curate ne ab illis recedatis, ne sicut figũræ Dedali sine funibus maneatis. Attendite seruos dei,suis sanctis exemplis,atq; admonitionibus imbecillos hoĩes quasi funibus apprehendere, illosq; in Dei ministerio incedere facere, qui quidẽ absq; hoc auxilio ne passum in quidẽ in uia uirtutis ambularent. Hõ quidam cupiebat inimicũ suũ occidere, quod ut meliùs simularet, ingressus est in quandã religionem, cumq. illa mala intentione introisset,bona religiosorũ familiaritate, & exẽplo cõcitatus, odium, quo inimicũ suũ prosequebat, amisit, atq. in monasterio perseuerauit,& optimus religiosus fuit. Postquam aũt hõ à uiris probis recedit magis audent diaboli eum concutere,& euertere. Quod significauit Dauid dicẽs. Amici mei,& proximi mei de lõge steterunt,& uim faciebant, qui quærebant aĩam meam. Postq̃ (inquit) iusti, qui bus cum ego cõuersari consueueram,à me recesserunt,maiorem audaciam receperũt inimici mei diaboli aduersum me. Contra uero unus hõ ab altero malo magnopere solet peruerti. Idcirco dixit Deus Moysi,p̃cipe filiis Israel,& dic ad eos. Qñ transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan,disperdite cũctos habitatores terræ illius,&c. sin autem nolueritis interficere habitatores terræ,q̃ remanserint, erunt uobis quasi claui in oculis,& lanceæ in lateribus. Idest, illi uos peruertent,animasq̃ uestras exęcabunt,efficientq. ut sitis idololatræ,sicut & ipsi. O q̃ diuina exaggeratio, & q̃ ad literã hoc quotidie experiuntur, qui malis conuersationibus utuntur. O q̃ acriter reprehendit Iehu regẽ Iosaphat,eò q̃ iniquo regi Acab coniunctus fuerit,dicẽs Impio præbes auxiliũ,& his,q̃ oderunt Dñm amicitia iungeris,& idcirco iram quidẽ Dñi mereberis,& Esaias aspere reprehẽdit Hebręos, qa cũ gẽtibus cõuersabãtur,dicens, uinum tuum mistum est aqua. Sicuti uinum aquæ commistum uirtutẽ pdit,sic ẽt bonus malo coniunctus rectitudinẽ amittit. Talis fuit hic adolescẽs cũ malorũ hoĩum cõuersatione. *Et dissipauit substantiã suã, uiuendo luxuriosè.* Hoc aduerbiũ luxuriosè, maximam q̃dã morum deprauationẽ, dissolutionem, atque impudicitiã denotat. Homo huic uitio dedit⁹ tã modicã uerecundiã,& sensum hẽt, quasi immanis bellua. Præcepit Deus Moysi dicens. Tolle cunctos principes populi,& suspende eos contra solem, in patibulis,ut auertatur furor meꝰ ab Israel. Cõtra solẽ (inqt) ut siqdem publice peccarãt, eorum supplicium omnibus innotesceret, quia cum Moabitidibus fuerant fornicati. Cumq. uniuersus populus deploraret,atq. à deo misericordiã postularet, tũnq. de carnalibus hominibus supplicium sumeretur tunc,dicit ibidem sanctus Textus, & ecce unus de filiis Israel intrauit corã fratribꝰ suis ad scortũ Madianitidẽ uidẽte Moyse, & oĩ turba filiorũ Israel, q̃ flebãt ante fores tabernaculi. Videte q̃ bellia plꝰ facere, q̃ tã tã turpitudinẽ, tali tpe,& corã talibus ac tãtis uiris. Credite mihi, nimia dissolutio,ac deprauatio in hoc peccato,est aliorũ peccatorũ pœna. Sic dicit Spiritus sanctus his uerbis. Inueni amariorẽ morte mulierẽ, q̃ laq̃us uenatorũ est,& sagena cor eius, uincula sunt manus illius,q̃ placeat deo, effugiet illã, q̃ ãt peccator est capietur ab illa. Ecce quot noĩbus illã appellat. O miserũ illũ, q̃ in tales laq̃os,& retia incidit diligẽter notate qũo hic uocat Spiritus sanctus dæmones uenatores, ut significet q̃topere pditionẽ nostrã, quasi uenatores uenationis cupidi, cõcupiscunt, quorum laq̃os dicit esse mulieres. Et sup̃bia animaduertite quomodo dicit, q̃ ãt peccator est, capietur ab illa. Carnifex quo Deus utitur ad peccata tua puniẽda est, p̃mittere, ut in mulierculæ cuiusdã uanæ manus incidas, ut q̃cunq. uolueris tibi faciat & uix possis ab illa euadere, cumq. grauitatem, atq. honorem tuum illius cãpditum uideas, nec tñ illã effugias. Cumq. mille amarissimas potiones ab ea accipias, & reprehendaris, atq. admonearis, nihil tñ istorum p̃dest. O miserum re? q̃ merito potes dicere. Hæc sunt peccata mea, q̃ me in hãc tyrãnidem iduxerunt, meq. ita crudelẽ carcerẽ, sicut unius mulieris manus inclusere̊t, atq. in hãc asperrimã seruitutẽ adduxerũt. Signũ est maximã esse tyrãnidem mulieris tup hominem, siqdem Spiritꝰ sanctus illã in peccatorũ eius pœnã maximã assignat. Quãdo in sacris literis uerba dupli cantur, maxima fit exaggeratio. Et siqdem hac dicitur, laqus, sagena, & uincula, maximã denotat exaggerationem, ingentem q̃. esse mulieris tyrãnidem significat. Videte q̃ topere hoc uerũ sit, siquidem cũ possit hõ Sathanam effugere, Christianus quidã dicit, non possum me ab hac muliere liberare, intelligo quippe illam esse diabolum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Facta est fames ualida in regione illa, & ipse cæpit egere. Hoc significat maximã esse famẽ ubi est peccatũ. Patet. Detur regio, in qua nõ seratur, nec pluat, nec in ea sol oriatur, nec aliunde ad eam alimenta serãtur, quõ fieri ꝑt quin in ea maxima uigeat fames? uniuersa aĩa cõmorãs i peccato ẽ huiusce modi. Primũ in ea nõ seritur. Quid est serere? uirtutes opere exercere, ieiunare, orare, eleemosynã erogare. Sic serebant sãcti Euntes ibãt, & flebãt mittentes semina sua: q sic serit fęlicẽ habebit augustũ. Sic dicit Oseas, seminate uobis in iustitia, & metite in ore mĩæ. Misericordia Deus est, sic dixit Dauid: Deus meus mĩa mea. Colligemus ergò, & metemus in ore Dei: cũ dixerit: uenite benedicti Patris mei, ꝑcipite regnũ, &c. qa esuriui & dedistis mihi mãducare. Ecce qõ, quia opera iustitiæ seminam⁹, metemus in ore mĩæ. Cũ autẽ peccatores nõ serant, ergò nõ metent. si quẽquã uẽtũ serere uideretis nõ ne illi diceretis? O miser uẽtũ seris? qd ergò metes nisi turbinẽ, atq; tempestates? seris honores, gaudia, ac uoluptates? uide igitur qd dicat S. Oseas Quia uẽtum seminabunt, & turbinem metẽt. Et alibi: arastis impietatẽ, iniquitatẽ messuistis, comedistis frugem mendacij, qa quidẽq; ex peccato elicitur, est fraus, & mendaciũ. Prætereà nõ oritur sol, nec pluit in conscię tiam peccatoris. O Deus ęternæ q̃ arida ẽ anima in peccato? Amouet Deus radios suos ab illa, nõ pluit in illam gratia: qualis remanebit? Talis erat anima Dauidis cùm dicebat: anima mea sicut terra sine aqua tibi. Quia pluuiam uoluntariã segregabis De⁹ hæreditati tuæ. Aĩa uerò cõmorans in peccato mortali est hæreditas Sathanæ. Videbitis aĩam, quę prætermittens unũ diẽ, in quo nõ audiat missam, perditã se, atq. peccatricẽ iudicat, & alia erit, q̃ si semel missã audit, in totũ annum illã sibi satis esse dicit Hoc cõminatus est Deus ꝑ Esaiã prophetã malã iliã hæreditatẽ dicens: mandabo nubibus ne pluant supꝑ eã imbrẽ. Sic ẽt his nec cõcio, nec bonus sermo, nec bonũ cõsiliũ, nec bona familiaritas, nec denique quidquam bonũ assidet. Omnia illis prætereũt, quasi nubes imbribus onustę, q̃ in aliã regionem exorandæ uadunt. Vbi ergò hæc sunt omnia, meritò dici ꝑt, famẽ, sterilitatem, atq. uniuersam esse necessitatẽ. ¶ Nõne meministis qđ dicitur in lib. Genesis, facta est fames in uniuersa terra, nisi in Aegypto, ubi erat S. Ioseph. sic est uerũ, qđ in omni loco est fames, nisi ubi est Iesus Christus filius Dei. Vbi hic habitat, illic est quies, saturitas, ac uera uoluptas. Vbi ãt nõ est, nihil aliud esse ꝑt, nisi egestas, & inopia, atq. idcirco adolescens ille cæpit egere. B. Chrysostomus supꝑ hunc locũ uerba q̃dã notatu digníssima dicit. Filium data fecit egere substantia, q̃ diutiẽ seruabat negata: ut penes se deficeret habendo, qui penes patrẽ abundauerat nõ habendo. Maximũ, atq. uerissimum mysteriũ est, hoiem rebus illis esse diuitem, q̃ sibi denegãtur, pauperẽ uero illis, quæ concedunt. Ecce hunc iuuenẽ, q quia segregatus à patre in sua libertate uoluit uiuere, in tantã necessitatẽ deuenit. B. Aug. dicit arborẽ à Deo. Adę uetitã, uocatã fuisse arborẽ sciæ boni & mali. Nõ qa fructus illius arboris, ꝓprietatẽ aliq̃ haberet, ad decendũ: sed qa cũ Deus eam obediẽtiæ suæ materiã fecisset, & legis, necessũ erat, q̃ q nollet bonũ à malo discernere, ꝑceptum descripturus erat experimentũ, ut tãgendo uetitũ inueniret suppliciũ, & ubi primũ ab illius supni patris obediẽtia recederet, suis proprijs malis intelligeret quod ipsius patris indulgentijs, atq. auxilijs noluit intelligere, & hoc est, cæpit egere. Ad quod ẽt pẽsandum est, quod commendans Deus legis suæ obseruantiã, addit dicens, ut bene sit tibi, potest. n. uobis mundus extra Deũ montes aureos polliceri, rerũ tñ uicissitudo ita circunferetur, ut tandem cognoscatis, extra Deũ nihil esse prætер famem tantãq. pennam ut porcarij esse cõpellamini. Hinc etiã perpendit Chrysostomus, cari ꝛterisse huic adolescenti porcarij munus, siquidem illud uniuersis diuitijs suis cõparauit. Et idẽ nũc nobis passim accidit, quia dato, & non accepto ꝑtio, misere se homo vendit seruituti,

In se autem reuersus, &c. Super hoc notãdum est in sacris literis duas res reperiri, q̃ cõtrariæ esse uñr. Altera est, hominem bonorũ, cõuersionisq. suæ cãm esse. Altera est, sine Dei uolũtate nec arboris qdem foliũ cõmoueri. Patet hoc, quia fides est donum Dei sicuti docuit B. Paulus dicens, gratia, n. estis saluati per fidem, & hoc non ex uobis. Dei. n. donum est. Nõ ex operibus, ut ne qs glorietur. Et ualde notandum est per magnam exaggerationem in sacris literis iustificationem fidei attribui, non uerò amori, aut operibus, quasi significando q̃ deberet esse impossibile, quin Deus tanquam

Deum

Chysost.

Augustin.

Ephes. 2.

Deum, ac Dñm, ineffabiliaq; beneficia, quę ab illo accepistis, credentes, hunc bonum Deum non amaretis, iudicãdo ubi est fides ibi etiam & amorem esse oportere. Et tñ sę penumerò dicebat Christus Redẽptor noster in S. Euangelijs, fides tua te saluam fecit, & hęc est uictoria, quę uincit mundum, 1. Ioan. 5. fides nostra. Ecce qõ fides iam nostra, & donum Dei dicit. Prętereà quid magis proprium est Deo, q̃ peccata dimittere, peccatoresq; ad se conuertere, atq; illum à quodam luxurię, cupiditatisq. igne abstrahere? Non minorem in hoc potentiam, q̃ in Iesu Christõ filio suo suscitando Deus ostendit. Ephes. 1. Et sic dicit B. Paulus, Nõ cessõ gratias agẽs pro uobis memoriam uestri faciens in orationibus meis, ut Deus, Domini nostri Iesu Christi pater, gloriæ, det uobis spiritum sapientiæ, & reuelationis, in agnitionẽ eius, illuminatos oculos cordis uestri, ut sciatis quæ sit spes uocationis eius & quæ, diuitiæ glorię hęreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminens magnitudo uirtutis eius in nos, qui credimus ſm operationem potentiæ uirtutis eius, quam operatus ẽ in Christo, suscitans illum à mortuis. Attẽdite qõ dicit se Deum exorare, ut illis spiritum sapientiæ, & huius rei cognitionem cõcedat, & eorũ oculos illuminet, ut uocationis suæ magnitudinem sciãt, diuitiasq. probitatis, hæreditatisq. promissæ & magnitudinẽ potentiæ Dei in adducẽdo nos ad cognitionẽ sui, quæ quidem non minor est, quã ea qua usus est cum Iesu Christo filio suo, suscitãs eum à mortuis. Et licet hoc tàm sublime, Zach. 1. diuinæque omnipotentiæ propriũ sit opus, per Zachariam tñ dicit, cõuertimini ad me, ait Dñs exercituum, & cõuertar ad uos, dicit Dñs exercituum. In quo uidet cõuersione hoïs opus appellare. O ineffabilẽ Dei probitatem? ecquis huius tanti, tamque boni Domini amore non capitur? Scitote fratres q̃ attribui peccatoris cõuersionem alicui homini, aliquando Deo, est urbanum se Deum erga hoiem ostendere sicuti cũ duo uiri paris conditionis consuescunt: Tu hãc rem præclaram fecisti, dicit alter, non feci, sed tu fecisti, tanti Deus hoïem æstimat, ut ei dicat. Tu es fides, tua est conuersio. Qđ est pluspquam cœlum terramq. creare. Nõ est mea fides, neq. conuersio Dñe, sed tuæ diuinę potentiæ. O mirificam consideratio nem, q̃ attribuit sacra scriptura Dei potentiam homini, ut illum honestet. Atq. etiã

dicitur homo se conuertere, quia ipse cum liberi arbitrij libertate concurrit, quamuis Deus illum ad hoc cõmouet, sicut usus est cũ hoc peccatore mittens famem, qua torqueretur, eiusq. mentẽ illuminãs, quò peccatum suum cognosceret, patrisque sui bonitatis recordaretur, & sic ad conuertẽdũ 27 se ad illum animaret. O fratres charissimi siqs hic adest sicut hic iuuenis, qui sit extra domũ patris sui porcos depascẽs, erubescite passionum sensuumq. uestrorum seruos esse, & perinde Sathanæ obedire. Attendite Psalm. 9. quantum tpis sit, ex quo uos Deus per ꝓphetam Dauidem inuitat cum dicit, cõuer Psalm. 6. tantur peccatores in infernum & alibi, conuertantur, & erubescant ualdè uelociter. O admirabilem exaggerationem, q̃ uocat Spiritus sanctus statum peccati mortalis infernum. Et sic dicit, erubescãt iam peccatores, qui in isto inferno commorantur, & cõuertantur ualde uelociter quia mox etiam sero est, ò ineffabilem Dei probitatem? q̃ singulare est hoc exemplum hominibus cupidis ultionis, etenim cum Deus sit in oïbus offensus, ipse tñ ad ostia nostra uenit, nosq. ut pacem amplectamur, in eius q. amicitiã redeamus, deprecatur. Si qui alium læsit, 28 aut seruus, qui Dñm suum offendit, ueniã petiturus accederet, intercessoresque ad illam impetrandam adhiberet, iustitia, & ordo seruari uideretur. Læsum autẽ, & dominum infinitæ maiestatis ab offensore suo pacem exposcere, atque ut faciem suam ad eum conuertat: hoc humanum iudicium a suis terminis abstrahit. Hoc igitur significat: conuertatur peccator, &c. Non obliuiscebatur bonus pater laboris filij sui, & ideo illum fame, atq. inspiratione iussit accersiri. Hoc significauit Deus per Hieremiã Hier. 3. Prophetam dicens, recordatus sum tui miserans adolescentiæ tuæ. Multum prodest quenquam aliquando bonum fuisse in al- 29 tiori. n. peccatoris somno, ac maioribus peccatis recordatur Deus illum aliquando bonũ fuisse, & in uia eius ambulasse. Idcirco (ait Dominus) uolo tibi auxiliari saltem quia aliquando fuisti meus, & domi meæ uixisti, atque aliquid in te habui.

Et surgens uenit ad patrem suum. Iã cogitare potestis q̃ horridus, immundus, ac defiguratus ueniret. Bon⁹ autem pater illi apertis brachijs obuiam exijt, & cecidit su- Simile. per collũ eius. Habet Dominus auiculam in manu, si forte ab eo fugit, q̃ solicitè il-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lam perquirit,& insequitur,ut eam recupe
ret:quæ si ad eius manus reuertitur, nõ illã
exasperat,nec cædit,sed illam optimè tra-
ctat,ac cibat,ut si aliqñ iterum ab eo recef
30 serit,indulgentijs,ac beneficijs attracta, ad
eius manus redire meminerit.O fratres q̃
solicitus incedit Deus peccatorem quærẽs,
qui eius:manus ausugit.& cùm uenit, non
eum exasperat,sed mitissimè,atq; suauissi-
mè recipit,delicatèque tractat meliores illi
cibos,quos habet præbens:siquidẽ semetip
sum ei præbet.Ecce qũo huic idulget.Qũo
1.Re.18. eum indui iubet,illiq; conuiuium facit:Ci
tò proferte stolam primam.Cùm pauid ui
ctoriamà Philisteo reportauit, ut rusticis,
& agrestibus pastoris uestibus ueniebat in
dutus,uestijt illum Ionathas uestibus suis
regijs,qbus ipse erat ornat⁹.Et ita dicit ibi
dem.Conglutinata est aïa Ionathæ,animæ
Dauid,& dilexit eum Ionathas quasi aïam
suã. Nã expoliauit se Ionathas tunica sua,
qua erat indutus,& dedit eam Dauid,& re
liqua uestimẽta sua usq; ad gladium, & ar-
cum suũ,& usq; ad baltheum,quo erat pre
cinctus.Hoc facit quotidie Iesus Christus
31 cum uere pœnitentibus, qui lapidibus dolo
ris ex cordis sui pera detractis,dæmonẽ uin
cunt,peccatumq; occidunt: etenim sordi-
dis uitiorũ uestibus illos exuit, pretiosisq;
indumẽtis,quę sunt diuina eius dona, exor
nat,atq; ad mensam suam inuitat.Sic polli
Esai.58. cetur per Esaiam prophetam dicẽs:sustollã
te super altitudines terræ,& cibabo te hęre
ditate Iacob patris tui.Hæc eleuatio nõ est
corporalis, sed spiritualis.Sicuti hõ à deo
Simile. diuinis donis locupletatus super oĩa terre
stria subleuat. Qui reperit prætiosos cibos
statim glandes,quæ sunt porcorum escæ, à
manibus dimittit. Ita ẽt qui à Deo inuitat
ad pretiosos eius cibos, cum dulcedine,ac
suauitate cœlesti,quæ est hereditas Iacob,
Luc. 1. per quem uniuersi iusti intelliguntur.Et sic
dixit Angelus:regnabit in domo Iacob in
æternum,idest,in iustis.Hæc igitur hæredi-
32 tas Iacob,qui sunt iusti,est cœlum.Et his cæ
lestibus saporibus, atque suauitatibus de-
pascit Deus conuiuas suos.

Filius autem maior,qui semper in patris
sui obedientia perseuerauerat,uidens quan
to cum gaudio,atq; festiuitate pater suus p
ditum filium exceperat,indignatus est.Sed
pater pijssimus suauibus , ac mollibus uer
Prou. 25 bis eũ mitigare curauit.Vt.n.dicit respõsio
mollis frãgit iram:sermo durus suscitat fu
rorem.Et quanuis eum pater placebat:ipse
tñ conqueri non cessabat dicẽs: *Ecce tot an
nis seruio tibi,&c. Sed postquã filius tuus hic.*
Perpẽdite qũo dedignatus est dicere frater
meus:sed dixit:filius tuus.Pater uerò ut fi
lium ad fratris sui amorem inclinaret,non
dixit ei,filius me⁹,sed frater tuus quò illũ
alliceret,ut eius bono,& reditu gauderet.
Filius ut patris sui in fratrem furorem con
citaret, dicebat ei:. *Deuorauit substantiam* 33
*suam.*Sed pater,ut filium ad fratrem suum
diligendũ concitaret,dicit illi: *Frater tuus*
*hic mortuus erat.*Non uidebatur hic frater Exo. 32.
per uiam Moysi ambulare:cui cum Deus di
ceret:descende peccauit populus tuus &c.
respondit dicens:cur Domine irascitur fu-
ror tuus cõtra populum tuum?Deus illum
uocat populum Moysi,ut nequaquam eius
curam deponere:Moyses uerò populũ Dei
illum appellat,ut eum ad populi compas-
sionem,atq; amorem alliceret. Tales opor
tet esse orationes nostras,quibus Deum ad
misericordiam,nõ uerò ad iracundiam po-
puli prouocemus:exorãtes ut illius curam
gerat:siquidem suus est.Aduertamus ergò
fratres charissimi hãc parabolam directam
esse ad hoc,ut maximam Dei misericordiã
cognoscamus:atque ex illa fructum perci 34
piamus,omnesque peccatores ad hunc di
uinum patrem conuerti cupiamus, & non
solum non indignemur,sicuti faciebãt pha
risæi propter remedium peccatorum, sed
nosmetipsi diligẽtissimi ministri huius pij
operis simus,non cessantes die, noctuque
illos docere,& admonere,ut à peccatis suis
exeant,atq. ad cælestem patrem suum con Ezec.4
uertantur.Ezechieli dixit Deus:& tu fili ho
minis sume tibi laterem,& pones eum co
ram te,& describes in eo ciuitatem Hieru
salem.Res mysteriosa fuit Deum S.Prophe
tæ præcipere, ut in terreo latere ciuitatem
describeret.Hoc fecit ad significandum,li-
cèt ꝓximus tuus sit later,& terra:te tamẽ
in eo imaginem quandam illius cœlestis 35
Hierosolymæ posse depingere.Quod cùm
ita sit frater charissime ne defatigeris in
hoc sancto opere,admirabile namque lu-
crum est in perdita anima curanda , & ad-
iuuanda,ut à peccato exeat. Dominus , ac
Deus pater luminum nos illuminet. Vt om
nes efficacissimè hoc facere sciamus,siqui-
dem est op⁹ tam meritorium gratiæ, atque
gloriæ,ad quam nos perducat Iesus Mariæ
filius.Amen.

Domi-

Domin.III. In Quadragesima.

Erat Iesus eijciens dæmonium, & illud
erat mutum. *Lucæ.11.*

1 IN hoc primo uerbo detegitur error
maximus,qui uersatur in mundo.Ve
nit prædicator quidam in hunc popu
lum uitiaque euellere, diabolosque,
q peccatoribus dominantur,conatur expel
lere,& ad hoc uidebitis eum libros euolue
re & uidere quid dicat talis doctor,aut ta-
lis,&c. Et uidebitis eum in pulpito procla
mantem,& quasi effuncentem,uiscera, to-
tumq; munus suum iam confecisse existi-
mat,cum tamen præcipuum prætermise-
rit:etenim ante quàm librum aperire:,nec
literam legeret,oporteret eum ante Iesum
Christum uerum animarum medicum, se
prosternere,humillimeque ac confidentis-
simè illum exorare & dicere Domine tu,q
me in hãc populum uenire decreuisti, atq;
hoc munus exercere uoluisti: per labores,
& amorem, quo horum , qui me audituri
2 sũt, aïas redemisti, te supplici ter deprecor,
ut mentem meam illumines,quo intelligã
quid spirituali eorum saluti conducibilius
sit.Dirige linguam meam , efficaciaq; mihi
uerba concede,ut quod illis magis ꝓ futu-
rum est,dicam,eorum corda mollifica,ut in
eis tua cælestis doctrina imprimatur: Dici-
Ezec.33. tur cuidam prælato: Aduerte illũ hominẽ
turpiter,ac flagitiosè uiuere,cuius tu ratio
nem redditurus es:attẽde tibi de cælo pro-
clamari dicẽdo illud Ezechielis:Tu fili ho-
minis speculatorẽ dedi te domui Israel.Si
eo quod illũ non admoueris in iniquitate
sua morietur,sanguinem eius de manu tua
requiram.Videbitis qũo prælatus statim di
ligentiam adhibet,considerans, quomodo
eius uitia probabuntur:& alios huc,alios il
luc mittit ministros,ut puniat delinquens,
præcipuũ uerò prætermittit, qđ est ad ue-
rum pastorem confugere:cui æternus pater
uirgam,& potestatem tradidit sup cœlum,
& terram,& dicere illi,tu Dñe Deus meus
es omnipotẽs,nisi tu ouẽ hanc, quam ꝓdi-
tã credo incedere illum minaueris,& in uiã
tuam direxeris,quid ego facere potero?ue
nit confessarius, & sedens, hunc,& illũ au-
dit,ac reprehẽdit,&c.Et omnia,quę debuit
se fecisse arbitratur,& tamen præcipuũ reli
quit,q̃ est ante quã auditurus accederet,se
corã Iesu Christo prosternere & dicere. Do
mine Deus meus,qui ut Sanctos Apostolos
tuos auditores pœnitentiarios institueres
Spiritũ sanctũ tuo diuino flatu in illos insu
disti,ut ego cognoscerẽ,nisi tu hos flatus no
bis immiseris,nec illos animarũ suarũ uul-
nera esse detecturos,sicut oportet, nec me
præbiturum esse necessaria medicamẽta:p
tua diuina uulnera te deprecor,ut tuis cęle 4
stibus auxilijs nobis spires, ut hanc rẽ opti
mæ ꝓficere ualeamus.Es tu patersamilias,
& uides in liberis tuis quoddã malũ:statim
uociferaris,statim rixaris , nec scis prius in
angulum domus tuę te recipere,dicens:pa
ter æterne,tu,qui es uerus pater horũ libe-
rorũ,quos mihi dedisti tu, qui p tuum uni
genitum filiũ nos docuisti,ut te patrem ple
no ore uocaremus,dicẽtes,pater noster: oc
curre Domine malis initijs,quę in his pue
ris animaduerto. Hinc sequitur q̃ cum p̃-
dicatores prædicemus,& proclamemus,pa
rum tñ aut nihil proficiamus,& cũ prælati, 5
atque gubernatores magnam diligentiam
adhibeant,paucis tamẽ,aut nullis uitijs ob
uient.Et cũ auditores pœnitẽtiarij sępenu
merò,& multis annis unos,& eosdem ho-
mines audiant , nec tamen illos meliores
esficiant.Et sic de singulis.Venite igitur fra
tres, & hanc admonitionem audite .

*Erat Iesus eijciẽs dæmoniũ.*Nec uerò qs
q̃ discipulorũ ei⁹ sed ipsemet illũ expelle-
bat.Qui diabolũ eiecturus est, animeq; re
medijs adhibere potest est Iesus Christus;q
nisi huic operi manus applicuerit , incassũ
sunt labores,diligentiæq; uestræ. Qũ ergo
aliquẽ peccatorẽ dæmoniacũ curare uolue 6
ritis,prius ad Iesum Christũ crucifixũ cõfu
gite.Veni mecũ(dicite) Dñe potestatũ,cor
dijũ deprædator,atq; uoluntatũ strenuus ex
citator, sine te enim labor & diligentia nĩa
erit quasi aerẽ uerberare.Ideo B.Paulus di 1.Cor.9.
cit:sic pugno,nõ quasi aerẽ uerberãs.Sẽper Iob.14.
enim diuinũ auxiliũ secũ ferre curabat,&
S.Iob.Quis potest facere mundũ de immũ
do conceptũ semine?nõne tu,qui solus es?
Qũo igit tu hoc opus sine diuino auxilio
conaris efficere?O patres mei si ita anima-
rũ correctio ageret quot animæ à peccato
exirẽt?Quũ Deꝰ uniuersã terrã diluuio pu
rificare uoluit,rupti sunt oẽs fontes abyssi,
& cataractæ cęli apertæ sunt.Itaq; cœlesti-
bus,terrestribusque aquis facta est purifica
tio.Sic etiã ad purificandas animas cęlestia
auxilia oportet inuocari, quibus terrestres Gen.7.

dili-

diligentiæ debent commisceri. Sic faciebat Sanctus Dauid, qui dicebat: spiritu principali cõfirma me. Docebo iniquos uias tuas, & impij ad te cõuertentur. Exit agricola in areã, ut triticũ uentilet, grauũq; in unã, & paleã in aliã partẽ injiciat, sed eũ uideat uẽtũ nõ flare, reuertit domũ suã. Ecqd reuerteris ait ille, qa cũ tãto calore sine uẽti flatu, frustra, exit triticũ uẽtilare. O diuine flatº, o uẽtº Spũs Sãcti nisi tu spiraueris, frustra sunt diligẽtię nostrę, nec granũ à palea sufficiẽt segregare. Hoc est peccatorem à peccatis suis non poterunt reuocare.

Pſal. 50.

Simile.

Et cũ eiecisset dæmoniũ, &c. Sciẽdum est uobis, neq; Angelum, neq; diabolũ animæ substantiã, & essentiã posse introire: hoc.n. soli Deo competit. Pro quo est notandum, qꝓ quemadmodum in rebus corporalibus uideamus unum corpus non posse aliud penetrare, nec in illud infundi, idest, unus lapis nõ potest in aliũ lapidem introire, nec lignũ in alterius ligni substantiã potest infundi: sic ét res spirituales non possunt una in alterius essentiã infundi nisi solus Deus.

8

Etenim quẽadmodum lux & solis radius i

Simile. crystallo, ut in clarissima aqua illã penetrat, ac clarificat, sic etiã Dꝰ in aiæ, siue Angeli essentiam indicibili quodam modo infunditur & illã illuminat, atque clarificat.

Itaq; unus Angelus non in alium quidem

Pſal. 33. Angelũ, neq. in animam ualet introire. Et sic Dauid dicit: immittit Angelus Domini in circuitu timentium eum. Ex textus Hebræus dicit: Angelus Domini ponit castra suam in circuitu timentium eũ, qꝓ est idem, quod immittit. Idest, operationes suas, atq. diligentias in circuitũ animę facit, uerunta men in illã nequit introire. Et idem necessario de diabolis dicendum est, qui licet in animã ingredi nequeant, possunt tamen in ea multas operationes causare. Et sic Dauid

Pſal. 108. dicit: intrauit sicut aqua in interiora eius. Accidit nobis in hieme aqua frigida manº

Simile. abluere, & dicitis: proh Deum immortalẽ, qũo hæc aqua me penetrauit. Qũo fieri potest te ab aqua fuisse penetratum, siquidem

9 extra palmam remansit? uolo dicere. Humiditatẽ, & frigiditatem aquę me penetrasse, & intra uenas ingressam fuisse: sic dęmõ dicitur in animam introire, quia eius frigiditas, malitia, superbia, ac denique turpitudo in illam ingreditur. Hæc est pura ueritas. Intrauit sicut aqua in interiora eius. Interius hominis est anima, quæ quidẽ diaboli qualitates in se recipit, & dæmoniaca remanet, at q. quodammodo effecta diabolus. O peccatum quot mala gignis in anima, & quàm parum sentiuntur. Dixit Christº redemptor noster. Videbam Sathanam sicut fulgur de Luc. 10.
cœlo cadentem. Nõ solum uoluit in hoc significare Dominus impetum, quo præcipitatus cecidit, sed perditionem etiam, ac detrimentum, quod in anima operatur. Sicuti Simile.
si fulgur in gladium incidit, ferrum in cinerem conuertit: uaginam indemnem relinquens, acsi nihil unquam tale contigisset. 10
Si cadens dęmon cum sua malitia animam

ꝓ peccatum occidit, nec uero hæc mors exterius apparet in carne, quia tam pinguis, ac decorus sicut anteà remanet. Et ex omnibus malis, ac incõmodus, quæ; diabolus in hoc homine fuerat operatus, ęque in omnibus corporibus, quibus potest, efficit, præcipue animabus intendit officere, illasque perdere conatur; sicuti uiceuersa quęcunq. Deus corpori beneficia confert, sunt propter animam: diabolus autem corpora con
torquet: ut patientiam, atq. uirtutẽ animæ Iob. 1.
amittãt. Quot mala fecit corpori S Iob, fuerunt, ut inde in animam defluerent. Permi 11
sit illa Deus, ut ex hoc intelligeremus tot mala diabolum in anima operari, quot nulla hominum lingua poterunt explicari. Denique ita desolata, atq, diruta remanet hu Esai. 1.
iuscemodi anima, sicuti dixit Esaias remanere filiam Sion, sicut umbraculũ in uinea: & sicut tugurio in cucumerario: & sicut ciuitas, quæ uastatur, quale remanet tugurio uindemiata uinea, aut cucumeratio, totum dissipatum, & effectum serpentium atque immundorum animalium domicilium, & qualis remanet ciuitas cum primum hostes illam dissiparunt, omnes muri eius euersi, turres combustæ, domus deprædatæ, incolæ interfecti, uię denique cruore perfusæ, quam miserabilis esset uisu celebris quędam, atque opulenta ciuitas postquam ita 12
diruta, atque dissipata esset. Cum enim etiam dictu sit miserabilis, quid esset & uisu? ò si Deus nobis permitteret, ut animam uideremus postquam Sathanas illius domi. tus est, eiusque uirtutem, ac gratiã diripuit. Procul dubio peccator a semet ipso fugeret, & in quem locum se recipere, penitus ignoraret. Qui ergo oĩbus his malis eã liberaturus est, hic est Christus Iesus dissolutor, atq; euersor operũ diaboli.

Quam-

Quamobrem ad ipsum oportet uos cõfugere, atque instantissimè exorare, ut in animabus uestris operetur, quod in hoc corpore operatus est, & dicatur.

Erat Iesus ejiciens dæmoniũ, & illud erat mutum. Res utiq; mirabilis, qꝓ sit diabolus & sit mutº: qs unq; tale pspexit? Dicit mutº ab effectu, sicuti Spũs Sãctº nomẽ assumit à bono, qꝓ in aĩo operat (ut Esaias ait:) Requiescet sup eũ spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cõsilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eũ spiritus timoris Dñi. Oia hæc noia sibi uẽdicat Spiritus sanctus, quia oĉs has uirtutes in oĩa operatur; Spiritus fortitudinis, qa fortificat, & uires tribuit, spiritus consilij, qa consilũ prębet, spiritus timoris, qa sanctũ quendã Dei timorẽ i aĩa gignit, & sic de alijs. Sic dęmõnomen assumit à malo, qꝓ efficit in homine. Dicitur mutus, quia quosdã facit obmutescere. Alteri dixit Christus Redẽptor noster: Obmutesce, & exi de hoie. Quia erat loquax, & hominẽ loquacem reddebat, in quo morabatur. Valdè notandum est hunc hominem fuisse cæcum, surdum, ac mutũ,

14 & contentus est S. Euangelista dicere illum esse mutũ. Hoc aũt fecit ad significandum, quod diabolus præcipuè intendit, esse, nobis ora cõcludere, ne peccata nostra confiteamur. Quando quis ludit foliis pictis, nihil est molestius, neque intolerabilius aduersario eius, quã quenquam nutu, siue expressis uerbis illum admonere, quot pũcta alter habet, aut quot chartas bonas, ne sic q̃ iam fuerat lucratus, amittat. Sic ét diabolus, qui in huius uitæ ludo animam tuam lucratus est, magno dolore, ac molestia afficitur, uidens te cum confessore tuo tanq̃ cũ spirituali patre, & socio loqui, & contritionis signa ostendere, & puncta, id est peccata quæ habes, illi demonstrare. Sic enim ludum iterũ lucraberis, & animam recupe

15 rabis, ipse uerò qꝓ fuerat lucratus, amittet, atq. ideircò aduersus hoc sanctum sacramẽtũ tantopere laborat, Custos carceris non multa molestia afficitur, licèt q in carcere detinentur, intra carcerem solutis pedibus, ac manibus incedãt, hoc autem diligentissimè curat, scilicet, ostium semper esse conclusum, ne abire possint. Sic etiam diabolus non multum æstimat, quòd peccatores solutas habeant manus, eleemosynasque largiantur, aut pedes liberos habeãt, & stationes ambulent, & templa uisitent. Hoc uerò maximè curat, ut semp ostiũ sit clausum, id est, ne os ad puram, integramq. confessionem faciendam aperiatur. Solue uincula colli tui captiua filia Sion, qa hęc dicit Dñs: Gratis uenundati estis, & sine argento redimemini. Notanter dicit Propheta, Colli tui, quia inter oĩa uincula uinculum colli est periculosius, licet enim latro ligatos habeat pedes, manibusq. sit uinctus adhuc Simile.
spem habet euadẽdi mortem. Cũ uerò collũ eius fune alligatur, statim se mortuũ esse 16
ducit. Sic etiã etsi peccator manibus, ac pedibus esset deuinctus, non tãm ei officeret, q̃tum officit diabolus collũ eius retinens alligatũ, ne peccata sua confiteat, quæ si purè ac integre confiteretur, cæteris malis remediũ adhiberetur. Idcirco affectuose deprecabatur Dauid Deũ, dicẽs; Nõ me demergat tẽpestas aquæ, neq. absorbeat me pfundũ, neq; urgeat sup me puteus os suũ. Desine (inquit Propheta) mihi Dñs aliqđ respiraculũ, ne me peccatorũ meorũ aqua penitus cooperiat, sit locus mihi, p quem respiré, & Marc. 7.
suspirem misericordiam à te implorans. O quã miserabilis est uisu anima dæmoniaca, & muta. Referi hominem quendã mutum, ac surdum Dño fuisse oblatum. Et apphendens eũ (ait Sanctus Euangelista:) De turba seorsum, &c. Suspiciens in cœlũ ingemuit. 17
Ex intimo uiscerũ suorũ suspiriũ protulit. Obstupenda res est, qꝓ cum Iesus Christus filius dei ad columnam uinctus fuerit, uerberumq. diluuio coopertus, quousque per sanctissimum eius corpus riui sanguinis defluxerunt, nec tamen legitur illum suspirasse, aut conquestum fuisse. Videns aũt hunc miserum hominem suspirat, tãtique doloris signa manifestat. O Christe uere hominũ amator, die nobis Domine, quodnam sit hoc mysterium. Dico quod miserię nostræ, consideratione m, quę per illum mutum repręsentabatur, & uidere quàm debiles, atq. impotentes ad remedium nostrum quærẽdum manemus, & quã parui hanc miseriã æstimamus, hoc dolebat filius Dei, & ob 18
hoc suspirabat, ac flebat, animaduertẽs peccatum tanto ob stupore animam adimplere, ut eã torpescere, atque obmutescere faciat. O fratres dilectissimi, per charitatem Dei uos rogo, ut desinatis iam esse muti, & summa animi contentione Iesum Christũ exoretis, ut à uobis Sathanã expellat, hic ẽ enim, q uos mutos reddit. Dicit enim Spiritus sanctus; Non confundaris confiteri Eccle. 4.
peccata

peccata tua. Peccata facere, nõ uerò confiteri debes erubescere. Necessarium est enim uulnus ostendi, ut curetur. Vatablus addit hic dicens: Nec aduersus cursus fluminis cõtendas. Sunt peccata iã in ore, & uolunt exire, ac defluere: uerecundia uerò opponitur quasi obstaculum, ne defluant. Dirumpe igitur istud retinaculum, & define illa ita defluere, ut ne qđ remaneat. Ne sis similis infœlici illi Pharaoni, q cum se plurimis uerberibus cerneret afflictum, dixit: Peccaui, Dominus iustus: & ego, & populus meꝰ impij. Hebræi legũt hic: Peccaui hac uice, uel peccaui nunc. Non uult infœlix aliud peccatum, præter præsens cognoscere. Sic sunt plurimi peccatores, qui nulla alia peccata uolunt cognoscere, nisi ea in quibus actualiter comprehẽduntur. Et quandę peccata confitentur, de ijs tantummodo mentionẽ faciunt, quæ paucis ante diebus commiserunt. Cętera namque, quę in toto anno pętrarunt per negligentiã suam oblitioni tradita relinquũr, acsi hoc parui interesset.

Vatablus

Exod. 9.

19

20

Ne sis tu ita frater, sed omnia illa in memoriam reuocata, & cũ dolore, ac confusione animæ tuę pronuncia. Secundum optime dixit Pharao si illud corde diceret: scilicet, Dñs iustus, &c. Ita dixit Daniel Propheta.

Dan. 9.

Tibi Domine iustitia, nobis autem confusio faciei. Alij peccatores sunt, qui siqdem peccata sua confitentur, habent auditores pœnitentiarios, quasi stipendio conductos, qui per omnia prætereunt, nec eos alicuius sceleris reprehendũt. Etenim qũo fieri posset, q cum tot sint homines mali, omnes absoluerentur, nullus tamen à uia sua mala resipisceret? aut illi auditoribus pœnitentiarijs mentiti sunt, aut auditores dissimularunt: Michas sacerdotem quendam conductum habuit, qui pro stipendio quod ei prębebat oĩa eius peccata simulabat, etsi Idolum Michas habebat, quod adorabat. Et cũ hoc se nimis sanctificatum esse iudicabat, & dicebat: Nũc scio, quod benefaciet mihi Deus habẽti Leuitici generis, sacerdotem.

Iud. 17.

In illa idololatria quiescebat, dicens sacerdotem esse bonum ac sapiẽtẽ, quia dissimulabat peccatũ illud, fieriq; licere innuebat.

21

O quantopere quærebat Deus de malis sacerdotibus p Ezechielem Prophetã, dicẽs:

Ezec. 13.

Ecce ego ad uos, dicit Dñs, & erit manus mea super Prophetas, qui uident uana & diuinant mendacium, eo q deceperunt populum meũ, dicentes: Pax, & non est pax, & ipse ædificabat parietem, illi autem liniebãt eũ luto absque paleis. O patres sacerdotes pzelũ illũ, & amorem, quo Christus Iesus filius Dei hoc diuinũ sacramẽtum instituit, uos iterum atq. iterum ante singulorũ pedes consternatꝰ exoro, ut fidelissimè ac purissimè hoc sacrosancto munere fungamini, animarũ remediũ maximè exoptantes: qđ si peccatores mutos uideritis, charitatiue, & mitissime illos interrogate, ut ueritatem reuelent. Vt Acham filius Carmi peccatũ suũ reuelaret, ei dixit S. Iosue suauissimis uerbis: Fili mi da gloriã Dño Deo Israel, & cõfitere, atq. indica mihi quid feceris, ne abscõdas: Et statim delinquens rũdit dicens: Vere ego peccaui Dño Deo Israel, & sic feci, &c. Ecce qũo delinquens mãsuetudine sancti Iosue cõmotus fuit, sic uos facere oportet ò patres mei. Et postquam illa mãsuetudine effeceritis, ut peccata sua manifestent, pœnitẽtes docere debetis, ut peculiariter peccatũ hoc doleant, scilicet, qđ peccata sua operire uoluerunt. O placeat altissime Dei Maiestati, ut siquidẽ aliq uestrum hucusque obmutuistis, non sitis etiã & nunc surdi, ac cęci, ut non auditis, nec animaduertatis hęc nimis essentialia, atque necessaria, quę hic uobis Dei nomine dixi. Etenim hæc esset adhuc maior infœlicitas. Eunti malo Prophetæ Balaam, ut malediceret populo Dei obstitit Angelus i medio uię habens euaginatũ gladium, nec eum ulteriꝰ progredi patiebatur, & asina nolebat ambulare, etsi multis fustib. ab iniquo Propheta cędebatur, quousque ad Dñm suum cõuersa dixit ei: Quid feci tibi? cur pcutis me? Et ań dixerat bis fącratꝰ Textꝰ, cernẽs asina Angelũ i uia, &c. Et inferius: cumque uidisset asina stantem Angelũ. O rem stupendã? quod uidit asina, non autẽ pęccator. In quo significatũ est hominẽ malum magis cæcum, atque insensatum esse quàm bestias, quia superuacaneum esse uidetur cũ illo loqui de rebus, quæ ad animæ eiꝰ salutem spectant. Sin minus uidete fratres quoties uobis prędicamus, quãta cum cura, ac diligentia Deus saluationis uestre negotiũ susçipit, & quãti uestra interest de illa summa animi contentione agere. Quid ergo p 24
fecimus? qualem in re tam graui, atque necessaria diligentiam adhibetis? Maximum utique mihi timorem infert negligentia, qua res ad aiæ salutem attinentes agimus, quasi essent accessoriæ, & parui inter essent.

Iosu. 7.

22

Num. 22.

23

Pro-

Profectò si uitæ uestræ rationẽ à uobisimet ipsis exegeritis, & intentiones uestras examinaueritis, plures uestrum fatebimini (si modò uerũ fateri uelitis) aliquorum uestrũ præcipua negotia esse, diuitias acquirere, aliquorum, honores adipisci: aliorũ, eruditissimos esse: aliorũ denique uoluptatibꝰ pfrui, &c. & plurimos dies pręterire, in quibus nõ recordamini, utrũ animas habeatis. Gaudereẽ utique ut hunc discursum faceretis, Deique præcepta cũ inclinationibus uestris cõferretis, uidelicet, utrũ Deus uobis in honestos, an cupidos, an ambitiosos esse ꝓcipiat. Et perpẽderetis, utrũ horũ duorũ apud uos plus ualeat, scilicet, q. Deus uobis pręcipit, an qđ prohibet. Et quando inuenęritis ꝙtum plus ualeat apud uos uestram inclinatio, quàm qđ Deus tanto cũ rigore, ac ueritate uobis prohibet, tunc cognoscetis i quanto periculo uersetur saluatio illius, q de ea, tanquã de re accessoria, & parũ necessaria agit, siquidẽ etiã, si summa animi contentione saluationẽ uestrã curaretis, adhuc
26 difficillimè illã consequeremini. Et idcircò existimo maiorem quodammõ timorẽ nobis debere inferre modum, quo Deũ quęrimus, quã quo illum amittimus. Nam dissolutio in eo offendendo maximos nos peccatores, ac nimis debiles esse manifestat: frigiditas aũt, qua illũ quærimus, & negligẽtia, quã in confessionibus nostris habemus, & relaxatio, atque pigritia, qua accedimus ad percipiẽda remedia nobis à Deo relicta, ad delictorũ nostrorum uulnera curanda ostẽdit, quàm parui eum estimamus, & quã parui pendimus, qđ in ipsius gratia, siue odio cõmoremur. Considerate exercitationes, q̃ præcedunt, quæque sequuntur confessiones uestras. Et cognoscetis, utrũ uideamini recordari uos in iudicium cũ Deo conuenire, & ire ad ueniam ab eo exposcendã, peccatorũque uestrorũ indulgentiam implorãdã,
27 accedere, quorũ nulla alia erat satisfactio, nisi sempiterna inferni tormenta, quare ergo quasi per ridiculum, & ceremoniam animarum uestrarum remedium inquiritis? Vt ergo pudore confundamini, prima Sancti Euangelij uerba notate, quæ dicunt.

Erat Iesus eijciens demonium. Nã illud uerbum, erat, denotat Dominũ maxima animi contentione hanc rẽ eiiciendi dęmonis susçepisse. Atque omnia opera, quæ ad salutem nostram operatus est, cũ maxima efficacia facta fuisse, acsi lucrum, suum esset, &

nõ nostrum. O ineffabilẽ Dei pietatẽ! ò maximã hominũ miseriã, quine talibus quidem exẽplis ad ea, quæ sibi tãtopere necessaria sunt, diligẽter operãda mouẽtur? Hoc miraculũ, quod Dñs operatus est, alii admirati sunt, alii aũt dixerunt: *In Beelzebub Principe Dæmoniorum ejicit dæmonia.* O q̃ 28
usitatũ est unãquenque ꝑm id quod est, loqui, & metallũ ꝑm qualitatẽ ualoris sui tinnire. Aliter quippè tinnit plumbũ, aliter uerò argentũ, & aliter aurũ. Aliter aũt sonat uas plenũ, & aliter uacuũ. Vultis paulo magis, minusve qualis sit unusq;sq; cognoscere? attẽdite qđ loquat. Loquẽs Iob de dæ- Iob. 41.
mone, dicit. De ore eiꝰ lãpades ꝓcedũt. Cũ uerba tua fuerint ignita ꝓximiq; tui famã cõburẽtia, existimat, iã tibi dictũ esse, te diaboli os habere: siqdẽ ex eiꝰ ore accẽsę faces exeũt. Vt S. Dauid malorũ hoium de- Psalm. 59.
prauationẽ exaggeret, dicit: Ecce loquentur in ore suo, & lingua eorũ gladiꝰ acutꝰ. Nõ dicit, nec assigna S. Propheta qdnã loquerẽt, quia qcqd eis i cogitationẽ uenit, ꝺ ꝓximo suo loquunt. Et si eis libebit, dicent te esse pessimũ, atq; flagitiosissimũ hoiem, hoc 29
autẽ ob nullã aliã causã, nisi, quia sic eis libuit, & in imaginationẽ uenit. Omnia aĩalia illis rebꝰ magis utunt, quæ sibi magis in prõptu sunt. Catꝰ unguibꝰ ubi primũ ab ali quo tangitur, ſtatim illis utitur: bos cornibus: canis uerò dentibus utit: elephas proboscide, basiliscus uisu: sic hõ plenus malitię, magis in prõptu habet malitiã, & ideo cũ occasione, & sine occasione malitia utit. O crudelis inuidia, quãtopere exęcas illũ, quite possidet, siue (ut melius dicã) illũ, q à te possidẽt! Quis diceret illud tã odorifera unguentũ, quod sancta Magdalena ad pedes Domini effudit, alicui esse male oliturũ? Veruntamen, cũ illic esset malitiosus, 30
atq; inuidus quidã Iudas, sanctũ illud opus sibi male oluit, & dixit: Vt quid pditio hæc? opus tanti lucri rem perditã appellauit. Vn Ioan. 12.
de cor sapientis in dextera eiꝰ, & cor stulti Eccl. 10.
in sinistra illius. Vult dicere, uirum bonum omnia in bonam partẽ coniicere: malum autem omnia uitio uertere. Sicuti in hodierna Sancti Euangelii lectione apparet: cùm enim omnes illi miraculum insigne conspexissent, quidam illorum dicunt. *In Beelzebub ejicit Dæmonia.* Alia aũt bona mulier dixit: *Beatus uenter qui te portauit.* Siqdẽ puersi atq. scelerati homines opus, quod manifeste bonum erat uitio uertere,

nequie-

nequierunt,potentiam ſaltem,atque intentionem,qua factum fuit,calumniarunt, dicentes:Illum adipiſcendi honoris cauſa fædus cũ diabolo pepigiſſe. O quã merito dixit Dauid,Redime me à calumnijs hominum. Liberet nos Dominus ab hominibus interpretantibus cogitationes. Iter facitis p uiride,atq; amœnum pratum,& uidetis plurima pecora,oues,ſcilicet,boues & ſues,in eo depaſci,& uidebitis oues,atque alia huiuſcemodi animalia herbis tantum, quæ in terræ ſuperficie apparent,eſſe contentas,uidebitis autem ſues,qui non his quidẽ cõtẽtiſunt,ſed roſtris ſuis terram effodiunt,quouſque ad radices perueniunt,herbasq; euellunt,atque omnia diſſipant. O homines inuidi quantopere proximorum ueſtrorũ famam deſtruitis? Seruus Dei cõtentus eſt exteriora opera bona uidere,atque ex illis fructum exemplũque percipiens eis depaſcitur. Mali aũt quaſi ſues,linguis ſuis interiores intentionum radices tangunt,atq; euellunt,dicentes omnia cum mala intentione fieri. O Chriſte reparator uitæ, quare Domine tantã iniquitatem nõ punis? qa Maria de fratre ſuo Moyſe murmurauit, ſtatim illam lepra operuiſti. Et quia Dathan & Abiron ꝺ prælato ſuo murmurarũt, iuſſiſti terræ,ut aperiretur,q̃ eos deuorauit, uiuoſq; in infernum præcipitauit. Quare igitur ſup hos iniquos homines,qui tuæ diuinæ Maieſtati detrahunt,nõ deſcendit ignis de cælo qui eos deuoret,atq; conſumat? O benedictus ſis Domine, benedictaque clementia tua,quia tã diligenter ſeruorũ tuorũ honorem propugnas, & tã patienter iniurias,tibimet illatas noſtri perferre. Noluit Dominus in eis potẽtiam ſuam exequi,ſed mitiſſime illos alloquens,eos deceptos incedere, & à ueritate longiſſime aberrare,efficacisſimis rationibus cõprobauit. Diſcite ex hoc fratres charisſimi,& quanuis aduerſatios ueſtros deſtruere ualeatis,non ideò potentia ueſtra uti debetis, ſed tãquã optimi Chriſtiani,neriq; e Ieſu Chriſti imitatores, omnia ratione ac iuſtitia curate perficere.

Pſal. 118. Simile.

31

32

Nom. 12, Num. 16. & Deut. 11.

Pſal. 105. & Ecc. 45.

33

Prima ratio hæc eſt: *Omne regnũ in ſe diuiſum. &c.* Ex his uerbis poſſumus elicere, q̃ diligẽter pacẽ pquirere,quãque efficaciter illã à Deo poſtulare debeamus, ſiqdẽ

Ad Phi. 4.

ipſius donũ eſt. Dicit B. Paulus: Pax Dei,q̃ exuperat omnem ſenſum, cuſtodiat corda neſtra in Chriſto Ieſu,ideſt,p merita eius. Perpendite diligenter uerbum illud,exuperat. Nullus quippè eſt hominũ intellectus, qui ſatis poſſit comprehendere quantũ bonum ſit pax. Et alibi dicit: Pacem habete,& Deus pacis erit uobiſcum. Eſt hæc conuerſio,quam facit B. Paulus, dicens aliquãdo: Pax Dei,aliquando aũt: Deus pacis; ut ſignificet,ubi eſt Deus,eſſe pacẽ, & ubi eſt pax, eſſe Deũ. Et Reſpublica in pacis unitate ſi confundetur. Etiam & Ethnici hoc intellexerunt,ſiquidẽ Deæ pacis iuxta Capitoliũ ędem erexęrunt,quaſi ſignificantes gubernationem,imperiumque ſuum à pace eſſe ſuſtinendum. O quantũ eſt circa hoc lachrymandum,& quàm miſerabiles ſunt uiſu ſimultates,ac diuiſiones, quę in rebus publicis Chriſtianis uerſantur? Atque idcircò tam perditi,atque deſtructi incedimus.

2.Cor.13

34

Factum eſt autẽ cum hæc diceret, quædã mulier, &c. Vnde homines non arbitrantur mittit Deus auxilium,ac fauorem ſeruis ſuis. Quis arbitraretur Ionatham Dauidi eſſe fauturũ, patriq; ſuo aduerſaturũ, cum mos Dauidis adeo Ionathæ conducibilis eſſet,ut p̃p eius uitam regnũm Iſrael Ionathas amitteret? hic autẽ contra parẽtẽ ſuum inſurgit,dicens: Quid fecit, quare morietur Dauid? Eſt Chriſtus Ieſus in cruce ſuſpẽſus,ac cõtumeliis affectus, & lapides alijs ab alijs inuicẽ cõfracti,p eius honore dimicant,& terra motibus ſuis illi di gnitatẽ,amplitudinẽque defendũt. Ecquis arbitraretur lapides eius honorẽ eſſe p̃pugnaturos? Conſurrexerũt Principes Hieroſolymę aduerſus Hieremiã, illũque i lacũ coniecerũt,ut illic fame periret,uerũtamẽ non defuit ibi uiro Dei auxiliũ, atq; ꝓtectio,ibi enim dicitur; Audiuit autẽ Abdemelech Æthiops uir Eunuchus,qui erat in domo Regis,q̃ miſiſſent Hieremiam in lacum,& locutus eſt ad Regem,dicens; Domine mi Rex malè fecerũt uiri iſti oĩa quę cunque perpetrarunt cõtra Hieremiã Propheram. Attendite quis in eius auxilium ſurrexit homo ſcilicet, cui nihil cum illo erat,nec ex Hebræo genere erat, ſed ex Æthiopia oriundus. Cum iam benedicta il la Suſanna ad ſuppliciũ lapidanda duceretur,ſuſcitauit Dominus ſpiritum pueri iunioris, cuius nomen Daniel,& exclamauit uoce magna,dicẽs: Mundus ego ſum à ſanguine huius. Puer quidã illam protexit, atque iudices Iſraelis cõfudit. Sic hodie cũ Dominus à Phariſęis blaſphemaretur, Spiritus ſanctus hanc mulierem ſuſcitauit,

Hie.38.

35

1.Re.20.

Dan.13.

quæ

quæ pro illius honore reſponderet, dicẽs: *Beatus uenter qui te portauit, &c.* Seruite fratres charisſimi fideliſſimè Deo,nec mali gnas iniquorũ, hominũ linguas æſtimetis. Deus enim ſuſcitabit aliquẽ,qui uos defendat,& cum honore,ac merito remanebitis,

17 & patientiæ fructum,diuinãque ſimul gratiã recipietis; poſteaque cæleſtem gloriam Deo fruituri conſcendetis, Amen.

Feria IIII. poſt Dominicã III. in Quadrageſima.

Acceſſerunt ad Ieſum ab Hieroſolymis Scribę & Phariſęi, dicentes, &c. Matth.15.

ACCESSERVNT hi uiri primarij ad Chriſtũ Redẽptorem noſtrũ inſulſam quandam, atq; ineptam querelam deferentes,

1 uidelicet quia diſcipuli eius cum comedebant,non abluebant manus. Maximam de corporalibus,minimam uerò de ſpiritualibus lauacris rationẽ habebãt. Cũ tamen eorũ manus eſſent ſanguine coinquinatę,ſicut

Reg.1. de ipſis dixerat Deus per Eſaiã Prophetã: Manus ueſtrę,ſanguine plenæ ſunt. Idem ꝓ fectò nunc agitur ad literã. Etenim uidebitis complures,q̃ ubi primũ a lecto ſurgunt, aquã abluendis manibus ſibi afferri iubẽt, & præcipiunt ſibi ueſtimenta mũdari: & cũ ad mẽſam ſedẽt,iterũ abluuntur,ac deniq; cũ ab ea ſurgũt,iterũ aquã manibus exposcũt. Itaq; ter,aut quater quotidie manus abluũt uix tamen eſt; qui animã ſuã ſemel ſaltẽ i die lauare meminerit, cũ illã plerunq. ſterquilinio immundiorẽ ferant. Præpone animã tuam caligæ tuę, dicebat B. Auguſtinus. Quãdo caligã exuis, ſtatim illã excutis ut decidat puluis, quare ergò animã tuã, q̃

Auguſt.

2 quidẽ multò ptioſior eſt, pluris nõ ęſtimas? quare nõ curas illã auaritiæ, uanitatis malarũ deniq; cogitationũ puluere excutere, & emũdare; & ſi caliga tua diſrupta eſt, eam cõſui iubes. quare egò animã tuã diſruptã, atque dilãceratã, & in terram, carnem, mũdumq. diuiſam non ſarcis, eiq. remedium adhibes. O quam miſerabile eſt hoiem, tã diligẽter exteriora, tamq. negligẽter interiora curare. Aliter quidẽ faciebat Dauid, qui dicit. Laboraui i gemitu meo, lauabo p ſingulas noctes lectũ meũ, lacrymis meis ſtra

Simile. Pſalm.6.

tum meũ rigabo. Etſi chirographũ ſanctus hic à Deo habeat remiſſionis peccati ſui. 2.Re.12. Vt primũ enim ipſe dixit. Peccaui Domino dixit ei Nathan propheta. Dominus tranſtulit peccatũ tuum, non tamen ceſſabat deplorare, maximãque ſingulis noctibus lachrymarum copiam effundebat. Tu autem cum in profundo culparum pelago ſubmerſus ſis, ne unam quidem noſtri profundere.

Non enim lauant manus. O quã diſpares 3 ſunt cogitationes ſeruorũ Dei ab illis, in q bus mundani hoies occupantur, q ni quidẽ res ad animã magnopere ſpectantes cũ diligenter curent, atque in ijs intenti ſint, illarũ, quę non ſunt tã utiles, quæq. parui ſunt momenti, obliuiſcuntur, & ſpiritualibus rebus occupati corporaliũ ſunt immemores. Mali autem uice uerſa faciunt &c. Noſtri primi parentes in ſtatu innocentiæ, in ſpiri- Gen.3. tuali Dei conſideratione occupati, adeo corporum obliti ſunt, ut ſe nudos incedere nõ aduerterent. Sic etiam Sancti Apoſtoli ad eò intenti erant ſpiritualibus rebus, ut corporalium non meminerint. Hęc autem obliuio eſt ſancta quædam ſolertia. Atque etiã maximis epulonibus neceſſe eſt paſſim ablui, & ſingulis catinis, ſingula mantilia per- 4 mutare, nam alioquin cum nimios deuorẽt cibos iam obſcœnas facies, quaſi lubricam fornacis ſcopam haberent. Pauperes autem & egeni, quiquid edant, non habent, quorſum abluentur? Pauperrimis diſcipulis Domini, qui præ nimia ciborum inopia peragros ibant, & ſpicas ad comedendum manibus confricabant, quid opus erant lauacris? Et horum Phariſæorum malitiã adnotate: quando etenim de Chriſto Redemptore noſtro murmurabant, ad eius diſcipulos accedebãt, dicentes. Quare cum Puplicanis Luc.5. mãducat Magiſter ueſter? Quando autem de diſcipulis detrahebãt, ad ſãctiſſimũ Magiſtrum ſe ſe conferebant, dicentes: Quare diſcipuli tui non lauant manus? Hoc eſt officium ſeminatorum zizaniæ, nuncios, pernicioſos hinc illuc deferre. Nonnullæ ſunt 5 ciuitates, ex quibus non licet mulionibus Simile. onerata iumenta deducere, niſi ipſa onerata alijs rebus i urbem prius introduxerint, qualis eſt Hiſpalis. Sic ét nonnulli ſunt muliones Sathanæ, qui ad uos accedunt, murmurationumque ſuarum pondera in uobis exonerant, dicentes, Hoc dixit de te ille homo, &c. Et ex uobis ad alterũ onuſti profiſcuntur, uobis dicunt, quod alter dixit, alte

ri autem

ri autem dñt,quod uos dixisti. Liberet nos Deus à tanto malo. Nescio qd dicam(inqt B.Aug.) de hac murmuratione, nisi q̃ omnibus,ac singulis quibusque optime cõsideratis minus malum esse decerẽ,si te adulterum,q̃ si murmuratorem esse ꝓspicerem. Ab adulterio.n. citò te cohiberes culpãq. tuam cognosceres,sed ab hoc malo difficilimè poteris resipiscere. Vix.n. quisq̃ repetiũ,qui se murmuratorem esse cognoscat. Etenim siqs se murmuratorem esse cognoscet,uix ꝑt debitam satisfactionem reddere,nec intelligere, quantũ alterius famam læserit,auditoribusq; offecerit, qui postea malum multiplicant,quod ipse seminauit, cuiusque causa ipse fuit reuelans, addens condescendens,si ue approbat, aut quocunque alio modo honori, ac famæ proximi sui officiens. De his dici potest, quod dicit in Deuteronomio? Deuorabunt eos aues morsu amarissimo. O q̃ amarus morsus est murmuratio, miserę præsertim aiæ hominis murmurantis, atque etiam audientis, necnon & murmurati,ac infamati. O aues immundæ,& obscęnæ, quæ proximorum uestrorum carnibus de pascimini, ò quam crudeliter æternis tormentis cruciati, hoc penitus persoluetis. Miseramini fratres uosmetipsos,B. Augustini exaggerationem de hoc uitio considerantes. Postulanti dauid: O Domine libera animam meam à labijs iniquis,& à lingua dolosa, dicitur statim: Quid detur tibi,aut qd apponat tibi ad linguam dolosam? At ipse respondit, dicens. Sagittæ potentis acutæ cum carbonibus desolatorijs. Sunt(inquit)sagittæ acutæ iactę uiri cuiusdam fortissimi manu ardentes,q̃ omnia consumunt. Vna sagitta optimi cuiusque sagittarij arcu dimissa,non peruenit usque ad mille passus. Vna autem iniqui hominis lingua Romam usq; & ad Indias, atq. in ultimas orbis regiones puenit. Et ita tim incipit Dauid suspirare,dicẽs: Heu mihi,quia incolatus meus prolongatus est. habitaui cũ habitãtib. Cedar,multum incola fuit aia mea. Cedar filius fuit Ismaelis, perquẽ gñatio q̃dam hoium intelligit,q dicũtur Alarabes: qui ab Ismaele proficiscunt. Dicit igitur S. Propheta: O exilium,ac uita infęlix q̃ longa mihi esse uideris, breuis ãt ad lamentandum. O quantus labor,atque erumna est,me inter Alarabes cõmorari,atque inter homines,quibus nulla Dei cura est. [*Alarabes*] qui linguæ suæ curam nõ habet,neq. illam coercet. O quot Alarabes sunt huiusce modi in orbe terrarum. Sicuti adnotat B. Hieron. dicens. Detractionis uitium multos lędit,pauci sunt admodum,q̃ huic uitio renuncient,raroque inuenies,q̃ ita uitam suam irreprehensibilẽ exhibere uelit,ut nõ libenter reprehendat alienam. Tantáq huius mali libido mentes hoium inuasit,ut etiam q̃ procul ab alijs uitijs recesserunt,in istud tamen tanquam in extremum diaboli laqueum incidant. O q̃ terribilia uerba? diligenter ea perpendite per charitatẽ Dei. Et siquidem hoc uitiũ adeo cõe est,saltem si leue esset,non tantum malum esset. Qđ quidem non est dicendum, cùm Deus inter horrenda populi illius pecata hoc commemoret, dicens: Viri detractores fuerunt in te, Atq. ut apertius quam graue sit hoc uitium,quotq. mala secũ afferat,cognoscitis,illudq. summo odio habetis,notate qđ dicit Spiritus Sãctus: Lingua tertia multos cõmouit,& dispersit illos de gente in gentẽ: ciuitates muratas diuitum destruxit,& domos Magnatum effodit,uirtutes populorum confecit,& gentes fortes dissoluit. O crudelissimum instrumentum lingua, quæ tantam stragem in hominibus edit? quid amplius ad huius grauissimi mali detestationem superaddi potest.

Aug. to. 10 Psal. 46. ad fratres in Ere.

Deute. 32.

Psal. 119.

Hier. in 9 pſal. ad Cantiam.

Ezech. 22.

Eccl. 28.

Respondere ei dñs per aliud,quare,dissimilimũ,dicẽs. *Quare & uos transgredimini mandatum Dei?* Et post rñsionem illos appellat hypocritas. Hic multa,& nimis utilia detegunt. Primum uidere est quo mãsuetissimus dñs discipulos suos defendens,tãta cum acrimonia rñdit. O Christe uerum confugientium ad te refugium,quando domine apud Pilatum falsis criminibus accusabaris,ne uerbum qdem ore proferebas, ita ut miraretur pręses, nũc autem cum de discipulis tuis detrahatur,acriter rñdes? In quo nos docuisti proximos nostros constantissimè defendere,eorumq. honorẽ seruentissimè ꝓpugnare,in iniurijs ãt nobis illatis conticescere oporteret. O Pastor optime, quã diligenter obuiam exis lupis, & q̃ constanter oues tuas defendis. Qui suis uirib. à ministris iustitiæ nequeunt se defendere,q̃ nequidem fieri fas est, in Ecclesiam confugiunt,& ipsa quasi mater pijssima eis ualet illosque defendit. Ministri,qui proximorum suorum famam cõtorquent,sunt murmuratores,a quibus si uultis uos tutari,ne linguarum suarum gladijs uos perstringãt:

Mat. 27. Mar. 15. & Luc. 23. & Ioann. 18.

Simile.

10

11

confugite ad locũ sacrum, ne aduersus eos gladium euaginetis, sin minus circuibunt, & apprehendent uos, submittite aures, & cõfugite ad Deũ,q̃ est optimus locus sacer, & ibi ꝓtegemini. Qñ Aaron,& Maria detraxerunt de Moyse,tacuit uir sanctꝰ, & dñs eiꝰ cãm suscepit,eumque defendit. Admonet nos B. Paulus, dicens, Nõ uosmetipsos defendẽtes charissimi,sed date locũ irę: scriptum est.n. mihi uindictã, & ego retribuã. Non dicit, ut ã Deo uindictam postuletis. Nam hoc esset peccatũ,sed ut Deum quod facit,facere desinatis,ipse enim quod uobis est utilius,faciet.

Num. 12.

Rom. 12.

12

Murmurabãt Pharisæi de discipulis Domini, & quia ipsi tacuerunt, nec se tutati sunt,suscipit Dominus eorum uices, dicẽs: *Quare & uos transgredimini, &c.* Illos dede corãs,sicut ipsi merebanꝰ. Audis tu ò frater murmuratorẽ de te detrahẽtẽ,qesce,ne p turberis,eo q̃ merito aut imerito đ te murmuraꝰ. Qđ si feceris,in tutissimũ locũ sacrũ cõfugis: satis bonum patronum habebis. Et plus tibi dico,si peccasti, & infamiam uereris,sic̃q. uis, ut Deus maledicẽtiũ,atq. murmuratorũ ora obtrudat cosq. cõcludat,nec te abillis infamari patiaꝰ,confitere peccata tua,& age pęnitẽtiã,renela te Deo: hęc etenim est uia ꝑstantissima, nõ solum ad ueniã consequendam,sed etiam,ut diuina Maiestas te ab infamia liberet. Tunc.n. habet se Deus tanq̃ uir nobilis, ac generosus, cui si te commendes,peccatumq. tuum reueles, illũ ad tegendũ secretum deuincis. Dic ergo,ò frater Deo; Dñe tibi detego peccatum meum,protege me ĩ hac necessitate. Et sic uerba illa B. Petri Apostoli ubi dicit; Charitas operit multitudinem peccatorum,ẽt de hac ꝓtectione Dei ininfamijs intelligi possunt. O ineffabilem Dei charitatẽ,quot peccatores tegis, nec eorum uitia ĩ publicum ꝓdire pateris,qa ueram pœnitentiam egerunt. Cũ uenit Laban cũ famulis, & familia ribus suis aduersus Iacob, & filios suos, qa Rachel Idola eius surripuerat cũ Laban eia q̃ Iacob secũ deferebat scrutatus fuisset,oĩa quę eius supellectilia euolutilet,Idola tñ reperire nequit, quia Rachel sup ea insedetat,etsi realiter illa surripuerat. Idola sedẽ do opertmus, si culpas pœnitendo damnamus, ait glossa super hunc locum; Rachelem sup Idola sedere, est peccatorẽ peccata sua cõfiteri, ueramq. illorũ pœnitentiã agere. Et sic dicit Esaias đ Deo loquẽs: Qui dat

Glossa super c. 31. Esa. 40.

13

secretorũ scrutatores, quasi nõ sint, iudices terrę uelut inanes fecit. Eq̃dẽ neq. radicato in terra trũco eorũ repente flauit in eos, & aruerũt, & turbo quasi stipulã auferet eos. Adeò re ꝑbũ est hoc officiũ alienorũ morũ iudicãdi ut sępenumerò mẽdax, & irritum faciat Deus temerariũ hoium iudicium. res aliter disponẽs,q̃ ipsi iudicabãt, ut eos mendaces, nanosq. reddat in iudicijs suis, mixæ suæ pallio cõuersorũ peccatorũ mala cooperiẽs. Aliter ẽt peccata nostra Dñs operit, murmuratorũq. ora cõcludit, uidelicet, multis uerè pœnitẽtib. peccata q̃. sua humiliter cõfitentib. tãtã gratiã cõcedẽs ut uirtutib. suis atq. assidua bonorũ operũ exercitatione hoium murmurationẽ auferãt, turpęq; atq. ignominiosũ sceleris uestigiũ, q̃ retinuerãt, euellãt. Et his duob modis itelligũt uerba Esaię, quę supra citauimus. Nã remanẽtes scrutatores facti mendaces, cum mẽdacium hoiem annihilẽt, remanent quasi non sint. Nec radicato in terra trunco. Eorũ trũcus est eorum malitia, neque uero Deꝰ permittit, hæc, quæ cum malitia dicunt in auditorum animos radices immittere.

15

16

Dicit ulterius S. Propheta: Flauit in eos, & aruerũt, & turbo quasi stipulã auferet eos. Flauit Christus Redẽptor noster in Apostolos suos suã diuinã gratiã eis imperties, & ꝑ illã gratiã, q̃ receperunt, arefacta sunt peccata eorũ, & sic nõ habebãt murmuratores qd in eis apprehenderent. Et spiritus sancti turbo illos, in altũ extulit, perq. uniuersum mundũ dispersit. Hãc similitudinẽ adhibuit ꝓpheta, ut nobis innotescat q̃ facilè peccatorũ suorũ ueniã, famęque suę restauratiõnẽ inueniẽt illi, q̃ se Deo reuelauerint, facilius etenim culpas nostras dissoluit, quantũ parũ pulueris sustlias, illudq; spargis, ac dissoluis, ne ullo unq̃ tpe ampliꝰ uideat, quis igitur fratres charissimi tã bono Dño sese reuelare recusabit, qui tam fideliter seruos suos ꝓtegit, ac defendit? q̃ Alterũ q̃ elicimꝰ ex asperitate respõsionis Dñi, est scire q̃ acerbũ uultũ debemus ostẽdere illis, q̃ coram nobis de proximis nostris detrahũt, & quãta cum acrimonia & acerbitate nos eis respondere oportet. Hoc significat Spiritus sanctus, dicens: Sepi aures tuas spinis, & linguã nequã noli audire. O admirabilẽ metaphoram, quam nobis hic proponit Spiritus sanctus, qui in auribus spinas haberet, necessario compunctus erat illum, qui cũ aliqua murmuratione ad eas accederet

17

Ecc. 28.

sic igit̃ te habere debes cum murmuratoribus,ut à te sancta reprehensione compuncti, & percussi pficiscantur. Qđ si ij sint hoïes, quos tu nõ sufficis reprehendere,saltem acerbum eis ostende vultum,sermonemq; alio diuerte . Satis digni fuerunt hi miseri Dñi reprehensione, siqdem sua grauissima peccata,cum non animaduerterent,neque cognoscerent , in illud oculos conijciebant, q̃ne uenialis qdem culpæ in alijs erat reputandum.O q̃ usitatum est hoc in uniuerso terrarum orbe.Si utique tantum de nobis ratione haberemus,quantam de alijs habemus,profectò iam sancti fortè essemus. Experientia.n.comperimus qñ præceptrix est cum puellis discipulis suis , oẽs ętas submissis capitibus laborare,ita ut uisũ sint delectabiles,ueruntũ ubi primum pceptrix foras exit,aut ab eis recedit, statim puellæ cõ surgũt,saliũ,atq. aliæ ab alijs inuicẽ contur bant. Si.n.quandiu hõ intra se ipsum commorat uitæ suæ rõnẽ habẽs singulæ puellæ (hoc est,potẽtiæ aïæ, corporalesq. sensus) trãquillæ ac fedatæ munera sua exequũtur, & iuxta pceptricis(hoc est rõnis)consilium operãtur.Sed ubi primũ homo à semetipso exit,alienasq; uitas ac mores scrutatur,statim potentiæ ita pturbant̃,vt nulla illarum suũ munus exequatur.Liberet uos Deus à fluuio,qñ extra alueum exit, tunc.n.oẽs ripas expurgatas, fœcundas q; relinquit, atq. oẽm in se infert immũditiã, & sic turbidus, ac obscęnus remanet.Talis est hõ,qa extra se exit,ut alios scrutetur,aliorumq; uiuẽdi rõnem iudicet,illi.n. , de qb. loqtur,detrahit,ac maledicit,si iniuriam illam æquo aïo patiantur,p uirtutem patientiæ fœcundatis mundiq; remanent , infœlix autem murmurator efficitur quaſi cœnosus,atq. turbidus fluuius,pp peccatorũ suorũ diluuies.Illa animalia, quæ uidit Ezechiel Propheta: Vnumquodq; corã facie sua ambulabat,id est, unũquodque semetipsum pferebat: q Spiritu sancto ducuntur semp uitã suam ante oculos habent,ut cum primũ minimã quanque imperfectionis maculam perspexerint,ilicò eam auferãt. Liberet nos Deus ab hominibus , qui se post semetipsos fuerunt, hi.n.non suos qdem , sed alienos defectus perscrutantur. Atque idcirco dixit Deus p Prophetam. Exiſtimasti inique qđ ero tui similis, arguam te, & statuã contra faciem tuã.Existimasti(inquit)me similem tui futurũ,& quemadmodũ tu post tergum tuũ peccata tua ponis, sic etiã me illorũ esse obliturũ?Non sic erit utiq;,sed arguã te. Arguere illic non significat reprehendere,sed cum ,pbatione culpam ostendere. Et sic intelligitur illud q̃ dixit Dominus: Quis ex uobis arguet me de peccato?Ego(ait Dñs) statuam peccata tua,contra faciem tuam, ut illa manifestè perspicere possis,pœnamque grauissimam,q̃ pp illa meretis,apertè cognoscas.Hoc faciet Deus quando te iudicauerit.Etenim uniuersum uitæ tuæ discursum ante oculos tuos proponet, quã nolui sti perspicere,nec considerare, quando tibi remedium poteras adhibere.O dilectissimi fratres diuinã Maiestatẽ suppliciter exorate,ut hoc nunc uobis conferat beneficiũ,& unumquemque uestrum coram facie suã statuat,quo peccata uestra cognoscatis,uerumque illorum pœnitentiam agatis.

Dicit ulterus S.Euangelium: *Non Deus dicit: Honora patrẽ tuũ.* Magnopere notandum est,cũ hi Pharisæi maxima alia peccata haberent, erant.n.superbi, inuidi , murmuratores,alienorũ q̃ morũ scrutatores, nec uero quicq̃ illorũ eis obiecisse,nisi parũ honoris,quẽ parẽtibus suis exhibeãt,ut cognoscas tu , ò uirgo , & tu adolescens q̃ graue peccatũ cõmittis, cũ parentibus tuis debitũ adimis honorem . Inter oïs pcepta Decalogi,huic uno statui Dñs illic pmium dicẽs:Honora patrẽ tuũ,& matrẽ tuã,ut sis lõgęuus sup terrã.Et ro ẽ,qa multis uidereꝰ amor filij erga patrẽ adeo cõformis essenaturę,& carni,ut nõ esse meritũ,nec uirtutis opus, q̃ qdẽ rõ in alijs pceptis nõ militat,qa non sunt tã cõformia humanitati, & sensualitati.Vt igitur hoc pceptum meritoriũ esse doceret,pmium illud statuit, quæ pręmium soli operi meritorio tribuitur.In alijs autẽ,quia manifestũ est illa esse meritoria,non statim illic pmium subiunxit. Et si(ut uera loquar)tẽporale illud pmium, quod illic Dominus pp huius præcepti obseruatiã pollicetur, licet illud signũ sit hoc opus Deo gratum esse, non tã est principale pmium, quod Deus pro illo largiętur,si in gratia & charitate factum fuerit, opa.ntantæ qualitatis ac meriti non solet Dñs p soluere , nisi semetipsum p claram uisionẽ in gloria communicans, aternamq; uobis sui fruitionẽ concedẽs. Hoc q̃ dixit: Vt sis longęuus super terram, attendite quãm ad literã adimpletum est in Sem illo optimo filio,qui patris sui uerenda cooperuit , qui quidem

quidẽ sexcẽtos annos uixit.Hic ãt honor, quẽ parẽtibus debemus, nõ solũ cõsistit in eis honorãdis,atq; reuerẽter tractãdis,sed etiã in eis à suis necessitatibus sublenãdis. Filij enim esse corporale,q̃ habẽt,à parẽtibus acceperũt.Et siqdẽ ei p soluere nõ possunt aliud illis esse reddẽtes, deuincti saltẽ remanẽt illud esse cõseruare,q̃ ipsorũ parẽtes habẽt.Et hoc licèt sit necessariũ liberos q̃ parẽtibus uitã suã in discrimen offerre. Veruntũ oDeus æternæ,q̃ pauci hoc faciũt, liberi sunt quasi rami,q̃ esse, q̃ habẽt,& uitã,qua uiuunt, à radice accipiũt , nunq̃ tñ ipsi uirtutẽ aliquã reddũt, sic ẽt filiorũ pauciſſimi redeunt,ut faciãt,q̃ debẽt,nec parẽtũ suorũ necessitatibus occurãt,imò potius eorũ obitũ citius obrepere concupiscũt,ut citius eorũ bona hæreditẽt , illosque pluribus litibus,ac molestiis affligunt.Absalon, cũ tã bonũ patrẽ sicuti Dauidẽ haberet,eiꝰ regnũ cõturbauit,cũque iniquus qdem hõ ei diceret.Percutiã regem desolatũ. Vnum enim uisũ tu quæris,& oïs populus erit in pace:dicit illic sacratus textus , placuit sermo eius Absalon.Attẽdite qualis filius erat hic cui cũ diceretur,q̃ occidẽdus esse pater suus,magnopere sermo ille cõplacuit.Et se quẽti capite dicirur,q̃ exesũe exercitu Dauidis aduersus Absalonẽ , stetit rex iuxta portã,& pcepit Ioab,& Abisai , & Ethai dicẽs,seruate mihi puerũ Absalõ. Imperabat utique Dauid ducibus suis, ut quãuis aduersus eũ,eiusq;. copias dimicarent,nequaquã tamẽ illũ interficerẽt,neq.peuterẽt.O maximã patris pietatẽ. & diabolicã scelestissimi filii iniquitatẽ,ò quot liberi sunt hodie in orbe terrarũ imitatores Absalonis,q̃ pminori quidẽ utilitate,q̃ regni, parentes suos in afflictiones inducũt. Et liberi qdẽ, q̃ te se Christianos esse gloriãtur,q̃ si ethnici essent, tolerabilius malũ esse uideretur. Glossa ordinaria super illud Esaię, ubi dicitur.Tu ãt ,pfectus es de sepulchro tuo,dicit Hebręos asserere consueuisse Euilmerodach filiũ Nabuchodonosor regis post obitũ patris sui regnũ gubernandũ suscepisse: cũq; uereretur ne fortè regnũ iterũ recepisset,quẽadmodũ fecerat, post illã insaniam, qũ septẽniũ tanq̃ immanis bellua herbas in agris fuerat depastus,iussisse illius cadauer exhumari,& in fruſtra minutissima dissecari,atq; trecẽtis aubus comedendũ tradidisse,quæ postq̃ illud comederũt, in diuersas partes illas dimisit sibi persuadens cum il-

Gen. 11.

24

Simile.

Ro.17.

Glossa su. ca. 14. Esa. 1.

1.Re.18.

25

Ioan.8.

Exo.20.

Ecclę. 3.

Ambro.li. 5.Hexam. cap.10.

27

22

Exod.3.

29

Gen. 49.

benedictiones, quas intulit filio suo Ioseph adeò apud Diuinum Dei cõspectum ualuerunt, ut pp eas ei beneficia cõferrent, hoc fuisse pp maiorũ suorũ merita. Quid igit eãt, si ne optimos qdẽ parẽtes, quorũ causa Dñs uobis ea det sentire, ut sãctã in uobis faciãt operationem. Qđ si carnalib⁹ patrib⁹ hãc reuerentiã atq. respectũ debem⁹, illoſq. honorarẽ, atq. alere tenemur, ẽt spiritualib⁹ patrib⁹, q aias nostras erudiunt, & informãt hoc duplex honoris genus debem⁹ exhibere, uidelicet, reuerentiã, & alimoniã, sic nos admonet B. Paulus, dicẽs. Qui bene pręsũt, presbyteri, duplici honore digni habeãtur, maximè q laborãt in uerbo, & doctrinã. Vbi manifestè ostendit Apostol⁹ illos alere esse illos honorare. Tantũ autem est peccatũ, debitũ spiritualib⁹ patribus honorem denegarẽ, ut, cũ Deus pditissimam Iudaici populi dissolutionem, & iniq ratem exaggerare uellet, posq dixerat p Oseam pphetam, Audite uerbũ Dñi filij Israel, qa iudiciũ Dño cũ habitatoribus terrę. Nõ est ueritas, & nõ est mia, & nõ ẽ scientia Dei in terra, maledictũ, & mẽdaciũ, & homicidiũ, & furtũ, & adulteriũ inundauerunt, & sanguis sanguinẽ tetigit, addiderit, in fine dicẽs popul⁹ n. tuus sicut hi q cõtradicũt sacerdoti. Vt cognoscatis dilectissimi quam grauẽ sit hoc malum, q doquidẽ in resolutione illud assignat causam supplicioru, q de illis sumpturus. Qđ cũ ita sit fratres charissimi deprecor uos ut rẽ tã odibilẽ Deo diligẽtissimè fugiatis. Atq; etiã spectat ad honorem parẽtibus debitũ, p animabus eorũ benefacere posq defuncti sunt; ac proinde dicitur, eleemosyna enim patris nõ erit obliuione. Nã pro peccato matris restituetur tibi bonum. Et in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis cõmemorabitur tui, & sicut in sereno glacies soluẽtur peccata tua. Eece qõ bona, & sacrificia q p defunctis parẽtibus offeruntur; sibi ꝓfas grata esse affirmat, eorumq. solutionẽ in filiorũ obitũ reseruat. Itaq. quicquid boni p. parentum suorũ defunctorũ aiabus filius facit, illud idẽ sibi facit. Eleemosynã illã appellat, ut inopiã maximã, q aiç in purgatorio patiuntur, ostendat, clamoresq. significet quibus ad liberos suos auxilium postulantes proclamant, ardentissimamq. uoluntatẽ, qua sibi auxilium aliquod ferenti, ali quibusq. bobis operibus suffraganti dexteram porrigunt, sicuti pauper mẽdicus quandò extrema necessitate opprimitur, fragmentum panis ardentissime desiderat. Notandum est etiam solutionem, quam Dominus pollicetur restitutionem appellari in iustitia ædificatam, propter maximam eius firmitatẽ facienti bona pro defunctis non reddenda merces in re mobili, quę potest deficere, sed in fortissima ædificatione, & redditibus certissimis reseruatur. Verũ proh dolor q pauci reperiuntur, qui hac mia utãtur. O quam miserabile, ac sanguineis lachrymis lachrymandũ est liberos tanta cũ tranquillitate parentũ suorũ diuitias deuorare, nec tamẽ recordari eos fortaſſe in necessitate maxima esse cõstitutos. Ne cõfidatis fratres in hæredibus uestris etsi filij uestri sint, sed quicquid ante obitum uobiscum deferre poteritis deferte, hoc est quicquid honẽ ante obitum facere poteritis, diligentissimè facite.

Vir quidam nobilis habebat duos accipitres magni ptætij eosq; filio suo moriens reliqt, dixitq; illi. Fili mi alterũ horum accipitrũ tibi sumes, alterũ uerò uẽdes, & offeres sacrificia p aĩa mea. Defuncto igitur patre abijt filius in uenationẽ, dimisitq. alterũ accipitrum post perdicem qui abiens non iterũ reuersus est, quia fortaſſe ab aquilis fuit apprehensus. Quod cũ uideret adolescens dextera sinistram palmã percutiẽs dixit: sit illẽ accipiter pro anima parentis mei. Ecce quales sunt filij huius tẽpestatis.

Non

Non solũ aũt in liberis, uerũ & in testamẽtarijs ẽt sunt hodie maximę negligẽtiæ. De Beato Thoma Aquinate legit cum nocte quadã a matutinis horis exiret in claustro Parisiensem Priorẽ inuenisse, qui iam diebus elapsis defunctus fuerat, a quo cũ in capitulum introductus fuisset, dixit ei uolenti ad eũ accedere Prior: Ne ad me accedas qa uiuis cõburor flãmis, duodecim. n. sunt dies, ex quo in purgatorij pœnis cõmoror: cuius rei tota causa fuit, qa non execut⁹ sũ testamẽtũ episcopi Parisiensis, cuius testamentarius eram. O q lachrymanda res est hęc, q sint, q faciant testamenta, nec tũ qui ea faciant adimpleri. Hoc autem iustissimũ est iudicium Dei, q siquidẽ tu erga temetipsum crudelis, & impius fuisti, testamentarius etiam in animã tuã crudelẽ se prębeat, illius obliuiscẽs. Sanctissimę Trinitatis nomine uos adiuro fratres mei, ut ad hęc diligentissimè aduertatis, cum Deus hunc defectum tam graui supplicio puniat.

Hoc tam sublime præceptũ pręuaricatũ fuerat à Phariseis & legis peritis pp ipsorũ cupiditatẽ, dicebant enim melius esse sacrificia in tẽplo offerre, q parentũ necessitatibus subuenire. Idcirco nunc à Dño tã aspẽ reprehenduntur dicente: *Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem ueſtrã: hypocritæ bene prophetauit de uobis Eſaias &c.* Habebãt hi infœlices sanctitatẽ in lingua tantũmodo cũ Deo, cor ãt cũ diabolo: Idcircò loquens Iob de hypocritis dicit, ipẽ na struthionis similis est pennis Herodij, & accipitris. Herodius, & accipiter altissime peruolant: struthio autem etsi herodij, atq; accipitris colorẽ habet, alas q; quasi uolatus in aerẽ extendit, corpus tamẽ à terra nõ eleuat. Sic ẽt hypocrita uidetur iustus, cum nõ sit, uidetur uolare uelle, nec tamen uolat, nihil amplius, nisi exteriorẽ speciem & apparentiã habet. Idem q inter naturam, & artem, idẽ inter uerã falsamque iustitiã interest. Natura quippe in hominis generatione à corde fabricari incipit, postea uerò alia exteriora mẽbra fabricantur. Sic etiam uera iustitia prius cordis interiora curat exornare, & perficere, postea uerò exteriora componit. Ars nõ interiora quidem, sed exteriora curat, Pictores etenim, & sculptores, & imaginarij non cor quidem, aut intestina hois, sed exteriora membra, uidelicet uultũ, manus, oculos, atq; ora depingũt, & insculpunt. Talis est falsa iustitia. Idcirco dicitur, nõ laudes uirũ in specie sua, nec spnas hominem in uisu suo. Breuis in uolatilibus est apis, & initiũ dulcoris habet fructus illius. Nimis usitatus est defectꝰ hic in orbe terrarũ. Oẽs enim secundũ exteriora iudicamus. Non consilit uis domus in exteriori superficie depicta, sed in interiori, in optimis scilicet fundamentis, fortissimisq; parietibus fortitudo sita est. Hoies suat bonæ superficiei, nec quicquã amplius in eis inest boni: sicuti hi, de quibus Dominus ait, cor eorũ longe est à me, q utique instãtius Deus petit, hoc illi minus tradunt, dicit Deus. Fili prębe mihi cor tuum. Nõ petit Deꝰ pręcipuè: b hoie, caput, oculos, manus, aut pedes, sed mitissimũ, atque lenissimum cor postulat. Quod si uere illi tradiderimus, cętera omnia facillimè largiemur. Idcircò diligentissimè conabatur Dauid hominibus persuadere, ut corda sua in Domino collocarent, ditens, ponite corda uestra in uirtute eius. Nec tã pretiosum quid in sẽcularibus immunditijs collocetis. Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Quò lapillus pretiosior est eò in meliori atque pretiosiori metallo ponere curatis, sicut in auro, ex omnibus huius mũdi pretiosius nihil est corde. Qua pp illud in diuinitatis Dei auro includere curare. Nõ hic obiurgat Dominus hos Phariseos quia illum ore laudabant, sed quia cordis intentio uerbis non cõsonabat. Dilectissimi fratres hunc optimũ Dominum oris laudibus ex intimo cordis affectu deductis collaudemus, & sic laudes nostræ diuinę maiestati complacebunt, & illis diuinam ipsius gratiam promerebimur ut Deum in æternum laudaturi in gloriam conscendamus. Amen.

Feria VI. post Dominicam III. in Quadragesima.

Venit Ieſus in ciuitatem Samarię quæ dicitur Sichar, &c. Ioan. 4.

TÆDIO affectus Dominus propter phariſæorum malitiam, atque duritatem animaduertens quam parum in eis cœlestis ipsiꝰ doctrina proficeret, decreuit illos derelinquere, & in Galilæam proficiſci. Quò ut peruenire, dicit S. Euãgelista: oportebat eũ

transire per mediã Samariã. Et uenit in ciuitatem Samariæ,quę dicit Sichar.Hęc est ciuitas,quæ Sichem prisci olim tẽporibus dicebatur,uidelicet quando eius filia Dina illac pertransijt, ubi pudicitiam uirginitatis amisit.Et ob hanc causam euersa ẽ hæc Gen. 34.
2 terra. Attendite autem maximã Dei misericordiam,nam potest tot millia annorum, ex quo ciuitas illa unius fœminæ causa perdita,atque in pernicię tradita fuerat,hodie Dñs per alterã mulierem omnes illius ciues saluos facit,atq; ad se conuertit.In quo significatũ est,si per unam mulierem,uidelicet Euam tantum detrimentum mundo aduenit,per aliam mulierẽ longe dissimillimam,scilicet,per uirginem sacratissimam dominam nostram Mariam eidem remedium,totiusq; salutis initium aduenturum.Accessit igitur Dominus iuxta prędictã quod dedit Iacob Ioseph filio suo. Super Gen.33.& 48.& Iosu.24.
hanc antiquam melioritatem hereditatis, quam S.Patriarcha Iacob filio suo Ioseph reliquit notabile quoddam animaduertere operę pretium erit.Omnibus(credo)compertum est(sicuti refert sacra scriptura in libro Geneseos)Ioseph à fratribus suis uenditum fuisse,& de manu in manum in eum Gen.37.
ftarũ peruenisse,ut totius Ægypti gubernator esset,adeoq; æstimatum fuisse,ut Sal-
3 uator mundi diceretur.Cumq; primus esset à rege nõ reperietis in sacris literis cũ liberis suis in illa terra hæreditatẽ aliquam reliquisse.Sic utique (nihil minus) faciunt hodie magnates,quique aliquid apud regẽ ualent: sed ipsi uniuersa cupiũt deglutire. Dic mihi uir sancte, quare liberis tuis in Ægypto primogenituram,aut hereditatem aliquam nõ relinquis?liberet me Deꝰ (ait uir sanctus) ne tale faciam.Primogenitura oportet esse uirtutum.Quod autẽ melius, atq; beatius liberi mei habent, est nihil in Ægypto habere,sic enim patefactum habebunt aditum ad proficiscendũ in terrã promissionis, expeditamq; inuenit uiam: primogenituræ nanq; atq; diuitiæ compedes essent,qbꝰ detinerẽt ne ab Ægypto exirẽt: Ex alia aũt parte reperimus Patriarchã Iacob hãc hæreditatem filio suo Ioseph reliquisse. Quid igitur hoc significare dicemꝰ?
4 dico in hoc demonstrari diuitias ex se nec malas,neque bonas esse,sed tales esse;qualiter uniuscq; illis usus fuerit. Imò uero bonæ & non male sunt ex natura sua,siquidem Dei creaturæ sũt. Pulsat hic fistula ꝙ cũ audis,summoperè delectaris,tã dulciat que suaui modulatione,ꝙ fistulã alius accepit,& ita rude,itaq.neptè illã tãgit, ut illã nolles audire.Quid est hoc?nũqd fistula ñ est eadẽ?sic.Sed q eã tãgũt dispares sunt in tãgendo.Alter diuinitus illã tãgit atq; optimũ edit sonũ,alter uerò tã malè illã pulsat,ut neqs eã uelit audire. Sic est in diuitijs:sunt duo uiri quorũ unusq;que habet
5 quatuor millia talẽtorũ.Vnꝰ plurima cum illis misericordiæ opa exercet,alter uerò ludis, ac profanitatibus illa consumit. De priore uniuersi bene dicũt,omnesq. illũ laudãt,Deo,Angelus & hominibus placet. Et sic dicit ꝺauid de diuite bono,ꝺñs cõseruet eũ,& uiuificet eũ, & beatũ faciat eũ in terra,&c.de malis autẽ diuitibꝰ dicit. Ideò tenuit eos superbia,operti sunt iniqtate,& impietate sua,prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ.Ex diuitijs enim tanꝙ ex adipe,& pinguedine cõpressa nimiã gulã,sensualem turpitudinẽ,aliasq. quã pluimas iniquitates elegerunt.Idcirco Sanctus Ioseph diuini spiritus lumine illustratus, liberis suis in Ægypto primogenituram,neq. hereditatẽ aliquã reliquit, ne illis mali occasioni esset.Sanctus autẽ Iacob filio suo Ioseph hæ
6 reditarium prędium reliquit, cognoscens illũ benè eo esse usurũ,uidelicet ad gloriã Dei, atque ad proximorum utilitatem.

In hac ergo hereditatẽ,in qua erat fons Iacob,accessit diuinus ꝺñs *Fatigatus exitinere*.Nõ enim equitabat Dñs,neq. in curribus incedebat,sicuti nunc fieri solet. Quæ qdẽ satis magna abusio,atq. profanitas est, multæque res ad Dei ministeriũ,spectãtes ꝑpea desinunt fieri,multæ missæ,ac cõciones non audiũtur siue qa curꝰ non est adaptatus,siue qa non ẽ domi,siue,qa equꝰ nõ habet soleas ferreas,&c.Ecquid opus est,si uenitis in missam,aut concionẽ a Deo peccatorũ uestrorũ ueniã petituræ,siue ad peccata uestra confitẽdũ acceditis,cũ nudis pedibus incedere deberetis, in curru uenire, & in honestas qdemꝰcurꝰ enim,[*Est unus rador*],quẽ ex eo facitis,ad uniuersas uias 7
pspicẽdas,& liberiùs ex illo aspicitis,quã si edites incederetis.Si enim pedites uenire tis,oculos in terrã conijceretis,conspicientes ubi pedes ponẽdi essẽt,ne caderetis,nec uero adeo diffusos,ac dissolutos oculos huc atq. illuc immitteretis,sicut in curru facitis,ubi cadere nõ timetis.O maximã Christianorũ cõfusionẽ ꝙ humillimi Iesu sectatores

tores se esse ꝓfitentur:ꝙ cũ potẽtissimus esset Deus,uniuersalisq; rerũ oĩum Dñs pro salute nostra hõ factus pedes, ac nudis pedibus ꝑ uias ambulabat.O fratres mei quare non fatigamini,ut hunc optimũ Deũ, ac Dñm quæratis; siquidẽ ut uos ipse quęrat tantopere fatigatur?ò ineffabilẽ Deũ,ꝙ nõ
3 contentus est ꝙ oĩa ꝑꝑ hoiem quasi fatiga tã reuoluãtur,cælum gyris suis; terra postꝙ plurimos,atq; uberrimos protulit fructus, tandẽ quasi defessa infructifera remanet,& sterilis,apes aerẽ tranantes ꝑ prata dispersę ad mella fabricanda,quibus fœtida hominũ ora delectentur flores inquirũt, atque omnes denique creaturæ in nostri ministerio occupantur, & tamen hæc oĩa patũ Deo uisa sunt,nisi ipse etiã pro nobis fatigaret. O benedictus,& glorificatus sit talis Deus, O miserũ,atque infœlicem hoiem.qui ne duobus quidem passibus ꝓ eius amore uult pedẽ mouere.O glorioſe Apostole Paule quã diligenter tu,sociq. tui cælesti Magistro in hoc respondere curabatis, siquidẽ dicebas, 1.Th.2.
Memores enim facti estis fratres laboris nostri, & fatigationis nocte & die operãtes, ne quẽquã uestrum grauaremus,prædicauimus in uobis Euangelium Dei,uos testes
9 estis,& Deus.Vos ergo fratres mei ꝑꝑ quẽ uos fatigatis? O miseri hoies quot defatigationes perfertis ꝓ uoluptatibus, honoribꝰ, ac cupiditatibus:uerũtñ nunc errorem istũ non cognoscitis, fatigationesq. ac labores istos,ut passione cęci estis:optimè toleratos esse ducitis. Maledicti autẽ,atq. infœlices,ꝙ æternis cruciatibus in impiorum sedibus contorquẽtur,cũ pœna eorũ oculos aperuerit,ꝙ culpæ uoluptate clausi tenebãtur,dicũt modo, lassati sumus in uia iniquitatis,& pditionis, & ambulauimus uias difficiles,uiam autem Domini ignorauimus. Ne passum quidem in uia Domini ambula
10 re norunt. Attendite igitur uos fratres mei utrum sic faciatis,& opportunum uobis remedium adhibete.Hoc uos per charitatem Dei instantissimæ deprecor.

Sedebat sic supra fontẽ.Sic,idest, qũo fatigati hoies sedere cõsueścũt.Hõ mirificæ cõplexionis sanguineus,ubi primũ defatigat, pulcher ut rosa efficit,mirabiliter ꝙppe pulchritudo cũ calore accrescit. Etiã sedebat sic Chrysost.
(ſm Chrysostomũ)ut paup quidã,&infimę cõditionis hõ.O ꝙ mirabilis usus esset rex sine sella,& conopæo,qũocumq; sedẽs quasi dicat:Regẽ atq.Deũ illũ à cœlestibus spiritibus adoratũ,uideretis,absq.throno, & maiestate sedẽte quasi mẽdicũ,sic quasi nõ esset Deus sedebat sic,sicuti nobis opꝰ erat. Ne cesse nobis erat Deus qdã fatigatꝰ. Ecce igit Deũ, qualis uobis opꝰ erat. Hac cõsideratione nos magnoperè cõsolat̃ B. Paulꝰ di Heb.4.
cẽs: Teneamꝰ spei noster confessionẽ. Nõ.n. habemꝰ põtificẽ,ꝙ nõ possit cõpati infirmitatibꝰ nostris,tẽtatũ aũt ꝑ oĩa ꝑ similitudine absq.peccato. Adeamꝰ ergo cũ fiducia ad throꝰnũ gratiæ eiꝰ,&c. *Sedebat sic*:Sic,ut suũ erga nos amorẽ ardẽtissimũ patefaceret. In Simile.
firmat uxor cuiusdã uiri nobilis,ꝙ ut eã sũmoperè diligit,fatigatꝰ nec edit, nec bibit, quoadusq.ualetudinẽ ipsa recuperet.O maximã cõsiderationẽ Christi Iesu filij Dei cõ tẽplamini nullũ in toto terrarũ orbe uirũ unꝙ extitisse,ꝙ uxorẽ suã tã ardẽti amore diligeret,sicuti Christus redẽptor noster Ecclesiã suã dilexit.Hũc amorẽ apertè significauit oĩbus illis dulcissimis uocabulis,qbus Cant.2.
illã i cãticis alloquutꝰ est dicẽs. Amica mea, specioſa mea,colũba mea,formoſa mea.At 12
ꝙ. ét cũ dixit: Ne euigilare faciatis dilectã. Qđ uerbũ cũ illa singularitate maximã habet ẽphasim.Et qa hæc spõſa infirmabat̃,id circo eiꝰ spõsꝰ nõ ꝙescebat;sed fatigatꝰ huc atq. illuc icedebat.Postꝙ ãt illã redmit,gloriosus in sua sãcta resurrectione apparuit.

Fatigatus exitinere sedebat sic.Solẽt reges & magnates etsi delicatissimis,atq.optimè cõditis cibis referti sũt,uenationis cibo, Simile.
sicuti ceruo,aut apro,aut alio syluestriũ ferarum genere delectari. Et sic in his feris uenandis montes, ac ualles currentes illas insectando fatigantur. Sic ét unigenitus filius Dei delicatissimis anib. assuefactus, (ꝙ sũt innumerabiles Angeli,in cælo cõmorantes)in hũc mũdũ uenit,atq.in peccatori 13
bus uenandis fatigatus est,ꝙ tanꝙ ferę in peccatorũ suorũ nemoribus inclusi latebant,& quasi aues agrestes ac idomitę extra ipsius amorem uolabant. Et sic hodie sedit iuxta fontem,ꝙa ad fontes, & riuulos solent aues babituræ accedere, & ars ẽ aucupum ad eas ancupandas,illic laqueos suos tendere.O Christe,suauissime animarũ nostrarũ amor,qd facis hic Dñe sedens supra hunc fontẽ;sedeo(inquit)hic tanquam laqueus,uẽtura est enim huc quædã passercula,quam meo amore uolo apprehendere.

Sic sedẽte Dño. *Venit mulier de Samaria haurire aquã*.O admirabile mysteriũ cũ filiꝰ Dei soliciti̇or eẽt,ardẽtiusq;fit iret aiarũ

salutē,q̄ materialē aquā in meridie,in ardē
tiori solis calore,in deserto,accedit hęc mu
lier ad hauriendam aquā. Sup hoc aduerti
te,habentibus bona desideria nunquam de
esse,in quibus rebus ea exerceāt. Sicut hic
apparet, in hac enim solitudine ubi nulla
opportunitas faciendi boni esse uidebatur,
Gen.18. hic cōuertendā mulierē reperit Patriarcha
Abrahā qñ peregrinabatur,in casula quadā
morabatur,peregrinosq̄ secum excipere
solebat. Cūq̄ uesperi quodā maxima cū
14 anxietate ad ostium tabernaculi sui exiret,
accesserunt tres Angeli peregrinorū speciē
ferentes. Eccē qūo deficientibus pauperi-
bus,quibuscum bonā uolūtatē suam adim
pleret,uenerunt Angeli. Qñ aūt Angeli de
Simile. essent,Deus se pauperē faceret, ut cum eo
tuum sanctum ꝓpositum exerceres. Idē ēt
faciunt mali,ueluti siquis est lusor, nec tñ
quo cum ludat,inuenit,cū lapidibus luder,
ipsasq̄ chartas solus manib⁹ euoluet. Cū
Ioan. 8. & Christus Redēptor noster esset in templo,
10. quia Pharisæos cū seueritate reprehendit,
seq̄ uerū Dei filiū esse apertissimē cōpro
bauit,dicunt Blasphemauit, lapidesq̄ in
tēplo atripiunt,ad eum lapidandū. Et dili-
genter pensandum est,eos in templo(quod
quidem auro mundius erat)lapides reperis
15 se contra Dñm:oia enim malignum peruer
siq̄ animi hominē uidentur adiuuare ad
operandum malū. Et ubique ad illud exer-
cendum occasionem inuenit. Quapropter
fratres optimas intentiones,ac desideria ha
bere curate. Deus enim plenas manus uo-
bis largietur ad ea exequenda,sicuti in me
ridie,& in solitudine occasionem dominus
inuenit,ut sanctum propositum suum
adimpleret. Qñ autem ꝑp aliquod impedi
mentum illa sancta desideria opere nō po
tueritis exequi,hoc tantum nobis Deus re
munerabit. Voluit Dauid templum Dñi cō
struere,quod ei prohibitum fuit, quia uir
sanguinum fuerat,illam autem uoluntatē
2. Par.6. ei Dominus acceptauit,& sic dixit Salomō:
Cum fuisset uoluntas Dauid patres mei,ut
ædificaret domū nomini Domini Dei Isra-
el:dixit Dominus ad eum: Quia hęc fuit
uoluntas tua,ut ædificares domum nomi-
16 ni meo,bene quidem fecisti huiusce modi
habere uoluntatem, sed non tu ædificabis
mihi domum.

Venit mulier de Samaria: Mulier quò tendis?eo (inquit) ad hauriendam aquam. Nullius alterius rei memini⁹? Nunquid peccatorum tuorum recordaris? Nō utiq;. An ne meminisse Messiæ? non. Nullam aliā cogitationē deferebat hęc mulier, nisi hau riendæ aquæ. Cumq̄ absq̄ Messiæ cogi tatione graderetur, Messiā inuenit, & cum peccatorū suorū contritionem non defer ret, illam reperit. O ineffabilem Dei mise-
17 ricordiā quam enim homines de utilitati-
bus suis, secularibusq̄ rebus agendo ma-
gnopere delectentur, in his ipsis negotijs
inspirationem quandā eorum animis exci
tat, saluationisq̄ suę patefacit uiam. Cū
nullā aliā cogitationē deferret Saul, nisi ꝑ 1. Reg. 9. &
quirendi asinos patris sui, regnum inuenit: 10.
sic sępenumero cū hoīes Dei sūt immemo
res, in illis rebus, quibus occupantur uult
Deus illis apparere. Attendite quib⁹ nego Actor. 9.
tiationibus intendebat Beatus Paulus quā
do illi Deus apparuit, eumq̄ ad se cōuer
tit. O quam merito dixit ipse S. Apostolus: Philip. 2.
Deos est enim qui operatur ī nobis, & uel
le, & perficere ꝓ bona uolūtate. Ipse nobis
insert desideriū, & ipsemet illud exeqtur,
sicuti apparet in hac muliere, & in B. Pau-
lo. Ex his uerbis occasionē acceperūt hære 18
tici hui⁹ tēpestatis affirmādi nos nullū op⁹
bonum facere posse, sed omnia à Deo fie-
ri. Vnde & liberum arbitrium negāt. His Augustin⁹
respondet Beatus Augustinus dicens, ini- lib. de Ec-
tium salutis nostræ Deo inspirante fit. De⁹ clesiasticis
enim mentē illuminat, uoluntatemq̄ ex Dogmati-
citat, ac cōmouet, ueruntamen postquam bus Lege
hoc modo animam excitat, non cogit uolū F. Alphon.
tatem, ut bona faciat, sed in suo libero arbi a Castro
trio illam relinquit, & sic in eius potestate de hær li.
est eum Deo in ijs, ad quæ ab ipso incitata 9. Verbo
est conformari, an non. Quòd si Deo con- libertas.
formari uelit, ipse in promptu est, ut ei au- 1. Co. 3.
xilietur. Atque ideò dixit Beatus Paulus, 1 Co. 15.
Dei enim coadiutores sumus, non dicit Simile.
Deum solum hoc facere, sed Deum, & nos
simul cum ipso. Et alibi, abundantius illis
omnibus laborauī: Non ego autem, sed gra 19
tia Dei mecum. Vterque hoc fecimus, non
autem ego solus. Quadam similitudine
hoc intelligetis. Est hic homo dormiens,
qui longum iter facturus est, sic dormiens
non posset iter facere. Ad quem alter acce
dit dicens, eia homo surge, magnum enim
tibi iter faciendum restat. Hic non eum co-
git ad ambulandum, quod si cum deficere
uidet, pane suo illum cibat, uinoq; potat,
& cōmeatu suo illum alit, quē si defatiga-
ri animaduertit secum in equum facit ascē
dere.

dere. Sic utique facit Deus nobiscum lon-
gum, uidelicet usque ad cælum iter factu-
ris. Voluntas nostras quasi sopora ta nisi à
Deo excitetur, nequaquam ad bonum
commouebitur. Illam igitur Deus excitat,
& ne deficiat sacris cibis illam alit: quæ
sunt diuina sacramenta, & gratię, & super
merita suæ sanctissimæ humanitatis illam
collocat. Eccè quam alto sopore dormie-
20 bat hęc peccatrix, siquidem saluationis suæ
immemor existebat. Accedenti autē illi ad
puteū cœpit Dñs, ut illā excitaret, & cōmo
ueret dicere. *Da mihi bibere*. Quomodo
Dñe aquā petis cū tāto calore exardescas;
nec tamen quicquā hodie manducaueris?
Expecta paulisper quousq. ueniāt discipu
li tui, qui cibos empturi in ciuitatem abie
runt, & postquā uenerint, buccellam come
des, & postea bibes. O parum scitis: bibere
est cibus meus. Exorsus est Dñs hūc sermo
nem: si enim ipse nō incepisset, mulier non
ei loqueretur, & ita peccatrix abiret, sicuti
ueniebat. Sed alloquutus est eā ut occasio-
nem sumeret illuminandi eam, & ad bonū
concitandi. Dixit autem: da mihi bibere, ut
quàm ardentissimā sitim haberet illius con
uertendæ patefaceret. Magis nanque sitis,
Ioan. 19. quam fames fatigat. Et sic pendens in cruce
dixit, sitio: cùm nō tàm corporalis sitis, quā
21 q̄ saluationis nostræ auidissimus erat, eū
fatigaret. Tāta erat sitis qua in cruce ęstua-
Luc. 10. bat, ut integrum latronem uno sorbitu bi-
Gen. 2. berit. O quantopere bonus Iesus salutē no
stram sitiebat: quis ei aquam dabit, sicuti
Rebecca illam dedit seruo Abrahæ dicens,
Bibe Domine mi? nunquid est aliqua ani-
ma, quę ei aquam porrigat, eiusq̄ sponsa
fiat? est ne aliquis diues, aliquis uir nobilis,
iuuenis, uirgo, aut denique aliqua matro-
3. Re. 17. na, quæ uero Elie fatigato, longoq̄ itine
re lassato obuiam exeat, atque aquam
præbeat? uideamus nunc quisquam exur-
gat ad eum hodie sitientem potandum. O
quanta confusio, quòd cum tot animæ hic
sint nulla sit q̄ huic necessitati subueniat:
22 & sic bonus Iesus sitiens maneat. O Domi
ne cum tu sis fons aquæ uiuæ, ex quo flu-
mina erumpunt, q̄bus paradisi arbores irri
gantur: quomodo hodie ex alieno puteo a-
quam expoſcis? Habeo enim (ait Domi-
nus) talem sitim q̄ nemo nisi peccator pote
rit extinguere. Consideret igitur unusquis
que Deum aquam ab ipso postulare. Verū
proh dolor? Nimis utiq. miserabile est nos
tota die aquam diabolo haurire. Haurit ut
uenis, uirgo, uir primarius, &c. à manè usq.
ad uesperū aquam, ut bibat Sathanas: nec
uero minima quædam gutta Iesu Christo
hauriē. O animę ingratę date bibere huic
optimo Domino, qui in meridie nec buc-
cellam q̄dem panis comedit, & uasę aquę
uestræ uult se tā serò refocillare. Quid do
mine, uis tu per urnam istam bibere, cùm 23
ꝑ ipsam diabolū bibisse cognoscas? in uasę,
per quod toties bibit Sathanas, atque idcir
co ore cōfracto, hoc est in tam immunda
anima, os tuū uis ponere. Nullū est genus
immunditię, quod in cor meū nō fuerit in-
gressū, & tamē per illud uult Deus bibere.
O benedictus, & glorificatus sit talis Dñs.

Etiam ab hac muliere aquā exposcit, ut
significaret uelocitatē, qua eius anima pec
catrix erat cōuertēda. Pro quo nota Deū qñ
peccatores uult conuertere, alios comede
re, alios bibere. Qđ bibit, celeriter deglu-
tit, & transit in stomachū: quod aūt editur,
necesse est nimium mandi, atq; inter dentes
reuolui. Nōnulli sunt peccatores, adeo du
ri, atque obstinati, quos ut Deus ad se attra
hat, atque per gratiam in se incorporet ne
cesse est illos manducare plurimisq. mor- 24
sibus illos demollire, hoc est, plurimos il-
lis labores immittere, morbisq. atq. aflic-
tionibus conterere. priusq̄ illos in se incor
poret, atq. iustificet. Hoc significauit San- Iob. 33.
ctus Iob dicens: increpat quoque per dolo-
rem lecto: & omnia ossa eius marcescere fa
cit. Abominabilis ei sit in uita sua panis, &
animæ illius cibus ante desiderabilis. Tanta
est Dei reprehēsio, ut peccatoris ossa faciat
stridere, hoc est, [*Cruxir*]. Per ossa significā
tur hic bona tēporalia, diuitiæ, pecunięq̄; di
cunt autem ossa, quia illis mollis caro sus-
tinetur, sine quibus persistere, atq; ordina-
tè sustentari minimè posset. Vitia, quæ car-
nis nomē sibi uēdicarunt, non possunt abs-
que pecunijs sustētari, hęc etenim sūt eorū
ossa. Ad gulā, ludū, sensuales turpitudines, 25
ac denique honores sustentādos necessariæ
sunt pecuniæ: sine quibus parum profectò
fieri potest. Tollite hæ ossa, & uniuersa ista
caro in terram procidet. Morbis igitur (ait
Sanctus Iob) efficit Deus, ut diuitiæ cōsu-
mantur, detinens diu: peccatorem grauis-
simis morbis laborantem in lecto, plurimis
q̄ illum doloribus conterens, & sic eius
ossa marcescunt. Et statim ei panis est ama
rus, & omnia, quę ipsi antea dulcia uide-

ban-

bantur. Hac enim infirmitate contritus cõuersus est, omniaque, quæ sibi antea uoluptatem afferebant, execratus est. Alij sũt peccatores molliores, qui primo ictu conuertuntur, & hoc quidẽ bibit Deus, absque enim eo, quòd eos dentibus cõterat, in ho-
26 machũ includi, atque in corde charitateq; sua collocat. Talis fuit hęc peccatrix: & ideò ei dicit: da mihi bibere, Hoc est, uelociter ad me cõuertere: sicuti reuera factũ ẽ.

At illa respondit: *Quomodo tu Iudæus cũ sis, &c.* In quo illum Iudæum esse cognouit in uestibus, ac sermone. Rex Ochozias famulos suos misit ut Deum Accarõ consulerent, utrùm ex morbo, quo grauabitur, esset sanãdus: quibus, descẽdens Elias Dei imperio de monte, obuians dixit: Nunquid non est Deus Israel, ut eatis ad consulendũ Beelzebub? quamobrẽ hęc dicit Dñs: morte morieris. Reuersi sunt igitur nuntij ad regem, qui euentũ ei recitarunt: cosq; rex interrogauit dicens: cuius figuræ, & habitus est uir ille, qui occurrit uobis, & locutus est uerba hæc? at illi dixerunt: uir pilosus, &
27 zona pellicea accinctus renibus. Et statim per signa cognouit rex illum esse Eliã, dixitq; ad eos: Elias Thesbites est: in uestitu, & aspectu cognitus fuit seru⁹ Dei. O bone Deus, nescio utiq. quomodo hoc dicã. Dicite fratres mei, quomodo cognoscentur Christiani in uestibus: siquidem nunquam Ethnici quantũuis diuites atque potentes essent, tam prophanis uestibus usi sunt, qua libus utuntur modo ij, qui Dei Euangeliũ profitentur? tot etenim uestibus utuntur, tamque perpolitorum uestituum inuentiones exquirunt: ij præsertim, qui in sacrosancto Baptismatis sacramento diabolo pompisque eius renunciarunt: ita ut & Turcæ etiam de Christianorum prophanitate detrahant. Cùm Danid iam in mortis articulo esset, dixit filio suo Salomoni: Tu nosti, q̃
3. Re. 2. fecerit mihi Ioab, qui effudit sanguinẽ belli in pace, & posuit cruorẽ prælij in baltheo
28 suo, qui erat circa lumbos eius & in calciamẽto suo, q̃ erat in pedibus eius. Facies ergò iuxta sapiẽtiã tuã, & nõ deduces canitiẽ ei⁹ pacifice ad inferos. Hic dux Ioab dolosè aliũ ducẽ interfecit. Et sicuti dicit hic Da-
2. Re. 20. nid sãguine ducis interfecti balteũ suũ itin xit, quasi diceret: hic q̃ feci, pspicieẽs: cruorẽ in signũ uictorię accepit gloriãs se de malo, q̃ fecerat. Veruntamen licet Dauid fraudulentium hoc homicidiũ maximè doluit, quia illo, pp superuenientia hostiam prę lia: sibi opus erat, aliquãdiu hoc dissimulauit, quando autem obire uoluit, iussit illũ interfici qa homicidiũ ppetrarat, & de peccato suo fuerat gloriatus. Maximũ ualũ est uos in uestibus uestris homicidium, superbiãq; uestram scriptam deferre. Nõ sufficit 29
nos esse peccatores, sed de peccato uestro gloriamini? Maxima peruersitas; Ecquid aliud nimia ornamẽta uestra eẽ arbitramini, nisi titulos peccati Adæ? uestes. n. necessarias eẽ in peccati pœna datũ est. Vos igit̃ pœna peccato i niãcta gloriati, illaq; tanq̃ elegãtia uti, quodãmõ nihil aliud esse uidẽt, nisi peccatũ optimè factũ fuisse affirmare? Cauete igit̃ ne faxit De⁹ ut siqdẽ de malo gloriamini, eternis illud pœnis psoluatis. Dicit Dñs: si habet brachiũ sicut De⁹ circũ Iob 40.
da tibi decorẽ, & in sublime erigere: & esto glorioſus & speciosis induere uestibus. Quasi diceret: sed siquidẽ debilis, atq. imbecillis es quasi formica, aut aranea, & es homũcio uilisq; terrę uermiculus, quare tã põpaticis, ac sumptuosis uestibus te uis induere? O fratres charissimi p charitatẽ Dei uos rogo, ut cõsideretis uos cras, aut cito esse mo 30
rituros, atq. in cinerẽ cõuertendos. Vt qd tã delicatè sumptuosè, atq. ,pfanè corpora ista tractatis, cũ idcircò tãtis malis occasionem præbeatis? loq autem hic qũo Christiani sermone cognoscerent, oblongũ, utique foret. Iã. n. uerba nostra non sunt tanq̃ eorũ q aię immortalitatem credunt, præmiaque, atq. ęrna supplicia hominibus præparata esse confitent. Non etenim mihi psuadere possũ Ethnicos turpi⁹, atq. obscę nius loqui, q̃ plurimi Christiani loquunt: modicã autem animaduersionem, qua etiã de proximis nostris loquimur, quis satis di Similia.
gnè poterit explicare? Id demũ ore ostẽdimus, q̃ in corde habemus. Medici bonũ, ac malũ morbi, uidẽ licet utrũ sit periculosus nec ne, p linguam dignoscere consueuerũt. Si etiã in uerbis corruptio, aut integritas cõscientię magna ex parte renelat. Vnde in Socrates.
terrogatus maximus ille Philosophus Socrates qd sibi de cuiusdã adolescẽti? physionomia uidereẽr dixit iuueni, loquere, ut 31
te cognoscã, significãs qppe certiorẽ hominis cognitionẽ in lingua sitã esse. Dixit famul⁹ q̃dã Saulis de Sãcto Dauid: uidi uirũ 1. Re. 16.
prudẽtẽ in uerbis. Nõ dixit: prudẽtẽ i negotiis, nã licẽt omnib⁹ rebus agẽdis necessaria sit prudentia: multò tũ magis loquẽdo necessaria

cessaria est, qui sic prudens fuerit, non nocitura quidem, sed potius exemplaria, ac pietatis plena uerba loquetur.

Respondit Iesus: *Si scires donum Dei.* i. ò si scires tempus, in quo uiuimus, beneficium eq̃que quod Deus in mundum cõtulit, & quã liberalis sit, cognosceres, & quis est
Simile. 32 qui dicit tibi. Da mihi bibere. Hoc est, sicut aliquis in necessitate maxima cõstituto diceret alter, scito talem hominem liberalissimum esse, qui mille, ac duo millia nummorũ in eleemosynã largiri cõsueuerit, & ego sũ eleemosynarius, p quem has eleemosynas eragat. Videte qũo ad petendam eleemosynam pauperem inuitaret. Sic ẽt in hodierna S. Euangelij lectione, ait Dñs huic mulieri: O si cognosceres q̃ liberalis, ac munific⁹ est Deus. Et ego sum eleemosynarius, per quem omnia distribuit. Si hoc bene intelligeres, tu à me peteres, & ego tibi aquam uiuam largirer.

Dicit ei mulier. *Domine, &c. Vnde ergo habes aquam uiuam?* Rãdit Iesus: *Omnis, qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum* Hic declarat Dñs quantum inter temporalia, & spiritualia bona intersit. Hæc quippe terrestria
Psal. 106. non animæ sitim extinguũt, imò potius illã adauget. Et de quærentib. in eis fęlicitatẽ intelligit illud Psalmi: Errauerunt in solitudine, & inaquoso esuriẽtes, & sitiẽtes, aia eorum in ipsis defecit. Hic adnotat̃ mũdi sterilitas, & anxietas, ac sitis hoium ęrẽtium sęculares uenias. Ideò B. Hieron. p eo q̃ nos legimus: Similiter eos, q̃ exasperant, q̃ habitant in sepulchris: uertit: increduli ãt habitauerũt in siccitatibus. Et si plurima hẽant, magis earum rerum, q̃ non habent, cupiditate fatigant̃, q̃ earum, quas habent possessione delectant̃. Quod si mihi non creditis, Psalm. 67.
cõsideret unusquisq; q̃ uoluptatẽ reportauit ex illis, q̃ summopere desiderauit: si igi-
34 tur hucusq; nihil ex ijs, q̃ desideraſti, posth̃q illud impetrasti, o peccator tibi satisfecit, quare ea, quæ nondum adeptus es tibi satisfactura, teq; consolatura esse arbitraris? quare ex ẽteritis ad futura experientiã non as-
Eccle. 4. sumis? Nunq̃d ignoras q̃ dicit Ecclesiastes. Quid est q̃ fuit? ipsũ, q̃ futurũ ẽ. Qđ si hęc te delectarẽ dicas, non potes tũ negare, uniuersa, quæ sunt in mundo, nõ posse tibi in maiori incessitate fauere. Et hoc unũ sufficeret tibi ad oia relinquenda persuadere.
Exo. 32. Qñ Moyses populũ Israel ad pœnitentiam maximi illius peccati idololatriæ, q̃ cõmiserat, permouere uoluit, uidelicet, qñ titulũ aureum tanq̃ Deum adorarunt. Deũ illũ in eius conspectu confregit, eumq̃. in puluerem redactũ populo bibendum tradidit. In quo uanã populi fiduciam, unamq̃. Deum, quẽ sibi fabricati fuerant, uoluit demõstrare. Quasi diceret illis, Deũ petiistis, qui uos securos duceret, ac cuius auxilio terram Chanaam possidendã caperetis, uidete igit
35 qualẽ Deum elegeratis, qualemq̃. potestatem, ac ualorem hẽt, siquidem illum bibistis. Hæc ergo cognoscẽtes ad uerum Deũ Chrysost.
conuertimini. B. Chrysostomus super hoc uerbũ, sitiet iterum, mirificam adducit similitudinem. Si quis iter faciens siti maxima Simile.
æstuaret, & amęnissimum atq. uberrimum inueniret fontẽ pulcherrimũ hũtem çanalẽ, & prę nimia siti ad eo cęcus accederet, ut arbitrans se ueram aquã bibere, de umbrã aquæ per canalẽ exiliẽtis bibere conaret, & cum iterũ, atq. iterum deglutiret, nihil tũ biberet, si hic diceret, qũo hac aqua non possum saturari? cęquis ei non respõderet, dicens: Qũo saturari potes, si nõ uerã quidẽ aquã, sed eius umbrã bibis? Applica os cana Sap. 5.
li uęræ aquæ, & consolationẽ percipies. Ne scis in libro Sapiẽtiæ dici. Transierunt oĩa tanq̃ umbra? Si igitur omnia sunt umbra, 36
qũo sitim tuam poterunt extinguere? Accede, accede frater charissime ad canalem, q̃ est Iesus Christus, per quem aqua ex diuinã tatis fonte, quæ est diuina eius gratia, prosilit. Hæc. n. sitim, sęcularium q̃. rerum desideriũ tibi extinguet, sic etenim dicit Dominus: *Qui biberit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet iterum in æternum.*

Audiẽs mulier huius aquę excellẽtias, dixit. *Domine da mihi hanc aquam.* Hęc ad huc res materialiter intelligebat, nos autẽ Christiani, q̃ mirificas huius aquę operationes credimus insãtius illã oportet exposcere. Iob dicit. Nunquid uirere potest scirpus absq. humore, aut crescere carectũ sine a- Iob 8.
qua? Sic impossibile est aĩæ bene esse absq. diuina gratia. Hanc ãt diuina Maiestas petẽtibus, sicut oportet p Esaiã Prophetã polli Esa. 41.
cet̃, dicẽs. Egeni, & pauperes quęrũt aquas, & nõ sunt, lingua eorũ siti aruit. Ego Dñs 37
exaudiã eos, Deus Israel nõ derelinq̃ eos. Aperiam in supremis collib. flumina, & in medio cãporũ fontes. Quibus uerbis aptè significat, ad spiritualia dona cõsequẽda necesse esse maximã illorũ sitim habere, illaque instantissimè, atque ardentissimè exoptare

ptare. Hic etiam detegit,hæc dona tã par
uis,quam magnis, dummodo conuenien-
ter cum dispositione,& sicut oportet, acce
dant,a se esse communicanda. Et idcirco di
cit se in supremis mõtibus,& in humilibus
uallibus fontes esse aperturum egenis, &
pauperibus. Et hæc duo nomina sic coniun
cta collocare significat maximè necessariã
esse quandam propriè paupertatis, atque
38 utilitatis cognitionem. Non meministis q̃
instanter assiduis processionibus aquam po
stulamus? Sic igitur & instantiùs quidẽ spi-
ritualem aquam nos oportet exposcere. Vę
non mendicãti,& qui sibi diues esse uidet̃,
nec à Deo eleemosynã efflagitat,nec illum
rogitat, ut suæ diuinæ gratiæ pluuiam su-
per ipsum immittat.

Dicit ei Iesus. *Vade, uoca uirum tuum.* Hoc dixit ei, ut occasionẽ haberet dicendi ei: *Quinque.n. uiros habuisti,& nunc, quem habes non est tuus uir.* Quomodo dñe cũ tu tota mundi urbanitas,ac modestia sis,illam tam ignominiosè uitupeꝛas? Hoc facit ad eius utilitatem, ut ad culpæ suæ cognitio-
Simile. nem deueniat. Qñ agricola agrum suum uult serere,prius illã aratro dissecat,ac dis-
rumpit,pedibusq; conculcat, ita, ut illum
asperrimè tractare uideatur. Postquam au-
39 te semen suũ in eũ seruit, nec eũ cõculcat,
nec aial aliquod in illum ingredi patitur.
Sic se habet Deus cũ peccatore,q̃ est quasi
ager incultus,uult n.illũ reprehendi,& tan
quam sanctæ admonitionis,& correctionis
uomere exarari. Et sic hanc mulierẽ seuero
hoc sermone alloquit, dicens illã esse con
cubinam,ueruntamen postq̃ in ea suũ ipsius
cognitionem seruit,dicens illi. Ego sum q̃
loquor tecum,non eam hoc modo iam re-
prehendit,neque conculcauit.

Cum aũt mulier se hoc modo a dño re
prehendi ꝓspiceret,alio sermonẽ àduertit,
dicens. *Domine,ut uideo Prophęta es tu. Pa
tres nostri,&c.* Hoc est peccatorũ ingeniũ,
40 ubi primum eis dicuntur q̃ eos ꝓstringunt,
sermonẽ alio diuertunt. O q̃ amara potio
est ueritas peccatori. Hoc significauit B. Pau
1.Cor. 13. lus,dicẽs. Coram Deo in Christo loquitur.
Omnia aũt charissimi propter ædificatio-
nẽ uestram. Timeo.n.ne forte cum uenero,
non quales uolo inueniam uos,& ego inue
niar a uobis qualem non uultis. Quia illi a
S. Apostolo nolebant reprehendi, idcircò
dicit,qualẽ nõ uultis. Et paulò post. Ne ite
rũ,cũ uenero,humiliet me Deus apud uos.

Super quo notandũ primò est S. Apostolũ
de se fateri,oĩa,quæcunque prædicabat, at
que scribebat,esse ad laudẽ, & gloriã Dei,
animarumq; ædificationẽ. Et dicit se time-
re ne illos dissolutos,atque peruersos inue
niret ne occasionẽ haberet reprehendendi
illos,cisque molestiam afferendi, nouerat
enim q̃ amara, atq; insipida illis reprehen- 41
sio uidebatur. Atq; hinc est q̃ cum plurimi
proximos suos salubriter corrigere, atque
admonere teneantur,nõ tñ audẽt,ne illos,
molestia afficiant,cõmouentur etenim cru
deli quadã pietate. Attendamus igitur fra-
tres,quod singulis nobis dicit Spiritus san Eccl.4.
ctus. Ne retineas uerbum in tẽpore salutis.
Non abscondas sapientiã tuam in decore
suo. O immense Deus q̃ negligẽtes sumus
in adiuuandis fratrib. nostris, qa cum pas-
sim eos incidere, animamq; suam interfice
re uideamus,ne minimo quidem uerbo il-
los adiuuamus. O q̃ difficilis est motu lin-
gua ad consulendũ proximo,ad dicendum
illi: Dñe ne iures,ne detrahas,attende crea 42
torem tuum a te offendi. Ne sitis fratres pu
sillanimes in re tam necessaria. Quod si ti-
bi dixerit alter,quẽ corrigis. Discede hinc
stulte, scito te nũquam tam sapientem fuis
se,nec talem unquam sapientiæ tuæ ostẽ-
sionem præbuisse, quia non abscondisti sa-
pientiam tuam in decore suo.

Deniq; utroq; inuicem inter se sermonẽ
ꝓsequente. Dñs huic mulieri sese reuela-
uit,dixitq;. *Ego sum qui loquor tecum.* Hoc
est,ego sum Messias mũdo ꝓmissus. Quæ
cũ hoc audisset,reliqt hydriã suã,& abijt in
ciuitatem,uniuersũq; populũ ad uidendũ,
atq; excipiendũ Messiã accersuit, q cũ ue-
nissent ad Dñm cõuersi sunt. O q̃ta est hæc 43
nobis confusio q; mulier cõcubina uniuer
sã ciuitatem suã ad Dei cognitionem addu
cit tot,ât ꝓdicatores uix unum peccatorem
alliciunt,& post tot conciones, fere oẽs ita
proterui,atque obstinati,sicut antea rema-
nemus. Per charitatẽ Dei uos rogo fratres,ut
tântæ obstinationis uos pudeat,huiusq; pec
catricis exemplum sufficiat, ut non solum
uos à peccatis uestris conuertamini,sed ét
ut alios conuertere faciatis. Attendite opti
mi domini artificiũ, qui quasi uenator iux- Simile.
ta fontem suorum cęlestium uerborum la
queis,hanc passerculam uenatus est,& qua
si lignum attractiuum illam cõstituit, qua
reliquos peccatores apprehendat. Sit igitur
unusquisque fratris sui exemplar ut hoc

modo

modo alij alijs inuicem fauentes ad diui-
nam gratiam disponamur,qua cælestis glo
ria comparatur, ad quam nos perducat Ie-
sus Mariæ filius, Amen.

Sabbatho post Dominicã III. In Quadragesima.

1 *Perrexit Iesus in montem Olineti,et di luculo iterum uenit in tẽplũ. Ioã.8.*

PRÆDICANTI Domino in templõ, adducunt Scribę & Pha risæi mulierem deprehensam in adulterio. Fortasse constituerant hi scelerati homines inter se, dicentes: Si nobis dixerit, ne illam occidamus, lapidi-
bus,quos ad eã percutiendã adducimus,il-
lum lapidabimus. Diligebat utique popu-
lus Saluatorem,qa misericors erat in pec-
catores. Horum autẽ calumnia erat crede
re Christum Redemptorem nostrũ,ut opi-
nionem,quam de se homines habebãt,su-
2 stinerent,præceptur̃ esse,ut adultera illa
impunis dimitteret. Vna ex maioribus tẽ
tationibus, quib. diabolus plurimos supe-
rat, est opinionem sustinere, quam homi-
nes de unoquoque conceperunt. Imponit
familiaris seruus, Principis cuiusdam fal-
sum testimonium, proximo suo, & intelli-
gens se debere retractari, ne æstimationem
apud Dominũ suũ amittat, toto ferè uitæ
suæ tẽpore in peccato cõmoratur. Et quot
etiam homines plurimas diuitias non resti
tuunt,ne æstimationem amittant? Hac ha-
sta, quę quidem uelocissimè decurrit, pro
strauit Sathanas Pilatum,quãdo per os ho
rum ministrorum suorum dixit: Si hunc di
mittis,nõ es amicus Cæsaris. Contendebat
Ioan.19. utiq. Pilatus nõm dimittere, hoc autẽ telũ
adeò forte fuit, ut illũ persistere, uolũtatẽ
q̃ue suam comprimere compulerit. Maluit
etenim iniquus ille iudex æstimationem q̃
3 habebat apud Cæsarem, integram inuiola
tamq̃ sustinere; quàm animam suam à
peccato immunẽ, ac liberam conseruare.

Hac igit tentatione uoluerunt Pharisęi Dominum tentare, arbitranter illũ ut æstimationẽ,quam apud homines de cle-
mentia,ac misericordia habebat, conserua
Leu.20. ret,legem Moysi uiolaturum esse,quæ qui
dem adulteros lapidari præcipiebat. Et sic
dicũt ei: *Magister, hæc mulier modo deprehẽ-*
sa est in adulterio. Animaduertite quantũ
malum sit adulterium,siqdem tã graui sup
plicio illud etiã in hoc seculo Deus puniri
præcipiebat. Fons & origo huius uitij,uni-
uersq̃ sensualis turpitudinis est affectio.
Quę secũdũ Theologos est uolũtate adeò
sese alicui rei applicare, ut uix illam rem à
phantasia deponere ualeatis, uixq̃. de alia
re loqui possitis. Est sicuti q̃ in unum colo- Simile.
rẽ totos oculos conijcit,ita ut alios uix pos 4
sit aspicere,oĩa.n.quęcunque aspicit, illius
coloris ei esse uident. Si oculos in uitrum
quoddã fenestræ rubicundũ infixeritis, oĩa
postea illiusmet coloris uobis uidebuntur,
sic ẽt q̃ uoluntatem suam nimia affectione,
& amore rem aliquam amare consentit,ui
gilans semp de illa cogitat, dormiensq; de
illa somniat. Hæc affectio est uenenum qdã-
dam,quod oculis deuoratur. Hæc affectio
est[*un rejalgar*]honoris diuitiarum,perso-
næ,&(q̃ peius est)conscientiæ. Hæc homi
nem magis ratione priuat, mentemq; tene
brosi⁹ obcęcat,q̃ uniuersæ nebulę. Idcircò
affectuosè Deum precabatur Dauid,dicẽs: Psal. 118.
Auerte oculos meos ne uideant uanitatẽ. Prou.6.
Et referens Salomon sex uitia,quæ Deo ni
mis odibilia sunt,primũ posuit, non habe-
re oculorũ obseruantiam,neq. custodiã. Et 5
ita dicit: Sex sunt quæ odit Dominus,& se
primũ detestatur anima eius, oculos sub li-
mes,linguam mendacem, manus effunden
tes innoxium sanguinem. Primùm dixit
oculos sublimes,& erectos deferre,quia hi
sunt totius perditionis animæ initium,quo
circa maximam illorum curam oportet ha
beri. Admirabilis est diligentia,quam habe
mus in oculis custodiẽdis,ne ad eos parum
pulueris accedat,ne nobis officiat,atq; ex-
cæcentur,nec uerò illos custodimus quan-
do quicquam offertur,q̃ spiritualis mor-
tis nobis occasioni esse potest. Sed oĩa sum
ma animaduersione uolumus perspicere,
ac si essemus pictores,q̃ omnia quæcunque
uidemus,depicturi essemus Ioseph cum in 6
Aegypto uenundatus esset,in domo uiri cũ Gen.39.
iusdam nobilis morabatur, & bonus adole
scẽs erat pulchra facie, & decorus aspectu.
Post multos dies iniecit domina sua ocu-
los in Ioseph,& ait: Dormi mecũ. Perpendi
te singula hęc uerba,ut ei rem tam turpem
suaderet, prius oculos in illũ affectuosè in-
iecit, qui bene ei uisus fuit. Si quis diceret
huic mulieri, quomodo in seruum tuum
oculos injcis? statim illa responderet: Nũ-

quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

quid non potest domina in uniuersam domum suam oculos conijcere, & quælibet in illam perspicere? O quam subdola fraus? Attendite uiā ad uniuersum malū esse, oculos effundere. Si hæc mulier demissos i terrā oculos haberet, nō utique in tantū malū
7 deueniret. Et si quando primò i illū oculos coniecit, & cor solito de more illum concupiscceret, ipsa diceret: Væ mihi, Deus est in cælo. Et siquidem hunc respectū nō habebat, saltē diceret. Heu nupta sum: hęc suprscriptio nō conuenit mihi: nō utique adiecisset, ut diceret iupudenter, dormi mecū. Optimè nostis, tales esse seruos, ac mancipia, ut absque occasione peccata perpetrare conentus, quid igitur oblata occasione facient? Hæc infœlix non animanduertit se esse uiro subiectā, & Ioseph esse mancipiū suū, & seruum omnipotentis Dei, nec ad honorem, nec ad hominum dicta respexit. Sāct⁹ autem iuuenis attentius quam illa singula quęque pensauit. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam. Ecce Dominus meus omnibus mihi traditis, &c.
8 Quomodo ergo possum hoc malū facere? quomodo dicis? Si huius tempestatis adolescentes interrogares, ipsi tibi dicerent, quomodo? Vix etenim ad huc loqui sciunt, quando iam adeò corrupti, ac libidinosi sunt, ut dictu sint mirabiles, seu potius miserabiles, atq; obstupendi. Perpēdite exaggerationē, qua dicit: Hoc malū, Nunc autē non dicunt, hoc malū: sed est fragilitas quæ dā. Et quanuis ibidem dicitur, quod mulier molesta erat adolescenti, ille recusabat stuprum, nunquam illum potuit superare: & omnia mundi mala, atque calamitates, carceres, atque cathenas maluit tolerare, quā Deum offendens, tam horrendum facinus perpetrare. Quando Abraham præ mortis
Gen.26. timore simulauit Rebeccam non uxorem quidem, sed sororem suam esse: postquam Rex Abimelech illam nō sororem, sed uxorem esse cognouit, illum reprehendit, dicens: Quare imposuisti nobis? Potuit coire
9 quispiam de populo cum uxore tua: & induxeras super nos grande peccatum. Nimis notabile est hoc profectò, quòd cùm etiam infidelis maximum esse peccatum adulterium iudicauerint: Christiani tamen rem facilem esse ducant, humanamque fragilitatem appellent. Nunquid arbitramini fratres Iesum Christum filium Dei in mundum uenisse, ut uobis peccandi cōcederet facultatem, quia tā liberè, ac dissolutè per hæc peccata uos diffunditis, & tā parui illa æstimatis? O per reuerentiā Dei uos rogo, ut oculos uestros claudatis, neq, ea pspicia tis, quæ uobis animam occidant.

Primū templum, quod Deo in toto terrārum orbe constructum fuit, illud construxit Salomon. Vt autem diabolus ardentissimis inuidiæ semper ignibus exardescat, diligētissime curauit, ut ipse Salomon illi ét tē pla dicaret, eiusque ministerio exigeret: & 10
omni sua diabolica astutia, fraudulentaq; calliditate se hoc Salomoni persuadere, atque in eius animum inducere non posse, cognouit. Et sic medium quod ad hoc conficiēdum assumpsit, fuerunt mulieres. Hæ illum prostrarunt, in tantamque miseriam adduxerunt, ut illū ad templa diabolo ędificanda commouerint, ut patet tertio Regū 3.Re.11.
ubi dicitur: Ædificauit Salomon phanum Chamos Idolo Moab. Atque in hunc modū fecit uniuersis uxorib⁹ suis alienigenis q̄ adolebant thura, & immolabant dijs suis. Res, pfectò dictū, atq. auditu metuenda, quod tale tantumque peccatū possent mulieres homini tantæ qualitatis, tamque sapienti persuadere. Timeamus igitur fratres mei, & nemo suis bonis propositis cōfidat: quantūcunq; enim efficaciæ illa habeatis, non tam firma erunt, sicut erant proposita 11
Dauidis, qui in tantam illorum abundantiam deuenit, ut dixerit. Ego dixi, in abun Psalm.30.
dantia mea, non mouebor in æternū. Obla ta autē postea parua quadā occasione, qualis fuit mulierem nō in domicilio quidem secū, sed uisum é solari diffundendo e conspectu pspicere, satis fuit, ut illū ab omnibus sanctis propositis dejiceret. Attendite, utrùm sit uitrū, qd̄ tā facilè cōfringatur, an stuppa adeò exsiccata, quæ in cōspectu longinquo ignis, cū ei nō applicet, exardescat. Quis erit, q hæc attētè cōsiderās, nec seriò, nec p iocū ad prunas audeat accedere? In p lijs, q̄ cōmisit Dauid cū hostib⁹ suis, manu & ense cū illis cōfligebat, & sic eos superabat. Qū autē cū illo horribili gigante Goliath dimicauit, à longinquo & lapidibus 1.Re.17.
illū deuicit. Sic nos facere oportet, nā aduersus cætera omnia uitia, pari marte possum⁹ dimicare, & cū eis colluctari quousq; victoriā reportem⁹. Hoc aūt uitiū carnis, q ē hor
12 ribilis gigas, à longinquo, & lapidib⁹, hoc est, ieiunijs cilicijs, & disciplinis superare debem⁹, & fugiētes omnē occasionē, diuino

fauore

fauore adiuti ab eo uictoriā reportabimus.

Etiā grauitas huius peccati adulterij ma
Ose 7. ximè exillis uerbis Oseæ Prophetæ apparet ubi dicit: Omnes adulterātes quasi clibanus succensus à coquente. Ad quorū uerborū intelligētiā notandū est diabolū maxi
13 mo artificio uti, ad efficiēdum, ut in grauissima quęq; peccata dilabamur. Et hāc certissimā regulā haberet, s. quo grauiora sunt peccata, eo longius, synderesin rōnis, & conscientiam, ac timorem Domini ab eis recedere, & efficere, ut ea maiori odio habeamus, quia rōni, ac fidei magis repugnāt. Ars autem diaboli ea ē, quæ, ut hæc grauissima peccata committantur, magis sensuales appetitus hominis adauget, amoremque ardentius inflammat, ut amor, & concupiscē tia rationem, atque timore hęc grauia peccata renuentem superent, memoriamque ac recordationē diuinæ legis, Deiq., & æternorum inferni cruciatuū adimit, uel saltem facit diuertere hominem ab horū oium recordatione, quo sic clausis ad hæc spiritualibus oculis, facillimè grauissima peccata cōmittantur. Et hoc est, quod hic dicit S Propheta, uidelicet, q̄ cum diabolus intelligat qd̄ sit adulterare, & q̄ graue peccatū adulterādo perpetretur, adulteros inflāmat quasi furnarius, qui clibano ligna applicat, illūque inflammat, ut tanquam clibani incensi
Psal.20 tam graue facinus cōmittant, & hoc quidē tanta cum securitate, ac tranquillitate conscientiæ, acsi nihil facerent. De ijs autem qui in hoc sæculo sunt; quasi clibanus, dicit Dauid: Pones eos ut clibanum ignis in
Hebr.9 tempore uultus tui. In hoc sęculo fuerunt clibani culparum, in futuro autem erūt fornaces pœnarum. Ideo B. Paulus bonos coniuges alloquens, dicit. Honorabile connubium thorus immaculatus. Et addidit statim, dicens. Sed fornicatores, & adulteros iudicabit Deus.

In hoc igitur grauissimum peccatum in
14 ciderat hæc mulier, in quo comprehensa cum illo tumultuoso strepitu, atque leoni
15 no furore ab illis impijs hominibus ferebatur. Hoc utique reperietis nullum esse, qui acrius, neque crudelius puniat, ac reprehendat, quàm illum qui est maximus peccator. Huius rei mirificum habemus exemplum in hodierna Epistola, in qua agitur de illa Sancta Susanna, quam turpissimi illi tenes uiolare uoluerunt: Quorum appetitui cum sancta matrona satisfacere renuisset, uociferari cœperunt illamq. adulterij, quod ipsi committere uoluerant, ac- Dan. 13.
cusarūt: pœnamq. qua ipsi dignissimi erant sanctæ fęminę imponi curarunt. Sic etiam hi, ut erant pessimi, atq. crudelissimi miserā adulterā crudeliter deferebāt, nō āt adulterū, qui fortasse maiorē habebat culpā, qa illā nimijs, assiduisq. rogitationibus, ac pol 16
licitationibus solicitauit. Dicite, maledicti accusatores, lex nō pcipit, adulterum simul & adulterā lapidari? quomodo ergo solam hanc mulierem defertis, ut in ea supplicū exerceatur? Hoc (credo) fecerūt, quia fortasse adulter erat uir potēs, ac locuples, & magnis illos largitionibus corruperat, mulier autē fortassis non habuit quid eis daret: Et ideo relicto adultero illa in iudiciū ducebatur, quia, ut uulgo dicitur, semper debilio ri, & tenuiori parte confringitur funis, Fratres dilectissimi, ij, qui estis iudices, aut gubernatores, siue munus hoc curatis adipisci, aduertite rationem qua illo uos fungi oportet. Dauid.n. uos illā docet. Tā solicitus quippè erat bonus Rex in iudicib. suis 17
admonēdis, tribunalibusq. suis assiduò uisendus, quò unusq;q. munere suo fideliter fungeretur, ut modum, quo iudicaturi erāt carminib. inscripserit, eaq. illis memoriæ mandāda tradiderit, ne unquā illorū obliui scentur. Et ita dicit, De⁹ stetit in Synagoga
Psal. 81. Deorum, in medio autem Deos dijudicat, &c. Hoc primū in his carminib. notandum est, sanctū Prophetā spiritu diuino ductum iudices Deos appellare, ut eis significet q̄ iustè illos munera sua oportet exercere? Dicitq. eis, Animaduertite uos non homines quidē, sed Deos esse, Cōtemplamini igitur quid faceret Deus si in isto tribunali iudicaturus sederet, hoc ipsū, & eadē cū rectitudine uos facere oportet, eosq. cōmonefacit, 18
ut animaduertant Deū eorū iudiciis, ac sententijs adesse. Et dicit, stetit, p stat, Hebræi nāque hoc preterito p præsenti tpe sæpe utuntur. O q̄ efficax ratio ad illos ad bonū inducēdos, quasi dicat: Dicite iudices, si ego tribunalibus uestris pessem, q̄ta cum rectitudine iudicaretis? quāto aūt præstantior, atq. potētior est De⁹ me? q quidē tribunali uestro pesit, & diligēter cōsiderat qūo testem interrogatis, intentionemq. uestrā i illo examinādo scrutat. Et optimè pspicit q̄ do pp largitiones à bono pposito diuertimini, & quādo libro studiosè reuoluitis ut, reū liberetis, quāuis illū soluere teneri, cogno-

gnoscatis. Dijudicat, ideſt, oĩa penſat, oĩa, q̃cunq. facitis metĩ. Atq. ad hoc, ut iudices ſitis nõ cõtẽtꝰ eſt, q̃ homines, aut Angeli ſi tis, ſed uult etiam uos eſſe Deos. Quapp idẽ facite q̃ Deus in iſta ſede cõſtitutꝰ face ret. Quid faceret Deꝰ? Primũ, bonorũ meo rũ nõ indiges, Dea nõ ſunt neceſſaria bona mea. Idcircò Romani diuites, & opulentos iudices ſtatuebãt, q̃ nullius bonorũ egerẽt.
19 Et ſic refert Valerius Maximus, q̃ Tiberius Valerius Max. Cęſar raro mutabat iudices ꝓuinciarum. Noui. n. ſemp auidiores furãdi ingrediebantur, & afferebat exẽplũ hominis uulnerati, & muſcis cooperti, q̃ homini illas expellẽti dixit: Malè feciſti, qa hę muſcæ iã erãt ſaturatæ, nec tãtũ comedebãt, nũc aũt uenient aliæ famelicæ, q̃ me denuò compungent. Et ipſemet refert, cũ Romani in Hiſpaniã miſſuri eſſent Conſules, duos in ſenatu præſentatos fuiſſe, & tũc Scipionẽ reſpondiſſe: Neuter mihi placet, qa alter nihil habet: alteri nihil ſatis eſt. Tã incõuenientẽ, atq. ineptam ducebat in iudice paupertatẽ, q̃ auaritiã. Ita iudicare debetis, ac ſi nullius rei indigeretis. Qñ litigator ad aliquem ueſtrũ acceſſerit, dicens: Dñe iudex accipe hos hœdos, & has gallinas, & memẽto negotij mei
20 debetis ei reſpõdere: Attẽdite me eſſe Dẽũ, nec hœdorũ, neq; gallinarũ ueſtrarum indigere: iuſtitiãq; à me eſſe iudicandam, neq. uirgã ullo unq̃ tpe flectẽdã. Dicit ulteriꝰ S. Propheta: Vſquequo iudicatis iniqtatẽ, & facies peccatorũ ſumitis? Doctor quidam iſtorũ uerborũ ſenſũ aſſignãs dicit ſic eſſe intelligẽda. Quouſq. tãdẽ mali, & peccatores eritis, atq. iniquè iudicabitis? ut ſignificet iudicẽ, q malũ cõdẽnatur? eſt, nõ debere eſſe malũ. Cum uos peccatorũ facies habeatis, hoc eſt, cũ peccatorum opera faciatis, qũo alios benè gubernabitis, eorũq. ſupplicia rectè punietis. Qui aliorũ uitia puniunt debẽt eẽ, ſicuti q̃ theriacã uẽdũt, ut eã crupto res emãt, in ſemetipſis illã experiunt uenenũ comedẽtes, & ſic emptores illã emũt, q̃
21 minimè facerẽt, niſi ꝓprijs oculis experientiã cernerẽt. Sic etiã uos, q̃ aliorũ peccata reprẽditis, ſi uultis ut correctio ſupplicíũ q̃ ueſtrũ ꝓximis ꝓficiat, prius i uobis experientiã facite. Si autẽ eſt index latro, aut carnalis, qũo fures, ac libidinoſos homines puniet? Bonus ſenſus eſt hic horum uerborũ Pſalmi, ueruntamen non eſt conformis literæ. Ideò ſenſus eſt, Iudicare iniquitatem, eſt pro iniquitate iudicare, iniuſtitiæ fauere, iniuſtè, & iniquè uidicare. Facies peccatorũ ſumere, eſt accipere ꝑſonas iniquas: iniquis hominibus auxiliari. Accedũt bini litigatores ad iudicem, tunc nõ debet iudex cogitate contentionem inter hũc & illum, ſed inter æquitatẽ, & iniquitatẽ uerſari. Nã ſi litẽ inter hoies eſſe cogitatis, ſi alter eſſet iuſtor, alter uerò Dux illuſtriſſimus, ſtatim in fauorẽ ducis inclinaremini; etſi ille, nec 23
iure, nec rõne polleret. Quocirca oportet uos arbitrari inter q̃uitatẽ & iniquitatem iudicare: inter illos nãque ineſt cõtentio, & ſic rectiùs iudicabitis. Atq. idcircò ſubdit, dicens: Iudicate egeno, & pupillo, humilẽ, & pauperẽ iuſtificate, eripite pauperem, & egenũ đ manu peccatoris liberate. Hoc eſt ſemp tyrannidem oppugnate, & pauperes iniurijs, ac perſecutionibus attritos ab aſſilgentibus eos liberate. ¶ Dicit ulteriùs: Neſcierunt, neq. intellexerunt, in tenebris ambulabant, mouebuntur oĩa fundamenta terræ. In his uerbis iudices deterret, ſignificãs eis quantum damnum prouenit ex illo, q̃ iuſtitiã, ſicut oportet, non iudicant. Et dicit: O ſi cognoſceretis, quãtũ depẽdet ex bene, an male iudicando, & ex aqua, aut iniqua 23
ſentẽtia ꝓferenda. Neſcierunt (ait) id eſt, neſcitis, non hoc itelligitis, & ideo iniquè iudicatis Scitis q̃d nã ſit iniquè iudicare? eſt effundere regnũ. Mouebunt oĩa fundamenta terræ. Eſt mũdum euertere, illũq. à ſummo uſq. deorſum reuoluere, atq. ꝑturbare: ecq̃d regna ſtare facit? Niſi eſſet iuſtitia, eſſet regnũ: ò iuſtitia ubi es? nã qa tu dees, ideò mundus tot tãtiſq. calamitatibus opprimitur, tãq. aſſiduis tumultibus conturbat. Dicũt hoies, dñe Toletum, Cæſarauguſta, Hiſpalis, & Valentia ſunt meliores atq. ditiores Hiſpanię ciuitates, oĩa quippè abundantiſſimè habẽt, nimijſq. delectationibus abũdãt. Et Dñe eſt i eis recta gubernatorũ moderatio? eſt iuſtitia? Dñe (ait alter) hic ẽ maior defectus, quẽ habet. Liberet ig. i me Deꝰ 24
à talibus populis, ſi in eis iuſtitia nõ floret. Quã miſerabile eſt, hoc, q̃d uix i toto terrarũ orbe ciuitas reperiꝝ, đ qua nõ dicaꝝ maiorẽ đfectũ quẽ habet, eſſe defectũ iuſtitiæ. Et ideo oĩa cõfuſione cõturbant. Mouebũt oĩa fundamẽta terræ. ¶ Dicit ulteriùs. Ego dixi: Dij eſtis, & filij excelſiores. Vos aũt ſicut hoies moriemini. O q̃ terribilia uerba eis dicit, ut eos deterreat, quò niſi ꝓfuerit illis, aĩaduertere ie Deos eſſe, bonũq̃ſ, aut dãnũ, q̃d ex eorũ q̃uitate, aut iniqtate dimanat,

nat, conſiderare, & cognoſcere Deũ ipſorũ ſnias, atq. opera ꝑſcrutari, ſaltem mortis recordatione terreantur. Hic hoies ſignificant plebeios hoies, id eſt, attendite rerum oĩum eſſe finẽ, nec uos in illo mortali corpore in perpetuum eſſe uicturos. Attendite uos quantũcunq̃; potentes ſitis, quaſi hoies
25 infirmæ conditionis, & plebeios eſſe moritu ros, & in conſpectũ illius ſupremi, atq. uniuerſalis omnium iudicis eſſe deducendos, ubi æternis tormẽtis ꝓ iniquitatibus, quas nũc facitis (niſi uos in meliorẽ frugem receperitis) cõdẽnabimini. O faxit Deus, ut hęc ſaluberrima Spiritus ſancti conſilia, in cordibus ueſtris imprimantur, atque in memorijs ueſtris fixa remaneant, & in omnibus ſecundum illa gubernemini. O quantũ nobiſmetipſis, ac rebus publicis proficietis?

Ieſus aut̃ inclinans ſe deorſũ, digito ſcribebat in terra. Hic ineſt alia admirabilis doctrina, nidelicet, q̃ quantũuis partes uos ſtimulent & exagitent, ut cito ſniam proferaꝝ
26 tis, prius attentiſſime conſideretis qualiter iudicare debeatis. Attendite quam inſtãter exagitabant hi flagitioſi bonũ Ieſum, & q̃ta cum tranquillitate, cordisq. ſerenitate, ſeſe in terram uerſus inclinat, & moratur, antequã eis quicquam reſpondeat. Quod ut melius intelligatis notate mirificum quoddã exẽplum, quod eſt in libro Ionę. Vbi ꝑpenditur quãta cũ prudentia & conſilio naturæ in mare Ionã immiſerunt; mare illos ſtimulabat, fluctus tumidiſſimi tps abbreuiabãt, tẽpeſtate magis, ac magis accreſcebat: ij ãt, qui in naui morabantur, attendite quanta cũ conſideratione ſeſe habebant, fortes nãque miſerunt, ſors uero Ionæ contigit, quæ illũ in mare demergẽdum eſſe demonſtrabat, neq. erat quid amplius ſperarent. Et tñ eũ interrogant, quid feciſti? & peculiariter
27 eius uerba iniquirũt, qui culpã ſuã cõfeſſus eſt. Nunq̃d igitur illum protinus demerſerunt? nõ utique, ſed timuerunt uiri illi, cũque iterum interrogauerũt, cur hoc feciſti? eius nobedientiã apertè cognoſcũt, diuinãq̃ iuſtitiam eſſe intelligunt, ut illum ꝓcipitent. An ne illum ſtatim in mare deijciũt? Nõ, ſed illum iterũ rogarunt, dicẽtes; Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis? qui aduerſus ſemetipſum ſententiã protulit, dicens, Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à uobis. Scio enim ego q̃ propter me tempeſtas hæc grandis uenit ſuper uos. Eia ergo quid amplius expectandum eſt? Ion. 1.

ſortes illum detexerunt, mare turbulẽtum rugitibus ſuis eum eſſe flagitat, ipſe culpã ſuã confeſſus eſt, proprioq̃ ore ſententiam protulit, uoſq̃ merito conijcere poteſtis Deum uelle uos eſſe huius ſentẽtiæ executores, quid igitur ſperatis? ò maximam horum nautarum prudẽtiam, atq. ꝓbitatem. & tñ nondum illum proijciunt, ſed quoad 28
poterant, portum aliquem tenere curabãt, ut illo indemni à matris tempeſtate ſeſe liberarent. Remigabant uiri, ut reuerterẽtur ad aridam, & non ualebant, cumq. iam nullam aliud ſibi remedĩũ adhibere poſſent, diuinamq̃ uoluntatem aperte cognoſcerent, ſicut homines qui non ſponte quidem ſua illum occidebant, niſi tantummodo, ut illi obedirent, qui uoluntatem ſuam eis tã manifeſtè reuelauit, oculos in cælum erexerunt. & clamauerunt ad Dominum, & dixerunt: Quæſumus Domine ne pereamus in anima uiri illius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem, quia tu Domine ſicut uoluiſti, feciſti. Qua oratione facta, tulerunt Ionã, & miſerunt in mare. Animaduertite prudentiam, conſilium, atque animaduer- 29
ſionem nautarum, etſi erãt homines Barbari, & Etnici. Hiſtoria eſt hæc, quam aureis characteribus in oſſijs: ac parietibus tribunalium ad Chriſtianorum iudicum confuſionem, atque ad neceſſariam doctrinam, qua ducerentur, oporteret inſcribi. Nõnulli enim iudices ſunt, qui humanum ſanguinem effundentes, delectari uidentur: cum tamen maximæ dolendum, atque miſerandum ſit, quòd offeratur caſus, i quo neceſſario ſit effundendus, ut iuſtitiæ rectitudini ſatisfiat. Attendant igit̃ iudices, ſiquidẽ iuri ſperiti ſunt, quibus medijs uſi ſunt hi nautę i executione iuſtitiæ, quã exercuerũt, cum tñ ne minimis quidẽ labris literas deguſtaſſent: ſed naturali tãtum lumine gubernati.

Cum ergo perſeuerarent interrogantes eũ, erexit ſe, & dixit eis: *Qui ſine peccato eſt ueſtrum, primus in illam lapidem mittat.* Illucuſque fortaſſe nõ intuiti fuerãt, q̃d Dominus in terra ſcriberet. Et tunc, *terram ſe inclinans ſcribebat in terra.* Iam tũc ſecũdò poſtquam Dominus hæc illis dixerat, aduerterunt quidnam Dominus ſcriberet in terra. Et Gloſſa ordinaria dicit, Dominũ characteres quoſdam ſcripſiſſe, ex quibus accuſatores uniuerſa peccata ſua cognoſcebant. Adeò quippe uolunt homines aliorum mores, uiuendiq̃ rationem ſcrutari, ut malum 30

Gloſſa ordinaria ſuper Ioan.

Simile. ium sibi inde eliciant. Sicuti canis tantopere uult os rodere, ut dentes confringat, & labia sãguine pfundat. De quodã murmurãtes, in hoc tandem deuenimus, ut maiores nostros iam mortuos in memoriam reuocemus, qui forsitã peiores fuerunt illis, de quibus detrahimus, auditores enim dicunt. Ille agit de talibus hominibus, nec tamẽ ani-
31 maduertit se esse perditissimum, atque i genere suo tales ac tales homines extitisse. Adeo uoluerunt hi Pharisæi adulteræ peccatũ scrutari, & malitiæ suæ ligonib. excauare, ut eos Dñs confuderit, ostendens illis se eorum peccata cognoscere, & ita cõfusi, & erubescẽtes. *Vnus post unum exibant.* Maximè autem notandum est, quare siquidem Dominus illis characteribus eorũ peccata illis uoluit demonstrare, illos in terra scripsit. Ad hoc respondetur Dominum eorum culpas in terra scripsisse, ut significaret, quã facile illarum remedium possent adipisci,
Hier. 7. si ueram pœnitẽtiam agere uoluissent, dixit Deus. Peccatum Iuda scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino, quæ uerba ẽ non nulli declarantur, de Iudæis iam damnatis
32 intelligi. Et significant, Scriptũ est indelebiliter, & irremediabiliter, quia nullo unquam tempore illinc illorum peccata delebũtur. Peccata uerò peccatorũ quãdiu i hoc seculo uiuũt, sunt quasi characteres in terra descripti. Et sicut scriptura in terra existens facillime oblimitur, minimo quoq. uentorũ
Simile. flatu, statim operitur, & iam non est, sic etiã illorum peccata uno contritionis actu, uno cordis motu qualificato, ac fernido oblinũtur, & euanescunt, neq. ultra in anima commorantur. Et hoc est mysterium, cur Dominus in terra scribebat. O fratres charissimi, si hæc omnia recta animi statera pẽderetis,
33 quam diligenter scripturas istas, quib. animę uestræ signatæ sunt, delere curaretis. Animaduertite ips aliquando aduenturum, in quo peccata uestra indelebilia, & irremissibilia sint, quamobrem occasione utimini, neque eam incassum præterire patiamini. O quam efficaciter deprecabatur Dauid
Psalm. 50. Dñm, dicens. Secundum multitudinẽ miserationũ tuarum dele iniquitatẽ meam. Nõ dixit, oblime, sed dele nã illius, quod oblimitur, semper remanet signum, illius uerò qđ deletur, non. Aliqui peccatum oblinũt ab illo, uidelicet, recedentes: & malam, turpemque uiuendi rationem relinquunt, remanet tamen signum, hoc est, affectio, aut occasio, siue depranatio q̃dam, p p q̃ ad peccatum facile reuertunt. Deum igitur exorare fratres, ut uobis auxilietur, quo peccata penitus deleatis, ne illorũ uestigiũ, aut signum aliqđ appareat. Denuoq. nouos mores scribite, ut quos malo exẽplo in peccatum pecipistis, pœnitẽtia uestra ad bonũ animetis. Si
34 per illud, q̃ oblimit, nõ põt quicquam scribi, sup id autem, q̃ delet, & abraditur, sic. Ita etiam nisi penitus mali uestigia abraseritis, non poterit in anima uestra bona scriptura fieri. O Christe uitę reparator, totius q̃. sanctitatis, & uirtutis uero Magister, tu Dñe potẽtiæ tuę dextra uoluntatis nostræ manum deduc, & cõforta quo tuã diuinã legẽ i aiæ papyro inscribat illam toto affectu diligendo. Attende Deus meus miserum hominẽ esse tanquam puerum, qui nec potest, nec nouit scribere, nisi magister eius manum dextera sua dirigat, atque deducat.

Denique intelligentes characteres, quos Dominus scripserat, & uerba audiẽtes, quę dixit eis, uidelicet. *Qui sine peccato est uestrum, &c.* Oẽs à templo exierũt. O q̃ iusta
35 sentẽtia sicut talis iudicis. Vult Dominus docere, ut peccatores puniant, & lex adimplea tur, non autem p alios maiores peccatores puniantur. Ex his uerbis Domini, intelligi potest causa maximarum calamitatum populi Christiani. Quia cum infideles tam Africani, quàm Europæ iniustè sãctæ Eccle się terras possideãt cumq. toties aduersus eos copię fuerint conflatę, resque tam iusta sit, atque illi tanto supplicio digni, & omnibus, quæ possident, spoliari mereantur, plerunque tamen Christianos uictos, illos autem uictoriam à nobis reportare perspicimus. Huius rei (meo quidem iudicio) causa est, quia nõ uult Deus unos peccatores ab alijs supplicium sumere, quousque mundentur, & ueram peccatorum suo
36 rum pœnitentiam agant, sicut cõtigit filijs Israel. Cum enim Dei imperio aduersus tribũ Beniamin dimicare uellent propter Iud. 20.
grauissimum quoddam peccatum, quod in ea perpetratum fuerat, nequaquam illos superare potuerunt: imo ab eis deuicti sunt, quousque pœnitentiam egerunt, peccataq; sua lamentati fuerunt. Si hoc nos faceremus, etiã si tanti nõ essent exercitus nostri, cum causa tam recta sit, nõ dubito qn Christianus populꝰ maximas ab hostibus uictorias reportare. Præcepit deꝰ Moysi, dicens. Num. 31.
Vlciscere filios Israel de Madianitis. Statimque

timq. Moyses, armate (inquit) uiros ex uobis ad pugnam. Nec uerò plus q̃ duodecim millia hominũ misit, cũ multo plures mittere posset, siquidem coniunctos illos habebat. Cumq. hostium innumera esset multitudo, ipsi ab illis p̃dam, atque spolia repor-
Leu. 26. 37 tarũt. Victoria etenim populi Dei nõ in hominum multitudine consistit. Q̃nquidem sic scriptum est, obseruantibus diuina p̃cepta, unus ex uobis persequetur mille ex hostibus, si amore Dei inflãmati essemus, pauci plurimos superarẽt. Et animaduertite, huic exercitui duodecim millium uirorũ nullũ alium ducem pręfectum fuisse à Moyse, nisi Phinees sacerdote diuino zelo repletum. Nec uero illum corporalibus armis muniuit: sed in manu eius dedit uasa sancta, & tubas. O mirificum armorum genus aduersus hostes, ò quãtum oportet, ut i Christianorũ
Deu 32. exercitibus plurimi sancti sacerdotes irent, qui sacrosancta uasa, hoc est diuina sacramẽta diuinq̃ uerbi tubam deferrent. Qđ si fieret alium, pfecto p̃lia nostra exitum haberent. Dixit Moyses quasi obstupefactus
38 quõ p̃sequebatur unus mille? & tantas, tamque præstantes uictorias perspexisti, nec tamen Dei omnipotentiam cognouisti? Dic mihi unde uenit hæc uictoria? Nonne, quia Deus concluſit eos? ò nimis notabilia uerba, Hic ostenditur unde prouenit q̃ multi à paucis superentur. Deus (inquit) uendidit eos, & cõclusit illos, Hoc est uoluit propter eorum peccata cum eis concludere, atque ratione finire. Si ergo nunc qui ad uindictam ab hostibus Dei sumendã pergũt, tã inimici Dei sicut alij, & fortasse magis sũt, quõ ab illis uictoriam consequẽtur, Non uult Deus tales iustitiæ suæ exequutores. *Qui sine peccato est primus in illã lapidẽ mittat.* O quis posset hæc Christianæ religionis
39 ducibus, atq. exercitibus prædicare, illosq. ilth ec admonere, ut q̃tum Dei Ecclesię, dissolutione cõsciẽtię suę officiũt, itelligerẽt. *Et remansit Iesus solus, et mulier in medio stans.* Tunc conuertit clementissimus Dñs faciem suam sanctissimam ad mulierem, & quia in ea necessariam reperit dispositionem peccatum illi dimittens, dixit ei. *Vade, iã amplius noli peccare.* O benedictꝰ, ac glorificatus sit talis Dominus. Benedicta sit lingua, & os tuum, quo tam sanctum, piumq; uerbum locutus es. Ecquis de tanti Domini misericordia desperabit? Accedite fratres, & quantumcunque peccatores sitis, ac cedere ne timeatis, maioribus namque ne-
cessitatibus clementissimus hic Dominus Iosue. 2.
occurrere consueuit. Duos speculatores Iosue dux sanctissimus in ciuitatem Hierico misit, qui per gentes ingressi sunt domum mulieris meretricis nomine Raab, & quieuerunt apud eã. In hoc ineffabilia Dei arcana cõsiderate, cùm enim in ciuitate illa tot hominum millia morarentur, ad illam unã meretricem Dominus respexit. Hanc etenim Deus cognouit, ad hanc nuncios mittit, etsi maxima peccatrix tunc erat. Hęc ad
40 æternam uitã prædestinata erat. Quocirca frater quantumcunque peccatorem proximum tuum esse cognoscas, noli tamen illũ cõdemnare. Attende quomodo huic peccatrici timorem suum Deus infudit, illamque cum suis liberauit, populoq; suo coniũxit, atque in eo illam exaltauit. Nupsit. n. principi cuidã de tribu Iuda, & in genealogia Christi redemptoris nostri posita fuit, Matt. 1.
Quis de Domini gratia desperabit? quis si cut Dominus Deus noster, suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem, ut collocet eum cum principibus? Qđ ob Psal. 112.
scænius stercus, quàm miser, & infelix huius adulterę status? & ab hoc infimo, & infælici statu illam Deus suscitat. Et animaduertite quomodo ei dicit, *Iã amplius noli peccare.* Quibus uerbis ei perseuerantiam cõmendat. Multi. n. sunt qui ardentissimo spiritus feruore pœnitentiam agere incipiunt, 41
plurimaque uirtutis opere exequuntur, sed post duos dies oĩa deperdunt, & quæ non cõueniunt, inquirunt. Quos lamentabatur Thren. 4.
Hieremias dicens. Et q. nutriebãtur in croceis, amplexati sunt stercora. O quãta cum suauitate, & amore hæc sæcularia, quæ omnia sunt stercora, complectitur ille, qui antea uirtuti tradebat. Attẽdite exaggerationem. Amplexati sunt (inquit) stercora: Amplexus affectionem denotat, & amorem, & ij, qui stercora amplectuntur, necessario coinquinandi sunt, & tales reddendi, ut sint 42
uisu miserabiles. Seruate igitur fratres charissimi hanc Domini regulã, & singulis peccatis, q̃ fese uobis obtulerint, obijcite qđdam non, dicentes, nolo. Lude, nolo. Ito in domum talis fęminæ, nolo. Et ne deficiatis in bono, quod cæperitis. Nam qui pseuerauerit usq. in finem, hic saluus erit. O quot Matth. 16.
manibus accidit tutas ex Indijs uenire, & in littore Olyssiponis, aut in littore Indiarũ perire. O quot homines cùm in iuuentu-

te sanctè uixerunt in fine tãdè animas suas perdunt, sicut accidit Iudę, & in senectute turpissimè peccant, quemadmodum contigit Salmoni. Quamobrem fratres charissimi in hoc optimo itinere, q̃ agressi estis, instantissimè perseuerate: atque spiritum sanctum, ut uobis sue diuine gratiæ flatu aspiret, suppliciter exorate, ut ad securum gloriæ portum peruenire naleatis. Amen.

Math. 26. 3. Re. 11.

43

Dominica IIII. In XL.

Abijt Iesus trans mare Galilęæ, quod est Tyberiadis &c. Ioann. 6.

Arist. SENTENTIA Aristotelis est: quòd obiectum præsens fortius mouet, quã absens, sicuti in sole, & in igne apparet. Et sic inimici magis offenduntur, peioresque reddunturpræsentia illius, quem odio habent. Ideò dicit Beatus Paulus, date locum iræ. Vnus autem ex potioribus modis adimplendi hoc, est hominem ab inimicorum suorum conspectu recedere. Animaduertens Christus Redemptor noster nequissima scelestissimorum Iudæorum corda præsentia, miraculisq. suis magis, ac magis in dies obdurari, & peiora effici, ab eis recessit, illorumque iræ locum dedit.

Rom. 12.

1

Et sequebãt eũ multitudo magna. Ex quo feruentissimus illius gentis affectus, atque deuotio colligitur. Nũc aũt si tẽplum à domo uestra procul abest, aut frigus uiget, siue nimius calor: siue uię luto infectæ sunt, hoc uobis impedimẽto est quominus ad prædicationẽ audiendã ueniatis. Quo ergo mare trãsiretis? si ad festiuitates, aut ad uoluptates iretis, tunc in remotiorem locum pergeretis, nè tam citò domũ reuerteremini. Hi per desertum Dominum sequebãtur. Si autem uos Domini conuiuæ esse uultis, diuinorumque eius beneficiorum participes fieri, in desertum, & solitudinem uos cõferre debetis, & quò ab his secularibus tumultibus ac perturbationibus longiùs recesseritis, eò ad ea percipiẽda aptiores eritis. Refert sacra scriptura Hæbręos in terram p̃missionis, pperãtes urbem inuenisse nomine Hai. Tũc Iosue cũ suis se fugere simulauit, ut incolę illius ciuitatis arbitrarentĩ hostes præ nimia pusillanimitate aufugere, & ad eos insectandos exirẽt, & sic eos facilius superare possent. Ciuitas. n. fortissima, atq. expugnatu difficillima erat. Quod ita factũ est. Hai in Hebræo ẽm Hieronimum significat idem, q̃ confusio. Necesse est aũt, ad ingrediendũ in gloriæ p̃missionem, huius seculi cõfusionem expugnare. Et quẽad modum illi fugientes uicerunt: sic ẽt nos si uolumus mundum uincere, illũ fugiamus. Ita Beatus Hieronym⁹. In hac parte fugere est uincere. Psalmus tertius, qui exorditur: Dñe quid multiplicati sunt, qui tribulant me? cõpositus fuit à Dauid cùm filium suũ Absalonem fugeret: in quo uictoriam, quã sibi Deus concessit, refert dicens: Tu autem Dñe susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meũ. Q̃m tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Quid hoc est uir sancte? effugis per montes filij tui afflictione, ac p̃secutione contritus, & pro uictoria gratias agis? dico illum gratias agere pro uictoria, quam à semetipso cõparauit, quæ fuit iræ locum cedere, nec se ulcisci, nec hostis sui Semei caput amputari iubere, qui eum plurimis maledictis, atq. iniurijs insectatus est. Et qa patientia seipsum superauit fugiens p̃ uictoria gratias age. Frater charissime si hostũ tuorũ cõspectum opportunè fugere scis, cùm ab eis uindictã possis sumere, cęteraq; occasiones quæ sunt in mundo, euitare nosti, tunc p̃ illis uictorijs deo gratias potes agere, q̃ magnæ quidem fuerunt, cũ te ipsum uiceris, passionesque tuas rationi subieceris. Quod siquis dicat, qũo mihi p̃cipis ò pater cũ ego debilis quasi formica sim, tãtum gigantem sicuti Iesum Christũ filium Dei sequi? Ad hoc respondeo, ut cõsideres quomodo parua cymba ingentem nauem p̃ medios fluctus maris sequit, qd̃ facit quia illi alligata est. Alliga te igitur fraterni amoris fune Iesu Christo, ipse enim te deducet. Voluntatẽ tuam illius uoluntati uincito illam ei conformans, & quãuis turbulentæ tempestates sint in mari, ipse te in securum portum perducet.

Iosue. 8.

2. Re. 15.

2. Re. 16.

3

4

Cũ sublenasset ergo oculos Iesus. O mirificũ exẽplũ, cũ discipulis suis sãctissimus Iesus in montis cacumine morabatur, & in illa solitudine dimissos oculos habebat. Vos aũt in uijs, & plateis, unde uobis tantum malum oriri põt, sublimes, & apertos illos habetis. Quid ex tanta sensuũ dissolutione nisi magna cordis subuersio dimanare potest? sicuti in sermone, quẽ heri habuimus, la-

5

te tractauimus? ut clementissimus Iesus uniuersam turbã in necessitate constitutam p̃spexit, statim ei subuenire curauit. Hic maximè pẽsanda est oblitio tẽporaliũ rerum, quæ ab amore dei gignitur. Hi cælesti illo cõspectu saginati properabãt, utiq. cælestẽ illius doctrinã audire cupiebãt, corporalis cõmeatus obliti sunt. Dixit Christus Redẽptor noster ægro cuidã, quem sanauit. Tolle grabatũ tuum, & ambula. Vt qd ei dicit ut tollat grabatũ suũ? Numquid ille asportãdi lectulũ curã non haberet? præcipit hoc illi, q̃ tãta erat lætitia, quã ex sanitate percepe rat, ut nisi Dñs hoc ei in memoriã reuocasset, non dubitẽ, quin rei tã necessariæ, sicuti grabati obliuisceretur. Postq̃ Deus creauit Adã p̃cep t ei dicẽs, ex omni ligno paradisi comede. Adeò quippe pater Adam in diuinarũ rerũ cõtẽplatione eleuatus erat, ut uix recordaretur cibi, nisi ei Deus comedere p̃cepisset. Res diuinæ efficiunt, ut hoies terre strių rerum obliuiscantur. Sunt hic aliq uiri orationi dediti: hi in quo cognoscentur? eo, q̃ terrestria parũ curãt. cum B. Paul⁹ dixisset, oia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, dixit postea: conuersatio nostra in cęlis est. Optimè unũ insertur ex altero, ui delicet si est cęlestis conuersatio, terrestrũ rerũ futurũ esse contemptũ: dixit Propheta suo, ac sanctorũ oĩum nomine, stantes erãt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalẽ. Pedes, quib̃ anima commouetur, sunt affectiones: & Hierusalem ẽ cęlestis gloria, & pedes alicui⁹ illic stãtes esse, est ipsius affectiones ibi dẽ sitas esse. Transitis noctu iuxta fluuiũ, & in illũ aspicientes cælũ stellis splendidissimis exornatũ, mirificè depictũ uidetis. Conferte igitur uiros iustos stellis. Etenim quẽadmodũ in aqua stellæ esse apparent, cũ tñ cęlo affixæ p̃sistant, sic ẽt iusti cum in terra corporib. commorentur, cordibus tñ cœlo infixi sunt. Hi ãt (q̃ nostra est miseria) rarissimi sunt, reliqua. n. hominum multitudo cęlestium rerum immemor sæcularib. negotijs implicata uersatur. O quã inutiles curæ, quid comedemus? quid bibem⁹? &c. Nõ opus est ut Deus Angelum mittat sicut Eliæ, qui eos comedere præcipiat, imo uicissim considerata ẽt qũo consuluit Dñs illis, q̃ nullam de se solicitudinẽ habebant, sed oẽm fiduciã suã in eo cõstituerãt, præcipuè cũ nullũ humanũ remediũ, quo eorum necessitati subueniri posset, occurrere uidebatur. Vt intelligamus quod q̃n res nostræ in ultimo laboris esse apparẽt, si uere & sicut oportet sperauerim⁹, tunc Dñs auxilium ferret. Atq. idcircò ẽt Christ⁹ Redẽptor noster miracula in solitudine faciebat, ubi sere nũ quã sunt humanæ sustentationes, q̃a illic diuina p̃uisio subuenire cõsuescit, & ut bonꝰ nõ habeat quare hominib. gratias agat. Si pincernã Pharaonis pũitam fidem Ioseph p̃oluisset, quodq̃ ei p̃miserat, fecisset, sicut ipse Ioseph ab eo postulauit dicẽs? Memẽto mei, cũ tibi bñ fuerit, ille ãt, ut ibidẽ dicitur, succedẽtib. prosperis p̃positus pincernarum oblitus est interptis sui, si (inquã) pincerna promissis stetisset, pincernæ quidem Ioseph deuinctꝰ maneret, ut aũt uniuersus mũdus cognoscat Deũ nolle, ut Ioseph, hoc est iustus hominib. deuinctꝰ sit, sed uni creatori suo totas gratiarum referat actiones, p̃mittit, ut oẽs illiꝰ obliuiscãtur, & tunc diuina ipsius Maiestas opẽ, & auxilium sert. Hoc ẽt contigit Abrahæ cum p̃da reuerteti, cui dixit rex Sodomorũ, da mihi aias, cætera tolle tibi. Qui rñdit ei dicens, leuo manum meã ad Dñm Deũ excelsum possessorẽ cæli, & terræ. Quod a filo subtegminis, usq. ad corrigiã caligæ ñ accipiã ex omnib. q̃ tua sũt, ne dicas, ego ditaui Abrahã. Si domũ, familiã, atq. diuitias spero, à Dño Deo hæc spero nõ ãt à fauoribus tuis. Itaque nec Deꝰ uult iustos mundo bãficijs esse deuinctos, nec ipsimet uolũt, huic seculo alligari. Qd̃ cum ita sit fratres charissimi, in p̃terita dei beneficia oculos conijcite, ipsa. n. erunt quasi scuta aduersus dissidentiam in p̃senti bus calamitatibus. In nocte sanctissimæ p̃sionis suæ dixit Christus Redemptor noster discipulis suis, q̃ñ miſi uos sine sacculo, & sine pera, nunquid aliquid defuit uobis? quasi diceret. Animaduertite pignora, quæ iã à me ea diuina prouidentia percepistis, & scitote qd̃ sicut uobis nõ defuit, q̃ñ mittebã uos sine sacco, & pera, sic ẽt me in posterũ uobis nõ esse defuturũ. De hoc q̃rebatur Deus p̃ Hieremiam Prophetam eo qd̃ in tẽpore necessitatis Iudæi ad eum nõ cõfugerent considerantes, quot, quantaq. patrib. suis fecerat beneficia. Et non dixerunt (inqt) ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti, qui tradùxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, p̃ terram, in qua non ambulauit uir, neque habitauit homo? & induxi uos in terram Carmeli, ut comederetis fructus eius,

Mar. 2.

6

Gen. 40.

Gen. 14.

Psal. 121.

Similc.

7

8

3. Re. 19.

Luc. 21.

Hier. 2.

10

11

& bona illius. O quam admirabilis exaggeratio? quod transeunti tantæ, tãq. innumerabili hoium multitudini p inhabitabilem, atq. sterilem solitudinẽ nihil necessarium rerum deesset? ecq. maiorẽ spei, atq. fiduciæ cõmotionem habere poterant? De quib. ét Sanctus Dauid quæritur dicens, & male loCuti sunt de Deo: Dixerunt, nunqd poterit Psalm. 77. Deus parare mẽsam in deserto? In quo aũt 12 nequitia hæc cõsistat, sequenti uersu exponit dicens qñ percussit petram, & fluxerũt aquæ, & torrẽtes inundauerunt. Qñ Hebræi murmurarunt, & in hanc diffidentiã incederunt, iã Dñs pp eos ingens illud miraculum fecerat, cũ rupem in fontẽ aquarum conuertit, uoluit igitur Dauid dicere: Hoies, quos cum siti perirent tã miraculosè, atq. abundanter Deꝰ aqua ex rupe defluẽte in deserto saturauit, nunc murmurant, atq. diffidũt de Deo dicentes quòd eos in fame sua cibis abũdantissimè replere nõ ualeat, gẽs maledicta fuit profectò, & iure optimo uenit ira Dei sup filios tãtæ diffidẽtiæ. Ob hãc cãm 13 quotiescunq. serui Dei in maximis periculis se constitutos animaduertebãt, sic Dñm exorabant: Dñe, qui maxima, quõdã in nos Gen. 32. beneficia cõtulisti, nunc ét nobis in hac necessitate succurre. Sic dicebat Iacob, Dñe, q dixisti mihi, reuertere in terrã tuam, minor sum cũctis miserationibus tuis, & ueritate tua, quã explesti seruo tuo. In baculo meo trãsiui Iordanẽ istũ, & nunc cũ duab. turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau. Dñe (inquit uir sanctꝰ) tu, q me de paupere diuitem fecisti, cũ mihi ego tale promererer, nunc mihi auxiliare. Et Sancta Iudith dicebat, Domine Deus patris mei Simeon, qui dedisti illi gladiũ in defensionem alienigenarũ, &c. subueni quæso te Domine Deus meus mihi uiduæ. Tu.n fecisti priora, & similia post illa cogitasti; Respice castra Assyriorũ nunc, sicut tunc castra Ægyptiorũ uidere dignatus es. Qñ post seruos tuos ar 14 mati currebãt, &c. sic fiant isti dñe, q confidunt in multitudine sua, & in currib. suis, & nesciunt, quia tu ipse es Deus noster. Et S. Iudas Machabæus intelligens in quãta ne 1. Ma. 4. cessitate populus suus constitutus esset, ut illũ confortaret, dixit ei. Ne timueritis multitudinẽ eorũ, mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, & nunc clamemꝰ in cælum, & miserebit nostri Dominus. Et Christus Redẽptor noster cũ apostoli aliquantulũ diffiderent, & cogitarent ad alterũ dicentes, quia panes nõ habemus; dixit eis quid cogitatis, qa panes nõ habetis? Nõdũ cognoscitis, neq. intelligitis? Nec Mar. 8. recordamini quãdo quinque panes fregi in quinq. millia, &c. Idest, nõ intelligitis miracula quæ feci non solum ad subueniẽdum necessitati illi à me fuisse directa, uerum ét, ut qñ in posterum aliæ uobis aduenerint pteritorum bñficiorum memores in pssi 15 bus maximam remedij fiduciam habeatis?

Volens igit Dñs huic ingenti hominum multitudini subuenire: *Dixit ad Philippum: unde emomus panes ut manducent hi?* Beatꝰ Remigius dicit Dominum hoc quæsiisse, Remig. ut nobis exẽplum pberet, quo in ijs, q factu ri sumus, alios cõsulamus. Ne innitaris pru Prou. 3. dentiæ tuæ, inquit Salomõ. Qñ Dñs B. Pau Act. 9. lo apparuit, & illum conuertit, dixit ei: Dñe quid me uis facere? cui rñdit Dñs, Ingrede re ciuitatem, & ibi dicẽt tibi, q d te oporteat facere. Quid hoc est Dñe? quarè tumetipse eũ nõ erudis, tuamq. diuinã uolũtatem ei demonstras? absq. eo q illũ ad Ananiã mittas? Huius rei cãm assignans B. Bernardus Bernar. dicit, uidelicet neqs indè occasionem acciperet non consulendi alterum hominẽ, nec diceret, in oratione hoc mihi Dñs reuelabit, & nequis erubeat alium hominem per contari. Idcirco uoluit Deus beatum Paulum ab altero homine erudiri. Certum est 16 ideo lunam splendidam, ac decorã esse, qa sol ei lucem, pulchritudinemque communicat. Optime posset Deus, sicuti ppendit B. Ioannes Damascenus lucem suam lunæ Ioan. Damasc. lib. 2. impartiri. Non autem illam lunæ impartitus est ob triplicem causam, uidelicet propter pulchritudinem ordinis, pp mutuam subministrationem lucis, & pp humilem subiectionem. Sic ét unos alijs sapientiores esse uoluit, & quemadmodum planetæ à sole lucem mendicantur, sic oportet nos humiliari illumq. consulere, cui plus sapiẽtiæ Deus communicare uoluit. Quando 17 autem alium sapientiorem nobis reperire nequibimus saltem ille, & unusquisq. nostrum simul melius iudicabimus, q̃ unusquisque solus. Et sæpenumero p diuinam prouidentiam imperitus quidam literarũ plus sapientiæ, quam doctissimus quisque Exo. 18. adipiscitur. Vt omnibus innotescat unum Deũ omnia scire, & nullus alium interrogare, & consulere negligat. Huius rei mirificũ quoddã in Exodo habemus exemplũ: uidelicet Moysis, q naturalium scientiarũ

Ægyptio

Ægyptiorum, diuinarumq; rerum pitissimꝰ & 174. & extitit: adeò ut cõiter doctores cum diuo 174. ar. 4. Thoma teneant illum prophetarum maximum fuisse: & tñ dicit sacratus textus q cũ socer eius Iethro ad eũ nisendũ ueniret, eũ que unum tot hoium causas iudicare pspicere t, dixit ei, stulto labore consumeris &c. Videamus nunc: an ne Sanctus Moyses iratus est hoc aspero uerbo, in quo illum Iethro socer eius coram uniuerso populo stultũ, atq; dementẽm appellare uidebaꝰ? Non utique, etsi, ut diximus, sapientissimus erat, & quãq 18 socer eius rusticus qdã, & agrestis erat, q nũ quã de iudicijs norat, qq; totius urbanitatis erat ignarus, imò potius eius consiliũ cõno suscepit, in quo eũ admonebat, ut grauia negotia sibi reseruaret, prudentesq; hoies assignaret, qui de cęteris causis lenioribus iudicarent. Hinc igitur literarũ pitissimi discãt, q se oia scire arbitrarꝰ, & cõsideret qdnã sciãt si cũ Moyses sapientia cõserãtur, & aliqñ ad minores cõsulẽdos humilientur. Nonnunq̃ Luc. 10. enim ea, quę Deus à sapientibus abscondit, paruulis reuelat, ut eorum, qui se sapientissimos arbitrantur, elationem comprimat.

Simile. Sanctum Euangeliũ dicit q dñs hoc interrogauit à S. Philippo tentans eũ. Postquã magister lectionem plegit, pcipit uni discipulorum suorũ, ut illã repetat, qui si nescit, p 19 cipit alteri, & si ille ét ignorat, interrogat alium. Qđ si nullus eam tenet, dicit, eia ergo attendite, ego illam iterũ plegam. Perlegerat Christus redemptor noster oipotentiæ suę lectionem, illaq; plurimis miraculis declarauerat, in eis se uerum Deũ esse demonstrans. Et pcipit hodie B. Philippo, ut illam repetat. Videamus (inquit) quid de me, deq. potentia mea sentit? *At ille respondet dicẽs. Ducentorum denariorum, &c.* O q̃ male po Simile. tentiam meam intelligis, & q̃ male lectionẽ meam refert. Si quis horrea tritico plena, arcaq; fermento repletas haberet, famulumque suum interrogaret dicens, unde manducabimus? at ille responderet, non sunt pecunię; nunquid nõ stultus haberetur, qd opus 20 est pecunijs ad uescendũ, pcipue cum panis supplit? pete clauim ad aperiendam thecam, & hoc sufficit. Est theca infinitæ ꝓuidentię, & potentię pane, & reb⁹ oib⁹ uniuersũ mũ do necessarijs repleta, in quo oia, p quem omnia. Huius autem thecæ clauis est diuina uoluntas. Omnia etenim quæcunq; uoluit, Psal. 113. fecit. Quare dñs, uñ ememus panes. Tu ue rõ rñdes, Nõ sunt pecuniæ. Non bene rñdes. Pete clauim, & dic ei, dñe tu dicis, uñ ememus panes? ex tua bñdicta manu. Si tu uis, nihil amplius necesse est, cum sit tuæ diuinæ uoluntatis clauis. Siquidem hic discipulus lectionem non nouit repetere, repete tu illam ò beate Andræa. Quid de dñi potentia sentis? Dicit unus ex discipulis eius Andræas: *Est puer unus hic, &c. Sed quid hec inter tantos?* Etiam hic lectionem ignorauit. Si quidem igitur nescitis illam, attendite (ait 21 diuinus Magister) & ego illam iterũ legam. *Facite homines discumbere.* Et sic miraculũ hoc operatus est, ut eius omnipotentia illis innotescere. Etiam hoc interrogauit, istudq. miraculum operatus est, non solum ad omnipotentiam, uerum ad misericordiam etiã manifestandam, qñ quidem non dicit, unde ememus panes, ut manducemus nos, sed ut manducent hi. Alijs alimoniam curat, ut nos doceat non oportere esse uniuersam curam uigilantiamque nostram in rebus necessarijs nobis inquirendis. O diuites huius sæculi quantum apud Deum mereremini si hęc cum famulis, ac domesticis uestris diligẽtissime ageretis. Nã siqdẽ quotidie pecca tis, quotidie scelerũ uestrorã remediũ perquirere deberetis. Dicit autem Ecclesiasticꝰ. Eccle. 3. Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis, & Deus protector est 22 eius, qui reddit gratiam. In hoc fm nomen suum operatur. Eleemosyna.n. componitur ex eli, & mois. Eli in Hebrẽo idem est quod Deus meꝰ, & mois, idest aqua. Itaque scdm hanc compositionem eleemosyna idem est quod aquã dei mei. Et ideirco nõ est mirum si iuxta nomẽ suum operetur contraria existeus, atq. aduersans quasi aqua peccatorũ igni. Audite me diuites, & potentes huiꝰ sæculi, nunquid uos cogitatis in cœlum ingredi: dicetis, sic utiq; perq̃ ergo uiam ingredi cogitatis? uos optimis cibis potibusq; utimini, in molli lecto recũbitis, ꝓtiosis uestibus induimini, pulcherrimam habẽtes uxorẽ, q bus plurimi adstãt famuli, quorum omnis uigilãtia est ut uobis placeant, qbus nemo cõtradicit, sed in omnibus uoluntatẽ uestrã exequimini. Per q̃ igitur uiam in cœlũ estis 23 ingressuri? ò maximam amentiam, homines sibi persuadere se ad cœlum esse puenturos, cum tũ ne pallium quidem in cœli uia ambulent. Vtrum aũt hoc uerum sit, uos uidete: Dicite mihi nũquid p pœnitẽtiæ, & aspe ritatis uiam iter facitis, uniuersa, q̃ diximus id negant. Annè igitur per orationis aũt cœ

lestium rerum contemplationis uiā ambulatis: Perspicuū est etiā q̄ non præcipuè cū usq; ad oculos secularib⁹ negotijs implicati, immersiq; sitis ita ut licet dies essent centum horarum, ad hoc tū nunq̄ una supereset. Per humilitatis ne uiā pgitis? Fastus, pōpa, ambitio, expetitionesq; uestræ ingenuè tellant q̄ non. Dicite ergo, perq̄ uiam illuc introire cogitatis. O cæci, q̄ deceptos, atque à ueritate aberrantes uos habet Sathanas.

O utimā fratres charissimi non meū q̄dem,
24 sed dñi consilium sequi uelletis, qui etiā uo
Luc. 11. bis cœli uiā aperuit dicens. Q̄d superest da te eleemosynam, & oia munda sunt uobis. Hæc est uia uestra, hanc sequimini: nulla uia uestrę uiuendi rōni planior, neq; aptior, quā nisi secuti fueritis (credite mihi) uix unquā
Iaco. 2. in cœlū ingrediemini. Scriptum est.n. Iudiciū sine mia illi, qui non facit mīam. Hæc est aqua, q̄ corda uestra mollificatura est. Per hoc iret disponemini ad ueram pœnitentiā agendam, quò peccata uestra uobis dimittā tur. Quę cum ita sint, interrogate: *Vnde ememus panes, ut māducēt hi?* Quo q̄q̄ ex sumptibus nostris pauperibus erogandum seruaremus? uerum proh dolor: iamienim diuites non interrogant: unde ememus panes? sed: unde ememus serica uestes, auroq; contextile, purpurā, ac ptiosissima quęq; ornamenta, quib⁹ adaptemur, & poliamur, & cū
25 de cibis agitis, non dicetis: unde emem⁹ panes? sed: unde ememus gallinas, pdices, delicatosq; cibos? & sic nihil pauperibus erogā dū supereat. Conuiuiaq; non illis quidē, sed alijs tam diuitibus, aut ditioribus uobis celebratis, ad quæ pparanda huc, atq; illuc famulos mittitis, & uarijs curis fatigamini, cū nullam mercedē sitis recepturi. O Christe reparator mundi, spiritualisq; uitę Magister, atq; reformator, etenim cum tu lassis, & egenis conuiuium pparare uelis, dicis, uñ ememus panes? Non quæris pissim⁹ dñs ea, quę gustum oblectent, sed moderatam q̄dam sustentationem curat. Eius.n. sectatores non uaria delicatorum ciborum gña oportet quę
26 rere. Et in uerbis, q̄ rndit B. Andreas dicēs: *Est puer unus hic, qui habet quinq; panes & duos pisces*: Quos S. Apostoli ad suam diuinią; Magistri sui sustentationē deferebant, detegit q̄ parum curarent corporibus suis indulgere, atq; illa delicate tractare, siquidem ad comedendum ordeaceos tm̄modo panes cum paucis piscibus deferebat. O maximam epulonum confusionem.

Considerate quid de⁹ uester in terra i suis defatigationib⁹ comedat. O q̄tum est circa hoc deplorandum. In initio mūdi nihil aliud hoies pter herbas, & arborum fructus co-
Gene. 1. medebant. Et ita dixit eis dñs, ecce dedi uobis oēm herbam afferentem semen sup terram, & vniuersa ligna, ut sint uobis in escam. Hos cibos facillimę digestionis eis assignauit, ut ad diuinarū rerū contemplationem aptissimi essent. Post diluuiū aūt pmisit hoi-
Gene. 9. bus, ut carnes sine sanguine, comederent. Vt
27 Isidorus. pater, etenim usq; illud tps non uescebant hoies carnib⁹. Et tunc eis facultatē illas comedēdi cōcessit, (ut ait B. Isidorus:) eò q̄d terra post diluuiū pdita, & tenuis remansit: nec fruct⁹ tā fertiles, ac pingues, sicut antea,
Theodo. pferebat. Theodoretus ait dñm ob hāc causam ēt illis comedēdi carnes licentiā concessisse: uidelicet qa notat dñs plurimas gentes esse futuras, quę tanq̄ Deos aīalia adoraturę erāt. Et ideò eis facultatē concedit, ut ea interficiāt, & comedant, uidelicet, ut intelligāt, siquidē ea occidunt & māducāt nullā i illis esse diuinitatē. Nūc aūt iā non contēti sunt hoies carnibus uesci, sed iā pspicitis diuersa condimentorū gñera, quæ hodie insatiabilis miserorū hominū gula, & uoracitas adinuenit: ex qua tāta pctorū multitudo pficiscit. Et ad huius uitij execrationem sufficiebat nosse unā ex uijs, p quas maledicta Sodoma in tantā corruptionē, & abomina-
Ezec. 16. tionē deuenit, fuisse (ut ait Ezechiel) saturi
Beda lib. 3 de gestis angelorū. tatem panis. Et sub hoc noīe panis diuersorū ciborū saturitas intelligit. Beda refert artificē quēdā, qñ alij sese ad rē diuinā audiē
Nota. dā in tēplū conferebant, domi suæ edendo, & bibēdo, alijs q̄; uoluptatibus pfruendo remanere cōsueuisse. Qui cū in grauissimum
28 morbū incidet, atq; à familiaribus suis admoneret, ut pctorū suorū pœnitētiā ageret, & illa confiteretur: infœlix homo de diuina
Actor. 7. Dei misericordia desperans dixit: Nō possū agere pœnitentiā, qa sicuti B. Stephanus uidit cœlos apertos, sic ēt ego infernum apertū perspicio, locumq; mihi præparatum intueor iuxta Iudā, & Pilatum, & illos, qui Iesu Christo filio Dei mortem intulerunt. Et
29 posteà dixit se propter suas maximas, assiduasq; uoracitates, atque ebrietates nullum remedium habere. Atque hęc infelicissimus hō dicens interijt. Proh dolor immortalem q̄ metuendum est hoc dictum, atq; etiā auditu. Vt cognoscatis q̄tum malum facitis, cū uos effrænate cibis, potionibusq; traditis,

Quod

Quod est sicuti dixit Apostolus effici inimi-
Phili. 3. cos crucis Christi. Quæ cū ita sint dilectissimi fratres, p charitatē Dei uos rogo, ut ab hoc abominabili uitio uos cohibeatis, diuinumq; Magistrum, & sanctos eius Apostolos curetis imitari. Et plurima hoc modo
30 peccata deuitabitis.

Dicit ergo Iesus, facite homines discūbere &c. Et sicut in sancta Dñi nostri Iesu societate nihil aliud erat ad edendū, nisi parum hordeacei panis, modiciq; pisces, ita ēt non erant pretiosæ sellæ, neq; ppolitæ mensæ, aut serica, neq; aurea stragula. Vnde oportuit cōuiuas humi sup fænū sedere. O secularem uanitatem! in quā profanum statum hoies induxisti, ut ad sellarū, sediumq; perpolitiones, atq; ad mensarū ornamēta plus pecuniarum iā sit necesse, q̄ olim ad tres familias alendas requirebatur. Refert Dioge-
Diogen. Laer. de uita phi. nes Laertius philosophum quēdā in urbē ingressum fuisse, ubi tunc nundinę celebrabantur, in quibus cum plurima hoium, domorumq; ornamenta perspiceret, illa oia
31 deridens in hanc sniam tali quidem uiro, tantoq; philosopho dignissimam prorupit: Quàm multis non egeo. O mirificā sniam! ò Christiani q̄ multis non egemus. Aduertite quid dixerit Ethnicus q̄dam, qui in inferno ppetuis ignibus cruciatur, uos autē Christiani, quiq; sacrosanctum Iesu Christi Euangelium profitemini plurimis uos indigere arbitramini, & mille solicitudinibus uos affligitis, animasq; uestras inferni periculo offertis, ut ea comparetis. O Deus infinitæ maiestatis per misericordiam tuam te deprecor, ut tantæ pfanitati, quanta inter eos, qui sese tuos esse profitentur, uersatur, remedium adhibeas.

Accepit ergo Iesus panes, et cū gratias egisset, &c. Aeterno patri quater⁹hō gratias egit pro illo beneficio, q̄d in hoies illos con-
32 terre conabatur, uidelicet, ut nos doceret, nō solum pro collatis in nos beneficijs, sed pro ijs ēt, quæ in proximos nostros conferuntur nos diuinæ Maiestati gratias agere oportere. Sic nos admonet B. Paulus dicēs: gratias agentes semp pro oibus. Pro omnibus, hoc est, non solum pro omnibus beneficijs, sed etiam pro omnibus proximis. Et sic ipse Apostolus, ut ex eius epistolis apparet, sæpenumero pro beneficijs, q̄ Deus alijs proximis faciebat, ei gratias agebat. Peculiariter aūtem dicebat. Nos autem debemus gratias agere Deo semp pro uobis fratres dilecti à Deo. Etiam rationi consentaneum est, ut qñ ad mensam sederimus, nō solum pro illis, quæ manducaturi sumus, Deo gratias agamus: uerū ut illa ēt benedicamus. Beatus.n. Gregorius refert mulierē quandam, lactucā comedisse, diabolus morabatur, quā cum comedisset, diabo-
Gregor. in Dialog. 33 lus in eius corpus introiuit, interrogatus autem diabolus, quare in mulierē illā fuisset ingressus, dixit se illud fecisse, quia mulier lactucā, priusquam illā comederet, non benedixerat? nā ego (inquit) in ea inerā, & mulier illa me quę fuit, quapropter cauete fratres ne uobis simile accidat: Quoties pacifici ad mēsam sedetis, & pro leuissima quaq; re in rixas deuenitis, aliasq; stultitias facitis, unde plurima infortuna oriuntur. Et fortasse hoc contigit, quia permisit Dñs ut diabolus in uos ingrederetur: eò q̄ quēadmodum iumenta ad præsepia accedunt, sic uos ad mensam absque ulla gratitudine, & Dei recordatione, & absq; ciborum benedictione sedetis. Frāgente igitur Dño panem in sanctissimis eius manibus augebat. Qñ modicum panis, parumq; diuitiarū habueritis, ad familiam uestrā alendā, memento-
34 te horum panū, q̄ etsi pauci erāt: eò q̄ eos Iesus Christus filius Dei tetigit, tātā hominum multitudinē alere sufficerunt. Et modicum, quod uos habueritis in benedictis eius manib. collocate dicentes singuli: Dñe hæc mea paupertas nō sufficit integrā familiam meam alere, uerùm illos, & me, atque uniuersa, quæ possideo in sanctissimas manus tuas commendo ut sicuti potes, nobis subuenias. Dñs panē frāgebat, discipulisq; suis illum tradebat: illinūt eum intet conuiuas diuidebat. O quā admirabilis esset uisu diuini Chironomonis (uulgo trinchātę) diligentia: sedulitas discipulorum in porrigendo pane, hospitum præparatio ad illum cum alacritate, ac consolatione maxima capiendum. Eia patres sacerdotes uobis hæc superscriptio loquitur. Deum, diuinaque
35 eius sacramenta, atque doctrinam per manibus habetis. Ne in illis diuidendis fatigemini, ne prædicantes, ne ue illos in confessiones audientes, diuina sacramenta administrantes, optimumque pietatis exemplum hominibus prestantes deficiatis, neque hæc omnia facere cessetis, quousq; populo satisfeceritis. Quando episcopus cleri cum ordinibus initiat, dicit: Dñs pars hæreditatis meæ, tu es q̄ restitues hęreditatē

meam

meã mihi: Vbi significari uidet, q̃ si sacerdos hæreditatem illã æternam, q̃ est Deus, vult adipisci munere suo: curare debet, ut Deo hereditatem suã restituat: hoc est, aias, quam Sathanas iniusta possidet. Ipse uerò religiosis uerbis, sancta doctrina, diuinorumq; sacramentorum assidua, diligentiq; administratione, ac deniq. pio sanctitatis exẽplo, à diaboli potestate illas abstrahere Dñoq.
36 suo, uidelicet Deo restituere tenetur. Et sic eiº noſe illi dicit: Tu es q̃ restitues hæreditatem meã mihi. O utinam nõ sit sacerdos, qui Deo hereditatẽ suã adimat: aiasq. suo malo exemplo peccare faciat, & in Sathanæ ptate reponat. Animaduertite patres sacerdotes qd fecerint hodiè S. Apostoli. In primi etenim hoies discũbere fecerunt: quia Dñs eis dixit: *Facite homines discũbere.* Postea uerò eis alimoniã diuiserũt. Hoc quippe est munus uestrum, eorum pſertim qb. aiarum cura incũbit. Sufficere, ut unusq; sq. in loco suo sedeat, ut uir matrimonio alligatus, sicut statũ suum decet, uiuat, & uirgo
37 uiuat, ut uirgo. &c. Nõ. n. Ecclesiastico uiro quotannis mille aureorũ redditus tribuuntur, ut per uias in exornata mula deambuler, sed ut in animarũ utilitate se exerceat: subditosq. suos corporali sustẽtatione quo
Rom. 1. & meliori modo poterit, adiuuet. D. Paulus
1. Cor. 1. qñ ad cæteras orbis gentes scribebat, dice-
2. Tim. 1. bat eis: gratia uobis, & pax: qñ autẽ Timotheo epõ scripsit, dixit ei gratia, pax, & misericordia, denotans. ſ. in hoc quãtopere sit p cæteros fideles misericors esse tenere. Facite igitur patres mei Ecclesiastici, quéad modum & Apostoli faciebant: q̃ panem à Dño sibi commissum in egenos hoies diui debant: nẽ igitur panes uobis à Dño traditos, manuũ tenacitate retineatis. Comederunt turbę ex panibus, & piscibus quantũ uoluerunt. Et quanquam panis ordeaceus asperrimus erat, ideò tñ illis suauis uisus est, ut delicatissimos cibos sibi comedere uiderentur. Iesu bone quantum interest inter
38 ea, q̃ ex manu creaturæ, & ea, quæ ex creatoris manu comedũtur. Manus Christi Saluatoris nostri oĩa dulcissima reddunt: labores, asperitas, pnia, oẽs deniq. calamitates, in dulcedinem conuertuntur, si ab eius manu prouenire considerentur. Potus nõ fuit necessarius: Dñs. n. prouidit, ut cibus cibi potusq. munera exerceret, integramq. stomachis satisfactionẽ redderet. *Colligite quæ superauerũt fragmẽta, ne pereãt.* Præcepit eis, ut fragmẽta colligerent, quo nos doceret, q̃ si hæc modica hordeacei panis fragmenta colligi præcipit, ne pereant, quid faciet de decem millibus aureorum episcopatus, & etiã de sex millibus, & duobus millibus aureorũ, quos paterna hæreditate comparasti? Concludit tandem S. Euangelium dicens uniuersam turbam tñ miraculũ admirãtem dicere incepisse: *Quia hic est uerè propheta qui uenturus est in mundũ.* Hic est 39
fructus miraculi, omniumq. mirabilium, q̃ operatus est Christus Redẽptor noster, & eorum, quæ nobiscum quotidiè facit, uidelicet, ut illum Deũ ac Dñm esse cognoscamus, illumq. ut talem glorificemus. Verum est hũc populum in alijs miraculis cũ cognoscere, & tanquam Messiam laudare debuisse. Sed ut homines utilitatis suę cupidi non qñ mortuos suscitabat, nec qñ alia miracula operatus est, hæc uerba dixerunt, nisi qñ optimo cibo illos saturauit, corũq. stomachos refecit. Tales sunt plurimi Christianorum. Confitebitur tibi, cũ beneferis ei, dixit Dauid. Tu aũt ò S. Propheta qũo Psalm. 48.
facis? Benedicã (ait) Dñm in oĩ tpe, semper Psalm. 33.
laus eius in ore meo. Tam in aduersis, q̃ in prosperis euentibus Deum laudabo. Sic faciunt ueri Dei serui, & ita uos facere 40
oportet fratres: sic enim ad maiora beneficia, atque ad diuinam gratiam percipiendam disponemini, & in posterum cælestem gloriam comparabitis. Amen.

Feria IIII. post Dñicam IIII. in Quadragesima.

Præteriens Iesus uidit hominem cæcum à natiuitate. Ioan. 9.

INITIVM huius Euangelij est initium capitis noni: Euangelij, quod scripsit B. Ioannes. Incipit autem per dictionem. &. Quæ est coniunctio antecedentia cum subsequentibus 1
connectens, quæ quidem duo adeò sunt disparia, ut sola uirtus Dei illa sicut oportet, connectere sufficiat. Nam anteà narrauerat Iudæos Dñm lapidare in templo conatos fuisse, quod autem sequitur est Dñm à templo exeuntem in ostio ipsius templi stetisse, ut cæco uisum concederet. Hoc uerò ille solus potest coniungere, qui coniunctionem illam: Verbum caro factum est, nouit efficere. Iniurias. n. accipere, & pro eis bene-

beneficia conferre cum puro, & intrinseco amore, solus Deus põt, aut ille, q̃ peculiari gratia, & auxilio à Dño fuerit adiutus. Non inficior Iulium Cæsarem maximè commendari, eo q̃ de illo legitur, ministeriorũ, quæ sibi exhibita fuerint, nullo unquã tpe fuisse oblitum, nec ullam unquã iniuriam accepisse, quam non liberalissimè dimisisset.
2 Itaque tam liberalis erat in iniuriis dimittendis, quàm in ministeriis persoluendis magnificus, de quo ẽt legitur, q̃ cum Gneii Pompeij caput aspiceret, doluit occasionẽ gloriæ, quã ignoscendo hoste poterat adipisci, à fortuna sibi fuisse sublatã. Atq. etiam Alexander Magnus cum Regem Dariũ hostem suũ lethali uulnera percussum reperiret, magno dolore affectus est, eo q̃ nõ posset ei parcendo suã clementiã ostentare, & huiusmodi exẽpla eximiæ misericordiæ, qua singularis clementiæ uiri cum reis usi sunt, plurima extiterunt. Oés aũt hi ad hãc clementiã exercendã humanæ gloriæ cupiditate mouebantur, ut misericordes ab hominibus haberentur. Verum hoc pp unum Deũ, eiusq. amorem fieri absq; eius gratia, peculiariq. auxilio nõ potest. Tñ, tamq̃ gratum est hoc Deo, ut nolẽs ipse Dñs cũ
Hier. 15. 3 exaggeratione maxima iram suã aduersus Hebræos significare, per Hieremiã Prophetam dixerit: Si steterint Moyses, & Samuel coram me, nõ est aĩa mea ad populũ istum. Eiice illos à facie mea, & egrediantur. B. Au
Augu. gustinus super hæc uerba dicit: Quid est q̃ Moyses, & Samuel cæteris patribº in postulatione præferuntur? Cuius qstionis rñsio est: q̃ isti duo tñ in ueteri testõ pro inimicis orasse leguntur. Vnus, uidelicet, Moyses
Exo. 17. à populo lapidandus impetitur. Et tñ ꝓ lapidatoribus ille precatur. Alter à principatu eijcitur, & ait: Absit à me hoc peccatum in Dño, ut cessem orare pro uobis, & doce
1. Re. 12. bo uos uiã bonam, & rectam. Propter hanc uirtutem, uidelicet, quia inimicis suis benefecerunt, adeo grati sunt Deo hi duo sancti, ut licet nihil eis Dñs denegare consue-
4 seceret, per exaggerationem hãc petitionẽ sese illis denegaturũ affirmet, si ipsi eam facerent. Ex quo quanta sit hæc uirtus quãq. excellens, optimè perspici potest, & qa talis sit, in sacris literis mia Dei nuncupatur.
2. Re. 9. Dixit Dauid postquam regni possessionem susceperat. Nunquid superest aliquis de domo Saul, ut faciam cum illo misericordiã Dei? Quemadmodum est peccatũ hois, & peccatum diaboli, sic ẽt est mia hois, & misericordia Dei. Peccatum hois est, malefactori tuo malefacere. Peccatum diaboli est, benefactori tuo malefacere. Sicuti fecerunt diaboli, quos cùm Deus magnopere sublimasset, & in tam excelso nobilitatis gradu collocasset, inde illum offendendi occasio- 5
nẽ acceperũt. Atq. ideò de Iuda dixit Dñs: Vnus ex uobis diabolus est. Misericordia hois est benefacienti tibi, atq; ẽt nõ malefacienti benefacere. Misericordia aũt Dei est, malefacienti tibi benefacere. Qñ inimico tuo benefacis, Dei miam operaris, qui Matt. 5.
solem suum oriri facit super bonos, & malos. Atq. ideò dicebamus, particulam, &, per quam caput illi S. Euangelij exorditur, Dei esse coniunctionem, quia id, quod ipsa coniungit mia est Dei. O fratres mei, si ab hoc diuino Magistro cælestem hanc doctrinam perdisceretis, quantam apud Deum mereremini, & quanta etiam peccata euitaretis. Historiographus quidam grauissi- Nota.
mus refert, cum hõ nimis proteruus esset, summaq̃ animi contemptione de altero hoie, qui cum iniuria affecerat, ulcisci conaretur, cumq̃ à multis rogitaretur, ut ei ignosceret, nec tñ illorum quisquã sufficeret, duos monachos ad eius ostiũ accessisse, 6
dicentes se illum alloqui uelle, qui arbitrans eos uenire, ut pro iniurię uenia eũ rogitarent, recusabat illos ingredi, q̃ dixerunt ostiario. Dic ei nos illud ab eo nolle deprecari, & ideò dic ut nos ingredi patiatur, qa rẽ aliam cũ eo agere uolumus, qui ingressi sunt, & postq̃ aliquantulũ familiariter locuti sunt, dixit alter. Tu Dñe arbitrabaris nos uelle te rogare, ut inimico tuo ignosceres, nihil profectò tale uolebamus. Optimè qp pè nouimus hoiem istum uenia esse indignum. Tibi autem uolebamus dicere, ut tibimetipsi parceres, quia cum tanto labore uersaris, nec publice in hoium cõspectu au- 7
des apparere, timens ne alter, eo q̃ ei non uis ignoscere, tibi mortẽ inferat, nec diuina sacramẽta recipis, in peccato, & Dei indignatione pseuerãs, nec tñ tui ipsiº miserere ris. Cõpatere tibimetipsi, & optimè facies. Adeò hõ ille hac rõne confractus est, ut sibi psuaserit alteri ignoscere, intelligens quãti illud sua ipsius interesset. Idem igitur nũc Dei nomine uos omnes admoneo, eos præsertim, qui proximos uestros odio habetis, uobismetipsis parcite, animasq̃ uestras miseramini; considerate diuinũ Magi-

strum

strum uestrum quem impij Iudæi lapidare conabantur,& illinc exiens tantę iniuriæ, quantam ei homines iutulerũt, immemor fiſtit,ut cum hoibus miſericordia faceret.

Et prætereins uidit hominem cæcum. O q̃ merito dicit Dauid: Tu ſolus laborẽ,& dolorem conſideras,quia eum qui te non aſpicit,intueris.Vidit.i.diligẽter inſpexit.Quid facis Deus meus? aſpicio q̃ modicũ pietatis,& cõpaſſionis eſt in orbe terrarũ. & uolo hoies erudire,ut in egenos oculos cõijciant,& nõ poſtulantibus etiã eleemoſynã largiantur.O q̃ ſterilis ſiccitas eſt in mũdo? nam ſi unam eleemoſynam erogaturi eſtis: prius uenturum eſt pauper ad oſtium ulceribus coopertus,aut cõfractis brachijs, pedibuſq̃ laceratis,q̃ ſi nimis extraneas,& inſolitas neceſſitates non cernitis, uix ad proximis ueſtris ſubueniendũ cõmouemini. Nec hoc quidem ſufficit, ſed neceſſe eſt miſeris ſtudere,rationeſq̃ addiſcere, quibus eleemoſynam à uobis efflagitent,uoſq̃ ad cõpaſſionem excitent. Et prius eleemoſynã aſſiduis uocibus ſanctiſſimumq̃ Dei nomen,diuinumq̃ eius amorem in pignus tradentes empturi ſunt. Quid? cum in hac urbe,tot diuites,totq̃ pauperes cõmorentur, in domo alicuius egeni non pannus, quo induatur,aut triticum,quo ueſcat incognito dante reperiretur? Inuſitatum utique eſt hoc in iſta regione etiã uidentes pauperis oculos à uobis integram horã pendẽtes auxiliumq̃ ueſtrum expectante ,quaſi nihil eſſet,nec ſic,nec nõ ei rñdetis.quo igitur in domũ pauperis ẽt nõ petentis eleemoſynã mitteretis? Ad confuſionẽ ergo ueſtrã hoc uobis uolo dicere,perſuadere alicui,ut nõ miſericordiã faciat, eſt ei dicere,ut ſit homo, Si quis tibi diceret:frater eſto hõ, nunquid non erubeſcere? Quid igitur(diceres tu)ane hucuſque nõ me hoiem eſſe reputares? niſi miam,atq; benignitatem habeas,nõ ex humanus: & quemadmodũ erubeſceres, ſi tibi diceretur,ut eſſes hõ,ſic oportet te pudore confundi,cum quis te ad humanitatẽ, ac miam exhortatur;q̃ ſi debet facere hõ, quatenus hõ eſt,quanto magis idẽ facere tenetur Chriſtianus,qui hominẽ Ethnico maxime excellit? Ne aũt huius præſtantiſſimæ uirtutis obliuiſceremur, in mẽbris noſtris illam Deus ſcripſit. Etenim(ut ait D. Paulus:) Et non ẽt experientia comperimus:ſi quid patitur unum membrum,compatiuntur oia membra:ſiue gloriantur unũ membrum congaudent oia membra.Vos autem eſtis corpus Chriſti;Et ſiquidẽ fratri tuo in eius neceſſitate non cõpateris,nec eius bonis delectaris,ſignũ eſt hoc te eſſe mẽbrum Sathanæ,non aũt Ieſu Chriſti.Manus,quæ pedis dolori nõ occurrit,& oculos,qui totũ corpus non aſpicit,eiuſq; bonũ animaduertit,digna utiq; ſunt hęc mẽbra,quæ ab illo corpore conſcindantur. Et ita dicit S.Iob: Si deſpexi prætereuntem,eo q̃ nõ habuerit indumentum,& abſq; operimento pauperem,&c. Humerus meus à iunctura ſua cadat,& brachiũ meũ cũ ſuis oſſibus confringatur. Attendite quã terribilẽ maledictionẽ ſibi injcit S.Iob,ſatis namq̃ ſecur⁹ erat ſe ab ea nõ eſſe comphendendum.O crudeliſſimi diuites,quo non timetis ne confracti, atque lacerati moriamini pp immanitatem,qua cũ membris corporis myſtici Dñi noſtri Ieſu Chriſti utimini? Per reuerentiã quã huic diuino capiti ueſtro exhibere debetis,uos deprecor fratres,ut in eius mẽbra tãta afflictione,& neceſſitate oppreſſa oculos conijciatis , illiſq; benigniſſimè compatiamini. Vt Sancti diſcipuli diuinum magiſtrũ ſuũ ad pauperẽ reſpexiſſe,aduerterunt, in illum ẽt & ipſi oculos coniecerunt.Et interrogauerunt eũ.*Quis peccauit, hic,aut parentes eius?* Iam fortaſſe audierãt uerba illa Exodi: Ego ſum Dñs Deus tuus zelotes,uiſitans iniquitatem patrũ in filios, in tertiã, & quartã generationem eorũ,q̃ oderũt me. Quod de corporalibus quidem pœnis intelligendũ eſt Et ſic S.Patriarcha Noe,etſi nõ maledixit filio ſuo Chã,qui eum illuſit, eo q̃ exiens ab arca benedictus fuerat à Deo. Sicut ibidem dicit. Benedixit Deus Noe,& filijs eius,ueruntamen filio eius Chanaan, & in eo uniuerſæ illius generationi maledixit,dicẽs:Maledictus puer Chanaan,ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis.Ecce, quo hæc pœna corporalis pp peccatum patris liberis aduenit.Et ualde notandũ eſt hoc,quod dicit in libro Exodi,uſq.ad tertiam,& quartã generationem,ideò dici,quia uſque illud tps uiuere poteſt pater, ſicut uixit Iob, uidelicet,ut dolore,ac moleſtia afficiatur, ꝓ ſpiciens diuinam iram pp ipſius peccata in progenie ſua ante ſuoſmet oculos exequutam:Itaq. ſupplicium de liberis ſumi,eſt ipſum parẽtem puniri.Quod cũ ita ſint tres chariſſimi, ueſtroſmet liberos miſeramini,& ſaltem hęc conſiderantes uos à ſceleribus cohibete,etſi non hoc ſolùm,ſed diuinæ

Pſalm.59.

1.Co.12.

uinæ etiam Maieſtatis amor, præcipue uos ad bonũ cõcitare debet. Quod cum S. Apoſtoli intelligerent, & ex alia parte perſpexiſſent, cùm Dñs aliquos infirmos ſanaret, eis dicere cõſueuiſſe:noli amplius peccare: arbitrabantur oẽs corporales labores , aut pp parentum, aut pp ipſorummet peccata hoibus euenire. Atque idcircò hoc interrogarunt. A quo errore illos Dñs abſtulit,dicens. *Neque hic peccauit,neque parẽtes eius.* Hoc interrogare qñ proximos ueſtros laboribus oppreſſos cernitis, temeritas eſt : & iniquum iudicium,arbitrari Deum pp eorum peccata labores illis immittere. Sicuti barbari illi habitatores Inſulæ Mithilenes; de quibus dicit,q̃ cũ B. Paulus tumulenta quadam maris tempeſtate depulſus in Inſulam illam peruenijſſet; cumq̃ à barbaris illis exceptus ſarmentorũ aliquantã multitudinem congregaſſet , & impoſuiſſet ſuper ignem,uipera à calore cum proceſſiſſet,inuaſit manum eius. Vt uerò uiderũt barbari pendentem beſtiam de manu eius,ad inuicem dicebant. Homicida eſt hõ hic,qui cũ euaſerit de mari,ultio nõ ſinit eum uiuere. Propter hũc laborem homicidã illum eſſe iudicatis,temerarium iudiciũ , & iniquum eſt iſtud Verũtamen cùm barbari eſſent,nõ mirum erat,illos in hunc errorẽ incidiſſe, ſi aũt uir Chriſtianus Catholicæ fidei lumine illuſtratus,hoc de proximo ſuo ſuſpicaretur,multo grauior in eum culpa cõferretur. Hoc autem ſapientiſſimum erit,q̃ cùm uos laboribus oppreſſos uideritis , illos pp peccata ueſtra uobis euenire ſuſpicemini, conſcientiamq̃ ueſtram diligenter ſcrutemini;ut ab eis exeatis. Qñ noctu in lecto recumbitis,& aliquem ſtrepitum,aut canis latratum auditis,ſtatim à lecto cõſurgitis, & domũ ueſtram ſpeculamini, ſi forte ſunt in ea latrones. Sic fecit Iob,qui ſentiens domi ſuæ ſtrepitũ uerberum,quibus illum Deus puniebat,ſtatim in domũ conſcientiæ ſuæ ingreſſus illã ſcrutatus eſt, utrum in ea aliq̃ latrones eſſent, ſi forte peccatũ aliquod illorum laborum cauſa erat,cumq̃; optimè circunſpecta domo nihil mali reperiſſet, dixit. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus? Sic ẽt tu o frater,qñ te laboribus fatigatum perſpexeris,conſcientiã tuam ſcrutare,teq̃; ipſum interroga,ſi forte pp peccata tua illos tibi Deus immittit. Hoc.n.oportet eſſe laborum munus,uidelicet,efficere,ut conſcientia examinetur,& peccata,quę obliuioni tradita fuerãt,in memoriam reuocentur illorumq̃. pnia fiat. Facta eſt fames ualida in diebus Dauid tribus annis iugiter,& conſuluit Dauid oraculum Dñi:Dixitq̃; Dñs.Propter Saul,& domum eius ſanguinem, quia occidit Gabaonitas. Animaduertite Dauidis prudentiã,cùm.n. Dei ſupplicium cerneret, examinauit pp quod peccatum eſſet,cognoſcenſq̃ue illud pp Saulis domum ſumi ,p peccato ſatisfecit tradens ſeptem uiros de domo Saulis in manus Gabaonitarum,qui crucifixerũt eos in monte coram pño.Sic te facere oportet frater,delinquentes pniæ cruci affige.Sic ſecit ipſe Dauid cùm filius eius Abſalon, ad uerſus eũ inſurrexit,qui ex ciuitate fugiẽs, aſcendebat cliuum oliuarum,ſcandens , & flens nudis pedibus incedens, & operto capite.Non utiq. deerant Dauid equi , neq. calcei, quibus incederet, ueruntamen per montem nudis pedibus incedebat,qa ſupplicium illud pp ipſius peccata à Deo ſibi miſſum fuiſſe cognouit.Et ſic deplorãs, corpuſq. ſuum affligens illorum pniam agebat.Ita ſolent nunc iuſti facere,non.n.contenti ſunt pœna,qua illos Deus punit,ſed ipſi met corpora ſua,pro ſuis peccatis,durius affligunt,pœnalibuſq. exercitationibus contorquẽt.Nam(ut dixit B.Paulus.) Adiutores Dei ſumus.Et in hoc etiam iuſti coadiutores Dei eſſe uolunt.Si Deus(inquiũt)me uerberat, ego pluribus diſciplinis , ac ſupplicijs illum adiuuans,me punire, & affligere uolo.Et inferiùs cum uir ex equitibus ſuis ei diceret.Vadam,& amputabo caput eius.ſ.Semei,pro iniurijs, quibus ſanctum Regem affecerat , rñdit uir Dei. Dimitte eum,ut maledicat iuxta præceptum Dñi,ſi forte reſpiciat Dñs afflictionem meam , & reddat mihi Dñs bonum pro male dictione hac die hodierna.Hæc erat optima cognitio huius boni Regis,etenim filij perſequutiones,ſubditorumq. contumelias,uniuerſa hęc,peccatorum ſuorum pœnas eſſe iudicabat,ſeque illis eſſe digniſſimum affirmabat.Talem nobis in infortunijs, calamitatibuſq. noſtris cognitionem Dominus præbeat.Hæc enim ad illos patientiſſimè perferendos;atque etiam ad deſiderandum plura perpeti,multum conducit.

Aliquando uerò labores Deus hoib⁹ immittit,non pp peccata quidem. *Sed ut manifeſtentur opera Dei in illis.* Ecquis ſibi perſuaderet Deum ex malefaciẽdo iuſtis, hoc eſt,

Simile.

Iob 17.

2.Re.21.

17

18

1.Cor.3.

2.Re.16.

19

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,ex mala pœnæ inferendo,gloriã esse electurum;Deum malis benefacere, rõnabile est,ut illos beneficijs ad se alliciat. Nã post quem iam non abijsletis,si in uos, ea, quę Deus facit, beneficia contulisset. Accedit auis ad aucupis manum ꝓpter illas duas buc-
20 cellas carnis, quæ illi ostensæ sunt, uos aũt nõ post Deum abibitis, à quo tot,tantaq; beneficia percepistis, passumq. percipitis. Singulis etenim beneficijs, singulas facit uocationes:& bona sunt quasi hami ad nos expiscandos. Bono aũt cur malefacis Dñe: ut manifestentur opera Dei in illo, q̃ sunt patiẽtia,& laus,quã tribulatus Deo reddit. O maledicte peccator,cui Deus cũ pluri ma faciat beneficia,nec tñ illũ laudes, nec uerò aduertis aliũ miserũ in lecto multos annos iacentem, assiduisq. doloribus afflictum nõ cessare Deum extollere,& hoc ad
Iob 1. cõfusionem tui:Animaduerte quid dixerit Iob,tot,tantisq. uerberibus onustos, sicut Dño placuit, ita factum est, sit nomen Dñi benedictũ.O quanta cõfusio tibi est,qđ tibi
21 Deũ beneficia faciẽtẽ maledicis,alter uerò laboribus oppressus, eũ laudibus extollit. Ecquid fecerunt uermes in te ò benedicte Iob,quum in sterquilinio ulceribus cooperti sedebas. Quid,hoc utiq. effecerunt, ꝙ cum antea unum tm̃ os ad Deũ laudãdum haberem, nunc oĩbus foraminibus, & oribus,quæ à uermib⁹ aperta,sunt nomẽ dñi benedico. Quam singulare aut exẽplum nobis fuit Tobias, qui postquã sepeliendis mortuis,alijsq. uirtutis exercitationibus fatigatus erat arundinis stercore fuit exceca-
Tob.2. tus.De quo & dicit S.Textus.Non est contristatus cõtra Deum,ꝙ plaga cęcitatis euenerit ei,sed immobilis in Dei timore permansit agens gratias Deo oĩbus diebꝫ uitæ suæ. Ecce quo manifestantur opera Dei in illo.Opus Dei est et perseuerantia:ut aũt iusti in bono perseuerẽt,hoc modo à Deo tractãtur.O quantoperè cupit iumẽtum se ad
Simile. præsepium confricare:& ubi primùm se fricat,uenustatẽ amittit,totumq; se excoriat.
22 Quod ergo remedium quæritur,ne iumentum hoc modo sibi officiat. Duobus illud capistris alligari, quò in nullam partem se possit conuertere.O quam maximam propensionem habet hõ(etsi iustus) ad peccatum.Illum autem Deus duobus capistris deuincit.s.corporalibus morbis inimicorumq. persecutionibus,quo uix peccare,recordetur.Attẽdite qualib⁹ capistris B. Paulus a Deo deuinctus fuit:nam ex una parte:
2.Co.11. ter(inquit)uirgis cæsus sum,semel lapidatus sum: ter naufragium feci.Ex alia uerò parte,ne magnitudo(ait)reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis
Iud.13. meæ. Angelus Sathanę, qui me colaphizet, uidelicet, ut sic in humilitate, atque animi submissione teneret.O quot homines corrumperent,atq; ẽt perirent,si manꝰ pedes,atq. ualetudinem haberent:& quot fœminæ perderentur si diuitijs, ac pulchritudine pollerent.O Dñe infinitæ Maiestatis, innumeras tibi gratiarum referimus
25 actiones, quia tam diligẽter nobis occasiones adimis, ne in internum prolabamur.Si qñ Dñs dixit,ut manifestẽtur opera Dei in illo,cæcus hic diceret.Quid Dñe ad hoc homines in laboribus constituis, ut alienis sumptibus,atq. laboribus gloriã tua manifestetur?O cæce q̃ maxima Dei misericordia, atq indulgentia est, uilissimum tertæ uermiculum in instrumentum gloriæ suæ assumere.Virga Aaron baculꝰ erat, sicut & aliorum pastorum:uerũtamen eo ꝙ à Deo assumpta fuit in mirabilium suorum instrumentũ,in arca testamenti reconditur, ibiq. tanti æstimabatur,tantaq religione colebatur,ut ne quis præter summum sacerdo
Hebr.9. tem illam semel in anno perspiceret.Quæ cum ita sint,consolare,& lętare frater:magno enim honore te Deus afficit,assumens
24 te in instrumentum glorię suę,ut in te eius omnipotentia patefieret.

Dicit inferius. *Me oportet operari opera eius,qui misit me,donec dies est.* Hoc fuit nostrę redemptionis opus,quod usque ad ultimum uitę suæ terminum operatꝰ est.Atq. ut se uerum mũdi Redemptorem esse, omnibus innotesceret,hæc mirabilia operatus est,uidelicet, cæcos illuminare,infirmos curare,mortuos deniq. ad uitã reuocare. Ne ât arbitraremur sibi soli cõuenire operari, donec dies est,uniuersale quandam sniam subdidit,dicens. *Venit nox, quando nemo potest operari.* O q̃ cælestis exhortatio? Attendite fratres uos in hoc seculo à Deo fuisse collocatos,ut salutem uestram spiritualem operaremini.Vbi primum autẽ mortis nox
Matt.20. aduenerit,nemo poterit quicquam merito rium operari.Illi paterfamilias, qui operarios cõduxit,à solis ortu, usq. ad occasum, illos conduxit,non aũt noctu. Dies nanq. ad laborandum,nox uerò ad quiescendum fuit instituta. Quando Rex urbem aliquam Simile. obsidione premit,& præconio declarari iubet,illum,qui intra tot horas ad ostium ciuitatis accesserit,aut in illius mœnijs uexillum erexerit, mille aureis esse donandum. Si transacto illo tpis spacio, rebusq; iam aliter dispositis quisquam uexillum in muro collocaret,posteaquam præmium perceptu-
Iud.1. 26 rus accederet,meritò ei diceret Rex:Hõ,nihil tibi debeo,edictum.n.non positum fuit ad lõgum tps,q̃ ad alium diem.Sic in negotio saluationis nostræ tantummodo diẽ uitæ nostræ nobis Deus statuit ad merendũ: quo peracto nullum est remedium.Nõ sine mysterio notant diuinę literæ, de quodam tyranno noie Adoniberech, qui septuagin ta Reges confractis manibus, ac pedibus tenebat,illosq; micis, quæ supererãt ex mensa eius alebat.Huic bellum intulerunt filij Israel, illumq; captiuũ duxerunt. Et quanquam tam immanẽ sese in reges illos præbuerat,dicit illic sacratus Textus, illũ nulla alia pœna ab Hebræis affectũ, nisi extremitates pedum,manuumq; ei fuisse cõscisas. Itaq. ei pedes,nõ aũt ad ambulandum, manusque,sed nõ ad operandum,remanserunt. O ęterne Deus, q̃ terribiletps illud
27 erit,qñ impius se peccatis onustũ, tormentisq. oppressum perspexerit,& se intellectũ atq. uoluntatem uiderit habere,non ãt ad pniam agẽdam, peccatisq. suis remedium adhibendum. Quid daret unus ex dãnatis, ut nunc mereri posset,quo se ab illis perpe
Eccl.5. tuis ignibus liberaret? Ideò ad uos clamat S.Esaias,dicens: Quærite Dñm,dum inueniri potest. Nunc diligentissimè nos oportet laborare ob duplicem rationem.Prima est,
Psal.101. quia breuissimum nobis tps conceditur.Da uid illud diei comparat, dicens. Dies eius
1.Ioan.2. tanquam flos agri,sic efflorebit.Flos campi mane uirescit, uesperi autem marcescit,& arescit, talis est hois uita.B. Ioannes adhuc breuiorem ellam depinxit, dicens: Filioli nouissima hora est. Et hoc dixit, cùm iam dixisset, Mundus transit, & concupiscentia eius,qui autẽ facit uoluntatem Dei,manet
in æternum, quasi diceret; Adeò uelociter
28 transit mundus, ut nemo dicere possit,ego securam habeo unã horam uitæ.Ecquis est in toto terrarum orbe,qui certò possit affirmare,se integram horã esse uicturum?Nullus utique.Quare ergo ò miseri filij Adę,ĩ re tam graui, quæque uobis tanti interest, tam negligentes uos prębetis, tamq; te alto sopore dormitis?præsertim cùm ad eam tractandam,ne ad horam quidem unam,certã uitã habeatis? Vt aũt maiori timore terrea mini,uidete quanto magis rem hãc S.Iob abbreuiarit,dicens. Gaudium hypocritę ad instar puncti. Vnum instans habet peccator ad delectãdum se,& tu ad merendum aliud tantummodo instans habes:& tñ miserabilis est uisu tepiditas, pigritiaq. nostra.O q̃ uice uersa facit diabolus: uidens.n.tps breue esse, diligentissimè accelerat nobis bellum inferre. Et sic dicit B.Ioannes: Audiui
29 uocem magnã in cęlo,dicentẽ. Vę terrę,& mari,quia descendit diabolus ad uos habẽs iram magnam,sciens, ꝙ modicum tps habet.Væ ecclesiasticis,secularibusq. hoibus, uæ terrę, & mari, quia.n.videt diabolus se breue tps ad nos persequendos habere,diligentissimè nos infectari accelerat.Sicuti faciunt accipitres Irlandię, qui(ut in illa regione breuissimi sunt dies)talem habẽt instinctum, ut diligentissimè properent, aucu pari,ꝙ si non fecerint,in nocte famelici remanebunt. Diabolus in hac uita aias aucupatur,postea uero securi erimus. Et quãdoquidem ille ꝑpꝛpis breuitatem nobis ossicere accelerat,quare nos summa animi cõtentione non laborabimus,ut ab eius fraudibus liberemur? Ecquis nos detinet? ꝙ si quis dicat.Pater,nunc quibusdam negotijs sum implicatus quibus confectis saluatio-
30 nis meæ,negotium me studiosissimè susceperum,esse promitto.O stulte, q̃ lõge opinione falleris, his fraudibus tere diabolus excæcat. Quid diceretis de hoie stãte iuxta fluuium, qui optimè posset pertransiri,si ipse lentissimè in ripa maneret? Quid istic facis frater? ipse uerò diceret, expecto donec hę aquę prętereant,nunquid maior amẽtia uideri potest? frater prætereunt illas, nã illæ nunquam defluere cessabunt. Post alias ꝑ. alię,& aliæ subsequuntur.Negotijs detineris,& dicis,tradam nuptui filiam meã,recipiã hoc uectigal,&c. Postea verò de rebus ad conscientiã meam spectantibus agam, meq. uerè & ex aio Deo tradã? Attẽde frater post unum negotium aliud obrepere,& post illud aliud, etenim negotiationes huius seculi, sunt ueluti aquæ fluminum, quę defluendi nunquam faciunt finem. 31
Animaduerte, quò magis negotia tracta re studueris, eò plura tibi à diaboli esse offerenda. Prætereà tu aquas illas, succide negotia tua, quæ nisi prætereris,atque deposueris, nunquam penitus finientur, sed

Simile.

Iob 20.

Apoc. 12.

Simile.

Simile.

usque

Universidad de Deusto
Biblioteca

usque ad mortẽ tibi suppetent. Dispari quidem feruore, atque diligentia iusti aĩę suæ negotia pertractant. Idcircò in sacris literis diuersis noibus diligẽtiam significantibus nuncupãtur. Esaias etenim dicit: Qui sunt isti, qui ut nubes uolant? O quam celeriter decurrunt nubes aquam deferentes ad irrigandã terram. Dauid eos appellat sagittas, maximo impetu dimissas, quæ non sistunt quousq; ad scopum perueniunt. Sic etiã hi quousq; Deo fruituri in cęlum conscendãt, nõ sistunt. Sicut sagittæ (inquit) in manu potentis, ita filij excussorũ. Hos accersit sponsus, dicens: Surge propera amica mea, quia cum hac celeritate uenit ipse in aĩam iusti. Ideo ibidẽ dicit. Ecce iste uenit saliẽs in mõtibus, trãsiliens colles: nihil etenim illi impedimento est quominus in aĩam iusti descendat. Et sic passionis suæ tpe dixit Iudæ: Quod facis, fac citiùs: admonebat eum, ut agilem se in ipsius morte tractanda præberet. Vt quid tanta festinatione opus est, ò diuine hoium amator? nidelicet, ut uos commonefaciã, siquidem ego pp utilitatem uestram tanta cum festinatione uenio ad uos: sic etiam uos ad me uenire oportere.

Esai. 65.

32

Pſal. 126.
Cant. 2.

Cant. 2.

Ioan. 13.

33 Secunda ratio, quare in spiritualibus rebus tractãdis diligentes nos præbere deberemus est, quia licet uitã nostram sexaginta, aut septuaginta annos duraturã esse certò sciremus, stultum est indefessam senectutem, in qua ad labores perferendos non sunt uires, priam differre. Quòd si quis dicat, ò pater, impossibile mihi uidẽt ab hac mala uiuendi rõne me posse recedere, sed ĩ posterũ melius me posse recedere arbitror. O miserum te? si nunc istud tibi difficile uidetur, quãto difficilius tibi erit, postquã uitium incaluerit, arq; inueteratum fuerit, & altiores in te radices egerit, naturaq; corruptior extiterit? stultissimũ esset quẽquam dicere: facilius esse Romam ex mille itineribus q̃ ex decẽ redire. Vnumquodq; pecca tũ est unum iter, qđ te à uirtute, atq. à Deo separat, qũo igitur facilius tibi erit ad Deũ

Simile.

34 redire postquam mille peccata cõmisisti, q̃ cum decem tantummodo perpetraras? Ea propter dicit Hieremias: Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: Plangite eum, qui egreditur (.s. ad peccandum) non reuertetur ultra (.s. ad Deum per pœnitentiam.) Etenim qui peccat, & se corrigit, seque in meliorẽ frugem recipit (ait Beatus Hieronymus) non est deplorandus, quia

Hier. 22.

(ut dicit Ecclesiast.) Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & nõ peccet. Illi autem, qui in malo perseuerant, sanguineis lachrymis lachrymandi sunt. Væ illis, qui in uia Cain abierunt (ait S. Iudas in sua Canonica) uia Cain fuit impœnitentia. Obstupendum utiq. fuit, hoiem in cæteris rebus prudentem tot annos (septem enim progenies suas uidit) in peccati pertinacia perstitisse, nec unquam ad Deum cõuerti uoluisse. Liberet uos Deus, ne in peccatis callum faciatis: hoc uerebatur. Dauid, cum diceret: Cur timebo in die mala? & respondet, & dicens: Iniquitas calcanei mei circundabit me, id est: Peccata usque ad mortem producta, me in infernum detrudent. Ne autem in hanc miseriam deuenias, amodo tuæ malæ uiuendi rationis filium abscinde. Tu autem frater, qui nondum contaminatus es peccato, caue ne illi aditum parefacias. Dicit enim Beatus Ambrosius. Facilius inueni qui innocentiam seruauerit, quàm qui congruè egerit pœnitentiam, quot homines reperietis, qui totum uitæ suæ tempus in puritate, & innocentia facilè traduxerunt, per paucos autem, qui postquam animam suã peccatorum maculis infecerunt, congruè, & sicut oportet conuerterentur. Ad secunde igitur rationis initium rediens, cõcludo, dicens. Licet à Deo syngraphã haberes te plurimos annos esse uicturum, nequaquam tamen pœnitentiam in posterum à te differri oporteret. Nam sicut insanum crederemus mulionem, qui cùm plurima iumenta deferret, in quæ onus posset diuidere, in iumentum tamen deterius, atque imbecillius illud totum injceret, sic etiam, & multò quidem dignior est reprehensione, quiq. ut irrationalis habeatur, qui uniuersum pœnitentiæ pondus defessæ, ac debili uult imponere senectuti, præsertim cùm per totũ uitæ tempus onus istud posset diuidere, cũ plures uires atq. possibilitas suppetũt. Cui uestrum fratres charissimi, hæc ratio non quadrat? O Deus infinitę Maiestatis, horum Domine cæcorum oculos illumina, quò hæc, quæ nunc eis tuo nomine intimo cognoscant, atque intelligant.

Iudas.

35 Psalm. 48.

Simile.

36

37

Hæc cũ dixisset, exput ĩ terrã. Quis adeò insipiens erit, qui hæc oia mysterijs carere arbitretur. Etenim, qui solo uerbo illũ curare poterat, lutum, rem (humano iudicio) adeò cõtrariam cõficit, & super eius oculos illud imponit. Siquidem aũt qui hoc fecit Deus

Deus est maximũ aliquid in hoc significare uoluit. Nonne aliquãdo audistis, nullã esse aptiorẽ commissurã, q̃ ex ipso pãno? Qui ipse si uestis saccea, & rudis est, rudi ét commissura resarcietur, si uerò purpurea, purpureo pãno repeciet. Sic igitur fecit hic Dñs,

Simile.

38 terreũ n. hoiem terra curat. Tu ò peccator, q̃ cõscissus es, uis resarciri? volo. Siqdẽ ergo lutũ, & terra es, luto, & terra te resarci. Et tu superbe, sẽsualis, auare, & cuius has scissuras reficere, istisq; cæcitatib⁹, ac morbis mederi? luto igitur te resarci, hoc est, reminiscere te lutũ esse, & hodiæ, aut cras in puluerẽ esse cõuertẽdũ, & hac cõmissura tibi remediũ poteris adhibere. Per hoc ét unguẽtũ ex terra, & saliua confectũ Christus Iesus Deus, & hõ designatur. Vt igitur ex infirmitate tua saneris, efficacissimũ remedium est hunc clementissimũ Dñm supr oculos collocare, cõsiderando mysteria, quæ, p te operatus est, & quæ pp te, tãtoq̃ cũ amore tormẽta toleravit. Aspicientes in serpentẽ, q̃ Moyses exaltauit in deserto, ij, q̃ abignitis

Num. 21.

39 serpentibus morsi fuerãt, sanabantur. Quãto igitur melius ab spiritualibus plagis sanabuntur, q̃ attentè, atque affectuos e Christũ Iesum supr oculos collocarint? Ideo pro eo, q̃ nos legimus: Qũ in me speravit, liberabo eũ. Beatus Hieronymus uertit ex Hebræo: Qũ mihi adhæsit, liberabo eũ. O fratres mei si ex oĩbus horis, quas in die cõsumitis, unã saltẽ quotidie uelletis cõsumere in hoc sacro unguẽto uobis supr oculos collocãdo, ad hũc diuinũ Dominum cũ charitate, atque affectu accedentes: ò quantũ animabus uestris remedium hinc eliceretis.

Psalm. 90. Hiero.

Vt eum sanũ Iudæi perspexerunt. *Adducunt eum ad Pharisæos.* Quãdiu hic hõ cæcus existebat, nemo cum eo cõtendit, ut autem eius oculi aperti sunt, omnes eum persequuntur, oẽs cũ supplantare conantur. Si de mundo fuissetis (dicebat Dominus) mũ-

Ioan. 15.

40 dus quod suum erat, diligeret, quia uerò ẽ mundo non estis, propterea odit uos mundus. Corui pullos suos, cum eos albos uideant, reiciũt, ut autẽ pennæ eorum, accrescunt, & sicut parentes sui nigrescũt, statim eos recipiunt, & fouent. O munde immunde, etenim nullos alios uis nisi coruos nigros qualis tu es. Hi igitur corui cùm cęcũ hunc uirtute, ueritatiq̃ confessione candidũ pspicerẽt. *Ejecerunt eum foras. Quod audiens Dominus eum uenisset eum, &c.* Si eũ inuenit, ergo quęsiuit. O bñdictus talis

Simile.

Deus, & glorificatus talis Dñs. Aĩaduertite fratres qũo illũ Deus quærit, quem mund⁹ ipsius causa persequitur. Quo tẽdis Rex cælestis? ad quęrẽdũ hoiem, qui mea causa ex Synagoga relegatus eiicitur. O fratres charissimi, qs adeò fœlix esset, q̃ pp Iesũ Christũ relegari mereretur, atq. hoc eliliũ ęquo aĩo pateretur. Relegemus igitur nos ex nobismetipsis, & ex securitate nostra, atq. ad

41 cælestem lucem confugiamus, ut nos gratiæ suæ lumine clarificet, posteaq̃ ad cælestem gloriam perducat. Amen.

Feria VI. post Dominicã IIII. in Quadragesima.

Erat quidam languens Lazarus à Bethania, de Castello Mariæ, & Marthę sororum eius. Ioan. 11.

REFERT S. Euangelium duas fuisse sorores, & has infirmũ fratrẽ suum secum habuisse, ex quo apparet, eos inuicẽ se mutuo amore dilexisse. Vna ex maximis miseriis mundi hæc est, uidelicet, quod cum parentes moriuntur, filiiq̃ ad hæreditatis diuisionẽ pueniũt, rarissimè bonos, ac pacisi cos fratres se pbẽt. Hi aũt defunctis parentibus ita pacifici, atq. adunati, sicut antea remãserũt. Catulis pacificis, si os immittas, sta

Simile.

1 tim inter se cõtẽdũt, inuicẽq̃. se morsibus cõsumere conãtur. At q hos inter se de olle cõtẽdere, & rixari, nõ est mirũ, qa bruta animãtia sunt. Fratres uerò ex uno uẽtre, pductos, iu una domo educatos, atq. una mensa alios, p minima quaq. utilitate lites statuere, & quasi catulos se uelle mordere, hoc ẽ valde miserandũ. Præcipua rõ, q̃ reddidit S. Patriarcha Abrahã fratri suo Loth, ne inter

Gen. 13.

cõtẽtiones haberẽt, fuit, qa erant fratres. Et sic dixit ei: Ne q̃so sit iurgiũ inter me, & te, fratres. n. sum⁹, Ecce uniuersa terra corã te est, recede à me obsecro, si ad sinistrã ieris, ego dexterã tenebo, si tu dexterã elegeris, ego ad sinistrã pgã. Attẽdite urbanitatẽ uiri sancti, vult. n. aliq̃d de iure suo amittere, ne cũ fratre suo pacẽ amittat, eiq. facultatẽ cõcedit, ut meliorẽ sibi partem eligeret, ne cõtendendi, aut rixãdi offerẽt occasio. Etiã lites, & cõtentiones cũ extraneis oderat B.

2 Paul⁹, & sic dicebat: Iã quidem omninò delictum est in nobis, quia iudicia habetis inter uos. Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? sed

1. Co. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos iniuriam facitis,& fraudatis, & hoc fratribus.O q̃ diuina uerba & q̃ maxima exaggeratio Christiano,qui cum altero Christiano litigat. Siquidé dicit B. Paulus Oino delictum est in uobis, etenim difficillimũ, ac penè impossibile est quãquã absque odio, ac passione cũ aliquo litigare. Quamobré dicit,quare nõ magis fraudé patimini? hoc est,uidelicet,ut pacé nõ amittatis? Vos autem nõ solùm iniurias nõ patimini,sed etiã defraudatis.Hoc aũt facitis fratribus, scilicet,in Christo.Quanto igitur minus hoc faciendũ est tũ carnalibus fratribus, cum bis fratres sint,uidelicet,per Christianam religionem,& per naturam?Quæ cũ ita sint fratres charissimi,uos deprecor,ut ad hęc dilgentissime aduerta is,nec tam malum exẽplum proximis prębeatis, qui cum vestrismet fratribus uos litigare perspiciunt.

Ex his duabus sororib⁹ una erat, *Maria, quæ unxit Dominum unguento*. Attendite q̃o recensuit S.Euangelista, non peccata quidem, sed uirtutem Mariæ Magdalenę.Hęc etenim erat Maria,q̃ Dñs cõuertit. Nec uerò S.Ioannes de eius turpi uiuẽdi rõne meminit, 4 sed opus illud piũ refert q̃ erga Dominũ operata est.Vt nos in hoc doceat,quũ de absentibus loquimur,nõ eorũ quidé uitia,sed uirtutes nos dicere oportere,atq; ut à nobis pessimã quandã, atq; nimis usitatã consuetudinẽ relegemus.Si de aliquo interrogamini,statim dicitis: Ecquis est?ille nequi in tali oppido publicè uapulauit?ille cuius parẽs cõcrematus fuit? O diabolicã peruersitatẽ,q̃ statim proximi uestri defectum in publicũ prolaturi estis.Humanè historiæ referunt in Græcia,insignẽ pictorẽ extitisse Apellẽ nomine,q̃ Regẽ Antigonũ facie pulcherrimũ cũ uellet depingere, qualis ille erat,(erat ãt cocles, q̃ eũ dformẽ reddbat:) Veruntamẽ pictor prudentissimus semiuersum illũ depinxit, ita ut defectus eius non appareret.Quẽ cũ nõnulli interrogarẽt,cur Regẽ cũ defectu,quẽ habebat,nõ depingeret, ille respondit,dicẽs: Si ego absque eo illũ possum depingere,quare cũ defectu eũ depingã?sic uos facere oporteret ò fratres. Si linguis uestris proximos uestros uultis depingere,bona eorũ opa,mores,atque uirtutes depingite,nõ aũt partẽ detegatis,quę uidetur informis.Veũ proh dolor quã uice uersa hoc facitis,prætermittentes enim bonũ,mala detegitis,proximosq̃ uestros infamatis,& hoc ꝓpter solã malitiã uestrã: cum nullũ utilitatis genus inde capiatis. Ex quo homines murmuratores,atq. effrenatę linguę peculiari⁹,q̃ alij peccatores diabolis similes esse dicunt.Diaboli nãq. ideò nocent, vt noceãt nullo proposito emolumẽto. Ex damnis.n.quæ uobis dęmones inferũt,quę fructũ eliciunt?nullũ utique. Sic etiã murmurator nullũ alium ex detractione fructũ percipit,q̃ se in infernum ꝓcipitare, ꝓximisq̃ suis famã adimere.Vnde Spiritus Sanctus dicit:Abominatio ẽ hominũ ḋtractor. 6 Nõ cõtẽr⁹ ẽ illũ abominabilem uocare,sed ipsam etiã abominationem cum appellat. *Miserunt ergo sorores eius, &c.* In necessitate sua ad spiritualẽ medicũ cõfugerunt.Dulcissimus est usu Christianus infirmus, qui si de confessione loquaris,statim trepidat, atq. deterretur.Deus autẽ,non est Deus oc Psalm.87. cisionis.Dñe Deus salutis meæ, illũ uocabat Dauid.Quid igitur times? corporalem medicũ tota die recũ habes,& ꝓpterea nũmis eius manus adimples, uidẽs aũt domi tuæ religiosum,patrẽ spiritualẽ,statim toto corpore contremiscis, nec in eũ potes aspicere.O intolerabilẽ cæcitatẽ. Attẽdite fratres uniuersam salutẽ uestram in Deo,tãq̃ in prima cã si tã esset, & ad eum uos priùs confugere oportere.In manu Dei potestas Ecc. 10. terræ;ait sapiens & inferiùs.In manu Dei potestas hominis.Omnẽ fęlicem successũ, 7 & salutẽ in potestate Dei esse asserit,uos ãt illam alibi quæritis, fęlicem fortunam, & ualetudinem perquiritis ubi nõ est:in Deo præcipuè illam debetis inquirere. Et ideò Deum fugientes, salutem fugitis.

Et ualdè notãdũ est, q̃ breui sermone necessitatẽ suã retulerũt,dicẽtes: *Domine ecce quẽ amas infirmatur.* Erga Deũ magis necessaria est maxima affectio,cordisq̃ puritas,q̃ uerborũ multitudo.Vidẽs Dauid animã suã egenã dixit.Repleta est malis anima mea,sed tu Dñe usquequo? Optimè posset sermonẽ extẽdere, nec in his uerbis (more hominũ)tã parcus remanere.Vrũtã apud Deũ brevis ille sermo ex inflãmatissimo corde ꝓfluus plus ualuit,q̃ affluentissima uerborũ copia ex tepidis,ac remissis uiscribus educta. Vnde im,ꝓbans Dominus eos,qui orantes in nimia uerborum multitudine omnẽ fiduciã suam statuunt, dixit: Orantes autem nolite multum loqui,sicut Matt.6. Ethnici faciunt. Putant enim,q̃ in multiloquio exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis, scit enim Pater uester quid opus sit uobis,

bis,anteq̃ petatis eum.Multi etiã sunt,q̃ in oratione totũ studium, diligentiamq̃; suam in uerbis optime componendis adhibent,loquentes scilicet cũ Deo,quasi cum Laurentio Valla,aut cũ alio grãmatico loquerent,q̃ statim inepti sermonis, & solœcismi eos accusaturus esset.Frater solida verba ex corde 9 producta,q̃ tanq̃ acutissimę sagittę Dei uiscera transfigant,hęc sunt maximè conducibilia, pręsertimq̃; sic ex munda, atq; syncera aia ꝓficiscunt.Ecce(aiunt)quem amas infirmat: Non dño proponunt amorem quo Lazarus illum diligebat,sed è contra.Nam amor Dei erga nos est immensurabilis. Et ꝓp hunc bñficia in nos cõfert.Q̃d si adamorem nostrum esset respecturus, modica,aut Esai. 43. nulla nobis faceret bñficia.Et sic dicit p Esaiam,ego sum ipse,qui deleo iniquitates tuas ꝓp me,& peccatorum tuorum non recordabor.Reduc me in memoriam.Et iudicemur simul,narra siquid habes, ut iustificeris,qua si dicat.Ex te qd habes ò homo, quare ego tibi bñficiam?nisi bonitas, ac pietas mea intercederet,nullum tibi bonũ fecissem. Quo circa non debemus amorem nostrum proponere,nec siqua Deo ministeria exhibuimus qñ ab eo aliquid petere uoluerimus, 10 imò potiùs quæ ab eo iam accepimus bñficia,ipsi proponere,atque (ut ita dicam) in eius memoriã debem⁹ reuocare.O dñe qui ad me imaginem, & similitudinem tuã creasti,ò dñe, qui mihi fidẽ dedisti,atque in tua sancta Ecclesia collocasti, &c. per amorem, quo hæc in me bñficia contulisti, te deprecor ut & nunc mihi subuenias.Attendite q̃ sancta mater Ecclesia in precibus suis Deo proponit,per mysterium(inquit)incarnationis tuę,per crucem,& passionem tuam, per mortem,& sepulturam tuã. Per bñficia accepta alia denuò ab sponso suo efflagitat.

Respondit dñs dicẽs: *Infirmitas hæc non* 11 *est ad mortem.* Quid domine? iam, iam animam exhalat,& tu dicis:infirmitas hęc non est ad mortem? Pro quo animaduertendũ est,qñ hæc nobis corpora donant,censum q̃ est mors sup illa nobis imponi.Et hoc est q̃ Hebr. 11. dicit B.Paulus,statutũ est hominibus semel mori.Infirmitas uerò est huius census exactor.Quapp fratres mei uos rogo, ut siqui dem ualetudine fruentes,pigri,atque negligentes estis,saltẽ cũ aliquo morbo laboratus,cõsideretis exactorem ad ostiũ stare,qui hunc mortis cẽsum à uobis exigat,maxima q̃ efficacia,ad rationem reddendã nos præparatis,neque expectetis quòusque infirmitas ingraueſcat,cũ .n. præ doloribus insani, atq; extra uosmetipsos sitis,quid rectè ordinateq̃; disposituũ facere poteritis? Idcircò dicit B.Paulus,bonũ aut facientes non deficiamus,tpe .n. suo metemus non deficientes. Gala.6. Ergò dum tempus habemus,operemur bonum.Venit Esau ad patrem suum,ut ab eo bñdictionem acciperet, & dixit ei,surge pater mi & comede de uenatione filij tui,ut Gene. 27. bñdicat mihi anima tua.Venit aũt serò nec eius aduentus ei ꝓfuit,q̃ si paulo antea uenisset,benedictionẽ utiq; accepisset. Sicuti uirgines illæ fatuæ,q̃ serò,atque importunè venerũt dicentes: Dñe,domine aperi nobis. 12 Quæ si citiùs accessissent, apertas ianuas reperissent,&cum sponso introissent.O quam Matt. 25. ad literam hic repręsentatur maledicta plurimorum negligentia,qui si paulò antea peccata sua confiterentur,animasque suas in salutis uia disponerent,quando pleno iudicio & consilio vigebant,remedium in diuina misericordia reperirent,& expectant tunc diligentiam adhibere,quando ita adhibetur ut nihil profit. Loquens Dauid de malitia peccati dicit,pro hac orabit ad te omnis sanct⁹ Psalm.31 in tempore oportuno.O quàm meritò illud opportunũ appellauit,siquidem una lachryma ex intimo cordis dolore ꝓfusa uniuersæ uitæ peccata,& maculas potest abluere,animamq̃ sideribus,ac sole puriorem, atque speciosiorem reddere. Qua opportu- 13 nitate prætermissa licèt damnatus quisquã tantam lachrymarum copiam effunderet, ut mare ex illis conficeret, q̃ Oceanum magnitudine superaret,nihil ei ꝓficere,nec qui Diuus Th. dem(ut ait Diuus Thomas) ad peccatũ ueniale tollendũ sufficeret. Quis igitur nunc 4.sen. dist. negligentem se prębet, tantamq̃ oppor- 21.q.1.art. tunitatem prætermittit?O infelices uos,qui 2.q.3. hoc facitis,q̃ misèrè lamentaturi,& præ nimio dolore,ac penitudine cõpungẽdi estis: cum tamen nihil uobis profuturum sit.

Nunc intelligitis quare dixerit dominꝰ. Infirmitas hęc non est ad mortem. Videlicet,quia illa morte nõ erat soluturus Lazarus uniuersale tributum,ad hoc enim persoluendum,iterum ei erat moriendum. Et sic 14 hæc mors non fuit, nisi pro gloria Dei: *Vt glorificetur filius Dei per eam, &c.* Quare domine, cùm ille obiturus sit, hanc illis responsionem reddis?nam cum sorores eius hoc à te audierint,illumq̃ posteà mortuum perspexerint, confusæ, ac per

Simile.

turbatæ remanebunt, earumq. fidē in maximū discrimen adducis, siquidē eis dicis, infirmitas hæc non est ad mortem, arbitrabūtur etenim, te quæ futura erant, ignorare. In hoc utiq. fidei meritū pspiciendū est, ubi tanta fidei difficultas sese offert. Abrahā dicitur pater fidei, quia cū Deus ille promisserit Redēptorem mūdi ex filios eius Isaac esse nasciturū, posteā tū illū propriis manib. uoluit immolare, obediens in hoc, cum de illo nullatenus dubitaret. Et sic dicit B. Paulus, fide obtulit Abraham Isaac cum tentaretur, & unigenitū offerebat, in quo susceperat repmissiones. Voluit Christus R. N. gloriam suam resuscitando Lazarum demōstrare, potius q̄ in alio ad uita reuocando, quia cū esset uir nobilis, eius mors latius diuulgaretur, & sic eius resurrectio plurib. manifestaretur, & perinde ipsius Saluatoris omnipotentia. Si quidem uno uerbo quatriduanum, ac fętidum mortuum imperando ad uitam reuocauit. Nā philosophi ingenuè fassi sunt à priuatione ad habitū impossibilem esse regressum. In morte āt plurimæ sunt priuationes, mors. n. est quodam non uidere, non audire, non gustare, nō sentire. Denique omne non, & undique nō, & tale, ut ex omni parte non dici non possit, quod si humanæ potentiæ uni priuationi mederi est impossibile, sicuti cęco uisū, surdoque auditum præstare, quanto impossibilius erit tot priuationes, quot in morte reperiunt, restituere? siquidem autem Dominus cunctas illas restituit, illumq; a mortuis suscitauit, infallibile argumentum est ipsum Deum esse uerum.

Gen. 21. & 22.

15

Heb. 11.

Arist. in p̄dica. c. 10.

16

Dicenti Domino discipulis suis: *Eamus in Iudæam iterum.* Dñs ei. *Rabbi nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterū uadis illuc?* Quale est cor tuū, siqdē hoc uis facere? O infinitā Dei pietatē. Maxima certè nobis esset infelicitas, si uiscera Dei, nostris uisceribus essent similia. Etenim si uobis infertur iniuria, uix uobis potestis persuadere, ut illam dimittatis, cum āt uos deū lapidaueritis, ipse cū serenitate maximā illuc reuertitur, ubi iniuria fuit affectus, si per unum ostium illū excluditis, per aliud reuertitur.

17

Seu (ut melius dicā) si illum expellitis, non penitus recedit. Sed illic in ostio uestibus inhærens remanet ad cor pulsans, ut ei iterum ianuas uoluntatis aperiatis. Hoc significauit in illis uerbis, quæ ipse dicit: ego sto ad ostiū, & pulso, siqs aperuerit mihi introibo ad illū. Ecce qūo expulsus, ad ostium tū remanet pulsans. Nunc quærebāt te Iudæi lapidare, & iterū uadis illuc? Idcirco ēt illuc reuerti uolo, ut magna in eos cōferā beneficia. Hoc est. n. ingeniū meū in eos, q̄ me offendūt beneficia cōferre, ut illos hac ratione ad me cōuertā. Hoc ad literā optime explicitū est apud Oseā, ubi constituens Synagoga Deum relinquere, & creaturas amplecti, in tota creatoris sui offensione, sicut apparet ex uerbis quæ ipsa dixit, uadam, s. ad amatores meos, qui dant panes mihi: cum iudicio hominum Deus illis dicturus esse uideretur, siquidem uos mihi terga uertatis, ego ēt à uobis recedā, & tanquā ingratos, & reprobos derelinquam, dicit eis, pp̄ hoc ecce ego sepiam uiam tuam spinis, & sepiā eam maceria, & sequetur amatores suos, & non apprehendet eos. Et dicet, uadam, & reuertar ad uirum meū priorē, q̄a bene mihi erat tunc, magis q̄ nunc. O uerbū dulcius, atq. suauius melle, & locupletius cęlo, q̄ quia homines Deo terga uertunt, dicit se uelle rationes inuestigare, quibus eos ad se conuertat, & ex ipsorum peccatis occasionē sumit ad beneficiendū eis. Propter hoc (ait) causa ob quam uobis benefacio, malorumq̄ occasiones adimo, atq. uos a peccatis abstraho, est uos peccasse, meamq̄ diuinā maiestatē offendisse. Propter hoc sepiā uiam uestrā spinis. O q̄ maximum Dei beneficium est, nie ab eo ita circundari, ut nihil habeā, præter ipsum Deū, in quē oculos conuertā, nec q̄ uoluero conficiam, sed in nulla creatura thesaurū esse cognoscā, nisi in ipso rerum oium creatore, cęteraq̄ oia tormentum, & dolorem esse intelligā. Hoc ipsum mysteriū manifestat ēt Esaias ipsius Dei uoce dicens, consolamini consolamini populo meus, dicit Deus uester, loquimini ad cor Hierusalem, q̄m completa est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Dñi duplicia pro omnibus peccatis suis. Loqui ad cor idem est q̄d blandiri. O q̄tum blaudimentum, & permulsio est, cōpleta est malitia eius, &c. quod pp̄ eorū peccata magna illis dominus beneficia conferat. Suscepit de manu dñi duplicia, p̄ omnibus peccatis suis. Considera qūo punit Deus, siquidem tot beneficia pro peccatis tuis tibi fecit. Deus factus homo: Deus in cruce suspēsus: Deus tot instruit sacramēta &c. occasione unius mali, mille bona Deus nouit efficere. Quod cum ita sit, ne miremi ni quòd

18

19

Osee 2.

20

Apoc. 3.

ni quod cū illum Iudęi lapidare uoluissent, statim ad eos reuertatur, præstantissimū illud miraculū facturus, ut eos illuminaret, & à cęcitate, obstinationeq̄; ipsorum abstrahere. Per reuerētiā huius clemētissimi Domini uos deprecor fratres mei hanc lectionem studiosissimè adiscatis, atque ad eius imitationem doceamini, nunquam malum pro malo, sed bonum pro malo referre.

21

Respondit Iesus. Nonne duodecim sunt horæ diei? Quasi dicāt: tps extitit posteā, in quo se emēdare potuerūt. Et hic est sēsus horū uerborū. Acsi diceret, qd scitis utrum huiꝰ iniuriæ q̄ mihi iferre conabātur, iā illos pæniteat? qa aūt Dñs illos adhuc ī malitia sua pseuerare cognoscebat, alia huiꝰ loci expositio aptior, & cōmodior mihi uidetur. Silicet, sol cognouit occasū suū. Quēad modū hic sol materialis in oriente orit, & ī occidēte occidit, & hoc in duodecim horis, nec est in alicuius hois potestate facere illū anteā occidere, sic erit de me. Etenim non moriar quousq; mea sit uoluntas. Qua pp

Psal. 103.

22

ne timeatis, cū sole. n. estis q̄ sum ego, qui uos illumino, ne in q̄ offendiculū incidatis. Cū āt uenerit nox mortis meæ, tūc sicut homines in tenebris ambulātes offendiculum reperietis: q̄a oēs uos scādalum patiemini in illa nocte. Vñ legitimus sensus horum uerborum est: ego statui tps, i quo mihi moriendum est, quo circa (licet Iudæis omnibꝰ inuitis) ad illam horam peruenturus sum.

Ma. 26.

Lazarus amicus noster dormit. In his uerbis significauit Dñs q̄d interesset ĩter obitum iusti, & peccatoris. Si enim eius amicus est, & moritur, de illo dici pōt: Amicus noster dormit. Et ita dixit Dauid cum dederit dilectis suis somnum, eccè hæreditas Dñi &c. Dicitur āt mors iusti somnus, q̄a quēadmodum hō magno quodam itinere defessus in molli lecto recumbere desiderat, sic ēt iusti mortis somnum dormire concupiscunt.

Psal. 120. Simile.

23

Nec uerò hoc desiderāt, ut corporales huius sęculi labores effugiāt (hæc. n. esset imperfectio) sed ut Deum uisuri, illumq̄; puriùs, atq; ardentiùs amaturi in cęlum cōscēdant, quod est sanctissimum desiderium. At

Iob. 3.

que ideò de iustis dici potest, q̄ dixit Sanctus Iob, licet ad aliud propositum: Quasi effodientes thesaurum, gaudentq̄; uehemēter cum inuenerint sepulchrum. Quia, pse ctò ita morte delectantur, sicut qui locupletissimos thesauros reperiunt, intelligunt n. illā esse ianuam, per quā ad cęlestes gloriæ

thesauros introitur. Veruntamen animaduertite ipsum Iob de singulis iustis dixisse? ingredieris in abundantia sepulchrū, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Si uultis mortem uobis dulcem, atque suauē somnū uideri, oportet uos in sepulchrum puluere, & palea excussos, & cū meritorū abūdantia introire, sicuti triticum fertilis anno mundū, & in maxima abundātia in horreū deferri consueuit. ¶ Finis malorū dicit mors, q̄a renuentes, & inuiti ad eā deferūt. Atq; hinc infert, q̄ parū Deum diligamus, q̄nquidē nō solū nō exoptamus iam in eius societate commorari, uerum contemplantes etiam nobis moriendum esse, toto corpore contremiscimus. O quàm pessimū signum nec uerò istud animaduertimus.

Iob 5.

24

Quia autem discipuli subobscurum hūc sermonem non intellexerunt, manifeste di xit eis: *Lazarus mortuus est. & gaudeo propter uos, ut credatis.* Prudens chirurgus non per ipsum quidem uulnus facit cauterium ad putridum auferendum, corruptionemque euellendam, sed partem uiuā, & sanā perurit, ut per eam putredo erumpat. Itaq. ad uulnera curanda opus est sanam partem torqueri. Quæro a te diues auare, nunquid non reperis in uia famelicum aliquem, & nudum pauperculum? Vt quid hi tot labores patiuntur? uult utique Deus ut hi patiā tur, quo putredo, & corruptio diuitum, eorumque anaritia sanetur. Quid est infantē ubi primum baptizatur, obire, eiusque parentem solum, ac tristem remanere? Illum profectò Deus occidit, ut te sanet. Quod si cùm liberos non habeas fraudulentus fęneratores, & tam ardenti diuitiarum desiderio inflammaris, at uniuersum orbem amplecti uelle uidearis, quid faceres, si filius ille tuus uiueret? & quare adolescentulus tener, & honestus quasi Angelus moritur? ut tu ò carnalis homo saneris, qui mortem esse non recordaris, atque ut cognoscas, sicut ille mortuus est, tibi aliam esse moriendum. Et ut contempleris, quid tibi foret, si te in isto turpissimo, atque infelicissimo statu mors occuparet. Quare permisit Deus Sanctæ Agathę ubera auelli, atque Sāctū Laurētiū i cādenti craticula concremari, siquidem tam sancti erant? uidelicet, ut nos pusillanimes sanaret, atque ut considerem us, siquidem Deus ita uiros iustos tractat, quid nobis facturus sit, nisi ad eum conuersi fuerimus. Hoc est quod ipse dicit

25

26

Hie.15. per Hieremiam,eccè ego in ciuitate,in qua
inuocatū est nomen meū, incipio affligere
& vos immunes eritis? Nō eritis immunes,
Pro.11. dicit Dñs.Et in Prouer. Si iustus in terra re
cipit,quāto magis impius, & peccator?Hoc
est,si iustus recipit in hoc sæculo flagella
Dei,quanto magis illa recipiet impius, &
27 peccator,si non in hoc sæculo, saltē in futu
ro?O q̄ metuendum est hoc peccatoribus,
si noluerint agere pœnitētiā. Discipuli uul
nerati erāt spiritualibus vulneribus,qa Ie
su Christi diuinitatem ex animo, penitus
q́ue credere nolebāt,uoluit diuinus chirur
gus Lazarum contorquere ut per mortem
transiret,cū fidelis Dei amicus esset,ut mor
te illa discipulorum suorū infidelitati me
deretur. Atque idcircò dicit illis,gaudeo p̄ p̄
vos,vt credatis.O quot iustos, & innocētes
Deus percutit,ut peccatores confundantur
& cōsiderent,si iustus tam difficulter salua
Luc.23. tur,quid illi sīmet futurum sit.Hoc significa
uit dñs noster Iesus Christus, cū baiulans
sibi crucem ad filias Hierusalem conuersus
dixit,quia si in uiridi ligno hæc fiunt,in ari
28 do quid fiet?O Christe fili Dei uiui,arbor
uiridis,& decora,in qua nihil unq̄ aridum,
aut sterile extitit,qui nec peccatum habui
sti,nec illud habere potuisti, si cum tā san
ctus esses,tot pro peccatis nostris labores,
ac tormēta ptulisti,quid nos perpeti opor
tet,cū ligna arida simus,nec uiriditatē uir
tutis habeam⁹,sed apti atq; disposīti sim⁹,
ut perpetuis inferni ignibus comburamur?
Lazarus perpessus est mortem,ut Apostoli
illuminati remanerent, acerbissimamq́ue
Iesus Christus mortē toleranit, ut nos illu
minaremur,atq; curaremur. Quid igitur rō
ni consentaneū est,ut uos postquā tāto ei⁹
labore sumus eruditi,pro eius amore facia
Eph.4. mus?Hanc rationem adducebat Beat⁹ Pau
lus ut Ephsijs uirtutē persuaderet, & ad bo
nū operandū cōmoneret,dicens:Hoc igitur
29 dico fratres,atque testificor in Dño,ut iam
non ambuletis sicut gentes ambulant ī va
nitate sensus sui tenebris obscuratum habē
tes intellectum,p̄p ignorantiam,quę est in
ipsis, propter cęcitatē cordis ipsorum,qui
desperantes semetipsos tradiderunt impu
dicitiæ, in operationem immunditiæ om
nis,in auaritia,&c. Idest, quia fidem non
habebant,nec quid plusquām nasci,& mo
ri esse credebant,nec aliquid post huius ui
tæ terminum sperandū, timendum ut esse
ducebant, omnes se turpitudinibus, atque
cupiditati tradebant,ut pecunijs abundan
tius delectari possent, ad nihil enim aliud
se natos fuisse iudicabant. Et sic tantum ex
hac uita se deperdere credebant, quātū uo
luptatibus non indulgebant,uos autem(ait
Apostolus)nō ita didicistis Christum.Idest,
vos aliam longè dissimilem philosophiam 30
professi estis, in aliud populum susc̄ipitis,
& sic multo aliter vos oportet nauigare.O Simile.
q̄ efficax rō si homo rōne præditus eēt,nec
quasi brutū quoddam animal se gereret.Si
cut terra diligenter exculta, & in qua bonū
semen est satum, quæq́ue crebro rigatur,ra
tioni consentaneum est, ut pinguiores fru
ctus ferat,quam desertum aridū & incultū, Simile.
atque in eo nihil unquā satū est, sic etiam
Christianū,in quo Deus tale semen seruit,
quę́que suo met sanguine irrigauerit,alium
disparē fructū ferre oportet, quam Ethnici
faciunt. Et quēadmodū adolescens,qui mul
tos annos in florentissima academia erudi
tissimos quosq; magistros audiuit doctior
esse debet,quā pastor,qui ne primis quidē
labijs literas degustauit, sic Christiani,&c.
& nihilominus ea passim perspicimus,quæ
sine maximo dolore non licet intueri,uide 31
licet,innumeros Christianos Ethnicis ipsis
esse deteriores. Etenim ita ludunt, iuranti
mentiuntur, diuinaq́ue præcepta cōculcāt,
ita delicijs,& cupiditatibus se tradūt,ita in
lectis suis lasciuiunt,acsi nō esset Deus qui
illos uideret. Et ita pauperes affligunt,atq;
excoriant,denique ita uiuunt,acsi oīa,quæ
prædicat fides essent in somnium, aut fabu
la. Eorum autem ratio,& scientia ad nihil
aliud eis deseruiunt, nisi ad nouos modos
reperiēdos,qbus delectentur, quasi irratio
nales essent. Hoc aūt suppliciū est Dei,q̄ si
quidē fide, supernaturalibusq́ue donis abu
si sunt,iusti est,ut ne bonis quidē naturali- Matt.25.
bus benè uti sciant. Dicente Dño qui hēt,
dabitur ei,& abundabit,ab eo autē,qui nō
habet,& quod videtur habere, auferet ab
eo. Idest, quī frustra percepit dona gratię, 32
iusto Deo iudicio bonis etiam naturalibus
denudaī. Et sic licet Christiani sint, ne ille
quidem uirtutes in eis,quæ in Ethnicis, re
periuntur. O cęlum,ò terra,atque insensibi
les creaturæ obstupescite super hoc.

Venit Dominus Bethaniam quatuor di
es post obitum Lazari,cui Martha obuiam
exijt,statimq́ue sororem suam Mariam ad
monuit silentio dicens: *Magister adest, &*
uocat te. Quod cum audisset,consolantibus
illam

illa uiris primarijs Hierosolymæ cōsessim
surrexit, omnesq. seculares consolationes
neglexit:O quam certū est, si Deus ad nos
consolandos efficaciter accederet, statim
hęc omnia sęcularia, citoq. peritura à no
bis esse despicienda,atq. relinquenda. Nos
autem tam diligenter carnis consolationes
33 perquirere, signum est, Deum ad nos nō ita
uenisse. O quantum apud Deum conseque
remur,si hęc omnia despiceremus. Etenim
sicut hę sorores fratris sua resurrectionem
à Domino cōsequutæ sunt,sic & nos etiam
spiritus nostri resurrectionem,q quidem ni
mis remissus,& ferè mortuus est, adipisce
remur. Et quandiu hoc nō fecerimus,sem- Exod.8.
per spiritus demissus, atq. ad cælestia mor
tuus incedet. Dixit Pharao Moysi,sacrifica
te Deo uestro in terra hac. In Ægypto uole
bat tyrannus Deo sacrificium offerri. Et ait
Moyses: Non pōt ita fieri. Abominationes
enim Ægyptiorū immolabimus Domino
Deo nostro? Quod si mactauerimus ea, q̄
colunt Ægyptij corā eis,lapidibus nos ob
34 ruent. Id est non pōt in Ægypto Deo sicut
oportet sacrificiū offerri. Abominationes
uocāt Hebræi ea,quæ coluntur, ab idolo
latris. Ægyptij uero taurū, atq. arietē ado
rabant;Hæc igitur animalia oblaturi erant
Hebræi,q̄ Ægyptij nequaquā fieri permit
terent, quia illa pro dijs habebant. Est igi
tur sensus uerborū Moysi: Hic nō possum⁹
Deo seruire, quomodocunq. enim hoc fe
cerimus,abominabiles erimus. Si ēm ritum
uestrū immolauerimus, Deo qdem odibi
les erimus, si uerò iuxta ritū nostrū sacrifi
cauerim⁹,uobis abominabiles efficiemur.
Sic etiā iustas,si huic sęculo conformatur.
eius q́ue consolationes admittit,fit abomi
35 nabilis Deo, si uerò Deum quærit, illiq́ue
cōformatur,mundo redditur odibilis. Qua
propter ei conuenit ab illo exire,illumq. re
linquere. Vtrumq. uolebat hō habere,neū
uidelicet,& mundum. Veruntamen unum
Reg.28. cor non potest utrumq. possidere. Est enim
parum panni ad tot uestes efficiendas. Pal
lium breue est(dicit Esaias)utrumque ope
rire non potest. Qđ cùm ita sit fratres cha
rissimi hæc omnia sæcularia uere & ex ani
mo dispicite, siqdem tantū animabus ue
stris detrimentū afferunt. Quę nisi opportu
nè reliquēritis, ipsa uos deserēt, & absq.
mūdo,& Deo remānebitis. Animaduertite
Reg.51. quā uelociter omnia prætereūt, sicuti uos
admonet ipse Esaias dicēs,leuate in cælum
oculos uestros & uidete sub terra deorsū,
qa cęli sicut fumus liquescēt, & terra sicut
uestimētū atteretur. Et habitatores eius si
cut hæc interi būt,hoc est in oēs creaturas
oculos conijcite,& cognoscetis oīa in me
liori tēpore dissolui,atq. finiri. O beatū il
lū,q oīa reliquit,ad Iesum Christū uerum
cōsolatorē cōfugiat,sicuti hę duę sorores se
cerūt. O admirabilē sāctarū mulierū amo 36
rē, etenim cū in maxima necessitate illius
auxiliū inuocassent,nec tū uenisset,sed uer
bū quoddā respōdisset, q̄ ēm illarū intelli
gentiā falsū fuit, uidelicet: Infirmitas hæc
non est ad mortē,nunc aūt illū uidens non
scādalizantur,nec se offensas fuisse iudicāt,
sed ubi primū illum aduenire audiūt,proti
nus magna cū charitate, ac reuerentia illi
obuiā exeunt,quasi nihil unquam tale con
tigisset. Necuerò dicunt, eccè nunc uenit,
noluit uenire q̄n nobis opus erat, satis nō
bis in necessitate nostra hospitia, quæ illi
exhibuimus, persoluit, nihil minus. Non
uidetis quomodo eius uerba inuenta sunt
uera cū dixit fratrem nostrum non esse mo 37
riturum? nunquid non mortuus est? Non so
lum autem sanctæ illæ fœminæ hoc non di
xerunt,sed nihil istorū corde cogitarunt,ea
rum.n ardētissimus amor erga Dominum,
ipsarum uiscera penitus occupabat O po
tens amor,ecquid non superas? O quā me 1. Cor.13.
ritò dixit B Paulus, charitas non irritatur,
nō cogitat malum,oīa sustineret,omnia cre
dit,omnia sperat, omnia sustinet. O Domi
ne q̄ sapienter seruos tuos probas, ut qđ
in eis habeas apertè cognoscatur. Sic fra
tres dilectissimi in hoc optimo Deo spera
re debetis aliquando enim minùs uobis re
mediū habere uidebimini, tūc ipse subue
nire cōsuescit. In hac fiducia situ est signum
amoris, quod plenus erat sanctus Iob cùm Iob.13.
dixit,etiam si occiderit me,in ipso sperabo.

Et est ualdè notandum,q̄ pergens Do
minus in sepulchrum,in quo conditus erat
Lazarus, *Lachrymatus est,et fremēs in seme* 38
ipso uenit ad monumētū, Etenim in illo de
functo spiritalis miseri peccatoris interi
tus illi repræsentatus est. O quanta est hæc
confusio infælici homini in mortali pecca
to cōmoranti. Animaduerte ò peccator.Ie
sum Christum tua causa lachrymari, tu ue
rò ne minimam quidem lachrymam, nec
modicum quicquam doloris habere nosti,
cùm te in tam infælicia, atque maledicto
statu perspicias. Aliter profectò facie-

bat dauid postq̃ peccani, fiq dem dicit: Tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Dñi inuocaui, id est. Non expectaui ut me dolor inueniret, sed ego illum quæsiui, atq. inueni, & cũ eo nomen tuum inuocaui, atque à te misericordiã postulaui. Et alibi dicit: Tota die contristatus ingrediebar. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebã à gemitu cordis mei. O admirabilẽ cõtriti cordis efficaciã, quot uerbis aiẽ suæ amaritudinẽ exaggerat, dicente Dño: Tollite lapidem, dixit Martha: Dñe iam fœtet. Sororibus suis fætebat Lazarus, nõ autem Christo Redẽptori nostro. Hominiq fetet peccatũ ꝓximi sui, nõ autem Deo, cũ de illo peccator pœnitentiam agit. Qñ aliqs in errorem incidit, licet miser maximam faciat pœnitentiam, semp tñ qdam illius fœtor ꝓximis remanet, & dicunt, ille est talis, & qualis, atq. illius fragilitatis recordantur, Deus autem horum nihil exhorret, sed quantuncumq; fœtidus, & corruptus peccator existat, si ad Deum conuertatur, benignissime illum cõplectitur. Hoc significauit Esaias propheta dicens, sicut pastor, gregem suum pascet, in brachio suo cõgregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fetas ipse portabit. O dulcissima uerba, & sup gladios acutissimos penetratiua, quæ durissima quæque corda discindere sufficiunt. Contemplamini probitatem Dei. Per hanc etenim metaphoram nos docet, sicuti pastor non deserit, neque despicit fœtam ouem, & suo sanguine cruentatam, imò potiùs absq; ullo honore humeris suis illã imponit, sic etiam, & multo q dẽ maiori charitate peccatorẽ conuersum, & pœnitentem à Deo complecti quantumcunque obscœnus, atq. cruentatus accedat.

Psalm. 39.

39

Esa. 40.

40

41

Exclamauit Dñs uoce magna dicens: *Lazare ueni foras, & statim ꝓdijt q fuerat mortuus.* Hoc significat unam ex prꝫcipuis partibus ueræ pœnitentiꝫ. Nõ sufficit te peccatum lamentari, nisi ab illo atq. ab omni eius occasione recesseris. Qñ Ionas Dei nomine Niniuitas comminatus est, illi lachrymati, saciscque induti sunt. Veruntamen dicit sacra scriptura, uidit Deus opera eorũ. quòd conuersi sunt de uia sua mala, & misertus est super malitia, quam locutus fuerat, ut faceret eis, & non fecit. Non dicit, uidit lachrymas, suspiria, aut saccos eorum, quid igitur uidet? Opera eorũ, q conuersi sunt à uia sua mala. Nisi peccata, & occasiones relinquantur, incassum lachrymæ profunduntur, & à Deo misericordia imploratur. O peccator si uere ploras, ueni foras. Effuge occasionẽ, à mala societate recede, illicitam negotiationem relinque, & ista catena te solue. Sin minus nullam uerbis, lachrimisque tuis fidem adhibebo.

Ionæ 3.

Lazare ueni foras. O diuinũ uerbũ quãtã habuit efficaciã, ita ut quatriduanus mortuus illud audierit, illiq obedierit. Nectñ huius potentissimi Dñi clamores ad nos suscitandos sufficiunt. O miseros nos, quiã cũ mortui Deũ audiant, nos eius ꝓceptis nolumus obedire suscitatum Lazarum tradidit Dñs discipulis suis dicens: *Soluite eũ, & sinite abire.* O Patres sacerdotes cauete ne peccatorem in sepulchro cõmorantẽ soluatis, ne illum in malo statu absoluatis: exeat priùs à peccato, & posteà dicite, ego te absoluo. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiã tuã? Abeat peccator, & priùs concubinam derelinquat, malè partas pecunias, proximiq; sui quod poterit ablatã famã restituat, usurarios contractus dissoluat, & cum inimico suo réconcilietur, & posteà reuertatur, ut absoluatur, quò diuinam in præsenti gratiam, atq; in futuro sæculo cęlestem gloriam percipiat. Amen.

42

43

Dominica in Passione.

Dicebat Iesus turbis Iudæorum et principibus sacerdotũ. Quis ex uobis arguet me de peccato? Ioannis 8.

CATHOLICA Veritate tenemus Christũ Redemptorem nostrum peccatum nõ habuisse. Sicut affirmat Beatus Petrus dicens, qui peccatum non fecit, neque inuentus est dolus in ore eius. Quod siquis dixerit hæc uerba de actuali peccato intelligi, dicit enim non fecit: ideo. Huius ueritatis ipsemet Dominus testimoniũ perhibet, qui mẽtiri nõ potest. Quum uolumus exaggerare nos alicuius rei penitus obliuisci, dicimus Non plus huius rei memini, q̃ primę subuculæ, q̃ indui. Quia absq. rationis usu nascimur. Sed Christ⁹ Redẽptor noster ab instanti incarnationis suę perfectissimus uir fuit. Atque idcirco meritò illum interrogare possumus quo se habuit cum prima subucula, quã induit, quæ quidem fuit humanitas nostra. Et utrũ quando illam induit cũ originalis culpæ macula illã assumpserit. Ad q̃ respondet uerbum diuinum, q̃ hanc subuculã induit: dicens: sortitus sum animã bonã, & ueni ad corpus incoinquinatũ. Eò q̃ hæc ueritas satis supq. manifesta sit, trãseũt Doctores scholastici ad aliam q̃stionem di sceptandam. Videlicet, siq dẽ facto nõ peccauit, utrũ peccare potuerit? & respõdent q̃ non. Et quanq̃ omnes in hac ueritate conueniũt, non tamen omnes in illius ratione cõcordãt. Doctor Seraphicus D. Bonauẽtura dicit: q̃ hoc fecit efficacissima unio illa diuinitatis cum humanitate, q̃ unio adeo efficax fuit, ut ꝓprietates dei qdãmodo humãæ naturæ tribuerẽt. Vna ãt ex ꝓprietatib⁹ Dei est, esse impeccabilem: quæ sanctissimę animæ Iesu Christi cõiocata est. Et ita dicit B. Dionysius, quod naturalibus nostris supra naturã erat: Particeps enim facta est conditionũ diuinæ naturæ ad mirabili q̃ deformitate q̃tum uni creaturę possibile est. Veluti ferrum in fornace diuinitatis accẽsum. Eratq̃ tanq̃ lignum, q̃ plãtatum est secus decursus aquarum. Hoc est sup diuinitatis pelagus insertum sic nullo peccati genere potuit exsiccari. Scopus aũt dicit Dñm peccare non potuisse, qa in gratia, & in gloria fuit confirmatus. Itaq. q̃nis humanitas per hypostaticam, & ꝓsonalem unionem diuinitati coniuncta non esset, eò q̃ anima illa gloriosa esset, peccare non poterat. Etenim quemadmodum in crystallo ad solis radios existente nequeunt esse tenebrę, sic ét anima illa sanctissima in qua diuinitas reuerberabat, illam qppe uidebat, atq. ea fruebaẽ nullam culpæ tenebram habere poterat. Quæ cum ita sint dilectissimi fratres nõ sine maxima admiratione q̃ri potes quare Christ⁹ Redẽptor noster interrogat dicẽs: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* Id é, meam iuuẽdi rationẽ examinate, doctrinã meã cõsiderate, atq; opa mea diligẽter pẽsate, ego uobis facultatẽ cõcedo, supilla legis uestrę modellũ collocate, & experiemini, q̃ ad lineam omnia coaptent. Vt quid hoc dicis Dñe? Homines uitę suæ innocentiã demõstrare, & cum publicis muneribus funguntur, iustitiam, rectitudinisque suæ integritatem in examen adducere, iustum est, quia licèt sint sancti, sunt tñ puri homines, & de illis, ac de ipsorũ innocẽtia quicquam mali possũt alij suspicari. Sic fecit Moyses, qui ait ad Dominũ: Tu scis q̃ nec aselluꝫ quidẽ unquã acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorũ. Sic etiam fecit Samuel dicens: conuersatus coram uobis ab adolescentia mea, usque ad hanc diem ecce prꝫstò sum. Loquimini de me coram Domino, & coram Christo eius, i dest coram rege, utrum bouem cuiusquã tulerim aut asinum: si oppressis aliquem: si de manu cuiusquam munus accepi, &c. Et dixerunt: non es calumniatus nos, neq; oppressisti, neque tulisti de manu alicuius qd piã. Quid uobis de illis gubernatoribus uidetur ô fratres? q̃ sine temporalis utilitatis cupiditate gubernationis onera, & molestias perferebant, solummodo propter unũ Deum. Vtrùm ita nunc Christiani gubernatores efficiant, iam aperte perspicitis: etenim propter peccata nostra, omnia fere nũc in temporali utilitate nitũtur. Atque hos etsi sanctos innocentiam, uitæq; integritatem demonstrare, nõ miror, siquidem tanq̃ de hominibus quicquã mali poterant homines suspicari Christus aũt summa innocentia quorsum hoc fecit? Dico ita fieri oportuisse, ut omnibus ijs, quę in mundo pegit ualorẽ, autoritatemque præberet. Si rex tibi beneficium aliquod contulit, non sufficit eius chirographũ ad suscipiendam possessionem oppidi, quo te donauit, sed opus est ét ut regio sigillo, & subscriptione muniatur. Hæc enim illi chirographo fidẽ, autoritatemq; tribuunt. Ea, quæ filius Dei in mũdo egit ex una parte adeò necessaria fuerunt, ut ex illis uniuersorum hominũ salus, ac uita pẽderet. Sicut ipse dixit: ego (inquit) ueni, ut uitam habeant, & abundãtius habeant. Ex alia parte, adeò noua, atque supernatura doctrina fuit, ut ipsius ét aduersarij fateantur, q̃ nũquam sic locutus est homo.

1. Pet. 1.

1

Sap. 8.

2

Bonauen.

Dionysi⁹.

Psalm. 1.

Scotus Caietan.

3

Simile.

4

Num. 16.

1. Re. 12.

5

Simile.

6

Ioan. 8.

Ioan. 7.

Aug. super Ioan. trac. 35.

7

Prætereà tanti ponderis, ac momẽti res erat à Iesu Christo, eiusq; doctrina dilabi, ut ab eo dilabi esset, & nunc sit, ab ipsa uita dilabi. Prætereà etiã adeò incognitus, pauper, & humilis, tamq̃ abiecta societate, uidelicet pauperculis piscatoribus cõmitatus Deus uenit in mundũ, propter saluté redemptionemq̃ nostram, ut Deus esse nõ dignosceretur. Denique talis uenit diuinus sol iustitię, sicuti dicit B. Augustinus adeo eclipsatus, & obscuratus humanitate nostra, ut oporteret ei lucernã testimonij perhibere. Res obstupenda esset siquis solẽ in tali dispositione ꝓspiceret, ut necesse esset, illum lucernę lumine demõstrari? si Deus in celsitudinis suę maiestate ueniret, hoc

sustu-

sufficeret ad doctrinæ suę comprobationē, quāuis altissima mysteria prædicaret. Quia uerò in tā humili, ac submissa forma uenit, & in ea res altissimas, & cœlestes p̄dicauit, necesse fuit, ut illa, q̄ prædicauit, ita cōprobata, eoq; sigillo munita nobis relinqueret, ut defraudari nequaquā posset. Hoc autē
8 sigillum, & subscriptio est ipsi⁹ innocentia. Esse namq. illū impeccabilem, & innocentem, sicut iā supra dictum est, ex diuinitatis unione illi aduenit. Et innocentiā suā manifestè demonstrare, est omnia, quæcunque docuerat firmissimo sigillo munire. Loquēs Beatus Paulus de hac ueritate, rationemq; assignans, quare summus sacerdos Christus nos à peccato potuit liberare cū nō suffecerint legis ueteris sacerdotes hoc efficere: sufficientē & peremptoriā rationē assignat, maximum discrimen, quod erat inter illos,
Hebr. 7. & Iesum Christum. Nā illi erāt peccatores: Christ⁹ autē Redēptor noster erat innocēs. Et postquā plurima ad hoc propositū dixerat, concludit dicens. Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex sanctus, innocens,
9 impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Qui non habet necessitatē quotidiè quemadmodū sacerdotes, priùs pro sui delictis hostias offerre, deinde pro populi, Ex hac conclusione Beati Pauli infertur comprobationē huius ueritatis, ui delicet quòd Christ⁹ fuit Redēptor noster, in eo cōsiltere, quod fuerit innocētissimus, & ideo opus fuit ut innocentiam suam ipse demonstraret. Etiam tam solicitus fuit in innocētia sua ostēdēda, quia fuit perfectissimus Magister, & sicut talis necesse habuit
10 docere non solum quomodò homines debeant operari, uerùm etiā quomodo alios docturi sunt. Hoc aūt docuit innocentiā suam patefaciens, si enim in Magistro est morū corruptio multò plus officit, quā proficit. Et in mysterio, ac significatione, quòd in Magistro nō sufficiunt sola uerba. Præce
Leuit. 5. pit De⁹ sibi turturē immolari, eiusq; caput ad pennulas retorqueri. Quid ergò hoc referebat? uoluit Dñs in hoc significare illū, qui se Deo sacrificat in officio magisterij rostrum simul & alam illi esse oblaturū. Id est, manu simul & lingua esse operaturum, ita ut eius uerba sanctis operibus comitata
Num. 11. procedant, dixit Dominus ad Moysen. Cōgrega mihi septuaginta uiros de senioribus Israel, quos tu nosti, quòd senes populi sint, ac magistri, & auferā de spiritu tuo, tradāq; eis. Vt sustentent tecum onus populi, duo hic singularia notanda sunt, alterū est quos tu nosti, quòd senes populi sint. Ex quo apparet illū non de senectute annorū numerō cōputata, neq; de exterioribus canis, sed de uitę sanctitate, atq. integritate fuisse loquutum, si.n. de illis loqueretur non erat opus dicere, quos tu nosti. Alterū est, Auferā de spiritu tuo, & tradā eis. Moyses elegit septuaginta uiros, sicut sibi à Domino p̄ceptū fuerat; Deus autē eis spiritū tribui. Nam ad sancta ministeria exercenda uirtute, atque spiritu, opus est. Et nominatim dicit, de spiritu tuo, quia non quicūq; spiritus sufficit, nisi spiritus Moysi. Quod nō pueriliter quidem oportet intelligi, scilicet Deū spiritū Moysi diuisisse, hoc est aliquid de illius gratia detraxisse, sed sic intelligitur, eundem spiritū dabo illis, quem dedit tibi. Eundem feruorē, diligentiam, atq; zelum in eis constituam, ut sustentent tecū onus populi. In quo detegitur ad quid gratia, & spiritus hominibus cōcedatur (ut Paulus ait,) Ad ædificationē corporis Christi, non ad otiū sunt uocati ministri Ecclesiæ, sed ut sustentent onus populi. Quærit Deus, nunquid partu
Iob. 39. rientes ceruas obseruasti? Incuruantur ad fœtū, & pariunt, & rugitus emittunt. Cerua
12 ut ceruulos parturia, maximū peperitur dolorē, & in tpe partus usq; ad terrā declinat.
Philip. 4. Dicebat B. Paul⁹, filioli, quos ego iterū parturio donec formet Christ⁹ i uobis, Prædicatorē antequā p̄dicet, parturientis dolores perpeti oportet, plorando, & ingemiscēdo, totaq; p̄cedenti nocte in oratione pnoctando, atq. usq. ad terræ pulueré sese humiliare, & incuruari debet, sicuti faciunt ceruæ, populoq. planas, ac manuales res p̄dicare debet. Et sic plurimos ceruulos, spirituales-
Psal. 118. q. filios Deo parturiet, q̄ p uirtutē uelociter decurrāt, nec pedib⁹ i terra (instar ceruorū) nimis insistāt. Oia hęc in cōcionatoribus esse debēt, ut mun⁹ suū bene exequant.
Simile. Quando fœminæ facies fucant, solēt in prō
13 ptu habere uas aquæ, ut quādiu fucū in uultu apponunt buccas plenas habeant aquæ; nè medicamina dentibus officiant. Sic igit
14 ire, de qua loquimur, esse oportet. Etenim Ecclesię deutes sūt p̄dicatores, q̄ cibos, hoc est sanctā doctrinā cōterunt, & mandūt, ut illā animabus ministrent. Dicitur.n. dentes
Cant. 4. tui, sicut greges tonsarū, q̄ ascenderunt de
Greg. in Cant. lauacro. Sup quo dicit B. Gregorius p hos dentes prædicatores designari. Fuci autē, qui-

quibus Ecclesia exornatur, sunt conciones & confessiones. Ne verò quando hi fauci applicantur, dentes, hoc est prædicatores, inani gloria, siue malo aliquo exemplo putrefiant, semper pœnitentiæ, atque orationis aqua illos perfusos oportet incedere, assiduisq. lachrimarum imbribus irrigari. Sicuti faciebat B. Paulus: Castigo corpus meum,
1. Cor. 9. & in seruitutem redigo, ne cùm alijs prædi-
14 cuerim, ipse reprobus efficiar.

Verūtamen animaduertendū est Dominū hanc innocentissimæ uitæ suę rōnē reddere uoluisse, q̄n iam ad æternum Patrē p̄fisci uolebat. Quo nos doceret, ut hoc iter q̄ oibus conficiēdū est, à nobis metipsis uitæ nostræ rōnem exigentes præueniamus. Et qa ipse qua hora discessur⁹ erat, optimè notat, idcirco illud tēpus expectauit. Nobis aūt ignorātibus, utrū hodie, an cras discessuri simus, optimum atq. saluberrimum consiliū est, hanc à nobis rationē quotidie, atq. etiā singulis horis exposcere. Et unūquemque à diuitijs, munere, sensibus, ac demū à
Ephe. 5. potētijs suis quærere, quis ex uobis arguet me de peccato? Et cuicūq. horum ò fratres uos arguerit; talē satisfactionem facite, ut innocentes, atque ad iter faciendū paratiſſi-
15 mi maneatis. Si uos malè partæ diuitiæ, si ablata proximi fama, si status in quo uiuitis arguerit, cū emenda illis satisfacite, q̄a cum ista præparatione securum, planumq. transitum reperietis, quando ad patrem uobis
Psal. 118. eundū erit. Hoc allegabat S. Dauid, Deum exorās, ut ex hoc in alterum seculum cum publica fide, transferret, dicens; Ne tradas me calūniantibus me. Et quare? qa feci (inquit) iudiciū, & iustitiam. Qui sani uolunt uiuere, prima nocte super latus dexterū in quo est iecur recūbere cōsueſcunt, ut iecoris calor accrescat, cibumq. uelociter cōsumat, & sic stomach⁹ manet expeditus. Si.n. super sinistrum latus recumbēt, refrigerabitur iecur, & sic cibus nō bene digeritur, q̄a
16 obtusus, atque induratus remanet in stomacho. Quod si ad corporalem ualetudinem conseruandam hæc diligentia adhibetur, quāto maiorē ad spiritualem salutem cōseruādam oportet adhiberi? Ad quam fratres
Cant. 4. charissimi conseruandam diligētissimè curate quotidie super dexterum latus recumbere rigorosè conscientiam uestram exami
Greg. in Cant. nantes, maximaq; cordis amaritudine, & contritione peccatorum omnium, & eorum præcipue, quæ in illa die commissi-

à Domino ueniam deprecantes, nouamq; emēdā firmissimè proponentes. Sic.n. charitatis claro accrescit, atq. isti defectus, & miserię digerunt. Si uerò super sinistrū latus recubueritis, hoc est, cum mala aliqua intentione peccatū illa nocte, aut sequēti die cōmittendi, cordis frigiditas augebitur, conscientiæ peccata indurantur, & periculosa
17 quædam in anima gignūtur opilatio, & indigestio. O quis nunc uerbis satis exaggerare possēt quā necessaria sit hæc res, quātumque hæ sanctæ exercitationes animæ pnt. Deus p̄ misericordiā suā uobis in animum inducat, ut hęc faciatis, & statim ad oculum (ut aiunt) spiritalē ꝓuentum experiemini.
Eccle. 18. Hoc nos admonet Ecclesiasticus, dicens, Ante iudicium, para iustitiam tibi, ante lāguorem, adhibe medicinam, & ante iudicium, interroga te ipsum, & in conspectu Dei, inuenies ꝓpitiationem. O saluberrima consilia? Beatus uir, qui illa custodierit.

Etiā est hic maximè notāda audacia, qua Christus Redēptor noster aduersārijs suis dicebat: *Quis ex uobis arguet me de peccato?* O Christe reparator uitę, quomodo Dñe tāta cum fiducia te in inimicorum tuorum manus cōmittis? Nunqd ignoras illos semp te calumniari, & semp laqueos suos paratiſſimos habere, ut te in sermone comprehendant? quomodo non times, ne forte aliquā tibi inferant iniuriā? Quia nō habet peccatum, quia eius conscientia toti⁹ culpæ immunis existit. Hoc etenim est optimę conscientię priuilegium, q̄ ubi ipsa est, nullus timor, neq. pusillanimitas commoratur. Si
18 uultis nō timere, habete bonā conscientiā, quā si habueritis, tutissimas protectionis li-
19 teras deferetis, quibus securi mundum p̄tereatis. Cum hac nec riuulos, nec iufortunia, nec fulgura, nec tonitrua timebitis. Talē certè illā habebat Dauid, cum diceret. Si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala, quoniā tu mecum es. Contra uerò cum mala cōscientia nullæ sunt literæ ꝓtectionis. Homini in peccato mortali existenti, etiā cardui lictores esse uidentur, si fulgurat, statim arbitratur se à fulmine esse confundendum. Nunqd arbitramini hoīes mundanos, q̄ ppoliti & alacri uultu incedunt, nullis afflictionib. cōtorqueri, sed totum esse aurum qđ relucet, & nihil aliud interius esse, q̄ quod exterius apparet? Ne tale cogitetis fratres, nā interius in anima uenenosam lethalis culpæ sagittam inclusam

habent

habent, eosq. conscientia ita remordet, ut illos faciat trepidare ét si hoc dissimulét. Sicut hõ, q nimis uerbosam, & rixatricé uxorẽ duxit, & perinde plurimas cum ea molestias, & afflictiones patit, q ãt illum in foro pspexerint, qa hilari vultu, & lęta facie incedit, non dicent illum, uel minimam molestiam pati. Veruntamen domi suæ cũ uxore uitã miserrimam, atq. mæstissimam ducit. Sic ét hos peccatores, licet ridere uideatis, ne illis credatis: nã si eorum corda cernere
20 tis, atraméto nigriora, timoreq. maximo repleta uidereris. Etenim hæc est pœna, q̃ in hoc seculo peccatum cõsequtur. Et sic dixit Deus Hebræos cõminãs: Quod si nõ feceritis oĩa mandata mea, sed spreueritis leges meas, &c. Ponã faciem meã cõtra uos, & fugietis nemine persequente. Et de ipsis dixit inferius: Dabo pauorẽ in cordib. eorum; terrebit eos sonitus folij uolãtis; qũo amplius peccatorum pusillanimitas, atq. timor exaggerari poterat? ò terribilẽ cõminationẽ? Equis est adeò insensibilis, ut illã non sentiat, & magnopere pertimescat? Hæc pœna exercita est in misero Cain. Et sic dixit Deo: Ecce, eijcis me hodie à facie terræ. Omnis igitur, qui inuenerit me, occidet me. Quis te
21 ò miser occisurus est? si quidem nemo præter te, & parentem tuum erat in mundo? Pater autem tuus non te necabit. In hoc utique detegitur quàm timidum, atque pusillanime remanet cor peccatoris, si q̃dem cùm non esset qui hunc interficeret, dicebat, omnes me occident.

Leu. 26.

Gene 4.

Atqui qa Christus Redẽptor noster innocens, & immaculatus erat, nullũ habebat timorẽ, & ideo audacter dicebat: *Quis ex uobis arguet me de peccato, si ueritatem dico uobis, quare non creditis mihi?* Idest, siq̃dẽ absque peccato sum, ergo doctrina mea optima atq. uerissima est, q̃ si uera est, quare nõ creditis mihi? In hac miseria ferè oẽs uersamur, q̃ ueritatem, q̃ nobis dicit, nolum⁹ credere, Dicit tibi p̃dicator: Aiaduerte uitã tibi finiri, mortemq. uelociter ,ppinquare, q̃
22 si te in isto mãlo statu occupauerit, in infernum detruderis. Nec uerò ei credis, sed arbitraris fortasse nõ ita futurũ esse. Primum mendacium, q̃ dictũ fuit in orbe terrarum, fuit illud, q̃ dixit Eua; Ne forte moriamur, rãdens diabolo p̃contanti eam; Cur p̃cepit uobis dñs, ne comederetis ex oĩ ligno paradisi? Hoc fortè q̃ illa addidit, fuit ianua casus eius, hoc.n. forte apprehendit Sathanas,

Gene. 3.

& illo eam decepit, & sic in peccatum lapsã est. Et cùm hoc fortè nos oẽs modo decipit. Est mala mulier Deum offendens, uirumque suo iniuriam inferens, cui conscientia dicit; Ne hoc facias, quia maximum est peccatũ, & si uir tuus hoc intelliget, occidet te. At 23
illa cõscientiæ suæ rãdet; si fortè nescit hoc, & sic ad malum ppetrandum audaciam percipit. Vadit latro ad furandum, dicit ei conscientia; Ne hoc facias, q̃ est patibulum, at ille decipitur, dicens, fortè nõ sentiat. Proh dolor? quod ,ppter hoc, fortè, multa, atque horribilia peccata committunt, fortè (aiũt) hoc anno non moriar, fortè in posterum agendæ pœnitentiæ tempus habeo. O infelix in fortè rem tanti ponderis, ac momenti statuit, sicut est Deum amittere, perpetuisq̃ inferni ignibus cruciari.

Si ueritatẽ dico uobis, quare non creditis mihi? Misit Deꝰ Angelos ad Loth, q̃ eũ cõmonefacerẽt, se ciuitates illas euertere uelle, atque ut diceret generis suis, ut à ciuitate exirent, seq. in securum locũ reciperent. Gen. 19
Pergit illicò bonus senex, & dixit eis Surgite, egredimini de loco isto, quia delebit Dominus ciuitatẽ hãc. Et uisus est eis quasi lu 24
dens loqui. Nolũt ei credere, mittit igitur Dñs ignem, q̃ oẽs deuorauit. Dicit Deus pdicatoribus. Admonete homines, ut à peccatis exeant, sin minus oẽs æternis ignibus comburentur. Nõ uultis ei credere, uel saltẽ ita uiuitis, quasi illi nõ credere tis, nec penitus creditis hoc uobis esse euenturũ? Ali quando igit uos pœnitebit, nec tñ q̃quam proderit. Hæc omnia (ait Dominus) ex pessimo quodam principio dimanãt, uidelicet; *Qui ex Deo est, uerba Dei audit, ,pterea uos non auditis, quia ex Deo nõ estis.* Notandum est unũ ex desiderijs, q̃ in hoc seculo Christiani habere consueuerũt, esse, scire utrũ ex numero electorũ sint, uel saltẽ, utrũ in gratia cõmorent. Hoc aũt desideriũ ex eo pro 25
ficiscit, q̃ sit anima bene ordinata, & ita desalutatione sua solicita, ut curet Deum non amittere. Nec uerò arbitremini bonũ esse signũ, huius rei nunq̃ homini in mentem uenire. Nunqd uos bonum signũ esse ducetis uirũ matrimonio alligatũ in hoc oppido habentem uxorẽ, ac liberos, si in India, aut Flandria moraretur, nunquã sui oppidi recordari? nec familiæ suę meminisse, nec Simile.
solicitudine angi, ac dolere? O si ullo unquam tpe domi meæ me uisurus sum, ubi tãdem cũ uxore, ac liberis reqescã? signũ est

est hoc illũ, ubi commoratur, concubinam habere, nec ad patriã suã reuerti uelle. Idẽ utique dici potest de Christiano, qui nũquã recordatur, nec cogitat, utrùm Deũ aliquando tandem uisurus sit, an si in eius gratia exiliat? signũ est hoc illũ in terra affectionẽ suam collocasse, altasq. radices in illa egis-
26 se. Ij. n. qui nõ sunt in terra radicati magnopere cognoscere cupiunt, utrũ ex Deo sint: & ,p patria illa suspirant, in qua in perpetuũ se uicturos esse sperant. Hoc desiderabant
Psal. 136. Hebræi in Babylone captiui, de quib⁹ dixit Dauid: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus, dũ recordaremur tui Sion. Sic etiã iusti in huius mundi Babylone commorantes cum assidua gloriæ recordatione sustinentur, & pro illa suspirant, & plorant, & quodãmodo cognoscere desiderãt, ut rũ ad illam peruenturi sint. Dic ergo nobis ò maxime animarum nostrarum Redemptor, nunquid non est aliquod signum, ex quo ,pbabiliter conijci possit, utrũ tui simus? O
27 pastor optime nunquid oues tuas aliquo signo munitas nõ habes? Grex tuus, & grex dæmonis uterq. simul depascitur, & conuer satur? Nõne habes rubricã, qua tuas ab alienis ouibus distinguas? Habeo (ait Dominus.) *Qui ex Deo est, uerba Dei audit.* Mea cęlesti doctrina delectari, & ea, quę ad unãquamq. earum spectant opere compleri: hoc est unum spectant, opere compleri. Simile.
moratũ uir Hispanus in Italia, & de patria sua nũcios audire desiderat, si inuenit conterraneũ suum, illum amplectitur, & de patria sua minutissima quæq. ab eo exquirit. Sic uidebitis nonnullos homines, q̃ in hoc seculo cũ Deo conuersantur, & ubi primũ
28 concionem audiunt, cor eorũ prę nimia lætitia pullulat, O q̃ optimũ signum, signum utiq. est istud te patriã illã tuam reputare: hoc autem seculum, ut exilium iudicare. O pater (dicet quispiam) bonos, atque fœlices nuncios tibi Deus concedat, quia tantoperè nos consolatus es. Nam ex ijs, quæ modo dixisti, nos omnes ex Deo esse cognoscim⁹ quidẽ libentissimè, & cum suauitate maxima Dei uerbum audim⁹. Bonũ est hoc fratres mei; ueruntamẽ animaduertite hoc non sufficere: Hic.n. audire, significat obedire: sicuti maledicẽs Deꝰ Adæ, dixit ei: Quia audisti uocem uxoris tuæ: maledicta terra
Gene. 3. in opere tuo, .i. q̃ obedisti uoci uxoris tuę, & comedisti de ligno, ex quo pręceperã tibi ne comederes. Q̃d cum ita sit dilectissimi diuinis uerbis in omnibus, quæ uobis præcipiũt, obedientes benefacere curate. Hoc est.n. prædestinationis signũ probabile, ex quo uos in uia cæli ambulare conijcietis. Et Acto. 13.
si B. Paulus uir erat mansuerissimus asperrimè tamen Simonẽ Magũ reprehendit, illũque cæcitate pcussit, dicens. O plene omni fallacia, & nequitia fili diaboli, non desinis subuertere uias Domini rectas. Vbi uerbũ Domini, uias Domini nuncupauit, qa per illud disponitur anima, ut ad ipsã Dominꝰ 29
ueniat, atq. ut suo tempore ipso Deo fruitura anima ad cęlũ perducat. Veruntamẽ si cũ plurimas conciones audiatis, si uno die, plus quã altera disponimini, & in uitijs pristinis permanetis, manifeste ostenditur, uos non ex Deo esse. O quã miserabile est uisu, quã assiduò prædicat, & quã parum fructus ex tot prædicationibus comparatur? Cœpit Matth. 11.
Iesus exprobrare ciuitatibus, in qbus factæ sunt plurimę uirtutes eius, qa non egissent pœnitentiã, & dicebat, Vę tibi Corozaim, uę tibi Bethsaida, qa si in Tyro, & Sidone factę essent uirtutes, quæ factæ sũt in uobis, olim in cilicio, & cinere pœnitentiã egissent. Et 30
tu Capharnaũ, nunquid usque in cælũ exaltaberis? usque in infernũ descendes. Quia si in Sodomis factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt in te, fortè mansissent usq; in hanc diẽ. O q̃ meritò nunc super hanc durã, atq; obstinatã ciuitatẽ exclamare, atque lamentari possumus, dicentes, Væ tibi N. qa si conciones, quæ in te prædicatæ sunt, in Indijs Ethnicis prædicatæ fuissẽt, fortasse iã cõuersi fuissent. In te autẽ non magis, quã in lapide durissimo impressæ sunt. Væ tibi, uæ tibi. Veruntamen dico tibi qa terræ Sodomorũ; 31
remissius erit in die iudicij, quã tibi. O fratres mei, ne patiamini uerba mea in atrocissima uerbera uobis conuerti, & quãto plus eorũ audieritis, tanto maioribus tormẽtis in inferno torqueamini. Seneca etsi Ethnicus dixit: Doctrinã esse oportere, sicuti cum quis pecunias congregat, ut enim non illas accumulat solummodo ut in arca commorentur, neq;. n. hic est finis thesaurizantis, nisi fortè ille sit aliquis miser, & auarus, qui in arca uult habere pecunias, ita, ut neque uiuis, neq; mortuis ,psint. Pecuniæ qppe sinẽ esse oportet domui ,puidere, cibos, atq; uestes emere, &c. Sic est ergo Sanctũ Euãgelij doctrina, quæ quidem est inestimabilis. Et ad hoc in cordibus uestris illam custodire debetis, sicuti faciebat Dauid, qui dice- Sen. lib. de uita beata.
bat,

Psal. 118. bat: In corde meo abscondi eloquia tua. Et
Sap. 7. quare? ut nõ peccẽ tibi. Et sic dicit de hoc
divino uerbo, & sapientia: Infinitus enim
thesaurus est hominib⁹. Vt autem significe
tur hunc thesaurũ nõ esse, ut abscondatur,
additur ulteriùs, quo qui usi sunt participes
facti sunt amicitiæ Dei. Quod si miser, aua
rus, atque maledictus est, q̃ pecunias thesau
rizas, & in theca inclusas detinet: multo in
fœlicior, atque maledictior erit qui multa
32 audit, multa legit, multa discit, nec tamen
quicquam eorum in lucem profert, nec eis
Rom. 1. utitur. De his dicit B. Paulus: Revelatur. n.
ira Dei de cælo sup̃ omnem impietatem &
iniustitiam hominum, eorũ, qui ueritatem
Dei in iniustitia detinent. Ex cælo, unde mi
sericordiæ, ac dona divina descendere con
suescunt, dicit Beatus Paulus irã, & cõden
nationem illis esse descensuram, qui ex ue
ritate, quam Dominus eos docuit, fructum
non percipiunt. Idcirco de uero sapiente di
Matth. 15. xit Dominus: Omnis Scriba doctus i regno
cælorũ similis est patrifamiliàs, qui profert
de thesauro suo noua, & uetera. Ad hoc o
portet uos divini uerbi thesaurum in cordi
33 bus uestris abscondere, ut quando uobis il
lata fuerit iniuria, de istis thesauris, ea, q̃ Sãc
ti Veteres ab origine mundi, & noui, huiu
sce tempestatis passi sunt, depromatis & in
singulis tentationibus de hoc thesauro pro
ferre, & considerare quomodo illi Sãcti car
nis illecebras contempserunt, eius q̃ ar
dentissimus ignieulos extinxerunt. O sum
me Deus, quàm miserabiles sunt uisu ho
mines hodie sapientia pleni, & tamen distru
pti, atque dissoluti incedunt, nec miseræ ani
34 mæ uestes, neque cibus ex sapientiæ ipsorũ
thesauro præbere uolunt. Quid diceretis d̃
homine, quem sciretis centũ millia aureo
rum accumulata habere, quem tamen nu
dum, atque nudis etiam pedibus incedere
cerneretis? multò igit̃ mirabiliores, seu po
tiùs miserabiliores sũt homines sapientes,
qui sapientia sua uti nesciunt.

Responderunt ergo Iudæi: Nonne benedicimus nos, quia Samaritanus es tu, & dæmoniũ habes? In quo illũ dæmoniacũ esse p
spicitis? Nos dicimus. O quàm insipiens, &
inepta ratio? Plurimi detrahunt̃ de proxi
mis suis, & dicunt quòd insomniant, ille
homo (aiunt) fecit hoc malum. Proba illud:
non sunt testes, neque comprobatio, neque
ulla alia ratio, nisi eos hoc ita dixisse. De
his dicit Dauid: Cogitauerunt, & locuti sũt
nequitiã, iniquitatẽ in excelso locuti sunt.
Posuerũt in cælum os suum, & lingua eorũ Psalm. 72
trãsiuit in terra: hoc est, de cœlo, terra Deo,
& hominibus maledixerunt, non ob aliam
causam, nisi quia sic cogitauerunt, & eis li
buit. O quanta miseria, & deprauatio, quòd
quia sic cogitasti, & in mentem tibi aliquid
uenit, statim dicas: sic seres habet. *Nonne be*
nedicimus nos? Idest, stabilimus, & rectè
dictum affirmamus, quod antea sæpe dixe
35 ramus. Neque enim reprobi, malum facere
contenti sunt, sed illud etiam rectè factum
esse affirmant. Accedit ad te proximus tu⁹
& dicit. Dictum est mihi, & hæc, & hęc de
me dixisse, uolo nunc cognoscere utrũ hoc
uerum sit. Tu uerò tanquam homo non ti
mens Deum, dicis, Dico ita à me dictũ fuis
se, & nunc iterũ hoc sic esse confirmo. O dia
bolicam peruersitatem? nunquid nõ sufficit
peccasse, sed peccatum etiam uis tutari, &
confirmare? Iniqs, quæ dixisti, pessime feci
sti, nunc autem illa benè, rectèque dicta cõ
firmas? nescio quid tibi dicam, nisi te esse
Pharisæum, & Pharisæo quidẽ multò peio
rem. Per reuerentiam Dei uos rogo fratres
ne ita faciatis, sed cùm hoc forte cõtigerit,
dicite; Ego hoc dixi, sed pessimè feci dicen
do, neq̃ dixisse maximè pœnitent, uide qua 36
lem de me uis satisfactionem, & ego liben
tissimè tibi satisfaciam. Respondit Iesus,
Ego dæmonium non habeo. O benedictus, &
glorificatus talis Dominus? Benedictum
Domine os tuũ, quo uerbũ tuę admirabilis
patientię significatiuũ protulisti. O quàm
alienũ est à Christiano timente Deum dice
re, Nemo mihi iniuriam fecit quã non fue
rim ultus. Nã Iesu Christo filio Dei in hoc
seculo commoranti, nullus unquam iniu
riã intulit, de quo vindictam sumpserit, cui
q̃ non pepercerit, dummodo peccator
ad ueniam recipiendam se se disponeret.
Optimè, atq; uerissimè posset dicere, Imò 37
uos dæmoniũ habetis. Verũ non malum p̃
malo reddit, nec secundum q̃ illi locuti sũt
ipse respondet. Sed absque eo quòd iniuriã
eis p̃ iniuria reddat, innocentiã suã defen
dit. Maxima miseria est filiorum hui⁹ seculi
q̃ ad rem defendẽdam, quæ nõ ualet uigin
ti aureos, proximos suos infamabunt, eisq̃
ferè inæstimabilẽ auferent honorem. Con
templamini fratres charissimi, diuinum Ma
gistrum uestrum, quanta cum mansuetu
dine absque ullius detrimento respõdet, di
cens, *Ego dæmonium non habeo.* O si ad
hoc

Luc. 21. hoc attendere uellemus, quanta cum trã
quillitate in hoc seculo uiueremus. Idcirco
dixit Dominus: In patientia uestra possidebi
tis animas uestras. Domini eritis uitarũ
uestrarum, idest tranquillam, ac penã cæle
stem uitã dacetis. Nam qui malum p̃ ma
lo uult reddere, cum mille inuersionibus,
38 ac solicitudinibus inqetus uiuit, nec habet
Rom. 2. uitam sine morte, semper fatigatus ince
dit. Ideò dicit Beatus Paulus. Non uinci à
malo, sed uince in bono malum, idest, ne ab
ira tua supereris. Malum utique uocat irã,
sed uince (inquit) in bono malum. Faciens
bonum, & alteri cum mansuetudine respõ
dens malum, iramq̃ tuam superabis, &
tui ipsius dominaberis, atque cum tranquil
litate in corde tuo remanebis.

Sed honorifice (ait Domin⁹) *Patrem meũ, sed uos inhonorastis me.* Oés peccatores iho
Hiere. 2. norant, & uituperãt Deũ. Et hoc est q̃ cum
maxima exaggeratione Deus dicit p̃ Hiere
miã Prophetã his uerbis: Obstupescite cæ
li sup̃ hoc, dicit Dominus: Duo enim mala
fecit populus meus: Me dereliquerunt fon
tem aquę uiuæ, & foderunt tibi cisternas
39 dissipatas. Quæ maior ignominia, quàm
Deum pro immunditia huius seculi cõmu
tare. Animaduerte autem quibus uerbis
hoc dicit: Obstupescit (inquit) cæli, idest, si
quidem homines tantum malum non sen
tiat, sentite uos illud ò cæli. Quid Domi
ne, ꝓpter duo mala cæli debent obstupesce
re? sic. Nã cernitis me dicere, popul⁹ meus?
quòd si Ethnic⁹ quidã hoc faceret, nõ esset
tam obstupendum. Quod autem populus
meus, meo sanguine redemptus in hanc ui
litatem, & ingratitudinem incidat. Quod si
unus homo tantummodo hoc faceret, tole
rabilius malum esse uideretur, sed populus
meus, quod maior pars populi me ita de
spiciat, hoc est maximè sentiendum, & san
guineis lachrymis lachrymandum. Et quan
quam, ut supra diximus, omnes peccatores
40 in hoc Deũ dedecorant, multò autem ma
gis blasphemi, sicut hi Pharisæi, qui eum Sa
maritanum uocauerunt, & dęmonium ha
bentem dixerunt. Et ij, qui nunc suis male
dictis oribus, aliquam diuinę Maiestati bla
sphemiam dicunt, quiq̃ passim sanctum
ac uenerabile ipsius nomen, hinc illuc, qua
si per humum trahunt, hi (inquam) maxi
ma contumelia Deum afficiunt. In alijs ete
nim peccatis aliquam excusationem pecca
tor habere uidetur. In die iudicij dicet hõ
sensualis: Domine, tu me ex debili carne
fecisti, & ideò peccani. Dicet epulo. Domi
ne cibi maximo mihi erãt appetitui. Dicet
superbus, & nationis auidus. Domine in ta
li mundo uiuebamus, ut is, qui sibi iniuriã
inferenti dimitteret, gallina diceretur; Om
nes denique excusationem aliquam addu
cent, qua culpas, pœnasque suas aliqua ex
parte comminuẽt. Tu autem ò blasphemę,
qui sacrosanctum Dei nomen passim vitu
peras, qualem excusationẽ adduces? Dicet 41
Dominus, Vt quid me uituperasti? nec
quid respondeas habebis. Vt autem quanta
sit huius sceleris grauitas uobis apertiùs in
notescat, uerba illa considerate, quæ San
ctus Isaias, singulari quodam cum dolore
dixit, Væ (inquit) genti peccatrici populo Isai. 1.
graui iniquitate, semini nequã, filijs scelera
tis. Summe Deus? & de quibus hæc omnia
dicit? Aduertite quid dicat ulteriùs, Blas
phemauerũt Sanctum Israel. Nec Deũ, nec
sanctissimam Mariã, nec Sanctos, nec cor
pora, nec eorum capita reliquerunt, quæ hu
mi deiecta non trahant, ita ut de sanctissi- 42
mo Redemptoris nostri Iesu Christi corpo
re anatomiam facere uideantur. O terribi
le, atque execrabile peccatũ, quandoquidẽ
illud perpetrantes à Spiritu sancto tã igno
miniosis nominibus obiurgãtur. Deus uos
illuminet fratres mei, ut ij, qui huic uitio
dediti estis, ab eo resipiscatis. Saluatorem
q̃ nostrũ Iesum Christum totis uiribus,
totoq̃ conatu honoretis sanctissimũ eius
nomen sẽper uitæ puritate, atque integri
tate laudantes.

Ego autem (ait Domin⁹) *non quæro gloriã meã: est qui quærat, & iudicet.* O quanta est
hæc confusio uobis, dicentes. n. Christiani
sumus, contenti estis, & tamen cælũ, terrã,
& mare quæritẽtes hominẽ ambitis. Christ⁹
Saluator noster nõ quęrit honorem suum, 43
sed ad cõsistoriũ sanctissimæ Trinitatis pro
cessũ remittit, dicens, *Est qui quærat, & iudicet.* Et si hæ omnes blasphemię mihi dicũ
tur, nõ tamen de illis suppliciũ ego sumptu
rus sũ. Pater meus illas puniet, ego enim nõ
ad puniendũ quidem, sed ad ignoscendum
ueni in hunc mũdum. Et quamuis ego sim
læsus, & iniurijs affectus, ego pro illis pa
trem meum exorabo. Quod cùm ita sit fra
tres charissimi, discamus non nostrum qui
dem, sed æterni Patris honorem exquirere,
& nũc gratiam suam nobis, in posterum
autem cælestem gloriam largietur, Amen.

FERIA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Feria IIII. post Dominicam in passione.

Facta sunt encænia Hierosolymis, & hyems erat. Ioannis. 10.

1 REFERT B. Ioānes quòd celebrabatur Hierosolymæ festum dedicationis templi: & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis, q̄ ēt si fuerat euersū, ſm tamen priorem formam, & magnitudinem, quamuis non tam locuples, ac sumptuosum, reædificatum fait. Et sic etiam porticus Salomonis reędificata est, in qua dicit hic S. Euangelista, q̄ ambulat Iesus. Sup quo magnopere notādū est, quādo Sa
2 lomon hoc templū erexit, septennium in illius ędificatione cōsumpsisse, postea uerò quadraginta sex annos in eius reędificatione consumptos fuisse. Et sic dixerunt Iudæi Domino: Quadraginta, & sex annis ædificatum est templū hoc. Et quamuis tantū tēporis in illius constructione contritū fuerit, non prodijt tale, quale in initio fuerat, erectū. In hoc significauit Spiritus Sanctus, quantū hominis interſit in uirtutis exercitatione, q̄ ab ineunte ætate susceperit, pseuerare. Nā semel hac spirituali ædificatione prostrata, atq. dissipata, difficillime recuperat homo uirtutis habitus, quos antea acquisierat, & uix cum illa facilitate, & gustu iterū operabitur, qua antea operabatur, nec spiritualem illū splendorē, ac pulchritudinem,
3 qua prius rutilabat, recuperabit. O q̄ diligēter uos hæc oportet animaduertere fratres mei. Attendite, si in peccata prolabimini, priusquā ad præteritos feruores redeatis, malosq̄; habitus à uobis euellatis, plurimū tēporis esse transiturū. Animaduerte frater, nisi in uirtute perseueraueris, tēpus esse ad uenturū, in quo te incōstantiæ tuæ magno pere pœniteat, & cū dolore cordis tui meritò dicere possis illud Iob. Etsi ad aliud ppositū dictū fuit. Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos, &c. Sicut fui in diebus adolescētiæ meæ. Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos o'ei. Quando habebam diuinos sapores, maximoq̄ affectu, & Dei amore exardebā. Quando ad diuina Sacramēta assiduò accedebam. Quando me in domum meam recipiebam. Quando pauperes consolans carceres, ac hospitalia uisebā, &c. Quę quidē omnia mea culpa deperditi. Perseuera igitur ò frater in uirtute, & nūquā his doloribus eruciaberis. Vide totā illam sentētiā Iob, & ad hoc propositum redigere.

Ioan. 2.

Iob. 29.

Et hyems erat. Quamuis sapientiū historiographorū sit tēpus, in quo contigerunt 4
ea, quæ scribūtur, assignare. Hoc autē inter cęteros omnes Sāctos Euangelistas peculiarius gloriosus Ioannes effecit, & temporis assignatio aliquando ad rei, quæ agit, exaggerationē multū cōducit. Voluit hic Sāct⁹ Euangelista de illo nunquā satis cōmendato opere loqui, q̄ Domin⁹ operatus est, discipulorū suorum pedes abluēns, suumque sanctissimū corpus in diuino Sacramento, quod instituit, eis præbēs: quod ut amplius exaggeraret, dixit: Ante diē festum Paschæ Ioan. 13.
sciens Iesus, qa uenit hora eius, ut transeat
ex hoc mūdo ad Patrē. Hoc tempus, uidelicet, unum diē ante pretiosissimā eius mortem assignauit, ut significaret, quādo homines suorum familiarium obliuiscuntur, ut
sui recordentur, tunc Christū Redemptorē 5
nostrū sui ipsius obliuisci (si ita diei potest) ut suorū meminerit. Sic etiā hic assignando nobis tēpus, quando Dominus deambulabat in porticu Salomonis, quæ hyems erat, nobis significatur ardentissimum desiderium, quo hic diuinus Redemptor hominum salutem exoptat, quia in medio hyemis quando homines frigore coarctati in domibus suis commorantur, tunc ipse in templum uadit expectaturus homines, quibus prædicet. Benedicta sit Domine tua diuina Maiestas: quia nec solis calore à nostra salute prosequēda reuocaris? siquidem Ioan. 4.
in ardentissimo ueris æstu Samaritanam
mulierem quæsijstinec hyemis frigoribus
à saluatione nostra operanda semoueris. 6
Quod etiam ut Beatus Ioannes significaret, tempus illic assignauit, in quo peccatricem illam mulierem conuertisti, dicens: Hora erat quasi sexta, ut fatigationem tuam Saluator mi melius denotaret. O quantopere solicitudo hęc, & diligentia Dīu pigritiā nostram confundit, Quæcunq. etenim minima occasio nōbis impedimento est, quomin⁹ ad eum accedamus. Hæc duo ad literam repræsentātur, in illis uerbis, quæ dicit sponsa. Ego dormio, & cor meū uigilat. Cor meum, id est, De⁹ me⁹. Et subdit statim, dicēs: Cant. 5.

Vox

Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, colūba mea. Oia hæc uerba dixit sponsus, ut eā ad amorem sui commoueret, atq; ut illam ab alto illo sopore, ac negligētia excitaret. Et dicit ulteri⁹ spō sus: Caput meū plenum est rore, & cincinni mei guttis noctiū. Ecce hyemē, & pruinā, quā cęlestis sponsus p aiæ salute perperit: atq; hoc pro urgentissima ratione subdidit
7 qua illā ad sibi aperiendū cōmoueret. Omnibus ātē his amoribus, ac diligentijs rndet sponsa, dicēs: Spoliaui me tunica mea, qūo induar illa? laui pedes meos, qūo inquinabo illos? Quid? nunquid tu ò aia spōso tuo delicatior es? qa nec a lectulo uis surgere, ne parum frigoris patiaris? O quanta impudentia, & indecorū esset hoc, si fęmina quędam illo cum sponso suo uteretur? quāto igitur mai⁹ erit, q̄ hęc oia Deo rndeat? Aię amanti Deum nullū oportet esse inconueniens; quod ei impedimento sit, quominus dilecto suo deseruiat. Nec diuinis inspirationibus rndere debetis, dicēdo. O si ad uiscenda hospitalia me contulero, fętor ille, atque corruptio infirmorum mihi nocebit.
8 Si ieiunauero, si cilicium induero, si corpus meum uerberibus afflixero, in morbū incidam, aut uenustatē, pulchritudinisq; meæ florem amittā. Etenim illud est dicere: Laui pedes meos, qūo inquinabo illos? Venit ad te diuinus Redemptor tuus tāto frigore fatigatus, tātoq; labore defessus: nec tū tu aliquid pro eius amore uis ppeti? O maximę ingratitudinis, atq; impudentiæ factum? ēt in his uerbis: Hyems erat & ambulabat Iesus, docemur q̄ cum actiorem hyemem, & frigus aia nostra senserit, debet deambulare, ut calefiat sanctis considerationibus, piisq̄ue exercitationibus se in amore, ac charitate inflāmans. De uiro quodam noīe Ba-
2. Reg. 23. haias legitur, quasi maximæ fortitudinis factum, q̄ ipse percussit duos leones Moab: & ipse descendit, & percussit leonem in diebus niuis. Heroicum est, leones interficere, multo autem præstātius factum est illos in ipse niuis occidere, qn̄ manus coarctat̄ frigore contremiscunt. Sic utiq; maxima est aiæ uirtus, atq. fortitudo, q̄ qn̄ de frigidio
9 rem animaduertat, tunc ad seruiendū Deo ardentius, ac firmius confortetur. Etiā hoc tps assignauit, ut ostenderet quodnā festū illud esset, q̄ de templi dedicatione celebratur. Etenim tres huiuscemodi erāt festi uitates, prima dedicationis quæ fiebat in memoriā ędificationis, qñ tēplum primum erexit Salomō, hæc āt fiebat in mēse Octobri. Secūda in memoriam reędificationis, quum illud Esdras reędificauit, & hec celebrabat in uere. Tertia in cōmemorationē sanctificationis, quam fecit Iudas Machabęus, postq̄ à maledicto rege Antiocho fuerat prophanatū. Memoria aūt hujus tertiæ dedicationis fiebat in hyeme. Ex quo ēt eliscere possumus, q̄ siquidē pstantissimus ille dux cū copijs suis, ut uiderūt sanctificationē desolatā, & altare prophanatū, planxerunt planctu magno, posteaq̄. tēplum illud
10 prophanatū mūdarunt, atq. renouarunt, & siquidē nos, qui sumus templa Dei, passim nos prophanatos, atq. immundos aiaduertimus, uera pnīa, crebraq. lachrymarū effusione nos renouare curemus. Si n. arbores, q̄ in hyeme, frōdes, uiroriſq. decorem amittūt, Deus iterū pristina uiriditate donauit, eisq. cōcessit, ut ineūte uere, nouas frōdes, ac flores proferant, hoiem, cui oia subiecta sunt, absq. remedio relinqueret? nō certē, sed uoluit, ut siquidem per peccati gelu gratię uirorē amisit, & prę nimio frigore emarcuit, per uerā pnīam reuiresc at. Quapp fratres mei, attendite hanc sanctā Quadragesimā esse primū uer, in quo uos oportet renouari, ne tā opportunā occasionē prætermittatis. Si autor naturæ auibus prouidit, ut renouarentur, multò maiori rōne, puisu
Simile. rus erat hoibus, sicuti re uera fecit. Habes accipitrē, qui oēs pennas euulsas, atq. confractas habet. Quare est hic accipiter euulsis pennis? rndes tu: Dñe nimium autupatus est, nullum fere nisum, aut coruū uiuū reliquit. Atq. idcirco est nunc deformis, marcilentus, atq. deplumis. Et nunquid ita in posterum remanebit? Non dñe, sed pennas mutabit, plurimisq̄ illū columbis cibabimus, nouasq. pennas recipiet, & breui pristinū decorē, atq. fortitudinē recuperabit. Si igitur his auibus dñs hoc remediū reliquit, qd faceret hoibus. O fratres mei, con
12 fractas fere oēs habemus alas; prę nimia ve-
natione deplumes existimus Iudex, q̄ non pro Reipublicæ quidem, sed pro suametipsius utilitate snīam profert, cōfracta habet alas. Presbyter, qui uadit Romā, non uerò ut peregrinetur, sed ambitione cōmotus, uidelicet, ut Ecclesiasticos honores, atq. reditus acquirat, confractas hēt alas, &c. Nūquid in perpetuū sic aiæ remanebunt? Non oportet fratres nos ita remanere, sed pos-

Ephe. 4. renouemur, sicut nos admonet B. Paulus, dicẽs. Deponite uos ſm priſtinã conuerſationem ueterem hoiem, qui corrũpitur ſm deſideria erroris. Renouamini ãt in ſpiritu mentis ueſtræ, & induite nouum hominẽ, qui ſm Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate ueritatis. Diligenter penſandum eſt S. Apoſtolum dicere hanc renouationẽ in iuſtitia fieri oportere. Peccata.n. committi, fuit maximã quandã iniuſtitiam, & iniquitatem perpetrari. Si in domum regiã ingredereris, & trophęa, atq; arma Regis Hiſpaniæ deleres, atq. in eiſdem ſcutis Maximi Turcæ trophæa depingeres, maxima eſſet hæc iniquitas, & iniuſtitia, modicumq. ſupplicium eſſet pp ea tibi mortem inferri. Si igitur in Dei palatio, q̃ eſt aĩa tua Dei trophęa atq. inſignia deleuiſti, q̃ ſunt gratia, humilitas, patiẽtia, cęteræq. uirtutes, ibiq. Sathanæ inſignia depinxiſti, quæ ſunt ſuperbia, inobedientia, reliquaq́ue peccata, magnum utique tibi beneficium confertur, q̃ cum tu infernalibus ſupplicijs eſſes digniſſimus, cõtentus eſt Deus, ſi iniuſtitiã iſtam retractes, & annihiles, & hoc ſit in ſanctitate ueritatis, hoc eſt, in ſanctitate non ficta, ſed uera, uel ẽt in ſanctitate ueritatis, i. q̃d hanc iuſtitiã uerẽ, & ex aĩo, atq. cũ maximo ſpiritus feruore, & efficacia, non aũt remiſſẽ, & quaſi per ridiculum facias. Etiam magnopere notandum uobis eſt illum dicere. Induite nouum hoiem. In quo noua quædam renouatio denotatur, qua nouus hõ effectus remaneas. Multum intereſt inter renouationem ueſtiũ magnatis, uiriq. primarij, & inter renouationẽ pauperis artificis. Artifex namque contentus eſt die feſto calceos, pallium, ſiue galerum nouum depromere: reliqua uerò indumẽta ſicut antea uetera remanent. Vir ãt primarius, qñ denuò induitur, à planta pedis, uſq. ad uerticem induitur, nouas, ſ. caligas, calceos, fæmoralia, tunicam, pallium, baltheum, ac denique galerum profert. Hoc intereſt inter uerũ, & non uerum pœnitentẽ. Peccator quippè malis ſuis inueteratus, quaſi pauper contẽtus eſt ſe in aliqua re meliorem reddere, cõtentus eſt audire rem ſacrã, aut concionẽ, elee moſynam unã erogare, aut ſemel in anno peccata cõfiteri, atq. ad ſacroſanctũ Euchariſtiæ Sacramẽtũ accedere, in reliqs moribus uiuendiq́ue ratione ſicut antea remanens. Verus aũt pœnitens in oĩbus interius, & exterius renouat̃ nihil de ueteri, corruptaq. uita in ſe relinquens. Et qñ hõ hoc facit, tũc in illo adimpletur, q̃ in Hieroſolymitano templo adimpletum eſt, quod fuit illud ad uſum, cui factũ eſt, dedicare. Nimis decorũ eſt unumquidq. in illis occupari, quibus factum eſt, quod magnæ peccatori cõfuſioni eſt. Nunquid nõ ualdè miſerandum eſt, te ò hõ cognoſcere ad qd fact⁹ fuerit mallẽ⁹, uidelicet, ad malleandum, & in hoc illũ occupare, & ad qd facta fuerit ſerra, uidelicet ad ligna diſſecãda, & ad hoc ea uti, & ad qd facta fuerit ueſtis, uidelicet, ad mẽbra operienda, &c. ad quid aũt tu factus fueris ignorare? & quibus exercitationibus debeas occupari, non dignoſcere? Interrogas B. Auguſtinum, & ipſe tibi dicet, ad quid Deus hominem fecerit; Dicit igitur hic S. Doctor, ad quatuor effectus creaturam rationalẽ à Deo cõditam fuiſſe, uidelicet, ut ſummum bonum intelligeret: intelligendo amaret, amando poſſideret, poſſidendo, frueretur. Creatus es à Deo ò hõ ut in lucris, fratrumq́ue tuorũ deceptionibus occupareris; nec ut fraudulentos facere contractus, &c. Sed ut ſummũ bonũ intelligeres. Nec uerò ut pecuniam, ſecularesq. nænias diligeres, ſed ut Dei probitate ſpecta illum tanq̃ ſummum bonũ toto corde diligeres. Et ſic tãtã poſſeſſionem, dñiumq. adipiſcereris qualẽ eſt, Deũ poſſidere. O admirabilem monarchiam, q̃ conſequitur ille, q̃ Deum diligit, ſiquidem illũ poſſidet, & poſſidendo fruit̃. Auarus pecuniã poſſidet, non aũt illa fruit̃, qa non audet ad utilitatem ſuam ea uti: ſed iuſtus Deum poſſidet illo fruiturus. O infęlix hõ, nunquid arbitraris te ad leues, paruiq. ponderis, ac momenti exercitationes à Deo cõditum fuiſſe? Verùm proh dolor? quàm miſerabilis es ò frater uiſu, quia ab illis uſibus, ad quos a Deo conditus fuiſti, longiſſimè diſtas. Renouare igitur ò frater, & in iuſtitia, & ſanctitatis ueritate renouatus in his ſublimibus exercitationibus quibus exercendis à Deo creatus es occupare.

Similes. 13

14

Similes. 15

16

17

18

Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebat ei: Quouſq; aĩam noſtram tollis? O quã manifeſtè apparet hæc uerba ex rabidis inuidiaq́ue conſumptis uiſceribus prodire. Deus uos liberet fratres ab hac peſte. Quo maiora, atq. præſtantiora miracula perſpiciebant hi inuidi à ſummo cęlorũ Dño fieri, tanto maiori rabie diſſecabant̃. Sic dicit Cyprianus. Nõ efficiamur inanis gloriæ illud ad D. Cyprianus cupidi. Quãto magis aliq̃ melioris ſucceſſu

ſu aguntur, tantò magis inuidus in maius incendium exardeſcit. Atq; idcircò aſſerunt plurimi doctores inuidiam ferè incurabile uitiũ eſſe: Nam quod alijs uitij obuiat, ſ. probitas in fratre ſpecta, hoc idẽ inuidiã auget. Reliqua oĩa uitia ſunt ignis. Quia de lingua murmuratrice ẽt dixit B. Iacobus. Iacob. 3. Ecce quãtus ignis, q̃ magnã ſyluã incendit, & hic ignis æqua extinguit. Aqua, qua uitia extinguũt, ſunt gratiæ, uirtuteſq; proborũ hoĩum. Caſtitas.n. in uiro caſto conſiderata ignem luxuriæ in te extinguit: pudicitia, & uirginitas in ſacratiſſima uirgine Maria Dña noſtra cõſiderata eſſrẽata incẽdia noſtri corporis extinguit. Humilitas in uiris ſanctis contẽplata ſuperbiã noſtrã euertit, & crudelitũ aũt inuidiæ eſt ignis, q̃ Hiſpanè dicitur [*De alquitran*] quia alienarũ uirtutũ, & gratiarum aqua multò magis incẽdit. Sicuti horum infeliciũ inuidia Saluatoris noſtri miraculis ardẽtiùs incẽdebat̃. Præterea cũ pene incurabilis ſit, magnopere ẽt ſe poſſidentem cõtorquet. Et ſic dicit B. Chryſõ ſtomus inuidiã eſſe quaſi uermẽ, q̃ oriť in ligno, qui priùs ipſum lignũ, ex quo gignitur, corrũpit, atq; deperdit. Sic inuidia prius inuidũ ipſum, q̃ alterum deſtruit, & nocet. Nec uerò aĩam ſolum, ſed & corp⁹ ẽt euertit, & ſic dicit ſapiẽs uita carniũ, ſanitas cordis, putredo oſſium inuidia. Nè in hoc abominabile uitiũ inuidiæ incidamus, operæ pretiũ erit nos cõſilium B. Pauli aſſumere: qui dicit: ſi ſpiritu uiuimus, ſpiritu & ambulemus: nõ efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicẽ inuidẽtes. Nam ſiquis honorũ ex petitioni ſe tradit. ſtatim alijs honorificentioribus ſe inuidet, illoſq; ſibi cõtrarios eſſe ducit. Et quò magis accreſcit ambitio, eò magis auget̃ inuidia. Sicut apparet in his miſeris phariſæis. Et ſic hõ his paſſionibus cum afflictione, & cordis amaritudine contorquetur, & conſumitur. Hoc ſignificauit Deus per Eſaiam prophetam dicẽs: In multitudine uitæ tuæ laborasti nec dixiſti: quieſcã. Verba ſunt hæc Dei tibi aĩæ perditæ dicta ponderatuq; digniſſima, quæque perpetua recordatione teneri merentur. Dicit, uiæ tuæ: qa totum hois malum reſumitur in eo q̃ per uiam, quæ ſibi libet, uult ambulare: uoluntatemque ſuam uult adimplere, atque Dei iuſſa contemnit. Quia ſi ſuperbus, aut auarus es, hoc eſt quia ſic libet uoluntati tuæ. Cum ãt hæc una ſit uia, multitudinem tñ uię illam uocat, quia homo quidcunq. ſibi libet, exoptat, atq. ex una in aliã inſaniã deuenit ſemper malum ſuũ operans. Et ideo dicit: laborasti, & non dixiſti: quieſcã. Volo iã quieſcere, & peccandi finẽ facere: uolo has paſſiones deponere, quæ me urgent, atq. contorquent. Volo abhac lite deſiſtere, meq. domum meam conferre. Nolo amplius pauperẽ inſectari. Nolo amplius eſſe cauſa, ut pp me iuriſperiti, & aduocati aĩas ſuas pdant iniuſtam cauſam meã agẽtes. Nõ dixiſti: quieſcã. O Ieſu bone q̃ta cum tranquillitate. uiueret hõ, ſi uellet eſſe bon⁹, & mauult male faciẽdo uarijs tormentis ac afflictionib⁹ contort⁹ uitã ducere. Attendite quale tormentũ receperit maledict⁹ ille rex Achab, q̃ cum uineã Naboth neqret adipiſci, q̃ ipſe uehementer exoptabat, tãta moleſtia ac rabie affectus eſt, ut pedibus ſuis pſiſtere non ualeret, nec quicq̃ ederet: & ſic dicit illic ſacratus. Textus: uenit ergò Achab in domum ſuã indignãs, & frendẽs ſup uerbo, q̃ locutus fuerat ad eũ Naboth dicẽs? nõ dabo tibi hereditatem patrũ meorũ. Et pjciens ſe in lectũ ſuũ auertit faciem ſuã ad parietem & nõ comedit panem. Cõſiderate qd faceret maledict⁹ hic rex ſi totũ ei⁹ regnum ei ſublatũ fuiſſe. Videte qd faciat paſſio hois cordi inhærens. Attendite qd fecerit paſſio in corde Saulis aduerſus Dauid, cum.n. ei uiri qdã ubi Dauid eſſet, nuntiarent eis, dixit, Benedicti uos à Dño qa doluiſtis uicem meã, i. meã infœlicem fortunã. Abite ergo, oro, & diligentius ſparate, &c. conſiderate & uidete oĩa latibula eius, in qbus abſcondit̃, & reuertimini ad me ad rem certã, ut uadã uobiſcum. Quid hoc homine miſerabilius? Quid amplius dicere poſſet, ſi inter crudeliſſimos hoſtes miſera quadã ſeruitute teneret̃? Aduertite quo dolore, ac rabie interius torquebatur, q̃ exterius purpura, & regio diademate ornabatur, Et inferius dicit: q̃ prexit ad inueſtigãdũ Dauid, & uiros eius etiã ſup abruptiſſimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ ſunt. Ideſt per quas ſolę capręſyluęſtres ambulare pñt. Per abruptiſſimas quaſque, atq; periculoſiſſimas rupes illum inquirebant: aduertite quantum laborem miſeri pferebãt. Sepenumerò permittit Deus, ut ad iniquã quandã uoluntatem adimplendã plurimos labores toleremus, & demũ illi non ſatisfaciamus, ſicuti huic infęlici Sauli contigit: qui etſi tot labores, ac pericula in illis mõtib. paſſus eſt nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quam tñ inimicũ suum Dauid reperit, latebat.n.in spelũca,ubi illũ esse penitus ignorabat.Ne simus igitur tã amãtes charissimi fratres,ut cùm pessimus pacificẽ, & summa cum tranquillitate in cœlum ascendere,per labores, & miserias infernum uelimus descẽdere.Cauẽamus à iusperssione, atque
25 afflictione,qua hi miseri uexabantur.

Respondit eis Iesus:loquor uobis,& nõ creditis mihi. Opera, quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibent de me. Discipulis glorioſi Baptistę accedẽtibus,ut interrogarent: Tu es qui uẽturus es? rñdit ipse Dñs:Renũciate Ioãni,q̃ audistis, & uidistis.Hos ẽt ad ipsius opera remittit.Tam bonus medicus erat Dñs,ut una,& eadem medicina bonis,& malis mederẽt. Siquidẽ sanctis illis uiris,ut eũ sequerentur,hisq; pessimis pharisæis,ut eũ crederẽt,unum & idẽ medicamentum pstat,quod est admirabilis miraculorum suorum operatio. In hoc significat Dñs se nõ magis horrere peccatorẽ cõuersum suaq; diuina uia uti uolẽtem, q̃
26 iustum semp in ipsius gratia perseuerãtem, quẽ qdẽ nullatenus horret. Adeõ nãq; bonus est,ut solẽ suum faciat oriri sup bonos, & malos.Tãto studio dedit optimus Dñs sacratissimum corpus suum Iudę,ut saluaret, quãto reliquis oĩbus discipulis. O benedictus,& glorificatus sit talis Deus,qui tã clementibus uisceribus oẽs recipit. Atq; idcir cò eadẽ bonis,ac malis sacramẽta reliqt. Et cum hac mia S.Apostolis suis ptãtẽ dedit, quò pstãtissima miracula operarentur,quibus mundum cõuerterunt Sed dicet quispiam:ẽt flagitiosissimo Mahometo in Turcis,& scelestissimo Luthero in Germania sine miraculis plurimi crediderunt. Dicite mihi,si cymbã in fluuio absque remigio, & gubernatore solã relinqueretis, & postea illã uiginti millia passuum uerius inueniretis nunqd hoc admiraremini? non utique. Si ãt illam uiginti millia passuum superius reperiretis,hoc profecto esset admirandum,
27 nã ut cymba decurrẽtibus fluctibus resistẽs superiora cõscendat, necessario remigijs,& gubernatore ducẽda est.Ita etiam carnales hoies Luthero,& Mahometo credere, qui eos docẽt,& præcipiũt,quę ipsi desiderant, nõ est mirum si per fluminis decursum sensualitatis suæ fluctã sequãt.Vt aũt carnales diuina præcepta reciperẽt,q̃ sensualitati repugnãt,& carnis fluctibus resistẽtes ad superiora cõscenderẽt, necessarij fuerũt remi,& remigatores,qui quidẽ fuerunt S.Apostoli, qui mirabiliũ suorũ remis hoc admirabile, atq; præstantissimũ opus in mũdo confecerunt. Et magnopere notandũ est ad ueterẽ legẽ, cuius obseruatoribus Deus diuitias, ac tpalia bona promittebat, quam maximi quidam prophetę sicut Hieremias, Esaias, alijq; huiusmodi prædicabãt, per paucos tñ fuisse cõuersos:ad legẽ aũt gratiæ,quę in hoc seculo tpalem mortẽ,laboresq; ac calamitates pollicetur?ecce quot in toto terrarum orbe conuersi sunt:cùm tñ illã duodecim pauperculi hoies prędicauerint, qui in totum mũdum illã introducere ualuerũt: quod quidẽ maximæ nobis esse debet cõsolationi,fideiq; confirmationi. Sed dicet aliquis:ego hæc oĩa sic facta fuisse credo.Verũ nonne bonum esset,nunc ẽt miracula fieri? Non utique sunt necessaria.Infans ut benè ambulet,applicatur curriculo, cui inhærẽs uelociter ambulat. Homini uerò iam non hoc opus est.Ecclesia in initio paruula erat, & miraculorum curriculo indigebat; nunc autem cùm iam adulta est,iam eis non indiget, siue illis in Dei ministerio incedit.

Opera, quæ ego facio testimoniũ perhibent de me. O quã bonũ esset fratres charissimi nos curare p bona opera de nobis testimonium perhibere. Miserabile est qđ ad rerũ
29 oĩum substantiã cognoscendã,earum priùs opera & effectus perscrutamur,& perinde in earũ essentiæ cognitionẽ deuenimus:hũ aũt sola intellectus fide,exterioriq; specie, & Christiani nõie contentus est.In quo uerum ignem à picto distinguitis?in eo, q̃ uerus urit,fictus uerò apparentiam tñ habet. Equũ aũt in quo bonũ esse cognoscitis? in eo,q̃ bene currit,& est uelocissimus.Siquidem igit ò frater oĩa in operatione cognoscuntur,diligenter cura optime operari. Et qñ ego in te patientiã aliarũq; uirtutũ experimentã expertus fuero,teq; post nullã secularium rerum affectuose abire cognouero, tunc dicam te uirtutis studiosum esse. Loquẽs S.Esaias de fidelib.nouũ testi ait: & Esai.61. uocabunt in ea fortes iustitiæ plãtatio Dñi ad glorificandũ.Idest quẽadmodũ cẽ hoies
30 arborũ fructibus onusta,ũ pulchritudiné p spiciũt,ad Deũ glorificandũ cõitant: sic ẽt cõspicientes Christianos quasi fructiferas arbores bonorũ operũ fructibus onustos, ad Deũ laudãdũ cõmouent.Opera tua te Dei genitrẽ esse testant. *Sed uos nõ creditis,q̃a nõ estis ex ouib.meis. Oues mea uocẽ mea audiũt.*

Iustos

Simile.

Simile.

Simile.

Iustos appellat oues.Et quãuis plurimę huius rei rõnes existant,duas tñ ex illis præcipuas assignabimus: Altera est:quia oues maximum habent naturę instinctum ut in tpe
Amb. in Hexam. abundãtiæ ad tps sterilitatis sibi prouideãt. Et sic dicit B.Ambrosius,qñ oues sunt iuxta hyemẽ uix saturari posse, ut se prius herbæ pabulo satient,quam gelu adurente herba ois deficiat.Tales sunt iusti, maximã.n.
Hieron. solicitudinem habẽt, in accumulandis sibi meritis, antequam tempestuosa mortis ad ueniat hyems. Sicuti refert B. Hieronymus de D.Hilarione dicens: Hic dùm uideret propinquam imminere mortem,à septuagesimoquarto anno usq; ad octogesimum pene abstinuit,incredibili feruore mentis, vt eo tpe quasi nouus accederet ad seruitutem Dei. O beatam talem ouem? O quam uiceuersa nunc facimus, ò fratres : etenim licet aliquis in iuuẽtute sua parum aliquid habeat uirtutis, ubi primum senescit,cùm iam hyems mortis appropinquat,tunc arbitratur sibi licere uoluptatibus uti, cùm uice uersa fieri oporteat:tunc.n. ad uirtutem
Iosu.13. studiosius amplectẽdã animari deberet.In libro Iosue notabilis quædam laus de illo
31 sancto duce refertur uidelicet.Iosue senex, & prouectæ ętatis erat.Primus, cui hę laus tanquam illa dignissimo tributa est, fuit
Gen.25. Abraham.Nonnulli quippe ante illum nõgentos uixerant annos,sed de nullo eorum dictũ fuit q̃ esset senex, & prouectæ ætatis: quia fortasse plurimis annis non tam benè usi sunt, sicut hi uenerabiles senes paucis, quos uixerunt. Et ideò in his uerbis laudãs eos sacra scriptura, significat illos duplici senectutis genere senuisse annorum uidelicet,& morũ.Curare igit ò fratres lõgęui pũc uirtutes senes esse tanq̃ uere Dei oues.

Alia ratio,ob quã Dñs iustos uocat oues, est promptitudo,qua pastoris uocẽ audiũt,
32 & ab ea huc atq; illuc se deduci patiuntur. Sic ẽt sunt iussi Dei uoci obtemperatissimi
Psalm.28. & illa in oĩbus gubernantur.O quantum lucraremini fratres,si huic diuinæ uoci attenderetis. Dauid.n.affirmat illã magnas, atq; admirabiles operationes in aĩabus illi obedientibus efficere, dicens: uox Dñi super aquas:Deus Maiestatis intonuit, Dñs super aquas mutas. Vos Dñi in uirtute,uox Dñi in magnificentia. Vox Dñi confringentis cedros : & confringet Dñs cedros Libani. Vox Dñi intercedentis flammam ignis.Videbitis nonnullos adeò incõstantes, ut nullam in bono stabilitatem habeant. Multa, & magna se operaturos esse proponũt,post duos autem dies statim deficiunt,sunt tanquam aqua.Nam quid aqua inconstantius? fluat huc uentus, & illam illuc deturbat; Simile. flat ãt illinc,& statim huc eam repellit.Tales quidem sunt homines incõstantes,quo 33
cunq; enim uentorum flatu mutantur:& à sanctis propositis diuertuntur. Mittit Deus uocem suam, & huius inconstantijs uiscera penetrat,illũq; usq; ad mortẽ firmũ,atque cõstantẽ reddit.Vox Dñi super aquas,Deus maiestatis intonuit.Intonat Deus, cùm laborem aliquem tibi immittit,& simul cum labore isto ad cor tuum clamat, & sic tãdẽ aĩa confortatur,& stabilitur, & multę etiã fulciuntur: quia Dñs super aquas multas. Vox Dñi in uirtute.Habet quisquam propositum ingrediendi in religionem, & ex alia parte durissimũ illi uidet̃ seculares uoluptates relinquere, & religionis asperitatibus conformari.Verùm sanctis inspirationibus Deus ad eius cor pulsat , alios imbecilliores, ac delicatiores ante ipsius oculos proponens,qui oẽs illas asperitates pp Deum
34 libentissimè patiuntur. Et ubi primum eũ tangit,eius uoluntatẽ statim aperit,illudq; de quo antea magnopere dubitabat, iam nunc feruentissimè opere exequitur.Ecqs fecit istud? uox Dñi in uirtute,quæ fragilibus uires, atque aĩum addit. Vox Domini confringentis cedros.Quid sunt cedri altę, & in sublimibus montibus plantatæ, nisi magnates, & superbi huius seculi, in magnis dignitatibus constituti: & ut primum Deus illos sua sancta uoce pertigit,statim confringuntur & à superbia sua excidunt. Quia uerò duplex est genus superborum, alterum.s.rerum temporalium,alterum uerò spiritualium: idcircò geminauit hic uerbum,dicens: uox Domini confringentis cedros:confringet Dominus cedros libani. Dicit ulterius : uox Domini intercidentis flammam ignis. Ecquid aliud est flamma, 35
nisi sensualis concupiscentia.Quæ animam comburit,atque in carbonem conuertit?de
Iob 31. qua Iob:ignis usque ad consummationem deuorans:diuitias etenim , honorem , uitã (& quod peius est) aĩam consumit.O quot hoies cum ita inflammati essent, ad Deum conuersi sint?ecquis hoc fecit?uox Domini intercidentis flammam ignis. Eccè efficaciam diuinæ uocis : etenim mutabiles firmissimos,debiles fortissimos,superbas hu-

millimos, sensuales deniq; efficit castissimos. Hos igitur diuinæ uocis mirabiles effectus cognoscēs S. Dauid dicebat: Audiam quid loquatur in me Dñs Deus: qñ loquet pacem in plebem suā. Ne audiatis fratres carnis, aut mundi uoces, quia uos perdent.

Psalm. 84.

De his igitur ouibus dicit hic Dominus; *Et ego uitam æternā do eis: & non peribūt in æternum.* O q̄ dulce uerbum? ecquis non libentissimè labores, calamitates q; oēs huius ſeculi paruipendat, ut tam sanctū, & gloriosum audiat uerbū? Quānis oues meæ (ait Dñs) in hoc ſeculo fameliçæ incedant, sitiq;ue ac uarijs angustijs opprimantur, nec eas mundus æstimet, etsi nullum iam remedium habere uideantur: tutissimæ sunt, ego eis faueo: oues meę sunt: nemo rapiet eas de manu mea. Pastor ille Dauid, qui dixit Sauli, ueniebat leo, & ursus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorū. O bone Iesu, ò bone pastor aiarum, etenim qñ leonem rugientem, (hoc est dęmonem) aduentare prospicit, siq;ue aliquam præ dentibus ouem defert, in illum constantissimè inuadit; & illā ab eius potestate adimit. O quot animas diuinus hic pastor à diaboli unguibus quotidie liberat. Eia peccatores consentite uos à Sathanæ dētibus auferri: attēdite uos in ore diaboli uersari, crudelissimisq; eius morsibus lacerari. Priùs ergò q̄ uos in inferni stomachum penitus deglutiat huius singularis pastoris ope, & auxilio utimini.

1.Re.11.

36

37

Probat autē Dñs oues suas à nemine ex eius manibus auferri posse. *Quia ego (inqt) & pater unum sumus & nemo potest rapere de manu patris mei.* Ergo nec de manu mea. *Sustulerunt ergo lapides Iudæi, &c.* Ea, quæ ad animarū suarū salutē spectabant, non intelligebant. Veruntū cum eis aliq̄d diceret, de quo eū accusare possent, statim illū prorsus intelligebant, sicut hic statim cognouerūt illū dicere se Deū esse. Et ppea eū lapidare uoluerūt. Quibus ait Dñs: *Multa opera bona ostendi uobis ex patre meo. Propter quod eorum opus me lapidatis?* O admirabilē dei clemētiā? uolunt eum homines lapidare, at ille interrogat pp qđ beneficiorū, q̄ in eos contulit, ipsum lapidare conantur. Vnus ex locis diuinarum literarum, ex quibus apertius diuinæ clementiæ magnitudo demonstratur, est hic, uidelicet, q̄ hoc tempore talem eis quæstionē proponat. Magna ex parte Dei misericordiā detegit, illū pp peccata tua mille quingētis annis anteq̄ tu peccares, ieiunasse, eorumq; pœnitentiam egisse. Maxime ēt diuina ipsius pietas ostenditur in eo q̄ Deus tibi alimenta, quib⁹ uescaris, creet, quo tpe tu ipsum offendis. Et multo quidē magis ipsius misericordiā manifestat, q̄ ubi primū hō peccatū consummat statim Deus ad eum cum inspirationibus conuertitur intrinsecus dicens ei: ò peccator qd fecisti, eumq; in peccati sui cogitationem, & planctum, atq; confessionem sacit deuenire. Longe autem maximè celestis Dei misericordia cum his, & similibus illis demonstratur, qui cum ad eum lapidādum lapides præ manibus habent, tūc eos familiariter alloquitur, & cum peccator actualiter peccet, illic Deus ei mittit inspirationes. O perfide peccator, cur me offendis? Desine peccatum, & age pœnitentiam, noli te ita in æternam condemnationem præcipitare. Dixit Deus Oseę: uade, sume tibi uxorē fornicationis. Sume (inquit) tibi concubinam de domo amatoris sui, & duc eam in uxorē. Vt quid Domine hoc ei præcipis? exeat illa priùs illinc, & postea illam ducet. Non utique, sed uade ad eā in peccato commorantem, & illam roga, atque uxorē ducito. Hoc.n. uolo ego populo meo significare, q̄ etsi idolorum actualiter est plenus, ego eum ad ueniam inuito, ut illam à peccato abstrahā. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. O fratres charissimi recordamini quoties cùm lapides præ manibus haberetis ad Deum lapidandum, atq; actualiter etiam peccatis uestris illum lapidantibus, uobis cor uolutatur, quę quidem sunt uoces Dei interrogantis uos: cur me lapidas? Cum Asael cursor uelocissimus persequeretur Abner ducem præstantissimū, qui tū uolebat Asael officere, dixit ei Abner: uade, & apphēde unū de adolescētibus, & tolle illi spolia, nec mecum audeas dimicare, ne fortè compellat confodere te in terrā. Qui nolens declinare, atq; illum audire contēnens eum nihilominus insectabatur. Abner aūt nimia illius persecutione molestus percussit eū auersa hasta in inguine, & mortuus est. O quā ad literā hoc quotidie agit. Habes tu lapides in manu ad lapidandū Deū, qui tibi dicit: recede ab offensione mea, nolo tibi officere. Tu uerò in eo lapidando pertinax es: caue igitur, ne te interficiat, atq; in infernum detrudat, sicut plurimos in peccatis suis pertinaces detrusit. Quę cùm

38

39

Osee 1.

40

2.Re.2.

41

cùm ita sint dilectissimi fratres per clementissima huius optimi Domini uiscera uos rogo, ut lapides istos manib. dimittatis, & ex hac ineffabili Dei pietate fructum percipiatis, ueramq; peccatorum pœnitētiam agatis, ut hoc modo diuinam gratiam consequamini, postea uero ad cęlestem gloriam conscendere mereamini. Amen.

Feria V. post Dñicā Passionis.

42 *Rogabat Iesum quidam Pharisæus, ut manducaret cum illo, &c. Luc. 7.*

IN hodierna S. Euangelij lectione, fratres charissimi de cuiusdam peccatricis conuersione agitur, quæ ad sanctissimos Domini pedes ꝓstrata peccatorum suorum ueniam comparauit. Hoc autem nobis sancta mater Ecclesia spectaculum hodierna die ante oculos proponit, ut si maximę, assiduæq; uociferationes, q̄b. ipsa ad nos huc usq; clamauit, nos ad peccatorum nostrorū ꝓniam inducere nequierūt: his saltem diuinę Dei miæ pignoribus. conuincamur. Maximū auribus nostris excitatorem apponit mulieris cuiusdam in ciuitate sua propter turpem ipsius uiuendi rationem infamis, in toto autem terrarum orbe propter ipsius admirabilem conuersionem clarissimę atq; famosæ, pœnitētiam referēs. Voluit quippe altissimus Deus plurimos peccatores conuersos in cælesti gloria commorari. Nam si eos tantummodo in cęlum conscendisse crederemus, qui nullo vnquam tempore peccauerunt, deficeremus nos peccatores arbitrātes impossibile esse, nos postquā tot peccata cōmisimus, ad ppetuæ illius gloriæ celsitudinē eleuari. Accidit aliqñ plurimos adolescentes longū aliquod iter confecturos è ciuitate discedere, quorum alij sunt robustissimi, & celerrimè ambulāt, alii uerò debiles, qui tā uelociter nequeunt ambulare. Quicū minus arbitramini in urbem reuertuntur, quos si interrogetis, quare regressi fuerint, uobis rndebūt: Dñi socij nostri tam celeriter gradiebant, ut pariter cum illis incedere nequierimus, cumq; nos non expectarent, nec ullo unquam tpe morarentur, diffidentes nos illos consequi posse defecimus, & reuersi sumus. O incomprehensibilem Dei misericordiā? Nisi deus tot tātosq. cōuersos peccatores in cælestibus mansionibus collocaret, ecqd tibi esset infælix? Dicito peccator, quò tendis? in cælū quos socios defers? Iustos. Optimi socij sunt isti, ueruntamen aīaduerte te debilem esse, & nō poteris illos gradiēdo adequare. Verū ne retrorsum regrediaris, sed ad cœlum peruenias hoc de⁹ remedium quæsiuit. ſ. permisit iustos etiam aliqñ commorari, & te expectare, hoc est excidere, & peccatores esse sicut & tu es. Qui nisi caderent, sed semper in uirtute gauderentur tu te illos cōseq; posse desperares. Ecce igitur ò fratres mulierem, quæ diù in peccatis plurimis commorata est, nec passum quidem in uia uirtutis ambulauit, quam Dñs cōuertit, ne uos quātumcunque peccatores sitis de eius misericordia diffidatis. Hoc ē unū ex operibus pp quę semper maximas gratias Deo nos agere oportet. Sic nobis cōsulit S. Dauid dicēs; lauda Hierusalem Dñm, lauda Deum tuum Sion, & plurimas huius rei causas assignās inter eas dicit: Qui dat niuem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit. Mittit crystallum suam sicut buccellas, ante faciem frigoris eius quis sustinebit? emittet uerbū suum, & liquefacier eas; flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Per niuē frigidam peccator significatur. Philosophi unius materię dicunt esse niuem, & aquā. Hoc autem inter utranq. interest, q̄ aqua fluit, nix uerò sistit. Vniuersi homines unius sunt naturæ ueruntamen nonnulli sunt aqua, alij uerò nix. Alij quasi equa clarissima ad Deum finem suum defluunt, alij uerò quasi nix in peccatorum suorum frigiditate commorantur, nec ad bonum aliquod faciendum commouentur. Et da hac niue dicere possumus uerba illa, quę dicit de⁹ per Iob. Nunquid ingressus es thesauros hiuis, quæ præparaui in tempus hostis, in diē pugnæ & belli? Si militibus niuea merces hyberno præsertim tpe solueretur, nullus utique foret, qui se in illorum numerum uelle ascribi. Nunquid est hic aliquis qui in diem prelij niuem thesaurizet, qua se ab hostibus tueatur? Ad hoc plurimi nummi, non autem niues thesaurizari, consueścūt, Deus autem in diē hostis, & belli niuis thesauros accumulat. Ecquid arbitramini fuisse S. Paulum cùm sanctam persequebatur Ecclesiam? ecquid Magdalenam nimijs uoluptatibus indulgentem uitijs immersam, Deiq̄ immemorem? Thesauri equidem

Similc.

1

2

3

4

5

Psal. 147.

Iob 38.

erant nimium, quibus plurimi frigescebant. Hoc igitur thesauros niuis custodiuit Deus in diem prælij, tentationumq; tuarum. Qũ te frigidiorem, maioribusque tentationibus afflictum perspexeris, recordare quam frigidi erant illi, & q̃ efficaciter ad Deum conuersi sunt, posteaq; per uirtutis uiã uelocissimè cucurrerunt. Et Deum diligentissimè lauda, quia niuem istam in lanam conuertit, nam ij, qui antea proximos suos algere faciebant, nunc postq̃ conuersi sunt, quasi lana oẽs operiebant, & calefaciebant. Et nebulam sicut cinerem spargit. Idest conscientias peccatorum nebulis obscuratas in pnię cinerẽ conuertit. Mittit crystallum suam sicut buccellas. i. eos qui anteà quasi crystallus durissimi eãt, quasi buccellas panis efficit. Pro quo nota crystallum esse aquam nimij frigoribus obduratam. Sic, affirmat Ecclesiasticus dicens: Frigidus uentus aquilo flauit, & gelauit crystallus ab aqua. In partibus Septentrionalibus breuissimi sunt dies, & gelata aqua non potest iterum liquefieri, quiavt sol citò occidit, non potest aqua ab eius radijs liquefieri, cumque statim alia pruina superueniat, tot super rigidum illud gelu excidũt ut crystallus hęc, quam lapidibus quidem duriorem cernitis, efficiatur. O quã insignis metaphora ad miserum peccatoris statum significandum. Quandiu in gratia perseuerabas, eras quasi clarissima aqua, & quemadmodum aqua ad quamcunque formam recipiendam est disposita, etenim si in orbiculare uas illam injciatis, sine difficultate formã orbicularem recipiet, & idem si in uas quadrangulum illam infuderitis, sic anima iusti disposita est ad omnia, quæ dñs ei facere uoluerit. Verùm ubi primum mortale peccatũ committit, statim gelida remanet. Quæ si negligens fuerit in illo expellendo, illud alterum, & alterum, ac plurima peccata post se ferunt, & tot pruinæ super miseram animã excidunt, ut dura quasi crystallus efficiatur, & ita frigescat, ut p exaggerationem de illa dicat S. Propheta: Ante faciem frigoris eius quis sustinebit? quasi dicat: omnes, qui tecũ conuersantur, frigefacis: ita ut fere impossibile uideatur quenquam in diuini amoris calore sustineri, si tecum conuersatur. Verũ tamen adeò potens est Deus, ut hanc durissimam, atq; frigidissimam crystallũ in buccellas panis conuertat, hoc est, illum talem efficit, ut omnibus sit uirtutis exemplum: suoq; diuino spiritu in compunctionis, & lachrymarum imbres eum resoluat. O benedict', & glorificatus sit talis Deus, qui talia mirabilia nouit efficere. Perpendite quam meritò dicit Dauid. Lauda Hierusalem dñm. Hæc omnia in hac sancta peccatrice uerificata pspicimus. Etenim hęc erat nix frigidissima nebula obscurissima, ac denique crystallus durissima. Et ex omnibus his malis illam dominus abstulit, sicut & te auferet quantuscunque peccator exiitas, si modo ipsius auxilio uti uolueris.

Ecclesi. 33.

7

8

9

Ioan. 6

Dicit igitur S. Euangelium: *Rogabat Iesum quidã Pharisæus, ut manducaret cũ illo.* Certum est dominum non ad illud conuiuium accessisse, ut ciborũ iocunditate delectaretur, siquidem hordeaceo pane in deserto se sustentare consueuerat, ut apparuit in prouisione, quam eius discipuli secum afferebant, q̃ turbam illam maximam noluit inuitare. Aut cum discipulis suis se in agrũ conferebat, ut spicarum, quas manibus confricabant, grana comederent. Iuit autem pp illud, q̃ in domo Pharisæi euenturum erat. Murmurabant Pharisęi, quia dñs cũ publicani, & peccatoribus manducabat, at ille, murmuratis (inquit) ego igitur uadam domos uestras ut manducem, & peccatores ad maiorem uestri confusionem illuc ibunt, ut me quærant siquidem uos non facitis quod & ipsi faciunt, atque ad maius ipsorũ meritum, & excusationem meam.

Matt. 12. Marc. 2. & Luc. 6.

10

Et ecce mulier quę erat in ciuitate peccatrix. O S. Euangelista dic quæ uocatur hæc mulier, non uult eius nomen nobis dicere: sufficit. n. nos scire illam satis magnã peccatricem fuisse. Attendite fratres q̃ta sit Dei misericordia: etenim cùm aduersus diuinã ipsius maiestatem peccetis, sępenumero, q̃n uobis conuenit honorem uestrum custodit: & ideò hic nõ illam proprio uocabulo nominat. Quando ipsa prima Sabbathorum ualde mane surrexit, & aromatib⁹ onusta perrexit ad monumentum, quia illud pium opus erat, ideò eius nomen S. Euãgelium refert dicens. Maria Magdalene, & Maria Iacobi, & Salome emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Itaque cum de sanctis eius operibus loquitur, illam uocabulo proprio nuncupat, quando uerò eius uitia refert, nomen illius silentio prætermittit. Quando hic S. Euãgelista de diuite Epulone, deq; paupere Lazaro locutus est, quia pauper bonus erat, ideo eius nomen assignauit dicens, erat quidam mendicus nomine Lazarus, Diuitẽ aũt qa malus erat, nõ noiauit, sed dixit: hõ quidã erat dines. Itaq. hucusque Dei mia peruenit ut q̃is malus sis honorem tuum protegat, eiq; consulat. O q̃uice uersa sit in hac misera tẽpestate. Si. n. uicini uestri in defectum aliquem incidunt,

11

12 statim illum uultis omnibus innotescere, si aũt bona opera facit, illa sepelire conamini, & accidet aliq̃ cũ mulier aliqua ĩ pctũm inciderit, perq; miam Dei statim ab illo surrexerit, illamque uel maximè peccati pœniteat: te in aliorũ tibi similium cõuersatione loquentem eius peccatum in publicũ pferre, & per illud ita uelociter currere ac si magnũ aliquod præmium esses adepturus. Vidistis (ait) illius mulieris exitum. Qui unũ corbem facit, centũ utique faciet. O maledicte qũo non times Deũ, cũ illa iam ad Deũ conuersa sit, tu ita in oium conspectu eã dedecoras? Nõ sit ita frater charissime, sed prohibe linguã tuã à malo: ait Sanctus Dauid si gratiæ, atque amoris uitam habere uis, nam ante q̃ hoc dixisset, dixerat: Quis est hõ, q̃ uult uitam, diligit dies uidere bonos? & ipse

Psalm. 33.

Psal. 100.

13 Dauid ubi domus suę administrationẽ, moderationemque depinxit, inter alia sic dicit: detrahentem secretò proximo suo hunc p sequebar. Quid igitur faceret publicè de proximis detrahenti? quantum bonũ faciũt nonnulli linguis suis, tñ malum faciunt alij detrahendo. Quapp dixit sapiens, mors, & uita in manibus linguæ id est, in potestate linguæ. In quo significat bonam linguam rẽ cœlestem esse, malã aũt rẽ infernalem. Prisca quædã historia refert, cum quidam amicũ suũ uellet ad cœnã iuuitare iussisset famulo suo, ut iret in forũ remque meliorem, q̃ in illo reperiret, sibi afferret, ut conuiuia comederet: Famulus aũt prudens linguã attulit. Cui iratus herus dixit: sempuice uersa facis? pcepit tibi melius afferret, tu uerò peius mihi affers. Abi igitur, & affer peius qd̃ inueneris. Qui abiens in forum alteram linguam attulit, uolens utique in hoc significare nihil melius neque peius esse lingua. O si Deus suũ sanctũ timorẽ nobis concederet, quo lingua nostras regeremus, atque ex illis plurimi boni instrumentum efficeremus.

Prou. 18.

14

Dicit: *Quæ erat in ciuitate peccatrix.* Vt significet illã esse ab oib⁹ cognitam ut peccatricem. Peccandi enim inueterata consuetudo efficit, ut Dei timor hominũq; uerecundia deponat. Loquens Dauid de peccatoribus dicit, in circuitu impij ambulant. Iumẽtum malam uersans nunquã ab uno metro exit, & sic terrã quã totiens pteriens conterit durioré reddit. Sic peccator cũ hodie eadem peccata committat, in q̃ heri, & nudiustertius incidit, semperque in eadem uia persistat, carnalis hodie, & carnalis cras existẽs, sic ẽt durius, & impudentius cor in dies efficit, Deus uos liberet à peccandi consuetudine, de qua dicit B. Bernardus: Quid nõ in uertat consuetudo? quid non affiduitate durẽt? unde de talibus, & de singulis quibusq; dicitur in libro Iob, ossa eius implebuntur uitijs adolescentię eius, & cum eo in pulue re dormient. Hęc est exaggeratio, qua uti cõsueuescimus, cum de perditissimo, ac flagitiosissimo quodã dicimus: Neqtiã in ossibus habet inclusam. Et cum eo in puluere dormiet. Idest, uitia, q̃bus ex longo tempore assuefacti sumus, usq; ad mortẽ durant. Quia adolescens iuxta uiã suã ẽt cũ senuerit, non recedet ab ea. Rõnẽ aũt quare tandiũ peccatores in peccato cõmorari cõsueuerunt assignat Iob in eodem capite citato ubi dicit, cum. n. dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua. Parcet illi, & nõ derelinquet illud, & celabit in gutture suo, in ore, idest, affectione. Sicuti qui dulcissimũ cibum comedit, qui Hispane dicitur [*Alcorcę*] non illum dentibus conterit nè dulcedo illa citò prætereat, sed sub lingua illũ abscondit, ut illic paulatim liquefiat, & sic illius sapore, atque odore diutius perfruat. Sic ẽt peccatores nouas semper rationes inquirunt, ut uitij quo implicati sunt, uoluptas eis amplius duret, & dolent q̃ eis magis non durat, & hi sapores efficiunt illos usque ad mortem in peccato perseuerare. Quapropter fratres mei uos deprecor, & sãctissimæ trinitatis noie adiuro, ut diligẽtissimè peccato aditũ concludatis, siqdem apte persicitit⁹s, ubi primũ in hoiem ingredit, quãtoperè illius dominaũ, & quam difficile est expulsu postquã altas in homine radices egit, q̃ quidem facillimè potest in initijs superari. Etsi gigas ille quo cũ decertauit Dauid, fortissimus erat, ut sanctus adolescens primũ lapidẽ in eius caput direxit, quo percusso illum facilè in terra dejecit. Et ita dicitur illic, tulit unũ lapidẽ, & funda jecit, & circũducẽs percussit eũ in fronte. Et infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciẽ suã super terram, sic uos facere oportet fratres charissimi, sęper capiti restituri estis, quãdo uos tentatio aggreditur. Per hoc caput duo intelli-

Psalm. 11. Simile.

15 Bernardus ad Eugen. Iob. 20.

Prou. 22.

1. Reg. 17.

17

Psalm. 11. Simile.

Simile.

intelligere potestis: alterum est initium pec
cati: quod si prostraueritis, omnia deuicta re
manebunt. Alterum uerò est quòd quando
tentatio aduenit, ne discurratis dicentes in
tra uos, si hoc fecero, hoc diuitiarum, hono
ris, aut ualetudinis mihi incommodum ac
cidet. Etenim hoc est in pedes tella dirige
18 te, sed statim ad caput debetis intendere, &
dicere: Hoc est contra præceptum domini.
Igitur, quanuis millies mihi moriẽdum sit,
non tamen id facturus sum. Et hoc faciẽtes
nullum peccato aditum patefacietis. Etsi
hæc mulier in se obdurata erat, diuinus ta
men Magister suis efficacissimis sermonib⁹
Psalm. 44. illam mollefecit, & ad sui amorem, obedien
tiamque redegit. O quam meritò dixit Da
uid sagittæ tuæ acutæ populi sub te cadent
in corde inimicorum regis, idest uerba tua
potentissima, atque efficacissima sunt ad ef
ficiendum ut populi à peccatis suis excidat,
obedientiæq; tuæ iugo submittantur, atque
ad inimicorum tuorum corda penetranda.
Vnus ex maximis inimicis, quos Deus in
hoc sæculo habebat, erat hæc mulier, cuius
cor illis sagittis acutissimis uulnerauit. Et
Cant. 5. ita dicere poterat, dicite dilecto meo quia
19 amore langueo. Nam amore languens lan
guentis cœpit signa demonstrare. Incipit qp
pe somnum amittere, nec dormire pôt, iam
nõ pôt, edere, iam illi oĩa contraria uideban
Iob. 10. tur, magnopere deum fitit, secularium rerũ
illam tedet, ita ut dicere posset cum Iob, tæ
det aĩam meam uitæ meæ. Maximas uanita
tes transegi, plurimisq; uanitatibus fruita
sum, uerum iam hæc oĩa odi, iam mihi ad
uersant. Fallax gratia & uana est pulchritu
Prou. 31. do. O uanam pulchritudinem? o infœlicissi
mum uultum, in quem uani ad peccandum
aspexerunt. Ecquis rei confidit, q̃ unica fe
bri annullatur, & marcescit (incipit cõtem
plari, recordaĩ, quoties Dei amatores derise
rat, incipit in aĩa sua Dei manum sentire, sen
August. tit illud B. Augustini. Inquietum est cor no
strum donec ueniamus ad te, cogitat intra
se qũo tanta peccatrix coram summa Chri
20 sti redemptoris nostri innocentia debeat ap
parere. Ad apparendum cõfortatur uerum
illum Deum esse credens, & in mundum ad
peccata dimittenda uenisse non dubitans.
*Et ut cognouit quod Iesus accubuit in domo
Pharisæi, &c.* O mulier peccatrix, nunqd nõ
melius esset, ut uesperum expectares, & cũ
te nemo uideret, ad huius clementissimi do
mini domum te conferres, & illic cum eo
uno saluationis tuæ negotiũ ageres? ut q̃d
uis esse Pharisæis occasioni murmurãdi nõ
uides amatores tuos te irrisuros esse, cũ te
solam perspexerint, præsertim q̃ cum è do
mo exibas, uiginti, aut triginta elegãter uiri
præcedere consueuerant? Ah, nec scio (inqt)
expectare, & uix possum, peccatum in meũ
me ad remedium inquirendum uehementer
18 stimulat. O q̃ meritò dixit Deus per Hiere- Hier. 2.
miam prophetam, arguet te malitia tua, &
auersio tua increpabit te. O peccator ipsum
met peccatum tibi dicat: Abi hinc ò prodi 21
tor flagitiosissime, q̃ si nolueris emendari te
condemnabo, efficiamque ut sis Ticio infer
ni. Audi obstupendam q̃dam rem: Ipsimet Exod. 14.
Ægyptij, q filios Israel captiuos tenebant,
eos rogabant, ut a domibus suis liberi abi
rent. Vrgebant Aegypti populum Israel de
terra exire uelociter: (ait textus sacrat⁹.) O
anima peccatrix attẽde peccata esse Ægy
ptios, quorum seruituti subdita es: & hæc
te interiorib⁹ uocibus exhortantur, ut ab
eis exeas, ipsa etenim sunt, quæ postq̃ ea cõ
misisti, tibi bellum inferunt, & cor tuum ti
more peutiunt, ut ab eis discedas, præcipuè
cùm Deus p misericordiam suam in hanc
aĩam lucem gratiæ præuenientis infundit,
qua illustrata malum statum periculumq;
in quo cõmoratur, intelligit. Est qsq̃ inter Similc. 22
dracones, & basiliscos, & qa tenebrosus est,
non illos uidet, si uerò lucis radius ingredia
tur, ò quanto timore pcullus exitum sibi di
ligenter inqrit. Peccata uerò draconib⁹, & Luc. 18. August.
basiliscis multò peiora sunt hi. n. corpori tan
tũ, & non animæ possunt officere: peccata
verò vtrunque in infernum æternis cruciati
bus contorquendum præcipitant. Et cæci
tas qua diabol⁹ hoiem in peccato cõmoran
tem obscurat, illum absque timore esse fa
cit. Verum vbi primum diuina lux ingredi
tur, quæ est gratia pueniens, qua Deus pec Thren. 2.
catorem illuminat, ò quam ueloci ter curat,
q illam habet, se ab illo periculo eripi, ac
liberari. Itaq; q prius plurimis repletus pec
catis & absq; timore diù fuerat commora
tus, hac cœlesti cognitione illustratus iam se 23
in crastinum nõ esse puenturum existimat.
Hanc diuinam lucem pcipit hęc mulier, &
ideo ad uesperum noluit expectare, sed in
conuiuium ingreditur contristata, q̃ antea
in amœnissimis hortis fuerat celebrata, se se Simile.
que ad clementissimi dñi pedes prosternit.
Qñ dom⁹ alicui⁹ comburitur, q̃is sit uir
primarius, grauitatem, auctoritatemque suã
mini-

minimè respicit, nec ad hominũ honorũ at
tẽdit, sed uidet damnũ suũ, oĩb⁹ inuotescat,
in uiã egreditur, & in domũ, ubi est aqua uo
ciferãs ingreditur. Aquã (inquit) aquã affer
te uiri, quia domus mea cõcrematur. Sic fe
cit Magdalene, animaduertens enim ani
24 mam suã sensuali igne comburi auctoritatis
suę immemor in domum Pharisæi, ingredi
tur: quia erat illic perẽnis spiritualis aquæ,
idest, gratiæ fons, ut ex illo aquã ad ignem
illum extinguendum hauriret. Quã ut pha
risæi uiderunt, illam deridere cœperunt, il
li ridebant, at illa plorabat: illi gaudebant,
at illa dolore cruciabatur.

Et stans retro secus pedes eius. Retro se, p
iecit pp uerecundiam, & ad pedes se pro
strauit propter humilitatem. Pudica namq;
& humilis accedebat. Humilitas etenim, &
uerecundia duæ uirtutes maximè necessa
riæ sunt ad peccatorum ueniam consequen
dam. Nõ uis à Deo uituperari? uitupera igi
Iob. 10. tur temetipsum, pudeat te peccati tui, & il
25 lius te accusa, & non æterna illa confusione
confunderis. Dic sicuti dicebat Iob: Dimit
tam aduersum me eloquium meum. Quã
do ad confessionem accedis, attende te ire,
ut d̃ te maledices, nõ autem ut te excuses,
& sic Deus, & eius Angeli te laudabũt, & si
mul cũ reprehẽsione, & accusatione tui hu
miliare usq. ad terrã, & à Deo exaltaberis,
qa ipse dicit: Qui se humiliat, exaltabitur.

Lachrymis cœpit rigare pedes eius. Ne uer
bũ quidẽ ore proferebat. Beatus Augustin⁹
interrogat. Maria quid dicis? quid quæris?
Non petis aliquid? Nihil aliud futurum est
præter lachrymas? Nihil ore profert, qa Do
minus, quo cum loquitur, optimè corda in
telligit. Interius cum eo sermonẽ habebat;
exteriora uero eius uerba erãt lachrymæ,
quæ qdẽ maximæ efficaciæ, ac ualoris sunt
ante Deũ. Idcirco dicit Sanctus Hieremias:
Deduc quasi torrentem lachrymas per diẽ,
& noctem: non des requiem tibi, neque ta
26 ceat pupilla oculi tui. O quàm salubre cõ
silium? Beata anima, quę illud custodierit.
Diligenter perpendite uerbum illud: Non
Simile. taceat pupilla oculi tui. In quo significat
plausũ elegantissimum apud Deũ esse ser
monẽ. Tela linea quãdo prodit manu texẽ
tis, nigra exit, & sic necesse est illã sæpenu
mero aqua perfundi, & ad solis radios collo
cari, & postea quasi nix alba efficitur. O quã
nigra & obscœna tela erat huiꝰ mulieris ui
ta, in qua mũdus, diabolus, & caro quicquid
eis libuit, texuerunt; & ipsa duodecim an
nos plurimas abominationes orsa est, ita ut
in malis pauci ei accederent; Attamẽ pluri
mis lachrymis perfusa, & iuxta solẽ iustitiæ
Iesum Christũ filiũ Dei collocata super ni
uẽ dealbata est. O fratres charissimi, in uos
metipsos oculos conijcite: cõsiderate quas
telas orsi estis, & texuistis, & cognoscetis, q̃
nigræ atq. immundæ sunt. Facite igitur qã
diæc mulier fecit, plurimas corã Deo lachry
mas effundite, nec qũocunque lachrymari 27
contenti sitis. Sed attẽdite quid dixerit Hie
remias in uerbis supra citatis. Deduc quasi
torrentẽ lachrymas. In quibus denotat siq
dem multũ peccatis, multum ẽt uos lamẽ
tari oporteret, & hoc sit die ac nocte. Nec
uerò dicatis: Hæc est mulier debilis, & ideo 2. Reg. 17.
lachrymat, nam debiliores sunt homines,
qui nõ plorant. Videte utrum magnanimus Psal. 118.
fuerit Dauid qui leones lacerabat, & gigan
tes in terrã prostrabat: & tamen postquam
Deũ offendit, dicit. Exitus aquarũ deduxe
runt oculi mei. Nõ quocunq; modo plora
bat, sed tanquam à fontibus lachrymarum
riuulos emittebat. Considerate Sanctũ Pe
trũ adeò constanti aĩo, ut in medios maris
fluctus sese immitteret, quo sanctissimum
Magistrũ suũ uideret, p trina aũt negatione
tãdiu maximã lachrymarũ copiã ab oculis
pfudit, ut (sicut affirmat D. Clemẽs) in eius 28
genis illarũ assiduitas sulcos effecerit, etsi si
bi peccata sua dimissa esse cognoscebat.

Et capillis suis tergebat. Laqueĩ illi, qbus
antea corda uinciebat, crines illi q antea,
ut diabolo ministrarent, crispati erant, nũc
quasi linteum sunt, quo Domini pedes
abstergantur. *Et osculabatur pedes eius.* Pri
mum uerbum, quod sponsa in Canticis, p
tulit; hoc fuit: Osculetur me osculo oris
sui. Et quamuis sponsam sic absolute exor Cant. 1.
dirit dissolutionis genus esse uideatur, ma
ximum tamen fuit amoris signum. Alij cõ
text⁹ habẽt: Osculetur me osculis oris sui. 29
Hoc autem dicit, ut significet se nolle bre
uiter, & per transennam, sed crebrò & pro
lixè Deo perfrui. Nam ut dicitur. Qui edũt
me adhuc esurient, & qui bibunt me, ad- Eccl. 24.
huc sitient, idest, dei fruitio nõ parit tædiũ,
imo potius excitat appetitum ut eo magis
anima fuit concupiscat. Et hoc etiam signi
ficat phrasis sanctæ Scripturę in geminatio
ne uerbi illius. Osculeẽ me osculo, quæ fre
quentationem, atq. assiduitatem quandam
denotat, ut i illo, morte morieris, idest, ubi Gen. 2.
pri-

primum ex hac arbore comederis, protinùs morieris. Veniens, ueniet, ideſt, celerrimè, pperabit, nec quousq. accedat usquam demorabitur. Sic osculo, osculari est affectuosè, & assiduo osculari & quare dixit o-
30 oris suis? qđ superfluum esse uidetur. Nunqd solet quispiã pedib⁹, aut manibus alterum osculari? O aia mea, si tui diuini spõsi ingenũ noſces, uerbera ab ei⁹ benedicta manu diuissa oscula esse cognoſceres, & te ab illo abijci, diuinisq. ipsius pedibus humiliari, & ede ab illo osculari, maximisq. beneficijs affici, uidelicet, vt te ad se ipsũ alliciat, etsi (q̃ nostra est miseria) nõ tãta pditi sum⁹ uirtute, ut hæc oscula petamus eo q̃ nimis amara nobis esse uidenť, oscula ori eius tãtummodo postulamus, quę sunt spirituales delectationes, quibus anima consolatur.

Priùs aũt quam Magdalene suauissima hæc oscula à Dño postulare, cum intrinseca cordis sui amaritudine. *Cœpit osculari pedes eius, & unguẽto ungebat.* Effudit uas p-
31 tiosũ unguenti super pedes Domini. Vultis ò fratres Deo adimpleri? uosmetipsos euacuate. Vultis gratias repleri? peccatum, q̃ uobis unguentũ odoriferum esse uidebat, ex corde effundite. O beata peccatrix, quæ ex oĩbus obtulit sacrificiũ? Quæ tale fecit, tale psoluat. Tot sacrificiorũ genera, quot peccatorum genera commiserat, cum oĩb⁹ partibus corporis sui à Dño miam expetebat. Contingit uobis aliquando ad mensam
Simile. sedere, & caniculam secus pedes uestros cõmorari, quam si attentè perspicitis, omnia eius membra cibum à uobis uidentur exposcere. Ore latrans, oculis suspiciẽs, auribus intendens, manibus exarans, ac toto deniq. corpore motus exercet, quib. uos conatur inclinare; ut eius necessitati succurratis. Sic etiam hæc peccatrix, quasi canicula ad pe-
32 des Dñi sedentis ad mensam, piecta oĩbus corporis partibus miam efflagitat, oculis, scapillis, ore, corporis dispositione, cum omnibus remedium deprecatur. Discite hinc fratres mei quomodo uos misericordiam à Domino petere oporteat.

Ecce igit̃ mulier quæ erat in ciuitate peccatrix. Cernite illã, & diligenter considerate, non aũt oculis, qb. illam Pharisæus aspexit, q̃ intra se dicebat: *Hic si esset Propheta, &c.* Vt quid scandalizaris ò Pharisæe? nunqd de Christo filio Dei, an de muliere ista? De illa immeritò scandalizaris, nam cùm sit immunda, ad puritatis fontem, ut abluatur, accedit. De Dño autem multò minus scandalizari debes, cùm enim sit uerus medicus, huic infirmæ uult mederi. Vt quid dicis: *Si esset Propheta, sciret utiq;.* Longè opinione falleris, nã qa Propheta est, illamq. 33
peccatricẽ esse nouit, ideo eã ad se accedere patiť. Tu murmuras, qa illorũ neutrũ cognoscis, qa uerò illi se inuicẽ cognoscunt, ideo se tractant, sicut uides. Attende quàm procul abes à ueritate. Tu etenim peccatricem illam esse ducis, cum tamen iam peccatrix non sit: illumq. Prophetam non esse tibi persuades, cum tamen sit Dominus, q̃ Prophetas facit, & sciens illum cor tuum fuisse perscrutatum, cogitationemq; tuam cognouisset, uerum Deum esse intelliges, si quidem tibi dicit: *Simon habeo tibi aliqđ dicere, &c.* In quo dubio in corde tuo deliberanti respõdet: Venit mulier quædam Sunamitis, & proiecit se ad pedes Eliſei Prophetæ, 4. Reg. 4.
& accessit Giezi, ut amoueret eã, & ait hamo Dei, Dimitte illam, anima enim eius in amaritudine est. Siquidem igitur hæc mulier amaritudine plena ad pedes Domini accedit, ne de illa murmures ò Pharisæe. Sed desine illam remedium sitũ pquirere. 34
Psalm.44. Exijt in eo species, & uniuersa pulchritudo: qa speciosus forma præ filiis hoium. Cumq. Christꝰ Redẽptor mũdi totũ bonũ Israelis elexerit: populꝰ ille sine uirtute, sine lege, sine sacerdotio, sine p̃phetia, sine pulchritudine, & deniq. sine rege remansit. Vt coguoscatis q̃tum malum efficiat peccatũ, siq̃dẽ etsi ex illis natus fuit, eos tñ ita derelinquit, ille, qui uniuerso mũdo remediũ adhibiturus uenieba t, nõ. n. p̃geniem q̃dem, sed fidẽ, uirtutem, atq. obediẽtiam considerat, in
24 fine tandem cõscendit in asinam uniuersalem Israelitarum conuersionẽ significans.

Ascendẽte Dño in illum humilem, equitatũ: *Plurima turba strauerunt uestimenta sua in uia &c.* Qñ rex aliqs in urbẽ regni sui denuò ingredit, in signũ maximi honoris gubernatores ciuitatis conopeũ ex serico, & auro contextũ super eius caput imponũt ut illo operiat. Ingredienti ãt regi regum Iesu Christo Hierosolymam maximisque laudũ cãticis, & benedictionib. excepto nõ conopeum quidẽ super eius caput imponitur, sed uestimẽta, quibus homines exornãtur, ad eius pedes prosternũtur. Hoc mysterium nobis significat reges terræ sup capita sua honores, fastus, & põpas suas habere, & hæc omnia maxima æstimare. Hic aũt cælestis rex omnia huius sæculi parui, aut nihili
25 æstimabat, eiusq; honores pedibus conculcabat. Loquẽs Balaam Propheta de populo Israelitico p̃phetauit dicens, tolletur p̃
Num. 24. pter Agag rex eiꝰ, & auferetur regnũ illius. Communiter hoc declaratur de Saule, qui p̃pter Agag, uidelicet, quia illum ñ interemit, regnum amisit & in Hebræo habetur,
1.Re.15. super rex tolletur, præ, uel super Agag rex eius, & crescet regnũ eius. Id est licet nunc populus hic rege careat, adhuc tamẽ fortissimos, & dissimillimos Agag reges habebit: & hęc p̃phetia perfectissimè in Christo Redemptore nostro adimpleta est. Et sic Ori-
Origc. genes hic legit, exaltabitur super tecta regnum eius. Quod uerò in Christo impletũ est. Et quia regnum eius nõ erat ex hoc mũdo, omnia. n. sæcularia arbitratus est ut ster cora, idcircò res, quibus illum honorãt, uult ut subtus pedes suos proiiciantur.

Alij autem cædebant ramos de arboribus.
Leui. 23. O admirabilẽ triũphũ cum oĩb. rerũ oĩum
26 dño turba illa deseruit. Qñ Dñs tabernaculorũ festũ instituit, dixit; sumetis uobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq. palmarũ, & ramos ligni densarũ frondiũ, & salices de torrẽte, & lætamini coram Dño Deo uestro. Et fideles Hierusalem, qui hũc honorem uni Deo exhibebãt, eundem hodie Iesu Christo sicut uero Deo p̃bent.

Turbæ autē quæ præcedebāt, clamabāt, &c. Et etiā & pueri a parentū suarū uberib. pendentes hodie. Deū glorificāt, utiq; uide licet Spiritus Sācto cōmoti. Quod significa uit Dauid dicens; ex ore infantiū, & lactētiū perfecisti laudem. Nō dixit: Infantes, & lactentes perfectā tibi laudem addiderūt, sed perfecisti laudem, loquens uidelicet cum Deo: Deus enim eos in laudis suæ instrumē ta suscepit ac maledictorum pharisæorū cō fusionē, qa adeò malitia repleti erāt, ut nē id quidē facerēt, quod imperiti hoies lactē tesq; infantes Hierosolymæ faciebant, Ecce celebritatē, & gaudium, quo Dns uitæ ducitur, qū moriturus Hierosolymā se conferebat. Quādo publicū aliquod certamē (iusta uulgo) celebratur, uir, qui soluspugnā sustē turus est, amicis, propinquisq. suis cū magno apparatu deducitur. In loco autē conflictus, constitutus ab oībus derelinquitur, ubi fortissimos hostiū congressus sustinet, & in eū bellatores hastas intendunt: uitamque suā in maximum discrimen adducit. O Christe uere animarum nostrarū amator, q pp nos cum mundo, & diabolo confligere uoluisti, & hodie Domine cū celeberrimo triumpho Hierosolymā ingrederis, quē tui Sancti Apostoli, & amici, atque alij deuoti uiri cum ramis, & laudem canticis comitātur, & hæc omnia sunt, te ab eis celebrate, & gaudio ad locū conflictus deduci: atq; ibi in sācti ssima passione tua solus relinquetis, ut illic prætiū nostræ redēptionis acquiras. Illic uerberibus, clauis, spinisq; percutieris. Tantosq; ac tā fortes patieris ictus, ut uitā. Dominus Deus meus amittas, quo nos oēs ab interitu liberes. O benedictus, & glorificatus sit talis amator. Et beatę animæ quæ pro tanto beneficio debitas gratiarum actiones referre norunt. Diligenter uos notatē oportet fratres mei oēs qui hanc festiuitatē celebrabant occupatos esse, nullumque otiosū extitisse. Sic oportet nos in Dei ministerio oēs occupari, quo hunc ipsum Dominū dignissimè excipiamus. In domo Abrahę oēs in illorū hospitio ministerio se occuparunt. Abram quippè ad armenta properat, famulus uitulū coxit, uxor panes confecit. Omnes Dei ministerio intēdebant, sic oportet esse in domo iusti. Verum proh dolor, quis sanguineas lachrymas haberet, q bus quę hodie in mundo aguntur satis dignè lamentaretur. Vix enim alicu ius domū ingrediemini, in qua oēs Sathanæ ministerio nō intendant. De hoc querebatur Deus per Hieremiā Prophetā dicens. Nónè uides qd Hier. 7. isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē? filij colligūt ligna, & patres succendunt ignē, & mulieres conspergunt adipē, ut faciant placentas reginę cęli, & libēt dijs alienis, ut me ad iracundiā prouocent. Parētes liberi, & serui oēs Sathanę ministerio intēdunt, alij ludunt, alij murmurāt, alij turpitudines cōmittunt. Deniq. uix in tota familiā unus reperietur, qui Deū non offendat. Ecquid fratres p tāta iniquitate nisi æternā condemnationē speratis? Attendite quid statim illic subdit Dns dicens. Nūn quid me ad iracundiā prouocant? nonnè semetipsos in confusionē uultus sui? Nunqd non semetipsos in illam æternā confusione præcipiant (ait Dns) ubi eorū uultus æterno pudore confundētur? Quocirca uos deprecor fratres mei, ut uobis metipsis misereamini, nec uos ita in perditionē inducatis. Sed oēs ad nos redeamus, & denuò uere, & ex aīo huic optimo Deo, ac Dño, qui tāto honore dignissimis est, cuiq. tāto beneficiorū numero deuincti sumus, seruire incipiam⁹. Bernardus magnopere admirant, qđ cū Dns uanos huius sæculi honores diligē ter ausugerit, eorumq. despectū alijs prædicarit, hodie ipsemet illos quęrat, atq. à tanta hoīum multitudine tā celebri laudū præconio se cōmendari patiat. Si aūt hoc, pfunda animi cōsideratione pēsare uoluerimus, reperiemus in hoc Dūm oēs huius mudi uanitates in terrā deiicere, nobisq; q̄ parum stabilitatis oēs res seculares, ac terrestres in se habeāt significare uoluisse. Ecqd est q cū illū regem appellent, ac cū Osanna p uias publicè decātātes illū honorificent, nec tū ipsamet die reperiat q eū ad prandendū inuitet, nec q ei uas quidem aquæ frigidæ porrigat? Quis legit magnificentiā, arrogantiāq. illā cū qua ueniebat superbus Olophernes p agros Damasci regna, & prouincias deuincens, postea uerò qualis fuit horū oīum finis? qualis fuit finis pōparum, ac fastorum Darij, Xerxis, Alexādri? sū pbiētiūq. Romanorū imperatorū maiestates, qualē exitum habuerūt? Nūqd nō omnia breuissimè trā sierunt? O quā meritò dicunt diuinæ literę omnia, quæ de terra sunt, ī terrā cōuertēt, & oēs aquæ in mare conuertent. Subsātię iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuiā persona būt. O admirabilia, & metuēda uerba: Animaduertite autem qūo Spiritus sanctus diuites, & malos fluuio in maris amaritudine desinenti cōparat. Oēs. n. illorum uoluptates in inferni amaritudine finiendæ sunt. Etiam illos tonitruo cōfert. Videbitis uere subito incipere tonare, & consurgit nubes imbribus onusta, oēs fugiunt, & qui sunt in agro ad populū currunt. Exoneratur nubes, & dimidia hora pluit: statimq; serenū tps, cęlumq; lucidū sicut anteà remanet. Etnihil ex ijs oībus supereſt, nisi parū luti, quod imbre confectum est, quod quidem oēs pedibus cōculcant. Sic uidebitis potētē regē, aut principem tanta famulorum caterua sociatū tāto cum tumultu, & strepitu prēterire, ut mūdum cōfundere uideatur. Post aūt tres horas iā nihil est & qd factū est de illis? ubi nam sunt? uenit mors & in instanti oīa subuertit, nec aliquid pter parū luti, qd teri mus remānsit, qđ est miserū cadauer, i sepulchro sub pedibus cōditum. O si De⁹ mētis nostrę oculos aperiret, hęcq; apertè cognoscęremus, q̄ libēter illa negligerem⁹, atque relinqrem⁹, anteq̄ ipsamet nos desererēt.

Simile. Pſalm. 8. 27 29 Gen. 18. 30 31 32 1. Mac. 1. Eccl. 40. Luc. 12. Simile. Ecc. 46. 33 35

Etiam uoluit Dns in mundi egressu cum tanto honore ingredi, ut hoies doceret honorem, & requiē iusti tunc incipere, cū peceatoris tranquillitas finitur. Hoc suspicor ego Deum nostrum significare uoluisse per Ezechielem prophetā dicens: Cùm intrauit populus terræ in cōspectu Dei ī solennitatibus: qui ingreditur p portā Aquilonis ut adoret, egredietur p uiā portæ meridianę, porrò qui ingredięt per uiā portæ meridianæ, egrediatur per uiā portæ Aquilonis: nō reuertetur per uiā portæ, per quā ingressus est. Ecquid Dei intererat, ut qui per unam templi portā ingrederetur, per aliā egrederetur, parui quidem eius referebat: maximi tñ diuina maiestas spiritum æstimat, q sub hoc cortice latet. Aquilo est insipidus, & asper, præsertim in hyeme. Voluit illic Dns significare, Christianum qui in Ecclesiā ingressus fuerit, & cùm miseriis in ea uixerit, sicut filius Dei uixit, qñ eius uita exacta fuerit, tūc honore, & trāquillitate esse fruiturum. Itaq; qui per Aquilonis portam ingrediunt, per meridianam portā egrediuntur. Mali aūt, qui per meridianā portam ingrediuntur, ubi uētus calidus, ac suauis aspirat: per quem prosperitas designat, per portam Aquilonis egrediūtur: siquidem oīa illis in amaritudinē, & infælicitatē conuertētur. Si cut accidit diuiti illi, de quo dicit tanq̄ di uitiarum copiam habuisse, ut ubi eas includeret, ignoraret. Et dixit ad illum Deus, stulte hac nocte, animam tuam repetent à te: quæ autem parasti cuius erunt, & addit illic Dns dicens, sic est qui sibi thesaurizat, & nō est in Deum dives. Attendite quem ingressum, & quàm disparem egressum mali habeant. O miseros illos, qui tanto cum agone per fas, aut per nefas seculares honores, & magaitudines inquirunt, quibus postea per Aquilonis portam erit exeundum. 36

Dicit S. Euangelista in hoc Dñi ingressu adimpletū fuisse quod Zacharias Prophe ta prædixerat his uerbis: dicite filiæ Sion: Zach. 9. *Ecce rex tuus uenit tibi, &c.* Vnamquanque aīarū oportet cogitare hæc si uerba dici, & se unam sigillatim debere pro hoc aduentu gratias agere, ac si sibi soli æternus rex uenisset. Et animaduertendū est, etsi tota Sanctissima Trinitas in nobis dñatur, peculiariter tñ filiū regem appellari qui pro nobis incarnatus & homo factus est. Ideò Dauid Pſalm. 62. loquens de tribus diuinis personis, secūdæ addidit, noster. Et sic dixit, benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus. Quia Deus est in personis trinus, ideò ter dixit, Deus, & secundæ personę addidit, no 37 ster, quia humanitatem nostram assumpsit: Vt autē tres illas personas unū Deum esse ostenderet, addidit, metuant eum. Et quia filius Dei noster est, ideo dicit. *Ecce rex tuus.* O q̄ tu⁹ est ò hō, si qđē corp⁹ aīam, sanguinē, & diuinitatē, oīa denique p te dedit, tuus est qñquidē sibi nihil reseruauit. Accedit Tobias ad fluuium, exit piscis, & di- Tob. 6. cit ei Angelus. Nè timeas, exentera piscem & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. O mirificum uerbum! ecce o Christiane Christū Saluatorem piscem utilissimum in aquis laborum educatum. Nihil est in eo, quòd utilitati tuæ non seruiat. Sanctissima eius passio, mors, lachrymæ, merita omnia tibi, animæque tuæ remedio prosunt. Nonne igitur rationi consentaneum erit te totum ipsius ministeri o dedicari? ò maximam cōfusionem & ingratitudinem, quòd nec tem poris, nec uitæ, nec diuitiarum partem ali- 38 quam ei dare uelis, sed omnia in mundi, & diaboli seruitute consumas. Pudeat nunc uos fratres charissimi, atque diuinum hunc regem cum charitate suspicite, animasque uestras ditabit gratiam suam, hic uobis concedens, & in cœlestem gloriam uos postea perducens. Amen.

Feria

Feria V. in Cœna Domini.

Ante diem festum Paschæ sciens Iesus quia uenit hora eius, &c. Ioan. 13.

1 VNVM ex ijs, q̃ uerus amator magnoperè desiderat, ĉ se possit amorẽ suum manifestare. Et tẽpus, in quo huius amoris demonstratio ostenditur, horã suam appellat. Tempus, in quo Christus filius Dei suum erga nos amorem ardentissimum in integrum patefecit, fuit tẽpus suæ sacratissimę passionis, atq; ideò horã suam illam appellat. Dicit autem illam horam, & non diem, ut quanto cùm amore pro nobis pateretur, ostenderet: siquidem oblongum illud tẽpus breuissima sibi hora uidebatur. O ineffabilem filij Dei charitatem, ecquis quantũuis durus, si hanc profundè consideraverit, ad tam singularem amatorem redamandũ nõ cõmouebitur? Atq; ut hac cõsideratione di
2 lectissimi fratres ardẽtius moueamini oportet uos intelligere quã indignus erat mundus hoc diuino opere, & quam parũ nobis ex Dei parte debebatur. Quo n. melius hoc intellexeritis, eò profundius quanta fuerit Dñi charitas cognoscetis: siquidem tm̃, tãq; singulare op⁹ & tam parum debitum quasi paruum aliquid memorauit, appellãs illud horã. Pro quo notandum est, ubi primũ primus pater Adã peccauit, statim Dñm ad eũ uenisse, ut dicit. Audiuit Adã uocem Dñi Gen. 3. Dei deambulãtis in paradiso ad aurã post meridiẽ. B. Augustl. dicit: Illa deambulatio Aug. lib. 2. super Gen. c. 33. paradisi nõ puto posset fieri, nisi ĩ specie humana. Ibat Deus puniturus hoiem, & iduit se hoie, anteq̃ uerus hõ fieret: ut significaret, se sicut hoiem clementer, & benigne de hoie supplicium sumere. O q̃ singularis doctrina tibi ô hõ, q. qñ alium hoiem puniturus fueris, te hoie induas & sicut hõ clemẽtium & cõpatientiũ uiscerũ de homine supplicium sumas, si hoc tibi ex officio competit, Dñi miam imitare, qui siquidẽ hominẽ puniturus inquirit, homine indut⁹ deambu
3 lat. O immense Deus quã aperte paterna uiscera, quibus nos diligis, manifestas: siquidẽ cũ hominem puniturus uenires, dicit sacratus Textus te uenisse ad aurã post meridiẽ, i. uento tibi cõtra faciẽ aspirante. O admirabile mysterium. Qñ quis iter facit, si ei uẽtus à tergo flat, ipse uẽtus cũ facit ambulare, atq; aliqñ ẽt currere. Si uero uẽtus contra faciẽ eius aspirat, lẽter illum ambulare facit, atq; ẽt aliqñ regredi cõpellit. Suauissimus uentus, qui Deo ad faciem aspirabat, erat infinita eius misericordia, qua detinebat, ne tã citò puniret. Et ipsamet eius misericordia quasi ei dicebat. Attẽde Dñe hominẽ esse debilẽ, & amore uitiũ peccasse. illũq; op⁹ est se manuũ tuarũ, & ad imaginẽ, & similitudinem tuã factum. Et hoc significabat aer, 4
qui cõtra eius faciem flabat: qui eum lenter ambulare faciebat, & usq; ad uesperũ expectare fecit, neq. n. uenit statim ut hõ peccauit: sed post meridiem. Vt interea locum haberet hõ pẽnitẽtiæ. Et cùm compassiua uoce ueniebat interrogãs: Adã ubi es? In hoc aptiùs ẽt misericordiã suã demõstrauit, qã etsi ab homine fuerat offes⁹, nõ tm̃ dixit, ubi es uir flagitiose, sed illum ꝓprio uocabulo nuncupauit. B. Chrysostom⁹ dicit Dñm il Chryso.
lum ꝓprio nomine appellasse, qa eum maxime diligebat. Nos etenim quem non diligimus, nõ noiamus, sed dicimus: ille: Sicuti 1. Reg. 10.
Saul ira cõcitatus in Dauid, Ionathã interrogauit cur nõ uenit filius Isai? non eum proprio nomine nuncupauit, qa illum oderat. Nõ sic Deus, sed quia adhuc diligebat Adã ꝓprio illum nomine uocat, ut eiad petẽdã 5
misericordiã aĩum adderet. Atq. ẽt ad hũc effectum ꝓclamãs ueniebat. Et interrogabat, ubi es? nunqd tu Dñe ubi sit ignoras? nõ utique. Quare igitur hoc interrogas, ut cognoscat me ad eum puniendum accedere, atq; ut etsi hucusq; culpã suã nõ cognouit, nunc saltem uocem meam audiens ad me Simile.
conuertatur, & misericordiã imploret. Qñ ministri iustitiæ ad aliquẽ derelinquẽtẽ appẽ hendendum uadunt, & eum proclamantes admonent se ad eum ire: nunquid illos deliquentem, apprehendere, ac punire uelle iudicatis? Non utique, ô Deus meus benedictus sis, quia cum ad primũ delinquentem Adã apprehendendũ uadas, ei oñdis quantopere illũ punire recuses, siquidẽ eũ pro
6 clamans exhortaris, ut ad locũ sacrum pnię confugiat. Clariusq; ineffabilem charitatẽ demõstrauit, quia cùm primi parentes post peccatum se nudos esse aduerterent, & coram Deo suo se nudos esse erubescerẽt uestes eis confecit quibus operirẽtur, ne pudorem & confusionem illam paterentur. O benedictus sit talis Deus, delinquentes ad maiorem ipsorum confusionem, qñ de illis supplicium sumitur, uestibus exui cõsueuerunt.

Hic

Hic autem clementissimus Dñs delinquentes induit. Et ita dicit ibidẽ: Fecit quoq; Dus Adæ, & uxori ei⁹ tunicas pelliceas, & induit eos: Quid Dñe? nonne erãt in domo potentiæ tuę alij pretiosiores pãni, qbus illos induere? ut quid eos mortuorum animaliũ pellibus induisti? In hoc uoluit illis
7 significare nuditatẽ aĩæ ipsorũ mortalitate quadam operiendam esse, q̃ fuit mortalitas Christi Redẽptoris nostri. Nec in hoc infinitaDei charitas cõstitit: sed statĩ uoluit Dñs Adã de miseria, & calamitate, quę illi accederat, cõsolari quasi nutibus eius remediũ illi significans, dicẽs serpenti: Ipsa conteret caput tuũ, quasi diceret: Ego creabo mulierem tã sublimiũ meritorum, ut eius amore captũ uerbũ diuinũ ex purissimis eius uisceribus carnẽ assumat, & hõ fiat, & sic ipsa diaboli caput infringer, iniuriamq; homini illatã ulciscetur. & oĩbus his indulgentijs nõ
8 est conuersus hõ tunc, quousq; Deus pluribus illũ laboribus afflixit. Nunqd non hęc uobis durities, & ingratitudo maxima fuisse uidet? Alterius igitur ꝓgredimini, & to Rom. 3.
tã huius Adæ posteritate, cõsiderate, horribiliaq; scelera, qb. in oi tpe hunc optimũ Deum offenderũt, contẽplamini sicut exag Psalm. 13.
gerat B. Paulus Psalmum decimumtertiũ citans & dicẽs: Quia non est iustus quisquã nõ est intelligens, nõ est requirens Deum: oẽs declinauerũt, simul inutiles facti sunt, oblõgum esset nunc iniquitates, quas illic recensetApostolus cõmemorari. His igitur hoib⁹ dignissimis, quos terra deuoraret, dixit Deus: Volo ire mundum, ut eis remediũ adhibeã, faciens me hominẽ pro illis, & inter eos tringinta tres annos cõmorans, maioresq; labores, & opprobria perferens, q̃ ullo unquam tpe qsquẽ in hoc orbe passus est. Ecquis talẽ audiens charitatem non
9 obstupescit? q. unde humano uideri occasionem euertẽdi nos Deus esset sumptur⁹, remediũ nobis adhibẽdi ansam acciperet? Hæc est una ex altioribus cõsiderationib⁹, Cant. 8.
quibus anima põt eleuari, ut ardentissimo Dei amore capiat. Et hoc significãt mysteriosa illa uerba, quæ dicit sponsa alloquens diuinũ sponsum suũ. Sub arbore malo suscitaui te, ibi edidit te genitrix tua. Qñ tua in nos maxim beneficia cùm no ĩtra indignitate conferimus, qñ in ea, quæ ꝓp nos operatus es, oculos cõj 11
cimus, & cognoscere cupimus quidnã fuerit, qđ tibi in hoie placuit, aut, quid te commouit, ut eum tantoperè diligeres, aut qd te ad tot, tamq. præclara eius causa opera faciẽda cõcitauit, solam tuã infinita probitatẽ, & miam te ad hoc faciendũ cõmouere potuisse reperimus, cum nihil in hoie esset quo ad ipsius amorẽ, & beneficẽtiã, sed potiⁿ ad odiũ atq. suppliciũ prouocari posses. Et hoc, quod peccantes odij initium fecimus, atque hanc indignationis & furoris occasionem, quam præbuimus te in principium tua super nos beneficia effundendi accepisse, comperimus. Atq. eadem arbor, quæ nostræ in te impietatis testis fuit, hæc ipsa tuæ diuinæ, & clementissimæ promissioni remedij nostri testis interfuit. Et ita uerum est te à nobis illic fuisse excitatum: illic enim tuam infinitam charitatem erga nos in lucem prodire fecimus, illic peccan- 12
tes tibi occasionem prębuimus, tu ad redimendum hominẽ, homo fieres. Ibi corrupta est mater tua, ibi etiam peperit te mater tua, corrupta est, scilicet, Eua serpẽtis psuasione, peperi te, tuo dono atq. beneficio. Illic promittente te hominem esse futurum, & ex mulieris semine, & progenie esse nascìturum, illic ubi ipsa per peccatum corrupta fuit, quodãmodo te peperit, qñquidem illic te filium eius fore promissti,

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

misisti:illic tantum,tamq; singulare hoc beneficium in luce exit,& ꝓpter promissionis certitudinem,ac pp beneficij efficaciam tetunc natum fuisse dici potest. Ibi igitur peperit te mater tua,ibi spes nostra orta est,& peccãtes pp tuam diuinam clemẽtiam tñ
33 à te beneficium impetrauimus, quantum uniuersi hoies in oĩbus seculis bene operãtes nunquam pro mereri ualeremus. Hæc est iustorum hominum consideratio,& hoc cum Deo agunt,atq. hoc significat uerbum illud:Sub arbore malo suscitaui te. Ecce fratres charissimi,quousq; ineffabilis Dei charitas peruenit. Ecquis hac cõsideratione uiuis diuini amoris flammis non accendetur? Ideò statim subdit ibidem diuinus spõsus,
Cant.8. dicens:Pone me ut signaculum super cor tuum,ut signaculum sup brachium tuum, quasi dicat;siquidem ò aia tot,tantisq. beneficijs meis te affectã atq. deinctam animaduertis. considera qualem mihi debeas charitatẽ,pone me ut scopum,in quem oĉs cogitationes,atq. opera tua dirigant. Cum igitur tot, tantaq. beneficia adeo indignis hoĩbus facta,totque ac tam innumerabiles
14 labores pro illis fuerint tolerari,hæc tñ oĩa unã horã à Dño appellari, nõne admirãdũ uidetur eorum præsertim iudicio, qui hæc attentè,atq. ꝓfundè considerauerint? O si hæc semper in mentibus nostris impressa deferremus,q̃ potens nobis esset frænum, quò à tã bono nẽo,cuiq. tot beneficijs deuincti sumus,offendendo cohiberemur.

Sciens qa uenit hora eius. O benedicta sit talis hora? hora inter cæteras horas perpetuò memoranda. In hora utique conceptꝰ, in hora natus, atq. in hora circunciſus est: nullam tñ illarum tam peculiariter horam suam appellat,& sic dicebat:Nõdum uenit
15 hora mea. In ea.n.hoĩum debitũ erat solu turus,in ea mortem,ac dęmones erat uictu rus,in ea nos cum æterno Patre reconcilia turus. Cum autem utilitates nostræ essent, horam suam illam uocat, quia propria bona sua esse ducit,ea,quæ in nos confert.

Vt trãseat ex hoc mũdo ad patrẽ. Vnde duo singularia salati nostræ documẽta possumus elicere. Primum est, nos diligenter
Eccl.7. curare debere,ut hora mortis nostra sit. Sic nos admonet Spiritus sanctus,dicens: Noli esse stultus,ne moriaris in tpe nõ tuo,habẽ ti plurima breui tpe facienda dicit deesse tps;si oĩa, quæ in toto uitæ cursu facienda erant,in horã mortis facienda reseruantur, absq. dubio ad illã oĩa facienda tps deerit, ergo noli esse stultus ò frater. Nunc cùm opportunum tps habes salutem tuã diligenter negotiare? ad hoc n.conficiendum, oĉs isti dies uitę tibi à Dño concedũt, ne omnia in illã horã differas,fortasse.n.ad omnia bene conficienda tibi tps ñ suppetet,& ita morie
ris in tpe non tuo,uel aliter. Mancipiũ non Sim Ie.
est Dñs tpis uitæ suæ,siq dem non põt in eo 10
uoluntatem suã adimplere,sic q. suorũ tũt pium morum mancipium moriẽ, difficillimè poterit,q̃ uoluerit,efficere. Ne sis ergo ò frater, peccatorum tuorũ mancipiũ, nec ea tui dñari patiaris,ne moriaris in tpe non tuo,sed cura,ut illa sit hora tua,& cũ spiritꝰ libertate illa q̃ ad animæ tuæ salutem spectant,prudentissimè possis disponere. Secũdum est,q. consideremus q̃tum inter boni,& mali obitum intereſt, Obitus nanq. bo
ni dicit transitus ex hoc mundo ad patrẽ; Psalm.41.
sic dixit Dauid; Transibo ad locum tabernaculi admirabilis vsq. ad domũ Dei. Hęc secunda particula est declaratio prioris, q̃ exponit tabernaculum admirabile esse domũ Dei,ad q̃ transeunt iusti,q ex hoc mũdo penitus purificati egrediunt, & sic dixit
Christꝰ Redẽptor noster. Qui credit in me, Ioan.5.
trãsiet à morte in uitã. In quibus uerbis uita huius seculi mors, beatitudo aũt per antonomasiã uita à dño nuncupat,& quam nos 17
mortẽ cõiter appellamus,transitum ex hac infœlici uita ad ęternã beatitudinis uitam Dñs uocat. Et quemadmodum q. maximo Simile.
saltu uult profundã aliquã fossam prætereire,ne in illam excidat,multò antea cursum aggredit, nã si quietus persistens salire conaretur,mirũ esset illum in ea nõ perire. Sic igit,ut ex hac morte ad æternam uitã saltemus,ne in horribilẽ inferni fossam incidamus,multò antea cursum nos aggredi oportet,& amodò ad periculosum illũ saltũ conficiendum nos debemus præparare, & sic
mors nostra nõ interitus q̃dẽ, sed transitus ad Patrẽ meritò poterit appellari. Mors ãt malorũ nõ ad Patrẽ q̃dẽ,sed ad ęterna tot
mẽta est trãsitus. Transierũt filj Israel ma- Exo.14
re rubrum,ut mãna suauissimo uescerẽtur, 18
transierunt aũt ipsum Ægyptij,ut in eo demergerent,& deinde in infernũ detruderentur. O q̃tum inter utrũq; transitũ interest. Magnũ est discrimẽ inter eum, q portũ tenet,ut in patria sua requiescat,& eum,q ex Simile.
naui descendit,ut captiuus inter hostes crit
delissimos commoretur. Iusti mortis portũ tenent,

tenent,ut in illam supernam patriam ingrediantur, ubi dulcissimis cælestium ciuium amplexibus excipiuntur,mali aũt ex huius uitæ naui descendunt,ut in æternam illam inferni captiuitatem ingrediant. O fratres mei,ego uos sanctissimæ Trinitatis nomine adiuro,ut summopere aduertatis qũo na
19 uigatis, ut ad illam beatorum spirituum so
Gen.25. cietatẽ pertransire mereamini. Qñ mortuꝰ est Abraham, dicitur de illo: Congregatus
Gen.35. est ad populũ suum. Etiam de S. Isaac dicit:
Gen.49. Mortuus est, & appositus est populo suo. Deq. S. Iacob: Obijt appositusq. est ad populũ suum. Nobis uñr in morte amici dere linqui,& amitti. Veruntamen tunc emigramus,ut ueris amicis perfruamur,qui singulari quodam amore nos expectant, qñ iam ad eos peruenerimus. Etenim hoc significat populus ille, cui sancti illi Patriarchæ iungebantur. Vtinam in hoc itinere,& nauigatione nõ pereamus,sed tãquam uera membra cum nostro diuino capite Iesu Christo ad Patrem transeamus.

Chryſost. *Cũ dilexisset suos,in finem dilexit eos.* Supquo dicit B. Chrysostomus: In finem,i.semper, & est bona interpretatio Hoc.n.termi
20 no assiduo utitur diuina Scriptura ad signifi
Psalm.43. candam durationem, & perpetuitatem,ut.
Psalm.12. Exurge,& ne repellas in finẽ. Et: Vsquequo
Psalm.16. obliuiscẽris me in finem? Et: Delectationes in dextera tua usque in finem,i. semper. Et
Amos 8. Amos:Si oblitus fuero,usq. in finem opera eorum. Ita hic in finem,i. semper discipulos suos dilexit, nunquã eos diligere cessauit,nec mortis timore, nec maximorum tormentorũ dolore conturbatus est. Nobis aũt quæcunq. minima occasio impedimento est,& amoris filũ facit infringere. Vel,in finem,i.usq. ad ultimũ amoris terminum. Triplex est gradus amoris. Primus, ꝓ amico diuitias in discrimen adducere. Secũdus, honorem. Tertius tandẽ uitam & persona pro illo offerre. Deus oĉs diuitias, hoc est,
Rebr.1. 21 oĉs creaturas suas nobis dedit. Etenim etiã de Angelis dicit B. Paulꝰ: Oĉs sunt administratorij spiritus missi ꝓ eos,qui hæreditatem capiunt salutis. Nec uerò hoc cõtentꝰ est, sed ipsemet nobis seruiturus aduenit.
Mat.21. Etiam ꝓ nobis honorem suũ oppositi. O
Ioan.6. clemẽtissime Dñe quot cõtumelias tã uerbo,quam opere passus es. Ille,q magnopere fuerat collaudatus, quem turbę suorũ oĩum immemores per deserta loca sequebantur, ꝓ uias publicas uinctus ductus, & quasi taurus exagitatus, ac sacrilegi præconis uoce blasphematus, & ille qui totius erat honestatis exemplum,coram oĩbus in cruce pendens,ueſtibus denudatus est,quo magis illum irriderent. O bone Iesu,ò beatorum oĩum gloria,& splendor nescio utrũ
Luc.24. sacratissima uiscera tua crudelius transfixe
Mat.27. rit,hæc ne uerecundia, qua confusus fuisti,
Mar.15. an dolor quem ex clauorum affixione per
Ioan.19. cepisti,nescio utri maiores gratiarum referam actiones. Nõ solum autem honorem, sed & uitam etiam obtulit. Ideò dicit Beatus Augustinus; Dilexisti me Dñe plus
22 Auguſt. quam te,quia mori uoluisti propter me.

Et Cœna facta,&c. Cum seruus q̃dã Dei agnum,& azymos panes in petra collocasset,ignẽ ex ipsa petra prodijsse,atq. illa oĩa deuorasse B. Ambrosius dicit: Ignem est pe
Amb.prologo de Spiritu sancto. tra,qui est Iesus Christus,exijsse & illo Paschalis agni,& azymorũ panũ sacrificiũ consumptũ fuisse,diuiniq. amoris eius igne ueteri legi finẽ impositum fuisse. Hic est ignis sacrificij,quo Nazarei capillos suos combu
Num.6. rebant. Hoc.n.igne uniuersas superfluas curas,quæ per capillos significantur consumi oportet in nobis:ita,ut oĉs cogitationes nostræ deuotæ, sanctæq. sint. O diuina Petra
23 per ineffabilem clementiam tuã te supplici
ter exoramus ut ex ardentissimo amoris tui igne aliqua pruna in corda nostra prosiliat,qua cõburamur,atq. ab uniuerso malo purificemur: Vt igitur ꝓfs illi sacrificio finem imponeret, cũm discipulis suis cænauit. Atq. ẽt ob aliam præcipuã causam cũ illis cænauit. Ad cuius intelligentiam animaduertendũ est Christũ Redemptorẽ nostrũ Magistrũ, Dñmq. nostrũ esse, sicut ipse discipulis suis peracta hac diuina cœna, di-
Mat.11. xit: *Vos uocatis me Magister, & Domine, & bene dicitis, sum etenim.* Et quãuis tanquam
Scot. in 3. di.34.q.unica. Magister plurima sancta documenta tradiderit: duo tñ præcipuè docuit,sicuti dixit, Discite à me, qa mitis sum, & humilis corde; Scotus dicit, ꝓ quemq̃ esse mitẽ, est ad oĉs labores perferẽdos, qui sibi amicorum suorũ causa ꝓuenerint, esse paratissimum, absq. eo quod alicui resistat,aut officiat. Et
24 in hac apertius quam in alia re amicitia demõstratur. Quia uerò diuinũ redẽptorẽ semitissimũ esse docere,difficillimũ erat,sanctiq. Apostoli rudes erant ad intelligẽdum, qũo uita passura eẽt mortẽ. Et cũ magister
Simile. rudes,atq. ineptos discipulos obscurum aliq̃d docet, illud sæpissime repetit,& similitudini-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tudinibus illustrat, quousq. discipulis clarum, atq. intelligibile reddat: labores quos sanctissimus Magister passurus, & mansuetudo, qua nemini restitutus erat, sublimis, atq. difficilis materia erat, & idcirco illam sępenumero eis repetijt, dicés: Ecce ascendimus Hierosolymam, &c. At ipsi nihil eorum intellexerunt, erat.n. uerbum illud absconditum ab eis. Cùm aũt optimus Magister animaduerteret eos mansuetudinis lectionem non intellexisse, curiosam, & pspicuam eis similitudinẽ adducit, ut p eam ipsius mãsuetudinẽ intelligerẽr. Et ad hoc cũ illis cęnat, assumq. agnum ad mẽsam iubet afferri. O q̃ ppria similitudo. Non dubito, quin si discipuli illam statim intelligerent, sicut posteà intellexerũt, singulis morsibus ab eorum oculis lachrymæ prupissent. Posset eis Dñs dicere. Ecce, q̃ dicebam uobis, contemplamini me esse hũc agnum, immaniusq. q̃ illum cernitis me esse tractãdum. Hic.n. agnus occisus est, & postea excoriatus, atq. assatus fuit, ego aũt uiuus excoriandus, atq. in uero crucis ponendus, atq. innumerabilium laborũ, ac dolorum igne assandus sum. Diuinus aũt Magister similitudinem adduxit, sed p tunc eius expositionẽ siluit, quia opportuniùs illam declaraturus erat, ut illi, & per illos nos oẽs uere mites esse disceremus. Lectionem uerò humilitatis, etsi sępenumerò illos erudijt, sicuti cũ eis dixit: Quicũq; uoluerit inter uos maior fieri, sit uester minister. Et cũ eis dixit: Qui se humiliat, exaltabitur, nec eam bene intellexerunt. Ideò admirabilis humilitatis eis hodie adducit exemplum, quasi diceret eis: Contemplamini, cùm ego Deus oipotens sim, uos aũt pauperculi piscatores, me pallio depositio linteo, præcingi, atq. ad pedes uestros uos lauaturum prosterni. Q̃d si facerem, nonne uobis hæc cordis humilitas esse uideretur? Animaduertite igitur, atque attentè perspicite, qũo ego illud facio, siquidem me uerum Deum, atq. hominem esse creditis, & sic eorum pedes lauit. Atq. illa fuit perspicua similitudo, qua & illos, & nos ueram humilitatem erudijt.

Luc. 18.

25

26

Matt. 10.

Luc. 14.

27

Et ideò dicit S. Euangeliũ: *Surgit à cœna.* Quæ angustia est ista dñe quæ cor tuũ occupauit? Heu Deus meus etiam in cœna ab amore cõpilaris, i. [*Ere salteado*] Prosternitur potentissimus ille Dñs, in cuius cõspectu cælum, & terra, atque inferi flectuntur. *Et cępit lauare pedes discipulorum suorũ.* O profundum infinitæ ꝓbitatis, & charitatis pelagus, quid de te dicam? O cęli, ò terra, ò elementa, ò sol, & luna, ò splendentia cœli sydera à rapidissimis uestris motibus quiescite, & hunc tam profundæ humilitatis actũ animaduertite. O sublimes Seraphin coopertis uultibus proclamate: Sanctus, Sanctus, Sãctus, Dñs Deus Sabaoth, ne mũdus autorẽ suum ignoret, cùm illum adeò dissimilibus uestibus indutum, tamq. humili atq. abiecto operi intendentem pspiciat. Pro magna humilitate, & subiectione dixit illa prudentissima Abigail seruis Dauid: Ecce famula tua sit in ancillam, ut lauet pedes seruorum Dñi mei. Nunc autem potentissimus Deus quasi mancipium seruorum suorum abluit pedes. Ecce (ait B. Augustinus) manus, quibus æternus Pater oĩa tradidit. (*Sciens, q̃a omnia dedit ei Pater in manus.*) Nunc hoĩum pedibus suppositas Quasi res maximæ admirationis dicta est Mulier q̃dã lunam sub pedibus habuisse. Maior excellẽtia, & magnitudo est hæc hoĩum, si ipsum Deum sub pedib⁹ habere. Sponsa dicebat: Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Maior utiq. excellentia, atq. magnitudo est hunc ipsum sponsum, utranque manum piscatorum pedibus submittere. Admirabatur Dauid Deum sub hominũ ptãte posuisse oues, & boues uniuersas, insuper, & pecora campi, oĩa (inquit) subiecit sub pedibus eius. Maius aũt est sub pedibus potẽtissimas illius manus habere, qui oĩa creauit, cępit lauare. Hodie incipit, & cras lauacro finẽ imponet, cũ dicet in cruce, consummatum est. Hodie aqua, cras aũt sanguine lauabit. Hodie serui formam accepit, cras uerò inter duos latrones suspensus, latronis speciem assumet, ut peccatores discant humiliari, atq. huius superbiæ, q̃ oĩa conturbat, crura nouerint abscindere.

28

1. Reg. 25

29

Ps. 8.

30

Cant. 2.

Venit ergo ad Simonẽ Petrum. B. Augustinus super hunc locum uenerabilem Bedam secutus dicit, priùs Dñm ad B. Petrũ tanquam ad caput, q̃ futurum erat Ecclesiæ, uenisse, qui cum eum iuxta se perspiceret, pręmiraculosi operis, q̃ uidebat, splendore aĩo conturbatus, dixit ei: *Domine tu mihi lauas pedes?* Mihi (inquã) piscatori, & peccatori? *Q̃d ego faciã, tu nescis modò.* Nunq̃d arbitraris me, quasi seruũ uelle te, quasi Dñm abluere? lõge opinione falleris. Lauò utiq. te, ut humilitatem peccatorum purificatricem te doceam, quapropter non oportet

Aug. super hunc locum

Apoc. 12.

Simile.

tet te huic operi resistere. Nunquid tibi bonum esse uideretur, si uolenti sullonæ immundum pannum abluere, diceret ille: Ne quaquam me immundum pannum à te rationali creatura ablui patiar? Attende pãne (diceret illa) non te abluo eo q̃ me nobilio rem, q̃ te esse ignorem, sed ut siquidem mihi seruiturus es, ablutus, & non obscœnus mihi deseruias. Sic ego ò Petre nõ te abluo eo q̃ qualis uterque nostrum sit, ignorem, sed ut mihi mundus, & immaculatus deseruias. Recusanti adhuc B. Petro, dixit Dñs:

31

Psalm. 15.

Si non lauero te, non habebis partem mecũ. Pars illa est gloria, de qua Dauid: Dominus pars hæreditatis meę. Et, Qui unũ ueniale peccatum habuerit, non ingredietur in illam quousque ab eo purificetur. Quantum malum est peccatum: siquidem cuncti cines cęlestes non sufficient à Domino impetrare, ut quãdiu anima ueniali culpa fuerit maculata in cęlum Dño fruitura cõscẽdat, q̃ nos magnopere deterrere deberet, ita ut non solum à lethalibus, sed à ueni alibus ẽt peccatis diligentissimè caueremus.

Accedit postea clementissimus Domin⁹ ad pedes Iudæ. Eia infœlix peccator conuertere. Attende Deum ad pedes tuos prostratum hoc à te postulare. O immensam Dei misericordiam? Reus utique ad confessarij pedes se prosternere consuescit: Hodie uerò ad rei pedes se confessarius proijcit, eumq̃ cum pace, & uenia rogat. O filię Sion uenite, & uidete rem hanc tam obstupendam. Huc usque amoris beneficium peruenire potest. Ecce Deum ad pedes diaboli prostratum, quia unus ex uobis diabolus est. O peccator qui nunc me nudis, quoties tibi Dominus pacem obtulit, & nunc etiam te ad ueniam inuitat. Caue frater ne illam despicias, sicut hic infœlix discipulus, ne cum eo perpetuis cruciatibus contorquendus in infernum descendas. Cum discipulis suis cœnando, eorumq̃ pedes abluendo tanquam bonus Magister humilitatis, ac mansuetudinis lectionem Christus Redemptor noster erudiuit. Siquidem autem Magister est, & Dominus (ac talis Dominus) quandoquidem se Magistrum esse demonstrauit, rationi consentaneum erat, ut & Dominum munificentissimum se præberet. In tribus maximè rebus se quisquam magnificum esse Dominum manifestat: potentia, s. misericordia, & magnificentia. Hæc autem omnia in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento, quod illic instituit, Dominus demonstrauit. Dicit Sanctus Moyses: Date magnificentiam Deo nostro. Adeò usitata sunt in hac nostra tempestate magnificorum pronomina in Epistolarum superscriptionibus imponi, ut uix reperiatur homo quantumcunque uilis conditionis sit, qui in atramento & papyro non sit magnificus: quæ quidem nigra, & uana magnificentia est, nobis enim miserorum, & illiberalium nomen aptiùs competit. Nam ut dicit Aristoteles: Illiberalis, & arctus quod consumit, cum tristitia & amaritudine consumit. Et nos quicquid temporis, pecuniarum, atque uerborum in Dei ministerio consumimus, cum tanto mœrore, & parcitate consumimus, ac si illud deperdemus. Non ita est, cum oĩa in mundi seruitute dispendimus, quia illa cum maxima alacritate, & gaudio consumimus, & cũ tã arcti, atque illiberales nos in Dei ministerio prębeamus, magnifici tũ uolumus appellari; Dicit igitur S. Moyses: Ne arripiatis ò mortales nomen, quod uobis non conuenit, sed date magnificẽtiam Deo nostro: illi enim uni competit. Veruntamen notandum uobis est dilectissimi in nullo operum quæ Deus à mundi constitutione, quousq; semetipsum hominibus tradidit, operatus est, sese adeò magnificum præbuisse. Vt.n. dicit Aristoteles ubi supra, duo requirũtur ad magnificentiam: unum, uidelicet, ex parte operis, alterum uerò ex parte operãtis. Ex parte operis, q̃ sit maximi sumptus: ex parte uerò operantis, q̃ cum ipsius magnitudine conueniat. Si enim respectu unius ducis, eiusq̃ copijs consideratis opus aliquod magnificentia dicitur: siq; Rex idem opus fecerit, non magnificentia quidẽ, sed liberalitas appellabitur, multum enim à regia magnitudine degenerat. Videamus nũc quidnam consumpserit Deus mundum, & omnia, quæ in eo sunt, efficiens? Nihil utique, neque ex domo sua quicquam dispendit. Nam Deus est infinitus, & si omnia ei⁹ opera cum eius magnitudine conferantur, quasi nihil esse uidebũtur, & maiores sumptus facit Rex unum minutum largiendo, quàm Deus uniuersum mundum creando. Nam Rex tot minuta posset erogare, ut nihil illi penitus remaneret, Deus autẽ postquam innumerabiles mundos creasset, tam dies sicut antea persisteret. Ergo sic, ut Rex non est appellandus magnificus, cum

32

33

34

Aristo. 4. Ethico.

35

36

unum

unum miuutum tribuerit, nec magnificentiã facit; sic ẽt Deus & minus quidem, nec magnificentiã fecit, cũ mundũ cõstruxerit, iuxta doctrinam Aristotelis, licèt Deus magnificẽtissimus sit. Qñ aũt seipsum largitus est, tunc ẽm probitatem magnitudinemq; suam donum cõcessit, donũ utiq; infinitũ:
37 in quo magnificentiã suã oñdit, sicut in sacratissima incarnatione, atq. in admirabili huius diuini Sacramẽti istitutione, in qua infinitã magnificentiã, infinitã miam, infinitã deniq; potentiam demonstrauit. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui tanto pere nos uoluit honestare, ac magnificare.

Sciẽs quia omnia dedit ei Pater in manus

Et in eius discessu omnia in manib⁹ nostris collocauit, dicens: Accipite, & manducate. Hoc est corpus meum. Huc usque dicebat
Psal. 118. Dauid, quasi rem maximã: Aia mea in manibus meis semp. Nũc aũt possum⁹ dicere: Deus in manibus meis, Deus in ore meo, Deus in pectore meo. O fælices nos, si tanto beneficio debitas gratiarum actiones re
38 ferre nouerimus. Tam ineffabile est hoc beneficium, ut intelligẽs Christus Redemptor noster fieri nõ posse, quod homines tanto beneficio satis dignas gratias agerent, nec Deũ, sicut oportebat, pp illud collaudare; idcircò hic ipse diuinus Dñs, qui hoc in nos beneficiũ conferebat, quatenus hõ pro illo æterno Patri gratias egit: & sic quo tpe diuinũ hoc Sacramentũ instituit eleuatis oculis in cælũ, gratias egit, quia tale remediũ humanæ fragilitati uoluit adhiberi. Atque in hoc ẽt nos dñs docuit, ne diuinam Maiestatem laudare cessemus, pro tam singulari, ac supremo beneficio. In uoce exultationis, &
Psalm. 41. cõfessionis sonus epulantis dixit Dauid. Nihil aliud ex ore diuinũ hunc cibum comedentis, nisi uocem exultationis, lætitiæ & laudis oportet audiri: Videntes filij Israel,
Exo. 16. dixerunt: Manhu, nõnulli tenent illos hoc p contẽptum dixisse, quasi dicerent. Quid? hoc ne est magnum donũ, quod nobis promiserat Dñs?
39 (Etenim ingrati omnia comminuũt.) Pretiosum quid nobis ab eo dãdũ esse credebamus; uidete aũt quid nobis tribuit. Alij uerò, & meliùs dñt illos hoc præ admiratione dixisse, & ita sequit in textu, nesciebant. n. quid esset, & quia quo nõie illud appellarent, ignorabant, donum uocãuerunt quia Man in Hebræo donum significat, & Hu, i. hoc quasi dicerent, Hoc est uerè magnum, & insigne donum Dei. Esse autẽ hunc legitimum huius uerbi sensum patet: inferiùs. n. dicit: Appellauitq. domus Israel nomen eius. Man, i. donum, ex quo apparet illos cognouisse Manna illud cœleste donũ esse Dei qđ eius liberalitate sibi indignis donabatur, & sic confessi sunt. Sic igitur uni uersa Dei dona nos oportet accipere: omnia n. beneficia absq. meritis nostris in nos Dũs confert: Sup omnia uerò ei gratias agere debemus, p eo qđ pp nos se hominem fecerit, & p nobis mortuus fuerit, se seque in animarũ nostrarũ remedium tam magnificè nobis in cibum tradiderit, & cum admi 40
ratione, ac iubilatione oportet nos dicere: Manhu, ò quam maximum donum est, hoc benedictus, & glorificatus sit, qui nobis tale concedit. Vt autem quãtum in uos beneficiũ conferatur, cùm ad hãc sacrosanctã mensam sedere iubeamini, uobis apertius innotescat, exemplũ hoc adnotate. Inter ultima 3. Reg. 2.
uerba, & præcepta, quæ Dauid moriens filio suo Salomoni proposuit, fuit unũ, & nimis principale quod filios Berzelai semp ad mensam suã faceret confidere. Filijs (in
41 qt) Berzelai reddes gratiam, eruntq. comedentes in mensa tua, occurrerunt. n. mihi q̃ do fugiebam à facie Absalonis fratris tui, quasi diceret, cùm ferè uniuersus populus Israel Absalonem sequens me destituit, tunc iste fidelem se mihi amicũ præstitit. Nescio utique, utrum in hac re potius ad- 41
miremur, an fidelitatem Berzelai, q eo tpe cum tãto uitæ suæ discrimine Dauidis partes secutus est (si. n. Absõ uictor existeret, sicuti circunspectissim⁹ quisq. poterat suspicari, quid de Berzelai fieret) an de optimi regis gratitudine, qui non contentus est quãdiu uixit maxima in hos beneficia conferre, sed cum iam propè obitum esset, animamq. (ut aiunt) in faucibus haberet, cùm uix hoies sui ipsorum meminisse consuescunt, diligenter Salomoni commendat, ut eos ad mensã suã collocet, quæ qdem mẽsa talis erat, ut illã inter cętera Regina Saba, magnoperè fuerit admirata. Quàm maximi æstimarent hi, dicite mihi, quamque 42
fælicissimam ducerent parentis sui fidelitatem erga Dauid, siquidem ex illa tũ sibi honoris, atq. utilitatis euenerat? Ex quo conijcere poteritis, q̃ fælices, atq. beatas iudicabunt sancti in cœlo lachrymas, quas in hoc seculo in peccatorum remissionem effudерunt, laboresque quos propter Dominum pertulerunt, propter quos tanta nunc gloria

ria perfruuntur. Attamen ad propositũ redeuntes dicimus, sicut liberis Berzelai propter parentis merita singulare illud atque magnificũ beneficium factum fuit, sic æter-
Isai. 9. num Patrem propter merita Saluatoris nostri Iesu Christi (qui apud Esaiam futuri seculi Pater appellatur) hoc in nos tantũ, tãque excelsum beneficium absque nostris meritis cõtulisse, uidelicet, ut in hoc exilio ad diuinę Maiestatis suę mensam sacratissi-
43 mam sedeamus. Oportet autẽ nos animad uertere quæ dicit B. Paulus, de hoc diuino cibo loquens: Probet autem seipsum homo, &
1. Co. 11. sic de pane illo edat: qui enim manducat indignè iudicium sibi manducat. Maximam affert admirationem considerare, quanta cum reuerentia, & puritate præcipiebat Deus, ut uasa, & reliqua omnia supellectilia templi tangerentur. Quæ quidem umbra erant, atque figura huius altissimi mysterij. Præcepit Deus, ut quotiescunque Aaron summus sacerdos, eiusque
Exo. 30. liberi in tabernaculum fœderis, essent ingressuri, manus, pedesque abluerent, ne forte morerentur. Et alibi: Omnis homo, qui
Leu. 22. accesserit de stirpe uestra, ad ea quæ consecrata sunt, & quæ obtulerunt filij Israel Do-
44 mino, in quo est immunditia, peribit coram Domino. Et Sacerdos Abimelech noluit sacrum panem Dauidi, & seruis eius cõ-
1. Re. 21. cedere, quousque illos mundos esse maximè à mulieribus, certò cognouit, quod summoperè notandum est: circa quod Bea-
Hiero. su- per Matt. tus Hieronymus: Si panes propositionis abhis, qui uxores tetigerunt, comedi non poterant, quantò magis panis, qui de cælo descendit, non potest ab his, qui coniugalibus paulò antea uacauere amplexibus, uiolari; atque contingi? non quod nuptias condemnemus, sed quod eo tempore, quo ad tremendum Domini corpus accessuri sumus, uacare carnalibus operibus non debemus. Hoc tamen dictum Beati Hieronymi secundum congruitatem, non secundum necessitatem oportet intelligi. Vnde utrum talis diuinum Eucharistię Sacramentum đ
45 beat accipere, nec me, sub iudicio est relinquendum, sic tenet Beatus Thomas. Quæ
S. Th. 3. p. 9. 80. art. 7. ad secundum. cum ita sint fratres charissimi, sic ad hanc sacrosanctam mensam cum timore accedere, ut tantum bonum pro culpa nostra, non nobis in malum conuertatur, sed nobis medicina, uita, atque gratia sit, qua cælestis gloria comparatur. Amen.

Quad. Thom. j. Pars 2.

Sermo in Passione Domini.

Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Ad Philip. 2.

TAM sublimibus mysterijs recẽ- 1
sendis, sicut hęc, de quibus in prę sentiarum nobis agendum est, Angelorum linguis, inflammatissimorumq; Seraphim amore, ac spiritu op⁹ esset. Nam dolores Christi Redemptoris nostri, sanctissimæque Passionis, & mortis ipsius mysteria gustatu quidem aptiora sunt, quam dictu. Te igitur ò Christe flagellis cæse inuoco, ac suppliciter exoro, ut in ijs, quæ dicturus sum, linguam meam dirigas, corq; meum, atque omnium circũstantium tenerum reddas, ut hæc omnia sicut oportet, persentire ualeamus. Vosque 2
ò Catholica corda, huius diuini Domini nomine adiuro, ut eadem, sicut in his uerbis Beatus Apostolus uos admonet, sentiatis. Si Dauid imperauit, ut fœminæ Israel lamentari discerent, ad Saulis & Ionathæ 2. Re. 1.
obitum deplorandum, & ipse collachrymans dicebat. Saul, & Ionathas amabiles, & decori ualdè in uita suã, sin morte quoque non sunt diuisi, quanto magis ratio postulat, ut deploremus, & deplorare alios doceamus mortem, sanctissimi Iesu, & ineffabilem dolorem sanctissimæ genitricis ei⁹, multò quidem amabiliorem, atq; pulchriorem Saule, & Ionatha in uita sua, & in omnium seculorum temporibus, qui nec in ipsius morte separati sunt, sed iuxta crucem, cui sacratissimus filius pendebat affix⁹, stabat dolorosa mater, sicut dicit Beatus
Ioan. 19. Ioannes. Stabat iuxta crucem Iesu mater eius. Quemadmodũ membra illuc occurrere consuescunt, ubi præcipuus corporis
Simile. dolor uiget. Sicuti, si uobis stomachus dolet, ibi manus apponitis, & super illum recumbitis, si dentibus laboratis, statim caput 3
deflectitis, & manus illis impositis, quia illic totus dolor assistit, sic etiam uirga męstissima cruci adhęsit, qa illic totus ipsi⁹ dolor aderat. Illic erat plaga, quæ eius uiscera uulnerabat, atque idcirco illinc non rece-
Num. 20. debat. Quòd si multitudo filiorum Israel planxit obitum Aaron, qui obijt in monte Hor, planctusque illorum integrum mẽsem durauit, quanto magis nos Christum

Universidad de Deusto
Biblioteca

uerum ac summũ totius mundi. Sacerdotẽ oportet lamentari, qui in monte Caluariæ mortuus est. Aaron mortuus est, ne in terrã promissionis ingrederetur: Christus autẽ reparator noster obijt, ut nos in ueram promissionis terrã, q̃ est cœlestis gloria, introire
4 mus. Si igitur obitus Aarõ triginta dies deploratus est, nomine huius summi Sacerdotis mortẽ toto uitæ nostræ tpe debemus lamentari? Quod, sicut B. Augustinus exaggerat, maximi meriti est oblatio. Quamobrẽ
Augu. to. 10. 193 B. sicut in alijs concionibus ad bene dicendũ, atque ad bene operandum gratiam postulamus: sic hodie ad bene dicendũ, bene operãdum, bene sentiendum, ac denique bene deplorandum illam debemus exposcere. Confidenter sperare possumus, sacratissimã uirginem Mariam Dominam nostram auxilium, gratiamq̃ nobis impetraturã esse, ut quod ipsa persentit, nos quoque aliquo
Thre. 3. modo sentiamus. De qua uerba illa Hieremiæ meritò dicere possumus: Magna est uelut mare cõtritio tua, quis medebitur tibi?
5 Tantum excedit dolor tuus ò uirgo purissima cæteros oẽs dolores, quantum mare cæteris fluminibus antecellit. Et quemadmo-
Simile. dum in mari nulla est gutta aquę, quæ non sit salsa, & amara, sic nihil erat in corde sanctissimę uirginis, quod eam non affligeret. Et sicut in mari unus fluctus alterum sequitur, & omnes in littore confriguntur, sic et in huius tristissimæ genitricis corde altera pœna, & dolor, alterum sequebatur, & cũcti in uirginalibus ipsius uisceribus frangebantur. Quis medebitur tibi, siquidẽ medicus,
6 qui dolori cordium medebatur, hodie iter duos latrones moritur, crucifixus? Tãto dolore, atque afflictione pretiosissima hęc uirgo affecta est, cum quia delicatissima, & maximè compassiua erat, & si canem in uia dolores perpeti cerneret, illũ miseraret quanto magis filiũ suũ, & talẽ filium tot labores patientẽ pspiciens, tũ et, qa semper domi inclusa morabat, nec quenq̃ ullo unq̃ tẽpore uapulare, crucifigi, aut cõtorqueri pspexerat, & primus quẽ in uita sua tormẽta perpeti uidit, fuit dulcissimus, atq. amantissimus ipsius filius, atq. ideò in hæc clementissima eius uiscera crudelius trãsfigebãt. Siquidẽ igit, innumeros hos dolores tãtopere sẽsit, illã suppliciter exoremus ut ab amantissimo filio suo nobis gratiã cõsequat, quò ad ipsius imitationem aliqd nos et sentiamus: dicentes singuli deuotissimè, Aue Maria.

Hoc enim sentite in uobis. Sicut pretiosissima diuini Saluatoris nostri Passio, est una ex mirabilioribus rebus, quas Deus pro nobis in hoc seculo fecit, ne faciet: sic est res maioris doloris, atque tristitiæ, q̃ oẽs, q̃ sũt, fuerũt, & futuræ sunt. Et hinc est, q̃ q̃ũ Deꝰ illã Prophetis reuelabat, & pcipiebat, ut populis pdicarent. Alter dicebat. Lingua mea
7 adhæsit faucibus meis. Alter dicebat. Dñe q̃s credidit auditui nostro? Alter uerò dicebat: Audiui auditionẽ tuam, & timui. Alter miserũ hoc & lamentabile tps in spiritu cõtemplans, dicebat. Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontẽ lachrymarum, & plorabo die ac nocte. Ideò decreuit diuina Prouidẽtia, ut in dolorosa Redemptoris
Hier. 9. mundi morte, insensibiles etiã creaturę sensationem facerẽt, lapidesque adinuicẽ confringerentur, ut significaret eos, qui talem mortem non sentiunt, atq. dolẽt, lapidibus ipsis insensibiliores esse. S. Propheta Zacha
Zach. 12. rias sacratissimũ hoc mysteriam referens, dicit. In illa die quærã conterere oẽs gẽtes, quæ ueniunt contra Hierusalem, & effundam super domum Dauid & super habitatores Hierusalem spiritum gratiæ, & præ-
8 cum; & aspicient ad me, quem confixerunt, & plangent eum planctu quasi super unigenitum, & dolebunt super eum, ut dolori solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit plãctus in Hierusalem, sicuti planctus Adrademmon in campo Mageddon, & planget terra familiæ, & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum. B. Ioannes declarauit hanc prophetiam de Christo Redẽptore nostro intelligi. Nam cũ omnia mysteria sanctissimæ passionis Dñi retulisset, & quomodo in cruce expirauit, sacratissimoque eius lateri lancea uulnus fuit, inflictũ, addidit, dicens. Facta sunt hæc, ut Scriptura impleretur, uidebunt in quem transfixerunt, quæ est hæc quam modo retulimus. Quapropter per gentes quas sanctus Pro-
9 pheta dicit, in die illa à Domino fuisse cõtritas, diaboli significantur. Et in ipsa die super Ecclesiam suam, quæ per domum Dauid, & habitatores Hierusalem significatur, sacratissimum sanguinem suum effudit, qui est spiritus gratiæ, & precum, quia in uirtute huius pretiosi sanguinis meritum consequuntur preces nostræ, & per eum gratiam comparamus. Et dicit in hac die illos, qui eum crucifixum perspexerint, esse plancturos. Non solum autem, qui tunc eum corporalibus oculis uiderunt, uerum & nos ẽt q̃ ipsum fidei oculis spiritualiq̃ cognitione pspicimus, quasi super unigenitum planctum maximum edere debemus. Vt aũt S. Propheta rẽ amplius exaggeraret, addidit: sicut planctus Adradẽmõ in campo Mageddõ. Vnus ex præcipuis, & nimium celebratis plãctib⁹, q̃ fuerunt apud Hebræos, fuit hic,
2. Para. 35. & factus est pro rege Iosia ut patet in Paralipomenon, ubi dicit, uniuersus Iudas, & Hierusalem luxerunt eũ, cuius oẽs cãtores, atq; cantatrices usque in præsentem diem
10 lamentationes sup Iosiã replicant. Dicitq; supremum hunc defunctum oẽs familias, & mulieres à uiris segregatas esse plancturas. Aduertite q̃ singularẽ admonitionem nobis hic S. Propheta præbet. Nunc. n. rõni cõsentaneũ est uiros ab uxoribꝰ segregari, ut
Auguſt. melius ualeãt lamentari. Et siqdẽ segregari nequitis: facite q̃, dicit B. Augustinus, q̃n Christianus solus esse nõ põt, ut sanctissimã dñi
Gene. 49. passionem lamentetur, cogitet se solum esse nec rẽ tã dignam fletu coram alijs deplorare erubescat. Patriarcha Iacob in lectulo suo liberis suis circunstantibus, eiq̃ ministrantibus obijt, & aromatibus unctum eius cadauer ductum fuit à filijs eius, ut in sepulchro patrum suorum sepeliretur. Vbi celebrantes exequias planctu magno atque uehementi impleuerunt septem dies. Vnde locus ille uocatus est: Planctus Ægypti. O fratres charissimi hodiè moritur maximus Ia
11 cob Iesus Christus non senex qdem, neque annorũ plenus, sed in florentiori ætatis suæ tempore, uidelicet tricesimum tertium annum peragens: nõ in lectulo qdem filijs circumseptus, sed in cruce inter duos latrones, non consolatus qdem, sed blasphematus, uarijsq; contumelijs affectus. O afflictissime Iesu q̃o põt te non flere Ægyptus? quo fieri põt q̃ cum te tot laboribus, atque tormẽtis cruciatum contemplemur, uiscera nostra non abscindantur, teq̃ nõ tm̃ septem dies, sed toto etiã uitæ nostræ tpe lamentemur,
Esai. 57. ò q̃ merito queriꝰ Deus de illorum inhumanitate, q̃ hoc non sentiunt, per Esaiã prophetam dicens: iustus perit, & non est q̃ recogitet in corde suo. Iustus per Antonomasiam
12 est Christus. Sic eum uocat æternus pater per Esaiam dicens: prope est iustus meus.
Esai. 51. Cumque hic iustus iustorum moriat, nõ est q̃ eũ in corde recogitet, ideſt, qui eum iterũ atque iterum, sicut oportet, aio contemplẽtur. Sicut oportet (inquam,) Ad quod scien-
Exod. 12.

dum est, præceptum fuit à Deo, ut ita agnꝰ frangeretur, ut per iuncturas scinderetur, & qui eum diuideret, nullum illius os infringeret. Videamus nunc, ecquid significabat iuncturas agni tenere? significabat, nos oportere scire, sanctissimam dñi passionem contemplari, & quia hæc est doctrina notatu dignissima, animaduertite sacratissimam hanc passionem tripliciter considerari posse. Primo eius effectus considerando, qui fuerunt mũdi redemptio, & nos cum æterno patre recõciliari. Secundo maximã Christi redemptoris nostri innocentiam tormentorumq; quę
13 passus est rigorem recogitando. Tertio tandẽ & ultimo causam, quare hæc oĩa passus est, contemplando, quę quidem fuerunt peccata nostra. Quantum ad primum eius passione possumus gaudere, sicut ipse dixit, congratulamini mihi, quia inueni ouem, quę perierat. Quãtũ ad 2m, scilicet ad innocentiam naturale est homini perspicienti innocentem uirum tam crudelia tormenta patientem contristari, eiq̃ compati. Quantum Luc. 15.
ad tertium, quæ sunt peccata nostra, iam uidetis q̃topere plorare teneamur, eo q̃ peccata nostra sanctissimę ipsius mortis causa
14 fuerint. Nonnulli etenim benedictam hanc passionem nimis superficialiter contemplãtur. Q̃n prędicatur quõ dñs uinctus, flagellatus, spinisq̃ coronatus est, illi compatientes plorant, sicut compaterentur, si quemcumque iustum, atq; innocentem mori perspicerent, neque ulterius progrediuntur, & hoc est agni iuncturas non tenere, sicut ait
15 Lactantius Firmianus ad hoc propositum. Non enim (inquit) Gabianam crucem de- Lactan. li.
scribimus, hominem Romanum actum in 4. de diui.
cruce Gabianus nobilis uir Romanus inno- instit. c. 18.
centissimus affixus est. Non sic tãtum dñi passionem uos sentire oportet, ulteriùs considerationę progrediendum est. Contemplari etenim debetis illam esse animæ uestrę medicinam, atque salutem, amoremq̃, quò dominus illam passus est cogitare debetis, & uos peccatis uestri illius mortis causam fuisse. Et sic illam deplorantes peccata etiã uestra plorare, illiusq̃ dñi, qui pro uobis talia passus est inflammantissimo amore debetis accendi. Ideò ipse dixit plorantibꝰ mulieribus: Filiæ Hierusalem nolite flere su- Luc. 23.
per me, sed super uos ipsas flete. Flete (ait) me, sed ulterius pertransite, & uos ipsas in me flete. Et hoc erit agni iuncturas tenere: ut exinde grati, cõtriti maneatis, diuinamq;

probitatem ardentissimè diligatis,& peccatum maximo odio habeatis, siq dē tā pestifer morbus est, ut tali medicina indiguerit.

In hac sancta doctrina innitentes fratres charissimi facite, q̄ uobis dicit B. Paulus: *Hoc enim sentite in uobis, quod & in Christo*
16 *Iesu.* Idest, dolores, quos hic optimus dñs p̄ pessus est, in uos metipsos transferte: uosq; metipsos illos tolerare contemplamini: Et sic aliqd ex multis, q̄ ipse sentit, sentire poteritis: Nā oīa ill̄ hæc sentiri est impossibile, tot .n. tantiq; fuerūt dolores, quos hic bonus Iesus passus est, ut cū illos Deus uellet
Gene. 4. inscribere, & dipingere, in diuersis hoibus
Ma. 27. cos depinxerit, nullū q̄ppē uas, neq; creatu-
Ma. 15. ra erat, q̄ tormēta capere posset. Et ita tor-
Luc. 23. menta, quæ passus est S. Abel, cū in agro à
Ioan. 19. fratre suo Cain interemptus est, figura fue-
Gene. 9. runt tormētorū, quæ Christus Redemptor noster in monte Caluarię p̄tulit, & afflictio, q̄ Sanctus Noe passus est cū cognouit se a filio suo discoopt̄ fuisse, atq; ipsius uerenda detexisse, ōt fuit figura angustię, atque affli
17 ctionis, q̄ honestissimus Iesus p̄sentit, cum se uestimētis oīb⁹ in oīum conspectu spo-
Gene. 22. liatū uidit, cū illū populus illudebat, q̄ ipse anteà ut filiū charissimū diligebat. Et dolor, quē p̄tulit patriarcha Abrahā, cū De⁹ illi p̄ ciperet, ut filiū suū Isaac ,pprijs sibi manib⁹ immolaret, & quē sensit adolescēs, cū se sup ligna deuinciri passus est, cūq; parētis sui ictū iā sibi pspexit imminere: hęc oīa fuerūt delineamenta eorū, quę māsuetissimus, atq; obedientissimus Iesus patris sui imperio toleraui. Et lachrymę, quas S. Iacob effu-
Gene. 37. dit, qñ charissimi filij sui Ioseph uestē sanguine cruētatā ipsi⁹ liberi ei ostēderūt, quęque S. Ioseph passus est videns se in cisternā à suismet fratribus immissum, deinde ab ipsismet uenditum, posteà demum in Ægypto
Gene. 38. uinculis alligatū. Hi oēs labores, angustias, atque persecutiones, quas innocentissimus Iesus, suscepit, repræsentabant. Necnon & labores Sancti Iob, de quo dicitur, testa re-
Iob. 2. debat saniem in sterquilinio, hi oēs erāt repræsentatio quædam afflictionum sanctissimi dñi. Et si quantumuis Sanctus Iob uulneratus erat, aliquod tñ brachium liberum,
22 atque solutum ei pertitit, quo saniem, & uermes testa posset abradere. Crucifixo autem Iesu in sterquilinio Golgotha, nec pes, nec manus libera remansit, sed utroque pede, & manu affix⁹ est: omne hi dolores, aliorumque sanctorum tormenta, quæ nunc recensere longum esset fuerunt (ut ita dicam) cifra, & quasi nullius doloris, & afflictionis in comparatione tormentorum quæ nostr̄ supremus Saluator pertulit. Vt melius & efficacius hos dolores sentiatis, animaduertite regulam esse iuris, q̄ agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. Hæc aūt desūpta est ex B. Paulo, qui dicit. Qñ qui talia 19
agunt, digni sunt morte: non solum q̄ ea faciunt, sed ēt qui consentiunt facientibus. Et Roma. 1.
hinc est q̄ cū corpus, & aia in peccatis sint comites, in supplicijs ēt socij esse debent. Si enim interiora solius aīę peccata considere mus, in ijs etiam corpus consentire uidet, siquidem instrumenta sua præbet, q̄bus ad peccatum p̄ueniatur: quāto magis in carnalib⁹ culpis quæ cū aīæ consensu in corpore exercentur, cumq; Iesus Christus filius De⁹, p hoie soluturus, ueniret, diuina iustitia postulabat, ut in aīa, atque in corpore pateretur. Aia sanctissima statim in instanti incarnationis suæ notitiā habuit oīum peccatorum, quę in toto mundo commissa fuerant quæque in posterū committēda erāt, & pp 20
illa immēsam habuit tristitiā. Nā tātā ex iniuria illi, quem diligimus, illata tristitiā percipimus, quātus est amor, quo illum amam⁹. Cumque sacratissima Redemptoris nostri aia Deū immensa charitate diligeret, quia (ut ait B. Ioannes) non est datus ei spūs ad mēsurā, sic immēsam habuit tristitiā, pro iniurijs Deo illatis. Quamobrē merito de illo dici potuit illud, q̄ addit scientiā, addit & laborē: qa ex notitia tot peccatorū processit ei tristitia omniū illorū. Maximā ēt ha Ioan. 1.
buit tristitiā contēplās dolores, ac tormēta, Eccle. 1.
quæ sanctissimū corpus suū passurū, pp ingentē amorē, quo illud diligebat. Dicit sapiens si fuerit tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua. Nunq̄ fuit tam fidelis seruus, sicut sacratissimum dñi nostri Iesu Christi corpus bñdictę ipsius animę fuit. Et sic nulla unquam fuit anima, quę tanto amore corpus suum prosequeretur, sicut anima ipsi⁹. Eccle. 31.
Atque ideò eius tormenta, & ab eo p mortem recedere, maxime persensit. Quam sen 21
sationem magnopere mirabatur sapiens dicens, ò mors q̄ amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis, & cui
ius uiæ directę sunt in omnibus. Christus Eccle. 41.
filius Dei est hic homo plurimas habēs substantias, diuinam scilicet, & humanam, animam, & corpus. Et inter has substantias maxima semper floruit pax, & concordia, quæ

quidē in alijs hominibus non reperitur. Et oēs ei⁹ uiæ, desideria, cogitationes, & actiones rectitudine plenæ fuerunt. De hoc igit diuino hoie uidentur intelligi hæc uerba. Et exclāmat sapiens admirans amaritudinē q̄ pcepit Dñs recordās se esse moriturum. Reus morte damnatus toties moritur, quo
22 ties re moriturū esse recordat. Et sic quem gladius semel interficit, mortis recordatio sæpius occidit. Cumq; benedictissima illa aīa, ab instāti creationis suæ crudelissimā illam mortem sibi pferendā esse cognorit innumerabiles mortes in imaginatione passus est. O incomprehensibile tot amaritudinum, atque tristitiarum pelagus, & hæc oia
Eze. 30. pp nos. De munitissima quadā urbe Ægypti dixit Ezechiel, quasi parturiens dolebit Pelusium. Quæ uerba huic afflictissimo Dño aptius quadrare uident. Nā Pelusium idē est q̄ rubus, eius aūt sacratissima humanitas fuit rubus, quo dęmones, atq; Iudęi cōpuncti sunt. Ad rubū confugiunt aues, & in eo serpentes, atq; lacerti delitescunt. Sic in
23 Christo Saluatore nostro iusti ac peccatores subsidiū inueniunt, & hoc Pelusiū acerbissimos parturientis pertulit dolores ab instanti creationis suę, usque ad tempus, quo nos in cruce parturiuit. Aia duertite fratres quantū huic cęlesti Redēptori debeatis. Tu uerò ò infœlix peccator ne unā quidem horam contristari nosti, eo q̄ creatorē tuum toties offenderis, quomodo igitur contritionem habebis propter alia peccata, quæ proximi tui in toto orbe committunt.

Hoc enim sentite in uobis. Quod ut aptius sentiatis, cōsiderate qūo peracta illa mysteriosa cœna abijt optimus Iesus cū discipulis suis in hortū Gethsemani. O dulcissime, & secunde Adā q̄ dispositā defers mūdi redemptionē sm casus eius inordinationem.
Matt. 26. In horto infirmatus est orbis, & in horto in
Mat. 14. cipis ei remediū adhibere, ut ubi cōmissa est culpa, ibi incipiat solui & pœna, atque ubi Adā se deiunxit, ibi tuis passionibus il-
24 lū incipias dissoluere. Ad hortū igitur p̄ueniens incōparabili mœrore à suis S. Apostolis receſſit. Receſſit aūt quantū iactus est lapidis, ut significaret, quandiu in hoc sæculo commoramus, nunq̄ se à nobis tantum recedere pp peccata nostra, quin eum, si uolumus pœnitentia nostra bonisque operibus consequi ualeamus, q̄ quidem bona opera quasi lapides ad eius cor peruenient, illudque percutient, atq; ex compassionis eius
uulnere, miam, & ueniam elicient. Considerate dilectissimi fratres quāta cū tristitia ab Apostolicis illis uiris receſſit atq; humi proiectus est. Voluit utiq; terrā amplecti, ut inter se, & illā pacem componeret. Male dixerat illi, nunc autem cā amplectitur, atq; osculatur, ut intelligamus eum cum amore ab ea discedere. Qñ amicus ab altero profi
ciscitur, sese inuicē amplexari cōsueuerunt. 25
Triginta tres anni erant, ex quo amicitiam cū terra inierat, nunc autē illā amplexatur, & ultimum uale ei dicit, quasi dicens ei, uale ò terra, iam etenim moriturus à te discedo, neque enim te, sed in aere mori uolo, aerē enim uocant diuinę literę cōmunem, nam, licet de terra possunt dicere domini, Sap. 9.
hæc est mea terra, & hęc est mea, de aere tamen nullus potest dicere, hic est meus, & ille meus aer, omnibus enim est communis.

Vt igitur diuinus hic Dñs significatur q̄ cōmunis futura erat sacratissima ei⁹ mors, & merita noluit in terra, sed in cōmuni aere mortem subire, & procidit in faciē suam. Sicut filius prodigus corā patrem suo se ,p
strauit, sic etiam clementissimus hic Dñs ,p Luc. 22.
sceleribus nostris miam petiturus in faciē suam procidit. Et sic humi iacens dicebat: *Pater mi, si possibile est, &c.* O quam dulcissimum, atq; suauissimū uerbum. O pater mi, 26
semper te patrem appellaui, & hęc fuit causa, ob quam homines ad me occidēdum ardentiùs concitati sunt. Ego autē nō ideo ueritatem filebo. Contēplamini fratres humilitatem, qua exorabat, humi sic cōsternatus, nec uerò absolutè precabatur, sed sub conditione dicens, ueruntamē nō sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Discite hinc fratres reuerenter, humiliter, & sub conditione Domi
num exorare dicentes: Domine si hoc tibi Hebr. 5.
placet, fiat minus fiat in omnibus uoluntas tua. Quod siquis dicat: Beatus Paulus dixit de hoc superno Redemptore, exauditus est pro sua reuerentia (quod ibi non intelligitur passiuè, id est, quod dignus erat reuerentia licet omni reuerētia dignus esset sed
actiue, hoc est quia Deum nimis reuereba- 27
tur, omnem que famulatum, & adorationē patri pręstabat) si pro sua reuerentia exauditus est, quomodo non abstulit ab eo æternus pater hunc calicem, quem Dominus si bi auferri precabat? Ad hanc quæstionem Tho. 3 pa.
elegāter respondet Diuus Thomas, in illa q. 21. ar. 2.
oratione animam Christi Redemptoris nostri nihil perijsse, sed sensualitatem hęc de

Universidad de Deusto
Biblioteca

precatã fuisse,in cuius nomine ratio postulationem ,ppositi.Sicut cum rusticus agricola in iudicio quicquam conatur exposcere,nec iuris terminos nouit consulit iurisperitum,& ille postulationem ignari agricolę nomine disponit,sensualitas est iguara,
28 nec scit petere,& aĩa illi⁹ ignorantiæ cõdolens patroni munus suscepit orationem illam ipsius nomine proponens:ob nullam aliam causam nisi ut declararet quàm difficilis,atque amara Christi Redemptoris nostri sensualitati mors illa uideretur.

Et uenit ad discipulos suos. Ter surrexit dñs ab oratione sua,& ad discipulos suos secõtulit;In quo docemur,q̃ diligẽter debeãt prælati,patresfamilias, & dñi sup inferiores suos uigilare, nullaq; occupatione hãc illorũ uigilantiã impediri oportere nobis declaratur,qnandoquidẽ filius Dei ab oratione desistebat,ut suis cõsuleret. Quid maioris ponderis, ac momenti in oĩbus sæculis,q̃ oratio illa extitit?illã aũt relinquebat,
29 ut discipulos suos uiseret.Nõ est certum in qua harũ trium orationũ ei Angelus apparuerit.Epiphani⁹ dicit Angelum dño appa-
Epipha. ruisse uidentibus discipulis, ẽm cuius sentẽtiam in prima oratione,antequam discipuli dormirent,ei apparuisse:ego tñ arbitror melius esse diceret q̃ una illarũ triũ orationũ illi Angelus apparuit confortans eum.Et diceret ei. O maxime cęlorũ dñe ęterni patris filij ex quo orare cępisti, oĉs cęlestes cines i cõspectu diuinę Maiestatis ,pcidimus eã exorãtes,ut ꝑces tuus acceptare dignaretur.Veruntamẽ ęternus pater dicit,ut aĩad uertas hanc medicinã ad hominũ salutem ab æterno fuisse constitutã teque pp ineffabilem amorẽ, quo eos diligis illã conficiendam susceпisse:sin minus nullus ex illis cælestem glorią ingredietur. Et siquidẽ hanc oĉs expectãt,rõ,iustitia, & misericordia po
30 stulant,ut eã compleas.Altera translatio dicit:Apparuit ei Angelus exaltãs, & glorificans eum,idest,loquens de mortis eius fructu, & de admirabili gloria resurrectionis eius,p quẽ filij Adæ exaltandi,& glorificãdi erant.Et referens B.Lucas hanc Angeli apparitionem statim addit.*Et factus in ago-*
Similc. *nia prolixius orabat.* Plaustrarius cliuũ ascẽsurus si plaustrum stridere sentit,axem ungit,ne ampliùs stridat.Sic cum Christus Redemptor noster hunc passionis cliuum esset ascensurus hoc sacratissimi corporis sui plaustrũ stridebat etenim cliuus ille difficilimus sibi uidebatur ascensu,ne igitur plaustrũ hoc strideret,sed cũ silẽtio libẽter graderetur, illud orationis oleo perunxit.O q̃ admirabile remediũ ad labores pat.ẽter pserẽdos,cor sanctæ orationis oleo ungi. Hoc aũt nõ quocunq; modo,sed prolixius, quo usq; corpus diuinę uolũtati subijciatur.O aĩa Christiana tãtã hãc Redẽptoris tui agoniã attentè considera. Magna fuit angustia Saulis cum dixit armigero suo:euagina gla-
31 diũ tuũ,& percute me,ne fortè ueniãt incircuncisi isti,& interficiant me illudentes mihi:& noluit armiger eius.Arripuit ergò gladiũ Saul,& irruit sup eũ.Veruntamen mul- 1.Reg.ult.
tò maior hac agonia fuit angustia,& labor Christi Saluatoris nostri.Saul etenim super gladiũ suũ irruit, ne hostiũ suorũ illusionẽ expectaret. Hic aũt clementissimus Dñs in numeras inimicorũ suorũ iniurias uoluit expectare. Pro magna exaggeratione dicit. Iob.15.
Terrebit eum tribulatio, & angustia uallabit eũ, sicut regẽ, q̃ ꝑparat ad pliũ. Magnæ sunt tribulationes regis ꝑparantis se ad ꝑlium.O supernę rex Iesu Christe fili Dei,q̃ uallatus es tribulationibus, & angustijs ad
32 ingrediendum in hanc atrocissimam pugnam,ubi arma, quę ictus crudelissimos receptura sunt,sũt tua sacratissima membra, tua sanctissima facies alapas,tuum denique sacratissimum corpus uerbera patietur.

Et factus est sudor eius tanq̃ guttæ sanguinis decurrẽtis i terrã. Præ agone sanguinis Simile.
ad cor receptus est.Et quẽadmodũ feruens olla ꝑ nimio calore liquorẽ, quẽ i se habet, effundit,sic ẽt sãctissimũ ei⁹ cor ꝑ maximo agone ꝑtiosũ sãguinẽ in exteriores partes sacratissimi corporis sui,ita ,pẽsare fecit,ut illud totũ sãguine pfuderit. O mœstissime agne,ò Angelorũ lętitia,ò beatorũ spirituũ Gen.3.
gaudiũ,q̃ plene sup te maledictio cecidit, q̃ patri nostro Adæ iniecisti,di cẽs ei:i sudore uultus tui uescęris pane tuo.Panis tuus ò Dñe sunt corda nostra, q̃ si manducaturus es,satis magni ea emis,siqdem pp illa Luc.19.
sanguineos sudores immisisti. Super Hieru salẽ aquæ lachrymas ab oculis ,pfudisti,nũc aũt oĩbus mẽbris sanguineas lachrymas im-
33 mittis.O sanguis benedicte q̃tum tibi peccatores debemus, qa ꝑ nobis effundi summopere desiderasti:ò sanguis ꝑtiose,absque eo q̃ uia tibi ad exeundũ patefiat, tumetipse uiã aperis, q̃ poros ꝑ quos erũpas, exqris. O suauissime sanguis immerito dicere possumus,te nõ libẽter effundi,siqdẽ priùs quàm

quàm uerbera,spinæ,claui,ac denique lancea foramẽ aperiãt ꝑ oĉs sacrosancti corporis partes erũpis,ut terrã irriges, & sic dicit sacratus textus:*Factus est sudor eius tanquã*
Mar.17. *gutta sanguinis decurrentis.* Nota illũ nõ dicere destillantis,sed decurrẽtis ad significãdã abundantiã, qua exhibat. De filio ,pdigo dicit B.Lucas,q̃ dissipauit substantiã suam
34 cũ meretricibus.O meretrices, ò aĩæ,q̃ deo pfide fuistis: eccè filiũ prodigũ uniuersum sanguinẽ & substantiã suã ,p uobis dissipantẽ,ò deuota Magdalena ubi nũc cũ tuis pretiosis aromatibus cõmoraris?cur in tãta necessitate,atq; angustia cælorũ Dño linteum
Luc.15. non affers?& tu ò sanctę Ecclesię caput gloriosę Petre,q̃ perspiciens dñm tuũ,atq; diuinũ Magistrũ in monte Tabor splendenti transfiguratũ dixisti, bonũ est nos hic esse, accede,uideamus,qd nũc dicas,cũ eum mę stissimo uultu sanguineq̃; perfusum uideris.O uirgo clemẽtissima misericordiæ mater,quæ sæpenumero tuis sanctissimis manibus sacratissimi ipsius uultus sudorẽ abstersisti, cũ ex diuinæ prædictationis suæ discursibus calore fatigatus accederet: quarè
Cant.5. nunc nõ uenis, ut ei in hoc terribili agone succurras?Nunq̃d tu ò Dña non dicebas ueniat dilectus meus in hortum suũ ut comedat fructum pomorũ suorũ?ò si tu nũc ò uirgo singularis in hortum uenires, quanta tristitia cor tuũ transfigeretur, cũ dilectũ tuũ
35 tanta afflictione cerneres cõstitutũ, speciosissimũ eius uultũ mœrore dimissum,splendidissimos eius oculos in terrã deiectos,lachrymisque perfusos,uenustũ ipsius colorẽ permutatũ,ò fratres mei nè cum Apostolis dormiatis,sed cũ mœstissimo, atq; afflictissimo Iesu peruigilate, riuulos sanguinis ex pretiosissimo eius corpore defluentes considerate: illos in cordiũ uestrorũ uasis colligere curate:siqdẽ ,p redẽptione uestra tã liberaliter effunditur. O quã marmoreum ẽ cor,q̃ hoc diuino sanguine non mollefit ò q̃ lethalis est morbus,q̃ tã efficaci unguen-
Eze.24. to non sanatur. Satis ad literam nunc adimpletur, q̃ dictũ est per Ezechielem, Multo labore sudatũ est,non exibit ab ea nimia ru-
36 bigo eius.Siquidem cũ tanta abũdantia sanguineorum sudorũ Dei ablui possent,pluri-
Exo.26. mi peccatis suis remanẽt obsceni.Præcipiebat Deus, ut cortinæ tabernaculi essẽt purpureę bis tinctæ. Sic etiam diuinitatis cortinę hoc est sacratissima illa membra bis tinctæ sanguine fuerunt.Primo in horto quando sanguineũ hunc sudorẽ immisit: postremo cum domo Pilati innumerum illud uerberum diluuium recepit.Facta oratione in uultu suo sanguis a discipulis cerneretur; manica,seu pallij extremitate faciem abstersit,neq; enim aliud linteum habebat. O aię deuotæ ad Deum accedite,eique desideria & uiscera uestra præbete, quæ ei sint quasi linteamina,quibus sudores suos abstergat.

Hoc enim sentite in uobis quod & in Christo Iesu. Sentite ẽt qũo in horto tanquã la- 37
tro fuit apꝓhensus & collo alligatus.O spiritus,& respiraculũ animarũ nostrarum,nisi tu respirauerit nòs suffocabimur. O q̃ meritò possumus hic dicere spiritus oris nostri. Thre.4.
Christus Dñs captus est in peccatis nostris: cui diximus:in umbra tua uiuemus in gẽtibus,ò beatũ illũ,q̃ pp eũ se deuincit,sensusq̃ue & potentias suas sub eius obediẽtia re- 2.Cor.11.
digit.Sicuti admonet B.Paulus dicens in captiuitatẽ redigentes oẽm intellectũ.Sentire quomodo uinctus ad quatuor tribunalia deductus est,quorum duo erant Ecclesiastica: in quo debitum ordinem seruarunt maiorẽ uidelicet,Ecclesiastico brachio quàm seculari honorẽ præstantes, sicut fieri oportet. Nunc autẽ non ita fit, etsi nos meliores il- 38
lis esse iactamus. Magnã enim sæcularibus paruã autẽ,aut nullã Ecclesiasticis potestatibus reuerentiam exhibetis. Omnia commutato ordine perturbantur.Bonum est sæculares prælatos honorari, prius autem hic honor Ecclesiasticis debetur. In prima domo, ad quam ductus est innocentissimus Agnus quæ erat Annę dicit Beatus Ioannes Ioan.18.
quod unus ministrorum dedit alapam Iesu dicens: sic respondes pontifici? ò anima sancta desine percutientis crudelitatem cõ- 39
siderare, & contemplare faciem illam rubicundam ictu, quanta cum modestia, & mansuetudine remansit: ipseque ad aliam maxillã ostendendam, paratissimus ,si, impius,ac sacrilegus homo postularet. Vix alapa inflicta fuit, cum ex boni Iesu oculis lachrymæ proruperunt. Os eius sanguine perfusum est,dentesque delicatissimi contremuerunt,ò infœlicem manum, quæ tam impiè faciem percussit antequam cælum prostratur, & ante cuius maiestatem uniuersa natura obstupescit, ò maledicte minister,quomodò sanctissimi eius uultus modestia,& gratuitas te non cohibuit, quominus tantam ei inferres iniuriam?Attendi te quomodo locutus est mansuetissimus

Agnus dicens: *Si male locutus sum, &c.* Non q̃dē ut se excusaret sed ut hoiem illū ad iniurie, peccatiq̃ sui cognitionē induceret. O quãtopere condēnatæ sunt hic peruersæ mundi leges, q̃ de iniurijs ulciscendis agũt, præcipientes, ut pro uerbo: Mentiris, alapa, ꝓ alapa lignorũ ictus, pro ictibus denique
40 schola, sed ex inferno deductæ sunt leges istę. Sentite ẽt ò aiæ Christianæ opprobria, q̃ Deo uestro illata sunt in domo Caiphæ, vbi oculos eius uelo operiẽtes ministri iniquitatis ei alapas infligebant inq̃ diuinã eius faciẽ cõspuebat. Contẽplamini diuinũ illum aspectum, qui in medio tot opprobriorũ nunquã potuit obscurari, imo sicut granum sinapis cum conteritur, tunc uirtutem suam apertiùs manifestat, sic etiam cœlestis hic Dominus, &c.

Et credibile est illos crudelissimos hoies non cessasse illũ affligere usq; ad mane, q̃d videtur significatus B. Lucas, q̃ postq̃ iniurias, quas in eũ inferebant, recensuerat, subdidit dicens: *Et alia multa blasphemantes di*
41 *cebant in eum. Et ut factus est dies, &c.* Ecce qũo in his uerbis innuit usque ad diẽ illum fuisse contortum. O dulcissime Iesu q̃ affli ctus erat inter illos infernales hoies uigilans, gemens, atq; suspirans ꝓ peccatis nostris. Et ꝓ illis oẽs istos labores ęterno patri offerens. O uirgo singularis q̃d tua uirginalia uiscera sentirent, si uituperia, quibus sanctissimus filius tuus afficiebatur, aspiceres? ò q̃ prolixum matutinũ ei alternatim cane tur, alij enim iniurias ei dicunt, alij blasphemias respondent. Sanctus aũt Redẽptor est liber, in quem suos maledictos oculos cõijciunt: & pũcta sunt guttę sanguinis in charitatis eius linea constitutæ, atque ẽt in spatio illorũ carnificum, qui tã spatiosę, atque
42 ꝓlixè negotiũ hoc suscipiũt, ut cessare non cogitẽt quousq; ipsi⁹ uita finiat. Et summo perè desiderãt illũ in cruce collocare, sicut i faciſtorio, ubi tu Dña mea deplorabis hoc est, lachrymis decãtabis, q̃ iste nũc cõcinũt. Et aduersũ, gloria patri, inclinabit sanctissimus fili⁹ tu⁹ sacratissimũ caput suũ, & expirabit, & tu paulominus, cum eo morieris.

Hoc enim sentite in uobis, &c. Sentite etiã fratres mei quam immaniter in domum Pilati uinctus deductus est. O clemẽtissime
Dan. 5. Dñe quę charitas est ista? regẽ Balthasar cruderiter punis, quia uasa templo Hierosolymitano consecrata prophane, atque irreuerenter tetigit: nec uerò de ministris his iniquitatis, qui tam impudicè atque inhumaniter tua sacratissima membra pertingunt, supplicium sumis? Hic dicere possumus q̃ dixit Esdras, Manus etiam principum, & magistratuum fuit in transgressione hac. In hac enim statione omnes concurrunt, ut eum in domum Pilati deducerent, ut eum accusarent. Et cum Beatus Lucas dixit Dominum in horto dixisse ad magistratus, &
43 principes sacerdotum non intelligendũ est eos illuc ad eum apprehendendum iuisse, sed ministros suos misisse, & quia apprehensio illa eorum imperio facta est, idcirco dicit Sãctus Euangelista illosmet ad eum uinciendum in hortum se contulisse. Hæc utique est doctrina, quam multi magnates, & prælati famulos suos erudiunt. Videlicet, ut maxima peccata committant: atque ideo dixit Hieremias, à prophetis enim Hierusalem egressa est pollutio super omnem terram. O quam obstupendum est hoc uerbum. Quod ex hominibus, in quibus clarior em sanctitatis splendorem oportebat illucescere, totius mundi corruptio, atque euersio proficiscatur. O quam diligenter cauere debent maiores, ne minoribus peccandi sint occasioni. Huius iniquissimi Iudicis
44 iussu ductus est Dominus in domum regis Herodis. Vbi nullum mitaculum uoluit operari, etsi maledictus ille rex ea uidere cupiebat. Primo quia in suis operibus illius finis erat, hominum curiositatibus satisfacere. Secundò, quia nõ legitur usus fuisse potentia sua ad auxiliandum sibi, nisi cum illum Iudæi in templo lapidare uoluerunt. Hoc autem fecit, quia non contentus erat tam dulce mortis genus perpeti. Sentite etiam quomodo in domum Pilati reductum illum uerberari iussit. Et ad hoc uestibus exutus est. Contemplamini etiam quanto pudore affectus est, cum uirginale corpus suum coram omnibus nudatum perspexit, quod quidem fuit unũ ex maximis tormentis, quo magnopere cruciabatur. Sicuti ipsius nomine prædixerat Dauid his uerbis, tota die uerecundia mea contra me est,
45 & confusio faciei meæ cooperuit me. Sentite etiam quam immaniter sacratissimos ipsius pedes, manus, atque collum columnæ marmoreæ deuinxerunt, ut nullatenus uerbera posset euitare. Vbi in eo flagellando totas uires suas ministri iniquitatis adhibuerunt. Et illis defessis alij succe-

de-

debant. Et quanuis defatigabant, nõ tamen cessabant illum percutere crudelissima illi
Psalm. 34. uerbera infligentes, simulq; plurimis eum iniurijs afficientes. Sicut & ipse Dauid præ dixerat, congregata sunt super me flagella, & ignorani, ideſt, absq; culpa mea. Dissipati sunt, nec compuncti. Fatigati (inquit) uerberando me, nec pœnitentes, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione, frẽdue
46 runt super me dentibus suis. Qui propriùs depingi poterat modus, quo infernales illi ministri cœlestẽ sponsũ flagellarũt? sentite etiam quomodo milites plectentes coronã de spinis imposuerũt capiti eius. O spinea corona, quæ Angelorũ, totiusq; Ecclesiæ caput affligis. O galere filij Dei, qui nõ umbram q̃dem facis, sed sanguinem effundis. O põtificalis tiara summi sacerdotis mũdi, non gemmis q̃dem adornata, sed ex acutissimis spinis confecta, quæ sanctum Redemptoris mei cerebrũ cõpungunt. O crudeles spinę per Deũ, qui uos creauit, uos adiuro, ut sanctissimũ illud caput affligere cessetis, & in hæc peccatoris uiscera ingrediamini. O dulcissime Domine tuã diuinam clemẽtiã suppliciter exoro, ut sanctã coronã tuã
47 mihi concedas, quæ sit mihi quasi ceruical. O mi charissime Iesu spinis circundate, q̃d Domine largiter erogabis, si es spinarum auarus? Desine me Domine ad istius rubeti umbram requiescere, nisi enim spinarum, q̃ sunt in sublimi particeps effectus fuero saltem partem aliq̃ sanguinis defluentes in terram recipiam. O fœlicem animã, quę in has spinas nidum nouit efficere, ut tanquã auis in diuini Redẽptoris sui capite requiescat. In spina horti omnes aues sedebant: di
Baruch. 6. xit Baruch Propheta. Notandum est Sãctũ Prophetam non bestias quidem sed aues, per quas iusti significantur, in rubeto sedere, & nidificare perspexisse, nec uerò illas in amœnis arboribus, sed in siccis spinis uidisse. Non.n. uoluptatibus, sed asperitatibus,
48 & spinis, quas Dominus tanquam diadema in capite habuit, iusti delectantur.

Sentite etiam quomodò sceleſtissimus Pilatus sanctissimum Agnum in publicum ꝓferri iussit, ut ab uniuerso populo cerneret, arbitrans cum Iudæi ita crudeliter, atq; inhumaniter illum tractatum uiderent eorum furorem esse placandum, & ostendes cum illis dixit: *Ecce Homo.* O quã merito dicere posses, si mysteriũ intelligeres. Ecce agn⁹ Dei. Ecce q̃ tollit peccata mũdi. Eia animę deuote egredimini, & uidete regem uestrum Salomonem in diademate, quo co Cant. 3. ronauit eũ mater sua in die lætitię cordis illius. O ineffabilem Dei pietatẽ, q̃ diem, in quo tot opprobria & ignominias pro hominum salute tolerauit, diẽ lętitiæ cordis sui appellat. Crudeles autem atque fameli ci Hebræi non ideò saturati sint, sed una nimiter cõclamãter, ardentioriq̃ furore sę uictes dicebãt: *Tolle tolle crucifige eum.* Vbi cõsiderare potestis omnes modos, quos Pilatus ad Dominum à morte liberandum exquisiuit, in maiorem ignominiam, atque 49
uituperium ipsius Domini fuisse conuersos. Misit eum ad Herodem arbitrans se illum posse liberare: illic autem Herodes, eiusq; serui illuserũt eum. Putauit se illum excusaturum ꝓponens illi Barabbã: illi autẽ Barabbã dimittit, bonum autem Iesum crucifigi postularunt. Quid sentiret Domin⁹ cum talem pateretur ignominiã, uidens latronem atque homicidam sibi Iudęis fuisse prępositum, seq̃ue turpissimo illo, atque flagitiosissimo homine iniqorem fuisse iudicatum? Illum flagellari iussit, existimans illos fore cõtentos, illi uerò magis indignati sunt. In eorũ cõspectum illum protulit sibi persuadens tg miserabili spectaculo ipsorum corda esse confringenda, 50
illi autem denuò proclamare cęperunt dicẽtes. *Crucifige crucifige.* Si hunc dimittis, nõ es amic⁹ Cęsaris. Et secularis timor maledictum iudicem exceçauit, ut aduersus innocentissimum Iesum sententiam ferret. Et abluens manus suas dixit. *Innocens ego sum a sanguine iusti huius.* O infelix iudex in quot cœcitates incidis? quem morte dã 51
nas, iustum appellas? si iustus est, quare illum contra Deum, & uniuersam iustitiã condemnas? Ne populo displiceres, neve Cęsaris amicitiam perderes, tam inauditã iniquitatem, atque crudelitatem ppetrare uoluisti? Hęc omuia dilectissimi fratres sentite, & singula quęque uestris Christianis pectoribus ruminate, & quomodo lata sententia tam crudeliter crucifixus est attente considerate: super omnia autem contemplamini amorem, & patientiam, uua mitissimus Agnus omnia tolerauit, & quomodo illic in cruce lachrymis, sanguineque p fusus suam pretiosam uitam obtulit, illam que ignominiosam mortem recepit, ut uos ęterno patri reconciliaret, ut nos à peccatis liberaret, ut nobis gratiã cõpararet, ut

dent-

denique nos in cœlesti gloria sublimaret. Amen.

Dominica resurrectionis Dñi.

Maria Magdalenæ, et Maria Iacobi, et Salome, emerunt aromata, ut uenientes ungerent Iesum. Mar. 16.

25 INTELLIGENS sapientissimus Salomon plurima ab hominibus imprudenter, atq; inordinatè fieri: ab ipsisq; tempora perturbari, & confundi, quę enim opportune in uno tẽpore fieri deberent, in altero importunè fiunt: Spiritus Sancti lumine illustratus inter tempora discrimen cõstituit dicens: omnia tempus habent, & suis spacijs transeunt uniuersa sub cęlo. Tempus nascendi, tempus moriendi: tempus plantandi, & tempus euellendi, q̃ plantatum est. Plurimas illic temporum constituit differentias, & inter eas hanc assignat dicens, tempus flendi, & tempus ridendi. Quemadmodum stultus esset, qui tempore serendi metere conaretur, uel è contra sic mihi uidetur temporum seriem perturbare, qui tempore flendi ridet, & tẽ-
1 pore ridendi lachrymatur. Totum quadragesimæ tempus fuit tempus flendi, q̃a fuit tempus pœnitentiæ, pœnitentiæ uero comites sunt dolor, tristitia, & lachrymæ, & prudentes homines hoc tempore plorauerũt. Prudentes (inquam) quia stulti in peccatis sui obdurati ex initio quadragesimæ usque ad Pascha pontem construxerunt, ut siccis pedibus absque ulla peccatorum pœnitentia, lachrymarum vè effusione præterirent. Væ talibus, de ijs enim dixit Dominus uæ uobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis, & flebitis, scilicet æternis inferni supplicijs cruciati. Hoc tempus est ridendi atq; exul-
Psalm. 99. tandi propter sacratissimam, & gloriosissimam Domini resurrectionem. De hoc sancto die dicere possumus locutum fuisse David dicens: Dominus regnauit exultet terra, lętentur insulæ multæ. Resurgens enim Iesus Christus gloriosus, & à diabolis uictoriam, ac trophæa reportans, in cordibus liberis à seruitute Sathanæ regnare cœpit. Exultet igitur terra uiuentium, hoc est cęlum, & lætentur insulæ multę, scilicet, nos tot calamitatibus in huius sęculi mari tanquàm insulæ circunsepti, & notandum est Sanctum Prophetam loquẽtem de cælesti illa terra absolutè dixisse, exultet terra q̃a illic omnes de admirabili Domini resurrectione congaudent, nõ autem dixisse lætentur omnes insulæ, quia non omnes Sancto Euangelio credunt, & ideò dixit, lætentur insulæ multæ. Quando gemini duces duorum exercituum pari Martẽ prælianẽ, solũ modo, ut plurimorum hominum mortem euitent, cum alter illorum uictor euadit, totus ipsius exercitus exultat. Prælians est dux uirtutũ Iesus Christus (de quo dixit pater ęternus p̃ Esaiam Prophetã, dedi eũ ducem ac præceptorem gentibus) aduersus ducem iniquitatis Luciferum, de quo Iob ait. Ipse est rex super uniuersos filios superbiæ: Hodiè dux ille cœlestis uictor euadit, rõni igitur consentaneum est, ut totus eius exercitus, uidelicet humanum genus exultet. Ingressus est præstantissimus hic dux armis illis munitus, de quibus dicitur. Accinge gladio tuo super fœmur tuum potentissime. Et statim explicuit quæ nam essent hæc arma dicens, specie tua, & pulchritudine tua, intende, prospere, procede, & regna. Ideſt, eximia præstantissimarum uirtutum tuarum pulchritudine, & splendore mirabilium beneficiorum tuæ rutilantis charitatis, quibus mortalium animos uulnerasti, & ad tui amorem attraxisti, his (inquam) spiritalibus armis, quæ non corpus quidem, sed animum penetrant, intende, prosperè, procede, & regna. Scutum autem, quo constantissimus hic dux muniebatur, erat ex exactissimo ære fabrefactum, quę erat patiẽtia, adeò forte, ut nullis diaboli, aut Iudęorum telis potuerit penetrari, quo ita munitus erat, ut omnes illorum ictus illum nullatenus ad iracundiam potuerint prouocare. O quàm fortis clypeus est patienciam, q̃ non solum nullo telorum genere penetratur, uerum & tela etiam in eum, qui illa conicit, remittit. Etenim qui alterum persequitur, maius sibi damnum infert, quã recipit ille, quẽ persequitur, si patientia munitus est. Tela quippe, quæ dæmones in dominũ coniecerunt, oĩa ad eorum conuersionẽ fuerunt. Hoc potest comparari illi, quod referunt naturales philosophi de elephante, & dracone, scilicet, de bello, q̃ inter eos uersatur. Etenim elephas morte sua draconẽ occidit. Dñt utiq; naturales draconẽ naturaliter gelidũ sanguinẽ habere. Qũ cum naturali instinctu draco cognoscat, elephantem inquirit, & cũ illo prœliatur, cumq. elephas alicui arbori adhæret, draco adeò eius sanguinẽ sugit, ut elephas debilitẽt, cumq. se debilitari, & penè iam mori sentiat, ꝓcidit sup draconẽ, cumq. grauissimus sit, illũ suo põdere oppressum interimit. Itaque elephas moriẽs, uicit. De dæmone dicit David: Draco iste, quem formasti, nunq̃ huius draconis sitis extinguitur. Et sic dicit de eo Iob: Ecce absorbebit fluuiũ, & non mirabitur & habet fiduciam, q̃ influat Iordanis in os eius. Fluuius semp decurrens, est genus humanũ, q̃ quasi aqua dilabitur. Nec uerò cõtẽtus erat dæmõ totũ hũc fluuiũ deuorare, sed Iordanẽ ét sperabat absorbere. O inextinguibilem sitim. Etenim ipsũ Iesum Christũ, quẽ admodũ & alios diabolus absorbere conabatur. Hac igitur siti æstuãs ad diuinũ illũ elephantẽ, q̃ crucis arbori adhærebat, accessit: & adeo sacratissimũ eius sãguinẽ mediantibus ipsius ministris assuxit, ut mortuus tandẽ fuerit, & ꝓcidens sua morte superauit, huncq. uenenosum draconem interemit, hoc est iurisdõnem, q̃ tyrannice sup hoies habeat: illi ademit. Et quẽadmodum pstantissimus Dux, ubi primũ ex uno prœlio uictor euadit, in aliud statim ingreditur, sic ét diuinus hic Dñs ubi primũ diabolum superat, statim cum morte sæuissimo Marte conflixit: sicut significat sancta mater Ecclesia, dicens: Mors, & uita duello conflixere mirãdo, uiuens Christus Redẽptor noster nõ potuit cũ morte dimicare: uiuus. n. nõ habebat mortẽ, qua cũ prœliaretur, q̃ sta tim habuit moriens. Quandiu aũt certamẽ hoc durauit? quãdiu mortuus in sepulchro cõmoratus est. Mortuo Christo Redẽptore uostro uita, & mors ĩ cãpo decertabant; uideamus nũc uter alterũ fugabit. Si mors pualuerit, uita uincet, si uero uita pstiterit, mors superabitur, & uita uictoriam reportabit, q̃ in die sanctissimæ resurrectionis factũ est. Ascendens etenim aia gloriosissima uirtute diuinitatis adiuta, in sanctũ corpus infusa est, & sic cũ suscitauit, atq. hoc modo mors superata remansit. Ita B. Augusti-
Augustin. in serm. de commun. Mar. c. 12. nus; Vt occideret (inquit) mortẽ, uestitus ẽ fecta. In die igitur tam singularis uictorię, uictorię autem nostri diuini capitis magnopere nos oportet exultare fratres charissimi. Beatus Paulus peculiare Spiritus sancti donũ esse dicit. Gaudete cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Et siquidem diebus elapsis cũ flẽtib. fleuimus, siqdem (inquã) plorauimus, cũ plorauit Christus Saluator noster, de quo dicit B. Paulus; Cũ clamore ualido, & lachrymis offerens, &c. Et cũ beatissima eius matre, reliquisq. sanctę ipsius societatis lamentati sumus rationi consentaneũ est, nos cum ipsis hodie congaudere. Etenim sacratissima hæc uirgo hac gloriosa Resurrectione magis, q̃ cæteri oẽs exultauit, ipsa. n. gloriosum resurgentẽ magis, q̃ cæteri amauit. B. Thomas dicit. Deũ nõ gradus gloriæ ꝓcipuè concedere propter operа, quæ homo facit, sed propter amorem, & charitatem, qua illa facit. Itaque aliquis minora secundũ se opera faciet, quam alter, & plures gradus gloriæ habebit, quia illi excedet charitate, qua illa fecit. S. mater Ecclesia affirmat, gloriosissimam Virginẽ Mariã Dominam nostram, tam Angelis, q̃ hominib. in cęlesti gloria esse ꝓpositam qd hoc modo in diuinis literis significatur, dicit; Hæc est hæreditas seruorum Dñi, super qd dicit glossa interlinearis; Hæreditas seruorum Domini est gloria, & in persona huius gloriosissimę Dominæ, applicat sancta Ecclesia uerba illa sapientis; In hæreditate Domini morabor. Nõ dicit, in hæreditate seruorum Dñi morabor, q̃a eius gloria multò sublimior est, sed dicit, in hæreditate ipsius Dñi, ad significandũ admirabilẽ quẽdã excessum, quo eius gloria cæterorũ oĩum beatorũ spirituũ, beatitudinẽ superat. Nec arbitremini illã in gloria Deo esse parẽ. Etenim hic esset error. Attñ est hęc exaggeratio q̃dam qua excellẽtia gloriæ ipsius, præ cæteris oĩbus creaturis, ingenuè significat. Et siquidẽ gloria secũdũ gradus amoris crogat, ipsa verò maiorẽ habet gloriã, ergo maiorẽ habuit charitatẽ. Et sic maiorẽ ex illa crudelissima morte dolorem ꝓcepit, maioriq. hodie ob hanc gloriosam resurrectionem exultatione repleta est; & sic piè credi põt huius pijssimæ genitricis lachrymas effeciſſe, ut sancta illa resurrectio celerius fieret Salomon. n. dicit; Oritur Sol, & occidit, & ad locũ suũ reuertit. Oritur sol, & p̃ eosdẽ circulos, per quos oriens graditur, postq̃ occidit iterum prodit. O quam merito hoc de diuino sole Iesu Christo dicere possumus. O sanctissime Redẽptor mi, tu in Bethleẽ in pspio natus es, & in resurrectione ex sepulchro prodijsti. Per quinq. circulos egressus est diuinus hic sol, qñ natus est. Primus fuit p̃ maximã gratiã, q̃ beata Virgo habuit

Heb. 5.
9
S. Tho. in additionibus ad 3. P. q. 93. ar. 3.
Esa. 54. Glo. interlinearis sũper Esai.
Eccl. 24.
10
Eccl. 1.
11

habuit. Aue Maria gratia plena. Secundus, p fidem qua prædita fuit, ideò dixit ei Elisabeth Beata quę credidisti. Tertius fuit humilitas: Quia respexit humilitatẽ ancillæ suæ: ecce. n. ex hoc, &c. Quartus, uirginitas: Ecce uirgo cõcipiet. Quintus tandẽ, & ultimus, obedientia: Ecce ancilla Dñi. Propter has quinq. uirtutes ex illa Deus carnẽ assumpsit, & pp easdẽ hodie gloriosã Resurrectionẽ fecit accelerare. Vñ de hac sanctissima Dña uerba illa spõsę dici possunt. Ego dilecto meo, &ad me cõuersio eius. Ego tota Dei mei ministerio dicata sum, & ipse, ꝓpter me incarnationẽ, resurrectionemq. suã fecit accelerare. Ecqs igitur de huius beatissimæ Virginis gaudio non letet, siquidem amica, & mater est nostra? Etiam nobis lętã dũ est ꝓpter gaudiũ, quo hodie repleti sũt sancti Patres in sinu Abrahæ cõmorantes, cũ se prolixa illa captiuitate liberos perspexerunt, sicut & hodie cũ eis sancti Angeli gauisi sunt. quia illos in gloriæ libertate cõstitutos uiderunt. Et sic de eis dici pñt uerba illa Esaiæ, dicentis: Lætabunt coram te, sicut exultãt uictores capta ꝓda, qñ diuidũt spolia: spolia quę potentissimus Dux Iesus Christus hodie uictoria parta diuisit, fuerũt sancti illi Patres, quos in Angelorũ choros distribuit, & uniuersæ illæ Sanctorum aiæ, q̃ in sinu Abrahæ morabant, singulas iuxta meritorũ suorũ gradus cælestibus spiritib. committens, alias. n. Angelis, alias, præstantiorum meritorum Archangelis, alias uerò adhuc maiorum præstantiorib. spiritib. dispertiens. Et ita ex carcere singuli partem spoliorum, q̃ illis contigit defecrentes summa cũ alacritate prodierunt. Etiã nos oportet gaudere cũ illa sancta familia, qua Dominus Hierosolymis orphanã propter doloresam ipsius mortẽ reliquit, quæ cum se mimortua, & in profundo mœroris pelago demersa moraretur hodie ineffabili quadam exultans lætitia reuixit, cui primæ fęlices nuncios hæ sanctę mulieres, de quibus sanctum Euangelium meminit, detulerunt, quæ tota nocte occupatæ fuerant præparandis unguentis ad Dominum ungendum, & amoris ignibus inflammatæ, qui uere amantes pigros esse non patitur, uix auroram expectare potuerunt, sed adhuc nocte domo exierunt. Etenim etsi erãt fęmine, amor in earum pectoribus exardescens timorem procul expellebat. Et quanquam hic dicit S. Marcus illas ad monumẽtũ accessisse, *orto iam sole*: Beatus Ioãnes dicit: Cùm adhuc tenebræ essent. Et intelligẽdum est illas antequam illuceſceret, domo exisse, & ad monumentũ orto iã sole peruenisse. Non quidem quia lenter ambularet, nam quasi aquilæ ad cadauer aduolabant, quia dicitur: Vbicunq. fuerit corpus illuc congregabũtur & aquilæ. Sed q̃a cum iter facerent, ad montẽ Caluariæ peruenerunt, ubi adhuc sancta Crux erat eleuata, ob diẽ quippè festum nondum illinc fuerat subla ta, quam ut uiderũt omnes earum dolores renouati fuerunt, & ſępenumero illam sanctam crucem amplexando, & prę recenti illi⁹ recordatione, qui in ea mortuus fuerat, & tormẽtorum, quæ in illa tolerauerat, maximam lachrymarum copiam effundendo, magnum temporis spacium cõsumpserũt: ita ut cum oriretur sol, ipsæ adhuc illic plorantes morarentur.

Non autem idcircò ab incepto itinere destiterunt, quarũ tota cura erat, ad inuicẽ dicere: *Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio Monumenti?* Quasi in custodibus, & militibus maiorem difficultatem, quam in lapide reuoluendo nõ haberent. O inexplicabilem amoris fortitudinem, q̃ uniuersa pericula, atq. incommoda parui æstimat, dũmodo q̃ expetit, cõsequaſ? Quid de harũ sanctarum mulierum charitate dicam? optimè ꝓfecto notãt sepulchrũ militib⁹ esse custoditum, lapidemq. ingenti diligentia signatum, nec uerò p medios custodes ꝓterire, sigillumq. lapidis adimere, nec denig. sanctissimũ corpus ungere pertimescunt. O deuotæ fęminę: quò ꝓgitis? qua charitatis fortitudine roborammi? Nũquid ignoratis sepulchrum militum cohorte esse munitum? Nõ timetis ne fortè uos latrones esse arbitrentur, uosque apprehendant, & uinctas ꝑ mediam ciuitatem iudicibus deducant, qui de uobis tam atrox supplicium sumẽt, uosq. tam crudeli morte interficient, quã immani sanctum defunctũ occiderunt? Nihil horũ corda charitatis plena uerebant, sed totę sancti corporis ungendi desiderio absorpte omnia facillima esse iudicabãt, paratissimæ quippè erant omnib. tormentis perferẽdis, dummodo sanctissimũ illud corpus manibus suis obtrectare, & sacro sancta illa uulnera deuotissimè oculari, atq. illa ñ tã aromatib. quam lachrymis ungere possent. O q̃ uerè amatrices erãt hę sãctæ mulieres? Perpauci amici tã fideles i hoc seculo reperiuntur,

sicut querebaꝫ Sanctus Iob, dicens: Fratres mei prętererunt me, sicut torrens, qui raptim transijt in conuallibus, siue, ut ex Hebræo contextu transferri potest. Amici mei fefellerunt me instar torrentis, qui raptim currit in conuallibus. Quemadmodum torrens in hyeme, cũ non est opus, quia crebro pluit, aqua repletus decurrit uerno autem tempore, quando uiatores magis aqua indigent, ut guttam quidem defert, sic perfidus amicus prosperitatis tempore, & qñ tibi nõ est necessarius, multa promittit, qñ autem eius auxilio tibi opus est, ne bonum quidem uerbum in illo reperis. Vmbra non sequitur corpus, nisi quando illud illuminatur à sole, sic infidelis amicus non te comitatur, nisi cum prosperum uidet. Maximè etiam considerãda est diligentia, qua sanctæ hę mulieres properabant, amorem. n. illas attrahebat. Sicut pondera horologij efficiunt, ut rotæ sine cessatione moueantur, sic amor de quo dixit B. Aug. Amor meus, pondus meũ, si est diuinus, hominem attrahit, nec eum à bonis operibꝰ cessare patit. Si uerò est mundanus, peccatorem: allicit, ne in bono aliquo opere perseueret. Omnes cogitationes, uerba, & actiones, siue ad bonum, siue ad malũ operandum hęc pondera sequunt. O si deꝰ diuinæ ipsius Maiestatis amorem nobis largiretur, q̃ efficaciter post se nos mones attraheret. De hoc dicebat Sanctus Hieremias, Et factus est in corde meo quasi ignis exæstuans, claususq́ue in ossibus meis. Nõ ualet iustus (si ita dici põt) diuini amoris feruorẽ comprimere, nec sperare, ut illum detineat, sed ipsemet amor eius os aperit, & uerba quasi scintillas ab eo depromit, operamq́ue omni uirtute & probitate plena eum cogit efficere. Quod si iustus sibimet uim conatur inferre, nec diuinũ amorem in se pauit liberè operari in ipsius ossibus includitur, eiusq; medullas comburit, quousque ꝑ uerba, atque opera illũ foras patiat erũpere. Nõ solũ aũt diuinus amor compulit has mulieres tã sedulo properare: sed etiam eas fecit diluculo, & ualde mane consurgere. O fęlices q sic auroram ad quærendum dñm præueniũt. De quibus dicitur. Consurget diluculo qui quærit bona. Et alibi: Qui manè uigilant ad me inuenient me. Et Esaias dulcissima quædã uerba ad hoc propositũ dicit, loquęs cũ Deo, aia mea desiderauit te in nocte, sed & spũ meo, in præcordijs meis de mane uigilabo ad te: Et Dauid dicit. Repletꝰ sumus manè misericordia tua. In his omnibus nos docet Spiritus sanctus primam dici horã nostræ in prętipua re, quæq; magis nostra interest, uidelicet, aiarum nostrarũ salute consumere debere nostrũ summũ bonum. s. Deum diligenter inquirentes. O fratres charissimi, q̃ sapientes essetis, si primo mane uobiscum cogitaretis? Hic dies ad q̃d mihi à Deo cõcessus est? ad animæ meæ salutem operãdã, ad familiã meã gubernandam, ad alimoniã uxori, liberisq́ue meis cõparãdã. Quid nã igit horum oium magis mea refert? Certũ utiq. est aię salutem magis mea interesse. Primã igit horã in hac operãda nolo consumere, postea uerò si tempus deerit, desit ad alia facienda, quæ mea nõ tanti interest, operari. Quem cęlestis hæc doctrina nõ conuincet? siq̃dẽ aũt hoc iustissimũ esse cernitis, quare id non facietis præsertim cũ uestra tãti referat? O Deus infinitę Maiestatis, ꝑ tuã infinitam misericordiã te deprecor, ut his uerbis meis efficaciã cõferas, quo in horũ fratrum meorum cordibus imprimanꝫ, & hoc, quod eorũ ꝑmagni interest cõtãtissime facere proponant. Valdè notãdũ est ẽt cũ hę beatę mulieres maximè solicitæ essent, & inter se dicerent: Quis nobis reuoluet lapidẽ monumẽti? cũ illuc ꝑuenerunt reuolutum lapidẽ reperisse. O quot peccatoribus hoc accidit q̃bus ut se ad meliorẽ frugẽ recipere proponunt, statim plurimæ difficultates offerunt, & dicunt illud Apocal. Quis similis bestię, aut qs poterit pugnare cum ea? id est, qs tot difficultatibus resistere ualebit? quis reuoluet nobis lapidẽ? qs pecunię, ludi, ac deniq; meretricis amorẽ adimit? q̃ si confortanꝫ, & uirtutis uiã instanter aggrediuntur, experiẽtia cõperient q̃ hę mulieres inuenerunt, ui delicet, lapidẽ reuolutum, oĩa q̃pe suauissima reperiunt quę illis antea difficillima uidebãtur. Hoc significant dulcissima illa uerba, quæ dñs dixit, Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos. Illud, ego, maximam habet emphasim, quam ipse Deus antea per Isaiam Prophetam sic declarauit, dicens, Ego, ego ipse cõsolabor uos. Voluit utique ut ex hac repetitione uerborum consolatoris, & refecto ris omnipotentiam intelligeremus. Si nobis imago affertur, & dicitur esse Michaelis, aut Apellis, statim magnum aliquid illud fore speratis. Qualis igitur erit consolatio, quã talis artifex, sicut Deus operatur? Idcircò dicit. Ego reficiam uos. O dulcissimum

& ma-

& maximę indulgẽtiæ uerbum? Ecquis illud audiens amore, non conficitur? O pusillanimes, accedite, accedite, & reuolutum
Acto. 9. lapidẽ perſpicietis? dicitur: Eccleſia edificabatur ambulans in timore Dei, & cõſolatione Spiritus ſancti replebatur: uerbo iſto replebatur, uoluit ſacra ſcriptura ſignificare abundantiam diuinæ conſolationis, qua illi denuò conuerſi in uirtutis exercitatione, quã aggreſſi fuerant, fruebant, & ſi plurima
Eſai. 6. reliquerant, quæ maximè diligebant. Hoc
24 ſignificauit Deus per Iſaiam, dicens: Tranſite, tranſite per portas, præparate uiam populo, planũ facite iter, & erigite lapides, & eleuate ſignum ad populos. Hæc omnia diuinæ gratiæ efficaciã ſignificant, quæ iuſtis uires, atq; animũ addit ad maximas quasq; difficultates ſuperandas. Significant etiam diuinã prouidentiã, qua Deus offendicula, atq; impedimẽta aufert, quæ eis obſtaculo eſſe poterant, ut cũ facilitate gradiantur, & ſignificant ẽt Deum ſigna erigere, qui ſunt alij iuſti, quibus denuo conuerſi gubernentur, ne de uia uirtutis aberrẽt. Hoc idẽ ne
Exod. 13. depinxit in uia, qua Hebręi ad ꝓmiſſionis terrã perrexerunt; de quibus dicitur. Igitur cùm emiſiſſet Pharao populum, nõ eos duxit Dominus per uiã Philiſtijm, quę uicina eſt, reputans, ne forte pœniteret eũ, ſi uidiſſet aduerſũ ſe bella cõſurgere, ſed circunduxit pꝛ uiã deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrũ.
25 Idẽ nunc facit cũ eis, quos educit de captiuitate peccati, quos nõ pmittit, illicò grauibus tẽtationib. oppugnari, nec eis magna ĩfortunia, aut calamitates euenire, ne in uirtutis uia deficiant, & retrorſum regrediãt. Ex ijs omnibus, quæ dixi, apertè colligitur quantum factori noſtro debeamus, qui no-
Gen. 44. bis ſmium, auxilium, gratiã, & facilitatẽ ad illud promerendũ cõcedit. Sicut Ioſeph fratribus ſuis non ſolũ triticũ ad ueſcendum, ſed pecunias ẽt tribuit, quibus triticũ eme-
26 batur, ſic noſter diuinus Ioſeph., & Saluator Ieſus Chriſtus, non ſolum panẽ gloriæ largitur, ſed auxilium & gratiam nobis ẽt concedit, q̃ ſunt pecuniæ quibus pretioſus hic panis emitur, ſicut dixit Dauid: Gratiã, & gloriam dabit Dominus, ideſt, panem, & pecunias largietur, panẽ glorię, pecunias q;
Pſalm. 83. gratię nobis donabit. Illic beatæ mulieres pulcherrimum Angelum inuenerunt ſedẽtem in dextris coopertũ ſtola candida, qui illas cõſolatus eſt, dicẽs. *Nolite expaueſcere.* eisq; fœlices Dominicę reſurrectionis nuncios dedit præcipiens illis, ut eoſdem ſuo nomine diſcipulis omnibus, præcipuè autẽ Beato Petro deferrent. Hic uoluit dñs ſingularem ueræ pœnitẽtiæ prærogatiuam declarare, quę ſæpenumero adeò perfecta eſt, ut animam in ſublimiorem meritorum, dignitatisq; gradum eleuet, quã antea erat, quod credibile eſt diuo Petro contigiſſe, & per illas amariſſimas lachrymas in maiorẽ gratiam, quàm prius habebat, aſcẽdiſſe, longè aliter Deus, quam homines iniurias dimittere conſueſcit. Etenim ſi qs tibi prodi-
27 tionem fecit, uix in tota uita ei potes confidere. Clementiſſimus autem Dominus nõ
Iſai. 38. ſic facit, ſicut peccator quidã ei dicebat: Proieciſti poſt tergum tuum oĩa peccata mea.
Matt. 26. Ecce hoc idem ad literam. Vix. n. triduum
Mar. 24. præterierat, ex quo Beatus Petrus illũ negaret, nunc ãt illum cęteris omnibus uult
Luc. 22. Ioan. 18. pręferri, & peculiariter de illo fieri mentionẽ, dicendo: *Et Petro.* O admirabile fiduciæ exemplum? Eia peccatores confortamini, pœnitentiã agite ſiquidem Deus uobis excidẽs eſt paratiſſimus uobisq; libẽtiſſimè ignoſcere, gratiamq; ſuam conferre deſiderat, qua cęleſtis gloria comparatur. Amen.

Feria II. In Reſurrectione.

Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die in 28
Caſtellum, quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Hieruſalem, nomine Emaus. Luc. 24.

ALTISSIMVM hodie ſacratiſſimæ Reſurrectionis Saluatoris noſtri Ieſu Chriſtũ myſteriũ, à ſancta Eccleſia celebratur, ut tam admirabilis beneficij recordatione illius largitorem laudare non ceſſemus. Reſurgente namque Chriſto diuino capite noſtro, cum eo, ſpes, uita ac denique fœlicitas
Epheſ. 2. noſtra reſurrexit. Sic affirmat B. Paulus, dicens, Deus autem qui diues eſt in miſa propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati. Et conreſuſcitauit, & cõſedere fecit in cęleſtibus in Chriſto Ieſu, ut oſtẽderet in ſeculis ſuperuenientibus abundãtes diuitias gratiæ ſuæ, in bonitate ſup nos in Chriſto Ieſu

Ieſu. O diuina uerba locupletiſſimis, atq; ampliſſimis repleta beneficijs per merita Chriſti filij Dei factis hoĩbus. Ideò n. S. A-
2 poſtolus toties hic repetit, dicens: In Chriſto Ieſu. Itaq. nõ ſolũ iuſtificationẽ, reſurrectionẽ, glorificationẽ, collocationemq. noſtram inter Angelos in cæleſtib. manſionibus infinitæ miæ, charitatiq. Dei attribuit, qui quidem totius boni eſt fons; ſed ẽt meritis Chriſti Ieſu. Et ideò poſtq̃ dixit, ꝓpter nimiã charitatem ſuã, ſubdidit ſtatim, cum beneficia ſigillatim recẽſeret, dicẽs ſæpius: In Chriſto Ieſu diligenter penſate uerba illa, ut oñderet in ſeculis, &c. In bonitate ſuper nos: Etenim ꝓbitatis ſuæ diuitias ſup nos effudit, non ſolum aũt ijs, qui tũc erãt, ſed oĩbus ẽt, qui uſq. ad ſæculi conſummationem uiuent. Et hoc in Chriſto, i. per meri-
1. Re. 22. ta Chriſti. Quis igitur hęc attente cõſiderans tam bonũ Deum laudare ceſſabit? Qũ
3 Dauid de Regis Achis poteſtate liberatus eſt, ꝓp maximum illud Dei beneficiũ, dicit
Pſalm. 33. Pſalmum trigeſimumterrium cõpoſuiſſe, qui incipit: Benedicã Dñm in oĩ tpe, ſemper laus eius in ore meo. Vt dicit B. Baſili?: To-
Baſilius. tam uitam in Deo laudãdo conſumere uolebat, q̃ totam in illo Dei beneficio recepe-
rat. Quãto igit̃ nos magis infinitã Dei Maieſtatẽ, ꝓ hoc redemptionis noſtræ myſterio, toto uitæ noſtræ tpe laudare tenemur?

Proponit nobis hodie ſancta mater Eccleſia hoc Euangeliũ, qd̃ ſic exordit̃: *Duo ex diſcipulis Ieſus, &c.* Quãdiu hi diſcipuli ſuauiſſima Dñi familiaritate, miraculorumq; ei? ꝓſperitate uſi ſunt, libenter eũ ſequuti ſunt, in aduerſitate uerò illũ deſeruerũt. Hi
4 ueræ amicitiæ leges minimè ſequebantur, quas docet Spiritus ſanct? dicẽs: Si poſſide amicũ ĩ tẽtationẽ poſſide illũ, eſt. n. amicus ſm tps ſuũ, & ñ permanebit ĩ die tribulationis. Eſt amicus ſoci? menſæ, & ñ permanebit ĩ die neceſſitatis. Amicus ſi permanſerit fixus erit tibi, quaſi coęqualis. Notate uerba illa, ſm tps ſuũ. Nõnulli. n. ſunt amici ad ſuum, non autem ad ueſtrum tps. Si autem amici ſunt ueſtri, ſunt ꝓp ſuam ipſorũ utilitatem. Amici huius tempeſtatis plerunque nihil aliud, quàm utilitatem ſuam quærũt. Et ideò in minima quaque neceſſitate uos deſerunt. Tales fuerunt hi: de quibus loquitur Sanctus Euangelium, qui quaſi iam cuulſi à fide illius tam fidelis amici, quiq. tam intimè illos amauit, ꝓpter humanum timorem à Hieroſolymis diſcedebant. Attamen ſicut ex ipſo contextu ãpparet, non tñ apud eos ualuit timor, ut illi? amorem penitus expelleret; nam illos de eo loq, & propter eorum abſentiam mæſtos diſcedere, certa ſigna erant, aliquas in eis amoris reliquias remanſiſſe, & ſecundum reprehẽſionem, quę Chriſtus Redẽptor noſter eos corripuit, dicens: *Nonne hæc oportuit Chriſtum pati, &c.* Videbantur ſcandalizati eſſe
5 ob imbecillitatẽ, quam Dominus oſtendit, cõſentiens mortem ſuam ad eo ignominioſam eſſe. Et ideò eis dixit: Hæc, ideſt: Hæc de quib. ſcãdalizamini, oportebat Chriſtũ pati, & ſic ſcandalizati alter ad alterutrum interrogabant, dicentes: Quomodo potentiam habebit ad nos redimendos ille, qui tam ignominioſam mortem ſibi inferri paſſus eſt? Et ipſimet ſibi ad inuicem, reſpondebant, dicentes: Verum eſt mortem maximi uituperij fuiſſe, uerũtamen ſi uitæ eius perfectionem conſideraũerimus, ꝓſtantiſſimaque miracula, q̃ paſſim operabatur, & quoties mortis ſuę modum nobis prædixit, & quomodo ſpõte ſuaſe illi obtulit, & inimi eorum ſuorum manibus ſe immiſit, cum illos facillimè poſſet euitare: hęc omnia ſunt certiſſima teſtimonia ueritatis, quã nobis
6 prædicabat. Hæc omnia mihi placent (dicere aliquis illorum) uerum cum in cruce pẽdens, diceret; Deus Deus meus, ut quid de-
Mat. 27. reliquiſti me? Siquidem cuicunque iuſto in
Mat. 15. laboribus cõſtituto ſe Deus ſocium offert,
Pſalm. 90. & per Prophetã dixit; Cum ipſo ſum in tribulatione, quare hunc iuſtũ dereliq̃t? Has,
1. Cor. 9. aut ſimiles his quæſtiones peregrini illi inter ſe diſceptarẽt. Si autem Beatus Paulus ueriſſime dixit: Omnibus omnia factus ſũ, ut omnes facerem ſaluos. Quanto maiori ratione idem dicere poteſt Chriſtus Redẽptor noſter? Siquidem eſurientibus, ſe fecit cibum, & ſic dixit. Ego ſum panis uiuus, q
Ioan. 6. de cælo deſcẽdi. Sitientibus fact? eſt aqua; & ita dixit: Siquis ſitit, ueniat ad me; nudis
Ioan. 7. factus eſt ueſtris. Et ſic dixit B. Paulus: In-
Rom. 13. duimini Dominum Ieſum Chriſtum, igno-
Ioan. 8. rantibus factus eſt lux, & ſic dixit; Ego ſum lux mundi, peregrinis deniq. ſeſe comitem fideliſſimum fecit. O Chriſte reparator uitæ, benedicta ſit tua immenſa charitas, quę
7 in omnibus neceſſitatibus noſtris nobis ſufficit auxiliari. O quàm merito dixit Dauid: Diligam te domine fortitudo mea, i Dñs firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meꝰ
Pſalm. 17. &

& sperabo in eũ. Protector meus, & cornu
salutis meæ & susceptor meus. Hũc Psalmũ
cõposuit Dauid, ut apparet, postq̃ ab oĩbus
prælijs, & infortunijs liberũ se perspexit, at
2.Re.22. que ab hostibus suis uictoriã reportauit. In
quo se ad illũ Dñm diligendũ incitat, quẽ
oĩum uictoriarũ suarũ, fœlicissimiq. status,
8 in quo se cõstitutũ uidebat, cognouit auto
rẽ, & magnopere uos notare uellẽ sanctum
Prophetã in Hebræo cõtextu oĩum bellica
rũ munitionũ, atque instrumentorum, qui-
bus se defendit, noĩa hic Domino impone
re. Lapidem protectionis suę, turrim defen
sionis suę, scutũ, hastam, & oĩa denique ar-
ma sua illũ appellat, atq. hoc significat, cor
nu salutis meæ, ut significaret corda q̃ Deũ
uere cognoscũt, & ex illo pẽdent, in eo uno
oĩa simul inuenire, q̃ p creaturas mundus
arbitratur esse diuisa. Satis apertè hoc ho-
die manifestatum est in misericordia, qua
9 Dñs cum his discipulis usus est, sicuti dicit
S. Euangelium, dũ hęc secum quærerent.

Et ipse Iesus appropinquãs ibat cum illis.
Considerate etiam q̃ benignè unicuiq. ẽm
ipsius necessitatẽ subuenit, sicut apparuit in
eo, quo usus fuit cũ B. Petro. Quãdo Mag
dalene nuncios attulit de ijs, quæ in sepul-
Ioan.20. chro inuenerãt, B. Petrus, & B. Ioãnes illuc
perrexerunt, sepulchrumq. uacuum repere
runt, cumque Dñm non inuenissent, dicit
sacratus textus. Abierunt discipuli ad seme
ipsos, in quo uidetur significari alterũ ad
alterutrum fuisse conuersos, quasi admiran
tes Dñm sibi non apparuisse, & in hac admi
ratione responderet (credo) Diuus Petr⁹ di
cens: Hoc ego cogito frater mi Ioannes, cũ
ipse diuinę ipsius Maiestati adeo perfidum
10 me præbuerim, ut Dominum Iesum tribus
ante diebus in oĩum conspectu cũ iuramẽ-
to denegarim, iustissimum esse, ne modo in
me perfidum, ac miserũm peccatorẽ ocu-
los conijciat. Te uero frater charissime, qui
bonus, ac fidelis pstitisti, eumq. in omni-
bus ipsis laboribus usq. ad sepulturam co
mitatus fuisti, eo q̃ mecum infęlice pec-
catore uenis, rationi dissentaneum est, tan
tum bonũ, sicut eius cõspectum amittere r
ideò enim suspicor Dominum tibi non ap
paruisse, quia simul uenimus. Vterque igi-
tur per uiam suam abeat, & statim illum ti
bi apparituru credo. Quem cum uideris
te rogo, ut ab eo pro me misericordiam
petas, ueniamque postules, ut ego ad san-
ctissimos eius pedes osculandos, meæ gra-
uissimę culpæ pœnitẽtiam recepturus acce
dam. Vix unus ab altero discesserat, cũ Dñs
huic Petro, huic peccatori conuerso appa
ruit. O ineffabilem Dei misericordiã, atque
probitatem quàm gratæ illi sunt lachrymæ,
& quantopere placatur cognitione, quam
peccator de suametipsius culpa habet. Vñ
cum Dauid misericordiã à Dño postulabat, Psalm.50.
dicens: Miserere mei Deus secundũ magnã 11
misericordiam tuam, hanc ex parte sui co-
gnitionẽ allegauit, dicens: Quoniã iniquita
tem meã ego cognosco, & peccatũ meũ cõ
tra me est semper. In te saluationis nostræ
hanc legẽ Dñs sanxit, uidelicet, ne quid nos
sine illo, nec ipse (si ita dici potest) sine no-
bis ualeat operari. Et si quod nos ex nobis
possumus modicum quidem est atq. etiam
istud modicum est Dei) qd autem ipse ex
se ponit, hoc est plus, & quasi totum. Habet
se Deus (inqt Beatus Chrysostomus) sicut Chrys.
medicus, qui pauperẽ ęgrũ uisens plurima
medicamenta recensuit, quibus eum curari
oportet, at ille respondit, se propter nimiã
inopiam, nec illa habere, nec habere posse,
dicit infirmo, nunquid duo tantum ex his
poteris obtinere? cui cum ille respõdeat se
posse, medicus dicit. Applica igit hæc duo, 12
ego uerò cętera omnia tibi dabo. Sic se ha
bet Deus nobiscum, ipse enim plura ponit,
sed uult etiam nos aliquid adhibere ab ipso
adiuti, scilicet, peccati cognitionẽ, lachry-
mas, dolorẽ, firmissimumq. propositum ha
bere amplius non peccandi. Et idcircò dicit
Dauid: Quoniã iniquitatem meam ego co Isai.43.
gnosco. Per Isaiã dicit Deus: Narra, si quid
habes, ut iustificeris, quasi dicat: si qd ad tui
iustificationẽ ex te allegare potes. Et nihil
profectò habet q̃ allegare possit peccator,
misi culpã suã confiteri, seq. uenia indignũ
esse cognoscere, & dolere, q̃ tam excellẽm 13
Maiestatẽ offenderit, peccatumq; maxmã
in ipsius animo afflictionem gignere, atq.
hoc est, Peccatũ meũ contra me est semp.
Hæc omnia habuit B. Petrus, Et quia maio
ri afflictione uexabatur, ei prius quã diuo
Ioanni Dominus apparuit. Quod si nos, etsi
ipsum offenderimus hanc perfectam cul-
pæ cognitionem habuerimus, etiam in affli
ctione nostra consolationem reperiemus.
Itẽm hac misericordia cum his discipulis
usus est. Etenim i maiori necessitate illis oc
currit, antequam penitus fidẽ amitterent.
Quærit D. Augusti. dicẽs, Vt quid Dñe q̃- August.
rẽtes te fugis, & fugiẽte te queris? Quippe cum

cũ hi hoĩes te fugerent, tu eos quæsijsti: que
Marc.16. rentes autem te sanctas mulieres ausugisti.
Egrediuntur beatæ mulieres feruore, dolo
reque affectæ, & aromatibus onustæ, lachry
mis perfusæ, p Caluariæ uiã contẽplantes,
quo sacratissimum Magistrum suũ grauissi
mo crucis pondere fatigatũ. perspexerant,
dicebantq̃. adinuicẽ: hic cõuersus est, ut lo-
14 queretur ad filias Hierusalẽ: hic præ nimio
ligni pondere defessus in terrã corruit: hic
angariatus est Cyrenæus, qui crucẽ humeris
asportaret. Qñ ãt illa sanctissima hæc my
steria contemplantes properabãt, Diuinus
Dñs à sepulchro surrexit: ita, ut ipsæ perue
niẽtes ad sepulchrum illic eũ non inuene-
rint. O Magne Deus, quare has amicas tuas
facis aberrare? nunquid nõ uides quanta cũ
charitate te quęrũt? quare illas ĩ. sepulchro
non expectas? eas, quę te tã fideliter quęrũt,
effugis, postea uerò te fugientes exquiris?
Dicit Deus, hæ mulieres nõ me reperiũt, ut
plura mereant: & qa amore plenæ ueniunt,
inueniunt ẽt, qui eis cũ amore respondeat:
reperiunt Angelũ, qui eas charitatiuè cõso
latur, dicẽs: Nolite expauescere, Iesum quæ
ritis N. zarenũ, crucifixũ, surrexit, non est
hic. Hos aũt discipulos quæro, ne penitus
15 pereant. O benedictus, & glorificatus sit ta
lis Deus; attendite quo semp maioribus ne-
cessitatibus occurrit. Diligite fratres charis
simi tã bonum Dñm. in eos enim uniuersis
laboribus uestris remedium inuenietis, &
quanquã hi nõ erant ex Apostolis, non ideò
eorũ necessitati desinit subuenire: Deus. n.
Simile. non tã hoĩum nobilitatẽ, quã ipsorum mi-
seri iam ad eis auxiliandũ considerat. Quẽ-
admodũ cor in medio corporis existens ad
sinistrum latus inclinatur, quia imbecillius
est, & in eo pulsus melius demonstratur, sic
diuitẽ, potẽtẽ, atque sapientẽ, qui sunt qua
si cor Reipublicæ oportet inclinari, ut pul-
sum suũ in debilioribus partibus ostendat,
& pauperibus subueniant, debentq̃; esse si-
cut sanguis in corpore, qui quia illud maxi
me diligit, oĩbus partibus, in quibus imbe-
cillitatem, defectũ, necessitatemq̃ reperit,
16 uelocissimè occurrit, & quia timor in cor-
de commoratur, illuc sanguis congregatur.
Vnde prouenit, quod qñ hõ metu perculsus
est, faciẽ habet pallore coopertam, quia san
guis oĩbus corporis partibus derelictis ad
cor cõfugit, & remanens uultus ex sanguis
pallore operitur. Cũ uerò hõ erubescit, fa-
ciẽ habet rubicundã, quia. n. facies totũ pu-
dorem sentit, sanguis eã fulturus occurrit.
Hinc est, q̃ cum hõ uenenosa sagitta pcus-
sus est, ut cor timet, illuc corruptus sanguis
occurrit, & ubi primũ ad cor peruenit, sta-
tim hoĩem interficit. Itaq. sanguis uenene
infectus, cũ cordi deberet occurrere, uitam
que illius cõseruare, illud occidit. Tales sũt
tyranni, qui cũ cupiditatibus suis corrupti 17
sint, cũ ad pauperes accurrere deberent, ut
eos à necessitatibus subleuarent, ad eos de-
struendos aduenĩunt. Hic diuinus Dñs tan-
quam cor amoris plenũ, & sicut sanguis pu
rissimus semper partibus magis indigenti-
bus occurrit. Et hoc significauit Dauid De⁹ Psalm.45.
noster refugiũt, & uirtus, adiutor in tribula-
tionibus. Discite fratres mei hanc præstan-
tissimã lectionem ab hoc diuino Magistro,
siquidẽ non opere solum illã nos docuit, ue
rum (ut supra diximus) in corporibus no-
stris ascripsit, ut illic eam crebro legamus.

Dum secũ quæreret, appropinquans ibat
cũ illis. Domine, si te adeò bona uerba attra
xerunt, qd de bonis operibus sperari de-
bet? O quã meritò sperare possunt, se Deum 18
socium esse habituros, qui cũ uitæ puritate in
bonis operibus exercẽdis occupantur. Hoc
est, qđ ad literã diuina ipsius Maiestas dicit Prou.8.
his uerbis: In uijs iustis ambulabo in me-
dio semitarũ iudicij, ut ditem diligẽtes me,
& thesauros eorũ repleam, ideſt, si Deũ in-
uenire cupis, per eius præcepta gradere: ete
nim illic eum reperies, cupientẽ eos ditare,
à qbus perquiritur, atq. diligitur. Et hoc est
quod dicit etiam Dauid: Intelligam in uia Psal. 110.
immaculata quando uenies ad me, id est,
tunc Deus ad hominem ueniet, quando ho
mo in eius ministerio occupatur.

Oculi aũt eorum tenebantur ne eũ agnoscerent. Corpus gloriosum adeò sufficiẽs est, ut
quãcunq. figurã eius aĩa uoluerit, in aliorũ
oculis possit causare: quãto magis illã pote
rat causare Christus Redẽptor noster, q ue
rus est Deus; & sic in forma peregrini illis
repræsentatus est, in quo significatũ est, qua
lẽ se hõ erga Deum pbet, talẽ se Deum er
ga hoĩem exhibere. Hi qppè discipuli pegri 19
ni à fide procedebãt, & ita se Deus eis in si
gurã peregrini ostendit. Sic, si tu es siccus er
ga Deum, De⁹ erit siccus erga te. Facitis ꝓ
cessiones, & dicitis Dño. Dñe plue. Placet
mihi, (ait Dñs) Pluite uos ẽt pauperibus, q
in noĩe meo in terra cõmorãtur. Pluite uos
Deo, & Deus uobis pluet. Emitte tu pp pec
cata tua lathrymarũ imbres, & Deus sup te

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratiarũ pluuiã effudet. Rupti sunt (ait Moyses) oĉs fontes abyssi magnæ & cataractæ cęli apertæ sunt, & facta est pluuia sup terrã. Gen.7.
Priùs dicit fontes terræ ruptos: postea uerò nubes cęli apertas fuisse. Prius tu cordis tui duritiẽ rũpe, & postea Dñs cũ donorũ suorũ pluuiã occurret. Præcepit Helias famulo 3.Re.17.
suo, vt mare uersus aspiceret, aĩaduerteretq; utrũ ex ea qcq; ascẽderet; qui aspiciẽs, uidit nũbeculã paruã quasi uestigium hois ascẽdẽtẽ de mari, statimq. Helias certa esse pluniã prædixit, remediũq; terræ aridissimę citò aduenturũ esse prophetauit. Sic utiq. tibi accidet si ex cordis tui mari suspirij, perse
ctiq. doloris nubes ad Deũ ascẽderit, statim Deus cælestiũ beneficiorũ imbres emittet, qbus tibi remediũ possis adhibere, & hic est Psalm.17.
legitimus sensus illorũ uerborũ: Cũ sancto sanctus eris, & cũ peruerso, peruerteris. Nõ etenim loquitur hic Dauid de malis societatibus, sicut cõiter dici sõlet: Sed deũ allo quit, & sic antea dixerat. Et retribuet mihi Dñs ſm iustitiã meã, & ſm puritatẽ manuũ mearũ retribuet mihi. Et post hæc dixit.
Qm̃ tu populũ humilẽ saluũ facies, & oculos supborũ humiliabis. In his oĩbus uult dicere S. Propheta, quales se hoies in Deũ ostẽdunt, talẽ se Deũ in illos prębere. Tu mitis erga Deũ, Deus lenis erga te: tu durus in
Athana.& Deũ, Deus seuerus in te. B. Athanasius, & S.
Theodo. Theodoretus hanc expositionẽ supra dicti Psalmi assignãt. Hunc stylũ à prælatis, & dominis oportet obseruari, humiles. n. humilibus, seueros aũt supbis se prębere debẽt.
Matt.23. Attẽdite qualiter tractabat Christus Redẽptor noster Scribas & Pharisęos, dicens. Vę uobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ. Pauperi aũt Paralytico q̃ta cum suauitate locu
Mat.9. tus est, dicens. Cõfide fit, remittunt tibi peccata tua. Filium eum appellat, ò benedictus fit talis Deus, q sic humilibus fauere nouit. Nõ mõ sic fit. Etenim potẽtes, diuitesq; solũ maximi æstimant, tyrãnorũq. & eorũ qui
22 causam suã propugnare sciũt, ratio habet.
Et ait ad illos. *Qui sunt hi sermones, &c.* Et respõdit unus ex illis. *Tu solus peregrinus es in Hierusalẽ?* Id est, tu solus ab Hierosolymis abfuisti, nec ea, quæ gesta sunt, perspexisti? *Quæ?* (ait Dñs,) *De Iesu Nazareno, &c. Nos aũt sperabamus, quia redempturus esset Israel.* Quasi dicerẽt, sperabamus, sed iã non est quid, aut quare speremus, de hac tãta ĩ fidelitate illos Dñs acerrimè reprehendit, dicens. O stulti, & tardi corde ad credendũ, ò Christe fili Dei, Agne mansuetissime, nũquid Dñe horũ discipulorũ imbecillitatem ignoras? quare igit eos tã acriter reprehendis, fortassẽ. n. idcircò penitus fidẽ amittẽt. Attẽdite fratres, in rebus fidei, pcipuèq. cũ hominibus duri cordis simulatio nõ habẽt locũ: sed statim cũ medicina diligenter occurri necesse est. Præcipiebat Deus dicens: Deu.18.
Si tibi uoluerit persuadere frater tuus, filius matris tuę, aut filius tuus, siue uxor tua, quę est in sinu tuo, aut amicus tuus, quẽ diligis, ut aĩam tuã, clã dicens: Eamus & seruiamus
23 Dijs alienis, non acquiescas ei, neq; parcat ei oculus tuus, ut miserearis, & occultes eũ, sed statim interficies. Sit primũ manus tua sup eũ: & post te oĩs populus mittat manũ, lapidibus obrutus necabitur. O stupendum Dei rigorẽ, etenim pcipit, ut uolenti te à fidei ueritate peruertere nõ solũ non cõsentias, uerũ, ne arcanũ ei obserues, nec ei parcas; sed protinus illũ mortis accuses, & cura postea uniuersus populus illũ uoluerit lapidare: primus eũ lapidẽ mitte. Vnde quãtum sit hoc malũ apparet, Quapp quãuis sancta Ecclesia debitã diligentiã (sicut re uera adhibet) debeat adhibere in peccatorũ fidelium
24 peccatis puniẽdis: multo tñ diligentius illã perscrutari oportet qũo fideles credũt, infidelitatisq. suppliciũ acrius punire; sicut & facit: & merito quidẽ; quandiù. n. firmũ est fundamentũ cæteræ domus partes non ĩ tãto discrimine uersant: si. n. aliquæ parietum partes prosternãtur, facilè reficient, id est, licet diabolus Christianũ ĩ peccatum aliquod faciat incidere, eiusq. castitatẽ, patientiã, fine tẽperantiã deijciat facilè illi remedium põt adhiberi? Deum. n. existere, cælestẽ beatitudinẽ sperandã, æternaq. ĵferni tormenta
25 timenda esse cognoscit. Si aũt diabolus eius fidem deturbat, q totius spiritualis ędificationis est fundamentum. sicut ait B. Paulus: Fides est sperãdarũ rerum substãtia, idest, fun- Heb.11.
damentum. Prostrato ĩ terrã hoc fundamento, tota hæc moles in terrã corruit, nec aliquod reparationis eius remedium remanet nisi ipsum fidei fundamentũ iterũ iaciatur. Hæc aũt in sumendo supplicio diligentia, non solũ pp damnũ, qđ sibimetipsi, sedẽt, & multo quidẽ magis pp detrimẽtum, q alijs infert, debet adhiberi. Statuamus hic duos peccatores, quorũ alter simplicẽ fornicationẽ peccatũ esse negat: alter uerò peccatum mortale esse credens, simplicẽ ipsam fornicationẽ cõmittit. Vter horũ grauius peccat,

maiusq; dãnum reipublicæ affert? certũ utique est, dicentẽ grauius, q̃ facientẽ peccare.
Vtrũ dicet q spiã, maius malũ esse videt, facere q̃ dicere. Sed iste facit, ille ãt dicit, ergo.
Respõdeo, dictũ istud eo q̃ sit erroneũ, & ex erroneo iudicio ꝓcedat, plurimorũq; malo
tũ sit occasio, multò grauius peccatũ esse di- Simile.
26 ligentiorib. remedio indigere. Hoc quadã similitudine clarius apparebit. Cum nauis p medios maris fluctus hominibus onusta ꝓgredit, uter maius malũ efficit, q cõsultò crustra sibi cõfringit, an q tabulã è naui conat euellere, ut illac in nauim aqua introeat, & sic nauis in ꝓfundũ pelagus demergat? Aptè ꝓfectò respõsio innotescit, etenim q̃is prior se ipsum uoluit uulnerare, in eadẽ naui est chirurgus, q illi medeat, sunt item & medicamina, atq. oĩa ad eius salutẽ necessaria, Qui ãt tabulã euellit, toti nauimaximè officit. Qui peccat, est q sibimetipsi uulnus infligit, sed in sancta Ecclesia sunt saluberrima medicamenta, hoc est, sanctissima sacramenta, sunt & chirurgi, hoc est, cõfessarij. Qui aũt hæresim pdicat, atq. docet, ianuã
aperit, unamq; ex pcipuis tabulis ausert, q̃
27 est fides, ut illac in sanctam Ecclesiam mala sine impedimento ingrediantur. Idcircò diligentissimè huic peccato remediũ oportet adhiberi. Et sic Dñs in supradicto capite Deuteronomij rationem assignans quare tali peccatori secretum nõ debeat obseruari, dicit, qa uoluit te abstrahere Dño Deo tuo q eduxit te de terra Ægypti de domo seruitutis, cuius ẽt rei aliã causam addidit, ut omnis Israel audiens timeat, & nequaquã ultra faciat q̃ spiam huius rei simile, Ostendit Christus Redemptor noster se iniuria affectũ qa cum ipsi iam mundũ redemisset, Esa.45.
illi tñ hoc nõ crederent. Hoc. n. gloriosissimum ipse sibi ducit, & sic dicit p Esaiam Deus iustus, & saluans nõ est ꝑter me? cõuertimini ad me, & salui eritis oĩes fines terræ. Et ideò dicit Dñs discipulis illis: O *stulti, & tardi, &c.* Meritò stulti appellantur,
28 siquidem Dñm fuisse ppessum, stultum esse atq. indignum iudicabant, cum idcircò ab hominibus ardentius esset amãdus, atq. honorandus. Ita B. Gregorius, tanto (inquit) Gregor.
Deus ab hominibus dignius honorandus Gregor.
est, quanto ꝓ hominibus indigniora susce Emiss.
pit. Aliter enim esset q̃ eleganter dixit Gregorius Emissen⁹, ferina immanitas est Deũ æstimare minorẽ quia maiora contulit, & ideo à te minus accipiet honoris, quia plus cõtulit dignitatis. Attñ horũ discipulorum patientia cõmendari debet, qa tam acrẽ reprehensionẽ submissis capitibus æquo aĩo ptulerunt, & postea Dñm q̃ eos reprehenderat ad hospitiũ suũ instantissimè inuitarunt satis apertè in hoc talis magistri se discipulos esse demõstrarũt. Si illi essent sicut 29
hoies huius miseræ tẽpestatis, statim Scipiones erigerent, seq. iniuria affectos fuisse iudicantes Dñm pecutere conarent. Qđ q̃dẽ
satis malũ signũ ẽ, quo circa dicit. Qui odit Eccl.19.
correptionem minuet. In hoc detegit una ex differentijs, q̃ sunt inter ꝑdestinatos, & ꝓscitos. Etenim ꝑdestinatis si q̃n peccare cõtingit, aliq; tñ uestigium uirtutis remanet, ita ut etiam in peccato cõmorantes bonorum hominum habeant splendorem? sicut hi discipuli q etsi iam penè à fide recedebãt de rebus tñ sanctis loquebant & reprehensionem patienter audierunt, seque in Dñm misericordes prębuerunt. Reprobi uerò q̃uis aliquando bona operentur, atque in Dei gratiam deueniant, eis tamen uirtus nõ uidetur assidere. Cõtemplamini miserũ Iudam, q etsi in Dei gratia persistebat, Apo Simile.
stolusq. erat & miracula faciebat, nihil tamen illorum ei coaptatum esse, neque mẽte consedisse arbitror, illumq. diabolicum aspectum habuisse suspicor. Cõtingit aliq̃s
iuuenem ex patris sui uir nobilis domo 30
prosiciscì, qui omni urbanitate ab eo fuerat instructus & in tantam calamitatem posteà deuenit, ut fabro ferrario seruiturus accrescat, illic autem honore coopertus & quasi carbo denigratus tale habet ingenium atq. aspectũ, quem q attente considerauerit, Nõ utiq. es tu filius fabri ferrarij. Sic etiã filius Dei etiam in peccato existens pauperibus subuenit, diuinum uerbum gaudet audire, certamq. filij Dei habet apparentiam. Homo autem infimæ conditionis etsi plurimas diuitias acquirat, purpuraq; ac pretiosis uestibus iuduatur, nihil illorum ei afflidet, & 31
sic statim dicetis, profectò non es tu uir primarius, sed abiectæ conditionis, nihil. n. istorum tibi applicatur. Sic etiam reprobi quãuis uirtutes operentur, nequaq̃ tamen eorum animis assidere uidentur. De his dicit, factũ est uulnus sæuum, & pessimũ in homines, q habebant characterem bestiæ, etenim statim quales sint signis ostendunt. Apo.16.
Dicit eis ulteriùs Dñs, *Nõne hæc oportuit Xpm pati? Et ita intrare in glor. ã suã?* O q̃ terribilia hæc uerba sũt fratres. Non ani-

maduertis Dominum,ut in ſuammet gloriam ingrediatur,dicere ſibi cõuenire labores ꝑpetiꝰuos aũt uoluptates die,noctuq. perquirentes,illiſq. fruentes in alienã gloriam intrare conamini, ò maximam ſtultiam.atq.impudentiam? Atq.ideò ét dicit
32 hoc ſibi cõuenire,quia tibi peccator neceſſarium erat.Et ꝑꝑ nimiam charitatem,qua te diligit,quod te oportet,dicit ſibi cõueni re.Vna autem ex cauſis,ob quas nos per labores in cęlum oportet introire, eſt,ut poſteà nobis iucundior ſit gloria.Sicut cibus poſt maximam famem ſuauior eſt.Edis tri duò perdices,& poſteà iam uñr tibi non ſapere,ieiuna triduò pane, & aqua,& poſtea
Gen.44. uidebis quam ſuauis tibi erit quicunque cibus.Hac induſtria uſus eſt Ioſeph cum fratribus ſuis,qui antequam ſeſe illis fratrem eorum eſſe reuelaret,eos moleſtia affecit, uolens,ut furti accuſarentur,atq.ille in cuius ſacco ſcyphus repertus eſt,uinctus remaneret.Hęc autem omnia fecit, ut cùm poſteà eũ fratrem ſuũ eſſe,cognoſcerent,maiori lętitia afficerent. Hoc ſignificauit ad lite-
Pſalm.65. rã Dauid dicens,tranſiuimus per ignem,&
33 aquam,& eduxiſti nos in refrigerium,atq, etiam,hoc fit ad maiorem glorię coronam.
Apoc.7. B.Ioannes dicit ſe uidiſſe turbam magnam quam dinumerare nemo poterat,ſtantes in circuitu agni,habenteſq. palmas in manibus ſuis,& clamabant uoce magna dicẽtes: ſalus Deo noſtro.Et acceſſit ad eum unus ex illis,& dixit.quid tibi de hac multitudine uideť,uõ ſunt decoriꝰ?cito igiť q. hi ſũt qui uenerunt ex magna tribulatione, & lauerũt ſtolas ſuas in ſanguine Agni,i.nullus eſt hic ex omnibꝰ quos ꝑſpicis,qui nõ magno cum labore gloriam cõpararit. Ecquis eſt ergò qui arbitretur ſe in gloriam aſcenſurum, palmamq. prę manibus eſſe habiturum,quod eſt uictorę ſignum, ſi in hoc ſæculo nulli tentationi reſtitit,nec cõtradictionem aliquam tolerauit ? Conſolamini ergo fratres chariſſimi.Cum Dominus ali-
34 qua uos tribulatione afflixerit,ſi qdem uos in uia ſtatuit,qua ad cœleſtẽ beatitudinem iter fieri cõſueſcit,& una ex maximis querelis,quas diuina ipſius Maieſtas aduerſus homines habet,hæc eſt, qꝰ ferè omnẽs per
Pſalm.61. ianuam,qua ipſe ingreſſus eſt,intrare recuſant. Et ſic dicit per Dauid ueruntamẽ pretium meum cogitauerunt repellere,ego autem inſiti cucurri,& direxi.Pręcipua homi
num cura eſt,qũo famem,ſitim,paupertatem,ignominiamq; effugiant:& quomodo reijcient pretium, quo cæleſtis gloria emitur,quoque diuinus hic Dominus corporis ſui beatitudinem comparauit . Ea propter mare prætereunt,mundumque euertũt, & ad ultimas uſque orbis regiones paragrare conſueſcunt,ut diuitias,honores,tranquillitatemq. adipiſcantur. Non ſic Dominus, non ſic,ſed præardentiſſima ſiti,qua ſanctiſſimi corporis ſui glorificandi flagrabat, 35
lerrimè cucurrit,nec perſtitit,quouſque ad crucem peruenit.Et ideò dicit.in ſiti cucurri,& direxi. Etiam intelligi poteſt quòd ad triumphandum de diabolo, & ſpolia, quę habebat, ab eo auferenda oportuit illum Pſalm.57.
hæc pati.Prędixerat Dauid,Deus conteret Simile.
dentes eorum in ore ipſorum:molas leonũ confringet Dominus . Cùm dux uiolenter in urbem aliquam conatur introire,ad portas tortiſſimas confringendas, petram machina erigi, poſteaq. magno impetu illam præcipitari iubet,& ſic oſtia confringuntur. Per portas inferni difficilis utiq; erat ingreſſus,earum enim uectes erant diaboli dẽtes, quæ ſunt eius uires & potentia. Erecta aũt fuit Petra,qui eſt Chriſtus in crucis machina,ut per mortem excidens glorioſa eius anima diuinitatiſque plena ad inferos de- 36
ſcenderet,iſtoſq; Sathanæ dentes,atque potentiam confringeret. Et ſic de illis triumSimile.
phauit,& quemadmodum , q fortes habet dentes omnia poteſt comedere quantumcunq; durus ſit cibus,poſtquam autem dentes eius cõfracti ſunt nullum durum cibum niſi mollem mandere poteſt. Sic diabolus cùm antequàm Chriſtus redemptor noſter moreretur,fortes haberet dẽtes omnes edebat,boni,& mali in inferos(etſi ad diuerſa loca)deſcendebant:tam duros,quam molles,hoc eſt tam pœnitentes,quàm impœnitentes omnes deuorabat,poſtquam autem eius dentes à Domino confracti ſunt, nequit duros cibos,hoc eſt uiros aſperæ uitæ, pœnitentiæque deditos,& uirtute prædi- 37
tos deuorare.Sed molles tantum eſcas,qui ſũt homines uoluptatibus indulgentes, & carnales,manducat.O infælices,qui opiparam menſam,mollia lectula, ſuauia ueſtimenta perquiritis, hęc omnia facientes diſponimini,ut diabolus uos mandere,& inſtomachum ſuum,qui eſt infernus,faciliùs ualeat introducere.

Et incipiẽs a Moyſe. Ideſt,à libris Moyſi: *Interpretabatur illis in oibus ſcripturis, quæ de*

de ipſo erant. Et de ſe tanquam de tertio loquens diceret(credo)illis quid ſignificauerit Moyſen bis petram uirga percuſſiſſe,& ſecundo ictu aquarum fluenta ex illa ꝓpuliſſe: qua uniuerſus populus Iſrael ſitim
Exod. 17. & Pſal.77. extinxit.Et quarè Deus hoc modo eis aq̃ conceſſerit ? num quod nõ poſſet pluendo, non uerò petræ ictibus eos ,aquis ſaturare? q̃ ſi ictibus,quarè non priore,ſed poſteriore aqua proſilijt?Scitote(diceret Dominus)
38 quod hæc omnia ſignificabant quod cum genus humanum per deſertum huius ſæculi magna redemptionis ſiti fatigatum pergeret(etenim hac ſiti ęſtuãs dicebat Eſaias:
Eſa.45. rorate cœli deſuper,&nubes pluãt iuſtum) ad ſitim iſtam extinguendam populus Moſaicus per Moyſen ſignificatus bis lapidem percuſſurus erat. Petra enim, qui eſt Ieſus
Ioan. 8. Mat. 12.& Luc.11. Chriſtus filius Dei, uno ictu percuſſa fuit, nidelicet uniuerſo genere opprobriorum, quæ illi dicta ſunt, cum Samaritanus,dœmoniacus , & incantator appellaretur.Hoc autem priori ictu nõ proſilijt aqua: etenim noluit Dominus ſibi illatis ignominijs ſolummodo mundum redimere. Altero igitur ictu percuſſus eſt, quod fuit tormentorum genus, quo ſanctiſſimum eius corpus ictum atq; contortum fuit.Et hoc ictu eius
39 ſanguis effuſus eſt, uitaq; illi adempta fuit, & redemptionis aqua defluxit. O beatos illos, qui ex tam pretioſa aqua bibunt,& ex tam ſingulari beneficio fructum percipere norunt.
Exod.4. Præterea(diceret Dominus) quid nam ſignificauit illud Exodi , cum Moyſes manum in ſinum induxit , lepraq; coopertam illam protulit, iterumque illam incluſit,& ſanam reduxit?Hęc manus ſignificauit maximum iſtum prophetam,de quo loquimi
Pſal. 134. ni,qui eſt unigenitus filius Dei. Hanc manum poſtulauit Dauid dicens : emitte manum tuam de alto. Hæc autem manus intoiuit primò in ſinum puriſſimorum uiſcerum ſacratiſſimæ genitricis eius , & illinc humanarum pœnalitatum lepra,ideſt, humanitate operta prodiuit: & ſic lepra,& uulneribus repleta poſtremo in ſepulchri
40 ſinum ingreſſa fuit cum corpore , unde ſana, & glorioſa exiuit , cum mirabiliter reſurrexit.Et ſic eis ſignificationem uitarum , operum,atq; uerborum Sãctorum Patriarcharum,atque prophetarum declarabat.

Cùmque Emaus ab Hieroſolymis ferè octo millia paſſuum abeſſet, & Dominus reſolutè loquerẽtur,illa ſolum referẽ, q̃ inſtituto conuenirent, ſatis longum tempo ris ſpacium fuit ad plurima recenſenda. Quod autẽ efficacius diceret, eſſet(credo) admirabilis illa obedientia Iſaac. Etenim
Gen.22. hæc eſt ſingularis , & inter cæteras longè pulcherrima Domini figura. Pro quo nota Ioſephum dicere, cũ Patriarcha Abrahant Ioſephus
ſacrificium illud uoluit immolare , filium eius Iſaac triginta annorum fuiſſe:quod ſatis oſtendit ſacratus Textus in his uerbis: tulit Abraham ligna holocauſti, & impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum. Et ſiquidem 41
ligna deferre poterat quæ hominis corpus concremare ſufficerent', benè colligitur illum iam fuiſſe uirum perfectæ ętatis.Cum q̃ adaptatis lignis iam ambo ſoli in montis faſtigio morarẽtur, dicit Ioſephus Abraham decreuiſſe filio ſuo loqui : nam uidens Iſaac patrem ſuum eum iugulandum, aut uinciendũ apprehendere,poſſet dicere:delirus , atque inſanus eſt pater meus. Quis enim pater filio ſuo ſiue bono,ſiue malo tale unquam fecit? ſatius utiq; eſt illum à me tanquam amentem alligari. Quamobrem compoſitis iam lignis cum maxima cordis amaritudine filium ſuum alloqui cœpit dicẽs:Fili dulciſſime optimè noſti , quem mo
dum in ortu tuo habuerim:etenim ego ſe- 42
nex eram mater uerò tua ſterilis,quæq; mętate quaſi adæquabat: & ſic tu uerè ꝓ miraculum, Deiq; beneficium natus es,nec te latet me eſſe prophetam , Deumque mihi reuelaſſe ex te totius mundi Redemptorẽ eſſe naſciturum, generationeſque innumeras,quæ ex te deſcenſuræ ſunt, mihi prædixiſſe. Nunc autem fili mi, cum ego Deum tantoperè diligam,ipſe mihi præcepit,ut te in hoc monte ſibi ſacrificem.Ego uerò hoc uelle debeo , tuque idem patienter ferre teneris.Nec uerò dubito Deum , quæ mihi promiſit, eſſe compleſturum. Mors tua nobiliſſima exiſtet: tu enim primus es, qui ut Deo obtemperes, mortem ſubis,quiq; pri
mus Deo immolatus in altari occumbis. 43
Iuuenis autem cum eſſet deuotus, atque fidelis uiriliter patri ſuo reſpondit dicens:pater mi diuinam uoluntatem in omnibus adimpleri, Deoq; ſemper oportet obediri. Ne uerò ego præ mortis rabie ſtultum aliquid faciam me pater mi pedibus , manibuſque uincito , poſtquàm ego ſuper ligna conſedero. O admirabilem obedientiam,ò ſingularem patientiam , ò mirificam uiri

ſancti .

Universidad de Deusto Biblioteca

sancti charitatem, ò quanta est hæc confusio ijs, qui nũc in lege gratiæ uiuimus cum maioribus Dei beneficijs uincti teneamur, quibus tamen illi in Dei ministerio tantopere præstiterunt, Eccè superni Redemptoris obedientiam, qui grauissimo crucis pondere onustus usque ad montis fastigium perrexit, postea uerò super ipsum crucem libenter extensus, quoniam oblatus est quia ipse uoluit. Illic se uinciri, atque crucifigi ineffabili charitate, & obedientia passus est. In illo sacrificio non est occisus Isaac, sed aries, quẽ uidit Abraham inter uepres. Sic etiam in hoc sacrificio non est mortuus Isaac, qui significat risum, quia uerbum diuinum est risus, & gaudium Angelorum: non enim mortuum est uerbum, quatenus uerbum, sed occisa est humanitas illa, quæ illi inter spinas, clauos, & inter tormenta morabatur. Hęc omnia dicit S. Euangelista. *Quæ de ipso scripta erant. Et appropinquauerunt Castello quo ibãt, & ipse finxit se longius ire.* B. Augustinus dicit, Dominum cum nõ discederet, taliter se posuisse, ut proficisci uideretur, hoc autem, ut occasionem haberent misericordiæ gratitudinisq; suæ detegendę, sicuti fecerunt, quandoquidem coegerunt illum dicentes: *Mane nobiscum, quoniam aduesperascit, et inclinata est iam dies.* Sic uos fratres charissimi cum pauperibus facere oportet, ne expectetis, quoadusque uos rogitent, uos illos rogitare debetis, ut in domo uestra excipi uelint. Hinc etiam orationem discite, quam uos assiduò facere oportet in hoc tẽpore, dicentes sicut hi peregrini, mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit, & inclinata est iam dies. Quandò dies finiri uult, maximæ fiunt umbræ, & siquidem nunc uniuersus fere mundus errorum atq; hæresum umbris coopertus est, signum est diem uitæ nostræ super terram finiri uelle. Dominus enim dixit cùm uenerit filius hominis, putas inueniet fidem super terrã? siquidẽ ergò tam prope exitum sumus, ad Deum efficacissime proclamemus dicentes: Mane nobiscum Domine, nũc cum tãta necessitate premimur. Idcircò uobis tota hac quadragesima prędicaui, ut per ueram pœnitentiam ad hunc diuinum hospitem excipiendum disponeremini, ut maneat uobiscum in æternum. Ego uos sanctissimæ Trinitatis nomine adiuro, perq; sacratissimam huius Domini, qui tantopere nos diligit, atq; dilexit, uitam, pretiosissimamque mortem, atque gloriosissimam resurrectionem, ante singulorum pedes prostratus exoro, ut in incepta uirtute perseueretis, nec retrorsum regrediamini, neque tantam iniuriam inferatis Domino, cui tot tantisque beneficijs deuincti estis, nec illum domibus uestris expellatis, nec Similia. sitis sicut canes. Est canis uescens carnibus asinini cadaueris, cumque uiator præterit, eum lapidibus deterret, canis autem illius cruore delibutus paulisper ab eo recedit, postquã autem uiator longè secessit, sicut anteà canis ad cadauer reuertitur. O concubinare, ò turpis sensualis, ò usurarie, &c. qui carnalitatibus istis uisceris, animamque tuam istis sceleribus coinquinas, proclamauit ad te prædicator, lapidesq; in te diuinarum comminationum immisit, quibus perterritus paulisper à turpi uiuendi ratione recessisti, siue, quia te conscientia tua remordebat, siue quia erat quadragesima, & hominum pudore confundebaris: Transacta autem quadragesima, finita prædicationum assiduitate, quasi uiatore prętereunte ad istum cruorem quasi canis, ad cadauer reuerteris. Ne sic faciatis fratres charissimi, per reuerentiam Dei uos deprecor, ne canibus similes efficiamini, siquidem hominis rationis participes, & Christiani estis, diuinaque præmia speratis. Diuinæ maiestati perseueranter inseruite, in uobis per gratiam Dominum excipite, quò postea cum ipso in perpetuum habitaturi in cœlestem gloriam conscendere mereamini. Amen.

Heb. 9.

44

45

Augusti.

Luc. 18.

46

47

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

397

TERTIA PARS QVADRAGESIMALIS

IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICÆ, QVÆ IN SACROSANCTA Ecclesia solent decantari, à Dominica in Septuagesimæ vsque ad Feriam secundam post Dominicam Resurrectionis inclusiuè.

Dominica in Septuagesimæ.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam suam. Matth. 20.

CVM Christus Redemptor noster dixisset discipulis suis: In regeneratione, cum sederit filius hominis in sede Maiestatis suæ, sedebitis, & uos, &c. Conclusit, dicēs: Multi erunt primi, nouissimi, & nouissimi, primi. In regeneratione, & renouatione mundi (ait dominus) multi primi, erunt ultimi, & ecōtra. Quid est hoc nomme? si diceres q̄ in his nostris temporibus hoc futurum erat, non mirarer, siquidem multos primos nouissimos, multosq. nouissimos, primos esse conspicimus. Quod autem hoc in futura uita futurum sit: magnoperè profectò respectus, bonitatem, clementiamque tuam admiror. Quomodo est hoc, quod hoc dicas, & q̄ sic futurū sit? Si istud in hoc seculo faciendum esset, tolerabile esse uidet, ubi plurimos bonos oppressos cernimus, qui cum in uirtute sint primi, in secularibus bonis sunt nouissimi. Multos uerò perditissimos hoies uidemus, qui sunt priores, & nobiliores. Atque etiam q̄ hoc sic in hac uita agatur, conquerebatur Prophetæ. Attēde, quo conqueſtus fuerit Dauid in toto Psalmo septuagesimosecundo dicens: Quàm bonus Israel Deus his, qui recto corde. Mei autē pene moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei: quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum uidens. Quia nō est respectus morti eorum, & firmamentū in plaga eorum. Ideo conuertet populus meus hic, & dixerunt: quo scit deus, & si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores, & abundātes in seculo, obtenuerunt diuitias. Et dixi. Ergo sine causa iustificaui cor meum, & laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Existimabam ut cognoscerem hoc, labor est ante me, donec intrem in sanctuariū Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Veruntamen ppter dolos posuisti eis: deiecisti eos, dum alleuarentur. Et paulò post: uelut somnium surgentium, i. Vidistis q̄ bonus sit Deus Israel seruientib. ei? iam quasi labebantur pedes mei ad sequenda mea laborū uestigia, cùm uitæ eorum prosperitatē considerarem. Video illos tam pingues, tamq. sanos, & uideo q̄ illi sunt, qui imperant, & qui prohibent, illi sunt gubernatores, iudices, & nobiles, illi denique pinguiorib. mundi rebus perfruuntur. Et cum hoc animaduertant hoies recti, & synceri, dicunt, quæ est Dei sapientia, aut quę gubernatio? Si est sapientia in cęlo: hi quia sunt mali, & peccatores sunt priores, ditiores, ac nobiliores seculi, nos autem quia Deo seruimus, & in innocentia uitæ ambulamus, posteriores, pauperiores, uiliores q. sumus, ac magis opprimitur? & ego sine causa iustificaui cor meum. Quid autem ait (ait unus quisq; horum) mihi iustificatio mea, lachrymæ, uerbera, mortificationesq. proderant? Existimabam

 mabam

mabam(inquit Dauid)mē hęc mysteria intelle-
cturum. Existimabam ut cognoscerem
hoc,labor est ante me. Si tantummodo res
præsentes considerentur, non potest huius
differentiæ,& disparitatis causa bene cogno
sci,quousque in gloriam Dei cum conside-
ratione mea ingressus sim,& horum fines,&
7 exitus considerarē. Adhibens hanc diligen-
tiam cum consideratione mea intellexi,qđ
his hominibus malis largiatur. Deus bona
temporalia,ut in hac uita illis persoluat ali
quod bonum,quod fecerunt: etsi cum iam
parum sit,in medio uoluptatum suarum il-
los mors arripit,& quasi fumus euanescunt,
cum in sublimiori dignitatis gradu consti-
tuti sunt,& decepti remanent,sicuti,q post
prosperum insomnium expergiscuntur,&
nihil inueniunt eorum, quæ arbitrabantur
se habere. Vides dñe, cūo conqueruntur iu
sti q hoc adhuc in hoc seculo,istud agatur?
Tu uerò dicis, q erit in regeneratione quā
do uenturus es iudicare uiuos, & mortuos?
O æterne Deus,q terribile est hoc etiam au
ditu? Præcipue cum tu sis Deus iudex iust⁹,
fortis,& patiens. Iustus,qui nemini iniuriam
infers,fortis cuius brachium à nemine con-
teretur: patiensque licet ad iracundiam pro
8 uoceris. Quod cum talis sis: dicas tū, q nouis
simi erunt primi: res est hæc, quæ me obstu
pefacit,atque omnes in maximam admira-
tionem adducit. Ad hoc respondetur, q nō uult
dicere hic dñs, q in die iudicij mali bonos
excellent. Sed uult dicere, q multi, q prius
Deo seruire cœperunt, & multos annos in
eius seruitio,tepidè ac remissè consumpse-
runt,non tāto præmio afficientur,sicut alij,
qui serius ei seruire cœperunt,& pauciores
annos,cum summa tamen animi contentio
ne seruierunt. Non enim tam respicitur,co
ram diuina Maiestate brevitas,aut longitu-
do temporis,in qua illi seruitur, quam spi-
9 ritus,& amor, quo seruitur. Atque ut hoc
apertius significaret,proposuit dominus Pa
rabolam patrisfamiliās,qui exiuit conduce
re operarios in uineam suam,& finito die,
tantam mercedem tribuit illis, qui una tan
tum hora laborauerant, quantam illis, qui
totum pondus diei in labore sustinuerant,
& finita parabola cum eadem sententia con
clusit, dicens: Si erunt nouissimi,primi, &
primi,nouissimi. Multi enim sunt uocati,
pauci uerò electi.

Tota tū difficultas hoc est, s. quō ex eo,
q multi sunt uocati, pauci uerò electi,infe-
rat diuinus dominus, quod multi erunt
primi,nouissimi,& nouissimi, primi? Ad in-
telligēdum hoc notandum est,quod in alijs
parabolis,sicut in illa ingredientium ad nu-
ptias: cùm ille, qui non intrauit nuptialibus
uestibus indutus,iussus est mitti in tenebras
exteriores. Illic uerbum illud: Multi sunt
uocati, intelligitur uniuersaliter de illis,q
ad Dei seruitium uocati sunt. Et illud: Pau-
ci electi de solis iustis,qui gloriæ præmium 10
reportaturi sunt. In hac autem parabola nō
sic intelligitur, sed intelligitur quod multi
uocati,sunt omnes iusti,qui in uinea domi-
ni,usque ad consummationem uitæ labora
runt,& præmio donati sunt. Atque ex istis,
pauci sunt electi,hoc est,feruidi,& excellen
tes in seruitio Dei. Quòd autem hic mul
ti sunt uocati, de iustis intelligatur, manife
ste patet ex parabola. Oēs enim illi,quos vo
cauit,& conduxit dominus uineę,in illa la-
borauerunt usque in finem diei, & omnes
mercedem suam acceperunt, & quia inter
multos iustos pauciss̄imi sunt electi, & in
uirtute singulares; ideò hinc infert, q multi
primi,quia remisse seruierunt,erunt in præ 11
mio nouissimi,multi uerò nouissimi in tpe,
qa feruidi fuerunt,diligenterq; Deo seruie
runt,erunt primi,& excellentes in præmio.

Etiam est ualdè notandum, q hanc para
bolam proposuit Deus,tam bonis,quā ma-
lis,ut,nec mali,quamuis serò ueniant,despe
rent,nec boni licet citò ueniant,inflentur,&
superbiant. O quam bona,& quam necessa-
ria res hæc est? Depingite hic mihi duos ho-
mines,alterum optimum,alterum uerò pes
simum, ut uideatis in quanto periculo
uterque illorum constitutus est. Conside-
rate in primis hominem nequissimum,
considerate illum mercatorem,usurarium,
qui omnium bona diripit, mendacem,adul
terum,omnibus denique sceleribus delibu
tum. Dicite,quando hic uenerit in conside
rationem deformitatis suę, transactamque
uitam animaduerterit,& uiderit, quod iam
nullum ferè uitæ tempus sibi remanet,quid 12
faciet? O sancte Deus, quanto dolore com-
pungetur? Nec seculorum omnium anni,
nec cunctę uitæ filiorum Adæ, ad agen-
dam pœnitentiam illi sufficere uidebun-
tur. Denique hic miser in tantas angu-
stias se redactum animaduerteret,ut impossi
bile esse arbitretur Deum sibi, tot tamque
enormia peccata,quot in eum commisit,di
mittere. Maneat ergo talis hic: Contempla-
mini

mini nunc uirum optimum,religiosum,ui-
lissimis uestimentis indutū, cilicijs cooper
tum,sequacem diligentissimum chori, pri-
mum in disciplinis, obediētissimum,opti-
mum,interius, & exterius: optimum ubiq;
& in oī tpe,purissimum, castissimum,beni-
gnissimum. Deniq; qui legem Dñi,suamq;
13 regulam nunquam fuerit transgressus. Ve-
runtamen dico uobis q quodammodo hic
quasi in tāto periculo uersatur,ut alter pes
simus. Hic.n. propè est, ut pari iudicio cum
Deo uelit cōtendere,& dicere: Solue mihi,
optimè enim tibi seruiui, da mihi gloriam,
quia iure illam mihi debes, & satis illam
promerui. Huic igitur ne ita efferatur,& su
perbiat,alteri uerò,ne desperet,dicit noster
diuinus Redemptor: scitote,q salus uestra
à mea pura uoluntate,& liberalitate depen
det,& hæc est prædestinatio illius, qui sal-
uandus est. Quapropter nullus extollatur,
licèt manè uenerit, nec desperet, quamuis
uesperi accesserit, dummodo accedat. Nam
si manè uenit plus ille mihi,q̄ ego illi de-
beo,ego enim illum adiui,ut manè ueni-
ret,& ego sum Dominus, qui possum face
14 re quicquid mihi uidebitur. Atque hoc est
melius, & utilius hoibus. Vnusquisque so-
Augustī. brius sit, & uigilet,conſideraus qūo ex cru-
ce latronem exceperim,& ex mensa, & di-
sco meo Iudam dimiserim. Et sic B. Augu
stinus dicit, q scire hoies bene uiuere est
donum Dei, & plus debet homo deo,qa
opera bona in eius seruitio facit: q̄ Deº ho
mini debet, q ea faciat. Et ita dicit hic Glo
riosus Sanctus. Ipsa hominis opera,mune-
ra Dei sunt. Quod si quis dixerit: Domine
ego ieiuno, persolue mihi ieiunium meū:
potest Deus dicere: Imo tu solue mihi, qa
dedi tibi gratiam, & auxilium, ut propter
me ieiunares. Dicet alter: Domine solue
mihi, quia dedi omnia bona mea propter
te. Alter Domine solue mihi,qa in tuo ser
uitio uerberaui,& castigaui corpus meum.
15 Alter dicet,quia uirgo, aut martyr fui pro
pter te,alius,quia tot tentationes toleraui.
Quibus potest Dominus dicere: Imo uos
debetis mihi soluere, quia uobis auxilium
præstabam, quo in his omnibus uictoriam
reportaretis. Itaque magis Deo debemus,
eo quod sumus boni, & illi seruimus,quā
ille debet nobis: ille enim uon indiget ser-
uitute nostra, quod si ei seruimus, in nos,
non uero in illum beneficia conferimus.
Quocirca non habet cur superbiat, qui
priùs ad uineam uenit, nec quare despe-
ret, qui serò accepit, si uerè, & ex animo
accedit, in hoc enim modico tempore, Simile.
quod illi superest, potest facere sicut qui
in diuersorio, aut recreans se in nemore,
nimium commoratur cum longum iter
confecturus sit, posteà uerò cùm uideat so
lem iam occidere, & diem finiri, curat una
hora ambulare, quod sex horis ambulatu-
rus erat. Vnde infertur quod de nullius sa- 16
lute debemus desperarē, quantumuis per-
ditus, & iniquus ille sit, cum uideamus,
quod omnes,& in omni ætate Deus uocat,
cosque ad suam uineam recipit, si ipsi uo-
lunt uenire. Atque illis soluit, non tem-
poris spatium, sed Spiritus feruorem,quo
operati sunt cōsiderans. Magnopere etiam
adiuuat ad consolandos & fulciendos eos,
qui ad seruitium Dei sero accedunt, con-
siderare,quod maximus labor, quem pa-
tiuntur in relinquendis malis moribus, &
rationibus,quibus semper uixerunt,(quod
non habent, qui ab ineunte ætate Deo ser
uire cęperunt) si offerant illum,ut offerant
Deo,ad meritum maximè cōducit,atq; ad
satisfaciendum pro pœnis purgatorij sum- 17
mopere prodest.

Quod priùs in hac parabola notari opor
tet,est, quod qui summo manè exiuit con-
ducere operarios, uocatur Paterfamiliàs,
quod est nomen pietatis, indulgentiæ, &
solicitudiuis. Hoc est nomen, quod Deus
sibi ipsi tribuit, & adeò illi conuenit,ut di-
cat Iob: Quis est pluuiæ pater? aut quis
genuit stillas roris? ubi apparet, quod om- Iob 38.
nium rerum pater uocatur, usque & guttę
aquæ, & roris etiam, quia omnia creat,
& conseruat. Vnum ex illis, quæ magis
excitant eum, qui in alterius seruitute la-
boraturus est, ut id libenter faciat, est, hi-
laris aspectus, & liberale ingenium Do-
mini sui. Ille Dominus (dicit quidam) est
tam affabilis,urbanus, & liberalis in suos,
ut libentiùs illi gratis, quàm alteri pro pre 18
tio seruirem. Audiuistisne quot annos Ia-
cob seruierit patruo suo Laban eius greges,noctu,dieq; custodiens, & cùm non ar-
bitrabatur Laban,abijt Iacob à domo eius, Gen. 31.
quia uidit malum uultum illius? Abeamus
(dixit mulieribus suis) quia uideo facie pa-
tris uestri, q non sit erga me sicut heri, &
nudius tertius. Nequaquam seruiam homi
ni, qui mihi benignum uultum non osten-
dit. Fratres mei uniuersalis rerum omnium

Dominus, qui nos uocat ad obseruantiam
suæ sanctæ legis, & ad sui seruitium, est dns
tantæ nobilitatis, ut de eo dicat Dauid. Qñ
tu Dñe suauis, & mitis, & multę misericor
Psalm.85. diæ oĩbus inuocantibus te. Tanta est eius
suauitas, ut ad se nominandum non dicatur
Dñs familiãs, quod est nomen Maiestatis,
sed paterfamiliãs, ut nos confortet, & inui-
tet, ut libentissimè ad eius seruitium acce-
damus. Hæc fuit maxima clementia, quam
19 Deus hominibus ostendit, q uoluerit, ut il
lum patrem uocaremus, & in hoc nobis de
dit arma, quibus eum concuteremus. Ani-
maduertens diuina Maiestas, q in ratione
creaturarum, ita imbecilles essemus, ut nõ
haberemus arma, quibus ipsum possemus
oppugnare, largitus est nobis hoc iaculum
æneum, fortissimum, quo eius cor transfi-
geremus, & uiscera suauissima penetrare-
mus: q est, ut eum patrem uocemus. Hoc
Rom.8. diuinitus exaggerat S. Paulus, dicens: Non
enim accepistis spiritum seruitutis iterum
in timore, sed accepistis spiritum adoptio-
nis filiorum Dei, in quo clamamus: Abba
pater. Iam nõ oportet uos uiuere ut seruos,
sed ut filios dilectissimos, non cum seruili
20 timore, sed cum suauissimo amore: siq dem
spiritum filiorum Dei, & lucem, agnitio-
nem, baptismum, legemque, ac gratiam,
quam Deus filijs suis dare solet, accepistis,
oportet nunc uos clamare, sicut & nos cla-
mamus, summa cum suauitate, & pleno ore
dicentes. Pater, pater, quæ suut fortissima
iacula ad Dei cor superandum. O q fidẽter
potest anima se offerre coram hoc optimo
patrefamiliãs, dicens illi: O Dñe, qui cœ-
lum, terramque imples, qũo meam solam
aĩam uacuam relinques? Tu Dñe, qui uer-
miculis terræ, & auibus cœli cibos præpa-
ras, qũo meam aĩam famelicã desines? Tu,
qui lilia, & flores tam singularibus, & mira-
bilibus coloribus exornas, qũo aĩam meam
21 nudam destitues? Si tu imples oẽ animal be
nedictione, quid igit mihi prꝑparatũ habe-
bis, cui aĩalia, & cęlos creasti? Quis est, qui
hãc Dei suauitatẽ, ac clementiã audiés, nõ
confortet, ut illi libẽtissimè deseruiat? Præ-
sertim cùm uideat qũo surgit diluculo, ad
nos uocandos; vt dicit sacrum Euangelium.

Exijt summo mane cõducere operarios ĩ ui neam suam. Cum peccasset Adam dicit san
Gen 3. ctus Textus: Et cum audissent uocem Dñi
deambulantis in paradiso, ad auram post
meridiem. Siccine? Ad conducendos opera
rios, qui lucrentur, surgit summo manè,
summa cum celeritate, at uerò ad puniẽ-
dum uenit pedetentim, ambulans uesperi,
& ad auram. O fratres mei hoc significat, q
talem Deum habemus, qui ad puniendum
uenit quasi inuitus, ac si capillis apprehen-
sus traheretur, sed ad conferendã nobis gra
tiam, ac maxima beneficia, talis est eius in
nos amor, qui non patiat illum deambulan
tem, nec post meridiem uenire, sed es summo mane faciat exurgere. Hoc significaut 22 Cant.5.
ẽt sponsa, dicens de sponso: Ecce iste uenient
saliens in mõtibus, transiliens colles, i. oĩa
dirumpens, quæ illum impedire posse uide
bantur, i. q nec peccata, nec ingratitudines
nostræ, q sunt montes, & colles, quæ ex se
Deũ impediunt, sicut solent montes & col
les uiatoribus obstare, impedire nalẽt, quo-
minus diuina Maiestas summo manè pro- Simile.
peret ad conferenda nobis beneficia. Dua
bus maximè rõnibus solet quis summo ma
nè exurgere: altera, quia est hõ diligentissi-
mus. Nunquam iter feciſtis cum hoie, qui
nondum est media nox, & iam à lecto sur-
git, & non quieſcit ut iter faciat, famulum
suũ excitat, lucernã iubet inflãmari. Dicit
aũt famulus: Dñe quid tam festinanter surgis? nondum.n.tam citò illucescet, at ille 23
quid (inquit) mea refert? potius.n. auroram
à me, quam me ab aurora expectari uolo.
Videte quid cura & diligẽtia efficiat. Altera
causa est, quia longum iter illi conficiendũ
est. Famulum uocat, & mulam sterni iubet.
Ait famulus, uide Dñe, quod nondum illu-
xit. Parũ refert (ait ille) magnũ.n. iter mihi
hodie conficiendum est. Scito ergo ô frater
Christiane, quod ꝓp has duas causas surgit
Deus manè. Altera est, ꝓp maximam curã,
quam habet, ut te in cœlum perducat. Vide
quam solicitus est anarus proprer pecuniã,
qui non potest in lecto quieſcere. Quàm so
licitus est mercator, qui omnes diuitias
suas per mare deducit, & in maximo peri-
culo eas positas aduertit. Multo tamen ma 24
ior est cura, quam Deus de te habet. O be
nedictus talis Deus? glorificatus talis do-
minus? quare frater hoc te non mouet, &
stimulat, ut sis diligentissimus in seruitio
patris tui cęlestis, qui se tam solicitum, dili
gentem, ac benignum in te præbet?

Secunda causa quare tam diluculo exur
git, est ꝓp longũ iter, quod confecturus est,
& hoc iter est, te conuertere, de malo bo-
num efficere, & ex titione inferni, reddere
te lu-

te lucernam, quæ splendidè in mundo il-
lucescas. Idcircò igitur exit summo manè
conducere operarios. Et hoc significatq, ut
primum rationis usus illucescit, iam Deus
est tecum, ne ad Sathanæ uineam discedas.
Sunt hoies tam ducibiles ad proficiscendũ
in uineam Sathanæ, ut quãuis uocent, nec
25 conducantur, aut aliquid prẽmij illis pro-
mittatur, oês illuc pergant. Et cum Deus
tam summo manè exeat, totq. præmia pol
liceatur, uix reperit operarios, q uelint ire
in uineam suam. O animæ, quare non eru-
bescitis, & pudore confundimini, cum tot
uocationibus non rñdeatis, & ex tot inspira
tionibus, admonitionibus, pollicitationib⁹,
ac cõminationibus, fructum non perci-
piatis? uocat te Deus hora prima, tu uerò
dicis: hora tertia conuertar, uocat te hora
tertia, tu dicis: hora nona. Ecquis tibi secu-
rè affirmat frater q te iterum De⁹ uocabit?
pater hoc Euangelium illud mihi affirmat.
Mentitis, nam etsi S. Euangelium dicit, q ꝓ oĩ
tpe Deus exit, non tñ dicit q eosdem sem
per uocat, & licèt, ita sit, q sæpè exeat ad vo
26 candum te (ut sępè contingit) quis tibi po-
terit securè affirmare, q hora tertia melius
quam hora prima poteris uenire? O cæce;
diabolus est, qui hanc imaginationem tibi
offert. O bonus Dauid, q optimè fraudem
& tentationem hanc cognouit cùm dixit:
Psalm.40. Verbum iniquum constituerunt aduersum
me. O quam pessimũ uerbum mihi Dæmo
nes dixerunt. Quod uerbum? dicunt (inqt)
mihi; dormi, & requiesce, Dauid, qñcũque
enim uolueritis, poteris exurgere. Nunqd
qui dormit non adijciet, ut resurgat? Nun-
quid, qui recumbit in peccato, nõ resurget
ab eo qñ uoluerit? O q maledictum, & q
mendax uerbum: non.n. resurget peccator
qñ uoluerit, nec rex hæc in manu eius est.
Quod si nunc qñ à Deo uocaris, ire nõ vis;
27 fortasse postea ire uoles, & non poteris. Ve
nit mensis Augusti, cùm paruo pretio triti-
cum æstimat, & tu habes pecunias, quibus
possis triticum tibi emere, & dicit amicus
tuus: eme nunc illud siquidẽ talẽ habes oc
casionẽ: tu uerò non uis. Postea uerò carius
Simile. ualet triticũ, & tu consumis pecunias, quas
habes, atque cum hyems uenit fame peris.
Frater mi aduerte, q nunc est Augustus, &
Deus paruo ꝑtio uenditur; ac tu habes pe-
cunias, quę sunt uires, tps, ac ualetudo ad
agendã pniam, ad ieiunandum, ad exercen-
dum te in oĩ opere bono. Eia ergo incipe
emere, fac testãm tuum, præpara aĩam tuam:
confitere peccata tua, reconciliare cum ini
micis tuis, recede ab occasionibus, &c. Non
uis? forsitan ergo qñ uolueris non poteris.
Veniet hyems illa mortis tã tempestuosa,
& ita te undiq. circũuentum, & conturbatũ
reperies, ut quasi nihil bene ordinatum, &
rectũ possis efficere, & ita in infernũ detru-
deris ubi famẽ crudelissimam in ꝑpetuum 28
patieris. Hoc est, q Spiritus sanctus dicit, li Prou.20.
cèt transuerso temporũ ordine, ac ego nũc
dixi, propter frigus piger arare noluit, men
dicabit ergo æstate, & non dabitur illi.

Conuẽtione autẽ facta ex denario diurno. O quã ignominiosum uerbum fuit hoc ho
mini, semel tm præcipit Deus cęteris crea-
turis operari, & ex quo eas in initio sęculi
creauit, nunquam usq. hodie operari cessa
uerunt, nec cessabũt quidem, quousq. illis
Deus aliter præcipiat. Animaduertite qũo
nũquam cessauerint cæli, qũo terra semper
produxerit. Deniq. discurrite, & contem-
plamini omnes creaturas, & inuenietis eas
in illis occupatas, ad quę eas Deus creauit.
Atq; hoc solummodo, q a illarum creator
eis sic ꝓceperit, nec tñ illis aliquid promi-
serit. Homo aũt, qui maiora beneficia, q cę- 29
teræ oês creaturę accepit, ita ingratus & re
fluticus est, ut necesse sit illi ꝓmium promitti,
ad incitandum illum, ut faciat quod de-
bet. Et quod peius est, ẽt cum maximis pol
licitationibus non vult illud facere. Si præ-
ciperetur terræ, & loq sciret, diceret se in-
iuria affici: cum sibi ꝓciperetur, quod ip-
sa facere tenet: atq. idem diceret cæterę oês
creaturæ. Quod aũt hõ, quem rõ, fides, gra
tia, ac præmium inuitat, id nolit facere, ma
ximæ est ingratitudinis profectò. Et super
oĩa, q illi cautum est cum pœna mortis æ-
ternæ (qd est peccatum) hoc diligentissimè,
ac summa animi contentione facit. O dia-
bolicam peruersitatem, quare nõ uerecun
damur fratres, q in tam immane, & tãtæ in
gratitudinis crimen incidamus? Pudeat er- 30
gò nos, & saltem ꝓp spem utilitatis, quæ no
bis promittitur, incipiamus in hac uinea
Dñi laborare. Ad quod ut nos incitet, & ex
hortetur, promittit diuina Maiestas ętrna
ꝓmia. Democritus Philosophus obscuris- Democ.
simam quandã protulit sniam, s. Duo lumi
naria mundum gubernat. Et Aristoteles ex
posuit hanc sniam, dicens; q hæc duo lumi Arist. 10.
naria, aut sidera, sunt utilitas, & timor. Ni- Ethico.
hil faciũt hoies nisi alterũ horum finium,

tanquam ſcopum ante oculos habeãt. Aut enim ſpe præmij cõcitati, aut timore deteriti, ne in aliquẽ laborem incidãt opera ſua faciũt. Cùm igitur hoc ita ſit, quo maiori labore nos poterat Deus deterrere, qua æter
31 nis inferni tormentis nos comminans? Aut quid amplius poterat promittere, quã ſeipſum, quod eſt infinitum bonũ, ut eo in æternum perfruamur? & tñ multos Dꝰ paſſim inuenit, q̃bus dicat q̃ in hodierno Euãgelio oparijs dixit. *Quid ſtatis hic tota die otioſi?* Tantũ malum eſt otium, ut minus inconueniens eſſe duxerint Philoſophi dicere mundum ab æterno fuiſſe, q̃ otium in Deo imaginari: & ideò affirmarunt q̃ ex quo Deus eſt, eſt ét & mundus: niſi. n. eſſet mundus (dicebant) quod eſſet Deus otioſus, quod non eſt credibile, eſſe poſſe in Deo: cùm ipſe tã toperè otioſos execret. Fides catholica ét faretur nullũ unquam in Deo fuiſſe otium. Verũtamen non ideò mũdꝰ ab æterno fuit: Deus. n. alias res maioris momenti habet intra ſe in quibus occupetur; q̃ creationem & gubernationem uniuerſis: ut eſt, cõtemplatio ſuę diuinæ eſſentię, & amor, & cõica
32 tio diuinarum perſonarũ. Veruntamen magna exaggeratio eſt, ad declarandum quantum malum ſit otium, cùm fuerit occaſio, ut in tñ errorem Philoſophi inciderent, ut crederent mũdum æternum fuiſſe: ut Deo otium nõ tribuerent. Alia ét maxima exaggeratio otij eſt: q̃ Spiritus Sanctũ nobis irrationalia animantia obijcit, ne quidẽ maiora, aut nobiliora, ſed uiliſſima, quæ ſunt formicæ. Significans q̃ ét ſunt magis bruti, & irrationales hoĩes otioſi, q̃ hę tam humiles creaturæ. Et ita dicit: uade ad formicam
Prou. 6. ò piger, & conſidera uias eius: & diſce ſapientiam, quæ cùm non habeat ducẽ, neq. pręceptorẽ, neq; principem, parat in æſtate cibum ſibi, & congregat in meſſe quod comedat. Et poſteà exclamat dicẽs uſquequo piger dormies? qñ cõſurges de ſomno tuo? paululum dormies, paululum dormitabis,
33 & ueniet tibi pauperies quaſi uir armatus. O q̃ terribilis reprehenſio, & q̃ obſtupenda comminatio. Diſce (inquit) ò piger à formica, quæ cùm magiſtrum, prædicatorem, aut reprehenſorem nõ habeat; tam diligenter quærit quæ ſibi in neceſſitatis tpe neceſſaria ſunt. Tu autẽ ò rationalis homo, cùm tot pręceptores, & prędicatores habeas; nec tñ plus q̃ lapis commoueris? quouſq; tandem dormies infælix? qñ tandẽ ab iſto ſom-

no conſurges? Breuiſſimum eſt tps, quod hic cum iſta miſera tranquillitate, & ſomno potes degere. Et ſtatim ſicut uir fortiſſimus te occupabit, & circũueniet paupertas, à qua nullo unquã tpe poteris liberari: Væ auribus, quæ talia audiunt, nec tñ à tam graui ſomno, & negligentia exurgunt? ſm hoc fratres mei non erit neceſſe, ut Regina Auſtri, aut Niniuitæ conſurgant ad condẽnandam hanc otioſorum generationẽ: ſed una 34
formica ſufficiet eos omnes condemnare. Quid plus in tãti mali execratione dici pt?

Dicit ergò illis Dñs: *Quid ſtatis hic tota die otioſi?* O pigri in hac uita quæ uobis cõceſſa eſt ad æternam beatitudinem conſequendam, hic eſtis otioſi? Nõ poteritis profectò merito rñdere, q̃ illi rñderunt dicentes: *Quia nemo nos conduxit*: Cum tã crebro habeatis, qui uos Dei noſe nocent, & inuitent. Præſuppoſito, q̃ cum diuino fauore ijs, quę modo audiuiſtis, concitati oẽs uno aĩo propoſueritis in uinea Dñi incipere laborare; unam tñ exercitationem, & diligentiam uobis uolo dicere, quam in hac uinea debetis adhibere. Et eſt hęc, q̃ quem Simile.
admodum qñ materialem uineam colitis facitis foſſas circum uites, auferentes ter- 35
ram, quę ibi eſt: ut uitis aquam, & ſolis calorem percipiat. Sic oportet uos facere in aĩabus neſtris ſpirituales foſſas, ut uitis, q̃d eſt cor ueſtrum ſpiritualem rorem. Et calorem ſolis iuſtitię recipiat. Atque hoc nihil aliud eſt, q̃ aĩæ deſideria cælum uerſus detegere, & aperire. Aperite fratres mei maxi Eph. 4.
ma deſideria in cælũ, & uos ueteri terra eradicate. Renouamini in nouitate ſenſus ueſtri. Auferte terram à circuitu cordis ueſtri & ſumma cum diligẽtia in hoc laborate in uicem uos confortantes. Et ad hęc ſancta exercitia inuitantes, ſicut operarij in uinea alij alios inuicem confortant, & incitãt. Sic Hebr. 3.
nos monet S. Paulus dicẽs; uidete fratres ne ſit in aliquo ueſtrum cor malum incredulitatis diſcedendi a Deo uiuo. Sed abhortamini uoſmetipſos per ſingulos dies do- 36
nec hodie cognominatur, ut non obduret qs ex uobis fallacia peccati. O quã diuina uerba, largiat nobis Dñs ſpiritũ intelligẽdi, ſentiendi, atque exequendi illa. Cauete (ait B. Paulus) ne ſit in uobis cor infideles, nõ ſolùm infidelitate hęreſis, ſed etiã infidelitate ſeparationis a diuino amore, & obedientia Dei uiui, & ad hoc faciendum, ex hortamini, & confortate uos inuicẽ quoti die

die. Quamdiu hæc uita durauerit oportet uos ab hoc opere non ceſſare, ſtatim. n. fallacia peccati cor obduratũ. Cauete ne peccatũ amplectamini, nimis enim fallax eſt. Eſt pomum exteriùs pulchrum, interiùs uerò putridum. Eſt quaſi melopepo ſcriptus, intus uerò inutilis. Quapp aperire magnas foſſas
37 ardentium deſideriorum, in quibus recipiantur cęleſtes rores ne corda ueſtra obdurentur. Vult. n. Deus, ut cæleſtia ſummo animi affectu ac cordis ſuſpirijs cupiamus, & ea ſicut tã pretioſa ac neceſſaria expoſcamus: ſuaq; diuina ac cæleſtia beneficia maximi facia-
Pſalm. 80. mus. Idcircò Dauid dicit: Aperi os tuum, &
Pſal. 148. adimplebo illud. Et alibi: os meum aperui, & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam. Quia deſiderabam (inquit) vt anima mea maximum fructum ferret, tuaq̃ diuina pręcepta obſeruaret, aperui, & extendi deſideria mea, & feci profundam foſſam, ac ſtatim ros tui diuini ſpiritus excidit. Sed dicet aliqs: pater ſum tam ſiccus, & miſer, ut ne mea qdẽ deſideria ad res cæleſtes ſciam extollere. Ad hoc dico, q̃ ſi non ſcitis res cæleſtes deſiderare, ſaltem deſiderate eas deſiderare. Vt Dauid eodem Pſalm. dicebat. Cõcupiuit aĩa mea deſiderare iuſtificationes
38 tuas, in omni tempore. Quòd ſanus & infirmus, diues, & pauper, lætus, & triſtis: manẽ & ueſperi deſiderabat aĩa mea, ut ſemp ſuſpirarẽ; ut meliùs, ac meliùs in dies diuinę maieſtati tuæ ſeruirẽ. O fælix qui hac ſolicitudine aĩam ſuam excoluerit, & cum hac diligentia in uinea domini laborauerit. O quã abundantem fructum percipiet, & q̃ pretioſo amoris uino etiam in hoc ſæculo pfruet. Quòd ſi hunc fructũ non tulerimus, de nobiſmetipſis conqueramur: eo q̃ paſſionibus, ac negligentijs noſtris animam noſtram ſterilem reddimus. Sic fatebatur ipſe Dauid
Pſalm. 34. dicens: Retribuebant mihi mala pro bonis, ſterilitatem animę meæ. Cùm appetitibus, & paſſionibus meis benefaciã, ipſi mihi peſſime perſoluunt, reddunt. n. aĩam meam ſterilem. Et cauete diligenter ne racemus terram atringat, quia putrefiet: Cauete ne opera ueſtra bona terram attingant, ne illa pp
39 humano reſpectus faciatis, eleuate illa à terra, & facite ſolummodo pp gloriam, & honorem dñi, ut faciebat ſponſa, quæ dicebat:
Cant. 7. Oĩa poma ſeruaui tibi, noua, & uetera. Non (inquit) illa mihi ſeruo, aut hoĩbus, cum illi ſeruio, ſed oĩa tibi uolo, tam noua, quam uetera opera ad laudem, & gloriam nomi-

nis tui cuſtodio. Hic eſt excellẽtiſſimus modus, quo anima magno operẽ proficiat, & maiora denuò beneficia ac gratiæ augmentum conſequatur, qua cęleſtis gloria comparatur, ad quam nos perducat Ieſus Marię filius. Amen.

Dominica in Sexageſima. 1

Cum turba plurima conueniret ad Ieſum, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per ſimilitudinem: Exijt qui ſeminat ſeminare ſemen ſuum. Luc. 8.

CVM turba plurima ex diuerſis ciuitatibus, & regionibus ad Chriſtũ redẽptorẽ noſtrum acceſſiſſet, ut illis oſtenderet, q̃ nõ oẽs proficiendi deſiderio ueniebant, propoſuit ſimilitudinem, dicens, exijt qui ſeminat ſeminare, &c. Et dicta ſimilitudine exclamauit, dicẽs. Qui habet aures audiendi, audiat. Non dixit, qui habet aures, audiat, ſed q̃ habet aures audiendi, audiat. Multi enim ha- 2
bent aures, ſed nõ ad audiẽdũ bonũ. Qui podagra laborat, pedes habet, ſi tñ illi dicas, fra- Simile.
ter curre, dicet ipſe, nequeo, dices illi, tu nõ habes pedes? habeo (inquit) ſed ſunt podagrici. Habet pedes, ſed non ad currendũ, ſic oẽs habet aures, ſed (propter ſcelera noſtra) pauci eas habent ad audiendum, vt oportet. Eccleſiaſticus dicit: Auris bona audiet cum
omni concupiſcentia ſapientiam. Hic notat Eccleſi.
Spiritus ſanctus quænam ſit bona auris. Sũt homines, qui tam malas habent aures; ut ſaluationis doctrinã percipere uix poſſunt, nec aliquid aliud præter curioſitates, & uanitates uelint audire. Solum autem eũ Spiritus ſanctus hic dicit bonas aures habere, qui ſumma cum ſuauitate & ardentiſſimo deſiderio gaudet animæ ſapientiam percipere. Et de illis, qui hoc animi affectu res diui- 3
nas non diligunt, dici poteſt, quòd non habent aures ad audiendum, atq; etiam dici poteſt, quòd ſpiritualiter ſunt priuati auribus. Latrones, qui incipiunt furari, cum in Simile.
primo furto deprehenduntur, exuuntur ueſtibus, & publicè uapulant. Pro ſecundo autem latrocinio grauatur illis pœna, & abſcinduntur eis aures. Ita ſe Deus habet eſpecca-

Pro primo enim peccato, tanquam pro primo latrocinio illum exuit gratiæ uestibus, & crudelissimis uerberibus illum flagellat, qui sunt morsus, & amaritudines conscię, quę illi proprer peccatum superueniũt. Cũ .n. adhuc sit nouitius in malo, nec tã distractus sit, illum cõscia magnopere remordet, & cum spiritualibus angustijs, & afflictionibus incedit. Si uerò his uerberibus percussus non emendatur, sed ſm larrocinũ committit, hoc est: si peccatis peccata addit, in pęnam huius deprauationis permittit Deꝰ ut ab illo aures auferantur, & ꝙ maneat ferè sine ulla attentione ad bonũ. Et hoc est auribus priuari. O quot sunt in mundo, atq; etiã fortasse in hoc templo sine auribꝰ, sine attentione, & affectione alicuius boni, tanq̃ hoies, q cũ futuris rebus conclusionẽ fecerunt, qui de morte, iudicio, aut inferno non agunt. Et idcirco ad nihil cęleste intendunt.

Leuiti. 22. Gl. interli. super Leuit. 22.

Pręcipiebat Deus neqs ꝓ uoto, ꝙ fecerat, ouem aure, aut cauda amputatis offerret. Glossa interlinearis dicit, ꝙ ille est ouis sine cauda, q non cogitat de nouissimis. Cauda est extremitas aialis & ille est quasi animal sine cauda, q de rebꝰ futuris æternę uitæ nõ cogitat. Et ex eo ꝙ cauda carꝫ, ꝓuenit, ut

6 nec aures habeat. Ex eo.n. ꝙ de rebꝰ futuri sęculi nõ cogitet, prouenit, ut quasi auribus priuatus, cũ ista amentia in pœnam peccatorum suorum maneat. Hoc aial nõ uult Deꝰ in suũ sacrificium acceptare. Si ergò sumus ò fratres mei amputatis auribus, ꝙ remediũ habebimus, ut in diuinam Dei gratiã redeam⁹, & illi iterũ acceptabiles efficiamur? Qđ habuit ille cuius auriculã S. Petrus amputauit, ad recuperandũ eã, q̃ Christus redẽptor noster manibus accepit, & illi restituit. O Christe uitę reparãs, uerè miseriarũ nostrarũ curator. Eccè nos oẽs hic sumus amputatis auribus, non à S. Petro: sed ꝓp scelera nostra, te ergò supplices exoramus, ut nobis aures restituas, ut nobis concedas attentionẽ, & amorẽ tuæ cœlestis doctrinæ, ut ita in uisceribus nostris imprimãs, & in nobis fructificet sicut tu uis. Ita debetis fratres mei hunc diuinum medicũ supplicare, qñ ad audiẽdã prædicationẽ acceditis. Interrogantibꝰ aũt Apostolis, q dnã illa parabola significaret, cępit illam dñs exponere, & dicere: *Semen est*

7 *uerbum Dei.* Poterit aliquis dicere: Arist. di-
Aristo. 6. Topic. ca. 2. xit, ꝙ oẽs transferentes ſm aliquam similitudinẽ trãsferunt. Ergo siqdẽ filius Dei, uerbũ diuinũ grano cõparat, in aliqua re oportet illa esse similia. Ad hoc rñdeo ꝙ non solum in una re, sed ẽt in multis diuinum uerbum, & semen conueniunt, ex quibus duas tñ res in quibus assimilantur nunc dicam. Altera est, ꝙ semẽ habet proximã uirtutem ad producendum fructũ, & talem uirtutem habet uerbũ Dei, ꝙ est initiũ, per ꝙ consecuturi sumus fructum gloriæ. Subtilis doctor Scotus dicit, ꝙ quemadmodum ultimũ, qđ ex arbore speramus, est fructus, non ut illũ seruemus, sed ut eo perfruamur, fructus.n. à fruendo dicit, uel è conuerso ut asserit angelicus doctor, & fructꝰ nascitur a flore, flos aũt à ramo producitur, ramus uerò à stipite proficiscitur, stipes autem à radice exit, radix aũt à semine generãt.) Sic Deus noster ultimus finis est fructus à nobis expectatus, quo, ipso pręflante, fruituri sumus. Itaque ultimum expectatum ab hoie, seu ultimus eiꝰ finis Deus, fructus spiritualiter acceptus, dicitur. Hęc aũt fructus acceptio, inter alias, pluribus in locis ponitur à D. Thoma. Ieiunamus, ac laboramus, ex oibꝰ ergò Christꝰ nis exercitationibus, quem fructũ nos perceꝑturos speramus? speramus quod Deus semetipsum per claram uisionem nobis concedat. Vnde ergò nobis dimanat, ꝙ hunc fructum consequamur, qui est Deus? Dico qđ uisio Dei, & eius possessio, per charitatem impetratur. Sine illa.n. nec eleemosynę, nec mortis quidem perpessio aliquid prosunt ut affirmat S. Paulus cũ dicit, si distribuero 9 in cibos pauperum oẽs facultates meas, charitatem autem non habuero, nihil mihi ꝓdest. Charitas autem ex fide proficiscitur, fides enim me docet, quòd Deus est supernũ bonum, & quod idcircò debeo illum diligere. Fides etiam docet me maxima beneficia, quæ in me contulit, quòd propter me descendit de cælis, & homo factus est. Crucifixus est etiam pro me, &c. Et ex alia parte lex naturalis mihi dictat, ut sim gratus. Atq; hinc venio ad concipiendum amorem huius optimi Dei, & quoad possum in hoc amore accrescere, & proficere utiliter curo. Eccè quomodo charitas, & amor ex fide procedit, & ideò dixit Sanctus Paulus, sine fide impossibile est placere Deo. Ille uerò Deo placet, qui eum diligit. Ex quo manifestè apparet, quod tantum dixit in hoc, acsi diceret, sine fide impossibile est Deum diligere. Res autem fidei sunt tam excellentes, ut nullum humanum ingenium quantumuis acre, & subtile illas possit adipisci;

Scot. in 3. dist. 1. q. 3. ad 1.

D. Th. 2. 2. q. 11. art. 1.

D. Th. 1. 2. Heb. 11.

quas si adipisceretur, iã non esset fides. Et iõ ad hãc fidem habendam oportet nos audire

Rom. 10. uerbũ Dei, ut exaggerat Sanctus Paulus dicẽs: qũo credent ei q nõ audierũt? & posteà cõcludit dicẽs, ergo fides ex auditu, auditus aũt per uerbũ Christi. Et ita apparet qũo ad impetrandã fidem necesse est uerbũ Domini audire. Eccè qũo Deus, q est fructus qũ

11 speramus, non impetratur sine charitate, & charitas nõ impetratur sine fide, fides autẽ non acquiritur sine prædicatione diuini uerbi: atq; ideò cũ maxima conuenientia illud uocat Dñs semen siquidẽ (ut probatũ est) ꝓ illud hic diuinus fructus cõparatur. ¶ Altera res, in qua uerbum Dei simile est semini hæc est. Qđ sicut necesse est, ꝙ semẽ icorporetur in terra, & radices agat, atq; in ea conseruetur: & ita fructũ fert. Sic uerbũ Dei fru-

Psal. 118. ctũ fert si in humano corde satũ, summe cũ affectione illic seruatur, ut faciebat Dauid cũ dicebat, in corde meo abscondi eloquia tua, ut nõ peccẽ tibi, & eo ꝙ ita non conseruatur, tã parũ operationis & fructus facit in

Iacob. 1. plurimis audientiã cordibus. Hac de causa B. Iacobus admonẽs hoies, ut ex diuino uerbo fructũ perciperent, & ſm illud operaren tur, admirabili quadã comparatione explicuit, ꝙ ex eò ꝙ illud audientes non cõseruarent proueniebat, ꝙ illud opere nõ exequerent, dicens, estote factores uerbi, & nõ auditores tñ, fallentes uosmetipsos, quia siqs

22 auditor est uerbi, & non factor, hic cõparabitur uiro cõsideranti uultũ natiuitatis suæ in speculo, considerauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Primũ notate ꝙ dicit, quia decipit hõ semetipsum, cùm solummõ contentus est uerbũ Dei audire. Dicunt multi ad prædicationẽ uadimus & nihil est amplius: & remanent ualdè contenti arbitrantes illud sufficere. Secũdò notate

23 diligenter, ꝙ posuit similitudinẽ contẽplãtis se in speculo: quia qui sunt uiri, ut esse oportet, & nõ fœmineis moribus assuefacti, si aliqñ faciem suã ad speculũ aspiciunt, est tã celeriter, & (ut aiunt) per transennã, & tã paruã reflexionẽ in speculo faciunt, ut statim obliuiscantur imaginis suæ, quã illic ꝓ spexerunt. Non aũt posuit similitudinẽ mulieris cõsiderantis se in speculo. Nã mulier non celeriter, sed prolixè uultum suũ cõtẽplatur, & faciẽ suã ſm speculum adaptat, & exornat, & defectũ, quem in ea animaduertit diligẽter tollit: & deniq. utitur speculo, & ex eo utilitatẽ percipit, uiraũt aspicit se celeriter, nec se adaptat, ſm qđ uidet in speculo. Et si hoc fortasse fuit in illo tpe qñ Sanctus Iacobus hoc scripsit: nunc aũt sunt iã uiri tã parum curãtes ea quæ uirilia sunt, & ãt fœminei, ut quasi fœminæ sese ad speculũ componãt, & exornent. Tertiò notate ẽt quòd comparat uerbũ Dei speculo. Et ita oportet uos considerare, quòd qñ ꝓdicatur uobis diuinus sermo, ꝓponitur uobis ante 14 oculos speculũ, in quo maculas, & defectus uestros animaduertatis, & eos corrigatis, & ualde prolixe uos in hoc speculo aspiciatis, & respiciatis, ruminãtes cogitatione, qđ in ꝓdicatione dicit: ut ſm illud animas uestras cõponatis. Hoc est enim semen seruare, ut fructũ ferat. Et ex eo ꝙ hoies cum hac attentione in hoc diuino speculo se nõ contẽplẽtur (dicit Sanctus Iacobus) ꝓrouenit, ꝙ tam parũ fructus ex eo percipiantur. Et ꝙ peius est, sæpenumerò nõ solũ non percipiunt homines ex prædicatione fructũ, sed cũ sit speculum, ꝙ eorũ maculas, & deformitates illis reꝑsentauit, de eo murmurãtes abeunt. De

Simile. simia dicit, qđ si qñ contingit, ut se in speculo uideat, cũ illic tã deformẽ, immundã, ac nigrã se animaduertat, tantã rabiẽ in speculũ cõcipit, ut si possit, illud cõfringat: Quid 15 similius dici põt ijs, quę faciunt hoies malę conscientię, qui pleni indignatione, & rabie, qa in prędicatione illis dicit quales sint, & eorũ deformitates illi præsentant, uellẽt prædicatorẽ uiuũ comedere, & illũ perdere, ac cœlestẽ doctrinam, quam prædicat confringere, & annihilare, ac penitus labefactare. O simię simiæ. Ecquid habet culpæ uerbũ Dei, aut concionator, qui eius nomine illud prędicat, si uos estis deformes, immũdi, & diaboli effecti? Curate ergo fratres mei uobis remediũ adhibere, siquidem tam ꝓpinquum, & paratum est auxilium Dei, nec queramini de eo q nullam uobis habet culpam, & munus suum exequitur, ut debet.

Optimè uidistis qũo Beatus Iacobus in 16 his uerbis nos doceat, maxime necessariũ esse reflexionem facere in uerbo diuino, & ut in corde magnopere cõseruetur ut radices agat, & fructũ ferat. Et ita profectò fa-

Eccle. 2. ciunt iusti, ut affirmat Ecclesiasticus dicẽs, qui diligunt illũ cõseruabunt uerbũ illius. Amor habet maximã memoriã, qui uerã alterum diligit oĩa eius uerba, ẽt & minima, & quę p risũ dicunt memorię affigit, & in pectore suo conseruat. Sic qui maximo animi affectu deũ diligũt, eius uerba in pecto

re

re suo scribunt,& ita memoriæ affigunt,ut nunquã aut saltẽ difficillimè obliuioni eã tradant.Cõtra uerò ubi non est amor, non aduertit qd dicat,nec loquentis uerba æstimãt.O quantũ est circa hoc plorandũ? ꝓ
17 fectò quia uerba Dei non percipimus,tanq̃ uerba illius,quẽ diligimus, ideò tam facilè nobis a memoria excidunt,nec ad ea attendimus,aut illa aliqd æstimamus. Mementote fratres mei qũo percipitis uerba amici uestri,quẽ ualde diligitis:& quã libenter in corde uestro affident,& q̃ fixa uobis in memoria remanẽt,& erubescite, ex hoc enim intelligetis q̃ parum Deũ ametis,cũ tam facile obliuiscamini illorũ oium, quæ uobis eius nomine dicunt.Radices,quas hoc diuinum semen agit in aia, sunt intentiones bene operãdi,in alijs eas agit maiores,in alijs
18 uerò minores. Aliq firmissima ꝓposita cõcipiunt,& staruũt se potius morituros esse, q̃ ꝙ illa opere non exequantur. Alij aũt remisse ꝓponũt, & paruas radices in illis uerbũ Dei agit,de quib. dicit. Adulterinæ plantationes non dabunt radices altas. Hi sunt quorũ pater est diabolus.Plãtæ illegitimæ, quanquã proponunt bene agere quum audiunt prædicationẽ,postquam tamen illinc exeũt nihil est amplius.Sicut ouа,quę sunt in igne sudãt,& a se guttas aquę immittũt, cũ ãt ab igne seperantur,statim sicca remanent,ut antea. Ita mali quãuis aliqñ prædicationem audiẽtes,suspiria, & lachrymas profundunt,cũ primũ ex templo exeũt exsiccantur ut antea, qa uerbũ Dei in illis nõ egit profundas radices, nec ipsi firmissima proposita operandi boni cõceperunt.Nõ sic bonis contingit, sed in illis adimpletur qđ præcipit Deus suo diuino uerbo dicens. In
19 electis meis mitte radices. Iusti exeunt cũ tã constantib. propositis, ut quales fuerint radices,optime in fructibus perspiciatur.O q̃ iucundum est prædicatori talibus hominibus prædicare?Idcircò dicebat Esaias.Au
Esa.66. dite uerbũ dñi, qui tremitis ad uerbũ eius. Vobis gaudeo prædicare(inquit S.Propheta)qui audientes uerbum Dei, toto corpore contremiscitis,& statim conuertimini,& ex eo fructum percipitis.

Ecce rationes,quare dicit dominus quod semẽ est uerbũ Dei: Seminator aũt est ipse Iesus Christus summus mũdi Magister, de quo intelligit illud: *Exijt qui seminat seminare semen suum.* Exijt enim hic diuinus seminator in sua sanctissima natiuitate,ad seminandũ diuinũ semen sui cęlestis uerbi in hoĩum cordibus. Qñ agricola exit diluculo ad serendũ, uadit totus capitio cooptus ꝓp nimiũ frigus,cũ uerò sol exit incipit sudare,in meridie ãt ꝓp nimium calorẽ, quo grauatur,exuit se capitio, ut melius possit serere,& illud a quercu suspẽdit. Ita hic diuinus seminator exijt in aurora natiuitatis suæ sanctissimæ carnis suæ capitio cooptus,& hyemis frigore coarctãtus, & statim admirabili paupertatis humilitatis,& obedientiæ exẽplo cępit seminare. Aduenięte aũt humanæ uitæ meridie(q̃ solet esse trigesimotertio anno)ꝓ nimio charitatis calore cępit in horto Gethsemani sanguineos sudores emittere,qñ factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrã. O diuine seminator fili ęterni Dei,si tãto agone in ista agricultura fatigaris, fac dñe sicut & alij agricolæ facere solẽt,exue te capitio & suspende illud in arbore. Et ita fuit, q ꝓ nimio calore ardẽtissimi amoris sui in nos, exuit se sanctissimi corporis sui capitio, & illud in crucis arbore suspẽsum reliqt,separans illud ab aia, non tã a diuinitate ut melius seminaret. Hoc est ut magis eius uerba in uiscerib. nostris imprimerent, cum illa
21 tã patięcia,& amore seminaret. Et sic talẽ effectũ hoc diuinũ semẽ effecit, ut breui tpe per uniuersum orbẽ ex eo fructus fuerit ꝓceptus. Quod multo tpe antea mirabatur sanctus propheta Esaias in spiritu, cũ dixit. Esa.66.
Anteq̃ parturiret peperit,antequã ueniret partus eius peperit masculũ. Quis audiuit unq̃ tale? & qs uidit huic simile? nunqd parturiet terra in die una? aut parięt gẽs simul, quia parturiuit, & peperit Sion filios suos? ut Sanctus Hieronymus super hunc locum Hier.li.7. Eccl.hillo.
scripsit,omnes has admirationes facit sanctus Prophęta,propter rem unam,quæ terram,ac cœlum etiã obstupefecit. Quæ fuit cap.4.
quomodo uerbum Iesu Christi tam breui tempore in uniuerso orbe tantum fructum tulerit.Hoc est enim quod ad literam significat illa sententia, antequam parturiret peperit,idest,quod antequam tempus esset ut crucis, diuineque prædicationis fructus prodiret,iam mundus conuersus erat.Hoc autem,q̃ omnes ad laudandum Deũ summopere inducit,nos inuitat,ut maximè ue
22 recũdemur, & magno cum dolore calamitatẽ nostram maximam lachrymemur, q̃ in illo tpe tam breuiter diuinum uerbum tñ fructum produceret, nunc uero nos tã

parum

Simile.

Luc.11.

Sap.4.

Simile.

Eccl.14.

parum feramus: quod est satis magnæ iniucunditati,ac mœrori seruis Dei, qui de hac re agunt. Quẽadmodum enim hortulanus magnopere delectatur,uidẽs arbores,quas ipse plantauit fructibus oneratas:& agricola lætitia afficitur uidẽs agrũ, quẽ ipse excoluit,& a quo nemorosa ligna euulsit,fructiferis segetibus onustũ. Et contrà uerò hi affiguntur quũ uident,qđ brachia, & corpus
23 suũ fatigauerint, oẽmq̃ diligentiã suam in cassum adhibuerint. Ita prędicatores lętant summoperè animaduertẽtes, q̃ populi,qui bus prędicãt,in uirtute ꝓficiũt:quæ sunt arbores ipsorũ manibus plantatæ, & doctrinę cęlestis aqua irrigatæ, & sunt ager eorũ sudore ac diligẽtia excultus, ac nemoribus purgatus.Ecõtra uerò nõ possũt nõ cõtristari,& exanimari,uidentes q̃ post tantã diligentiã,tã paucus sit spiritualis prouentus. Quapp fratres mei humiliter per charitatẽ Dei uos deprecor,ne patiamini labores, ac sudores nostros frustrà emitti. Et animad-
24 uertite, & magnoperè hoc timete qđ uobis uolo dicere,scilicet,q̃ unũ ex signis, quæ sãcti assignant reprobationis, est q̃ quis prædicationes audiat,nec tamẽ ex illis fructum percipiat.Et ne abitremini meũ esse insomnium,uidete quã ad literã hoc affirmat Sã Hebr.6.
ctus Paulus dicens:terra enim sæpè uenientem super se bibẽs imbrẽ, & germinans herbam opportunã illis à quibus colitur,accipit benedictionem à Deo:proferens ãt spinas,ac tribulos reproba est, & maledicto ꝓxima,cuius consummatio in combustionẽ. O terribilia uerba? quid magis metuẽdum dicit poterat?O quã insensibilis erit anima
25 & quã marmorea,quæ hoc nõ senserit,& timuerit,execramini terrã,quæ cũ colatur,& irrigetur nullũ tñ aliũ fructum profert præter spinas,& uepres.Re,pba est(dicit S.Paulus)terra,est digna,quæ ab oĩbus despiciãt, & maledicatur,& occasionẽ prębet illis, q̃ in illa laborarunt,ut dicãt: Tãdiu in hac terra laborauimus,nec tñ fructũ facit, maledicta sit talis terra.Maledicto ꝓxima est.Vę tibi aię miseræ,ad te.n.omnia hæc uerba dirigunt,ut es q̃ tua duritate, obstinatione,& sterilitate,signum perhibes,q̃ reprobata es, maledicto Dei ꝓxima, & quod iam diuina Maiestas te non amplius speret, sed in illũ æternum ignem inferni præcipitet.

Dicit ulterius Sanctum Euangelium: *Et dum seminat, aliud cecidit secus uiam.* Profectò si hic seminator esset terrestris, minime dubitarem,quare semen in malã terrã, inter spinas,lapides, & secus uiam seminauerit.Verùm ò magne Deus,qui es seminator,& non cessãs seminare, quare Domine immittis semen secus uiam,ut ueniãt aues, & comedant illud, & bestiæ conculcent illud? quare illud semina s inter spinas,quę illud suffocent? O maximam misericordiam, & liberalitatem Dei? etsi enim in mala terra seminat,culpa tamen nõ est Dei,sed terę nisi fructum ferat. Vt enim Sanctus Pau 26
lus de hoc clementissimo Domino loquẽs 1.Ti.2.
dicit:qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Et adeò uult unumquęque saluum fieri, ut ad aliud sufficiens illi præstet auxiliũ,& hoc quod dicit quod seminat Deus semẽ suum in omnibus partibus terræ significat, q̃ oĩb⁹ sufficiens auxilium ꝓstat,ut saluentur.Syderesis illa,ac naturale rationis lumen, granum est satum à Deo in omnibus, bonis,& malis.Granum aũt sui diuini uerbi, de quo hic peculiariter loquitur, dici potest, quod in tam diuersis terris seminauit,quia cùm sint terrę intellectuales, & rationales, q̃ hodie est plena lapidibus, & spinis, cras, atque ót 27
hodie potest esse mollis, & purgata. Atque ideò scritur in terra bona,ut melior efficiatur,& in mala,ut bona reddatur. Terra uiæ significat peccatores publicos, & in honestos, quæ sunt uiæ,per quas multi pergunt in infernũ.Talis erat Magdalena, & ut primùm Deus in illa seminauit, ex uia publica,affecta est una ex magis secretis,& honestioribus terris Ecclesiæ, ita ut digna fuerit esse comes sacratissimę uirginis Mariæ Dominę nostræ. Terra plena lapidibus significat homines duros,& obstinatos.Talis erat Sanctus Paulus,& cùm primum Deus i eo 28
seminauit,tam mollis terra affectus est, ut Acto.9.
dixerit,Domine quid me uis facere? per terrã habentẽ spinas homines diuites designãtur,& per spinas diuitiæ significantur. Vide pater quod nummi sunt molles, & diuitiæ suaues,quomodo ergo dicis, qđ sunt spinę? O maximum mysterium,nisi supna ueritas hoc dixisse,q̃s unq̃ tale credere potuisset? spinæ feriunt,& cõpungunt,diuitiæ uerò afferunt uoluptatem, quomodo igitur unum congruit cum altero? accipite manibus spinas,& ferient uos, accipite uerò nummos, & lętificabunt cor uestrum. Quis autem dubitat,quin optimè dictũ fuerit, quod Deus dixerit? & quandoquidem ipse diuitias spi-

nas

Universidad de Deusto Biblioteca

nas nuncupauit,non potuit esse sine maxima conuenientia.Hoc autē per spinarū proprietates cognoscetis,quarū una est, q̄ spinę sunt lacertorū, atq; immundorū animalium latibula.Insectamini lacertū, aut colubrū,& statim inter spinas absconditur:cupidus aūt,quid aliud est, quā latibulū , in quo uitia absconduntur?Idcirco Sāctus Paulus
1.Ti.6. loquens de cupiditate dixit,qui uolunt diuites fieri,incidūt in tentationē , & in laqueū
29 diaboli,& desideria multa,inutilia,& nociua,quæ mergunt hoīes interitū, & perditionem. Radix enim oīum malorū est cupiditas.Quā quidā appetētes errauerunt à fide & inseruerunt se doloribus multis.Tu autē ò hō Dei hæc fuge. Liberet nos Deus à tā mala peste,quę in tot tantaq; præcipitia hominē deducit. Perpendite diligenter unū quodq; horū uerborū Sancti Pauli, & uidebitis quot incommoda cupiditas afferat, & quō cupidus hō sit quasi rubetū , in quo uenenosa animalia abscōduntur.Qua pp con
30 cludit dicens:tu uerò ò hō Dei hæc fuge . Date mihi hoīem , q oī cura ac uigilantia diuitias acquirat,& uelit diues fieri , & ego illū uobis dabo mendacē.Interrogat quis illum:Domine,quāti æstimatur hic pānus in singulos cubitos: Respondet ille , Domine duodecim dragmis, & iurat q̄d tanti illum emit. Quō ergò ex hac mercatione uictū ac quireres,si uerū esset istud,q̄d dicis?sed mētiris,& periurū cōmittis pro cupiditate assis.Et non solū dabo illum periurū,sed etiā proditorē,hic enim ꝓ centū aureis uniuersum genus suū prodet,& patriæ suæ erit perfidus.Etiā cupiditas est mater inuidiæ,ex inuidia aūt oritur ira,& cū ira plurima insulta cōmittuntur.Alia proprietas spinarū est,q̄ in extremitate feriunt. Sic diuitiæ nunc uidentur dulces, ac iucundæ: in extremitate
31 uerò,hoc est in morte,illic feriunt , illic ita sunt asperæ,ut sanguinem faciāt exilire. O quā miserè:quanta eū afflictione, & dolore moritur auarus,quanto dolore afficitur,eò q̄d diuitias,quas cū tāto sudore uultus sui, & cū tā iniustis & illicitis negotiationibus, ac tot usuris acquisiuit, eas nunc inuitus relinquat.Quare affligeris infœlix diues cru-
Pro.14. cior,quia nunc spinarū extremitatibus com-
Simile. pungor.Et nunc est qñ uerè me tangūt,& in me impletur q̄d diuina sapientia dixit , q̄d extrema gaudij luctus occupat.Solēt pueri ut alios decipiāt, in rosa pulcherrima spinā abscōdere,& cū illā alij tā pulchrā aspiciāt, applicari eā sinunt naribus , ut sibi oleat:cū primū aūt ad nares rosa accedit, statim aspina stimulantur.Sic facit diabolus qui nummorū ad tpalium bonorū pulchritudine,in quibus latet spina, hoīes decepit. Nūc non sentis spinā, quod est peccatū , hac tpalium rerū species, & pulchritudine deceptus, cū
32 aūt accesseris,ad percipiendū odorē, & ad intelligendū,quid hæc oīa sint,(quod erit i hora mortis,quæ est hora, in qua oīs dolus detegitur)tunc ab illa spina,& stimulo compungeris,de quo dixit S.Paul°.Stimulus.n. mortis peccatū est.Idcircò merito Dñs spinis diuitias cōparauit.Et qñ inter has spinas excidit uerbū Dei,nullū fructū fert,curæ.n. 1.Cor.15. & earū solicitudines, oēm cordis substantiā sugunt,& illud impediunt,& sic manet diuinū uerbū suffocatū, ut nequaquā possit fructū facere.Vidit Moyses rubū, qui ardebat, Exod.3. & non cōburebatur,& tam nouā rem admirans dixit,uadā,& uidebo uisionē hanc magnam.Quid esset fratres si nūc uideretis nō
vnū tm̄,sed plurimos rubos igne inflāmatos,qui tm̄ non cōburentur?Quotidiè profecto illos proprijs oculis aspicitis,& q̄d hæc
33 sit res tā frequens, ideò illā nō admiramur. Auarus est quidā rubus, ut sancto hoc Euā gelio cōprobauimus. Ignis est uerbū Dei , Hier.23. sic dixit Dñs per Hierem. nūquid nō uerba mea quasi ignis? Inflāmatus est ergo ignis in rubero,quia auarus,& cupidus ad prædicationē uenit,& optimè intelligit,q̄d prædicatur,& scit sententias,cōparationes,& cōsiderationes,quas audiuit,referre. Hic autē ignis nō consumit eius imperfectiones , siquidē in eisdē peccatis remanet, cū diuina uerba in eius uisceribus nō fuerint imprelsa.Ecce miraculū Sathanæ , q̄d rubus igni inflāmatus non consumitur. Quod autē ex his sint in mundo fideles testes estis vos, q̄ videntes illos propter eorum multitudinē iam non admiramini? O fratres charissimi per charitatem Dei uos rogo, ut has spinas euellatis,ne in uobis tanta doctrina,& tantum bonum amittatur.

Tertia bona ij sunt, q corde bono & ma
34 gna animi affectione diuinum uerbū suscipiūt,illudq; in corde suo retinēt, & diligentissimè,ac patientissimè exequunt. De his dicit Dominus,quod. *Fructum afferunt in patientia.*Nom ad fructificandum in rebus, quas diuinū uerbum docet,cùm sint sensus litati cōtrariæ maximè est necessaria patientia:quæ nisi sit,quem fructum , potest ferre uerbum

uerbum Dei in aīa?Nunc uellem ego scire, q̄nam harum terrarū sitis,qui in hac urbe commoramini?si forte estis terra bona? Ad hoc(credo)respōdebitis, q̄ non:licet enim inter uos sint multi optimi Christiani , ac Deū timentes , q̄ sunt terra bona,& fructū centuplum afferunt,ueruntamē uideo tot
tentare,& hominibus supplãtationes,& laqueos demoliri. Et ex instituto uadit Dñs hodie,ut tentet,& tentationi obuiam exit? hoc nõ fuit dissoluere, sed Sathanæ operibus fauere,& illi occasionẽ ꝑbere, ut tentaret.Nõ rectè dicis.Nã hoc ꝓfecto fuit illa dissoluere,uoluit.n. Christiꝰ diuinꝰ Magister noster tentari,ut nos ad eiꝰ imitationem disceremus quomõ tentationes Sathanæ uincere eiusq̃; opera dissoluere deberemꝰ.S. Paulus dicit,tentatio uos nõ apphẽdat,nisi 1.Cor.10.
humana, Caietanus sup hũc locũ dicit, q̃ Caietan.
tẽtationes,quas diaboli nobis afferũt,dicuntur humanæ, qa sunt proportionatæ iuxta sup.epi.
mensurã humanę fragilitatis, etsi diaboli Paul.
sunt potentissimi &nobis maximè excellũt: fit tñ ex parte Dei recõpensatio cũ eius di 18
uino auxilio,atq; etiã qa nõ sinit nos ab illis ꝛm eorũ potentiã tentari,& cũ hoc sumꝰ superiores illis,atq; iõ in nos culpa cõferꝛ, nisi ab eorum tentationibus uictoriã reportemus.Veruntamen aduersus Christum Redemptorem nostrum concessum est Sathanę ut omnem potentiam, calliditatemq̃; ac astutias adhiberet.Et hoc mihi uidetꝛ B.Paulus significasse cũ dixit.Nõ habemus põtifi Hebr.4
cem,

cem,qui non possit compati infirmitatib⁹ nostris,tentatum autem ꝓ omnia pro similitudine absq. peccato.Per omnia,scilicet, dæmonis machinamenta,astutias,& callidi tates,& ꝓ similitudine:significat, q̃ eadem intentione eum tentauit, qua nos tentat.s. ut illum superaret, & humi prosterneret.
19 Cùm igitur ex nostra parte excellentiam hanc,& superioritatem habeamus atq.etiã hoc exemplum intueamur tã gloriosæ uictorię in tam terribilibus tentationib.quæ apud eum non plus ualuerunt,nec ĩ illum maiores radices miserunt, quam põt semẽ radices mittere,si sup ferreas laminas semineꝛ,ubi nullas põt mittere,maiorem occasionẽ habemus,superandi in tentationibus nostris.Et ita apparet manifeste q̃ perierit tentãdus,ut opera Sathanæ dissolueret.siq̃ dẽ nos docuit, qbus armis superaturi essemus.s.ieiunijs,orationib.& lachrymis.Nar Ioel.2.
rat Propheta Ioel, q̃ tñ ualuerũt lachrymę Israel apud Deũ,ut cũ Deus in illos iratus esset,& illos comminatus fuisset consu
20 gientib.ipsis ad ieiunium,& lachrymas,Do minus pepcerit hęreditati suæ.Magnoperè in illa re.Dei probitas, & misericordia declarata ẽ,qa cũ honorẽ suũ tãtoperè zelet, cumq̃. ꝑꝑ hominum peccata irascatur,profusis pœnitentium lachrymis mitigatur.

Aliã mirabiliorẽ rẽ nobis hodie S Euangeliũ ꝓponit,quę hęc est:*Cũ ieiunasset qua draginta dieb*.Quod ipse Deus uenit ut nos adiuuet ieiunare,& plorare. Per Ezechielẽ Ezec.18.
cõquerebanꝛ Hebræi,dicẽtes:Patres comederunt uuã acerbã,& dentes filiorũ obstupuerunt.Nolebant illi patrũ suorũ peccata soluere,& uenit Iesus Christus filius Dei,ut dẽtes sui obstupescant ꝑꝑ inimicorũ suorũ scelera. O benedictus & glorificatus talis Deus,q̃ talibus medijs amorẽ suũ erga nos manifestare uoluit.Ex hoc sãcto ieiunio,q̃ diuinus Magister in deserto ieiunauit,origi Ignat.
21 nẽ duxit hæc sãcta Quadragesima,q̃ habet Ecclesia. Et sic B.Ignatius Martyr, q̃ Beati epist.4.
Ioan.Euangelistę discipulus fuit ĩ Epistola, quã misit ad Philippenses,illis Quadragesimã, & hebdomadã Passionis Domini sumopere cõmẽdat. Et Theophilꝰ Alexãdri- Theop. Hiero.
nus affirmat, q̃ Quadragesimã ex sãctorũ Apostolorum institutione habemus.Et S. Hierony.ad Marcellũ dicit; Nos quadragesimã ꝛm Apostolorũ traditionẽ ieiunamus. Siqdẽ ergo Dñs ꝑꝑ nostrum exemplum ieiunauit, hinc colligetis quanta ratio sit, ut nos etiã ieiunemus. Si castaneas uirides in ignẽ injicias nimiũ erumpunt, remediũ ãt, Simile.
ut quiescant,est hoc:morde illas,aufer à singulis particulam q̃dã, & ĩ igne q̃escẽt.Corpora nostra sunt quasi castaneæ uirides prę sensualis concupiscentiæ uiriditate,& ut talia erumpunt, & exeunt ab igne diuini amoris,nec in Dei obedientia uolunt quiescere Remediũ ergo ut in hoc igne rationi
22 subiecta quiescant, est illa mordere cilicio, uerberibus, fame,& ieiunijs,& sic corporaliũ uiriũ partẽ illis abstrahere,quæ quidem illa rebellia efficiũt, & ita in bono qescent, nec animabus impedimento erunt, ut affir
mat B.Paulus,dicens:Licet is,q̃ foris ẽ nos- 1.Co.4.
ter hõ corrumpatur: tamen is,qui intus ẽ, renouatur de die in diẽ, quo magis corpus mortificatur, eo magis anima uiuificatur. Maximæ confusioni nostræ est intelligere quomodo ieiunant Christiani, qui à nobis longissimè absunt, in Indijs, & in alijs regionib.Chaldæi,qui inter Mauros,& Turcas habitant, & Christiani Malabares,q̃ in Indijs commorantur, & inter infideles, ac idololatras uiuunt,& tamen in tãta perfe ctione semꝑ ieiunium conseruarunt, ut sit
23 certissimum,q̃ in toto hoc tpe quadragesimæ a maximo usq. ad minimũ,nõ solum à carnib.& ouis,sed à piscib.etiam abstinent, & herbas solummodo, atque alia legumina semel in die, & hoc uesperi cum pane manducant, nec uinũ bibunt. Hanc autem tantam abstinentiam faciunt, etsi regiones illæ calidissimę sunt. Nos uerò,q̃ in tẽperatissimis regionibus habitamus, iam videtis quomodo ieiunamus.O Deus infinitę Maiestatis,largire nobis Dñe cognitionem, ut miseriam,& relaxationem nostram cognoscamus. Aduertite fratres rem,quam uobis uolo dicere, ut intelligatis qualiter nouiuere oporteat. Quis nostrum est hic,qui non meminerit, se aliquando peccatũ aliquod mortale commisisse?quis poterit dicere,se nõ recordari q̃ aliquod commise-
24 rit? Nunc ergo audite,secundum fidem, q̃ habemus, credimus, propter unum peccatum mortale animam in consistorio sãctissimæ Trinitatis ꝑpetuis inferni pœnis fuisse condemnatam. Itaque omnes quotquot hic adestis,ex fide habetis, quòd condemnati fuistis: nemo autem scit, nec absque pèculiari dei reuelatione scire põt, utrum hæc sentẽtia fuerit reuocata.Nam etsi diuina Sacramẽta susceꝑimus,nequimus tamẽ

scire

Universidad de Deusto
Biblioteca

scire, utrum tali modo, & dispositione illa susceperimus, ut p illa, sententia reuocaretur, nobisq. diuina gratia conferret. Ergo homo peccator, qui infallibiliter credis te inferno condemnatum fuisse, nec scis utrū sententia fuerit reuocata, quomodo rides? quomodo delectaris? quomodo ludis? quomodo cum tanta trāquillitate dormis? quomodo denique saturitatem, uoluptatemq.
25 illi corpori rebelli pquiris? O quā maxima amentia est hæc? licet in toto uitę tuæ tpe nullum aliud præter unum mortale peccatum commisisses, oportet te semper dubium, & animo suspensum, tristemq. incedere, & semper nouas agendi pœnitentiam rationes inquirere, quanto magis cum tot, tam q̄ enormia scelera perpetraueris. O fratres mei, per charitatem Dei uos rogo, ut huius considerationis cunctis diebus uitæ uestræ memineritis. Et humiliter deprecor ac Dei nomine commendo omnibus prædicatoribus, qui sermonem hunc legerint, recordent sæpenumerò hanc considerationem repetere in concionib. suis. Hæc est. n. una ex efficacissimis considerationib. quas
26 prędicare pñt. Quapropter non pudeat illos semel singulis mensibus in auditorum memoriam eam reuocare propter nimium fructum, qui ex ea percipi potest. Si hanc considerationem fratres mei crebrò i memoria habueritis, non nimis laboriosa uobis ieiunia, & alia sancta uirtutis exercitia uidebuntur, quæ ex se sunt amara.

Cum ieiunasset, &c. Postea esurijt. Et si sānctissimū Domini nostri Iesu Christi corpus toto illo tpe, propter diuinam uirtutem, famē non sensit, postea tā ad suos defectus, & necessitates redijt, ut significaret, q̄ licēt ieiunes, & carnem mortifices, statim ad naturā suā reuertitur. Atq. hinc colligitur,
27 q̄ ne minimo quidem temporis spacio nos liberos, & sine carnis mortificatione esse oportet. Animaduertite illi, q̄ in uirtutis via ambulatis, quod ne minimam q̄dem libertatem carni concedere oportet; nam scito te q̄ habet malas quasdam, ac rebelles inuersiones. Arbitramini uos iam super astra conscendisse & tunc uenit carnis tentatio, q̄ uos pternit: quandiu Dalila fuerit Dalila, non erit securus Samson. Ne dicat quis: Ego habeo iam diuturnam experien-
Iud. 16. tiā de me, nec dicat fœmina, ego sum frigidissima omnium fœminarum. Nec dicat ue tula. Annus sum, quocunq. possum introire. Caue, quia non cognoscis astutias, & dolos carnis tuæ. Fratres mei, semper arctis habenis ambulate; ne uobis ipsis confidaris, sed fidite Deo, & custodite uos à carnis rebellionibus, atque ieiunijs, ac disciplinis corpora uestra mortificate. Ille. n. qui dixit: Reposita est mihi corona iustitiæ. Ipse etiā dixit: 2. Ti. 4.
Castigo corpus meum. *Postea esurijt.* Atq; 1. Cor. 9.
ut Sathanas Christum Redemptorem nostrū in necessitate constitutū, animaduertit, statim illi cū tentatione occurrit, dicens: *Dic ut lapides isti.* &c. Frequentior, & cōmunior aditus, quem habet Sathanas ad inducēdas 28
animas ad peccatum, est necessitas. Quare peccat fœmina? propter necessitatem. O domine nō habeo q̄d manducem, nec habeo tunicam, qua me operiam, & sic de singulis. Hoc lamētatur Hieremias dicēs maximo cū dolore: Oīs populus gemens, & q̄rens panem. Dederunt ptiosa quæque p cibo Thre. 1.
ad refocillādā animā. Vide Dñe, & cōsidera qū facta sum uilis. Oēs (inquit S. Prophe-
ta) Secularia ista quasi famelici desiderant. Vide Dñe, & considera q̄ sunt aliqui, qui Deū offendūt per pauco pane, p trāsitoria uoluptate, &c. Vide Dñe & considera, q̄ta fit hæc miseria, q̄ anima, q̄ inæstimabili Dei sanguine empta est: & propter quam filius Dei uarijs tormentorum generibus crucia
tus cruci affixus est ad æternum Patrē cla 29
mans, & petens ab eo auxiliū: Pater uerò æternus illum pati finit, ut anima hominis redimatur. Vide Domine & cōsidera. O Domine, tu qui optimè pretium animę nosti poteris hoc considerare, q̄ aīa hæc p̄pter dragmam Sathanæ tradatur. O maximam miseriam, & infœlicitatem? O fratres, q̄tum apud Deum mereremini, qui cognoscitis p̄ximos uestros necessitate cōpulsos peccare, si eis succurreretis. Illac. n. inuenit diabolus aditum ad eos destruendos.

Etiam ex hoc q̄ accesserit tētator, ut do 30
minum tentaret, quo tempore ieiunabat, & labores patiebatur iustos in suis sanctis exercitijs, & ieiunijs, oportet tentationes, & diaboli contradictiones sperare. Non enim uidebitis latrones ingredi ad furandum in domum, ubi nihil est præter pa- Simile.
leas: sed in officinas mercatorum locupletissimas, & pretiosissimis rebus plenas. Quid autem sunt; domus plenæ paleis, nisi pecca tores uitijs repleti? Hi tales dicunt: Ego pro fecto nullam unquam habui tentationem; semel tantum aduenit mihi tentatio ingre

diendi

diendi religionem, ò maximam amentiam. Bonū propositum, & Dei inspirationē, uocant tentationē, peccatū uerò uoluntatē appellant. Quando bos nō prodest iā ad labo
Simile. randum, nisi ad mactandum in carnificina, finit illū dñs eius de prato in pratū comedē tem, ut pingueſcat, & sic maiori pretio illū uēdat. Ita malos, qui ad nihil aliud p̄sunt, nisi ad carnificinā inferni: finit Deus de pra
31 to in pratū, de uoluptate in uoluptatē edentes. Dimisit eos (inquit Dauid) s̄m desideria
Psalm. 43. cordis eorū, ibunt in adinuentionibus suis. Dimittit eos Deus, ut liberi, & s̄m uoluptatem eorum uiuant adimplentes pessima desideria cordiū suorum. Quę est una ex maximis infœlicitatibus, quæ homini hac uita euenire possunt, scilicet, quòd in pœnam peccatorū eorum, illos ita de⁹ dimittat, ut oībus desiderijs suis satisfaciant, & ūusquisque post inuentionē suam pergat, alii post inuentiones ludorū, alii post inuentiones turpitudinū sensualium, alii post inuentiones ciborum, & ita pingueſcunt in carni
Amos. 4. ficinam inferni. Sic illos cōminatur Prophe ta Amos, dicens. Audite uerbum hoc uaccæ pingues, quæ estis in mōte Samariæ, &c.
32 Iurauit dñs Deus in sancto suo, qa, ecce dies ueniēt super uos, & leuabunt uos in contis, reliquias uestras in ollis feruētibus. Væ bis (inquit) uaccæ pingues, uaccę reiculæ, quæ habetis crustam maximā, & nullus est stimulus, qui uos ualeat penetrare, nulla est prędicatoris reprehensio, nullaq; Dei inspiratio, quę in duritia uestra imprimi possit. Iurauit ergo Dñs, quia ueniēt sup uos carnifices, qui sunt dęmones, qui dicunt, quod carnes debiles, & macrę nō manducantur in inferno. Caro Sancti Francisci uulnerata, caro Sancti Dominici abstinentia consumpta, caro Sancti Petri crucifixa, caro Sancti Laurentij concremata, hę carnes macræ nō edūtur illic, nō pōt in inferno mādūcari, nisi caro pinguis diuitis delicati, & uoluptatibus dediti, caro superbi, auari, & denique
peccatoris q̄ de prato in pratū depast⁹ est,
33 hę carnes perpetuis in inferno morsibus torquebuntur. Hos quasi iam suos nō curat Gregor. in diabolus tentare, ut dicit S. Gregorius. Dę moral. mon eos tētare negligit, quos se iure q̄to possidere sentit. Ieiunātes aūt, & q̄ ad faciē da uirtutis opa cōfortantur, ad hos accedit tentator, quasi latro ad diuites officinas. Id circò Ecclesiasticus dicit. Fili accedēs ad ser uitutē Dei, sta in iustitia, & timore, & ppara aīam tuam ad tentationem. Quo magis iustus quis est, eo magis tentationē timet.

Respondit Dominus Iesus: *Non in solo pane uiuit homo.* Et solo illo uerbo obmutuit diabolus, nec ausus est amplius repugnare, fatens se in illa superātū fuisse. Idèo S. Paulus nos admonet dicens: Resistite diabolo, 1. Cor. 6
qui est quasi Gallus, nō enim habet ampli⁹ Simile.
quam primos congressus. Sic narrat Iuljus Iulius
Frontinus de Fabio Maximo Cōsule Roma Frotin.
no, qui cum Gallos oppugnaturus esset, cū
q̄ cognosceret Gallos nihil aliud habere
in bello præter primam conflictationem,
quam quidem habent fortissimā, impera- 34
uit suis, ut eos eligerent, quos robustiores, esse cognoscerent, ad ferendos primos conflictus, qui uirilem & inuictum animū ostenderent in principijs: qua astutia confecta, uicti sunt Galli, sic fortitudo diaboli, mundi, & carnis, in primis congressibus consistit, quibus si resistatur, statim deficiunt.

Ex hac responsione accepit occasionem diabolus ad secundā tētationē. Cùm enim uidisset Christū Redemptorem nostrum ita Deo cōfidentem, ut non in solo pane se sustentari diceret, per propriam Domini uiā illum uoluit insectari curans, illū ita calcaribus stimulare, quo tātoperè properaret, ut à medio exiret, i quo uirtus cōsistit, & ad
extremū trāsiret, ac Deū tentaret, q̄ est cōsi 35
dētiæ extremū. Hic stylus, & stratagema est nimis usitatum apud diabolū qui bonū assumit, ut sub uirtutis specie tantoperè accelerare faciat uirū probū, ut illum per uitij ianuas introducat, liberalē ita largitionum gloria stimulat, ut in prodigalitatis uitium illū faciat deuenire: Audacem tātoperè fulcit, ut temerariū eum efficiat. Prouidū ita properare facit, ut illum in parcitatis & illiberalitatis ianuas faciat introire, & sic de alijs uirtutibus. Vtitur ergo Sathanas hac i uētione simulans se ad nostras partes transire, ut ab illo nō caueamus, & falso zelo nos cōfortat ad pniam quousque ad extremum deducat, ut deduxit Iudam, & Cain. Ab hoc Psalm. 60.
autem stratagema te, & dolo dicit Dauid in stum solitum fuisse liberari, ut patet, cum dicit: Qui habitat in adiutorio Altissimi, ubi dicit illū liberari à sagitta uolāte in die. 36
Sagitta rutilans claritatis est hæc, quæ nos stimulat, ut iustos uirtutis terminos nos faciat transgredi, & ut uelis tu una die id facere, q̄ Sancti paulatim fecerūt, homines huiusce modi uenatur diabolus, ut uenatores

solent

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile. soleut Simias uenari. Accipiũt multos calceos cũ multis laqueis & calceãt se illos, ac lętissime illos astringũt, postea uerò excalceant se, & relinquunt illic calceos atq; illinc recedũt. Cũ aũt Simiæ oia faciãt, quæ cunque uidẽt alios facere, accedunt ad calceos, & se se ipsę ẽt calceant, & lentissimè calceos astringunt: & tunc uenatores repẽte eas occupãt, & uenãtur: nã calceis, cũ q
37 bus hoies possũt currere, nõ possunt Simię currere, & sic capiũtur. Ita diabolus calceis hoc est, sanctorũ exẽplis, quæ nõ oia oportet nos imitari; (illi enim aliquorũ operum peculiarẽ habuerũt reuelationẽ) & licet illi istis calceis incedere potuerint, atq; ẽt cu currerint, nos uix ambulare poterimus. His (inquã) calceis aliquos hoies uenatur suadẽs illis, ut asperrimã Sanctorũ uitã supra uires suas imitẽtur, quò postea à uirtute deficiant? hoc tentationis modo nunc tentat Dñm. Siquidẽ (inquit) tantã fiduciã habes in Deo mitte te deorsum, Deus. n. te custodiet, ne pereas: *Nam scriptum ſt, quia, Angelis suis, &c.* Attendite, qnia diabolus se erudítũ ostendit, & sacras Scripturas se legisse demõstrat. Si autẽ legit, nõ legit ut melior
38 fiat, nec ut sibi prosit, sed ut alios falsis intellectibus, & interpretationib? decipiat. Heu heu, quot in hoc Sathanã imitãtur quot Iurisperiti totam noctẽ libros euoluũt, ut uideãt qũo textus sententiam flectent, & qũo dabũt ius, iustitiã nõ habenti. O quot dant operã literis ad nihil aliud, quã ut plus ualeãt, & plus diuitiarũ, ac dignitatũ in seculo cõsequãtur quã pauci aurẽ ſtudẽt, ut melius sciãt Deũ amare, proximosq; suos uiã
Simile. uirtutis erudiant. O quantũ esset hoc dicendũ, & q̃ ampla materia est hæc ad plorãdũ? Sunt aliqua nasturcia, quæ in fluuio oriuntur, & aliquando sunt marcida, ac fine pulchritudine, quia non pluit, nec aqua à cęlo excidit. Res mirabilis, non illis sufficit tota aqua fluuii, ut sint uiridia, sed necessaria est etiã cęlestis aqua. O quot uiri docti iu
39 multarum sciẽtiarum pelago immissi, tam marcidi, atq; aridi sunt, ut uisu sint miserabiles, & ratio huius rei est, quia non habẽt cęlestem pluuiam, non habent Spiritus sancti imbrem, quæ est diuina gratia; deuotio, & spiritus, quæ simul cũ humana sapientia animam exornãt, & in uirtutibus faciunt proficere. Studete fratres mei, & legite, sed non sicut diabolus ad officiendum, nisi ut sciatis uos à diabolo defendere, & proximos uestros illuminare. Videte quomodo Domin⁹ hanc tentationem, & reliquas omnes superet, dicens: *Scriptum est.* Ad hoc. n. præcipuè oportet nobis literas ꝓdesse, qa sic nobis gratiam suam Dominus cõcedet, & in futuro seculo gloriam largietur, ad q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria II. post Dominicam I. in Quadragesima.

Cum uenerit filius ominis in Maiestate sua, & omnes Angeli eius cũ eo, &c. Matth. 25.

QVEMADMODVM in lege ueteri homines primũ filii Dei aduentũ in mundũ expectabãt: atque ad hoc omnes illæ ceremoniæ, sacrificia, & res tẽpli dirigebant, ita tũc in lege gratiæ expectãt secũdũ eiusdẽ filii Dei aduentũ, q futurus est ad iudicãdos uiuos, & mortuos. Atque ad hoc sanctorum Sacramentorũ ad
1 ministratio, diuini uerbi prędicatio, ac cætęræ omnes sanctæ exercitationes Christianę uitæ dirigũtur, ut cùm uenerit filiꝰ Dei nos paratos inueniat, sicut decet. Et ita Beatus Paulus dixit. Apparuit gratia Dei, & Saluatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegãtes impietatem, & secularia desideria, sobriè, iustè, & piè uiuamus in hoc seculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris Tit. 2.
nostri Iesus Christi. Atque est ualdè notandum, quòd cùm Sanctus Apostolus discipulo suo Tito cõmendasset, ut diligentissimè senes, anus, uitos, uxores, iuuenes, adolescẽtulas, seruos, & ancillas quid singulis secũ ret: rationem reddens eorũ, quæ dixerat, ad
2 didit, dicens: Apparuit enim gratia Dei, &c. Quod significat idem, acsi diceret. Cura ut omnes sanctè, & irreprehensibiliter uiuãt, ad hoc enim apparuit filius Dei, & uenit in mundum ad erudiendos nos, ut à malo recedamus, & omne bonum amplectamur, & sic pręparati aduentum illum magni Dei, & Domini nostri Iesu Christi expectemus. Poterit aliquis dicere, si hoc ita est, quomodo nunc non desideramus magnopere hũc secundum aduentum. & pro eo ſuſpiram⁹, sicuti pro primum sancti illi Patres anti-

quitus

quitus suſpirabant? Ad hoc rãdeo, q non hoc faciamus, quia ſumus mali, & uiuim⁹, ac si aliam uitam nõ speraremus, nec aliud bonum nobis paratũ esse crederemus. Suſpirare. n. pro hoc secundo aduentu, est suſpirare ut sint multi boni, ut iam electorũ numerus penitus compleatur, q̃ ſanctum autẽ
2. Tim. 4. sit hoc desiderium declarat B. Paulus cùm dicit: Bonum certamen certaui, &c. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dñs in illa die iustus iudex. Non solùm aũt mihi, ſed & his, qui diligunt
3 aduentum eius. Notate q̃ uocat iustos amatores, & suſpiratores (in sacris. n. literis idẽ est amare, & suſpirare) aduentus filij Dei, & dicit, q̃ his reposita est corona iustitiæ, quia iure eam illis Deus debet ꝓp pactum, quod cum illis pepigit. Et sicut in illa lege ueteri prædictus est primus aduentus, ut omnes ꝓparatis aĩs illum expectarent: sic etiã in hac lege gratiæ prædictus est secundus aduentus, ut apparet in Epistolis à S. Apostolis scriptis, ſ. B. Petro, B. Iuda, B. Paulo, B. Ioãne in Apocaly. Et qui de eo præsertim locutus
4 est, fuit ipse filius Dei tanquam clementissimus pater, q oẽ bonum nobis desiderat, & curat. Cùm Deus immissurus esset tpalem quendam laborem Hebrẽis, uoluit ut de il
Hier. 4. lo prius ipſi admonerentur, ne illos incautos labor ille inueniret. Et sic Hieremias dicit: Annunciate in Iudæa, & in Hierusalem auditum facit: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate ſignum in Sion, confortamini, nolite ſtare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionẽ magnam. Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit, & ingressus est de loco suo, ut ponat terrã tuã in ſolitudinem, ciuitates tuæ uastabuntur, remanentes absq; habitatore. Videte optimi Dei miam, qui cùm uellet eos tã crudeli illo uerbere Regis Babylonis flagellare,
5 præcipit, ut priùs sæpè admoneantur, & tot uerbis hoc repetit, ut ad fortissimos pniæ muros coufugiant, & ad alia sancta exercitia recurrant, quæ sunt ciuitates fortissimę, in quibus hoies ab altissimæ Maiestatis furore ſolent defendi. Si ergo toties Hebræos admonuit, ut se contra illum laborẽ munirent, qui licet in se magnus esset, si tñ cum hoc, de quo agimus, comparetur: minimus apparet, quantò maior rõ erat, ut nos ẽt piè admoneret, ut muniremur aduersus tam incomparabilem afflictionẽ. Prædixit Deus tantam præconio, quia uult, ut qñ exierit, Simile.
oẽs sint iam in tuto loco. Sicut pater ſolicitus, q cùm iã uult taurus exire, & uidet filios ſuos in theatro ambulare, magna uociferationes extollit, & manu ſignificat admonẽs illos, ut in ſecurũ locum ſese recipiant. Et una ex ꝓcipuis uocibus, & admonitionibus, est hodierna S. Euãgelij lectio. O benedicant tibi Angeli Pater pijſſimè, & grãtias agimus tibi sanctiſſime Dñe, nõ quales deberemus, ſed quales nos miseri humũcu- 6
li illas tibi agere poſſumus, qa sic nos admiuisti, ut à tuæ iustitiæ tauro in peccati theatro non occupemur, ſed potiùs in tutum pniæ locum nos recipiamus. Dicit ergo nobis Dñs: *Cum uenerit filius hominis in Maiestate sua.* Venturus est Dñs in iudicium cũ Maiestate, ut culpę pœna, & peccato ſuppliciũ rñdeat, unde arbitramini oĩa peccata oriri? A contemptu Dei, ut dixit B. Auguſt. Augu.
quid inferni ciuitatẽ facit? amor ſui, usq; ad contemptũ Dei. De quo maximo cũ dolore conquerit ipse Deus per Hieremiã, dicens, Hier. 3.
Qũo, si cõtemnat mulier amatorem ſuũ, sic cõtempſit me domus Iſrael, quãta impudicitia ſolet mulier corrupta amatorem ſuũ negligere, cùm iam aliũ amat, & quantam alapã priori infligit, qui illi magnopere ſeruierat, & cũ ea pecunias ſuas cõſumpſerat. 7
O quã ad ſimile declarat hæc metaphora, q̃ inter aĩam perditam, & impudicã, & Deũ ſuum agit, quem pro terreſtribus uęnijs, & turpitudinibus contemnit, cùm ab eo tot beneficia acceperit. Contemptus igit cũ Maieſtate ſuperat. Cõtempſiſti quemq̃ uelles illũ ſupplantare, postea uides eũ honoratũ, & in ampliſſimũ dignitates gradũ eleuatum, magnum est tibi ſuppliciũ illud, & honor illius est tibi atrociſſimus carnifex. Videte q̃tum dolebat Aman ꝓp hunorẽ, quo Rex Aſſuerus Mardochęum affecit, quem ille tã Heſt. 6.
to odio ꝓſequebat, & tãtoperè opprimere uolebat, de quo dicit S. Textus. Amã ſeſſinauit ire in domũ ſuã lugens, & operto capite, & fortaſsè ꝓ nimia rabie in lecto recubuit quaſi mortuus. Sic ergo Deus ad ma g
iorem pœnã tuã ò peccator, ſiqdem peccata tua ex diuinę Maieſtatis contemptu dimanarum, cum tãta Maieſtate ueniet, ut ipſa ſola te cõfundat, & maximè torqueat. O q̃ta cõfuſio erit cum maledictus carnifex, q uultum ſanctiſſimi Ieſu alapis percuſſit, & ſputis infecit, illum quaſi ſõlem rutilãtem

uiderit. O quanta confusio erit, qñ maledictus Herodes illum splendidissima gloria exornatum uiderit, quem ille, quasi amentem cãdidam uestem indui imperauit. Quã confusa mansit maledicta cõiux Putiphar, qñ uidit Ioseph cum tanta gloria, & amplitudine à carcere exire, quem ipsa tantopere
9 iusectata est. Quid sentient illi Pharisæi, illi maledicti Principes, & Doctores legis, cum aspexerint cum tanta Maiestate, & gloria illum, quẽ ipsi tã atrociter persequuti sunt? Quòd si quis mterrogarit, quare uenit Dñs cum tanta potentia, & Maiestate contra debiles peccatores? ut dicebat Iob: Contra folium, quod uento rapitur oñdis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris? Dico, quod ita uenit, ut cos magnitudine, ac maiestate sua torqueat, & confundat.

Et omnes Angeli eius cum eo, &c. Nõ solũ ueniet oẽs Angeli, sed etiã oẽs sancti. Sic imperat æternus Pater p Dauid dicens. Congregate illi sanctos eius, qui ordinant testm eius super sacrificia. Congregate (inquit) cum filio meo oẽs sanctos eius, qui optimè sciunt diuinæ eius legis præcepta disponere, & adimplere. Et quare Dñe uis in iudicio oẽs sanctos coram te habere? quia solẽt peccatores, qui diuinas leges uiolarunt, se in suis peccatis excusare. Vnus dicit, se non ieiunasse, quia erat debilis, alius se non pepercisse, quia erat bellicosus & naturaliter iracundus; alius excusat se, quod castus non fuerit; dicens, quod habuit maximas tentationes. Idcirco igitur adducet secum supernus Iudex oẽs sanctos ad cõfundendos peccatores, & bonorũ uirtutibus malos maiori pudore confundet. Dicis tu ò carnalis, quod habuisti maximas tentationes, & occasiones, uide hic S. Ioseph, quot occasiones habuit ad deperdendam castitatem suam, nec tñ illam amisit. Et tu uir seditiose, & homicida, qui dicis te fratrem tuum persecutum fuisse, quia notabilem occasionem tibi præbuit, uide hunc S. Stephanum, & alios oẽs Martyres, quam crudeliter tractati fuerint, & qũo in persecutionibus, & afflictionibus, pro persecutoribus suis exorauerint. Et tu epulo, qui delicatè mãducas & te optime tractas, & dicis te esse imbecillum, aspice hunc S. Baptistã, & hos S. Eremitas, & Confessores, quantum uitæ asperitatem, & rigorem tolerarint, & quæ sacrificia corporum suorum Deo obtulerunt. Et oĩs iniquitas oppilabit os suũ, Ipsa malitia faciet obmutescere os iniqui peccatoris, & non habebit quid in illa calamitosa hora rñdeat. O infælix peccator attende consilium, quod te admonet Spiritus sanctus dicens. Ne des animos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei uiribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis qñ consumpseris carnes tuas, & corpus tuum; & dicas, cur detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meum? Ne consumas (inquit) nunc dies, & annos, in seruitute diaboli crudelissimi inimici ne postea absque remedio ingemiscas, & dicas: Heu mihi, quia uirtutem neglexi, & quia nõ obediuit cor meũ, nec ex salutiferis reprehensionibus, quibus corrigebat, fructum percepi. Ne postea inutiliter gemas ingemisce nunc, & suspira, & obserua hoc cælestc consilium, quod est singulare, & cuius singula uerba sunt digna maxima ponderatione.

Dicit ulteriùs S. Euangelium. *Tunc sedebit super sedem Maiestatis suæ, & cõgregabuntur ante eum omnes gentes.* Super hoc uerbũ oportet uos aduertere, quod uirtus non solum digna est præmio, sed honore etiã. Et philosophus dixit, honorem uirtutis esse præmium: peccator uerò non solum dignus est pœna, & supplicio sed etiam, & ignominia, & confusione. Atq; ideò iustissimè præcipiunt leges Imperatorum, ut delicta publicè puniantur, ut pœna, quæ delinquentibus imponitur dedecori, & ignominiæ coniuncta sit, & aspicientium prẽsentia augeatur. Et hæc est propria pœna hoĩs in quantũ homo est. Nam bestiæ etiam pũt flagellari, percuti, & occidi, & id magnopere sentiũt: sed non possunt pudore confundi, nec ignominia affici. Ad bonorum igitur honorem, & malorum dedecus, & confusionem uult diuina Maiestas, ut oẽs intellectuales creaturæ congregentur, & ita nec in cælo Angelus, nec in inferno diabolus, nec in toto orbe homo remanebit, quin illic adsit. Illic erunt oẽs Angeli, diaboli, atq; hoĩes, quot quot sunt, fuerunt, & futuri sunt, ut coram oĩbus honorificetur, & præmio afficiatur bonus, malus uerò puniatur, & dedecoretur. Atque ad hoc per Dei omnipotentiam oẽs cogitationes uerba, atque opera oĩum, illic oĩbus inuicem declarabuntur. Sicut cùm solis radius illucescit, aspiciuntur atomi, qui antea non aspiciebantur: ita in radio diuinę claritatis, qui oĩum intellectus illuminabit, oẽs culpæ, & uirtutes conspi-

Gen. 41.

Prou. 5.

Iob. 13.

Psalm. 49.

Psal. 105.

cientur. Sic affirmat Beatus Paulus, dicẽs: Nolite ante tps iudicare, quoad usq; ueniat Dñs, q. illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuiq. à Deo. Illic inspicietur quis fuerit uerè iustus, & quis fuerit hypocrita cognoscetur. Id circò dicit Deus p Dauid: Cum accepero tps, ego iustitias iudicabo. Illic uidebimus, quænam sint ueræ iustitiæ. Et ideò subdidit statim, dicens: Liquefacta est terra & oẽs, q. habitant in ea, ego confirmaui columnas eius. Sumit metaphorã à tpe niuis, cùm tota terra, (etiã si sit sterquilinium) est candida. Cũ uero sol aduenit, & nix liquefit oĩa deteguntur, & apparent sterquilinia, cadauera, & alia immunda & horribilia. Ita cum aduenerit sol iustitiæ Christus Redemptor noster oĩum apparentiarum nix liquefiet, & terreni, ac immundi, ut tales apparebunt: iusti autem (qui sunt non terra, sed columnæ alabastri in sublime eleuatæ per cælestem conuersationem) tunc in gratia confirmati præmio, & honore afficientur. Et ideò subdidit, dicens: Ego cõfirmaui columnas eius. Appellantur hic iusti columnæ terræ, quia pp illos tolerat Deus peccatores. sicut fuit Moyses columna plebis Israeliticæ, siquidem pp illũ toties Deus ei pepercit, nec Israelitas euertit, ut apparet ĩ Exodo: Sicut etiã erat Loth columnę Sodomæ. Et quẽadmodum subtracta columna corruit ædificiũ, sic subtracto Loth à Sodoma statim pijt. Etiam de hac reuelatione, & manifestatione egit Prophera Naum, dicens: Reuelabo pudenda tua in facie tua, & oñdam in gentibus nuditatẽ tuam, & regnis ignominiã tuam. O terribilẽ cõfusionem, ò rem horrendam, ò pudorẽ obstupendum? qs hæc non solùm uerbis recensere, sed ne mente quidem poterit contemplari? Considerate uirginẽ illustrissimam, & ab oĩbus maximi æstimatam, & considerate illam cũ immundo Æthiope turpitudinem maximã cõmisisse, quã turpitudinẽ nemo scit præter illã, & Æthiopem, cũ quo illã cõmisit. Si ueniret Angelus & diceret ei, aduerte q. cras construendum est in foro theatrum, in quo crimen tuũ publicè reuelandũ est, qd uidet uobis q. miserrima hæc, & nobilissima uirgo sentiret? quid potius ferret, q̃ quod per ignominiam illã transiret? O Dñe, diceret, uirgo, potius me hic uiuã absorbeat terra, q̃ talem cõtumeliam patiar. Si ãt Angelus illi diceret: Si peccata tua confitearis, & pœniteat te illorum oĩa dimittentur tibi quãti hoc beneficiũ æstimaret? Aía ergo Christiana, quæ es uirgo illustrissima, & te contaminasti, & pphanasti cum immundo, & obsceno Æthiope, s. cũ diabolo, age pniam, reuela peccata tua in sancta cõfessione, ne deformitas, & turpitudo tua in illa die publicè manifestetr. O quã meritò dixit Dauid: Beati quorũ tecta sũt peccata. Licet. n. iustorũ peccata detegẽda sunt, hoc nõ erit ad confusionem, sed ad maiorẽ honorem, & gloriã ipsorũ. Eueniet illis sicuti cui adhæret uestis clauo, & scinditur, in illa uerò scissura injicit quid ex serico, aut auro contextum, quo scissura tã uenusta remanet, ut uideat de industria ad uenustatem factũ fuisse: sic peccatorũ scissuræ munitæ pnia, quam pro illis iusti egerunt, non solùm nõ malę uidebũtur, sed decoræ, ac gloriosæ illis, q. peccata illa cõmiserunt, apparebũt. O q̃ meritò dixit S. Paulus: Diligentibus Deum oĩa cooperantur in bonum. Siqdẽ ét ex peccatis honorem eliciunt iusti, quia diuino auxilio benè usi sunt dœmoniũ, & peccatum, q. eos uicerat superantes. Vos aũt miseri peccatores, qui in peccatorũ ustrorum cęno uultis cõmorari, & uos de illis gloriamini, una ex maximis pęnis, quas illic recipietis, erit pudor, & cõfusio istorũ met peccatorũ, de quibus nũc gloriamini, sic. n. mirabiliter à Deo constituẽt. Miseremini ergo uestri ipsorũ, & uobis nũc remedium adhibere, siquidem tps habetis, attẽdite q. postea barbas dilaniabitis, & prę dolore gemetis, nihil tñ istorũ uobis ꝓderit. *Congregatis cĩbus, separabit eos ad inuicẽ sicut pastor, &c.* O quãta tristitia afficiẽtur illic mali, cum iam se à bonis separatos aspiciant. Et q̃ lęti & gaudẽtes erunt boni, uidẽtes quomodo pijssimus Dominus ad eos hilarem uultum & beneuolum aspectum conuertit, ita, ut illos in suis uisceribus recipere uelle uideatur. O quomodo tunc implebuntur illa uerba notabilia Ecclesiastici dicentis: Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases uirtutis, & torques illius in stolam gloriæ, decor. n. uitæ est in illa, & uincula illius alligatura salutis. Quã confidenter poterit tũc Deo iustus dicere: Ecce Dñe legẽ tuã custodiui, da mihi gloriã, quia mihi debeẽ. Captiuus, qui pro Rege se uinciri passus est, qñ redimitur, accipit compedes in manibus,

1. Cor. 4.

Psalm. 75.

Exo. 32.

Gen. 19.

Naum 3.

Simile.

Simile.

Rom. 9.

Simile.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nibus, & cum illis beneficia postulat. Ecce (inquit) compedes Dñe, qui uiginti annos nunquã à pedibus meis exciderunt in Mauritania pp te: & cõpedibus eius petitio protegitur, ac fulcitur. Accipient iusti in die redẽptionis sũ æ legẽ illã Dei, cõpedes illos,
21 & cũ illis erunt corã Deo. Ecce (dicent) Dñe cõpedes & cathenas, quibus tot annos pro tuo diuino amore alligatus sum. O quã confusi erunt ex aduerso mali hoc aspicientes! Vę (inquit sapiens) qui perdiderũt sustinentiã, & qui dereliquerũt uias rectas, & diuerterunt per uias prauas, & quid facient cum inspicere Dñs, i. cũ incipit inspicere Dñs? O q̃ metuenda uerba dicit hic Spiritus Sanctus. Ecclę. Vę (ait) illis, qui perseuerantiam amiserunt, & uias rectas reliquerunt, quas cœperant, & per asperas peccatorũ uias perrexerunt, qd faciẽt cũ Dñs suos iratos oculos in illos coniecerit? Quàm confusus erit miles: qui ex pugna fugerit quasi pusillanimis Simile. prę hostiũ timore, cum uiderit Regem suũ uisitantẽ exercitum, & percontantẽ de fortibus, ac constantibus, illosq; præmijs affi-
22 cientẽ, & uiderit unũ cum cõmendato, aliũ effectum dñm uni⁹ ciuitatis, alium uerò magnum Comitem, aut Principẽ effectum, oẽs deniq;. triumphãtes aspexerit: se uerò uiderit derelictum, & q̃ de se nulla mentio fit, ni si ut cõtẽnat, & ab oĩbus illudat. Quãto ergo maior cõfusio erit illic, ubi nõ solum illudeẽ, sed in infernum ppetuum concremandus detrudeẽ? Væ his, qui perdiderunt sustinentiã. Qũo nõ obstupescimus hæc tã uera audientes, & q̃ fortasse citò nobis contingẽt, saltem q̃tum ad peculiare uniuscuiusq. iudicium? Progredit S. Euãgelium, dicens: *Et statuet oues quidem a dextris suis, &c.* Videte qũo iustos ouibus cõparet, qui tã mites pacifici, ac patientes in hac uita fuerunt:
23 malos verò cõparat hædis fœtidis, & immundis, qui oĩa redunt, & dissipant. O quid fuit bonus & malos hic uidisse, quid aũt erit illos tũc in iudicio aspicere? Hic hędi ad dexteram prosperitatis, honoris, & autoritatis cõstitui oĩa manducabãt, & destruebant: & oues ad sinistrã afflictionis, & pſecutionis positæ erant. Illic uerò singuli ſm opera sua in suis locis sedebũt. Lusorij latrunculi, Hi Simile. spanicè [*Piecas de axedrez*] dum in sæculo sunt ĩclusi, omnes inuersi sunt & pmixti: sicque sæpe fit Reges Reginæ & Equites in fundo iaceant, pedites aũt satellites & Centuriones sint ĩ sũmo: sed cũ è sæculo omnes educantur, ut ludus ordinetur, suum unusquisq. obtinet locũ, tunc. n. quem quisque ualorem habeat cognoscitur: ita ꝓpe modũ hic mundus est quasi loculi, in quibus oĩa sunt confusa, & sæpe cõtingit, q̃ peiores sint in sublimi, meliores uero afflicti, & oppressi in infimo loco commorent. In fine aũt uitæ, *Y al entablar.* illic apertè manifestabitur 24.
qualis sit unusquisq. nostrũ. Nam diuinus Iudex pretiosissimos iustos ad dexterã collocabit, sicut reges magni pretij: peccatores uerò quasi uiles, & infimos dignè ad sinistram confusionis, & amaritudinis constituet. Qñ S. Iacob manus cõmutauit, ut Manasses, qui erat ad dexterã in sinistra remaneret, Ephraim uero, qui erat in sinistra ad dexteram remaneret, uellet Ioseph, ut uice uersa faceret, ut ibidem dicit: Videns aũt Io- Gen. 48.
seph, q̃ posuisset pater suus dexterã manum sup caput Ephraim, grauiter accepit, & apprehensam manũ patris leuare conatus est de capite Ephraim, & trãsferre super caput Manasse, dixitq; ad patrẽ: Non ita conuenit pater, qa hic est primogenitus, pone dexte- 25
ram tuam super caput eius, qui renuens ait: Scio fili mi, scio. Et nihil profuit diligentia Ioseph. Liberet uos Deus ne Iesus Christus manus cõmutet, ut illi, qui hic dexteram tenuerunt, illic in sinistra sedeant, & è cõtra. Non. n. cuncta cœlestis curia sufficiet, q̃is hoc rogaret (quod tñ ipsa nunquam faciet) ut Iesus Christus manus iterum commuter. Tunc dicet Rex ijs, qui à dextris eius erunt: *Venite benedicti Patris mei &c.* O beati illi, quibus tam fœlix sors euentura est: sed notate, q̃ etsi gloria nostra ex diuina prędestinatione dimanat, tñ non illam comparabimus, nisi bonis operibus. Idcircò cum dixisset illis: Percipite regnum, quod uobis paratum est ab origine mundi, subdidit sta- 26.
tim: *Esurijt enim, & dediſtis mihi manducare, &c.* Dicit, q̃ illis ab æterno prępparatum est: & addit, dicens. Quia ipsi suis bonis operibus illud emerunt exercendo miseri- Psal. 101.
cordiam cum proximis suis. Idcircò Dauid de iustis dixit. Et memores sunt mandato- 2. Cor. 9.
rum eius ad faciendum ea. O quam meritò Beatus Paulus misericordiam & eleemosy nam segetem uocauit, dicens. Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Videte quàm bona sit hæc messis, ex qua tam bonus, & abundans fructus percipitur. Christus Redemptor noster dicit. Luc. 8.
Quòd ex semine quod seminauit quarta tñ

pars fructũ tulit, reliquæ uerò tres partes perierũt. Qui aũt seminat pauperibus ex toto semine fructum abundantissimũ colligit. Stultus, qui uidet agricolã serentẽ q̃ in agro grana effundentem arbitrabitur q̃ se
27 men perdit. Verũtamen optimè cognoscitis q̃ longè eo iudicio fallatur. Ita arbitrantur Sapien. 5. insani. Nos insensati (ait sapiens) uitã illorum æstimabamus insaniã. Amẽtes iudicabantur illos, qui pp Deum substantiam suã largiebantur & uitam, atq; oĩa sua pro proximis suis in discrimen adducebãt, arbitrabantur illos hæc oĩa perdere: illic aũt cùm tũ fructũ ex ijs percipi aspexerint, tunc obstupescent. Eccè quos insanos putabamus. Ecce qũo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorũ est. Eia eia fratres mei properate seminare, liberaliter hoc diuitiarum, ingenij, sciæ, & oĩum uestrarum terũ semen effundite, illud in pauperũ seruitio cõsumentes, siquidem perspicitis fructum, qui ex hac diuina messe colligitur. O Deus uos illuminet, ut ita faciatis. Statim
28 mitissimus agnus in sæuissimum leonẽ conuertetur & ad malos terribili quadam uo- Apoc. 20.
ce loquet dicens, discedite à me maledicti. Hic implebitur quod uidit B. Ioãnes, & uidi (inquit) thronum magnũ cãdidum, & sedentem super eũ, a cuius cõspectu fugit cęlum, & terra, & locus est inuentus ab eis. O admirabilem exaggerationem, q̃ cœlum (inquit) & terra nõ mueniẽt locum ubi se abscõdant præ timore terribilis aspectus huius iustissimi iudicis. Dicit amplius, & uidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his, quæ scripta erãt in libris ſm opera eorũ. O quam obstupenda, & timẽdã res est hæc, qũo hæc audientes toto corpore nõ cõtremiscimus? In hoc sæculo quodã
29 modo uideẽ hoc iscriptũ, & figuratũ aĩaduer- Simile.
ti. Solet Magister in gymnasio exemplar dare pueris, ut ſm illud scribant: dũ pueri scribunt, ambulat Magister uerberãs parietes, & alta uoce dicit, legite, & scribite pueri. Cùm aũt iam eos uult dimittere ex gymnasio dicit: eia pueri reddite rõnem lectionis. Tunc uidebitis pueros trepidãtes & scripturas suas prę manibus ferentes offerre se corã magistro, q̃ incipit regulare ea, quę in papyris suis scripta attulerũt, cũ exemplo, quod illis dedit, & dicit, hæc litera A. qũo non est ſm illam exempli? & hęc litera B.

qũo errata fuit? & C. atq. reliquę qũo sunt tam malè scriptę? uidetẽ uobis bene? & tunc eos uerberat ſm illorũ demerita; Magister est Deus, pueri sum⁹ Christiani, & gymãsiũ est Ecclesia catholica, & exemplar, quod nobis datũ fuit, est diuina lex, quę prius scripta, facta, & exercitata fuit ĩ uita sacratissima Iesu Christi Redẽptoris nostri, ut nos ſm illã scriberemus in libris cõsciarũ nostrarũ literas uirtutum, & dum uiuimus ambulat 30
diuinus Magister uerberans parietes, quę sunt corpora nostra lutei parietes, sic. n. dicit Iob habitamus domos luteas. Et infir- Iob 4.
mitates, tribulationes, & infortunia, quę in corporibus nostris patimur, sunt uerbera, quę parietibus infliguntur, ad excitandos; & deterrẽdos, ac cõmonefaciẽdos nos. Vt diligenter aduertamus illa, quę scribimus, postea. n. tpe reddendæ lectionis nõ erit discendi, aut scribendi locus, sed laudandi, & munerandi ea, quę benè scripta sunt, & puniendi ea, quę malè scripta fuerint. Adue-
niet igitur, tps & mittet Angelos suos cum Matt. 24.
turba, & uoce magna, & congregabunt electos eius à quatuor uentis, cõuocabũt pueros, ut surgant ad reddendum lectionẽ. Et 31
tunc sedebit Iudex & aperientur libri conscientiarum ut dicit S. Ioannes: Aperti sunt libri. Et aperietur alter liber, i. q̃ patentissimè manifestabitur illic uita sanctissima Saluatoris nostri Iesu Christi. Et iudicati sunt ex his quę scripta erãt in libris. Non iudicãdi sumus ſm librorum munitionem, sed ſm quod in illis scriptum est. Possunt nanque perpolitè exteriùs muniti esse, interiùs uerò habebunt mille mendacia, sicut apparèt in hypocritis, qui optimam habẽt apparentiam, & inaurata uerba, intus uerò pleni sunt uanitatibus, & peccatis. Illic dicet Iudex quare hæc litera A. hic amor Dei, & ꝓximi tam male scriptus fuit? quare creaturę amorem creatoris charitati prętulisti? quare proximũ tuũ tam tepidè, ac remissè 32
dilexisti, ut nihil penitus pp eum facere scireris? Hanc literam B. beneficiorum acceptorum, diuitias, & salutem, qũo oĩa destruxisti offendes cum illis Deum, qui ea tibi dedit? Hęc litera C. scilicet, confessio peccatorum tuorum qũo facta fuit tam sine prę paratione, sine dolore, & sine proposito corrigẽdi te? Hæc litera D. donationum qũo tam male scripta fuit? nesciebas. n aliquid dare, nisi pp malum finem. Donabas pecunias fœminę, ut eius honorem auferres, lar-

gitionibus corrũpebas aduocatum, reſtẽ, ac deniq; iudicẽ ut iuſtitiã puerteres. Hęc litera E.ſ. exemplũ non ſic ſcribẽda erat. Nam ſm conditionẽ tuã tenebaris optimũ exemplum ꝓbere. Neſciebas q̃ ſcriptũ erat: Male
Deut. 27. 33 dictus q̃ errare facit cæcũ in itinere ſuo? tot mortibus dignus es, quot mala exẽpla ꝓbuiſti, quorũ cauſa alij creatorẽ ſuũ offendẽrunt. Hęc litera F. Hæc fides ſine operibus
Iacob. 2. quo ſunt tã ſuperficialis, & arida? neſciebat q̃ ſcriptũ erat, fides ſine operibus mortua eſt? G. ũt, ideſt, gratia gratis data, quo tã ſine
1. Cor. 6. fructu, & utilitate fuit? Neſciebas q̃ S. Paulus admonuit dicens: Hortamur uos ne in uacuũ gratiã Dei recipiatis? Tu muſice, qui cantilenis, & uoce tua ad peccatum prouocabas alios. Tu uir docte, q̃ literas addiſcebas ad alios decipiendos. Et tu q̃ pulchritudine tua oĉs ad malũ incitabas, Hæc tibi modo bellum infert. Et hoc H. diuini honoris,
1. Tim. 1. ut te admonuit S. Paulus, dicens, ſoli Deo honor & gloria, quare hoc debitum Deo tuo non ꝓſoluiſti? Hoc aũt Lirę quo eſt tã male ſcriptũ? q̃a cũ tantummodo in tuos effrenatos appetitus iraſcendus eſles, iratus es in ꝓximos tuos furentiſſimũ leonem ꝑbes contra eos. Et hoc L. liberalitatis quã
34 re in nullos alios liberalis fuiſti, niſi in eos, q̃ tuis turpibus appetitibus, & eorũ executionibus fauebant? & Hoc M. matrimoniorum, quæ uiolaſti, & adulteriorum, quę perpetraſti? & hoc N. negotiorũ tuorũ, emptionum, uenditionum, quo oĩa tam male facta ſunt? & O. orationis, quo nunquam ſciuiſti unum Pater noſter deuote recitare, nec ſuſpiriũ cum intimo cordis dolore proferre? Hoc deniq; P. perſeuerantiæ quo cùm aliq̃n bonũ cœpiſſes, tam citò fatigatus es, & à uirtutis uia defeciſti? O Chriſtiane nullus eſt character benè ſcriptus. O Chriſtiane nihil benefactum adducis. O q̃ mala literatura, O quã
35 male tranſacta uita. O q̃ male conſumpta ętas, diſcedite à me maledicti in ignem ęternum. Sint illic dęmones carnifices, qui vos in æternum flagellent, & torqueant. Intelexiſtis hæc fratres? arbitraminí eſſe fabulas, aut exaggerationes has? Non creditis quòd prius cælum, & terra deficient, q̃ minimum uerbum S. Euangelij? Quo ergo tam alto ſopore dormitis? quare non præparamini in diem tantæ afflictionis? O Deus uobis det prudentiam, Deus uobis det prudentiam: ut ueritatem hanc cognoſcatis, & amodo in cõſcientias ueſtras oculos conijcere incipiatis, & ab illis lituras per ueram pñiam auferatis, atq; in illis oẽm uirtutem ſcribatis. Vt ſic plenos gratiæ in illa die diuinus Iu
36 dex nos mittat ad gloriam ſempiternam. Amen.

Feria III. poſt Dominicam I. In Quadrageſima.

Cùm intraſſet Ieſus Hieroſolymam cõmota eſt uniuerſa ciuitas dicens: Quis eſt hic? Matth. 21.

INGREDIENTE Chriſto redemptore noſtro Hieroſolymam illo admirabili triumpho (ut ſæpe audiiſtis) honorato, dicit S. Euangelium quod cuncta ciuitas concitata eſt & quærebant dicentes, quis eſt hic? res mirabilis eſt hęc. Quod cùm diuinus redemptor toties Hieroſolymis prædicaſſet, & illic tam præſtantia mirácula feciſſet, nunc in fine illam ignorarent, & quærerent, quis eſt hic? acſi nunquam illum uidiſſent. Hic repræſentatur unus ex magnis defectibus, q̃ ſunt in republica Chriſtiana, ſcilicet quod etſi omnes credimus in Ieſum Chriſtum filium Dei unigenitum, & de illo crebro loquitur, atque eum prædicãtem audimus quotieſcunque S. Euangeliũ nobis prædicatur, in eius enim nomine prædicatur, plurimis tñ noſtrum peculiaris quędam huius diuini domini deeſt cognitio: & ſapientia, quam habere ſolent particulares, ſolidi illius ſerui, à nobis abeſt. Cum S. Iaco Iacob. 1.
bus dixit, ſi quis autem ueſtrum indiget ſapientia, poſtulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei poſtulet aũt in fide nihil hęſitans, certum eſt q̃ hic loquebatur S. Apoſtolus cum ijs, qui fidem habebant, ſed deerat illis ſapidus quídam, ac ſuauis affectus, & practica quædam Dei cognitio, ijs quibus hæc cognitio, & ſapientia deeſt, dicit, quod à diuina maieſtate illam poſtulent, q̃ aũt petierit petat (inq̃t) nihil hæſitans. Non ubi dicere, quod poſtulans neceſſario poſtulationem ſuam ꝑbique dubio ſe conſequuturum credat: ſed quod muniatur uiua, & firmiſſima fide nihil dubitans, ſed credens Deum tam potẽtẽ eſſe, tamque ſapiẽtem, ac bonum ut poſſit, ſciat, ac uelit hoc beneficiũ fideli concedere, quo & q̃ illi conuenientius eſſe uidebitur. Hæc ſapida

S. Th. 2. 2. q. 45. ar. 1. ſapida cognitio ſummi boni eſt tam excellens quoddam bonum, ut dicat S. Thomas per eam dici hoĩem ſapientẽ. Et ſic illa eſt uera ſapientia. Cui autem altiſſimus dñs illam cõicare ſoleat, declarat S. Propheta Iſaias dicens: in die illa erit Dñs exercituum
Iſai. 28. corona gloriæ, & ſertum exultationis reſiduo populi ſui, & ſpiritus iudicii ſedenti ſuper iudicium & fortitudo reuertentibus de
9 bello ad portam. Verum hi quoq. prę uino neſcierunt, & præ ebrietate errauerunt. Sacerdos, & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à uino, errauerunt in ebrietate, neſcierunt uidentem, ignoraueruntiudicium. Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab uberibus &c. Prius oſtendit eos, quibus Deus hanc cognitionem non cõicat, ut illinc fugientes ad eos deueniamus, quibus cõicatur, i. ut fugiẽtes malum,
Hier. 1. deueniamus in bonum. Secundũ hoc prius præcepit ꝺeus Hieremiæ dicẽs: ſit cuellas, & deſtruas, ut ædifices, & plantes. Elegi te (inquit dñs) ut priùs cuellas, & deſtruas, poſtea uerò ædifices, & plantes. Ab architectu-
Simile. 4 ra, & agricultura metaphorã aſſumit. Quẽ admodum. n. ad tutam domum conſtruendam oportet prius uetera, debilia, & mala fundamẽta euerti (nam quale ædificium ſuper ueteres, & rimis plenos parietes poteſt conſtrui?) & ſicut ut ſeminetur, naſcatur, & accreſcat bonum ſemẽ opus eſt agrũ prius arboribus & malis herbis purgari, nocuaſque radices euelli, ita neceſſe eſt nos prius à nobis malũ eradicare, ad quod nos corruptio inuitat: ut bonum, q̃d nobis conuenit,
Matt. 9. doceamur. Secũdũ hoc loquitur Chriſtus Redemptor noſter dicens. Nemo immittit commiſſuram panni rudis in ueſtimentum uetus. Tollit. n. plenitudinem eius a neſtimento, & peior ſciſſura fit? Neq. mittunt uinum nouum in utres ueteres, alioquin rũpuntur utres, & uinum effunditur, & utres pereunt. Sed uinum nouum in utres nouos mittunt, & ambo conſeruantur. Vt hoĩbus perſuaderet, quod lex uetus, & Euangeliũ
5 non poterant ſimul cuſtodiri, aſſumit hic dñs duas elegantiſſimas metaphoras. Altera eſt quod ueſtimento ueteri commiſſura panni noui nocua eſt. Quia pannus nouus non conuenit cum ueteri, & præterea pannus nouus attrahit ad ſe ueterem, & ita magis illum rumpit. Altera eſt: quod uinum nouum nõ debet in utres ueteres immitti, ſed in nouos, aliter. n. utrumque perdetur, quia utres rumpuntur, & illis ruptis uinũ effunditur, & perit. Vult dicere quod ut S. Euangelium ſuos maximos effectus in nobis operetur, requirit hoĩem nouum, & qui nouos habeat affectus. Quid eſt hoĩem ueterem renouari? uetuſtatem prius relinquere, ut iuuentutem induat ſe carnis affectus prius deponere, ut ſpiritus affectus induat 6
2.Cor.5. qui toties ad ueniam,& misericordiam inuitamur,atque etiam rogamur,ut denotat Beatus Paulus,suo,& omnium prædicatorum Iesu Christi nomine,dicens: Obsecramus pro Christo recõciliamini Deo:corda non sufficiunt tam dulcia uerba penetrare, atque ad tam benigni Patris obedientiam
37 redigere?Quod cum ita sit,quid aliud expectamus, nisi ut Niniuitæ, & lapides etiam contra nos in iudicio consurgant?Ne sit ita fratres charissimi, sed amodo ad Deum cõuertamur,& ex his sanctis admonitionibus fructum percipientes,maximo spiritus feruore acerrimam pœnitentiam agamus,ut nobis gratiam suam Dominus largiatur, qua ad cœlestem gloriam ascendamus,ad quam nos perducat Iesus Mariç filius, Amen.

Feria V. post Domin. primam In Quadragesima.

Egressus Iesus secessit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier Chananæa,&c. Matth.15.

Ioan. 5.

CHANANÆI dicebantur, q 1 Gen.9.
à Cham originem ducebant, q fuit filius Noe: cuius generationi maledixit sãctus Patriarcha, eò quòd illud illusit.Atque tantum ualuit illa maledictio, ut ad dedecorãdos Israelitas,eorumque impietatem significandam, illos hoc nomine Dominus nuncuparit: p Ezechielem,cum dixit.Radix tua,& genera Ezec.16.
tio tua de terra Chanaan,pater tuus Amorrhæus,& mater tua Cetæa.Filios Israel nõ uocat Israelitas,sed Chananæos; quod erat maximæ ignominiæ nomen. Tantum corã Deo etiã illa patris maledictio,ualuit. Ma- Gen.49.
gnæ etiam efficacię fuit maledictio, quam Iacob filio suo Ruben iniecit,dicẽs: Rubẽ tu primogenitus meus,tu fortitudo mea,& 2
principium doloris mei,prior in donis, maior in imperio,effusus es sicut aqua,nõ crescas,quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius,id est,tu, qui es primogenitus,quem oporteret in donis & imperio cæteris fratribus tuis præferri, & regia aut sacerdotalis dignitas tibi posteritatiq; tuæ iure competebat, quiq. in utraque harum dignitatum deberes accrescere, utraq. merito carebis. Hoc significat hic non crescas,id est,non excedas. Quia ascendisti cubile.&c. Atque ideò illę dignitates minoribus fratribus in pœnam sceleris eius commissæ fuerunt. Quod cùm ita sit fratres charissimi, quare uos tam crebrò filijs uestris 3
assuescitis maledicere? Quomodo ex paternis uocibus,ac uisceribus pestilentissimum istud uenenum potest exire? Plurimas equidem harum calamitatũ,quę liberis uestris contingunt,ex uestris maledictionibus arbitror dimanare. Alij nãq. tumentibus maris fluctibus demerguntur,alij uerò inimicorũ gladio succumbunt,alij deniq. sine, diuinis Sacramentis repentina morte moriũtur.Nunquid nõ scriptum est: Maledicẽtis enim tibi in amaritudine animę, exaudietur deprecatio illius. Exaudiet aũt cum,qui Eccle.4.
fecit illum? Nisi(inquit)pauperi eleemosynã erogaueris, & cũ amaritudine cordis sui tibi

tibi maledixerit, eius maledictio in diuino cõspectu exaudietur. Quod si aliorũ maledi
Eccle.3. ctio tantã habet efficaciam:q̃to magis parẽtum maledictio liberis officiet?Ideò Ecclesiasticus dicit: Benedictio patris firmat domos filiorũ: maledictio aũt matris eradicat fundamenta. Quamobrem tam parentes,q̃ 4
filios sanctissimæ Trinitatis nõie adiuro:parentes ne tãto malo filijs noceatis:filios uerò ne parentes cõturbetis,nec illis occasionem p̃beatis,qua sibi,uobisq. tantoperè offciant.Vos aũt matres,ne tã malã hæreditatem posteris uestris reliquatis,nec filias uestras hos mores pessimos doceatis.Item eiusdem Dñi nõie uos rogo, ne liberos uestros diabolo commendetis:qd' plurimi ue
strum crebrò facere cõsuescitis.Optimo sanè Dño illos commendatis, O diabolicam cõsuetudinem?per charitatem Dei uos deprecor fratres,ut uos ab illa cohibeatis. At 6
tendite mali Christiani,nunqd diabol' creauit, aut alit has aũas?quare ergo illas diabolo commendatis?Scitote q̃ unum ex ijs q̃
in die nouissimæ rõnis diabolus faciet,hoc erit:Cum Christo Iesu expostulabit, & dicet:Dñe tu p̃ his crucifixus es.Et quanquã
ego p̃ illis in cruce non pependi,nec aliqd' 5
bñficium in eos contulit filios tñ suos non creatori quidem, ac Redemptori suo; sed mihi commendabant,quid igit̃ facturus ẽt, nisi ut illos in meos acciperem? Ecce quid facitis cum illi liberos uestros commendatis. Item uos diligenter deprecor, ne huic teterrimo generis humani hosti ullã creaturarum tradatis.Vadit eques ad uenandũ, &quia equus lapidem offendit,statim dicit [*Valgate el diablo*] Si diabolus deducit equũ,quid erit de equite?Equũ,& ascẽsorẽ p̃sciet in mare:uterque peribit,equus,scilicet,& eques impatiens,& malus.

Beatus Marcus hãc ipsam historiã refert,dicit,q̃ ueniens Dñs in partes illas Tyri, & Sidonis, & ingressus domũ,neminem uoluit scire,& nõ potuit latere,sicut pruna in sinu non põt abscondi. Qui est bonus,nõ
6 labore,p̃bitatem suam alijs significare,si.n. Deus i eo est,ipse manifestabitur. Vbi? Dñs magis latuit, quam in p̃sepio? atq. illic ab Angelis reuelatus est. Vbi magis,q̃ in cru-
Ioan.1. ce?ubi eius diuinitas, a latrone,à Centurione,à cęlo,à terra,& à lapidib.etiã detegit? Et lux in tenebris lucet. Si Deus est i te difficulter põt latere, in oibus motibus, uerbis,operibus, & in cunctis actib. tuis appa-

rebit. Dicit autem S. Marcus, q̃ statim ut illa mulier audiuit de eo,cæpit exclamare. B.Paulus ita de se dicit. Cũ aũt placuit ei, q̃ Gala.1.
me segregauit ex utero matris meæ,& uocauit per gratiã suã,ut reuelaret'filiũ suum in me,cõtinuò nõ acquieui carni, & sanguini,sed abij i Arabiam,&c.Accepta(inquit) hac reuelatione, statim me labori obtuli: Non rñdi appetitui carnis,ac sanguinis,qui 7
nos labores euitare, & requiem inquirere inducit. Vel aliter; Non acquieui carni, & sanguini,idest, nõ molestẽ mihi uisum fuit propiquos meos relinquere,& ab illis recedere,quod mihi caro,& sanguis ipediebat: & denuò cõuersis impedimento esse soler, quominus perfectionis uiam aggrediãtur, ego autem huic appetitui non rñdit.Vel aliter,& melius secundum B.Hieronymum Hiero.
nõ acquieui,idest,non contuli carni, & sanguini,ideſt,hanc uocationẽ,& statu petmutationem non carni,& sanguini,qui sunt p̃pinqui mei,reuelaui, nec hoc conuersionis meę negotium eorum manib. commisi: sicut nõnulli faciũt, quib. cum aliqua sancta inspiratio cælitus aduenit, nẽpè mutãdi uitę rõnẽ,& statũ,non hoc audent facere,nisi prius eos consolãt, qui illis impedimẽto futuri sunt.Quod si illis impetus iræ super 8
ueniat ad inimicũ occidẽdum,aut iniuriam ulciscendã,aut aliquis turpitudinis motus, ut aliq̃ fęminam obtineant nullum consulunt,nec hoc in alicuius manus cõmittunt, quãtumuis necessarius sit,ne fortè hoc sibi impediat. Beati qui i hoc sancti Pauli uestigia sectantur. Qñ sese obtulerit occasio seruiẽdi Deo, protinus exite, ne amplius cõmoremini,sed sanctũ Apostolũ, atq. hanc bonã mulierem imitamini, q̃ ubi primum Deus terigit,illico quasi cerua percussa p̃silit,&siti oppressa se magno impetu in flu Simile.
uium immittit.Noluit hanc optimã occasionem prætermittere,nam fortasse alia die nequiret illum tam propinquum,& i prõptu reperire,graue.n.malum est nacta occasione non uti. Ne prętermittatis fratres optimam occasionem, nã forsitan postea uoletis bonum facere, nec tamen poteritis.

Illic ergo,uidelicet,domi rogabat eũ,ut 9
dæmonium eijceret de filia eius. Atq. ut ex B.Matthęo apparet,.exiuit Dñs domo, & foris fuit p̃cipua contentio. Noluit illic ei,qd' petebat,concedere,illa namq. temporalia bona à Dño petebat; ipse uerò nõ tẽporalia tñ, sed & cęlestia etiã illi dona-

re conabatur: & eā cęlestē doctrinā uolebat erudire; q̄ nō clausis ianuis, sed palam fieri oportet. Quando prędicator uult ianuis clausis prędicare, ne illū bonum iudicetis, nec eū audiatis: Annunciaui iustitiā tuā in
Psalm. 39. Ecclesia magna, dicebat Propheta, & Isaias.
Esai. 4. Super excelsum montē ascende tu, q̄ Euāgelizas Sion. Concionē in sublimi pulpito oportet haberi, bonum enim rationi consentaneum est, quod ab omnibus audiatur.

Exijt igitur Dñs, & illa post eū exit, pclamans, & dicēs. *Miserere mei, &c.* Qui nō respondit ei uerbū. O quanta contentio inter Deū, & mulierē illa petit. Deus uerò denegat: illa post Deū currit, Deus uerò mulierē fugit. Ad hoc exiuit domo, uoluit hāc ceruam ad montē deducere, ut cognosceretur qūo uenatorē insectaretur. Quanquā enim semper uenator ceruum insequitur, hic tñ cerua uenatorē sectat, & dicit. *Domine mi serere mei.* Filia à dæmonio uexabatur; illa uerò sibi miam exposcebat. Sæpè enim mali mores, quos matres filias suas docent, efficiūt, ut filiæ sint malæ, atq. etiam corporalibus morbis cruciētur. Hoc unū super hūc locū uellē diligentissimè aduertatis, quòd
11 quemadmodum in nobis duplex est modus misericordiæ: sic etiā in Deo duplex misericordiæ modus esse dicitur. Et etiā dicitur Deū habere iram magnam, & iram paruam. Ira
Iob. 1. parua est, quum in rebus temporalibus uos punit, quod etiā diabolus confessus est, dicens Deo. Extende paululum manum tuā, & tange cuncta, q̄ possidet. Quibus uerbis significauit corporales labores, paruos esse labores. Ira autem magna est, quæ usque ad animam penetrat, quum Deus illi gratiam atque peculiare auxilium adimit, & eam
Zach. 1. potū passionum suarū impetum abire sinit. Et ita dicit per Zachariam: Ira magna ego irascor super gētes opulentas, quia ego ira tus sum parum, ipsi uerò adiuuerunt in malum. Ecce quomodo hic dicit, illos propter sua scelera feciſſe, ut ira magna con
12 citaretur, cum antea paruam iram, habens corporalibus laboribus illos puniuerit. Et diligenter pensate uerbum illud. Adiuuarunt in malum, quam ex instituto, & cum iuramento peccant mali. Ira etiā duplex dicitur Dei misericordia: parua, scilicet, & magna. Parua ad paruæ iræ remedium, magna uerò ad liberandum nos ab ira magna. Et uidete quā rustici, & cæci sint homines; magis enim paruam, quàm magnam iram sentiunt. Nā si Deū filium tuū interficit, statim noctes, & dies lamētaris, si uero anima Esai. 5.
tua mortua est, summo cū gaudio, & alacritate incedit, atq; etiam tē tale, & tale feciſſe iactas. Atq; ita accuratissimè curāt homines ab hac parua ira Dei exire, hoc est, à temporalibus calamitatibus eripi; ut autem à magna ira Dei, hoc est, ab animæ miseria (cui facillimè remediū adhibere possent, si cū illa cura, ac solicitudine, qua tēporales ærūnas curant euitare, ad Deū confugerent) liberē tur, minimè curant. Quod si curarent, libentissimè Deus illis occurreret, hoc enim est
15 prēcipuū, cui ipse uult subuenire, & cuius peculiariter auxiliator dicitur, ut dicit Dauid. Deus noster, refugiū & uirtus, adiutor Psal. 4.
in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. Vbi ad literā de spiritualibus tribulationibus loquitur. Nā corporalis tribulatio parum nos inuenit, cum nihil aliud, quàm corpus inueniat: spiritualis autem afflictio nimis nos inuenit, siquidē aīam reperit. Idcirco ipse Dauid magna animi contentione
à Domino postulabat, dicens. Miserere mei Psalm. 50.
Deus ſm magnam misericordiam tuam. Cū Saul illud persequeretur, non postulant magnam miam; petijt autem illam cum se in peccatum procidisse animaduertit. Pro quo postea Deo gratias agebat, dicens. Confite Psalm. 85.
bor tibi Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuū in ęternū, quia misericordia tua magna est super me. Et quādo
14 factum est hoc Dauid? Eruisti animā meam ex inferno inferiori, in quem uerè detrudere, nisi mihi ignouisses. Hoc fratres charissimi, oportet nos petere, ut nos Deus liberet, & saluos faciat a peccatis. Hæc mulier totā curam suam adhibebat in petendo remedio corporalis laboris filię sue, atque ad illum miam deprecabatur, & idcirco Dñs tacebat, ut illa paulatim disponeret ad recipiendā magnam misericordiam, & dona spiritualia, quę illi Dominus daturus erat. Estote misericordes fratres, & filiabus ue-
15 stris, spiritualia remedia perquirite. Valdē enim miserabile est, quòd cū illas corpora libus morbis laborantes cernitis, tot remedijs earū ualetudinē curetis, si uerò animi morbo laborent, ne minimū quidem remediū inuestigetis. Res est ēt maximę confusionis, q̄ nullam aliā curam habeatis, nisi docendi eas, quō crinēs procreent, faciem fucent, seque perpolitis uestibus exornēt, ac demū quomodo saltent, nec nō quomodo ad

do ad fenestras cōpareant, & quib. uerbis elegantes iuuenes alloquantur, postea verò nequaquā eas à uanitatibus, & dissolutionibus cōpescere ualetis. Quæ maior infelicitas, quam q̄ maxima solicitudine miseri parentes angantur, ut filias suas perpolitis uestibus exornent; nō uerò recordētur illas optimis moribus imbuere, & spūalis salutis
16 uiam erudire? O Deus infinitæ maiestatis ꝓ tua clemētia huic maximæ deprauationi, q̄ circa hoc inter hoīes uersatur, succurre. Ego etenim quib. uerbis eam exaggerē penitus ignoro. Quo circa hāc rē magnopere uobis cōmendo, hoc est, ut maximā diligentiā adhibeatis in filijs uestris à malis familiaritatib. cōpescēdis. Nulla enim est hominum lingua, quę satis dignè ualeat explicare dāna, quæ ex illis dimanare solēt. Etsi
Psal. 118. Dauid uir erat plenus Spū sancto, dicebat: Declinate à me maligni, & scrutabor mādata Dei mei, sicuti q̄ optimè norat quātum
Psal. 100. malorū societas attentionē, cōsiderationē, ac diuinorum ꝑceptorū obseruantiā impediret. Vñ dicebat: Oculi mei ad fideles terrę, ut sedeant mecū, ambulans in uia immaculata, hic mihi ministrabat; si ergo uir tam sanctus, & tā conformis uoluntati Dei malā familiaritatē tantoperè uerebat, ac time
17 bat, ne à mala cōuersatione deprauaretur, nec audebat cū illis, q̄ nō essent fideles serui Dei, & immaculatæ uitę cōuersari, quid tenerū uirgultū facere oportet, qđ minimo quoq. frigore, aut calore marcescit, & cōburitur? Hoc sæpenumerò experientia cōperitur, q̄ oliua fructifera redditur sterilis, & inutilis oleaster. Hoc ât contingit, cū oliua à caprarū linguis crebro lambitur. O quoties etiā re ipsa cernitur, q̄ hō maxima uirtute prædituſ quasi oliua fructifera ī domo Dei, deprauetur, eo quòd à capris lambitur; O caprę maledictæ, quot damna hominib. afferris. O lærnæ, & istrumēta Sathanæ, quot fœminas linguis uestris oleastros redditis, & denię omnes, qui alios ad malum induunt sunt quasi caprę, quæ oliuam lābunt. Amplias per omnes.
18 Rationi consentaneū erit fratres charissimi, uos aliquid ab hac muliere discedere. Et si quidē illa cū tāto spiritus feruore dicebat. Miserere mei, &c. Filia mea malē à dæmonio uexatur; bonum erit, ut uos ēt miserarum animarum uestrarum miserami-
ni, & ad Dominum cum clametis, dicentes singuli; Anima mea male à dæmonio uexatur. Aduertite, unū ex illis, quę Sathanas dī ligētissime curat, esse, ne peccator ad Dñm proclamet. Quēadmodū lupus qñ ī ouem inuehit, nō illius pedē, aut manū apprehendit, sed statim dētes in eius fauces conijcit, ne fortè balet, & sic à canib. aut pastore adiuuet, atq. ab eius dentib. abstrahat. Sic ēt diabolus nō pedes, aut manus peccatoris alligat, libenter. n. illum in templum ire, & eleemosynas erogare ꝑmittit, ut hoc cōtentus, & securus sit, quia missam audiuit, & quatuor minuta pauperib. erogauit, sed eius fauces apprehendit, & pstringit, ne ad Deū ꝓclamet, & peccata sua confiteat. Quinq. dentibus illum apꝑhendit, quib. satis securū eū tenet. Primus dens ē pudor, maximus quem diabolus in eius corde imprimit, ne turpitudines, ac scelera sua in confessione detegat. O q̄ durum est (inquit,) quod impudicitias meas ego confessori reuelem, qa nunc est quadragesima, & tps restitutionis, uult ēt diabolus aliena restituere. Et ita cū pudorē tibi surripuerit, ut dissolute peccares: nūc illum tibi restituit, ut prę nimio pudore peccata tua non confitearis. O q̄ acutus est hic dēs, quo plurimas uirgines, ac fęminas honestas apꝑhensas tenet, hoc dente apꝑhendit monacham, q̄ in infernum detrusit, eo q̄ peccatū quoddā ꝑ pudore noluerit cōfiteri. In quodā monasterio monialium erāt duæ moniales, q̄ optimæ religiosæ esse credebant: quarum una mortua est, altera uerò, q̄ illam maxime diligebat, crebrò ꝓ illa Deū exorabat. Cū aūt quadam nocte in tēplo oraret, audiuit mortuā recitātē illud rñsorium. Peccātem me quotidie, & nō me pęnitentem timor mortis cōturbat mē; qa in iferno nulla est redēptio. Et siletebat, nec amplius cum rñsorio progrediebatur. Quā monacha uiua interrogauit: dicēs: Tu nō es illa monacha, q̄ ego magnoperē diligebā, & mortua es? cui illa, sum (inqt) quare ergo (dixit uiua) non recitas rñsorium usque in finē, sed ꝓtermittis illud: Miserere mei Deus, & salua me? rñdit autem illi defuncta dicēs, quia licet beatissima uirgo Maria, & oēs cę lestes ciues pro me intercederent, nullo unquam tpe de me poterit uerificari illud; Miserere mei Deus, & salua me. Nam sum cōdemnata inferno. Heu (inquit uiua) quomodo istud fieri potuit, cum tu tam bona religiosa fueris, quæ respondit: quia cum secularis essem turpe quoddam peccatum commisi, quod præ nimia uerecundia

Simile.

punquã cõfessa sum: quapp nullũ ex oĩbus bonis, quæ feci, mihi ad uitã æternam cõse quendã aliquid cõduxit. Qđ cum ita sit, ne amplius ꝓ me exores, omnes enim preces, quas ꝓ me effuderis uanæ erunt. ¶ Secũdus dens, quo diabolus peccatorẽ affigit. est timor pniæ. Dicit enim peccator, si ad confessionẽ accessero, prẽcipiet mihi cõfessor, ieiunare, & præcipiet ne cũ tali uiro, aut fœmina cõuerser, q̃ ego magnoperẽ diligo, ne quidẽ per eius ostiũ præteream, præcipiet mihi malẽ partas diuitias restituere, soluere, quæ debeo, mortuorũ testamẽta adimplere, dimittere ei, qui me iniuria affecit, quiq; me intestino odio ꝓsequit̃, & deniq; retractari à falso testimonio, q̃ cõtra proximũ meũ dixi. Heu quot hoies hoc dẽte apprehẽsos tenet, quod cõcubinarij, lusores, auari, murmuratores hoc dente detinentur quominus ad sanctum pniæ sacramentum accedant. ¶ Tertius dens est spes longæuæ uitæ: licẽt (dicitis) hoc anno a peccato nõ recedã alio anno recedã, nondũ enim finitur mundus. Sanus, & fortis sum, ad omnia erit mihi satis tẽporis. O quot magnates, & potentes deduxit diabolus in infernũ hoc dente spei lõgæ uitæ apphensos. ¶ Quartus dẽs est timor peccandi iterum. Dicit.n. peccator. Quorsum cõfessurus sum peccata mea cũ sim tã imbecillus, & incõstans, ut statim in eadẽ peccata reuersurus sim, ut mihi sẽpenumerò contigit, cũ.n. adulteria, furta, & homicidia, & c. cõfessus fuerim, statim in eadẽ peccata recidi. Promiſi ad uirtutis uiã me recipiendũ esse, nunc uerò proteruiorẽ uitã duco. ¶ Quintus dens est maxima spes ingentis miẽ dñi. Dicis ò peccator: passim uidemus plurimos concubinarios, auaros, & homicidas, qui totã uitã suã in scelerib. consumpserunt, in hora autẽ mortis cernimus eos amplectẽtes crucifixũ miam deprecari, & pœnitentiã agere. Ita ergo mihi continget, sicut & illis. O fratres mei nolite seduci, aduertite quod hoc sanctissimũ quadragesimæ tempus est, in quo nos oportet diabolo dentes pugnis confringere.

Contra hos quinque dentes quinque ẽt pugnis debetis uti, quæ sunt quinque considerationes, quibus Sathanæ dẽtes cõfringetis. Contra primum dentem, qui est pudor, hac sancta consideratione munimini. Considerate profunde quam confusionẽ patietur peccator quando in nouissimo iudicii magni die coram Angelis, & in conspectu totius cœlestis curiæ, & corã uniuerso mundo reuelauerit Deus horrẽda peccata eius, sicut per prophetã Nahũ cõminatus est dicens, reuelabo pudenda tua corã oĩbus gentibus. Attende q̃ sicut dicit B. Augustinus, si tegis peccata tua, Deus detegit, si detegis Deus tegit illa pallio gratię, & mię, ut licẽt ab oĩbus uidẽda sint, non tñ ex illis aliqua tibi resultet ignominia, imò sint causa magni honoris, & gloriæ tuæ. ¶ Ad ẽm dẽtem cõfringendũ reminiscere terribiliũ tormentorũ, quibus in æternũ cruciaberis, si nõ eis in hac uita peccata tua laboribus, ad pniam redimere. Vide qđ dicat B. Lucas q̃ dęmones rogauerunt eum, i. Iesum ne imperaret illis, ut in abyssum irent. O maximã hoium miseriam, q̃ diaboli, qui tam fortes sunt q̃que maiores habent uires ad inferni pœnas tolerandas, ipsum tamẽ abyssum audientes cõtremiscunt, hoies uerò, qui apis morsum absq; lachrymis ferre nequeunt, hoc dãnũ non ptimescunt, & cũ iam pp̃ sua scelera inferno cõdẽnati sint maxima tñ cũ trãquillitate requiescunt. Minimum pniæ laborẽ perferre times, maximos uerò inferni cruciatus tolerare minimè perhorrescis? ¶ Vt tertiũ dẽtem perfringas recordare quid dixerit Ecclesiastes, nescit hõ finẽ suũ, sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehendũntur, sic capiuntur homines tẽpore malo. Quemadmodũ (inqt) cum pisces maximo cum sapore escas, q̃ hamo inhærent, comedunt, piscator hamũ attrahit, & illos apprehendit, & sicut cũ aues magis delectant grana comedentes, auceps laqueos, & retia coercet, atque illas capit, & interficit, sic cum tu magis uita delectatus fueris, & minus sperueris, te incautũ mors apprehender. ¶ Ad quartum dentẽ confringendum consydera, quam insipiens esse qui cũ a certamine plurimis, & maximis uulneribus percussus exiret, diceret, nolo curari, nec uulnera alligare, cras enim ad certamẽ rediturus sum, & fortasse iterum uulnera denuò mihi infligentur. Cui diceres tu stulte non defenderis melius si curatus, & sanè redieris, quàm si percussus, & exanguis certamen aggressus fueris? Adhuc etiam insipiẽtior est profectò, qui eo q̃ se iterũ peccaturũ timet, non uult agere pœnitentiam. ¶ Vt quintum, & ultimum Sathanæ dentem cõfringas, considera quot sunt hodie in inferno eo quòd extra modum in misericordia Dei sperãtes ex illa fructũ percipere nolue runt.

Nahum. 1

August.

Eccl. 9

Simile.

Simile.

Simile. runt. Si quis in puteum cecidit, & illi chorda immittunt̃, qua se præcingat, & sic à puteo extrahatur, ille uerò ne loculos, quos in manibus habet, dimittat, chordæ non adhæret, nec illa præcingit̃, quid illi corda ꝓderit? incidisti tu ò peccator in peccati puteũ, & Deus inuitat te ad miam, qđ est immittere tibi chordã (nam mia, idem est q̃ miserorum chorda.) Tu uerò ne cõcubinã dimittas, ne ab illicita negotiatione desiſtas, ne ve odium à corde tuo eijcias, nõ uis miam Dei apprehendere, nec ex illa fructum percipere, quid ergo Dei clementia tibi prodest? tibi tua culpa submergeris. Solis quippe illis hæc mia ꝓdest, q̃ relictis uitijs ad Deũ puro cordẽ cõuertunt̃, & illã sibi ꝓdesse cupiãt. Percutite ergo fratres charissimi his pugnis diaboli dẽtes, ut cõfractis illis, uos dimittat, & libere cũ hac muliere possitis proclamare, & dicere, D om ie miserere mei.

Et non respondit ei uerbũ. O quãta tristitia, & dolor fuit hic miseræ illi, atq. afflictę mulieri: cuius lachrymis cõmoti S. Apostoli dixerunt: Dñe dimitte eã. O q̃s nobis daret his tẽporibus ad nostrũ Christũ, scilicet regem alios Apostolos similes illis; sic enim oẽs causæ celeriter iudicarentur, & negotia diligẽter absoluerẽtur. Non nego plurima nũc negotia, & petitiones absolui, non autẽ sunt petitiones Chananæę, nec pauperem, sed diuitũ, & potentũ, quæq. sunt utilitatis, & affinitatis respectibus illustratæ. Ministri namq. regũ, præsidũ, ac gubernatorũ, si meritorũ qdẽ aut rationis, sed personarũ gradus faciunt: atq. alijs farinã, alijs uerò donãt furfures. Attẽdat igitur unusquisq. sibi & uideat quid faciat? Deus enim hodie hãc pauperẽ muliere Chananæã exaudiuit, & ei occurrit: etsi, ut illi largiora faceret beneficia, paulisper responsionẽ distulit. Quapropter uos iudices, & prætores hos pauperes Chananæos audite, q̃ ad tribunalia uestra sibi filijsque suis remediũ petituri accedunt q̃que necessitate præmũtur, & expectãtes negotiorũ absolutionẽ maiora dispendia faciunt, q̃ ex præcipua re, q̃ tractant, utilitas dimanat. [*El estauon de fino azero,*] paucis ictibus ex silice ignẽ depromit, sic ministri iustitiæ, q̃ sunt uirtute ꝓditi paucis ictibus depromunt ignẽ ex silice, q̃ est princeps, q̃ quidẽ omnibus ignẽ habet, [*Mas guardeos Dios de eslauones sin azero,*] q̃ ad nihil aliud ꝓsũt, nisi ad cõfrigendũ silicem. Ita ministri improbi, & sine uirtute ad nihil aliud prosunt, nisi optimam principum indolẽ, ac propensionem deprauent.

Respondit dñs, dicẽs: Nõ sũ missus, &c. Quo plures excusationes illi reddebat, eò magis bona mulier inflammabatur. Et hoc audiens accessit ad Dñm, & adorãs dixit ei: *Dñe adiuua me, q̃ respondes, ait: nõ est bonũ, &c.* Aduertite ꝓbitatem optimi Iesu, quo Iudæos in absentia honorat appellans illos filios: cum ãt cũ eis esset illos acriter reprehendebat, dicẽs: Vos ex patre diabolo estis. Sic Deus in ꝓsentia asperrimè Iob reprehẽdit, dicẽs illũ male locutũ fuisse, & non debuisse loqui de potentia sua. Attẽdite aũt quid in eius absentia, de illo amicis eius dicit: Nõ estis locuti corã me rectum sicut seruus meus Iob. Ite ad seruũ meũ Iob, & offerte holocaustũ ꝓ uobis, Iob aũt seruus meus orabit, ꝓ uobis, &c. Vos ãt fratres ñ sic facitis, sed corã ꝓximo uso plurimis illecebris illũ alloquimini, q̃bus eũ facitis euanescere, in absentia aũt de illo murmuratis. Dñe hoc qđ huic mulieri dicis, uenatoribus dicere debuisses, qui tantã iniustitiã cũ uenatione sua cõmittunt. Veruntñ fortasse rãderent, quod quidã uenator cuidã prędicatori respondit dicẽs: se recreatione indigere, & doctorũ hominũ sententias habere, qui se licitè uenari posse affirmãt. Et quo ad primum libẽter concedo. Inhumanum q̃ppè esset arbitrari nullũ prorsus hominibus oblectationem esse necessariã: neque uerò uenationẽ ex se illicitam esse dico, sed licitã, canum autem, equorum, & accipitrũ numerus moderandos, atq. excessus, & abusio in his omnibus cuitanda est. Satorũ enim de populationẽ, missas, & conciones, quas non auditis, opera misericordię, quæ propter horum animalium sustentationẽ nõ adimpleris, hæc (inq̃) omnia nullo unquam tẽpore uos iustificare poterit̃is. Qđ si doctorũ hominum sententias adducatis: ego Iesu Christi sententiã refero, qui dicit, Non est bonũ sumere panẽ filiorũ, & dare canibus.

Iob. 42.

Est ãt hęc Theologia tam perspicua, ut etiã & mulieres illã intelligant, ut apparet in huius mulieres respõsione, cũ dixit: *Etiã Domine.* O utinã Christiani hæc uerba tanti haberent, ut ea in ostijs stabulorum, & in scutis compedum, quos accipitres portant, & in canum torquibus insculperent ne huius sententiæ obliuiscerentur: quòd non est bonum sumere panem filiorũ, ad bruta animália superflue sustentãda. Atque (ut uera

loquar) nullius insignis uenatoris memini in sacra scriptura mẽtionẽ fieri, q nõ detrusus fuerit in infernũ. Nemrod uenator fortis nõ est. dubiũ quin sit in inferno. De Esau nõ dubitatur, q qa nimis in uenatione fuerit cõmoratus absq; primogenitura, & prima patris sui benedictione remansit. Heu heu quot absq; cęlesti Dei benedictione in 34
æterna maledictione remanebunt, eo q in uenatione fuerint nimium commorati.

Adeò hoc uerbum Domini in huius pię mulieres corde resedit, ut responderit dicens: *Etiam Domine, nam & catelli. &c.* Verum dicis Domine Deus meus, sum etiam canis, uerũ ut cani ne mihi mensæ tuę micas deneges. Tũc respondit Iesus: O *mulier magna est fides tua.* Omnes acres responsiones, quas illi hucusque Dominus responderat, erat ut illa fidem, atq; humilitatem suã detegeret, quibus detectis iã nihil amplius sperandum erat. Dominus qui habet robustum, & magnanimum famulum, & eius fortitudinem, uult experiri, mittit eum aliquo, & postea alium se esse simulans exit Simile.
35 obuiam illi, atque eum gladio aggreditur: postquam autem alter in alterutrũ tres aut quatuor ictus uiriliter immisit, dominus famuli sui fortitudinem experientia comperit, & dicit illi sufficit: ego sum. Nihil aliud conabar nisi animi tui magnitudinem experiri. Idcircò tentauit Deus Abraham in sacrificio & sic dixit illi: nunc cognoui, quod timeas Deum, ideſt, nunc fidem, & obedientiam tuam mundus cognoscet: etiam propter hoc collustratus est cum Iacob: & ideò se tandiu continuit quominus huic mulieri respõderet, ut homines ei⁹ uirtutes cognoscerent, & qui se Christianos esse gloriant̃ tales in infideli muliere dimitias contemplantes pudore confunderentur. Aduertite quas inuentiones, & modos quęrit De⁹ ad seruos suos honorandos. O Dñe benedicta sit tua admirabilis ,puidentia, & sapientia, 36
qua tales rationes inuenire scis, ut nobis beneficias. Desinite fratres mei amicitiam in terra inuestigare, & Dei amicitiam inite, q suos tãto honore afficit. Discite ex hac muliere perseuerãtiam in oratione, & licèt aliquando uobis Deus surdescere uideatur, credite illum omnia ad utilitatem uestram facere, ut perseuerantes maiorem gratiam, & postea maoirem gloriam comparetis. Ad quam nos perducat Iesus Marię filius, Amen. Gen. 22.

Feria VI. post Domin. primã In Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum & ascendit Iesus Hierosolymam. Ioannis. 5. 1

INNVMERABILES sunt res, quæ immensam Dei probitatem manifestãt. Vna autem ex illis, quę eam præcipue declarant, hæc est, nempè, q ita sui sancti nominis ampletudinem utilitati nostrę cõiũctam esse uoluit, ut q nobis utilius est, illud sibi glorioſius esse duxerit. Quapp alma mater Ecclesia in illo celeberrimo hymno, cuius exordium Angeli decãtantes composuerunt, cũ dixerunt, gloria in excelsis Deo, inter alias Dei laudes sit dicit: gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Vellem ego scire, quodnam gratitudinis genus hoc sit? Homines etenim ut se gratos præbeant ,p acceptis beneficijs gratias solent agere, Dei autem gloriam magnificare, ac sublimare, non uero pro illa gratias agere consueſcunt. Gloria nanque, quam Deus habet, non est beneficium, quod homines receperunt, ut pro eo gratias agant dicentes, gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuã. Quomodo igitur hoc proprio loquendi modo dici potest? dico quòd hominibus succurrere, eosque à morte liberare, atque ad uitam reducere, singulare quandam gloriam Deus esse ducit. Hoc manifestè declarauit p Esaiã Esai. 48.
dicens, propter nomen meum longè faciam furorem meum, & laude mea infręna bo te ne intereas. Propter me, propter me faciam, ut nõ blasphemer, & gloriam meã alteri non dabo. Vbi ueniam concedere gloriam suam appellat. Et Beatus Paulus Rom. 3.
dicit, omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei, ideſt, omnibus uecessaria est ueuenia, quæ quidem gloria Dei est. Et etiã Esaias, propterea expectat Dominus, ut Esai. 30.
misereatur uestri, & ideò exaltabitur parcens uobis, ideſt, cum uobis dimiserit peccata uestra glorificabitur. Et clarius, quam in his locis oĩbus hoc dicit Dominus per Esai. 4.
Esaiam, dabo in Sion salutem, & in Hierusalem gloriam meam. O superne Deus ac Domine maiestatis infinitæ, quænã gloria fuit,

fuit, quam Hierosolymæ ostendisti, ubi consputus, flagellatus, crucifixus, ac demũ mortuus fuisti. Hęc (ait) est gloria mea, pati, ac mori, ,p hominibus, & q illis est utilius, hoc ego honestius mihi, & glorioſius esse duco.
4 O benedictus sit talis Deus, benedicta talis pietas, & clementia? O beatos illos qui pro tali amore dignas gratias referre norũt? omnia enim quæ in hoc mundo, & Hierosolymis pp nos homines, & pp nostram salutẽ, atq; ut nos à peccati, & æternæ mortis iugo liberaret, operatus est (hæc inq̃ omnia) gloriam, & amplitudinem suam appellat. Atq; cùm hæc esset gloria sua nõ cessabat in nos beneficia conferre, & ad hunc finẽ ascendit Hierosolymam, ut dicit S. Euangelium, q, *Erat dies festus Iudæorum, & ascendit Iesus Hierosolymam*. Ac postq̃ in tẽplo ęternũ Patrem suum orauit, perrexit uisurus infirmos, qui iuxta illam piscinam in circuitu erant. In quo nos docuit, in diebus festis, at que etiam in omni tẽpore postquam, deũ
5 in templo, & in oratione laudauerimus, quo ad poterimus in proximorũ nostrorum, qui afflicti sunt, remedio, & consolatione nos Exod. 25.
oportere occupari? Ideo præcepit Deus ut in propiciatorio duo Cherubim cum hac dispositione essent. Expandentes alas, & operientes oraculũ, respiciantq; se mutuoversis uultibus in propiciatorium. In quo significabat, q etiã si homines nimis extẽsas habeãt alas ad uolandum in contemplatione, atq; spiritualibus exercitationibus, nõ ideo oportet eos à ,pximis suis faciem remouere, sed quòd debent facere, atque oportet fieri uersis uultibus, in propiciatorium, i. oĩa pp unũ Deum utrunq; debẽt fieri. Vnũ. n. ex illis, q ſcipuè ex oratione, & missa elicere debem⁹
est mĩa, & charitas erga ,pximos. O si ad hoc
6 attenderemus, quam plenę essent domus paperũ, & carceres hoibus in diebus festis, q uinctos, afflictos, & infirmos consolaret, eorum necessitatibus subuenirent. Verùm nimis miserabile est q plurimi homines totius charitatis immemores die festo manè in templum ad audiendam missam celeriter properant, ut se à diuinis rebus expediant, & sic totus dies ad ludendum, deambulandum, ad amicos uisendos, atque ad plurima flagitiorum genera perpetranda liber, & expeditus supersit. O maximam Christianorũ confusionem, quod in die festo Deo dicato plerumque illum magis, quam in alijs diebꝰ offendunt è Idcircò perpendit Origenes superfestus Iudęorum. Dies. n. festus, quę totum Orig. sup Ioan. c. 5.
in uestris uoluptatibus, Dei & proximorum immemores, & in executione uestrorũ turpium appetituum consumitis, uester potiꝰ, quã Dei dies festus appellandus est. Dies. n. festus Dei est ut uos occupetis ꝓpiuè in cõ 7
formando uos diuinæ Maiestati, & beneficiendo proximis uestris. Idcirco per prophetam Amos dixit Deus: Odiui & proieci fe- Amos. 5.
stiuitates uestras, & non capiã odorem cætuum uestrorum. Quod si obtuleritis mihi holocaustomata, & munera uestra non suscipiam. Et rationem reddens quare illa nõ esset susceptur⁹, dicit. Et portastis tabernaculum Moloch Deo uestro, & imaginem idolorum uestrorum. Et portastis, i. quia portastis. Perpendite diligenter qũo dicit, festiuitates uestras, & non festiuitates meas, q licèt (inquit) in illis aliqua mihi sacrificia offeratis, simul dijs, & idolis uestris sacrificium offertis, quocirca sacrificia, quę mihi 8
offertis nolo suscipere. O filij huius seculi attendite quid uobis hic dicit dominus, q d tibi prodest ò infælix peccator, q accedas in die festo ad audiendam missam, & rosarium recites, si postea ad idola, turpitudine, ludos, gulam, & alia scelera adoranda properas? tibi serua rosaria tua, missas, ac festiuitates tuas, has. n. festiuitates non uult dominus suas, sed tuas appellari. Qñ ꝓcepit ut se Exod. 20.
stum obseruaretur, dixit: Memento ut diẽ Sabbathi sanctifices: sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbathum domini Dei tui est. Pensate fratres hæc duo: alterum q præcepit diẽ festum sanctificari: alterum uerò præcepit illos meminisse diem festum domini esse nõ autem eorum, uos autem magis hunc diẽ, quam alios ultis uiolare, & ultis illũ magis uestrum, quàm Dei esse: Siquidem in eo uestros effrẽnatos appetitus, non autem diuinam eius uoluntatem exequimini. 9

Iuxta illam piscinam ad quam accessit dominus plurimi infirmi cõmorabant, qui in illa se salutem percepturos sperabant. *Angelus enim Domini secundum tempus descendebat in piscinam.* Nullũ erat tps constitutum ad Angelum descendendum, nisi qñ Deus uolebat. Non uult. n. Deus nos scire quando à laboribus simus exituri, ut maioris meriti nobis prębeat occasionem. Nã si scirem me post biduum, aut triduum ab

hac

hac necessitate esse exiturum, non possem plus, quam illud Deo offerre: nesciens autē quando Deus mea b illa auferet, licēt realiter cras auferendus sim, occasionem habeo offerendi Deo tolerantiam illius laboris p totum uitæ meę tps, totum.n. uitę meę tps cogitare possum necessitatem hanc durare posse: atq; hanc uoluntatem, & bonū ppositum mihi dns ad meritum reputabit, licēt
10 labor cras finiretur. Vt cognoscatis fratres quantum hunc optimum Deum glorificare debeamus, qui modos, & inuentiones inuestigat, ut occasionē habeamus, quo aliquo modo mereri possimus, ac si labores illos perpessi fuerimus. Huius rei mirificū quoddam habemus exemplum. Postq̄ Deus præ
Gene. 7. cepit Noe ut cum familia sua se se in arcam includeret, dicit sacratus Textus: Inclusit eum dns dē foris, i. quod clausit Deus ostiū arcæ foris, & claues secum detulit. Quid dne nonne melius esset ut Noe arcā intus clauderet, & ipsemet claues haberet, ut in tāta afflictione cōstitutus ostiū reserare posset, & portum tenere, quando illum inueniret, uel saltē ne magis affligeret uidēs se ita
11 inclusum? Non conuenit, nisi ut Deus claues deferat, & per easdem manus, p quas inclusus fuit, & in tot labores immissus, auferatur, non autem secundū suū liberum arbitriū, sed quando Deo melius uisum fuerit.

Et qui prius descendebat, &c. Quare dne hic primū descendentem sanabas, qñ autē operarios in uineam tuā misisti nouissimis prius mercedem reddidisti? illic enim (ait dominus) liberalitatem meam ostendi, & erat res mea: hic aūt hoīs negotium est me quærere, atq; ut me diligenter quærat, & inueniens me ueram salutem inueniat, uolo ut qui primus accesserit, sanus fiat. Ad res, quæ ad nostram spiritualem salutem spectant, oportet nos currere, ac si alter nobis gloriā ablaturus esset, & nos defraudati re-
12 māsuri essemus, cū optatū finē non conse-
1. Cor. 9. quemur. Hoc optimè sentiebat B. Paulus, cū diceret: Bonum est mihi magis mori: quam ut gloriā meā quis euacuet, Mallem (inq̄t) mortem perpeti, quā manere absq; pmio, quod ex Euangelij prędicatione me consequuturum spero. Miles, qui non habet æmulum, qui cum comperat, animi sui magnitudinem non ostendit, quum autem habet æmulatorem, tunc fortitudinem suam, & inuicti animi robur manifestat. Videns enim alium, eo quod optimus miles fuerit, sesēq;
Simile.

præstantissimum præbuerit, de milite, militū tribunū factum fuisse de tribuno vexillifērū de uexillifero ducē, de duce Magistrū militiæ, & denique magistro militiæ totius exercitus generalem ducem prefectū fuisse, fulcitur, & primus esse curat, qui illis præmijs afficiatur. Præcipiebat Deus, ut manna Exod. 16
summo manè, ante solis ortum colligeret, sole. n. liquefiebat, mirabilis res. Nam ut ibi
dem apparet igne condiebatur, & igne non 13
liquefiebat, sole uerò liquefiebat. Totum equidem hoc fuit modus, quo Deus usus est, ut illos excitaret ad surgendum diluculo, ut illud colligerent. Significans in hoc sedulam diligentiam, quam ad cœlestia dona recipienda uult adhiberi, & eos, qui ipsa cōsecuturi sunt, summo manè surgere oportere. Quid ad hoc dicent pigri, qui totā uitam obtusam degunt omnia in crastinū diē relinquentes, ac si uita, & temporum præsidentia in uoluntatis suæ dispositione sita esset? Aduerte ò hō negligens quid tibi Spi- Eccl. 5.
ritus sanctus consulat, dicens. Non tardes conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem: subito .n. ueniet ira illius, & in tpe uindictæ disperdet te. Non est hæc res, quā de die in diem differri oporteat: sed cogita hodie finiendos esse dies tuos. Ad faciendū illa quę tibi permagni interest fieri, princi- 14
pium diei soles assumere, & dicis: Fiat hoc hodie, quod ualdè necessarium est: illud uerò in crastinum differatur, parui .n. refert, licēt non fiat. Fratres mei in solis rebus quæ ad aīarum uestrarum salutem spectant, tpa commutatis. Nullus dies uobis illucescit, cuius initium à secularibus exercitationib⁹ non sumatis: res uerò spirituales, & quæ ad animam pertinent de die in diem differtis, tanquā res, quas tractari parui refert, & tristem animam comperendinatis. O infœlix anima quoties decepta es, & quoties tibi fides uiolatur, nec uerbum, quod tibi promittitur, adimpletur? Si hoies diuitijs certū
15 diem statuunt, & illis fidem suam astringunt, absque dubio promissis stare consuescunt. Quæ autem aīæ promittunt, nolunt adimplere; quia parui illam æstimant. Hæc Iosue 2.
autem lis non rata esse solet. In Iosue sic legitur de Raab: Dimittensque eos ut pgerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Vt primum prudentissima illa mulier cum exploratoribus constituit, ut signum ad custodiendam domum suam appo nere, statim funiculum illum, quod erat signum

gnum absq. mora apposuit, nec in crastinū diem distulit. Sub dubio uoluit se præparare, ac si diceret: [*Por si, o por no este hecho*] Ad uerte ergo ò miser peccator uitæ tuę finem aliqñ imponendum esse, nec scis, utrum ho
die, aut cras hoc faciendum sit, quare ergo
16 ita negligētem te pbes? Perpendit B. Chry
Act. 8. sostomus factū illud Eunuchi Reginæ Candacis de quo dicit q̄ simul ut p Philippum edoctus, & illuminatus fuit diligentiam maximam adhibuit in executione baptismi, & cum primum in uia aquam inuenit, dixit: Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? Sic oportet uos facere fratres charissimi in re
Psal. 119. tam necessaria, sicut est à peccato exire, & Dei gratiam impetrare. Attendite quo fer uore dicebat Dauid: Adhæsit pauimēto aīa mea, uiuifica me sm uerbum tuum: anima mea luto insit, uclociter succurre mihi si-
quidem id uerè, & ex aīo ad te conuersis, p misisti. Quid uult dicere: adhęsit pauimento anima mea? non benè intelligetur hoc
Simile. nisi per quandam similitudinem. Considera te stagnum aqua, & piscibus plenum: quod dum est ita plenum aqua, tanta cum celeritate, & gaudio in eo pisces innatant, & huc atq. illuc cursitant, ut uelocitate sua maxi
17 mam aspicientib. afferant uoluptatem. Si-
quis autem stagni foramen aperiat, tota aqua effunditur, & pisces in sicco manēt, & sic uidebitis eos in cœno uolutantes ac apertis oribus iam ferè magno cum agone morientes, palpitantes, atque in tantas angustias redactos, ut uisu sint miserabiles. Et nisi foramen iterum claudatur, & stagnum aqua repleatur, absque dubio citò oēs morientur. Dicite, quęso, si hi pisces locutionis, & rationis essent participes, qua animi contentione ad Dūm suum proclamarent, & illum instantissimè rogarent, ut stagni foramen celerrimè clauderet, illudque diligentissime aqua repleri imperaret? O utinā
18 ex hoc intelligatis fratres charissimi, q̄ ne-
cessarium uobis sit animarum uestrarū cō uersionem summa cum diligentia negotiari. Contemplamini conscientiam plenam gratiæ, esse quasi stagnum aquæ plenum, ubi anima quasi piscis balneatur, & innatat. O utinam Deus uos doceret quanta sit uoluptas, & gaudium animę, quæ in suæ bonæ conscientiæ stagno innatat, & quanta cum suauitate de sancta in sanctam considerationem cursitet. Si autem accidit ut stagni foramen aperiatur hoc est, ut mortale peccatum committat, illac tota Dei gratia effunditur, & anima in profundo conscientię suæ culpa obscœnā cum agone, & amaritudine, ac conscientiæ morsibus cruciata remanet exhalās, quasi piscis, qui in siccum deuenit. O quot amaritudines, & tribula- 19
tiones sunt animæ in peccato commoranti? Nunc intelligentur obscura uerba prophetæ dicentis; Adhæsit pauimento anima mea. Et si quidem anima in siccum deuenit, & est capax rationis, & consilij, ac suspirare potest, & calamitati suæ remedium postulare; uidete quam meritò debet Deum rogitare, ut sibi subueniat, & peccati foramē claudat, & pro sua diuina clementia iterum repleat stagnum conscientię a qua gratię dicens: Viuifica me secundum uerbum tuū. Nam etsi anima est immortalis, moritur tamen in ea esse gratuitum, quod habet, & sic oportet illud à diuina maiestate instantissime postulare.

Sequitur in textu *Erat autem quidam homo ibi triginta & octo annos habens infirmitate sua.* Quę noua loquēdi ratio est hæc, 20
qua S. Euangelista utitur: Annos enim non habemus, nam ex tempore nihil aliud habemus, quàm; nunc; & præsens instans. Quis autem dubitat quin optime dictum fuerit, quod Spiritus sanctus dixit? Voluit autem in hoc significare hunc hominem eo q̄ patientiam habuisset, infirmitatis suæ annos non amisisse, sed omnes illos conseruatos habere, & omnes esse suos, quandoquidem eos per patientiam, in spirituaPsalm. 72.
lem utilitatem suam conuertit. Ita dicit Da uid de iustis: Dies pleni inuenientur in eis. In eis (inquit) inuenientur oēs dies eorum, nullum enim ex illis pdiderunt, inuenientur autem non uacui, sed meritis pleni. In malis non reperientur dies aut anni eorum
omnes enim illos prætermiserunt, & perdi 21
derunt. Et sic hanc peculiaritatem in sacra scriptura reperietis, q̄ loquens de uiris sanctis magnam habet curam annumerandi annos, quos uixerunt, dicens; Vixit Mathusalem tot annos, & mortuus est. Vixit Noe tot annos, & mortuus est. Et ita de Abraham, Isaac, & Iacob, & cæteris uiris sanctis; anni autem, quos mali uixerunt, minime in sacra scriptura memorantur. Referunt quidem sacræ literę mortem Cain, quam Lamech uxoribus suis narrauit, & mortem Ismaelis, Esau, & Absalon, nullius autem horum annos referunt. In

hoc

hoc uoluit significare Spiritus sanctus idem
2. Tim. 5. quod dixit B. Paulus: Vidua, quæ in delicijs
est, uiuens mortua est. Boni uiuunt, & habẽt
dies & annos suos plenos bonis operibus,
ne unam quidem horã uacuam habent, &
ideò eorum anni numerantur: mali uerò ui
uentes mortui sunt, acsi nõ uiuerẽt, & ideò
22 eorum anni nõ dinumerantur. De Saule di-
1. Re. 6. cit in primo Regum, q̃ regnauit Saul duo-
Act. 13. bus annis. Et in Act. dicit, q̃d regnauit qua-
draginta annis. Quia uerò in illis quadrãgi-
ta annis solos duos annos fuit bonus Rex,
seruus Dei, ideò triginta octo prætermittun
tur, & duo tantummodo referuntur. Ne ma
gni æstimes frater multos annos, quos fui-
sti matrimonio alligatus, aut rex, aut cleri-
cus, aut monachus, sed eos solos æstima in
quibus munere tuo bene functus es, quosq;
in Dei ministerio cõsumpsisti, cæteri n. oẽs
abierunt, & perditi sunt, pp̃ quos nisi pæni-
tentiam egeris, etiam, & reliqui amittẽtur.
Psalm. 72. Hac de causa in ipso Psalmo loquens Pro-
pheta de improbis, dicit: In labore homi-
num non sunt. Et Sapiens de ipsis improbis
Sap. 5. dicit: Lassati sumus in uia iniquitatis, am-
bulauimus uias difficiles. Quare ergo dicit
hic Dauid malos laboribus carere? Nũquid
non est labor, quem patitur auarus sine ulla
tranquillitate diuitias acquirens? & non est
23 labor maximus, quem suffert ambitiosus,
ut quod expetit, consequatur? quem autẽ
laborem patitur hõ libidinosus, ut fœminã
adipiscatur? Hos igitur sancte Propheta nõ
appellas labores? Dico labores esse: uerùm
non hominum quidem, sed brutorum ani-
mantium sunt labores. Labor, qui ad pec-
candum, ad furandum, & ad iniurias ulci-
scendas toleratur, est labor brutorum, non
aũt hominum. Proprium est iumenti alijs
Simile. laborare. Incipit agricola cum iumẽto suo
à mane usq; ad noctem laborare, & illud li-
gnis oneratum huc, atque illuc per uias de-
ducit. in nocte aũt iumentum sine utilitate
lassatum manet, & agricola nummos suos
defert. Sic tu tota die commoraris cogitãdo
iniuriam, quæ tibi illata est, incipis te curis,
furoribus, atq; armis onerare, & ita onera-
tus pergis, atq; illum, qui tibi iniuriam in-
24 tulit, percutis. Et hinc prouenit, ut patriam
tuam relinquas, & à domo, uxore, liberis,
ac tranquillitate recedas. Hoc quidẽ onus,
est iumenti laborantis, & nullũ cõmodum
deferentis. Tu uerò dines, q̃ tantopere labo-
ras, oẽm aũt quæstum Dñs tuus defert, qui
est mundus, qui te quasi iumentum onera-
uit. Tu (inquã) prę nimio põdere uulnerat
oĩ tuo labore p̃dito in infernũ detruderis.

Sequitur in textu. *Hunc ergo cum uidisset Iesus &c.* O benedictam patientiã, quę ocu-
los Dei inuitat, ut eam habentem intueat,
quasi id, quod sibi grauissimũ est? Patientia,
qua hic miser homo in infirmitate sua usus
est, Dñm cõmouit, ut in illum oculos coni- 25
ceret, eiq́ue occurreret. Tam excellens est
uirtus patientia, ut ex ea aliarum uirtutum
qualitas, & perfectio perspiciatur, & cogno-
scatur utrùm tã perfectæ in hoĩe sint ut esse
oportet. Et sic quanquam S. Iob (ut in sacra
Scriptura apparet) ante tribulationem suã
plurimis, ac maximis uirtutibus splende-
bat, eas tñ oẽs Sathanas calumniabatur, di- Iob 1.
cens: Nunquid Iob frustra timet Deũ? non-
ne tu uallasti eum, &c. Eo q̃ eius uirtutes
nondum fuerant tribulationis igne examina-
tæ, occasionem habebat diabolus calum
niandi, & improbandi eas, q̃ defectum habe
rent. Postquam autẽ uir sanctus tribulatio-
ne acerrimè percussus, in eadem tamẽ inno-
cẽtia perseuerauit, tam exacta, & perspecta
eius uirtus mansit, ut ne Magister quidem
calumniarum aliquid inuenerit, quod pos- 26
set improbare. Adeò examinatum atq; om
nis suspicionis immunem hominẽ iustum Psal. 13.
patientia relinquit. Quod intelligens S. Da
uid, dicebat: Proba me Domine, & scito cor
meũ. Hoc est igne tribulationis sicut exami
nat aurũ in fornace, ut in hoc cognoscã, an
uia iniquitatis in me sit. O q̃s in tm̃ pfectio
nis gradũ peruenire, sicut peruenit Dauid,
qui optabat, ut uirtutes suę examinarẽtur,
quò in tribulatione patientiã suam manife
staret. Interrogauit aũt Dñs hunc miserum
hominem, dicens: *Vis sanus fieri? Respondit ei, Domine hominem non habeo.* Obstupen-
dum est, quàm parum charitatis illi habe-
rent, quòd ex tot hominib⁹, qui illuc uenie
bant, & ex tot sacerdotibus, qui ea, quæ in
templo offerenda erant, abluebant, nullus
fuerit, qui in illum miserum infirmum ocu-
los conijceret, eiq́ue in illa necessitate suc
curreret. Admirabilis autem est solicitu- 27
do, quam habebat Beatus Paulus non so- 1. Co. 16
lum in prædicando, sed etiam in eleemo-
synis ad pauperes procurandis. Et ita dicit:
De collectis autem, quæ fiunt in sanctos,
sicut ordinaui in Ecclesijs Galatiæ, ita & uos
facite per uiam Sabbathi. Vnusquisque ue-
strum apud se reponat, recondens quod ei
bene

bene placuerit, ut non cum uenero, tunc
collectę fiant. In oĩbus Ecclesijs uolebat S.
Apostolus omnes Ecclesiasticos hanc pijs
simã curam habere. Et Iesus Christus Re-
dẽptor noster uoluit tot sacerdotes in sua
28 sancta Ecclesia esse, non solum ut canerent,
sed ut essent pauperum patres & protecto
res. Iucundior enim Deo est charitas, quã
cantus, & organa, licet sint sancta & bona.
Quocirca hoc oportet fieri, & illud non
Amos 6. omitti. Caueant autem ne sint sicut illi, de
quibus dicit Amos: Sicut Dauid putauerũt
habere uasa cantici, bibentes uinũ in phia-
lis, & nihil paticbantur super contritione
Ioseph. Ne arbitremini patres mei solis mu
sicis, & canticis diabolum expellendum es-
se sicut Dauid illum cithara sua expelle-
bat. Diaboli enim magis timent charita-
tem Dauidis, quàm eius cantus. Ardentissi
ma charitas, qua ueteres olim Presbyteri
prædita erant in pauperes, in claudos, & in-
firmos, occasioni fuit antiquis Christianis,
29 quò tot hereditates, & redditus sanctæ Ec-
clesiæ relinquerent: sibi enim persuaserunt
illos acceptis rebus sibi necessarijs ex resi-
duis pauperes, & infirmos alituros esse.
August. Compatimini ergo patres mei sup contri
tione Ioseph. Beatus Augustinus super hæc
uerba dicit, nomine Ioseph quẽlibet pau-
perem derelictũ intelligi, sicut erat Ioseph
in carcere illo in terra aliena. Compatimi-
ni ergo super contritione infirmi, & carce-
re uincti. Hæc autem uirtus misericordiæ,
in omnibus Christianis splendeat, sed lon-
gè maximè in uiris Ecclesiasticis (sicut opor
tet) illucescat, siquidem eorum uita cęteris
omnibus debet esse totius pietatis, & uirtu
tis exemplum.
30 *Hominem non habeo.* (dicebat ille) Nõ
piscinæ quidem, sed hominis inopiæ defe-
ctum tribuebat. O incommutabilis Deus,
quot hominẽs animi morbo hodie labo-
rant, eo q̃ hominem non habeant, qui eos
adiuuet, & doceat sicut necesse est. O pa-
tres Ecclesiastici, q̃ Ecclesijs p̃fecti estis, &
quibus animarum cura incumbit, ne illa-
rum solicitudinem deponatis confidentes
capellano, quem illis uestro nomine con-
stituistis, eisq; omnem laborem relinquen
tes, attendite plurimas esse spirituales ne-
cessitates. Sunt in hac urbe mille uiri eccle
siasticis annumeratis clericis, & religiosis,
& uix inter eos reperitis, cui peccata uestra
confiteamini, nescitis enim in quem ocu-
los conijcitatis, aut cui scelera uestra reue-
letis, & maximè dubitatis ac uacillitatis, di-
centes: Si audebo peccata mea illi, aut illi
reuelare, & nescitis, ad quem confugiatis,
atq. ita quando ad confessionem accedere
debetis, uidetur cor uestrum coarctari. Vos 31
autẽ habetis in uno oppido clericum unũ
decem annos, qui ferè quotidie cum inco-
lis rixatur, & fortasse quando agricola ad
confessionem accedit, non audet peccata
sua reuelare, q̃a clericus est inimicus suus.
O quàm optimum, esset, ut hęc quadragesi
ma deferretis illuc duos, aut tres sacerdo-
tes, ut confessiones audirent, & uos etiam
illos uisitaretis, & consolaremini, & cum
eis partem aliquam reddituum uestrorum
in eleemosynis consumeretis. Non etenim
omnia in malarum tegumentis, & super-
fluis fastis oportet cõsumi. O gloriose Pau
le benedicta sit maiestas illius, qui te tam
supernè illuminauit, & charitatis igne in-
flammauit, ut tantoperè proximos tuos di
ligeres, & præter corporale illorum reme-
dium, de quo iam diximus, tam solicitè ip-
sorum spiritualem salutẽ curares. Notate
patres mei, q̃d glorioſus hic Apostolus in
hac re de seipso dicat. Vbi postquam narra 32
uerat quomodo fuerat in laboribus pluri- 2. Co. 11.
mis, in carceribus, in plagis supra modũm,
tet uirgis cæsus sum (inquit) semel lapida-
tus sum, ter naufragium feci, &c. periculis
ex gentibus, &c. In labore, & ęrumna, in ui
gilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs mul-
tis. In frigore & nuditate, de omnibus his
dicit. Præter illa quæ extrinsecus sunt. Præ
ter hos labores (ait) qui sunt extrinseci, &
quasi nihil me tangunt, si comparentur cum
ijs, quos in corde meo habeo, sinlitantia
mea, quotidiana solicitudo omnium eccle
siarum. O diuina uerba? ò diuinam exagge-
rationẽ? ò diuinũ zelum? ò diuinũ ardorem
amoris in proximos? Hoc est (inquit) quod
cruciat cor meum, nempe cura, & solicitu
do non unius quidem, aut uiginti, sed om- 33
nium ecclesiarum orbis. Quis infirmatur,
& ego non infirmor? quis scandalizatur, &
ego non uror? Sic oportet fieri patres mei,
non uerò qua negligentia animarum salus
iu hic miserrimis temporibus curatur. Nũ
quid non sunt hæ animæ, pro quibus Ie sus
Christus mortuus est? Nunquid uos illa-
rum curam non susc epistis? Nunquid igno
ratis uos illarum rationem reddituros esse?
Quare igitur illas pauperi, & indocto cle-

rico,

rico,quem illic constituistis, committitis? Non solum autem Prelatos, & Ecclesiasticos uiros, sed & nos etiam inuicem alijs oportet fauere,& proximorum nostrorum curam gerere.Idcirco dicitur de iustis, Fulgebunt iusti,& tanquam scintillæ in arundineto discurrent: Arundines profecto uacuæ,& leues,sunt peccatores: iusti autem scintillæ,ut eos in diuino amore inflament.

Sap.3.

Iob 5. 34 Et ita in Iob,ubi nos legimus.Hō nascitur ad laborem, Paraphrasis Chaldaica sic habet:finis hominis quasi scintilla. Homo natus est,nō ut quiesceret,sed ut quasi scintilla alios comburat, & proximos in bono accendat.Atq; ubi hoc deest securè diabolus negotia sua conficit:Gigas ille Goliath Hebræos ad pugnam prouocabat, dicens. Eligite uobis uirum,& descendat ad singulare certamen. Singulos illos,non autem binos prouocabat. Hoc desiderat etiam diabolus ut uos singulos inueniat, sine amico, aut proximo,qui uobis uirtutem cōsulat,quiq; salutem uestram curet.Cognoscit.n. q frater,q adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi uectes urbium. Iudicia, & consilia duorum quando cum charitate tractantur,erunt(inquit)quasi fortissimę serę portarum urbis.

1.Re.17.

Prou.18.

Dicit clemētissimus Dns huic paupercu 35 lo,siquidem hoiem non habes, ego ero hō tuus &adiutor. *Surge,tolle grabatum tuum & ambula.Et statim sanus factus est homo.* O mirificam & admirabilem potentiam optimi Iesu,quam uelociter, & in uno instanti uno uerbo suo,tanquam uerus Deus salutem claudis,& infirmis conferebat, & ad uitam mortuos reuocabat? Eia peccatores confugite ad hūc diuinum medicum, attendite quomodo uos ad salutem inuitat dicens unicuique uestrum,uis sanus fieri? Qualis est infirmus, qui salutem non exoptet? Qualis uinctus, qui libertatem non desideret? Qualis nudus, qui uestem non cupiat? Qualis denique famelicus,qui ci- 36 bos non expetat? O infœlix anima, tu sola salutem negligis. O Deus immortalis quid hic efficio? aut quid uerbis rueis conficio, siquidem hæ animę, quas redemisti ad te non accedunt? Per infinitam misericordiam tuam te deprecor Domine, ut earum corda uelis mollire ut ad te uerè conuersæ gratiam tuam recipiant,& postea cœlesti gloria perfruantur. Ad quam nos perducat. Amen.

Sabbatho post Dominicam I. In Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrē eius, & duxit illos in montē excelsum seorsum, & trāsfiguratus est ante eos. Math.17

DICATVR litera usq.ibi,& re splenduit facies eius sicut Sol. In Apocalypsi dicit q uenit Angel⁹,& dixit B.Ioanni. Veni, & ostendam tibi sponsam uxorem Agni, & sustulit me in spiritum montem magnum, & altum;& ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalem descendētē de cælo à Deo habentem claritatē Dei.Postquā demonstraci sunt huic S.Apostolo labores, quos iusti in hac uita toleraturi erant,ne illis deterreret elatus est in illū montem excelsum,ut eius tatem illam sanctā suspiceret,in qua Deus cos,qui in hoc seculo afflicti, & tribulati fuerant,honoraturus erat.Idem facit hodie Christus redēptor noster suis S.Apostolis, & in illis,oibus nobis.Dixerat.n.illis paulo antea illos oportere pp eū labores perpeti & non solùm illos,sed oēs,qui eum sequi uellent,& statim ne deficerent uoluit illis ostensionē facere premiorū,quæ pp illos la bores recepturi erāt.Hic est mos Dei.Quia sanctus propheta Esaias plurimos labores toleraturus erat:peculiarem quēdam fauorem,& subsidiū illi Deus mittit, quo illos facilius patereturillud.s. quod ipse dicit. Vidit Dnm sedentem super solium excelsum,& eleuatum.Et Seraphim clamabant alter ad alterū,& dicebant,sanctus,&c.Plena est oīs terra gloria eius.Macerabat se S. Daniel ieiunijs,& planctu,ut ipse dicit. In diebus illis lugebā ego Daniel triū hebdomadarum diebus,panem desiderabilem nō comedi,& caro,& uinum non introierunt in os meum.Et ne deficeret,& exanimaretur, misit illi Dns maximum refrigerium quod fuit.Et ecce uir un⁹ uestitus lineis, & renes eius accincti auro obryzo.Misit ad illum Dns Angelum preciosis uestibus indutum,& cingulo aureo succinctum,ut uidēs quō Dns seruos suos tractaret,in eius seruitio fulciretur.Sancto Abrahę precepit de⁹ ut eleuaret oculos in cœlū,dicens, Inspice cœlum,& numera stellas si potes. Hoc aūt fecit

Esa.6.

Apoc.1.

Dan.10.

Gen.15.

fecit,ut uideret quo præmio afficiēdus esset pro peregrinationibus suis.Vt Sathanas homines superet, medium, quod assumit est oīndere eis flores,& gloriam mundi ut apparet in Matthęo.Cùm arbitrans Christū Re Matt.4. 4 demptorē nostrū purum hoiem esse, siquidem se ex una in aliā partē deferri permitterat: oīndit ei oīa regna mundi, & gloriam eorū,& dixit ei: Hæc oīa tibi dabo si cadens adoraueris me.Ne igitur diabolus nos post secutari gloria attrahat, nobis hodie ante oculos proponit supernus filius Dei gloriā suā,ut illius amore capti oēs seculares honores,& glorias despiciamus. *Et resplenduit* Hebr. 10. *facies eius sicut Sol.*S.Paulus agens de futura beatitudine,sic dicit: Vmbram.n.habens lex futurorū bonorū: non ipsum imaginem rerum, nunquā potest accedentes perfectos facere. Quibus uerbis significat in ueteri testō demonstratam fuisse cælestem beatitudinem in umbra:in lege aūt gratiæ, nō umbram quidem, sed illius imaginē ostendi. Multū interest inter imaginē, & umbram. 5 Vmbra quippe nimis confuse illud oīndit, cuius est umbra: non assignat peculiares quasq; perfectiones aut defectus, ut appareat in umbra hoīs,quæ non ostendit distinctē ubi nā sit uultus,oculi, dentes, &c. Imago aūt si est uera imago singula quæque distinctē manifestat:illic apparet uultus physionomia,oculorū pulchritudo, dentiū candor, præcipuè si imago sit uiua, qualis fuit Angelus ille, quem uidit B.Ioānes qui erat Apoc.1. uiua imago Christi Redemptoris nostri, ut illic dicit. Vidi similem filio hoīs inter illa aurea candelabra uestitū podere, & præcinctū ad mammillas zona aurea: lex ergo uetus non habebat glorię imaginē, sed umbram tm: non.n.in ea tam distinctē ostendebantur qualia sint illa futura bona. Lex 6 aūt gratię imaginem habet gloriæ. Vis uidere oī aia Christiana uiuā nostræ beatitudinis imaginē? Ascende montē Thabor, & aspice Iesum Christū transfiguratū,& gloriosum,hæc etenim est uiua gloriæ nostræ imago. O fratres charissimi quantoperè ad oē uirtutis genus excitaremur, si perspicacibus oculis, & attenta animi contēplatione diuinā hanc imaginē uellemus aspicere? Non admiror ego Ægyptiū, qui uaccā pro Deo adorabat, cū eam semper humi herbā carpentē uideret, nunquā oculos in cęlum eleuasse. Nec mirū mihi uidet eos,q talpas adorabant, & uespertiliones, tanquā Deos uenerabantur, cæcos semper incessisse,sicut Deos suos terrā fodientes,acquirentes, & comedentes ipsam. Quod autē,cùm talem Deū habeamus,qui ita splendet quiq; talē gloriæ,quam nobis daturus est, in mūdum nobis imaginē misit.tam obscœni tn, terrestres,ac cœci incedamus: hoc in maximam admirationē,& stuporem cū rapit, qui tan 7 tā infœlicitatem, & amentia uult profunde considerare.Ne post mundū ab eas cœlestis tibi gratia ostenditur.Si.n. post illū abieris eius res te ita inficient, & co inquinabunt, ut ineptus maneas ad cœlestē illū splendorē recipiendum. In Apocalypsi dicit B.Ioānes se uidisse mulierē quandam, & mulier(inquit)illa circundata purpura, & coccino,& inaurata auro,& lapide pretioso, & margaritis,& in fronte eius nomen scriptū, Babylon magna mater fornicationum, & abominationū terræ.O rem mysteriosam?Vult dicere hoc fratres mei gloriā mundi, perpolitas uestes, diuitias, & abundantiam matrem,& originē esse oium turpitudinum,& abominationū, quæ in terra cōmittuntur, quibus Dns magnoperè offenditur.Naamā Syrus plurimā hebebat uestes,quas permu 4.Reg.5, taret,& quibus se mutuò indueret,sed ple- 8 nus erat lepra. Aurum, & bona tpalia non reddunt hoies splēdidos,sicut Moysen,qui Exo.34. cū quadraginta dies ieiunasset,non descendit de monte pallidus,nec macilentus, sed decorus,& splēdidus. Ascendite fratres mei in hunc montē Thabor, in hanc uiuā imaginē oculos conijcite, gloriā uobis præparatā contēplamini,lentissimè hęc oīa rumi nate, & uidebitis quales uos postea experiemini. Ad hanc tam admirabilem, tamq; necessāriam rem sanctiores, & principaliores Apostolos elegit, atque hos secum duxit. In quo magnos dominos, & prelatos docuit, ut in rebus suis bonos socios quæ- 2. Reg.8. rant, & in consilia sua uiros probos adhi- 1.Para.18. beāt. In sacra Scriptura dicitur res quędam (meo uideri)difficillima,s.quòd filij Dauid 9 erant sacerdotes. Quomodo potest hoc fieri,cum filij Dauid non esseut ex tribu Leui, sed ex tribu Iudæ, quamobrem non poterant esse sacerdotes? Si autem diceremus Dauid liberis suis sacerdotium usurpasse, falsum esset: quid ergo significat hoc? Rñdeo q significat, aut filios Dauid fuisse sacerdotes,s.sacerdotū ministeriū exequutos fuisse, quod est membra cum capite reconciliare, & populum tanquā bonos filios in

pace

pace cõstituere. Aut ẽt significat Dauid habuisse sacerdotes quasi filios dilectissimos, eosq; sicut uiros sanctos, & Deo cõiunctos dilexisse, atque illos in oibus negotijs suis consuluisse. Potest ẽt significare oẽs eos, qui
10 sacerdotum munere fungebantur, quinq; pacem, ac cõe reipublicæ bonum curabant ab hoc optimo Rege, quasi filios charissimos dilectos fuisse. Cauete ne cum illis cõ uersemini, qui uos ad indignationem, & discordiam cũ uestris excitent. Et ad hoc prò positum dixit Propheta. Non habitabit in
Psal. 110. medio domus meę, qui facit superbiã: qui loquitur iniqua nõ direxit in cõspectu oculorum meorũ, dicit, in medio, i. in intimo. Nam si aliqñ, ad grauiora mala eius euitanda, hoiem iniquum domi uestræ finitis habitare oportet uos diligẽtissime cauere, ne in medio eius, hoc est, in corde illius habitet, hoc est (ut clarius loquar) ne illum familiarem, aut consiliarium habeatis, nec negotia uestra cum hoie malæ cõscientiæ tractetis, sicut dicit hic Dauid se fecisse, seque ho
11 minem malæ linguæ cum affectione non aspexisse, nec talem suis oculis gratũ fuisse.

Cum illis præcipuis, & sanctioribus Apostolis ascendit Dñs in montem, & cum illis, ac coram illis orauit, & orans trãsfiguratus est, ut S. Lucas refert. Arq; illo ita transfigu-
Luc. 9. rato dicit idẽ S. Lucas illic apparuisse Moysen, & Heliam. Erant (inquit) Moyses, & Helias uisi in maiestate, i. glorioſi. Hic locus est admirabilis, affectuosus, & maxima consideratione dignus. Certum est, q; Moyses & Helias in locis, in quibus commorabantur, Anima quippe Moysi in sinu Abrahæ, Helias uerò uinus in terrestri paradiso, non cum maiestate, & glorioſi cõmorabantur, sicut hic uisi sunt. De illis. n. qui cum bona conscientia ante mortem Dñi nostri Iesu Christi ex hac uita discesserunt, aperte statuit S. Paulus, q; non erant beati, cum non-
Hebr. 9. 12 dum propalata esset sanctorum uia. Et ad
Hebr. 11. Hebræos sic dicit de illis Sanctis Patribus. Iuxta fidem defuncti sunt oẽs isti non acceptis repromissionibus, sed à longè eas aspicientes, & salutantes, & cõfitentes: quia peregrini, & hospites sunt super terram. Mortui sunt (inquit) cum spe, q; siquidem in hoc seculo peregrini fuerant, Deus illis peregrinationis suæ mercedẽ redditurus erat: & siquidem nihil seculare diligentes in terra permanentẽ ciuitatẽ habere noluerãt: illos ad cælestem Hierusalem perducturus erat.

Perpendite fratres mei hæc duo diligentissime: alterum, q; ex eo q; peregrini fuerant magna illa spes eis dimanabat. Hoc est, quia oẽm amorem suũ in Deo, non aũt in rebus secularibus cõstituerant. Alterum, q; etsi tã
13 sancti erant, non tñ beatitudinis præmium statim receperunt, quousq; diuinus redemptor mũdi mortuus est. Heliam aũt certum est adhuc in corpore mortali uiuere, gloria verò nemini, nisi post mortem dari solet. Quo ergo in maiestate uisi sunt? Quòd si qs dicat ex Christi Dñi nostri societate exteriorem illã gloriam prouenisse: per consequens dicendum esset illos tres discipulos etiam illius gloriæ debuisse participes fieri. Quod falsum est. Quapp rñdendũ est gloriam illa, & maiestatem illis duobus peculiariter maximo quodam miraculo à Iesu Christo redẽptore nostro cõcatam fuisse, ut Apostoli, & nos ẽt in illis uideremus ad quantã gloriam, & maiestatem extolluntur illi, qui cũ zelo (sicut Helias) & cũ legis ob-
14 seruantia (sicut Moyses) tali Dño seruiunt. Atq; idcircò uobis superi? dixi fratres hũc locum mirabilem, & affectuosum esse. Non solũ etenim uoluit Dñs corã discipulis suis tran figurari, & in se gloriæ imaginẽ ostendere, sed uoluit, ut illi duo fideles eius serui, glorioſi ẽt comparerent, ut magis signatiam nostram confortaret, & ut cognosceretur nõ solum filium Dei quatenus hoiem glorioſum esse, uerùm etiam ueros eius, ac fideles seruos sempiterna gloria afficiẽdos esse. Discamus ergò diuinam legem, quam nobis Dominus dedit, obseruare, sicut Moyses illam, quæ sibi à Deo data est, custodiuit, quanquam grauissima, ac difficillima erat, & illã Dei nomine tanto perẽ Hebræis commendauit, ut illis dixerit. Audi Israel, & obserua, ut facias quæ præcepit tibi Dominus. Erantq; uerba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis eis
15 filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atq; surgens alligabis ea, quasi signum in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, scribesq; ea in limine, & ostijs domus tuæ. O admirabiles exaggerationes attendite quot uerba illis dicit, atq; hoc tantope re illis commendat, solummodo ut diuinæ legis custodiendæ curam haberent. Quanto igitur maiori ratione hæc omnia nobis circa Euangelicæ legis obseruantiam dici possunt, ut illã in quatuor locis collocemus, in corde

Deut. 6.

corde, ideſt, quòd illam intimo cordis amore diligamus in ore, ideſt quòd ſæpenumero de ea loquamur, & agamus, ſicut de re, q̃ noſtra tanti int reſt: in manibus, ad obſeruandum eam, & ſuper oculos. Quòd ea qua ſi conſpicilia ante oculos feramus. Ita ut in omnibus, quę fecerimus, & uiderimus, diuinam legem ſemper ante oculos proponamus, ut ſemper nos illa gubernemus: ſicuti
16 facit, qui conſpicilijs utitur, qui ad ſingula, quæ uiſurus quæq; facturus eſt ea ſibi ante oculos proponit, & quantum erat hic plorandum, atque etiam reprehendendum, q̃ tã procul abeſt diuina lex à cordibus, ore, manibus, atque oculis noſtris, & tamen tã ſecuri, & læti ſumus, ac ſi illam ad unguem (ut aiũt) obſeruaremus. O maximam infœli ciſſimorum hominũ cæcitatem, qui ſemetipſos tàm inaniter uolunt decipere?

Non ſolùm aũt Moyſen in legis obſeruãtia, ſed ſanctum ẽt Heliã in diuini honoris
Gen. 49. zelo oportet nos imitari. Circa quod notate myſterioſam quandam rem, quę habetur in Geneſi, ubi dicitur. Quòd benedicẽs ſanctus Patriarcha Iacob tribubus generationis ſuæ, maledixit tribui Leui, dicens. Male-
17 dictus furor eorũ, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. De hac autẽ tribu Leui, ita maledicta uidete quid poſtea dixerit Moyſes, ſancta quadam benedi
Deu. 33. ctione illis benedicens, q̃n Hebræi in deſerto in maximam illam idolatriã inciderunt. In cuius culpæ pœnã dixit eis Moyſes. Hæc dicit Deus Iſrael. Ponat uir gladium ſuper fœmur ſuum: ite, & redite de porta uſq; ad portã per mediũ caſtrorum, & occidat unuſ quiſque fratrem ſuum, & amicum, & proximum ſuũ. Fecerũtq; filij Leui iuxta ſermonẽ Moyſi, ceciderũtq; in die illo quaſi uiginti tria millia hominũ. Cùm autem hanc Hebræorũ ſtragẽ edidiſſent, dixit illis Moyſes: conſecraſtis manus ueſtras hodie Dño, unuſquiſq; in filio, & fratre ſuo, ut deẽ uo-
18 bis benedictio. Hãc tantam benedictionem illis dedit, quos antea S. Iacob maledictione abiecerat, benedicit (inquam) eis Moyſes eo q̃ tã pauci cùm eſſent tãta ai conſtantia in maximã illã multitudinẽ impetũ facere auſi ſunt, ipſiq; ſoli diuini honoris zelatores ſeſe præbuerunt. Nã cùm Moyſes uniuerſo exercitui dixiſſet, ſic ut ibidẽ legit, ſi quis eſt Dñi iungat mihi, congregati ſunt ad eũ oẽs filij Leui. Hi ſoli diuinarum partium defen-

ſores ſe pſtiterunt, atq; his dixit Moyſes ut gladios ſuos euaginarent, qđ protinus illi unanimiter fecerũt, manuſq; ſuas in proprios fratres, ac liberos pp gloriam Dei, & pp zelũ honoris eius intulerũt. Et ſic digni effecti ſunt, qui bened cerentur illi, q̃ antea maledicti fuerant. Vt uideatis quanti referat hoies diuini honoris præcipuè in rebus difficillimis eſſe zelatores. O Deus infinitæ
19 maieſtatis (neſcio quo modo hoc dicã, aut quibus uerbis ſatis dignè ualeam ampliare) tam tepidè homines tuam infinitam probitatem diligunt, ut nolint, non dicam parentes cõtra liberos, aut fratres cõtra fratres decertare, ſed ne minimũ quidem admonitionis, aut reprehenſionis uerbũ pro tua gloria, & honore alij alijs uelint dicere, licèt eos in numerabilia peccata uideant committere, quare hoc non ſentimus fratres mei? Quare non lamẽtamur, quòd in nobis tam parùm amoris, ac zeli diuinarum rerum experiamur? Imitamini, ò Chriſtiani S. Heliam, cuius uerba erant quaſi ignis ardentiſſimus, & pp honorem, & gloriã Dei proteruorũ ſuppliciũ poſtulabat, ſi uultis à Dño glorificari.

Dicit ẽt B. Lucas, q̃ cum duo illi uiri in il
20 la maieſtate exiſterent, dicebant exceſſum eius, quem completurus erat in Hieruſalẽ. Eodem tpe, quo optimus Ieſus gloria exor
21 nat⁹ eſt, uult, ut ſecũ de cruce agat, gloria. n. crucis eſt fructus. Notate hic rẽ ſingularem, Moyſes legẽ, Helias prophetas, Ieſus Chriſtus uero Euãgeliũ repræſentabat. Loq igit Moyſen, Heliam, & Ieſum Chriſtũ redẽptorem noſtrũ de cruce ſignificat legẽ, Prophetas, & S. Euangeliũ oẽs de cruce agere. Q cùm ita ueriſſimum ſit fratres chariſſimi, à quo uos didiciſtis uoluptates, quas tãto ſtudio, ac tanta animi contentione inquiritis? Iſai. 3.
Iſaias dicit. Erit pro ſuaui odore fętor, & pro zona funicul⁹, & pro criſpanti crine calui-
Hiere. 9. tium, & pro faſcia pectorali, cilicium, hoc eſt, omnes uoluptates, & deliciæ corporales, in æternum tormentum, ac confuſionẽ tibi cõuertentur. Et Hiere. dicit. Ecce ego ci
22 babo populum iſtum abſynthio, & potum dabo eis aquã fellis. Et iam contra reddiderat huius rationem dicens, quia non audierunt uocem meam, & abierunt poſt prauitatem cordis ſui, & poſt Baalim. Comedentes (inquit) & bibentes, & mille turpibus uoluptatibus ſe tradentes à me receſſerunt. Et Amos affirmat turpiſſimas iſtas carnes, quibus tãtoperè idulgetis in ferũtes ollas eſſe. Amos 4.

immittendas. Leuabũt (inquit) reliquias ue
ſtras in ollis feruentibus. Eia ergo, ò miſeri
atque infelices peccatores quare non ani-
maduertitis vos has voluptates trãſitorias
æternis tormẽtis eſſe ſoluturos, niſi eas ab
ijciatis, & amodo in via cruris ambulare in
22 cipiatis? Breui quodam tpe, quo Dñs in hac
mortali vita ſanctiſſimus corpus ſuum glo
rioſum eſſe voluit, etiam tunc de exceſſuis
tormentis, & acerbiſſima morte, quam paſ-
ſurus erat loqui voluit. Tu vero ò infelix
nullum vnquam in toto uitæ tuę tpe labo
rem vis perferre, nec ſaltem recordari, te a-
liqua die moriturum, atque iſta omnia ali
quando tandem eſſe finienda? Cõſidera pec
cator quomodo peccata tua effecerunt, vt
ſanctiſſimũ illud corp⁹ tota illa gloria, quã
Dñs in ſua transfiguratione demõſtrauit,
toto vitę ſuę tpe careret. Vt.n. p illis ſolue-
ret gloriam animæ Dñs ſuſpendit, & ità cor
pus ſacratiſſimum poſſibile, & mortale re-
manſit. Quæ ergo modicũ aliquid afflictio
nis propter illum non patieris, qui propter
te tantos q; labores tolerauit? Satis apertè
Gala. 5. ſignificas te non eſſe ſectatorem Chriſti. Di
cit.n. Beatus Paulus. Qui Chriſti ſunt carnẽ
crucifixerunt cum vitijs. Nota te illa verba,
23 quæ Chriſti ſunt. Notate ẽt carnem, & vitia
in pœnitentiæ cruce vires ſuas amittere.

*Reſpondens autem Petrus dixit ad Ieſum, Do
mine bonum eſt nos hic eſſe.* Si tam glorioſum
ſe Dñs oſtendit, cum gloriam corporis ſui
tãtũmodo demõſtrarit, quid eſſet, ſi animi
ſui gloriam reuelaſſet? Quid aũt eſſet, ſi diui
nitatẽ ſuam (quod eſt totum bonũ) decla
raſſet? Tunc maiori rõne diceret B. Petrus:
Dñe bonũ eſt nos hic eſſe. Idcirco rogabat
Pſalm. 41. Dauid dicens. Qñ veniam & apparebo an-
te faciẽ Dei. Qñ B. Petrus Dñm glorioſum
vidit, dixit. Bonũ eſt nos hic eſſe, in tpe paſ-
ſionis, quum eum uidit à cohortibus appre-
hendi quaſi puſillanimis fugam arripuit. O
quam crebro oĩbus ferè nobis hoc contin-
24 git, non.n. amplius in Ieſu Chriſti ſocietate,
& in illius ſectatione pſeueramus, niſi quã-
diu nos conſolatur, ad laborem aũt accedẽ
tes ſtatim terga uertimus, & illum deſeri-
mus. Beatus Petrus etſi illum dereliquit, ſta
tim reuerſus eſt: nos uerò ita ex animo illũ
deſtituimus, ut nunquam reuerſuri uidea-
mur. De quib⁹ dicit Oſeas. Væ eis qñ receſ
ſerũt a me: reuerſi ſunt ut eſſent abſq; iugo:
Oſeæ. 7. facti ſunt quaſi arcus doloſus. O elegantem
metaphoram. Væ (inquit) illis, qui me dere
liquerunt, ut quaſi bruta animalia ſine iugo
uiuerent, & de prato in pratum herbam car
perẽt. Facti ſunt quaſi arcus doloſus. Arcus
doloſus & fallax uerſus unum locum ſagit
tas dirigere uidẽt, & illas uers⁹ locũ cõtrariũ
conijcit. Sic ſunt Chriſtiani reprobi quaſi
arcus doloſi, nã in aſpectu, habitu, uerbis,
in audienda miſſa, & prædicatione cælum
uidentur expetere, & illuc tela ſua dirigere: 25
cum tamen illa uerſus infernum dirigant.
Væ eis. O quam affectuoſum uerbũ, & quã
acuta ſagitta ad corda ferièda, ſi homo ſen-
ſum non amiſiſſet.

*Adhuc eo loquẽte, ecce nubes, &c. Hic eſt fi
lius meus dilectus, ipſum audite.* O benedictũ
tale uerbum, O benedicta & glorificata ſint
æterni patris uiſcera, qui tñ præceptorẽ no
bis immiſit. Dedit nobis dilectiſſimũ filiũ
ſuum redemptorem, & doctorẽ, & illi uult,
ut nos obediamus diuinam eius legem ob-
ſeruantes. Hæc oĩa dicit B. Ioannes ſanctum Ioan. 1.
Baptiſtam antea mundo prædicaſſe, cũ di-
xit de plenitudine eius oẽs accepimus gra
tiã pro gratia, quia lex per Moyſen data eſt, Auguſtin.
gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta per Ioan.
eſt. De plenitudine eius, ideſt, per merita
Chriſti receperunt, & recipient oẽs gratiã
iuſtificãtem. Si quidem aũt dicit paulo poſt 26
gratiam pro gratia, quam aliam gratiam? ex
eo accepimus præter gratiam iuſtificãtem?
B. Auguſtinus ſuper hũc locum dicit ipſum
ſanctum Ioannem ſe declaraſſe, cum dixe-
rit, & gratiam pro gratia quia lux per Moy
ſen data eſt, i. quod præter gratiam iuſtificã
tem etiam per eum aliam nouã gratiã pro
ueteri accepimus, quæ (ut S. Chryſoſtomus Chryſoſt.
declarat) eſt lex noua pro ueteri. Vocat aũt
utramq; legẽ gratiam, quia utraque fuit gra
tia, & donũ Dei, etſi lex noua fuit multo p̃-
ſtantior gratia, quã uetus. Atque ut diſcri-
men conſtituat inter ſeruũ Moyſen, & uni-
uerſalẽ rerum oĩum Dñm Ieſum Chriſtũ,
dicit gratiam illam legis datã fuiſſe à Deo
per Moyſen, & gratiam, & ueritatẽ per Ieſũ
Chriſtum factam fuiſſe. Non dicit datam 27
ſed factam, tam gratiam, quam ueritatem,
quod eſt Euangelium. Nam Chriſtus quate
nus Deus prioris gratiæ eſt cauſa efficiens,
& quatenus homo eſt cauſa inſtrumẽtalis,
& meritoria. Et idem eſt de poſteriori gra-
tia, quod eſt Euangelium. Quando autem
Euangelium dicitur ueritas, ſicut hic, non
accipitur pro ueritate, prout eſt contra-
ria falſitati: nam in hac ſignificatione ſ-
ſtiam

ętiã lex vetus fuit veritas. Sed accipitur ue
ritas prout ponitur contra figuram, & quaſi
delineamentum, quia lex noua eſt quæ per
veterem figurabatur, ideſt, eſt veritas illius
delineamẽti. Hæc igitur lex facta p Ieſum
Chriſtum, in quo æterno Patri bene cõpla-
cuit, eſt, quam præcipit obſeruare, obedien
28 do illi in oĩbus, q̃ in illa decreuit, & p̃cepit.

Et audientes diſcipuli ceciderunt, &c. Acceſſitq; ad illos Dñs, & eos beniguiſſime tã
gẽs dixit eis. *Surgite nolite timere.* Ipſe n. ſo
lus eſt, qui ex animis noſtris timorẽ expel-
lit, & p quã ſecurus nobis patet aditus ad
patrem, nam ſua iuſtitia iuſtitiã noſtram te
git, & ſuis meritis demerita noſtra operit,
ſi nos ex illis fructũ velim⁹ accipere. Sic af-
Ephe. 2. firmat B. Paulus, eùm dicit: ipſe eſt pax no-
ſtra qui fecit vtraq; unum. & paulò poſt, &
ueniẽs euãgelizauit pacem uobis, qui lõgè
fuiſtis, & pacem his, qui propè, qm̃ per ip-
ſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiri
tu ad patrem.

† Ex toto hoc euangelio verbum vnũ præ
termiſit, vt de eo nũc agerẽ, quod eſt apud
Lucæ. 9. ſanctum Lucam dicentem. Et facta eſt dũ
oraret ſpecies vult⁹ eius altera. Voluit Do
29 minus orans transfigurari, vt nos doceret,
vnũ ex neceſſarijs medijs ad transfiguratio
nem noſtram eſſe orationem, conſideratio
nem, diuinarumq; rerum contemplatio-
nem. Omnes ita defigurati ſumus, vt viſi ſi
Iſai. 17. mus miſerabiles. De Babylonicis lamenta
batur Iſaias, dicens. Facies combuſtæ vul-
tus eorũ. Quòd ſi hoc in Gentilibus Baby-
lonis lachrymabile erat, quantò magis erit
in Chriſtianis Eccleſiæ Catholicę? quòd in
noſmetipſos tam immanes ſimus, vt nobis
ignem applicemus, & nos comburamus?
Suetonius Tranquill⁹ in vita Neronis, nar-
Suetom. Tranquill. rat crudeliſſimum illum hominem, cũ Ho
merum Troiæ incendium teferentem lege
ret, dixiſſe. O quis Troiam inflammatã ui-
diſſet? & dicit illo deſiderio concitatam Ro
mam undiq̃ne iuſſiſſe inflammari, ut ſic ap
petitui ſuo ſatisfaceret. Nõne hanc amẽtiã
30 maximã iudicatis? Fuit vtiq; inſania maxi-
ma, q̃ tam præſtantem, ac locupletem vr-
bẽ, tot tãtiſq;, ac tã ſumptuoſis ædificijs a-
dornatã, & diuitijs plenã vellet cõcremare,
vt vni tyrãnico, & effrenato appetitui ſatisfa
ceret. Animaduertite ergo q̃ obſtupẽda ſit
amẽtia, atq; immanitas veſtra, qa cũ aĩa ue
ſtra Dei grãtia locupletata, tota Roma, atq.
ẽt vniuerſo mũdo ſit multò p̃tioſior, vt ap-
petitui veſtro ſatisfaciatis mortale peccatũ
cõmittitis, quo eam inflammatis, atq; eius
diuitias cõburitis, nec tamen hoc admira
mini ſicut Romam cum omnibus eius diui
tijs inflammatam admiramini, nec quidem
illud animaduertitis. Atque hoc ex eo præ
ſertim puenit, q̃ pluris corporalia, quàm Thre. 4.
ſpiritualia æſtimatis. O quam meritò poſſe
mus lachrymari idem, quod Hieremias la
mentabatur, dicens. Candidiores Nazaræi 31
eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores
ebore antiquo, Sapphyro pulchriores, De
nigrata eſt ſuper carbones facies eorum, &
non ſunt cogniti in plateis. O quam ad ſi-
mile repræſentat hoc, q̃ nunc agitur? Et
quàm propriè ſignificat quales fuerint o-
lim Nazaræi, Deo conſecrati Chriſtiani,
quales uerò nunc ſint. O ſancta Dei Eccle-
ſia, qualis quam decora quõdam erat, quo-
modo ſacerdotes tui caſtitate rutilabant,
paſſioneſque ſuas mortuas, & quaſi niuem
frigidas poſſidebant? O quàm prudentes e-
rant. Prælati verò quàm conſtantes, &
candidi ſicut ebur, & Chriſtiani præ deſi-
derio patiendi martyrium rubicundi qua-
ſi Sapphyrus cæleſtis coloris? potius enim
cæleſtes, quàm terreſtres eſſe uidebantur.
Inuaſit autẽ in te ignis, & quam plurimos 32
reddidit carbonibus nigriores. Nullus ete-
nim eſt nigrior, neque deformior carbo, q̃
anima in lethali peccato exiſtens. Et quem
admodum carboni facillimè ignis applica-
tur, quia eſt diſpoſita materia, à qua omnis
humor expulſus eſt: ita anima peccato in-
fecta, eſt diſpoſita (quia eſt gratiæ humore
exſiccata) ut illis æternis ignibus concre-
metur. Cùm ergò tam defigurati, & defor-
mes ſitis, ad transfigurandum uos, atque vt
ex nigris candidi, & decori in conſpectu di
uinæ maieſtatis efficiamini longè maximè
neceſſaria eſt meditatio, & conſideratio, in
illa enim peccatorum grauitatem cogno-
ſcetis, & damna in quæ incidiſtis, periculũ-
q̃, in quo cõſtituti eſtis, animaduertetis,
& cognoſcẽtes ſcelerum veſtrorum magni
tudinem, maximo illorum dolore compun 33
gemini, & cum cordis lachrymis, & firmiſ-
ſimo emendæ propoſito orabitis, & à diui-
na maieſtate veniã expoſcetis, ipſe autem
pro ſua infinita miſericordia vobis igno-
ſcet, gratiamq̃ ſuam, & poſtea gloriam
concedet. Ad quam nos perducat Ieſus
Marię filius. Amen.

Dom.II

Dñica I I. in Quadragesima.

Assumpsit Iesus Petrum, et Iacobum, & Ioannē fratrē eius, & duxit illos in montē excelsū seorsum, & transfiguratus est ante eos. Matth. 17.

1 COMPERTVM est Dei cognitionē totius boni nostri esse principiū, & originem. Atq; hoc significat q̄ loquens Christus redēptor noster cū æterno patre dixit. Hæc ē
Ioan. 17. uita æterna, vt cognoscant te solū Deū uerum, & quem misisti, Iesum Christum. Et q̄ uīs nonnulli doctores testimonium hoc adducunt ad ꝓbandum beatitudinē in beatifica Dei uisione consistere, & q̄ sit actus intellectus & non uoluntatis, tñ sancti patres Cyrillus, Hilarius, & Ambrosius, in huius loci expositione apertè affirmant non esse
Cyrillus super Ioā de fide ad reginas. intelligendū hoc de gloria, sed de fide, tanquam radice, à qua æternæ uitę fructus ꝓficiscitur. Nā qñ Dñs uerba illa dixit, roga
Hil. lib. de patris & filij unitate bat patrem, vt illum coram hominibus clarificaret, i. vt homines faceret cognoscere se naturalem eius esse filium, & rationē red
Amb. lib. 2. ḋ of. c. dens dicit, quia hæc est uita æterna, vt cognoscant te. In hac enim cognitione consistit initium humanæ beatitudinis, & uitæ æternæ consequēdæ, s. vt credant homines,
2 & cognoscant, tres diuinas personas, quæ sunt unus Deus. Atq; ideò unum ex maximis beneficijs, q̄ Christus redemptor noster in nos contulit, hoc fuit, q̄ nobis sui ipsius cognitionem præbuit, vt cognoscere mus illum esse filium Dei. Vnum autem ex operibus in quo hanc nobis notitiam confirmauit, fuit eius admirabilis transfiguratio. Atq; vt hoc intelligatur notandum est, quod primum opus æterni patris est seipsum figurare. Est autem tam primum hoc opus, vt principio careat. Hæc figuratio ē,
3 quod penicillo sui diuini intellectus habens coram se suam essentiam à semetipso sui imaginem produxit, & producit, qui est eius filius. Itaque filius est imago patris, in quo est ipsa eiusdem patris substantia. Et sic æqualis est imaginis, & pictoris maiestas, pictor enim est Deus, imago etiam est Deus, & tā æterna est pictura, quā pictor.
Ioan. 1. Itaque in omnibus filius est æqualis patri. Et ita dicit Beatus Ioannes. Vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre. Illud quasi non significat illic comparationem, sed identitatem, idest, uidimus gloriā eius, [*Aosadas, como hijo de tal padre.*] Cumq̄ Deus hanc sui imaginem in mundum uellet immittere, quia homines non possent præ nimio eius splendore in illam oculos conijcere, vt aliquo modo illa possent perfrui, misit eam æternus pater coopertam. Habuit se Deus in hoc sicut pictor, Simile.
qui exactissimam imaginem tabula coope 4
rit, & in tabula aliam minus perfectam depingit, q̄ non tantam affert admirationē. Sic æternus pater filium suum misit, qui est eius figura, humanitatis tabula opertum, in qua humanitate est exterior imago depicta quę est hominis essentia. Cumq̄ unigenitus Dei filius cum illa communi hominis figura in mundo incederet, admirabantur Angeli interiorem eius imaginem contemplantes, & dicebant. Verè tu es Deus absconditus. Homines uerò, qui rudi, & obscura oculorum acie diuina prospiciunt, nullam aliam præter exteriorem figurā in Christo redemptore nostro esse arbittabantur. Vt igitur Iesus Christus Dominus noster admi 5
rabile hoc mysterium illos erudiret: transfiguratus est ante eos.

Transfigurari est humana figura ad diuinam accedere, non tamen humanam relinquendo, idest, rutilum & glorioſum corpus ostendere ea gloria, quæ ex anima dimanauit, qua gloria prędita erat anima q̄a uerbum diuinum uidebat, & illo fruebat, quo eius sanctissima humanitas suppositata erat Et idcirco dixit Sāctum Euangeliū, *Trāsfiguratus est ante eos, & resplēduit facies eius sicut Sol.* Et notādum est, quòd in hoc admirabili opere antiquum quoddam miraculū cessare fecit, quo gloriam suam retinebat, quo minus in corpus defluęret. Naturale est enim gloriæ in anima existen Simile.
ti corpus defluere. Et quemadmodum ma 6
ximum esset miracula maxima alicuius fluuija quam detinere quominus deorsum defluęret, ita fuit maximum miraculum animę gloriam suspendisse, ut in anima suspę
sa teneretur, nec ad corpus transiret, ut fic passibilis cum esset propter nos labores, ac mortem posset perferre. In quo ineffabile
nobis beneficium collatum est. Quando Simile.
Hebręi in terram promissionis iter faciebant, opus erat illis mare rubrum pertransire. In quo singulare beneficium à Deo
accepe-

acceperūt, ut enim tuti, & per aridū trāsirēt, fecit Dñs ut aquę retrorsum reuerterentur contra propriā, & naturalē earū propensionē. Ita necesse fuit q̄ ut Christ⁹ redemptor noster moreretur, & nos p rubrū passionis, & mortis eius mare trāsiremus, & ad cęlestē beatitudinē ꝓuenirem⁹ aię gloria detineret quomin⁹ ad corpus defluęret. Hodie
7 aūt suspensionē illā sustulit, illudq; continuū miraculum, q̄ illic continuò fiebat, protūc cessare fecit: cūque in natura sua gloriā
August. in epist. ad Dioſco. desineret, ex aīa in corpus dimanauit. *Et resplēduit facies eius sicut Sol.* B. Augustinus dicit: Claritas corporū in gloria beatorum procedit ex beatitudine aię sicut laterna ex natura sua est opaca, & obscura, si tū introducatur in eam candela ardēs incipiet splendere, non ex natura quidē sua, sed pp candelā, quæ intus incluſus est: sic splēdet corpus propter gloriam, qua prędita est anima, quæ in ea latet. Atque hæc lux, & splendor illius sanctissimæ aię quę antea totū splendorem in se suspensum retinebat, hodie sa
Simile. ctissimū corpus clarificauit, ac splendidissimū reddidit. Vir nobilis quando iter facit suas prætiosas uestes in folliculo, Hispanicè
8 [*Maleta*] custoditas, & incluſas defert. *Yua fiese una Esclauina.* quæ est uestis uiatoria. Quod si aliquē locū accedat, ubi aliqua festiuitas celebrāt, ab amicis suis rogatus iubet folliculū solui, & uestes suas pretiosas induit, sicut personā suā decet. Ita Christus redēptor noster quia erat uiator pretiosam gloriæ uestē in aię folliculo deferebat inclusam, corpusq̄ue suū uiatoria mortalitatis uestę induerat. Vt autem cum amicis suis i
monte Thabor festiuitatem celebraret, solduit folliculū animæ suæ, & gloriosis, ac splēdidis uestibus corpus suum induens ex uiatore uir urbanus, & perpolitus efficitur.

Valdè notandum est, q̄ unigenitus filius Dei in mundum uenit, non solū ut nos peccati seruitute uindicaret, uerū etiā ut nobis legem prębęret, & pro eius obseruātia ęter
9 nam gloriam promitteret, atque etiā ut nos cōmunaretur æternis inferni supplicijs, nisi ipsam obseruaremus. Primum manifestè ap
Mich. 3. paret ex eo, quod antea dixerat Hieremias cum illius nomine loqueretur: Ecce dies uenient, dicit Dominus, & feriā domui Israel, & domui Iuda fœdus nouū non ſm pactum, quod pepigi cum patribus uestris. Aduerte (ait Dñs) quando conficiā, & consummabo cū domo Israel, & Iuda, hoc est cū illis, qui Dñm cognoscent, ipsumq̄ue Deum, ac Dñm confitebuntur (hoc enim significat Israel, & Iuda) & tunc ultimā manū imponam rebus illis, quæ eis promisi, ita ut nihil amplius desiderare uelint, idest, faciā testamentū nouum non ſm illud, quod feci cum patribus eorū, sed longè præstātius. S. Euangeliū nouū fœdus appellat in cōparatione illius ueteris: illud autē dicitur uetus nō solū qa huic præcessit, sed etiā qa in illo pollicebatur Deus bona, quæ ueterascunt, quę 10
sunt terrestria sicut dixit p Esaiā. Si uolueri Esai. 1.
tis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Euangeliū uerò dicitur nouū testamētū, qa in eo testatur Deus, & nobis pollicet bona cęlestia, quæ semp sūt noua, nec ulla unquā tēporū diuturnitate ueterascunt. Septē millia annorū sūt ex quo Angeli Deo pfruunt, & nunc se tam nouos sentiunt, acsi hic esset primus dies, in quo diuina maiestate frui cæperunt. Itaque in illo testamento bona q̄ dē mobilia, in hoc autē immobilia legauit, q̄ Hispanē dicūtur [*Bienes de rayz.*] Atque ita in toto Euangelio ubicunq; nobis aliqd præcipitur, statim pro eo æterna beatitudo promittitur. ¶ Circa secūdum, hoc est circa 3
comminationes non est quare nimis com- 11
moremur, cum etiam illis in Sancto Euangelio passim improbi terreantur. Quod cū ita sit quænam est causa, cur Iesus Christus filius Dei in transfiguratione sua uiuam quandam gloriæ imaginem demonstrauerit, nec tamen toto uitæ suę tempore inferni exēplar ostenderit? Optimum atque utilissimū fore uideretur, si nobis miserrimum quendam uiuis flammis ardentem, ut in inferno patitur, ex damnatis, ostenderet, sicut beatum ut gloriæ fruitur, nobis ostendit. Dico Deum sua admirabili prouidentia ita fecisse, quia amore potius, quàm timore nos in cælum perducere conat⁹ est. Et ideò cùm hominibus in habitationem terram concedere, uoluit elementa, quæ sunt inter 12
nos & cælum (ficunt aerem, & ignem) esse transparentia, ne cæli uisionem nobis impedirent, sed ut illud crebrò intueremur, & intuentes illud optaremus. Terram autem, & aquam crassa, & densa elementa effecit, quò nobis impedimento essent, quominus infernū uideremus. Nō quod timor sic malus, sed quia si illum realiter cerneremus, ita timore perculsi & obstupefacti incederemus, ut nihil perfectū facere sciremus. Et ideo nos amore uult deducere, qui est me-

lior, quã timor, nec animã perturbat, imò potius illã in bonis operibus uiuificat: Aperite igit oculos fratres charissimi, & crebrò cælũ suspicite, & p illo sæpissime suspirate. Si.n. exterior hæc superficies, quã hoies in
13 hoc seculo uidem⁹ tãta pulchritudine exornata est qualẽ oportet esse splendorem, qui interius latet? Idcirco dixit Deus. Vincenti dabo mãna absconditũ, & dabo illi calculũ candidum, & i calculo nomẽ nouum scriptum, quod nemo scit, nisi q accipit. Mãna
Apoc.2. absconditum uocat gloriã quia nemo scit dicere, aut intelligere quo sit. Manna, idest, manhu, q; uult dicere, quid est hoc? tam magnum qd, tamque admirabile est gloria, ut cum semp æternis illis bonis beati perfruãtur, nihil in ore suo præter admirationem habeãt: & idcirco gloriam appellat manhu. Dicit ulteri⁹, & dabo illi calculũ cãdidum Quondam Romani prosperos annos albis lapidibus, infœlices uero nigris calculis numerabant. Atq; ad hoc alludens promittit
14 uictori calculum candidum esse daturum, quod in cœlesti beatitudine nullus erit calculus niger, sed omnes erunt cãdidi, & erit perpetua una fœlicitas, & delectatio absq; ulla molestia aut infortunio, & in hoc calculo candido, hoc est in hac perpetua fœlicitate, scriptum habebit nomen quoddã, q est firmissimus, ac tutissimus quidã honor hoc enim significat: scriptum in calculo, talis aũt, tantusque erit hic honor, ut à nemine nisi ab ipsomet possessore possit intelligi. O sanctæ Deus? Si hæc assidua animi cõtemplatione uolueremus, q̃ dispari rõne, ac uiuimus, uiueremus. Nũquid fieri potest q; possit hõ rõnalis tãta solicitudine res tã ina
15 nes, & caducas, ut sunt terrenæ, inuestigare: res aũt cælestes, quæ maximè necessariæ sunt, obliuioni tradere, & illarũ penit⁹ esse immemorẽ? Hoc ꝓfecto ex eo ꝓficiscit, q; cum maximo animi affectu i cælum oculos non extollat. O anima Christiana eleua cor tuum & pspicacissimis oculis spõsum tuum Iesum Christum in duobus mõtibus intuere, in mõte, scilicet, Caluariæ, & i mõte Thabor. Cõtẽplare illum in mõte Caluariæ tot tantisque doloribus affectum, flagellatum, uulneratum, suo ꝓprio sãguine cruẽtatum, latronib⁹ circũdatũ, cõtẽplare ẽt sãctissimã ei⁹ matrẽ mœrore maximo cõfectã, q̃ sacratissimũ filij pect⁹ ineffabili dolore penetrabat. Postq; autẽ in hoc monte spũm tuum doloris pane paululum paueris, trãsmigra i monte sicut passer, proficiscere ad montem Thabor, & illic tantæ gloriæ consideratione respirabis. In monte Caluariç uidebis, q̃t te ad illius amorem cõmoueat, in mõte ve
16 ro Thabor aspicies, quid te ad illius desiderium inflammet.

Et apparuerunt illis Moyses, & Helias cũ eo loquentes. Alter horũ uirorum uenit ex sinu Abrahæ, ubi sancti Patres cõmorabant, alter uero uenit ex paradiso uoluptatis. In qb⁹ ꝓcipui duo status figurantur, in quos uniuersalis Ecclesia diuiditur nẽpe Ecclesia sticus, & secularis. Per Moysen uenientẽ ex sinu Abrahæ, ubi sancti patres in sublimiori contẽplationis statu, qui in hac uita haberi potest, occupati sunt, Ecclesiasticorũ status repræsentatur, q deputati sunt in spũ, & diuinarum rerum contẽplatione ad Deum accedant. Atq; unumquẽq. in Ecclesia Dei quasi in sinu Abrahæ cũ recollectione, & uitæ puritate oportet uiuere? & debent singuli Ecclesiastici esse sicut Moyses, q populo suo summopere auxiliatus est. Idcirco Deu.5.
præcipiebat De⁹ dicẽs. Hoc erit iudiciu ni
17 sacerdotum à populo, & ab his, qui offerunt uictimas siue bouẽ, siue ouem immolabũt dabunt sacerdoti armũ. Quare Domine nõ pedes, aut caput, sed quartam partẽ anterio
rẽ uictimæ, in qua est brachium, & man⁹ illi dari ꝓcipis? Hoc fecit ut significaret, qđ nam oporter esse officium sacerdotis, in populum. Quando popul⁹ laps⁹ fuerit, debet sacerdos illi manum porrigere, & eum uita, uerbis, ac doctrina sua ab hac ruina subleuare. Atq. ut hoc significaret, accipiebat brachium, & manum animalis, qđ popul⁹ immolabat. Helias, q uenit ex paradiso terrestri ubi nuptiç institutę sunt, secularẽ cõiugalium statum designat. Hic enim stat⁹ merito paradisus uoluptatũ appellari potest,
18 dummõ illo hoies bene utant. Verum o fratres utinam uos i hoc paradiso nõ destruatis nec peccetis, sicut peccauit Adam q (ut
Augus. ait B. Augustin⁹) peccauit ne cõtristaret uxorẽ suam. Ne sitis quasi equi pessundatores, Simile.
qui cũ ad torrentẽ bibituri accedũt tũ manibus pessundant, ut, cum possẽt aquam claram, & mundã bibere, illã turbidam, & obscenã bibãt. Tales sunt plurimi seculares, q cum clarã humanarũ uoluptatum aq̃ possint bibere, tñ uolunt pessundare, ut illã turbidã bibant. Interrogauit qdam fratrẽ religionis nostræ dicens. Pater poterit quisquã cum suamet uxore peccare? cui uir sã

ctus respondit: Dic mihi poterit quisquam suæmet cuppæ uino inebriari? quis dubitat? Vos intelligite fratres, non enim ampliꝰ hoc declarari põt: Vtimini mundè, & sanctè
Ifai.38. statu, quẽ habetis, uxoribus uestris fidelitatem obseruantes. Videte qd dixerit optim⁹ Rex Ezechias: De mane usq. ad uesperam finiens me, i. uita hoium breuis est. Quid
19 igitur ex hoc sequitur? sicut pullus hirundinis sic clamabo. Hunc instinctũ habet hirũdi quòd nunq̃ construit nidum suum extra domum. Sic oportet esse bonum uirum, q matrimonio alligatus est. Debet domi suæ ædificare, non uerò in domo concubinæ, & debet uxori suæ debitã fidelitatem obseruare: siquidem uita tam breuis est, ut de manè usque ad uesperã finiatur. Si uterq. horum statuum ita uixerint non dubitent quin in gloriosa Domini nostri Iesu Christi societate sempiterna gloria pfruant. Atq. ad hoc significandum uoluit ut hi duo sancti apparerẽt. ¶ Etiã hi duo peculiariter apparuerũt qa Pharisæi dicebant Christum redemptorem nostrum legis, ac prophetarũ esse transgressorem. Veniant igitur Moyses legis dator, & Helias Propheta zelator maximi⁹ diuini honoris, ut sicut amici maximi nõ ue-
20 rò sicut inimici cum eo conuersent, & gloriosa eiu transfiguratione perfruantur.
Luc.9. Et loquebãtur (ait B. Lucas) de excessu, quem cõpleturus erat in Hierusalem. O uere excessum maximum, ò ecstasim potẽtissimã, q; Deus pro hominibus moriatur: Hic excessit synagoga in atrocitate sed lõgè maximè excessit patientia & amore ipse Dñs, qui passus est. Tantus fuit excessus hic nempe Deum hominem fieri, ut B. Paulo ad a-
Philip.2. gendum illo uerba defuisse uideantur. Et ita dixit ad Philippenses semetipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus. Exinaniuit se, id est exhausit se Deus (si ita dici potest.) Quãdo quis dedit omniaq. habebat, dixit omnia, q̃ sciebat, & fecit omnia, quæ facere ualebat
21 dicitis. Exhaustus est ille. O admirabilem rem, quod de Deo dicatur, quòd exinaniuit se, se exhausis, qa dum homo factus est dedit omnia, quæ habebat, cum semetipsum dederit, quid plus dare poterat? fecit opus i finitę sapientię & fecit opus infinitæ potẽtiæ. Et in hoc sensu dicitur Deus se exinaniuisse, & exhausisse. Si ergo tantus excessus fuit, Deũ hominẽ fieri, maiori rõne dici potterit excessus, quod hoc non contentus ꝓ hominibus mortuus fuerit. Atq. ẽr dicitur excessus, q; Deus pro tam malis, ac miseris hominibus, ut nos sumus, mortuus fuerit. In hoc ãt excessu defectus, & ingratitudo nostra maximè reprehenditur, q; tã tardos, & negligentes nos in illius ministerio prębeamus, q in nos beneficia conferendo tã toperè excessit. O Christe reparator uitæ animarũq. nostrarum amor, dulcissimè quo
22 sãctissima mors tua ñ erat appellãda excessus, cum ꝓ tã ingratis hominibus, & qui te tã parum diligimus, passus fueris? & (quod peius est) q; cũ in tui amore, & seruitute tã topere deficiamus, in his oĩbus, quibus offenderis summopere excidimus. Qñ Esaias Esa.49.
maximã synagogæ miseriam significare uoluit: tria dixit eius nomine, scilicet, Ego sterilis trãsmigrata, & captiua, Trãsmigrata, i. à limitibus suis abstracta, hoc ãt in medio sterilitatis, & captiuitatis collocauit. Hæ ꝓfecto sunt Christianorum ærumnæ, q qa alij nimijs fastis alij uarijs ꝓpolitarũ uestium generibus, alij amplissimo famulorũ comitatu, alij maxima exq̃sitissimorum ciborum abundãtia, alij ludis, alij deniq. alijs immoderatis sumptibus terminos suos trã-
23 gressio sunt. steriles efficiũtur, ita ut ne minutũ qdem habeant q; pauperibus largiantur, non enim multo plures diuitiæ, q̃ habent, inordinatis eorum excessibus possent satisfacere. Et præter hoc q; steriles manẽt, eorum etiã quibus pecunias debent, captiui efficiuntur, cum eis nõ possint soluere. O infelix peccator, q̃tũuis enim nobilis, ac illustris sis ꝓ excessus tuos non solũ sterilis effect⁹ es, ita ut nullũ bonũ possis alicui facere: sed ẽt sartoris, sutoris lanij, & mercatoris captiuus redditus, omnibus enim debes, & omnes ceruicem tuam pede conculcãt, & merito quidem te fatigant, ut illis ꝓ soluas. Maximus igit excessus fuit Dñm Ie- Simile.
sum talem morte pro talibus hominibus pati. Inter uos magnũ liberalitatis opus esse
24 iudicatis, quod eques equũ suũ periculo offerat, ut hominẽ aliquem à tauri cornibus liberet, finit.n. taurum in equum suũ ictum immittere, ne hominẽ interficiat, atq. hoc quasi maximum aliqđ factum exaggeratis. Obtulit ãt Deus unigenitũ filium suum periculo, ut infernalis taurus ictũ furoris sui in illum mittere, quo ab eius cornibus mi serrimum hominum liberaret. Hoc aũt ne scitis ęstimare, nec pro illo dignas gratias Deo agere, præsertim cum tam exœsiuũ

beneficiū sit,& tam indignis hoibus factū.

Matt.5. *Respondens autem Petrus,&c.* Dñe bonū est nos hic esse. Quid sancte Petre,nescis q̄ nemo accēdit lucernā,& ponit eā sub modio,sed sup cādelabrū ut luceat oībus,q̄ in domo sunt? Nescis lucernā, & paschalē cereū mundi esse Iesum Christū filiū Dei? cerā. s. eius uirginale corpus, lychnū sanctissimā animā,ignē autē diuinitatem eius esse ignoras? Nec rōni cōsentaneū erat q̄ cū in mundū uenerit,ut illū elarificaret, & redi-
25 meret,eū obscurū relinquēs in monte Thabor lateret. Sed q̄ in crucis candelabro poneretur, atq; ibi sacratissimi eius corporis cera liquefieret,pretiosum sanguine suū effundēs,ut nos illuminati, & redēpti maneremus. Cū S. Petr⁹ in uoluptate illa, & gaudio spirituali cōmoraretur,nullā de uniuerso mūdo,aut de defunctis purgatorij,aut de uinctis,& captiuis seculi rōnē habebat. Discite hinc fratres mei, ne in hæredibus uestris speretis,nā cū se hæreditate cōtētos,& glorioſos aīaduertāt nihil illorū intererit, licet uos in purgatorio cōmoremini. Discite ēt ex Dño Iesu dicēte. Te aūt faciēte eleæ-
Ioan. 1. mosynā,&c. Nō dixit. Te aūt testāte. Docēs in hoc,q̄ tu proprijs manibus debes curare
26 substantiā tuā in pauperes diuidere,& facere oīa bona,q̄ poteris. Si tu in te ipsū nō habes mīam,arbitraris hęredē tuū maiori mīa tecū usurā esse,q̄ tumetipse usus es: O cęce es tu ibi ipsi crudelis, & uis alios erga te misericordes esse? Ne in ista uana fiducia inMatth.6. nitaris, sed aduerte,q̄ te docet Spiritus sāctus dicēs: Ante mortē benefac amico tuo, & sm uires tuas exponēs da pauperi. Caue frater ne sis amēs,ne arbitreris filium, aut amicū tuū te plus dilecturū esse,q̄ tu temetipsum dilexisti. Neq; uerò hæc admonētes te in hora mortis testamētū facere prohibem⁹. Sed ut illud facias sūmopere cōsulim⁹.

Dicit amplius B. Petr⁹: *Faciamus hic tria tabernacula,&c.* Hæc dixit considerans, se duosq̄ socios suos cū Dño in ei⁹ taberuaculo cōmoraturos esse. Quid? sancte uir nō recordaris fratris tui Andreæ. Attēdite qd p
Ecc.14. sperītas efficiat Andręas,Petrū ad Dñi cognitionē adduxit,nūc uerò Petrus in pspe
27 ritate cōstitutus benefactoris sui obliuiscit. O quoties hoc in palatijs,& regū curijs,ac magnatū domib⁹ cōtingit, q̄ qdem à terrę puluere suscitati, & in autoritate cōstituti
Hie.17. statim corū obliuiscūt,q̄ eos in illū dignitatis gradū euexerūt. Idcirco dixit Hieremias, Maledictus hō,q̄ cōfidit in hoīe, qui ponit carnē brachiū suū. Nō solū autem hoīes in alios hoīes,sed í summū ēt benefactorē nostrorū ingrati sumus. Nā ubi primū in minimo quoq. bono nos collocatos uidemus statim diuinæ Maiestatis obliuiscimur. Idcirco q̄n Deus Hebræis ,pmittebat ciuitates, Deut.6.
quas ipsi n cōstruxerāt,dicebat. Cū dederit tibi Dñs De⁹ tuus ciuitates magnas,& optimas,quas nō ædificasti. Domos plenas multarum opū,quas nō extruxisti, &c. Caue di 28
ligēter ac obliuiscaris Dñi Dei tui. Hoc oportet seruū Dei diligentissimè curare, ut quo ditioré,& prosperiorē se uiderit,eo magis Dño seruiat qui sibi bona illa concessit.

Verūtamē in his uerbis B. Petri oportet nos cōsiderare moderationē,& tēperantiā, cū qua loquebatur. Nō n. dicit, Dñe fiq̄ dēes Deus oīpotens per omnipotētiam tuam præcipe, hoibus tantæ maiestatis fieri hic tria amplissima palatia,sed dicit,si uis, faciam⁹ hic tria tabernacula. Tres casulas ex huius montis ramis cōstruamus. O quā maximæ cōfusionis est nūc uidere hoies,qui se S. Euangelij sectatores esse profitētur,quiq̄. dixerūt singuli, Abrenuncio Sathanæ,& pōpis eius,tā solicitos esse in sumptuosis ædi 29
ficationibus construendis, ac si in illis essent in perpetuū moraturi. Cauete fratres, nā hos cōminatus est Dñs per Amos dicēs: Amos 3.
Percutiā domū hyemalem cum domo æstiua,& peribūt domus eburneæ,& dissipabūtur ædes,hoc dicit propter supbiā, & tyrānidem qua plerunque construūtur multę.

Adhuc eo loquente. Ecce nubes lucida, &c. Et ecce uox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus,&c. Qū Dñs trāsfigurat⁹, & gloriosus erat paterna uox audit,i qua nobis præcipitur,ut illi obediamus,hoc fit ad significādū q̄ si eius gloriæ participes fieri uolumus,oportet nos p obedientiā,iter facere, nulla est n. alia uia,quæ in cęlū ducat, pter obediētiā mādatorum Dei. Cū hō in altissi- Psal. 48.
mo dignitatis gradu cōstitutus esset,per in
obediētiā ab eo excidit,& māsit(ut ait Da uid)hō cū in honore esset,nō intellexit. Cō
paratus est iumētis insipiētibus, & similis factus est illis. Per inobediētiam(inq̄)simi- 30
lis mansit nō solū uni sed plurimis ēt brutis aīmātib⁹. In tyrannide assimilat⁹ est leoni,i gula lupo,in sēsuali turpitudine uerso, in calliditate & fictionib⁹ uulpi,i uenęni de niq̄ effusione de ,pximo suo detrahēdo, & illū infamādo, similis fact⁹ est uiperæ. Verū tamen

th dicit ipse Dauid: Homines, & iumenta saluabis dñe,quemadmodum multiplicasti misericordiam tuā Deus,sup quo notandū est illud uerbum,quemadmodū,non esse ad
Cassiodo- uerbū similitudinis, sed admirationis (sm
rus. Cassiodorū,) & ita ut tolleret amphibologiam transtulit. O quā magna est mia tua.
31 O infinitam misericordiam tuā Deus me⁹, qui iumenta,& homines saluos facis, nō tm remanentes iumenta, sed q̄ quādoquidem p inobedientiā in hanc bestialitatem incidērunt, p obedientiā oportet eos ,pditū honorem recuperare,& ut hoīes ratione, & lege ductos uiuere,& ita hic appellat hoīes eos, qui sm rationem uiuunt,eos uero iumenta appellat,qui aliquando suos bestiales appetitus secuti sunt,& postea conuersi fuerunt. Atq; hos oēs dicit S. Propheta à Deo saluādos esse,idest,innocētes,& pœnitentes. Qua pp fratres charissimi ij, qui uos in iumenta transformatos esse sentitis, attendite nunc esse transfigurationis tps. Non. n. uos ita remanere oportet,qa ēt, & iumenta, & aues
Iob.12. solent suo tēpore renouari: Interroga iumēta(inq̄t Iob)& docebunt te,& uolatilia cœli, & indicabunt tibi. A bestijs, & auib⁹ no
32 bis pcipit Spiritus Sanctus sapiētiā addiscere,ut uerecundemur. De ceruo dicit B. Basilius. Basil. de
Ricard. de lius,& Ricardus de S. Victore, quod cum se
S. Victore. uideat iā senio confectū,tā fortiter respirat in ostio spelunce,in qua sentit esse serpētes, ut illos foras faciat exire, atq; eos dentib⁹ conterens tā affluenter sudat, tantāq; aquæ copiā à se immittit,ut renouatus, & uelox maneat. Dauid dicit: uox dñi pparantis cer-
Psalm.28. uos. Electi in sacris literis appellantur cerui,
Simile. qa sicut cerui per hūc mūdū ita uelociter currunt,ut terrā nequaquā tāgere uideant. Verumtū cum sint hoies peccare possunt, & reuera sępenumerò peccata committūt. Si ergò fratres mei peccastis, renouamini sicut cerui. Animaduertite in uobis serpētū spelunca esse, attēdite cōsciētiā uestrā quasi
33 spelūcā superbia,inuidia,cupiditate,& alijs peccatorū generibus esse repletā. Si igit renouari uultis,accedite ad spelūcā, aspicite conscientiā uestrā,pteritorū scelerū recordamini,quasi cerui suspirātes,& gementes gloriate, peccata à conscientiæ spelūca facite exire,& inter dētes illa conterite corū grauitatē,& circūstantias ,plixè considerātes, & ita salubres sudores immittetis abundantissimā lachrymarū copiā ex oculis immit-
Psalm.23 tētes,& pcipuè ex corde lachrymātes,& ita sicut cerui renouabamini. Hoc n. denotat uox dñi ppatātis ceruos. Vtinā dñs ille,qui ceruis, cū sint bruta animātia, iusti iustū donat; quo se ppārare,& renouare sciāt,uos ēt doceat,ut hoc mō ppāremini. De colubro ēt dicī q̄ pteriēs per arctimiou lapidum angustias ueterē pellē illic relinqt & cū nouā remanēs renouāt. Peccator ueteri uestimento indutus incedit,effectus,[*Vn ropauiero,*] dimitte ergo ò peccator uetera uestimenta,& noua assumem. Dictū est antiqs,di
liges ,pximū tuū,& odio habebis inimicum Matt.8.
tuū. Hoc est uetus uestimentū, uidelicet inimicum odio haberi,ego aūt dico uobis,diligite inimicos uestros. Hæc est noua uestis. Superbia,& inuidia, q̄ tā antiquum principiū in malis Angelis habuerunt, oēs sunt ueteres uestes, quas oportet uos exuere. Pelles ueteres colubrorum ,psunt mulieribus ad earum fucos,nā illas molunt, & cum alijs cōdimētis medicamina cōficiunt, qb⁹ pul-
Simile. chras reddunt facies. Si ergo decorā uitam uultis de,pmere,scitote ista uitia,& ueteres pelles cōtritione molitas proficere ad aīam exornandā. Et sic per confessionis angustiā 35
& coarctationē ptereuntes renouati manebitis. Angustiā(inq̄)cōfessioni, quia angustè, strictim oportet uos peccatum reuelare & quoties,aut quibus cum circunstātijs(necessarijs cōsiteri)istud cōmissistis. ¶ Etiā accipi- Iob. 36.
ter trāsfigurāt,& innouat,de quo loquēs Iob cū Deo dicit: Nunquid p sapiētiā tuā plumescit accipiter expandens alas suas ad austrū? Mirabile est ,pfectò q̄ sciat accipiter se alis nouis induere,& ueteres depellere,& q̄ ad hoc efficiēdū meridici uētū,atq; illis alas expandat,quouscq; renoueī. Nam calore ampliant pori, & illo assiduo motu expellunt plumæ ueteres,& locū cedunt,quo nouæ ,pdeant. O aīa Christiana q̄ salutiferam lectionē te hic docet dñs p auē istā,q̄ solo naturali instinctu gubernāt. Cōuertere tu uers⁹ meridiē,ut creatoris tui lucē, & splendore infinitū cōtēpleris,atq; illic cōmorare in excelsū alas extēdēs, suspirās,& gemēs,ibi nā
36 que uētus,q̄ est diuinus fauor spirabit, quo ueteres plumas eijcies, hoc est passiones,& affectus,qb⁹ coopta es, ,pcul expelles,ibiq; nouę q̄dā plumæ,idest,nouę uirtutū affectiones,& noua cœli desideria tibi orient,qbus renouata,& nimis uenusta remanebis. O utinā hoc nobis hodie pstaderā. Ne patiamini fratres mei simplices aues uobis excellere,quęrite angulū, ubi quotidie ad Deū cōuerta-

uertamini,& de aĩarũ uestrarũ reformatione agatis,cum sit res, quæ uestra permagni interest.Etiã aquila renouat̃.Idcirco Dauid cũ aĩa sua loquens dicebat:renouabit ut aquilæ iuuentus tua.Dicit B.Aug.aquilæ in senectute superiorẽ rostri partẽ tantoperè accrescere,ut nequaquã se cibare possit, & ideò maximè debilitãt, atq; perinde opus est illi rostrũ petra confringere. O miseri filij Adæ, qa uobis spũalis alimonia deficit, tã debiles estis.Cuius rõ hæc est,quia.s.habetis maximũ rostrũ nõ cessatis mẽtiri, susurrare,proximorũ uestrorũ famã lacerare, &c.& idcirco nullus spũalis cibus uobis ꝓficit.Quamobrẽ diligẽtissimè curate rostrũ istud in petra,q̃ est Iesus Christ⁹ fili⁹ Dei, infringere contẽplantes qũo oĩbus iniurijs, & falsis testimonijs, q̃ in illũ dicebant̃ non rñdit eis uerbum,ut & ita uos faciatis,& sic aĩa diuinis alimonijs ꝓficiat, & spũalibus, ac salubribus consilijs, q̃ quotidie in ꝑdicatione auditis,accrescat. Atq; hoc mõ trãsfigurati,& dispositi Iesu Christi uerba audiemus, & ipsi dilecto æterni patris filio obediemus, ipse est.n.qui nobis gratiã & gloriã promeruit.Ad quam nos perducat.Amen.

Pſal. 102. Auguſt.

37

1

Feria II. post Dominicam II. in Quadragesima.

Ego uado,& quæretis me,& in peccato uestro moriemini. Ioan. 8.

IN hodierna S. Euangelij lectione fratres charissimi sermo quidam refert, quẽ Christus R.N.habuit ad Iudæos, loquens cum eis de discessu suo ad patrem,& indicans se ab illis quærendũ, nec tñ inueniendum esse,& tandem cum ad eũ peruenire non possent,illos in peccato suo esse morituros. Agitur ẽt in hoc S.Euang. de iſeliciũ Iudæorũ cęcitate,q̃ nõ mõ hęc, q̃ illis dñs dicebat,nõ intellexerũt, verũ cũ dñs Iesus se rerũ oĩum esse principiũ eis declararet,etiã hoc nequaq̃ penetrare potuerũt.Etiã in eo agit̃ qũo huius rei intelligentiã in passionis suæ tps distulit,i quo ꝓsonę suæ ꝓtũ,dignitas, & maiestas intelligenda erat.Deniq; in his oĩb.maxima hoĩum stultitia repsentat̃,& oñdit̃ q̃ isipientes sint hoĩes circa hoc eęlestiũ rerũ negotiũ, & qũo illis difficillimũ,& intelligibile uideat̃ q̃quid de hac materia coram eis agit̃,q̃tũcũq; sapiens sit ꝑdicator,q̃ illis ꝑdicat,siq̃dẽ sũmũ mũdi Magistrũ,cũ infinita esset ipse sapientia, nõ intellexerũt.Dicit igit̃ illis:*Ego uado,et ꝙrętis me.*B. Chrysost. sup hũc locũ ait:hoc ãt dixit uolẽs nos attrahere. In his uerbis suã infinitã in hoĩes miam dñs reuelauit, siq̃dẽ cũ inimici eius essent,tot medijs, & urbanitate cũ illis usus est, nõ qdem qa sibi necesse esset Iudæos mortis suæ certiores facere, sed ut illis significaret discessum suũ iã prope esse,ut(quãdmodũ dicit B.Chrys.) in hoc breui tpe,q̃ illis superaret,ad ꝑfruendum tanto bono sibi ipsis persuaderent, ut eius amicitiã irent,& cũ eo reconciliari curarẽt.Hoc.n.est modus,quo Deus utit̃ ad peccatores ad se attrahendos. Comminatur illos atq; ẽt acriter eos sępenumerò punit, ut siq̃dem charitate ducti Deo seruire nolunt, saltem cõminationib. perteriti laboribusq; attriti scelera sua cognoscant, & ad illum conuertant̃. Hoc elegantissimè S.Hiere. declarauit, cũ in noĩe afflictæ Synagogę loqueretur dicens;Ædificauit in gyro meo,& circundedit me felle, & labore: in tenebrosis collocauit me quasi mortuos sępiternos.Circũædificauit aduersum me, ut non egrediar,aggrauauit cõpedem meũ,sed & cũ clamauero,& rogauero,exclusit orõnẽ meã.Conclusit uias meas lapidibus quadris,semitas meas subuertit. Et paucis intermissis dicit. Tetendit arcũ suũ, & posuit me quasi signũ ad sagittã. Misit in renibus meis filias pharetrę suę.Posq̃ autẽ hęc oĩa narrauit,cõclusit dicens:Non.n.humiliauit ex corde suo,& abiecit filios hoĩum.O admirabilia uerba, manifestantia singulares inuentiones,& modos, quos Deus q̃rit ad attrahẽdas ad se peccatorum aĩas.Circumædificauit me(inquit)inclusit me in turrim fortissimã,ne tã dissolutè post meos efrenatos appetitus abiẽs peccata sectarer. Aggrauauit cõpedem meũ, &c.i. ꝑsecutionib. fame,morbis, atque alijs infortunijs uincula mea adauxit,& labores meos aggrauauit. Sed &cũ clamauero,i.alias atq; alias preces effundebã cũ me ita afflictũ,& tribulatũ uiderem dicens:Dñe miserere mei,uide afflictionẽ meã,quia depilor in hoc cippo, pedes mei præ nimio frigore maximis rigentibus & iã sum claudus.Sed exclusit oratio nẽ meã:Cõmorare ibi,ait dñs, nõ est locus modò audiẽdę petitionis tuę.Cõclusit uias &c.Imò turrim,in qua erã,munuit,ne fortè illam possem ſubfodere, oĩsq. libertatis uias occupauit. Et ne per fenestram me immittere,posuit me tanq̃ signum,i.quasi scopum

Auguſt.

1

2

3

4

5

Thren. 3.

pum laborũ,in quo oẽs cęli terręq; calamitates sitę erãt,me collocauit.Misit i renib. meis filias pharetrę suę,i afflictiones,& verbera, quasi sagittas à miæ suæ pharetra immissas, eius.n.finis erat me ad suã amicitiã reuocare, oĩbus his comminationibus me deterruit, ne creaturarũ amore capta earũ uestigia sectarer, sed ad eius diuinũ necessitudinẽ,familiaritatẽq; redirẽ,non.n.humiliauit ex corde.Hæc oĩa non ex intima eius uolũtate prodierũt,sed ut malis meis remediũ adhiberet, hęc effecit.Hoc idem dixit Deus rebelli illi populo ꝓ Esaiam his uerbis,ecce ego fingo cõtra uos malũ, & cogito cõtra uos cogitationẽ,reuertat̃ unusquisque à uia sua mala & dirigite uias uestras, & studia uestra:Oẽs(inquit)minæ,qb. uos perterreo,& supplicia, quibus uos punio, sunt ficta,& nõ ex corde meo,hoc ãt facio, ut ad me cõuertamini. O incõprehensibilẽ Dei ,pbitatem,ac clementiã?qs erit tã pro teruus,& durus, q talibus uerbis cõcitatus tuę diuinę Maiestatis amore nõ liquefiat?O fratres charissimi diligẽtissimè hęc intra uestra Christiana pectora pensate,non.n.sunt uerba, quibus satis digne ualeant ampliari.

Ita ẽt oĩs hę ualde terribiles minæ,qb. Dñs nunc Iudæos cõminatur, sunt q̃dam pacis oblationes, quibus Dñs illis pacẽ offert & eos rogat, ut illã uelint accipere, & sic dicit: *Ego uado ,& quo ego uado uos nõ potestis uenire:* Acsi diceret, vultis ne aliq̃d ex officina mĩæ?uidete q̃ iam uolo proficisci, si aũt semel illam clausero,& abiero, nunq̃ amplius me inuenietis , licet me quæratis, & sic in peccato uestro moriemini.O terribilẽ cõminationem, qđ nã est marmor audiẽs te,qđ nõ trepidet?Timete fratres mei hoc,qđ hic Dñs dicit, & curate diligentissime, ut dum inueniri põt illũ quæratis,si.n. opportunã occasionem prætermiseritis,postea quæretis eũ,nec tñ inuenietis.Inuocabũt me(ait diuina sapiẽtia)& nõ exaudiani, manè cõsurgent, & nõ inuenient me.Eo q̃ exosam habuerint disciplinã,& timorẽ Dñi nõ susceperint, neq; acquieuerint consilio meo.Ex qbus oĩbus manifestè apparet, ẽt in hac uita adimi posse; peccatori ptãtem cõuertendi se,nõ qa oĩno hęc ptãte priuet̃, sed quia ꝓp duritiẽ cordis eius tam ꝑcul Deus ab illo abest,ut,nisi peccator sibi maximã uiolentiã inferat,cõuerti nõ possit,qa uero hanc maximã uiolentiã sibi peccator nunq̃ infert,dicit̃ nõ posse ad Deũ cõuerti.

Et hoc est esse peccatorẽ proterutũ,& obduratũ. Hic aũt infelicissimus statius super oĩa in hoc sęculo timendus est.Qñ qs uult peccatũ aliq̃d cõmittere plurime considerationes illũ ab ea miserrima intẽtione cohibere pũt:hęc uerò inter cęteras lõge potẽtissima mihi uidet. Efficacissimũ remediũ ẽ,quo te à peccato abstineas, si quis scelus aliq̃d uis perpetrare,cõsideres, te creatori tuo iniuriam inferre uelle, cùm ei obedire nolis. Hoc ẽt te à peccato magnoperè remouebit,si cõsideres te oĩbus creaturis iniuriã facere,q̃ huc usq; seruo Dei obediebãt,amodo uero seruo Sathanę ꝛcipiẽt obedire. Ad hoc ẽt multũ ,pderit cõsiderare te iniuriã inferre Angelo tuo custodi,cũ uideat à ſe tã malã,& miseã animã custodiri.Itẽ multũ cõducit,si cõsideres te efficere qmãtũ ex te est,ut infinitus ille pretiosissimi Iesu Christi sanguinis thesaurus amittat̃,nam quatenus ex te est nullũ in te fructũ habet.Inter has aũt oĩs,cõsideratio,qua maxime obstupescere deberemus est,q̃ spũs uadens,& nõ rediens,q̃ potest hois spiritus à mala cogitatione ad delectationẽ, à delectatione ad consensũ,à consensu ad opus,ab opere ad continuationẽ, à continuatione deniq; ad duritiẽ & obstinationẽ deueniret.Non aũt uires habet, ut ab hoc tãto malo i gratiam Dei redeat. Nunc intelligetis uerba illa S. Pauli,dicentis,cuius uult miserẽt̃,& quem vult indurat.Habet quis nulnus,& accedit chirurgus,qui applicat illi unguentũ quod dã mollificatiuũ,si aũt uulnus hoc unguento magis obdurat̃,nõ est in culpa chirurg⁹, aut medicamentũ, sed mala cõplexio hois uulnerati. Applicat Deus peccatoris uulneribus unguenta, q̃ sunt admonitiones,comminationes,supplicia,& deniq; promissiones,peccator uerò magis obduratur,hoc ꝓfecto non ex Deo,sed ex peccatore ,puenit, qa uulnera hẽt corrupta,& putrida,Sol mollificat cerã,lutũ uero obdurat.Nec hẽt lutũ quare conquerat̃,cũ ita dispositũ sit ut mollificari solis calore nequeat.Peccauit Iudas & B.Petr⁹,quot aũt emplastra utriq; applicauit?qbus alter mollificatus est, & fleuit amare,alter uero.s. Iudas oĩbus illis medicamẽtis obduratus & cõdẽnatus est.Huius rei culpa fuit Iudę,qa adeo obduratus erat ut oĩa medicamina, q̃ Deus illi applicauit, nequaquã profuerint.Itaq. sicut hic D.Hieronymus respondet,nunquam q̃ Deus facit, aut q̃ non facit animam obdurat,quia uero

Pſalm. 77.

Prou.1.

7

8

9

10

11

Similc.

Hiero.

uero cũ Deus i animã beneficia cõferret ip
sam q. sæpissimè uocaret, assuefacta é obmu
tescere, nec Dei uocatibus respõdere, paula
tim pudoré depdit, & cõsuetudinẽ acquirit,
ita ut iã illã ñ pudeat Deũ crebrò sine re-
spõsione remittere. Et sic ex assiduis benefi
cijs, & uocationib⁹ peccatoris nequitia oc-
casionẽ assumit magis se obdurãdi, ut appa-
12 ruit i Iudæa, & Pharaone. Tales aũt fuerũt hi
Iudęi atq. ideo dicit illis; *In peccato uẽro mo
riemini.* Quẽ hæc verba ñ obstupefaciũt? uni
uersa res salutis nostrę i mortis nostræ hora
cõsistit. Si te i gratia cõmorãtẽ mors cępit,
beat⁹ eris si ãt i peccato te occupauerit, in
ęternũ cõdẽnaberis. Quapp ut benè moria
Iudi. 9. ris, bene uiue. Nã ut in plurimũ sicut uiuũt
hoies ita moriũt. In lib. Iudicũ dicit ꝺ Tyrã
no quodã noïe Abimelech, q cũ turrim q̃
dã oppugnaret, mulier una fragmẽ molæ ꝺ
sup iaciẽs, illisit capiti Abimelech, & cõfre
git cerebrũ ei⁹. Qui uocauit citò armigerũ
suũ, & ait ad eũ: euagina gladiũ tuũ, & pcu-
te me, ne forte dicat, q a fœmina interfect⁹
sũ. Qui iussa pficiens interfecit eũ. Videte
qualẽ dolorẽ haberet, & qua pnia cõpunge
ret in hora mortis. Vanitatẽ illã, qua cũ to
13 to uitæ suæ tpe honori seruierat, nõ in ho-
ra mortis pdidit. Cũ deberet dicere, alliga
mini hoc uulnus, & adhibe aliqꝺ remediũ,
ut saltẽ paululũ possim uiuere, & peccato-
rũ meorũ ueniã deprecari, atq. pniam age-
re: dicit, interfice me citò, ne dicaĩ, q a fœmi
na interfectus sum. Liberet nos Deus à tali
insania. Hoc passim experimur, cum hoies
morianũ loquẽtes, & agẽtes de illis, q̃ in ui-
ta diligebãt. Qui in uita sua auaritię seruiũt
14 uidebitis eos in hora mortis intra se nũmos
numerãtes, & de illis loquẽtes, alios ꝺ mer
cationibus, & negotiationibus, alios deniq.
de bellis uidebitis disceptantes. Itaq; ea in
hora mortis cogitãt, quibus in uita occupa
ti, & delectati sunt. Qꝺ cũ ita sit fratres cha
rissimi uos iterũ atq. iterũ exhortor, ut di-
ligentissimè curetis benè uiuere, ne mors i
peccato mortali uos occupet. Sup oĩa aũt
uos moneo, ut magnoperè caueatis ne ser-
uos Dei psequamini: ne sitis ex numero ho
rũ infœliciũ, q iustum Iesum psecuti sunt,
in cuius peccati pœnam in sceleribus suis
mortui sunt. Narrant sacræ literæ Dauid sæ
penumero, atq. optima Sauli seruijsse, mer
ces uerò, q̃ illi psoluit hæc fuit, q eum quo
ad potuit, persecutus est. Videamus nunc
1. Re. 31. Saulis finem. Hic profecto fuit eius finis,
quũ in quodã prẽlio esset, consecuti sũt eũ
uiri sagittarij, & uulneratus é uehemẽter à
sagittarijs. Ne uero hostes sui in illũ irrue-
rẽt, & illuderẽt, arripuit gladiũ suũ, & irruit
1. Re. 13. sup eũ, & sic se i ipsum interfecit. Eccé Sau
lẽ in peccato mortuũ. O q̃ obstupendus é
hic casus, q cũ tã probus uir esset Saul, & tã
syncerus, ut in sacris literis infanti unius an
ni conferatur, in tm̃ malum deueniret, ut si
bi ipsi mortẽ inferret. Suppliciũ fuit hoc sa 15
ne persecutionis, & odij, quo infectatus est
Dauid. Maledictũ Cain oĩbus cõpertum est
in peccato interijsset. Quę qꝺẽ fuit iustitia
Dei pp persecutionẽ, qua usus est in fratrẽ
suũ Abel innocentẽ. Nec uero ignoratis mi
serũ Iudã, q diuinũ Magistrũ suũ persecutus
est, laqueo se suspẽdisse, atq. i peccato mor
tuũ fuisse. De his oĩbus merito dici potuit,
i peccato uestro moriemini. Ne mireris fra
ter si te mali psecuti fuerint, nõ. n. est Chri
stus sine Iuda, qui eum tradat: nõ Abel sine
Cain, q eũ interficiat, nõ deniq. Dauid sine
Saule, q illũ psequatur. Veruntamen uæ Iu
dæ, uæ Cain, uæ Sauli. Vix reperitur iust⁹ si
ne malo, q eum psequatur, sed uę malo, q
iustum persequens ipso facto Iesum Chri
stum psequitur. Et nisi citò sibi remedium
adhibuerit, timeat ne in cordis duritiem de 16
ueniat, ex ea autem in infernum detruda-
tur, ubi sempiternis ignibus crucietur.

Aliã ãt rõnem reddit hic Dñs, quare, hi
miseri Iudęi in peccato mortui fuerint, di-
cens: *Vos de hoc mũdo estis: Ego nõ sũ de hoc
mũdo.* Vnã ex clarioribus cõiecturis q̃ habe
ri põt, q qs in peccato moriturus est, hanc
esse sentio, scilicet si nimio amore res secu
lares diligit. B. Augustinus amorem uocat Augusti. li.
põdus dicẽs: Amor meus põdus meũ. Hæc 3. conf. c. 9
est põderis ꝓprietas, q si magnum sit non
patiaĩ hoiem ambulare: imo eũ immobilẽ
faciat sistere. Sic ét illũ, q nimio secularium
rerũ amore captus est ipse amor facit in mũ
do sistere, & in eius põpis, delicijs, & in alijs
plurimis miserijs cõmorari, nec ab illis un 17
quã illũ patiẽ recedere. Qꝺ si amor est Dei
illud põdus faciet ut in Deo psistas, nec a b
eò separeris. Animaduertite igit ò frater q-
nam sit amor, q in te dominatur, & ex hoc
quodãmodo cõijces quẽ finẽ habiturus sis.
Qꝺ si grauissimo seculari amore te oneratũ
senseris, incipe amodo sup te lamentari qa
in peccato morieris in suppliciũ istius ingra
titudinis, q̃ in diuinam maiestatem com-
mittis: nisi citò tibi remedium adhibueris.

Non

Nõ fuit hic finis, ob quẽ sapientissimus il-
le rerũ oĩum fabricatur tantã, tamq; deco-
rã hanc orbis machinã tanta rerum uarieta
te exornatã cõstruxit, cãq; ineffabili quadã
sapiẽtia moderatur, sut in ea hoies obtũde
rẽtur, prophanisq;: & immundis uoluptati-
bus uterentur. Indignũ ꝓfectò est tale de in
finita illa Dei probitate, ac sapientia suspi-
18 cari, q pp tam humiles, & abiectos fines si
cut hos, hanc orbis molem construxerit, &
tandiu conseruarit: sed ut nobis esset excita
tor, qui nos in diuino amore commoueret,
atq; ardentissimè inflãmaret. Nos uerò ita
Simile. hoc mũdo utimur, ac si ad nihil aliud crea
ti essemus, quã ut eo illiusq; creaturis frue-
remur. Si uir nobilis desponsatus, qui in In
dia cõmoratur sponsæ suæ pretiosum quod
dã monile mitteret, ut ipsa illud aspiciens
sponsi sui recordaretur, & maiori ipsius a-
more inflãmaret: siq; spõsa monilis pulchri-
tudinẽ uidens, tanto illius amore caperet,
ut pp illud in sponsi sui obliuionẽ deueni-
ret: q iustè sponsus de sponsæ suæ ingratitu
dine quereretur, cùm et eo, quod illi spõs⁹
19 eius ad maiorẽ materiã, ardentiorẽq; amo-
rem miserat, ipsa obliuionis occasionem as
sumpserit? Vnaquæq; animarum nostrarũ
est dilectissima Dei spõsa, & sicut spõs⁹ no
ster pretiosum monile nobis misit, q est hic
mũdus. Tota. n. hæc machina, tot plantis, tã
decoris cælis, ac rutilantibus syderibus ex
ornata, tot auibus, tot, tamq. diuersis aĩali-
bus repleta: tot fontibus, fluuijs, ac marib⁹
irrigata, quid aliud est q̃, pretiosum quod-
dã monile, quod Deus sicut optimus, & a-
mantissimus sponsus nobis dedit ut huius
monilis pulchritudinẽ aspicientes arden-
tiort amore illius fabricatorẽ diligeremus,
& diuino ipsius amore inflãmati dicerem⁹:
si hęc oĩa tã pulchra solo uerbo Deus crea
uit, qualem oportet eum esse, qui talem po
20 tentiam, & sapientiã hẽt? Hoc est, qꝺ sapiẽs
Sap. 13. dicit. A magnitudine. n. spẽi, & creaturæ co
gnoscibiliter poterit creator horum uideri.
Si uerò nos tantoperè huius seculi monile
dilexerimus, ut propter illud Deũ relinqua
mus, & illius obliuiscamur, iure optimo de
ingratis, siquidem id, quod nobis dedit, ut
maiorem recordationem, & amorẽ sui ha-
beremus ex hoc obliuionis, & ingratitudi-
nis occasionem accipimus, & dignissimi su-
mus, qui maximis supplicijs pro tãta pũdia
afficiamur. O quot fortasse hic sunt, qui in
hac culpa cõmorantur, & in illa tanta cum
trãquillitate & securitate uiuũt, sicut Ere-
mitæ, q pp Deũ oĩa secularia reliquerunt.
Monco igit & exhorror uos fratres mei, ne
ista negligatis. In maximo. n. cõdẽnationis
uestræ pĩculo uersamini. S. Propheta Zacha Zach. 5.
rias dicit, se uidisse amphoram, & in medio
eius mulierem sedentem, & hñtem in ore
suo massam plumbeam. Cumq. ipse ampho
ram aspiceret, dicit eam contremuisse, &
mulierẽ in medio illius cecidisse. O mũde 21
tu es amphora toti⁹ uirtutis, & ueritatis ua
cua. Et aĩa sicut mulier debilis sedet super
hanc amphoram uacuã: porrò in ore, q est
uoluntas grauissimum quoddã hẽt põdus,
qui est maximus quiddam secularium rerũ
amor, qui eam facit lentissimè in illis assi-
dere. Fieri nõ põt, quin hoies per hoc secu
lum transeamus: malum uerò illud est ma-
ximũ, nẽpè q in illo sedeamus. Caue tibi, ò
peccator, nã una inuersione elementorum,
ex quibus uirtualiter componeris, morie-
ris, & in medio huius amphoræ cades, hoc
est, in inferno, qui est centro terræ. Massa
enim plũbea, qui est nimius iste, & immo- 22
deratus terrestriũ rerũ amor te illuc descẽ
dere compellet. Quòd si hoc ita esse dubita
tis, attẽdite qũo experimini hos seculi ama
tores pro maiori parte interire. Est quis iã
morti proximus, & dicitis ei. Dñe confite-
re peccata tua, & ille rñdet, dicens: Dimit-
te me, quia sum paululum fatigatus, reditis
postea, & dicitis. Dñe uis confiteri? at ille di
cit. finite me paulisper modo quiescere. Po
stea demum reditis, dicentes: Dñe quare nõ
uis confiteri? O quã molesti estis (ait) non-
dum ego morior, ego. n. sentio me nõ tã ci-
tò esse moriturũ. & tandẽ interit, nec dicit,
Iesus. O aĩa, q̃ in huius mundi amphora in
clusa es, exi celeriter ab hoc periculosissi-
mo loco, in quò cõmoratis, ne fortè mors
ibi te occupet, & iusto Dei iudicio in pec-
cato tuo moriaris.

Vos (inqt Dñs) *de hoc mundo estis: ego nõ* 23
sum de hoc mũdo. Quare Dñe dicis te nõ es Simile.
se ex hoc mundo? Nõ tu illũ ex nihilo crea
sti? non est tuus? Si uideritis patrem fami-
liãs i ostio dom⁹ suæ, & illũ interrogaretis,
dicẽtes. Dñe tu es ex hac domo? nõ posset
meritò dicere nõ sũ ex hac domo, sed dice
ret, ego sũ paterfamilias, & prĩceps hui⁹ do
m⁹, cui oẽs, q in ea sunt, obediũt, & cui⁹ sũt
oĩa, q̃ in ea sũt. Si ergo oĩa Dñe sũt tua, qua
re dicis te nõ esse ex hoc mũdo? Nũqd tu
nõ dicis. Me⁹ est enim orbis terrarũ? sed for

sitan

fitan vis dicere tibi nobiſcum contigiſſe, q̃ vulgo dicit: De foris aduenier, qñ nos à domo expellet, quod idem Hiſpanum axioma dicit: [*De fuera uẽdra, quen de caſa nos echara.*] Verum eſt Domine uniuerſum orbem tuum eſſe, ueruntamen domi tuæ hominem recepiſti, & pro ſolutione huius beneficij, peccatis ſuis te domo expulit: Quid? tñ potuerunt hoies, ut Dñm Deũ ſuũ domo eius expellerent? Ego hac ſimilitudine hoc declarabo. Qñ nõ uis aliq̃d audire, q̃d tibi dicit, dicis tu: Ne me hinc ejcias, non uis tacere? uis, ut domo exeã? ſic Deũ à mũdo expellimus, ſi domus eius eſt, quia ea facimus, q̃ ille nequaquã uidere vult, & uerba loquimur, q̃ ipſe non vult audire. Hoc eſt maximũ ſignum, q̃ quis expulſus fuerit domo, cum in ea non fit q̃ ipſe iubet, ſicuti fieri conſueuerat: Iam in mundo non fit quod Deus imperat, ſed quod peccatum iubet. B. Paul⁹ dicit: An neſcitis, qñ cui exhibetis uos ſeruos ad obediendũ, ſerui eſtis eius, cui obeditis: ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Cõſiderate igitur cui plus huc uſq. obedijſtis, peccato ne, an iuſtitiæ? & ex hoc colligetis, qs nã plus in orbe dñetur: Cogitate ex annis, quos uidiſtis, quantum tpis in cupiditatibus ſuperbiæ, luxuriæ, & deniq. iræ ſeruitute cõſumpſiſtis, & quanta cum promptitudine, & diligentia in his oibus, q̃ peccatum præcepit uos exercuiſtis, conſiderate ẽt q̃ parũ tpis, aut fere nullũ in Dei miniſterio eos occupauiſtis, & hinc colligetis q̃ meritò Dñs dicat: Nõ ſum ex hoc mũdo, etſi mũdus ſuus eſt. O diabolicã tyrãnidẽ, q̃ homines ita uiuãt, vt occaſioni ſint Deo, quò domo ſua exeat? Q̃d ſi hęc uerba dicit Dñs Ieſus de ſe in quantũ homo eſt, ſ. non ſum ex hoc mũdo, hoc modo intelligenda ſunt. Quod licet in hac terra natus fuerit, ſanctiſſimũq̃ue corpus ſuum ex cælo non traxerit, ſed illud ex puriſſimis ſacratiſſimæ matris ſuæ uiſceribus aſſumpſerit, qa tñ uolũtatẽ, & affectũ ſuum non infimis, & abiectis huius ſeculi rebus collocauit, dicit ẽt quaten⁹ hominẽ ſe non eſſe ex hoc mundo. Idcirco Beatus Paulus dixit: Primus homo de terra terrenus, ſecũdum homo de cælo cęleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni, qualis cæleſtis: Qualis terrenos, tales & terreni, qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Primum hominem terræ, appellat terrenum, qa ſe ſe ad terrena inclinauit, & pp illa creatorem ſuum offendit. Chriſtum ãt R.N. cęleſtem hominem nuncupat, etſi ſanctiſſimum eius corpus uerè terrenum fuit, & à terra deſumptum, quia tota eius affectio, & amor in cęleſtibus rebus ſitus erat. Et ita dicit, eos q̃ Adã imitant terrenos eſſe, ſiquidẽ ſeſe ad terrena, pp̃ẽdũt, eos uerò q̃ Ieſum Chriſtũ ſequunt, cęleſtes eſſe affirmat, qa in cęlis amorẽ ſuũ & deſideria collocarunt. Ex hoc intelligetis fratres quales ſitis, ſi cęleſtes, an uerò terreſtres ſitis, ex illis nẽpe, q̃ diligitis, tractatis, & ingritis. Si uos ad terrã pp̃ẽ ſos aĩaduertitis, uidete q̃d B. Paulus ſtatim immediate dicat: Igit̃ ſiq̃dẽ portauim⁹ imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cęleſtis. ſ. diligendo, & cupiendo. O infinitã Dei probitatẽ q̃ pauca ab hoibus poſtulat. Quod cùm ipſe ſit qualis eſt, cũq; Adã fuerit qualis fuit, nobis tñ dicit: Sicut portauim⁹ imaginem terreni, &c. Non petit à te ut maiori diligentia ſibi ſeruias, q̃ ea, quã ad ſeruiendũ mundo adhibuiſti, quaq; inobediẽtem Adã ſecutus fuiſti. Verùm væ tibi, ſi ne hoc quidem parum uis facere.

Dixi ergo uobis, qa moriemini in peccatis ueſtris. Si.n. non trederetis quia ego ſum, moriemini in peccato ueſtro. Hic clarius ẽt Dei mia detegitur, & manifeſtius oſtenditur, ea q̃ dixit, fuiſſe ad eos deterrẽdos, ut ad eum conuertant, ne in perpetuum cõdemnent, cũ eis dicat: Si nõ crediderit, qa ego ſum, moriemini in peccato ueſtro, i. Si crediderit is qa ego ſum, non moriemini. Hoc intelligendum eſt, ſi recepiſſent fidem Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſicut oportebat, hoc eſt, operãtes q̃d ipſa pręcipit. Nos igitur fratres mei, ſiquidem hoc tam ſingulare donum fidei accepimus, diligenter curemus ne in nobis uacuum ſit, ſed charitate, & optimis operibus refertum. Et accurate laboremus, ut id hoc ipſo dono ſemper ulterius progrediamur, ut eo creſcente, amor ẽt cæteræ q̃. piæ Chriſtianæ uitæ exercitationes pariter accreſcant. Hoc ſignificauit S. Paulus, cùm lo queretur de Euangelio, cũq̃ dixiſſet: Iuſtitia. n. Dei in eo reuelat̃ ex fide in fidẽ. Addidit dicens, ſicut ſcriptum eſt: Iuſtus aũt ex fide uiuit. Iuſtitia (inq̃t) Dei in Euãgelio de fide in fidẽ reuelatur, ideſt, iuſtitia Dei qua nos per Ieſum Chriſtũ iuſtificat, magis ac magis in Euãgelio illis in dies reuelatur, & detegitur, qui de fide in fidem procedunt, ideſt, illis, qui paulatim fidei augmentum accipiunt. Hoc enim ſignificat, de fide in fidem,

Rom. 6.

1. Cor. 15.

Rom. 1.

fidem, quæ eſt phraſis ſacræ Scripturæ, ut patet in Pſalmis, ubi dicit, Etenim bñdictionẽ dabit legislator: ibunt de uirtute in uirtutẽ, &c. Id eſt, paulatim in uirtute accreſcẽt, & in ea confortabuntur; Hac'ẽt phraſi uſus eſt Apoſtolus, dicẽs. In eãdẽ imaginẽ tranſformamur à claritate in claritatẽ, tanquã à Dñi ſpiritu, ſ. adiuti, id eſt in dies magis ac magis Deo aſſimilamur. Ita hic de fide ĩ fidem, id⁹ eſt, fides p̃ multiplicationem actuũ eius accreſcit. Et aĩa clariorem myſteriorũ Euangelij cognitionem in dies concipit, atque cum hoc diſponit̃, ut multò magis in amore, & charitate accreſcat. Iuſt⁹. n. ex fide uiuit; ſumit metaphorã à mercatore, q̃ mercatione ſua utitur, & in dies illa magis locupletatur; ita iuſtus fidei negotiatione ſemper in charitate, & ſpiritualibus exercitationibus accreſcit.

Pſalm. 83.

2. Cor. 3.

Dicunt Phariſæi, ſiq̃dẽ nos admones, ut in te credam⁹: *Tu quis es? Dixit eis: Principiũ, q̃ & loquor uobis.* Id eſt, ſum Deus, q̃ in humana forma loquor: ſum Deus, & hõ, & ut talis omnia cordium ueſtrorum arcana penetro. Atq. ideò: *Multa habeo de uobis loqui, & iudicare. ſed qui miſit me uerax eſt.* Et adimplebitur q̃ ipſe dixit: ſ. dié iudicij, & rõnis nouiſſimæ aduenturum eſſe, ĩ quo cuncta hominum facta perſoluentur. Hic clarius manifeſtatur deſiderium, quo Dñs flagrabat conuertendi illos. Antea illos cõminatus fuerat, q̃ mors eos in peccato occupatura erat, modo uero illos comminatur ar̃tiſſima ratione, quam de peccato reddituri ſunt; & ſeuero, ac terribili iudicio, quo iudicandi ſunt.

Ioan. 24.

Ieſa. 32.

Dicit ãt ulterius ſanctũ Euãgeliũ. *Et nõ cognouerunt, quia patrem eius dicebat Deũ.* Licèt clariſſimis uerbis hoc illis declaraueritillud tñ non intellexerunt. Hoc eſt præſcitorum ingenium, q̃ diuinæ res, & q̃ ad animę ſuæ ſalutem ſpectant, omnes illis uidentur obſcuræ, nec illas unquam penitus intelligunt. Et ſic ubi nos legimus; Dixit Balaam filius Beor, dixit hõ cuius obſcuratus eſt oculus, alij legunt uice uerſa; dixit hõ, cuius apertus eſt oculus, & alterũ alteri optime cõuenit. Nã mali, (ut ait Hieremias:) Sapientes ſunt ut faciant mala; bene autem facere neſcierunt. Habent mali oculos clauſos, & apertos, & talis fuit hic miſer Balaã, quẽ cupiditas exęcauit, cum tñ tanta ad malum faciendum pręditus eſſet ſapienti. Sic etiam hi miſeri tã ſagaces, & edocti in ſecularibus rebus à malitia ſua exęcati ſunt, & tã ignorantes fuerunt, ut hęc clariſſima uerba, quæ hic Dominus illis prædicabat, nõ intellexerint. Et ita debitũ illorum timorem, ut oportebat, non conceperũt, & perinde nihil emolumenti ex illa diuina p̃dicatione perceperunt. Hi, de quibus nunc loquimur iam ex hoc mundo tranſierũt, ſi malè operati ſunt, iam iniquitatis ſuæ mercedẽ accipiũt, ſceleraq̃. ſua ſatis digne perſoluunt. Quòd ſi hoc Euangelium prædicamus, non hoc eorum, ſed noſtra cauſa facimus, & hæc cõminationes nobis deſeruiũt. Quapropter ſumma animi contentione Deum exorate, ut timor, qui illis defuit, in animabus ueſtris imprimatur. Nam pro magno beneficio dicebat Deus Hieremię: Et timorem meum dabo in corde eorum, ut non recedant à me. Et ubi nos legimus: A facie tua Domine concepimus, & quaſi parturiuimus, & peperimus ſpiritum ſalutis, alij legunt: A timore tuo Domine cõcepimus, &c. Et utrumque eſt idem. A facie enim Maieſtatis alicuius timorem concipere ſolemus. Ex his uerbis apparet quàm ſingularis ſit & præſtans timor Dei, ſi q̃dem eo anima cęleſti quadam pręgnatione pręgnata manet. Vnde prouenit, q̃ ſpiritum ſalutis, & alias plurimas uirtutes pariat. Et quemadmodum mulier prægnata appetitus mutat, nõ uult enim niſi acria, colorem q̃ue ultus mutat; ita etiam anima diuino timore prægnata cum ſanctis propoſitis: ſtatim appetitus mutat. O utinam diuina Maieſtas, hanc in uobis pręgnationem operetur, & uidebitis quomodo ſtatim ſicut prægnatæ res acres deſiderabitis, lachrymas, ſ. aſperitates, ieiunia, ac deniq. uerbera cupietis, quæ omnia ſenſualitati ſunt acris, & acerba. Vt dicebat Iob: Quę prius nolebat tangere anima mea, nunc præ anguſtia cibi mei ſunt; ita & uos, quę anteà uirtutis exercita oderatis, nunc ſummo ſtudio, & maximo animi affectu amplectemini: & facies quæ hucuſque candida, & rubicunda incedebat, iam deinceps colorem immutabit, præ pœnitentia, uigilijs, & uitæ aſperitate & denique ex hac ſancta pręgnatione ſalutis ſpiritus orietur, cum hac. n. diſpoſitione gratiam ſuam Deus communicat, qua cęleſtis gloria cõparatur, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

Hie. 4. Pſalm. 26.

Simile.

Iob. 6.

Feria

Feria III. post Dominicam II. in Quadragesima.

Super cathedrā Moysi sederunt Scribę, & Pharisæi, &c. Matth. 23.

1 FERIA tertia ante suam sanctissimā Passionem, maximam quan dā disceptationē habuit Christus Redemptor noster cum Pharisæis, & legis peritis, in qua illis parabolam illam uineę, quam locatam habebant mali Matth. 22. agricolæ, & parabolam nuptiarū à quibus expulsus fuit in tenebras exteriores hō ille qui nuptialibus uestibus exornatus non introierat, ꝓposuit, his omnibus ad ueritatis agnitionem curans illos adducere: ad quod propositum quęstionem etiam illam eis ꝓposuit, uidelicet, Christus cuius filius sit; ubi manifestē illis probauit, q̄ siquidem Dauid prophetauerat, dicens: Dixit Dominus Domino meo & in hoc Messiā Dominum suū appellauerat; Messias plus erat, quā homo, quia uerus Deus erat. Vnde autē Dñs Iesus Psal. 109. nihil horū sufficere, sed eos magis, ac magis obdurari prędicationē suā populo, discipulisq; suis direxit, dicens: *Super cathedram Moysi, &c.* admonens illos, ut Pharisęorum, & Scribarum doctrinam, non uerò ipsorum opera sequerentur. Dicunt enim, & non faciunt. 2 Cælestē hanc admonitionem, non solùm illis temporibus, sed etiā præsentibus & futuris sæculis usque ad uniuersalē mundi consummationem Dominus præbuit. Nam in omnibus temporibus poterit accidere magistros esse, qui uirtutem doceant, nec tamen illam exequantur, quę satis maxima ęrumna est. Si Deus homini linguā, & non manus dedisset, nō miraret q̄ homo loqueretur, nō tamē operaretur. Cùm autem hō unā minimā linguā, manus uerò binas cū plurimis digitis acceperit, & tamē multa loquitur, pauca uerò operatur: hoc maxime admiror: &, q̄d peius est nō solū aliqui non operātur bonū, sed faciūt malū, quo ꝓximos suos scandalizant, atq; etiam perue rtunt. O prædicatores Euangelici, ò Ecclesiastici uiri, ò prælati quātum honoris ac æstimationis, & quidem fructus etiam sanctum Euāgeliū amittit, eo quod ministri non sint, quales esse oporteret, quia sicut medicus, qui alios uno modo curat, & seipsum uicę uersa moderatur, medicinæ suæ suspicionē afert, alioſq; de eius uirtute facit dubitare, sic etiam magister, & prędicator, cuius uitæ Simile. pietas, morumque integritas doctrinæ, quā prædicat, nō consonat, stulto saltem, & ignaro occasionem præbet, quo de ueritate doctrinæ, quæ illi prędicatū, dubiret. Per Hieremiam dicit Deus de quibusdam pessimis prædicatoribus: Si stetissent in cōsilio meo, & nota fecissent uerba mea populo meo, auertissem utique eos à uia sua mala, & à cogitationibus suis pessimis. O uerbum maximi doloris quomodo cū illud audiuimus, cor nostrū non cōteritur? Dicit etenim hic Deus se propter prędicatores populum ab eorum peccatis, atque etiam à malis cogitationibus conuersurū fuisse, si prædicatores in occultum Dei consiliū introiuissent, id est, si essent homines spirituales, solitudinis, & orationis studiosi, illic.n. eos Spiritus sanctus erudiret, quomodo oporteret illos munere suo fungi, ut dura, & rebellia corda lacerarent, quia uerò in hoc consilium non ingrediuntur, prædicatione sua hunc effectum in animabus non efficiūt. Etiam hoc significauit Ecclesiasticus, ubi dicit. Verba sapientiū sicut stimuli, & quasi claui in altū ꝑ defixi. Sapientes dicunt in sacris literis, nō ij quidē, qui diuinæ legis theoricā sciunt, sed qui simul practicā illius cognitionē habent. Vult igitur dicere. Verba sapientū qui sunt uirtute prędi ti, q̄que lege Domini delectant, esse quasi stimulos, q̄ corda feriunt, & cōpungunt. Sunt etiā (inquit) eorū uerba sicut claui magnoperè affixi in altū, usq. ad capita, ita declarat B. Hieronymus illic, cla uos in altū defixos idē significare, q̄ in profundo defixos, sicut puteus dicitur altus, id est, profundus. Vult igitur dicere horū uerba tā acuta esse, ut hominum animos penetrēt, & in cordibus infixa maneāt, ita ut obliuioni nequeant tradi. Sicut claui nimis affixi uix euelli, aut commoueri possunt, etsi alijs uidetur hęc metaphora esse de clauis in altum affixis, à quibus cortinæ pendent, ita iustorū prædicatorū uerba auditorū animos sustinentes tenent, eosq; à terra eleuant, ut quasi cortinę hanc Dei domū, quę est sancta eius Ecclesia, exornent. Hunc igitur fructū amittit sanctum Euangeliū, eo quòd à talibus sapientibus non prædicetur. Idcircò S. Paulus nos admonet, dicens. Nemini dantes ullam offensionem, ut non uituperetur ministerium nostrum, sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patiētia, ut tribulationibus, in necessitatibus, in uigilijs, i ieiunijs, i castitate, in

in charitate non ficta. Longū esset annumerare modò plurimas uirtutes, quas illic B. Paulus commendat ministris Dei, ne ministeꝛ in contēptum ueniat, & nō soiùm non proficiat, sed officiat, q̄ quidē summa est miseria, & infelicitas. Ad hoc propositū singularia quædā uerba, & notatu dignissima dicit B. Paulus: Si.n. pp cibū frater tuus contristatur, iam nō ſm charitatē ambulas. Ante q̄ ulterius progrediamur, notate ex hoc loco colligi opera, q̄ non sunt necessaria, licet ex se bona sint, pp pusillorū tū scādalū, ad tps ptermitti oportere. Dicit ulteriꝰ S. Apostolus: Noli cibo tuo illū perdere, pro quo Christus mortuus est. O diuinam exaggerationē! Ex eo (inquit B. Paulus:) Proximi tui pretiū, & æstimationem potes pspicere, q̄ tāti Iesus Christus illū emit. Aduerte Iesū Christū pro eo mortuū fuisse. Qui ex uolūtate sua annulū pretiosam margaritā habentē in lacū conijcit, pretiū, q̄d pro illo dedit, se contēnere apertè demōstrat. Sic qui proximū suū ad peccandū inducit, significat se Iesu Christi filij Dei mortē, qua proximus emptus fuit, negligere, & nihil æstimare. Quo circa ut illū doceas, nec eū scādalizes, sed in oī bono cōserues: vide, quāto pretio illū Iesus Christus emerit. Eadē exaggeratione usus est & ipse Apostolus, dicens: Et peribit infirmus in tua conscia frater, ꝓpter quē Christus mortuus est. O quantū malū & incōmodum erit hoc, & quā grauiter pro illo punieris? Hic aūt circa illud, de quo loquebamur, ita concludens, dicit: Non ergo blasphemet bonū nostrū, i. uideamus ergo quō uiuimus, ne Deus, quod est bonum nostrum blasphemet: quapp, etsi tibi, salutiq; aīæ tuæ nō consulas, nec Christiani nois dignitate ad uirtutē cōmouearis, ut proximū tuū non scādalizes: saltē hoc te cōmoueat, ne tua causa Deus iniuria afficiat. O q̄ affectuosa exaggeratio est dicere: ne ergo blasphemat bonū nostrū? Quòd si talib⁹ uerbis tanta cū efficacia Christianis oībus generaliter cōmendat, ut diligētissimè caueant, ne fratribus suis scandalū afferāt, non solū male operādo, sed ne quidē aliquē cibū comedendo, pp q̄d (etsi ex se illū comedere malū nō esset) aliquis ignarus, & insipiens scandalizaret. Quibus uerbis arbitramini hoc Ecclesiasticis uiris commendari oportere, quorū malum exemplum longè perniciosius est, & in maiorē Dei optimi maximi iniuriam redundat? O utinam hoc satis dignè exaggerare possem. Vt aūt illud meliùs intelligatur, notandum est in hac uniuersali Ecclesia Deum diuisisse officia. Magnis, & potentibus iudiciū, & iustitiā cōmendauit. Et ita Sapi. eam illis cōmendat, dicens: Diligite iustitiā qui iudicatis terrā. Vos ò iudices (ait) gubernatores, & reges, quorum munus est terrā iudicare, aduertite hoc, q̄d uobis summoperē cōmendo, s. ut iustitiā intimo cordis amore diligatis. Diuitibus uerò miam cōmendauit, ideò namq; illos diuites effecit. Et sic B. Paulus dicit. Vestra abūdantia illorū inopiam suppleat, ut & illorū abundantia uestrę inopiæ sit supplementū, ut fiat æqualitas. His uerbis significat D. Paulus, q̄ sicut Deus diuitibus miam, ita pauperibus patientiā, aliasq; plurimas uirtutes cōmendauit. Et sicut diuites tpalibꝰ abundant, spiritualibus bonis indigere solent. Pauperes uerò ècontra oportet, siquidem tpalibus indigent, spiritualibus abundent, & sicut diuites debent eorū corporalē inopiā supplere, ita oportet pauperes, ut diuitum spiritualem inopiā suppleant. Inter oēs autem Christianorum status honorem suum uiris Ecclesiasticis Dñs peculiariter commendauit, ut patet in Matthęo, ubi eis dicit. Sic luceat lux uestra coram hoibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent Patrem uestrum, qui in cęlis est. Qui uero sūt mali nō solùm diuini honoris rationem nō habent, sed occasionē præbent, ut Deus blasphemetur, & iniurijs afficiatur. Loquens B. Paulus de illis sanctis Patribus, dixit. Non cōfunditur Deus uocari Deus eorum. Imo non solum Deo non fuit dedecori, uerum etiam honori fuit maximo tales seruos habuisse, quos cum gentes tam probos uiderent, dicebant. O quam bonū Deū habent hi, qui tales illos facit? Si ergo Deus nō confunditur iustorum Deus uocari, sequitur, q̄ confunditur peccatorū Deus appellari, & q̄ ignominiosum est Deo (si ita dici potest) malos seruos habere. Hoc apertè patet ex Ezechiele, ubi cum Dominus referret. Ezechieli quā parū Hebræis deberet, dixit. Filiis, domus Israel habitauerunt in domo sua, & polluerunt eā in uiis suis, & in studijs suis. Et statim subdidit, dicens. Et effudi indignationem meam super eos, pro sanguine, quem fuderunt super terrā, & in idolis suis polluerunt eam, & dispersi eos in gentes, & uentilati sunt in terras. Et ingressi sunt ad gentes, quas introierunt, & polluerunt

Sap. 1.

Ro. 14.

7

Similę.

8

1. Cor. 8.

Eccl. 12.

9

10

1. Cor. 8.

11

Matt. 5.

Heb. 11.

Ezec. 36.

12

rũt nomẽ sanctũ meũ,cũ diceretur de eis: Populꝰ Dñi iste est? Hi(ait Dñs)erãt mali in patria sua,& ideo effudi super eos irã meã, & inter gentes illos dispersi, sicut paleæ disperguntur quando agricola eas ventilabro in altũ tollit. Qui aũt malus est i patria sua,
13 malus est ubiq; , unde illud: *Qui hic est asinus non erit illic equus.* Si mali erant in regione sua, peiores fuerũt inter gentes, non solũ enim inter eas corporaliter ingressi sunt , sed cum corde ẽt, & affectione inclinantes se ad eorũ ritus,& idololatrias, & sic cũ illis contaminati sunt. (Hoc enim significat: Ingressi sunt ad gentes quas introierũt) qui cũ tales essẽt, me maxima iniuria affecerunt , nomen sanctũ meũ, hoc est, honorẽ meum polluerũt,& cõtaminarunt, uidentes.n. eos gẽtes rã dissolutos,& perditos peccatores docebant. Populus Dñi iste est ? Hic est populus , cuius causa Deus tot mirabilia operatus est? propter quos Aegyptios in mari rubro demersit?&c. His tã malis hoibus auxiliatur Deus? hos tã peruersos protegit ? talis fortasse est ille, quales sunt isti. Hoc magnopere Deus sentiebat , & hãc iniuriã sibi illatã maximè dolebat. Quod aũt de illis gẽ
14 tes dicebãt, dicent nunc Mauri , & oẽs infideles de improbis Christianis, cũ eos tã peruersos esse animaduertãt, illos præsertim , quibuscũ loquũtur,& cõuersantur. Non est dubiũ (dicent) quin talis sit Iesus Christus, quẽ isti adorãt,& ut Deũ uenerãtur, quales ipsi sunt. Ecce quẽ honorẽ altissimus Dei filius à nobis eliciat , pro innumeris beneficijs, quę in nos cõtulit,& semper cõsert. Id circò cõsurgitur Deus uocari Deus peccatorũ. Quod si uniuersi mali Christiani Deũ dedecorãt , longè maximã iniuriã illi inferũt mali uiri Ecclesiastici , quibus Deus peculiariter honorẽ suũ cõmendauit , nõ solũ enim infidelibus , sed ipsismet Christianis scandalo sunt, dicunt enim: Populus Domini ille est ? hi sunt, qui quotidie in pectore
15 suo Deũ recipiũt? hi sunt, qui in mensa Domini sedent? hi sunt, qui nobis prædicãt ? hi sunt quibus peccata nostra cõfitemur? Tales ministros habet Deus? quo tolerat Deus tales hoies,& sacerdotes suos? quo non imperat aperire terrã, quæ eos deuoret? quid mirũ si nos mali simus cũ Dei ministri tales sint, cuius manibus ipse quotidie obtrectatur? O maximã Deo illata iniuriã. O patres Ecclesiastici, ego uos sanctissimę Trinitatis nomine adiuro, ut attendatis altissimę Majestatis honorẽ uobis cõmendatũ esse, ne illũ uestris depranatis moribus cõteratis, neque sitis occasioni ut aiẽ, ꝑ qbus Iesus Christus mortuus est, in æternũ pereãt, ne sitis sicut illi, de qbus hic dicit Dñs. Dicũt,& non faciũt,&c. Amãt primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis. Sunt hypocritæ ambitiosi, qui oĩa opera sua faciunt, ut uideant ab hominibus,& ut illis placeãt. Et
16 inter alia plurima, quæ Dñs de illis dicit, est hoc unum, qđ alligãt onera importabilia in humeros hoĩum, digito autẽ suo nolunt ea Matt.23.
moucre. Vtinã in hunc defectũ aliqui ꝓlati huius tẽpestatis maximã regularitũ nõ incidãt, qui plurima,& grauissima decreta cõstituunt, q̃ ipsi obseruaturi nõ sunt, putãtes dignitates,& munera sua eos, excusare, quomin⁹ decreta, q̃ statuerũt obseruẽt. Et ió quasi securi faciunt, sicuti, q̃ ligna scindit in monte, q̃ humeris suis non asportaturus est, ꝙ si Simile.
aliquod portaturus est, portat illud, ut animal ꝙ integrũ pondus defert, eo percutiari. Noli esse iustus multũ dicit Ecclesiasticus, Eccl.7.
hoc.n. esset ꝓp nimiũ mulgere , sanguinem ẽt effundere. Glorioſus Bapтista nõ bibebat Luc.1.
uinũ, nec carnibus uescebatur, ut hoies sin
17 status sui conditionẽ pniam agerent. Etsi illi tã improbi doctores erãt, dicit tamẽ Dñs populo. Oia q̃cunq; dixerint uobis, seruate,
& facite, ſm uerò opera illorũ nolite facere. Nõ uult Dñs ouem pastoris iudicẽ fieri, sed ut illi ſ oibus, quæ ſm Dei legem sibi præcepta fuerint, obediat. Mõstrosum esset uidere hoĩem, q̃ hominis os habẽs, gryphis manus haberet, mõstrosius est aũt optima uerba loqui,& opera mala facere. Non uult aũt Dñs, ut tu eius manus aspicias, sed ut os in tu earis,& secundũ illa, quæ pastoris tui os tibi dixerit, dummõ Dei legi consonent, guberneris. Etsi nunc altissimi Dei beneficio
18 non habemus quare de hoc queramur, sed quare diuinã Maiestatẽ glorificemus, cum pro maiori parte, nec in prædicatoribus, nec in prælatis mala exẽpla uideamus. Quapp maiori ratione sanctã eorũ doctrinã tenemur imitari. Nec ẽt prælati subditis suis in tolerabilia onera nunc imponunt. Quãquã unũ exillis, quæ diligentiũs curat Sathanas, est subditis psuadere, ea, quę sibi à superioribus suis præcipiuntur, non esse ꝓp spiritualẽ eorũ utilitatẽ, sed ꝓp odium quo subditos prosequuntur, aut ut illos nimium fatigent. Et sic in Genesi dixit ipse mulieri. Cur
præcipit uobis Dominus, ut nõ comederetis

ris de omni ligno paradisi? Idest, cur præcepit modo uobis rem tã impertinentẽ? fortasse hoc fecit , ut uobis molestiã offerret.
Gen. 3. Hanc aũt intẽtionem diabolum habuisse, apertius ex alia trãslatione apparet, quæ dicit: Ira, quia dixit Deus; non comedetis ex omni ligno paradisi: quòd uoluit eis persua
19 dere Deũ propter iram, & odium illis pro hibuisse , ne ex illa arbores comederent. Hoc malũ sũmopere subditis officit , arbitrant ꝓpter odium sibi libertatẽ adimi, & res impertinentes, & intolerabiles ꝓcipi. Non intelligũt nullam esse peiorem seruitutẽ mala libertate, & non esse maiorẽ libertatẽ, q̃ bonam,& sanctam seruitutẽ. Et siquidem nobis præcipitur improbis prælatis,& prædicatoribus obedire, cum maiori suauitate , & delect. tione deberemus illis optẽperare cũ sint boni,& iusti. Cũ iam subditos doceret obedientiã, quã eos præpositis suis habere oportet, Prælatos nũc admonet, ut curent, ne sint sicut illi superbi, qui
20 ab omnibus magistros,& patres se appellari cupiebãt & dicit illis: Omnes uos fratres estis. Patrem nolite uocare uobis super terrã, &c. O Christe uerorum humilium amator, ueręq; humilitatis doctor, quare nos admonet ne ullũ patrem uocemus, siquidẽ uidemus Sanctum Apostolũ tuum Pau
1 Cor. 4. lum dicere: Nam si decem milia pædagogorũ habeatis in Christo, sed non multos patres. Nã in Christo Iesu per Euãgeliũ ego uos genui. Vbi ipse se patrẽ uocat, & patrẽ
Gala. 4. haberi,& appellari vult. Et ad Galatas dicit: Filioli, quos ego iterũ parturio, donec formẽ Christi⁹ i uobis. Hic eos uocat filios, & dicit se parturientis dolores passum fuisse, vt illic Iesu Christo renascerẽtur: In
Matt. 23. quo significat gloriosus Apostol⁹, quot dolores, & angustias ob conuertẽdas animas pateretur. Ex quo cognoscetis optimã rõnẽ, quare Dominus dixerit : Quicunq; fe-
21 cerit uoluntatem patris mei, ipse meus frater, soror,& mater est. Certũ est matrẽ nefariã non uobis animã, sed tãtummodo corpus genuisse: animã autẽ Deus creat. Et qa solũ corpus uestrũ genuit, dicitur materna uestra. Iustus ergo, qui patris uoluntatem facit, omniũ sanctificationẽ curat. Et hæc est uoluntas Dei, sãctificatio uestra (ait ipse Apostolus.) Cũq; iustus in hoc Dei uoluntatẽ impleat, ꝙ um pręcatorũ quoad põt sanctificationẽ curat. Et cũ sint ãtea mẽbra Sathanę, curat ut iã cõuersi Iesu Christi membra, & sui sancti corporis mystici partes efficiãtur. Et quia Iesu Christi corpus gignit, ideo dicitur mater Iesu Christi, sicut mater uestra sic dicit, quia corpus uestrũ genuit. O admirabilẽ seruorũ Dei excellentia? qui, qa cum doloribus quasi parturiẽtis peccatorũ conuersionẽ curãt, tã insigne cognomẽ consequũtur. Quis cũ hęc audiat amodò de hoc tã sancto negotio agere non incipiet,& omni cũ diligentia, ẽt cum dolorib. parturiẽtis peccatorũ saluté inuestigare, intelligẽs, quẽ tũ hoc Deus ęstimet? Si ergo dñe tu iustũ 22
matrẽ appellas,& B. Paulus uult se patrẽ haberi, quare nos eos patres nõ uocabimus, q tã singulare nobis cõferunt beneficiũ? Cum Saul Dauidẽ persequerẽt , cũq; Dauid illũ posset in spelunca occidere, cõtẽtus est clamydis fimbriã illi abscindere , & postea foras exiẽs, dixit illi: Pater mi, uide & cognosce orã clamydis tuæ in manu mea. Si ergo
1. Reg. 24. Dauid tũ ꝓsequutorẽ patrẽ nũcupat, quare & ego patrem non noĩabo eũ, q me docet,& affligit, ut me ad cęlũ deducat? Atq; ẽt gentes cõtuenerant dominos, quibus cũ habitabant patres appellare . Qũ famuli
4. Reg. 5. Naamã leprosi, cũ ille nollet ire ad abluendũ se in Iordane, illi dixerũt: Pater si rẽ grãdem dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quãto magis,&c. Quare igitur nos eos, quibus plura debemus, patres nõ dicemus? Ad hoc respondeo Dñm in his uerbis 23
significare uoluisse infinitã differẽtiã esse inter ęlestiũ Patrem, & ęteros terrestres patres, q in cõparatione Dei, patres noie quasi nõ sunt nuncupãdi, q nobis maximæ est cõsolationi. Vnde oportet nobis admirabilem quandã in diuina Maiestate fiduciam proficiscẽi, cum nobis ꝓcipiat, ut se solum infinitæ pietatis,& clementiæ patrem habeam⁹. Etiã potest dici, quod præcipiens ne super terrã patrem, aut magistrũ aliquem appellemus non prohibet pietatẽ,& reuerentiã, 24
quæ spiritualibus patribus,& magistris debetur, sed illud uetat, quod dixit S. Paulus,
1. Cor. 3. his uerbis: Cum sit inter uos zelus,& cõtentio: scilicet, super patribus,& magistris, nonne carnales estis,& sẽm hominem ambulatis? Hunc igitur carnalẽ affectũ, ex quo discordiæ,& simultates oriunt, prohibet hic Dominus,& uult ne nimis patrem tuũ confessorem diligas. Non prohibet illum âto patrem uocari,& amari, ueruntamen non tanta cum affectione, ut aliqui sõlent facere, qui propter terrestrem patrem cęlestem

deserũt,& alios mĩoris ęstimãt, ipsis uerò suis cõfessarijs,superbię, & ruinę occasionẽ præbent.Etiam hic docet Dñs,ẽt si ꝓlatos à subditis magni æstimari oportet, ꝓlatos tñ quasi fratres subditos suos habere.Et ita dicit: Oẽs uos fratres estis. Et inferiùs ait:

25 Qui maior ẽ uestrũ,erit minister uester.O admirabilẽ doctrinã. Beatus erit,qui illam custodierit.Pẽsate fratres charissimi q̃ plena sapientiæ sit hæc doctrina, ultra.n.q; homini superioritatẽ habenti magnopere ne cessaria est,ne fortè superbiat, & prælatione euanescat:est ẽt necessaria,ut eius moderatio fit suauis,& ut subditi ab eo libẽter se gubernari patiantur. Naturaliter namq; homini exosum est alij obtẽperare, si uerò in præposito suo superbiã animaduertit oĩnò hæc sũbiectio,& obedientia, quã illi exhibet,est intolerabilis,sed qñ subditus in prælato suo humilitatẽ,& suauitatẽ quandam experitur,acorille, & asperitas,quã dñatio secũ affert,oĩno remouetur,& libenter patitur ab eo sibi iugũ imponi, q̃ cùm sit maior, se habet sicut si esset minor. Videntes

Exo. 34. Aaron,& filij Israel cornutã Moysi faciẽ timuerunt propè accedere.Sunt aliqui prælati,q̃ cornua in facie habere vñr. Sãctus ille habebat splendores quosdam,q̃ cornua uidebant,habebat aũt eos ex cõfortio sermonis Dei.Hi uerò habẽt cornua presumptionis,& arrogãtiæ,quibus subditos deterrẽt. Hãc igitur elationẽ, & cornua prẽcipit hic Dñs ut deponas,tamq; familiarẽ,atq; humanũ i subditos tuos te oñdas,vt minima quaq; necessitate oppressi ad te liberè cõfugiant,eamq. tibi securè audeant reuelare.

Et cõcludit dicẽs: *Qui se exaltat humiliabitur.* O nimiũ metuendã sniam? Dñs cõcedat nobis spiritũ,quo illã intelligere,atque fructũ percipere ualeamus. Qui uerã habet humilitatem, q̃ est exacta quædã uilitatis suæ cognitio, & humillima atque uilissima

27 sui ipsius æstimatio, mirificã habet dispositionẽ ad alia plurima Dei dona suscipiẽda. Et ita intelligitur illud, qđ dixit B.Iacob?:

Iaco.1. Oẽ datũ optimũ,& oẽ donũ perfectũ desursum est,descendens a patre luminũ.Cũ sit uerũ Deum esse infinitã essentiã,cælumq;, terrã, & infernũ,ac deniq. oĩa adimplere, qũo ergo Dei dona possunt descendere,si quidem Deus inferiùs,& superiùs est? Dico q̃ qa Dei dona optima, & perfecta humilibus corde,qui in propria sua æstimatione sunt infimi,nõ uerò superbis, & elatis cõcantur(Deus.n.superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã:)idcirco dona de sursum descendere dñt,i.ab altissimo,& infinito Deo ad humilẽ & infimum in reputatione sui:& simul humilitas aliarũ cõplurium uirtutũ est mater:ex ea.n.reuerẽtia,timor, obedien- 28
tia,patientia, mansuetudo,modestia, ac demũ amicitia proficiscit. Qui.n.est humilis, facilè oĩbus obtemperat, alios honorat & ueretur,ne aliquẽ offendat.O clarissimã uirtutem,tot uirtutũ genitricẽ, quod sine hoc fundamento cõstruitur,ad maiorẽ ruinã, & euersionem erigit. Vnde Augustinus,Si cogitas(inquit) magnã fabricã constituere celsitudinis, de fundamẽto priùs cogita humilitatis: aliter.n.noueris te magnã ædificare ruinã.Tam excellens est hęc uirtus,ut sępe numerò Deus hoĩes maximas ruinas facere patiatur, quò hanc humilitatis uirtutem cõsequat. Quemadmodum, siquis domum Simile.
cõstruxisset, in cuius ędificatione maximã pecuniarũ copiã consumpserat, quia aũt super fortissima fundamenta nõ fuerat ædificata,improuiso cum maximo dñi sui detrimẽto cecidit. Sed cùm illã iterum ędificat, 29
fundamẽta optima,& fortissime iaci curat, & artifices iterum atq; iterum admonet, ut profundã fossam excauent,quousq: ad uiuã rupem perueniant, licèt multum tpis in iaciendis fundamentis consumant. Nã dicit: Si cum ego primò domum meam ædificaui optima fundamenta iecissem, nunquam illa corruisset,nec frustra meas pecunias consumpsissem. Sic permittit Deus,ut qui magnam uirtutis ædificationem construxerat, quæ tamen in superbia nitebatur,in magna peccata incidat, ut animaduertens se eo q̃ humilitatis fundamentis caruerit, à gratia Dei excidisse, postea uerè, & ex animo humilitatem curet adipisci, ut noua uirtutis Simile.
constructio fortissima maneat. Grauissimus est morbus ad quem curandum, & sanandum,opus est brachium abscindi,aut aliam 30
præcipuam corporis partem amputari: sic maximus & grauissimus est morbus superbiæ,siquidem ut anima ab eo radicitus curetur,& saneẽ,sæpenumerò permittit Deus, ut alias plurimas uirtutes, sicut castitatem, patientiam, & cæ. amittat. Permisit ergo Deus, ut superbus inhonestatis peccatum committeret, aut iniuriam maximam proximo suo inferret, & cæ. Vt sic animaduertens se talia scelera perpetrare,humiliaretur. Etiam est maxima superbiæ exagge-

ratio,illud B. Iacobi qđ supra diximus: Iaco.4.
nẽpe, Deus superbis resistit. Dicit Boetius Boet.
cætera oĩa peccata esse aĩam à Deo recedere;peccatũ aũt superbię esse aĩam aduersus Deum insistere,& uelle illi obstare. Et ideò nulli alij peccato dicit Deus resistere, nisi 28
superbiæ:quid autem est alicui resistere,ꝑter quam te ab illo defendere & dicere ei: Auer
31 te à me? Deniq. resistere superbis denotat, solum superbum inter oẽs peccatores cõtra Deum erecto collo currere. Quapp fratres mei hanc malã pestẽ diligentissimè fugite quæ quidẽ est,cit.cæteras oẽs uirtutes non uirtutes,sed uenenũ esse aĩę. Vera ât humi- Luc. 18.
litas ẽt peccata facit in bonũ cõuerti. Quid (dicite) habuit aliud publicanus ille ꝑter humilitatẽ? ꝓp illã aũtẽ miam à dño con- Simile.
secutus est. Agricolarum ꝑsertim in uetere;Castella oẽs diuitiæ sunt triticũ:i hac regione nihil ferè aliud colligit nisi triticum, neque.n.terra hęc oleũ,linũ,ant oryzã fert, sicut aliæ terrę ferre solẽt,sed tñmodo magnã fert tritici abundantiam. Ex tritico aũt oĩa depromit agricola, quæ sibi familię́que suę sunt necessaria. Sic ẽt peccator licet nihil alind, q̃ ueram humilitatem, colligat, cũ illa defectibus oĩb. remedium adhibere
32 potest.O quãta laus est hæc humilitatis & q̃ pretiosa est, cum ipsa una plus ualeat cũ peccatis,quã reliquæ uirtutes sine illa prosint. Nã aliæ uirtutes sine illa animã occidunt:illa uerò cum peccatis ẽt aĩam ad uitã,gratiamq. recipiendã disponit. Quod cum ita sit fratres charissimi oĩb? uobis cõpertum est quam meritò hanc uirtutẽ exoptare, atq. oĩbus nostris uirib. inuestigare debeamus. Ad quam impetrandã maxime propriorũ peccatorũ consideratio cõducit. Vnũ peccatũ, quod in nostro cõmissemus, sufficeret cunctis dieb.uitæ nostrę(ẽt si mille annis uiueremus)nos pudore cõfundere, & humiliare. (Quãtò magis) ò qũo hoc dicã)qto magis(inquã)frater mi si telã abo- 33
minationũ, quam in tota uita tua texuisti, considerueris,O ętерne Deus,qũo ꝑt corhois credẽtis se toties inferno cõdẽnatum fuisse,quoties mortaliter peccauit,nec scit, uttũ hæ sniæ fuerint reuocatæ,sũpbiã concipere; Considerate nunc attentissime hoc fratres.Hoc.n.unum sufficeret,ut oẽs sęcularesuanitates despiceremus,& in foramen terrę nos includere cuperemus,ubi acerrimam agentes pniam moreremur. Magnopere ẽt prodest ad humilitatẽ impetrãdã, sũpbos fugere,& cum humilib.conuersari, & in uestib.ac fastib.modestiam obseruare, uanaq. cognomina euitare, q̃ nimium corfaciunt sũpbire.In Genesi legitur Dei noĩe dictũ fuisse Iacob;Nequaq̃ Iacob appellabi Gen.32.
tur nomẽ tuũ, sed Israel, qñ si cõtra Deũ fortis fuisti, q̃to magis cõtra hoĩes ꝓualebis? & postea dicitur: Apparuit iterũ Deus 34
Iacob,bñdixitq. ei dicẽs; Nõ uocaberis ultra Iacob,sed Israel erit nomẽ tuũ. Cũ iam Gen.35.
semel ꝑ Angelũ Israelis nomẽ illi impositum esset,iterũ ipse Deus illũ hoc noĩe uocari ꝑcepit. Vñ apparet fortasse Iacob noluisse Israelis noĩe uti eo, qđ esset maximæ excellẽtiæ,cuius se indignũ esse iudicabat.Israel .n.princeps Dei interpretatur. Optimè in hoc arrogãtia nostra obiurgatur, cũ nullũ titulũ q̃tũcunq. maximũ expellamus licet illũ nõ nobis quadrare uideamus. Quot excellẽtes,quot illustres, quot paternitates, quot reuerẽdissimos humana sũpbia inuenit,& hos hæc ꝓnomina acceptamus,atq. illis euanescimus. Fratres ât mei aduertite qđ dicit Dñs, q̃ se exaltat,humiliabit̃,& q̃ 35
se humiliat exaltabit̃.Humiliamini igitur, & hic uobis gratiam suã Dñs donabit,uosq̃ue in cælesti gloria exaltabit. Ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria IIII. post Dominicam II. In Quadragesima.

Ecce ascendimus Hierosolymam,et filius hominis tradetur principibus sacerdotum. &c. Matth. 20.

CVM iam in medio pœnitentię immissi simus,nec deficiamus, sed constantissime ulterius pro 1
grediamur, nobis hodie sancta Mater Ecclesia, hoc Euangelium ꝓponit; In quo refertur uirilis, & prestantissimus aĩus,quo noster diuinus dux Iesus Christ? Hierosolymã ascẽdit, ut ꝓ nobis mortem acerbissimã pateretur, quò illum curemus imitari,& sequi quousque ꝓp eum,si oportuerit uitã morti offeram?. Post labores.n. sũbsequetur quod hic Dñs dicit, quod est glorioſæ resurrectionis gaudium,& exultatio. Idcircò postquam secretò cum suis sanctis discipulis de sacratissima morte sua egit,dicit statì; *Et tertia die resurget.* S. Pro-

Hier. 6. pheta Hieremias notabilia quædã uerba ad hoc ꝓpositũ dicit: State(inquit)sup uias, & uidete q̃ sit uia bona,& ambulate in ea,& inuenietis refrigerium animab⁹ uestri. State (ait)in alto,ut meli⁹ possitis uias circunspicere uos ad desideratã fœlicitatẽ ducant.
2 Ob stupẽdum est uidere quot quamq̃ue diuersas uias iuenerunt i hoc sęculo filij Adę p quas (uideri suo)ad cœlestẽ beatitudinẽ iter facerẽt. Et est ualdè notandum q̃ nõ dicit hic ꝓpheta: uidere quę sit uia melior,& ambulate in ea. Nam bona,certa,rectaq̃ uia quæ ad æternã uitã ducit,una est,& nõ plures Si.n diceret,uidete quæ sit uia melior,iã significaret alias bonas vias esse adhuc finẽ cõsequẽdum. Idcirco dicit,uidete, quæ sit bona uia inter oẽs,& ambulate in ea. Et uerè nullã aliam bonã reperietis præter hãc, q̃ est Iesum Christum filium Dei seq,nam omnes aliæ uiæ plenæ sunt errorib⁹,& in infernum ducunt. Prosequimini igit̃ ò fratres pœnitẽtię, q̃ incepistis uiam, qua licet nunc sit acerrimi,& laboriosissimi cliui ascensus,
3 in summitate tamẽ, & consummatione huius cliui inuenietis refrigerium animab⁹ uestris, sicut hic Dei nomine Hieremias promittit. Quia autẽ ad hunc ascensum diuino auxilio opus est,ideo à diuina maiestate illud instantissimè debetis postulare, quo qui dem auxilio tam facilis uobis idem ascens⁹ apparebit, ut alios etiam difficiliores pęra
Psalm.83. tis. Hoc apertè significauit Dauid cum dixit: B.uir, cui⁹ est auxilium abs te, ascensiones i corde suo, disposuit in ualle lachrimarum, in loco, q̃m posuit. O admirabilem doctrinam. B. est (inqt) q̃m tu Dñe adiuuas, hic.n. non contentus est illam tantum pœnitentiã agere quæ necessaria est ad salutem animæ suæ, sed sẽp alias ascensiones in corde suo, ꝓponit, q̃ sũt alię sãctiores,& difficiliores exercitationes, ut p eas ab hac lachrymarum ualle ad locum q̃m tu ei demonstrasti, conscendat. O fratres mei in hac lachrymarũ ualle cõstituti ne cessetis plorare, &
4 ab hoc diuino Dño instãtissimè postulare, ut peculiare illud auxiliũ uobis cõmunicet quo suis fauere solet. Et experiemini q̃ efficacia ꝓposita in cordibus uestris habetis, nouas exercitationũ rationes inueniẽtes, q⁹ diuinæ Maiestati placeatis. Hoc est.n. q̃d significat illud, ascẽsiones in corde suo disposuit. Et omnes hę ascẽsiones in hac regia uia sęclæ nostri supremi ducis Iesu Christi includũt. Nã (ut supra dixim⁹) nulla est alia uia quę nos ad cęlũ ducat, ꝑter hanc. Atq; ut ab hac uia nõ erretis optimũ oium remediorũ est, pedẽ in Iesu Christi uestigijs cõtuere. Ambulas post aliũ ꝑ prata uiridia,& Simile.
post tres, aut quatuor passus iã nescis, quæ prętererit, q̃a in herba & amœnitate illa parũ ei⁹ uestigia imprimunt, Opratũ, & uiridi
5 tas humanæ sensualitatis, quot in te homines pereũt? Habes tu optimã q̃dã cogitatione, q̃ est uestigiũ à Deo relictũ, & ante quã illã exequaris, iã eam perdidisti. Quę est hui⁹ rei ratio? hæc est ꝓfecto, q̃a sup sensualitatis uiriditatẽ resedit, & minimũ uestigiũ reliquit, eo quod non fuerit illic bene impressa sicuti uestigia ambulãtis ꝑ pratũ non bene imprimuntur. Idcirco maxima animaduersione op⁹ est, ut huic diuino duci tenaciter adhęream⁹, nec minimo q̃dem tpis spatio ab illo oculos remoueam⁹, pedẽq; in ei⁹ uestigij cõstituamus. Hoc est q̃ ubi primũ bona inspiratio nobis aduenerit, confestim illã opere cõpleamus. O quã maxime in cælestis beatitudinis uia ꝓgrederemur, si hoc
Luc.18. faceremus. Verũtamẽ dicit S. Lucas hãc ip sam historiã referens, q̃ cũ Dñs hæc discipu 6
lis suis dixisset; ipsi nihil horũ intellexerũt. Erat autẽ uerbũ istud abscõditũ ab eis. Hæc omnia illis obscura erant, illisq; Dñs peregrino sermone loq uidebat. Sic autẽ ego suspicor uos hæc q̃ hucusq. dixi penit⁹ nõ intelligere, q̃a seculari, & sensualia more exęcati estis, & idcireò hũc cœlestis uiæ sermonẽ omnino ignoratis. In Genesi dicit q̃ cũ Gen.27.
Esau fratrẽ suũ Iacob ꝑsequeret, illũq; uellet interficere, cumq; Iacob pgeret Harã & uen: sset ad quẽdã locũ, & uellet ibi requiescere tulit de lapidibus, q̃ iacebãt, & suppo
nẽs illũ capiti suo requieuit i eodẽ loco. Vidit q̃. in somnijs scalã stantẽ sup terrã, & cacumen illius tãgebat cęlũ, ꝑspexit q̃. Dñm inilli⁹ summitate cõmorãtẽ. Ex hoc cognoscetis quantũ ualeat iustus apud Deũ, nã tã
7 bona sũt eius opera ut etiã & illi⁹ insomnia magnoperè ꝓsint. Q̃d si curas ac uigilãtias Esau cũ insomniis Iacob cõferatis q̃to plus
instorũ isomnia, q̃ peccatorũ lucubrationes, ac solicitudines ualeãt, cognoscetis. B. Hie- Hiero.
rony. hũc locũ Geneſis exponẽs ꝓpędit hęc mysteria nõ reuelata fuisse à Deo Iacob in domo patris sui, quousq. ab illa eximt, & pe
regrinãs ex itinere fatigatus supposito capiti lapide dormiuit. O fratres mei utinã uel letis à domo ittius patris, qui uos sub potestate habet, exire, uobis namq. in peccato cõmo-

rantibus meritò dici potest, uos ex patre diabolo estis: eiq; obeditis. Quãdiu aũt in eius domo cõmoramini nimis obscuravobis hæc scala uidebitur. Ascensusq; ad cœlũ difficillimus apparebit. Exite exite festinanter à tam mala domo: recũbite, dormite, & requescite parũper optimis cõsiderationibus
1.Cor.10. sup lapidẽ illũ, de quo Paulus. Petra autẽ
Psa. 118. erat Christus. Et in ista sancta reqes dicite
8 cũ Dauid: Bonitate, & disciplinã, & scientiã doce me & alia trãslatio dicit Bonũ gustũ, & sciẽtiã doce me: sic.n. ex Hebræo trãsferri põt. Hoc est, q̃ uos à Deo oportet postulare dicentes, dñe illumina aĩam meã, ut quæ amore debeo, & quę gustare, queq; teneor execrari cognoscã. Dñe per uiscera miæ tuæ te deprecor, ut pspicacissimos oculos mihi concedas, & sciẽtiã ac cognitionẽ quãdam cælestis uię me erudias, & fac, ut hoc unum mihi suauissimũ, cætera uerò amarissima videanẽ. Bonũ gustũ, & sciẽtiã doce me. Q̃d si feceritis, non dubito quin quando quis de
Luc.18. ascẽsu ad Hierosolymã uobiscum locutus fuerit satis uobis manifestus sermo uideaẽ.

Cum dñs de hisce rebus loqueretur. *Tũc accessit ad eũ mater filiorũ Zebedæi, &c.* Vsq; ibi: *Dic ut sedeant hi duo filij mei, &c.* Hæc uerba uarijs interpretationibus exponi so-
9 lent, quibus aũt illis optimè quadrat q̃ dñs respondit dicẽs: *Nescitis quid petatis.* Aliq; dicunt hãc sanctã mulierẽ hîc petijsse ut filij sui scriberentur. Ita ut illud: sedeant, tm̃ ualeat ac si dixerit: scribãtur. Vsitat⁹.n. loquẽdi modus est quũ uolumus dicere, scribat
Gloss. sup. hoc, dicere. Fiat sessio huius rei, aut huius fę
Psalm.68. deris: & sic in hoc sensu petere ut sedeãt est petere ut scribatur in libro uitæ, q̃ est (ẽm glosã sup illud Psalmi, deleãtur de libro uiuẽtiũ) intellectus diuinus. Deus.n ab æterno suæ diuinæ uolũtatis calamo scripsit, i. definauit in libro, & sapientia sui diuini intel
Ephe.1. lectus oẽs, q̃ saluãdi sunt; Hic aũt liber uocatur à B. Paulo, adoptio quũ dicit: q̃ ꝑdestinauit nos in adoptionẽ filiorum. Q̃d est clarius loquendo diuinum quoddã ꝓpositum cœlestis beatitudinis homini largiendæ, q̃
10 ꝓpositũ nulla unquã tporum pmutatione deficiet, sicut humana ꝓposita solent defice
re. Et dicitur liber uiuentiũ, q̃a q̃ in eo scripti sunt, cõsequuntur uitã in ppetuũ duratuã. Soletis dicere de amico uestro charissimo. Nequeo illius obliuisci, scriptum enim in corde meo illum habeo. Sic electorũ nõ põt Deus obliuisci, tanto amore illos diligit, eos in corde suo scriptos deferat. Rõ autẽ, ob q̃ hic sensus his uerbis applicatur est ꝓp
illud q̃ dñs respondit dicens: *Sedere aũt ad*
Gala.1. *dexterã meã, & sinistrã, non est meũ dare uobis, sed quibus paratum est a patre meo.* Donatio.n. sedium diuinæ ꝑdestinationis nõ cõpetit q̃dẽ Christo Redemptori nostro quatenus homini, sed ęterno patri suo, cuius no
11 mine hic tota sanctissima Trinitas designat, q̃ æternaliter exꝑsit, & ꝑdestinauit eos, qui saluandi sunt, & qui semel in hoc libro scripti sunt nullo unquam tpe delebũtur. Deus enim incommutabilis est, ut ipse per Mala-
Mal.3. chiam dixit: ego Deus, & non mutor. Dicet aliquis, si illi, qui eo mõ quo dixisti, scripti
Exod.32. sunt nequaq̃ deleri possunt, qũo dixit Moyses Deo. Aut dimitte eis hãc noxã: aut si nõ facis, dele me de libro tuo, quẽ scripsisti, uidentur ergo qui illic scripti sunt deleri posse. Dico hoc magis nostrum ꝓpositũ confirmari, & Moysen illud Deo dixisse tanquã
12 rẽ impossibilem, q̃ nec ipse cupiebat, nec volebat, sed exaggerationẽ q̃dam fuisse, ad significandum q̃tum populi sui ueniam exoptaret. Sicut dicere soletis amico uestro: Do
Psalm.68. mine fac istud ꝓp me, quin aliter occide me.
Aug.sup. Perspicuum eit uos nolle ab amico uestro
Psalm.8. interfici, sed ut significetis q̃ tũ illud fieri cupiatis, hoc mõ illud exaggeratis. Ita fecit hic S. Moyses, etsi quum hoc diceret, sed deleri
12 nõ posse optime cognouit. ¶ Sed poterit replicare quis dicens: ergo malè dixit Dauid cum rogauit de malis loco citato: Deleant de libro uiuentiũ. B. Aug. super hunc locum
13 respondet huic difficultati dicens: illud, q̃d deprecabatur. Dauid non intelligi de illis, q̃ realiter in libro uitæ scripti sunt: optimè.n. non erat illos deleri impossibile esse. Sed intelligi de his, qui seculi opinione in libro hoc scripti sunt, qui quidem sunt sancti falsi, & ueri peccatores. Et sic delere aliquem de libro uitæ est manifestare, illum in hoc libro scriptum nõ esse. Nobis.n. complures in libro uitæ scripti esse uidentur, qui tñ in libro mortis scripti sunt, vt sunt multi hypocritæ pietatis fictores. Dicit igitur Dauid, domine hi, qui ab hoibus sancti iudicari uolũt pmitte ut i aliqua publica peccata incidãt, & ita ostendes mũdo illos in libro uitę scriptos non esse. Et hoc significat: deleantur de libro uiuentium. Est autem hic maximè notandum eos, qui in hoc diuino libro scripti sunt, sola diuina uoluntate, & non alia ratione scriptos esse, non (inquam) alia ratione,

quæ sufficiat hoc diuinum beneficiū adipi-
Exod. 32. sci. Et ita dixit Deus, Miserebor cui uolue-
Ephe. 2. ro, & clemēs ero in quē mihi placuerit. Et
B. Paulus dicit: Dei. n. donū est, non ex ope-
ribus, ne qs glorietur. Et licet uerū sit p̄destina-
tionē nulli bonis operibus cōparari posse,
effectus tñ p̄destinationis, q̄ est gloria, bo
nis operibus ualet impetrari. Bona. n. ope-
14 ra, q̄ in hoc mundo in grātia facimus, digna
sunt gloriæ, & ita B. Petrus dicit. Quapp
2. Petr. 1. fratres magis satagite, vt p̄ bona opera certā
uestrā uocationē, & electionē faciatis. Quod
si qs dicat: si hoc ita est, quō dicit B. Paulus,
Rom. 8. huius tp̄is ad futurā gloriā, quę reuelabit in
nobis? Ad illud tñ deo ipsum Apostolum
alibi dixisse: reposita est mihi corona iustitię,
2. Tim. 4. quam reddet mihi dominus in illa die iust⁹
iudex. Et licet in his uerbis S. Apostolus sibi
met contradicere uideatur: nam in priorib⁹
dicit opera nostra de cōdigno gloriā nō me
reri: in posterioribus uerò dicit, opera nostra
gloria esse digna & iure dominum sibi glo-
riam debere. Si tñ rectè intelligant, nulla in
eis inest cōtradictio. In prioribus. n. dicit, bo
na opa in quantum opera ex se tm̄ cōsidera
ta quatenus ex nostro libero arbitrio proce
dunt, & gratia Dei denudata p̄ se sola non
15 esse digna gloriæ. Et hoc est uerissimum. In
posterioribus aūt dicit. bona opera in gratia
Dei fundata, & meritis Iesu Christi Saluato
ris nostri stabilita cœlestē beatitudinem p̄
mereri. Nā Deus illa tāti p̄tij fecit ut huius
Similę. p̄mij digna essent. Si nūmum aureū in state
ra appendis, cui aliq̄d auri deest, in sublime
ascendit, pondus uerò, q̄ in altera lance est,
deorsum descendit: & examen, i. linguā illa
stateræ sup̄ pondus inclinat. Remediū igit̄,
ut pondus surſum ascendat, est nummo au-
reo tritici granū apponere, & sic ille deorsū
descendit, pondus aūt, q̄ inferius erat, surſum
ascendit, examenq̄e, q̄ antea ponderi
propendebat, iam nunc sup̄ nūmum aureū
inclinat. Hoc modo Deus operibus nostris
ualorē contulit. Nūmus auri purissimi est
immensa diuinitas, pōdus uerò sunt opera
16 nostra grauissima, & terrena. Posita opa no-
stra in una lance, Deus uerò in altera cōsti-
tutus, appensa hæc duo in suæ diuinæ sapiē
tiæ statera, opera nostra, quasi onus grauissi
mū deorsum pēdebant, nō. n. gratię, nec glo
tię digna erāt: examenq̄; diuinæ iustitiæ in
nos propēdebant puniens nos pp̄ demerita
nostra. Nūmus uerò aureus, q̄ est Deus, in
sublimi cū Angelis suis cōmorabatur, hoīes
tanquā indignos relinquens. Meritò aūt nūc
Deo nostro dicere possumus idem, q̄ dixit
Daniel ad aliud p̄positū loquens, exponēs
nempè in somniū Balthasaris his uerbis: Ap
pensus es in statera, & inuētus es minus ha
bens. Dñe appendisti te cū operibus nostris
in statera tuæ diuinę sapientię, & inuenisti 17
tibi granum quoddam deesse ēm q̄ aū æter Dan. 5.
no cōstitueras. Veniat ergo dñe remediū,
& apponatur nummo aureo granum tritici,
q̄ adimpletum est qñ humanitas diuinitā-
ti unita est. Tunc descendit nummus aure⁹
deorsum descēdēte deo, i. humanā naturā
assumēs, ut cū hoībus cōuersareī. In terris ui Baruc. 3.
sus est, & cū hoībus cōuersatus est. Et desce
dēte Deo ascēdit in altū pōdus operum no
strorum, ut ipsa gratiæ, & gr̄æ digna essent.
Examē ēt, q̄ antea in nos propensum erat in
clinatū est sup̄ nūmū aureū, & granū, q̄ est
Iesus Christus uerus Deus, & uerus homo
exercens in illo quatenus hō erat oēs pœ-
nas, quibus scelera nostra digna erant. Et ita
intercedentibus laboribus, & tormentis suis
nobis gratiam promeruit, ut opera nostra 18
ualorem haberent apud diuinam Maiesta-
tem, & pp̄ illa iurę gloriæ coronam, qui est
diuinæ p̄destinationis effectus mereremur.

Si igitur hęc mulier p̄cibus, & orationi-
bus se diuinæ prædestinationis sedes conse-
cuturam arbitrabatur, meritò illi rñdet dñs
dicens: *Nescitis quid petatis.* Hoc. n. non ora
tionibus impetratur, nec mihi quatenus ho
mini illud dare cōpetit. *Sed quibus paratum
est à patre meo.* In his uerbis soluit dñs quæ
stionem à plurimis disceptatā. Nonnulli. n.
dixerunt, Deum electos suos p̄destinasse,
quia p̄scinit eos gratia sua bene usuros esse D. Tho. 1
quæ opinio improbatur à D. Thoma hac ra part. q. 23.
tione. Bonus usus gratiæ, & liberi arbitrij est ar. 5.
ipsius gratię effectus. Nām quemquam be-
nè uti gratia, quā Deus illi dat, & libero ar-
bitrio, q̄ habet, ex ipsa gratia prouenit, gra-
tia aūt est prædestinationis effectus. Igitur
bonus usus gratiæ est effectus prædestina- 19
tionis, igitur nō p̄t esse illius causa. Nam
una, & eadem res nō p̄t esse causa, & effe-
ctus ulterius. Alia ēt rōne opinio illa refuta
tur: nempè, plurimi sunt prædestinati sine
ulla causa ex parte sui. Ergo oībus prædesti
natis hoc accidit. Nulla. n. est maior ratio
de unis, q̄ de alijs, in hoc oēs sunt æquales,
primum patet. Perspicuum est enim infan-
tes, qui ante quàm rationis usum habeāt,

moriuntur, nullū habere propriū meritum,
ēt nullus in illis sit rationis usus. Hi aūt p̄de-
stinati sunt, siquidē saluāntur. Ergo oēs præ-
destinati absq; ullo proprio merito prædes-
Ephe. 1. tinantur. Hoc manifestè dicit B. Paulus his
uerbis Elegit nos ante mundi cōstitutionē:
ut essemus sancti, & imaculati in cōspectu
eius in charitate. Vt essemus sancti, dicit hic
S. Paulus nos à Deo electos fuisse non autē
20 dicit, eo q̄ futuri eram⁹ sancti. Et sic statim
subdit dicēs: q̄ p̄destinauit nos in adoptionē
filiorum, &c. Secundum p̄positum uolunta
tis suæ. Ecce qūo sanctus Apostolus nullā
aliā, præter Dei uoluntatē, p̄destinationis
causam assignat. Ita hunc locum exponit B.
Aug. li. de Augustinus Et hic Dñs sigillo suo hoc cōfir
prædestin. mat dicēs: q̄ *Quibus paratum est a Patre meo.*
sanct. c. 18 Res est hęc quę ad solum Patrē sperat: ad q̄
nec humana merita, nec orationes, nec ego
quatenus hō intercedo, nisi sola eius uolun
tas, & misericordia. Hic adest nunc argumē
tum insipientium, q̄ dicunt. Iā Deus scis
utrum ego saluādus, an cōdēnādus sim. Er-
go illud absque dubio fiet, q̄d Deus scit. Er
Similę. go nō sunt necessāria opera, qūocunq; enim
uiuā, faciendum est q̄d Deus ab æterno de
creuit. Ad quod sic respōdeo. Etiā Deus pre
sciuit, ac decreuit te triginta, aut quadragin
ta annos esse uicturum, & illud q̄d Deus de
creuit, absque dubio erit. Ergo quādo ęgro
21 taueris nō opus est tibi medicum accersiri,
nec medicinā aliquam accipere, siquidem
quomodocunq; sit, omne tp̄s, q̄d Deus cō-
stituit, uicturus es. Quare ergo medicum iu
bes accersiri? quare potiones assumis? quare
medicamētis uteris? nisi qa habes, licet sciē
tia Dei uera sit, & nequaquā possit deficere,
necessāria ēt esse hæc media ad ualetudinē
consequendā? Cum igitur in rebus naturali
bus, & ad corporis ualetudinē pertinētibus
remedia inuestiges, etsi de diuinæ scientiæ
certitudine nō dubitas, media, quæ sunt ani
mę saluti necessāria, negare uoles? Vñ hoc
prouenit, nisi ex eo q̄ ea, quæ sunt corporis
diligentius, quā ea, quæ sunt animæ curas?
22 Et ad tuam malā uitā degendam uelles ali
quē colorē, scito frater mi q̄d sicut Deus ab
æterno animas prædestinauit, etiā media, q̄
bus eas saluas fieri oporteret, decreuit. Et si
cut insipientiæ esset in infirmitate tua non
mā̄ducare, aut tibi non mederi, sic est maxi
mæ stultitiæ arbitrari te absq; operibus sal-
uādum esse. Quapp fratres charissimi facite
quod uobis B. Petrus præcipit dicēs. Satagi
te p̄ bona opa, &c. q̄ Idcirco his sanctis Apo-
stolis dicit Dñs. *Potestis bibere calicem, &c.*
Et dicentibus illis se posse illum bibere si-
cut singulare bñficium calicis potū cōcedit
dicēs. *Calicem quidem meum bibetis.* Sediū
donatio nō mihi cōpetit, sed mereri nobis
gratiā & auxilium, quo caiicē meum patiē-
ter bibatis, ad me p̄tinet. O liberalissime re
parator te deprecor, ut nobis faueas, quò ex 23
omnium gratiarum fonte fortitudo, & auxi
lium nobis cōmuniceť, ut tuum sanctum ca
licē patienter bibamus, & calicē Babylonis
magno odio habeam⁹. De quo dicit Hiere- Hie. 51.
mias. Calix aure⁹ Babylō in manu Dñi inē
briās oēm terrā. De uino ei⁹ biberūt gētes,
ideò cōmotę sunt. Oēs uoluptates, & cōfu-
siones seculares dicunt calix aureus pp̄ bo-
nā apparentiā, q̄ habēt, & pp̄ iucunditatē,
q̄ sensibus afferunt. Et hic calix Babyloniæ
dicit esse in manu Dñi, qa ex creaturis, quas
ipse creauit, ut nos illis moderatè uteremur
inordinate humanæ uoluptatis uinū elici-
mus, quo inebriamur & quasi extra nos in-
cedimus amētes, & sine iudicio redditi. Ca-
uete fratres charissimi ne hunc calicem im
moderatè bibatis, hic est enim, qui hoīes in 24
infernum præcipitat. O quantum oderat B.
Paulus ex hoc calice bibere, cū dicebat. Mi-
hi mūdo crucifixus est, & ego mūdo. Quan
do vni cruci bini affigunt̄, alter est auersus Gala. 6.
ab altero. Et ita dicit. Mundus mihi terga
vertit, & auersus est à me, & ego ab illo, il
le me reijcit, & ego illum. Mundus est cru-
cifixus, ita vt, licēt uelit, ad me non ualeat ac
cedere, ego uerò sum timoris, amoris, & ob
diētię clauis affixus q̄bus mihi metipsi uim
infero, ne ad eū accedā. O utinā his tribus
clauis affectiones nostrę affigerēī, ut (si pos-
sibile esset) ad nullā mūdi rē accederem⁹, ē
n. excōmunicatus, quē supernus pōtifex Ie
sus Christ⁹ excōmunicauit. Qui patrē suū
p̄⁹ crucifixoribus suis exorās pro illo noluit
exorare. Vñ dixit. Nō, p̄ mūdo rogo. ¶ Q̄d si Ioan. 17.
hæc mulier cū diceret. *Dic ut sedeant, &c.*
De corporalibus sedib⁹ intelligebat, ut ipsa 25
cōtextus litera resonat iure optimo ēt illi
dixit Dñs. *Nescitis quid petatis.* Nō. n. cōue
nit muneri, quo filij tui domi meę funguntur,
nec loco, nec tēpori sedere, imo nullū ex ijs
q̄ saluari cupiūt, sedere oportet in hoc secu
lo. Oīb⁹ qppe dictū ē, sint lūbi uestri p̄cin-
cti, & lucernę ardentes in manibus uestris.
Oībus nobis precipitur, vt simus Deo quasi
famuli portantes faces accensas in manis-
bus

bus suis, q̃ sp coram dñis suis adstãt & quũ nimis defessos se inueniunt eleuato uno pe
Luc. 12. de super alterum requiescunt, & postquã unꝰ iã subleuatus est, eleuato altero sup al
terũ stãt. Face q̃ unusquisq; nostrum hére dẽt corã diuina Maiestate, oportet esse bo
nũ opus charitatis igne inflãmatũ, pedes ãt
26 quibus nos inniti oportet, sunt duæ uitæ a
ctiua nẽpe, & contẽplatiua, & qũ uno pede
Psalm. 41. defessi fuerimꝰ, alio subleuabimur. Hoc si
gnificauit Dauid cũ dixit: In die mandauit
dñs mĩam suã, & nocte cãticũ eius. Idcircò
Christus R.N. die populis p̃dicabat, noctu
uerò in montibus exorabat. Vt nos doce
ret, q̃ postq̃ nos in operibus mĩæ erga ꝓxi
mos exercuerimꝰ nos ad cõtẽplatione reci
pere oportet, ut p̃terita peccata lamente
mur, ut Dei beneficia in memoriã nostrã re
uocemus, ut deniq. nos altissimæ Maiesta
tis amore inflãmemus. Ideo B. Iacobũ & Io
Matth. 26. annẽ ĩ hortũ Gethsemani dñs deduxit, ubi
Matth. 17. eis passionẽ suã oñdit, postq̃ eos duxerat in
montẽ Thabor, ubi illis suã gloriã reuela
rat, ut eos doceret in alterutro horũ pedũ il
Simile. los inuicẽ inniti oportere. Idcircò nescitis
(inquit) q̃d petatis. Etiã nobiles equites, ut
certamina, cõflictionesq̃. suæ sint decore, &
oĩbus iucũde nõ oportet eos in sella sedere,
sed in stapedib. obnitentes à sella erecti de
bent cursare. In hac uita seruimus Deo eq
tãtes. Eques est aĩa, equus uero est corpus,
27 sella est sensualitas, stapedes sunt rõ, frenũ
est timor Dñi, calcaria sũt labores. Vt ergo
Psalm. 33. cõflictiones nostrę cum Sathana sint ualidę
Deoq̃. iucũdæ, q̃ q̃dẽ uitæ nostræ certũ in
Simile. tueẽ, q̃a oculi dñi sup iustos (ait Dauid) o
portet nos non sup sensualitatẽ sedere, sed
sup rõnẽ obnitẽtes a sensualitatis sella nos
eleuare. Videbitis equitẽ leuis armaturæ
tã peritũ, ac elegãtẽ cursorẽ, ut currẽdo sup
equũ paterã uim bibat, nec tñ minimã q̃q.
guttã effũdat. O q̃ta eqtis dexteritas, & ele
gantia Christus R.N. quasi optimus eques
huius mũdi uiã cucurrit, q̃a exultauit ut gi
gas currendã uiã. Et passionis poculũ bibit,
nec minimã quidẽ meriti guttã effudit. In
Psalm. 18. oĩbus. n. q̃ dixit, quæq̃. opatus est altissimos
28 gratię, gloriæq̃. gradꝰ suis famulis ꝓmeruit.
Nos uerò miseri ẽt laborũ, atq. amaritudi-
Eccl. 30. nũ pocula putamꝰ, ut significauit Eccl dicẽs.
Iugũ graue sup filios Adam à die exitus de
uentre matris eorum, usq. in die sepulturę
in matrẽ oĩum, i. in terrã: totũ tñ meritũ ple
rũq. effundimus. Et ita patimur, nec tamen
meremur quia in sensualitatis sella seden
tes currimus. Quocirca nos sedere nõ opor
tet. Et ideò nescitis (ait) quid petatis.

Etiã nos dedecet sedes rãqe loci, in quo Simile.
sumus. Vestibulũ domus uiri primarij non
est locus, in quo filios eius charissimos de
ceat sedere, cũ. n. illic crebrò iumẽta, & cur
rus, q̃ domui necessaria asportãt, onerent,
& exonerẽt, totũ est quasi sterquliniũ immũ
ditia plenũ. Serui, & alij hoĩes uiles, & infi
mæ condõnis in illo sedere solent, filii uerò
ꝓ illud celerrimè ꝓtereũt, & ulterius ꝓperã
tes in aulas perpolitè exornatas ingrediũt, 29
in qbus suauissimè requiescũt. Hic mũdus
est uestibulũ quodã regij palatij gloriæ, &
iõ nõ sedent in illo alij ꝓter uiles, & turpes
peccatores, iusti. n. tanq̃ charissimi filij Dei
nolũt in tã obscæno, & immũdo atrio sede
re, sed dñt cũ B. Paulo: Oĩa arbitror, ut ſter Phil. 3.
cora, ut Christũ lucrifaciã. Et sic celerrimè
absq. eo q̃d ad huius mundi ſtercus se incli
nẽt, aut illud diligãt, ꝓ illud ꝓtereũt quous- Ioan. 14.
que ad regias aulas ꝓueniant, de qnib. dixit
dñs: In domo Patris mei mansiones multæ
sunt. Et in eis in æternũ requescũt. Et sic Da
uid dixit in nõe iustorũ, stantes erãt pedes Psal. 121.
nostri in atrijs tuis Hierusalẽ. Quia illic se
derunt sedes, &c. In atrijs (inqt) cęlestis Hie
rusalẽ, q̃ est hic mundus, ſterimus, & illic se Sap. 7.
debũt sedes, q̃ sunt iustorũ aĩæ. Quia aĩa iu
sti sedes est sapientiæ. Hæ ãt sedes sedebunt
in iudicio, ubi tãta tribulatio futura est. Q̃d
si in iudicio sedem hẽbunt, qũo in cælo nõ 30
sedebunt? Quocirca nescitis q̃d petatis, cũ
in tam immundo loco sedem postuletis.

Quod ãt ulterius dicit? *Vt sedeant unus ad dexteram et alius ad sinistrã.* Nobilis ma
trona parũ nosti Theologię. Nã si de futura
uita loqueris mea dextera est cœlestis glo
ria, sinistra uerò est infernus. Et iõ nescitis
q̃d petatis, cũ illic sinistrã manũ exposcatis.
Si ãt de hoc seculo loqueris, dextra est pro
speritas, sinistra uerò aduersitas, & q̃ in hoc
seculo ꝓsperitatem petit, nescit q̃d petat,
petit. n. laqueum, quo se suspẽdat, & interi- 31
mat. In Exodo: Dei nõe dictum est Moysi: Exod. 32.
Ascẽde ad dñm tu, & Aarõ, Nadab, & Abiu,
& septuaginta senes ex Israel, & adorabis ꝓ
cul. Est ualde notandũ, q̃ inter electos Dei,
qui hic ex uniuerso populo assignant, ut in
mõtem ascendãt quasi principes, & ꝓlãtio
res post Moysen, & Aaron nõiati fuerunt,
Nadab, & Abiu: De qbus posteà dicit, q̃ ar Leui. 10.
reptis Nadab, & Abiu filij Aaron turibulis
impo-

imposuerũt ignẽ, &c. Egressus q̃. ignis à dño
deuorauit eos, & mortui sunt corã Dño. O
Deus immensæ bonitatis q̃ illi, q̃ ab ipso
Deo in altissimũ illum dignitatis gradum
elati fuerant talem ruinã postea fecerunt,
tãtoq̃; supplicio puniti fuerunt? O filij Adę
qd soliciti estis, ut ꝓ hoĩum manus, & ne
32 gotia in ampliſſimos dignitatis gradus esse
ramini? qdve cum ijs constituti estis, tanto
pere superbitis, siqdem illi, q̃ ab ipso Deo
sublimati fuerant, tã infelici casu ceciderũt,
ac tã miserum exitum habuerunt? Quare
Exod. 9. tã periculosam rem expetere non uereminiꝰ? Attendite Pharaoni dixisse ipsum Deũ:
In hoc posui te, ideſt exaltaui te ut ostendã in te fortitudinẽ meam. Sic fortasse per
mittet Deus, ut uos ascendatis in dignita-
Simile. tesq̃; exaltemini, ut sint uobis confusioni,
& in uobis potentiã, iustitiamq̃. suam ostendat. Nescitis q̃d petatis, si dexteram ꝓsperi
tatis exposcitis. Parua. n. cymba si magna de
fert, uela, tanto uentorũ flatu solet impelli,
ut in ꝓfundum maris demergaẽ. Ita illi, q̃
in hoc seculo nauigamus, cum tã parui si-
mus uirtute ubi primum magna uela quis
habet, hoc est ubi primum grandem aliq̃
dignitatem, & autoritatem consequitur
33 tanto superbię uento solet inflari, ut in ꝓ
fundum pelagi æterni immergatur, & pe-
reat. Hoc autem uobis maximè conducib
le est, Calicem qdem meũ bibetis. Vt cum
passionis meæ participes sitis, meæ etiã glo
riæ compotes esse mereamini. Ad quã nos
perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria V. post Dominicam I I. In Quadragesima.

Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide. Luc. 16.

1 REFERT B. Lucas, ꝓ p̃dicãs Xps redẽptor noster maximo cuidam auditorio agebat de mĩa, q̃ oportet diuites ĩ paupe
res habere, ut Deus illorũ misereatur. Et dicit sanctꝰ Euãgelista q̃ audiebãt oĩa hęc Pharisæi, q̃ erant auari, & deridebant illũ. Et ob hanc causãm illis hunc metuendum casum Dominus propoſuit (qui realiter, & uere contigit) de diuite quodam crudeli, & de paupere, q̃ miserias, & necessitates suas patientissime tolerabat. Et dixit: *homo q̃dã erat diues*, &c. Dicatur literas Euangelij.

Hũc obstupendũ casum illis Dñs cõme
morauit, & illũ eius cõmemorãs de eo nos
uoluit certiores fieri, quo nos oẽs deterre-
ret, vt siquidem charitate ducti boni esse, ac
Deo seruire nolumus, saltẽ metu ꝑculsi ad
diuinã ipsiꝰ Maiestatẽ cõuertamur, & uerã
agentes pniam peccatorũ nostrorũ ueniam
consequamur. De iusto dicit Dauid Manus
suas lauabit in sanguine peccatoris, i. pecca- Psalm. 57.
torũ supplicijs admonitus, maus suas laua
bit, & meliora ẽt, & sy nceriora opa faciet, 2
q̃ antea facere cõsueuerat. Si ergo iusti ma
lorũ supplicio ad maiorẽ iustitiã, & bonita-
tẽ commouẽnt, quantò magis oportet pec
catores, q̃ se ijsdem supplicijs dignos aĩad
uertunt, q̃b. alios sibi similes puniri conspi
ciunt, timere, & ad Deum conuerti? In Apo Apo. 19.
calypsi dicit Beatus Ioannes: uidi cęlũ aper
tum, & ecce equus albus, & qui sedebat su
per eum uocabatur fidelis, & uerax. Et pau
cis intermissis dicit: Et uocabatur nomen
eius uerbum Dei, &c. Inter alia autem, q̃
de hoc uerbo Dei sedẽte sup equũ albũ, pu
rissimæ humanitatis suę, dicit, hoc est unũ,
q̃ de ore eius ꝓcedit gladius ex utraq. par
te acutus, vt in ipso ꝓcutiat gentes. Gladius
tpaliũ regũ non est acutus nisi ex ãltera par
te, non. n. habet potestatẽ, ut aliq̃d ultra cor 3
pus puniat. Cauete aũt ab eo, cuius gladius
ex utraq. parte est acutus, q̃ & corpus occi
dit, & aĩam condẽnat, & utrumq. in infernũ
ꝓcipitat. Sic dixit ipse Dñs. Nolite timere Mat. 10.
eos, q̃ occidunt corpꝰ, aĩam aũt nõ possunt
occidere, sed potius timete eum, q̃ põt, &
aĩam, & corpus pdere in gehennã. O q̃ sin
gulare consiliũ? quantũuis potẽs sit res ter-
restris nullũ maius tibi dãnum põt inferre,
q̃ caput tuum ab humeris euellere, euulso
aũt illo, oĩm iurisdictionẽ q̃ in te habebat,
amittit, siq̃ anima tua in gratia erat, ĩ cęlũ
duceretur, ut fruatur Deo. Illius autem tã
præpotentis Dñi iustitiam, qui punit cor-
pus & animam in ęternum cõburendam in
infernum detruder, quis non pertimesceꝛ? 4
Considerate ergò fratres hanc diuinam hi
storiam? & supplicium quod in illa narrat
lauacrum quoddam esse animabus uestris.

Dicit sanctũ Euãgeliũ: *Homo quidã erat diues.* Ex eo q̃ erat diues ꝓuenit, ut ꝓphanus, epulo, & carnalis esset, ex hoc aũt di-
manauit, ut crudelis & sine mĩa in paupe-
res fuerit effectus, nec fletit quousq. in in-
fernũ peruenirẽt. Attendite ꝓ q̃ miseram
scalam insœlix hic diues paulatim in in-
fernum

Universidad de Deusto Biblioteca

Simile.

ternum descenderit. Si homines non essent insani, quã maximè fieri posset, diuitiarum copiã fugere deberent. Sicut uir prudens orphanorũ tutoré se esse, eorũque substãtiam suscipere recusat. Nouit enim cito uniuersę pupillorũ substantię rationem, à se ex postu landam, seque omnibus bonis, quæ sibi cõmissa sunt spoliandũ esse intelligit. Adhuc profectò multo magis argam, & rigorosam rationẽ à te Deus exposcet omnium bonorũ, quæ tibi cõmisit: nescis autẽ utrum hoc hodie, an cras faciendũ sit. Et præter hãc actissimam rationem quã laboriosum est diuiti nimirum semper solicitũ esse, & timere, ne ante mortem à diuitijs deseratur? Hiere

Hie. 17.

mias dicit: Perdix fouit quæ nõ peperit, fecit diuitias, & nõ in iudicio: in dimidio dierũ suorum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit insipiés. De perdice dicitur, q̃ tãto-

Simile.

perè desiderat filios habere, ut aliena oua si bi assumẽs sub alis suis foueat, & in eis elaborés, suoquemet sudore pullos proferat. Postquã autem eos protulit, illã deserunt, & post matrẽ suã abeunt. Itaque nihil aliud remanet miseræ, nisi labores, sudoresque suos frustra cõsumpsisse, nec tamen ullũ ex illis fructũ percepisse. Hoc plerunq; hominibus secularibus solet accidere: qui postquã magno cum labore, ac uultus sui sudore, plurimisque sceleribus perpetratis quatuor

6 minuta cõpararunt, accidit infortunium, & omnia simul deperdunt, nec aliquid illis remanet, præter curas, ac solicitudines, q̃bus corpora sua confregerunt, & scelera, quibus animas in illis acquirendis, infecerunt. Si autem ò infœlix diues te diuitiæ tuæ nõ de stituerint, saltem tu non potes illas in morte non deserere: & fortassẽ quò plures iniquitates cũ illis cõmiseris, eò magis tibi Deus

Deu. 28.

uitã breuiabit, ut illas relinquas, & alij etiã te inuito illis fruantur. Hęc est enim una ex maledictionibus, quæ ueteris legis trãsgressoribus immissę fuerunt: Percutiat te Dominꝰ amẽtia, & cæcitate, ac furore mentis. Et paulo post: Domũ ędifices, & non habites in ea, plantes uineam, & non uindemies eã, &c. oues tuæ dentur inimicis tuis. Hoc

7 crebrò contingit uiro accumulanti diuitias absq; timore Dñi, & illas sine mia in pphanitatibus cõsumenti. Iumentũ, quod ex pu-

Simile.

teo coopertis oculis aquam haurit, magno cũ labore iterũ atq; iterum puteũ circũdat, & demũ aquã haurit ad olera irrigãda, quę nõ ipsum, sed alij manducaturi sunt. O quo ties hi cęci, ac miseri, maria, emporia, tribunalia, & deniq; uniuersum orbẽ circũeũt, ut summa cũ anxietate ea acquirãt, quæ nõ ipsis quidẽ, sed alijs, pfutura sunt. Sic Hiere

Hier. 5.

mias hoïes quosdã Dei noïe cõminatur dicens se extraneos hæredes illis esse daturũ. Dabo (inquit) mulieres eorũ exteris, agros eorum hæredibus, & huius supplicij causam reddẽs dicit, quia à minimo usque ad maximũ oẽs auaritiã sequuntur. Hoc ét misero Sauli contigit, q̃ in pœnã auaritiæ, qua habuit seruans sibi meliora iumenta, & res pro

1. Reg. 15.

tiosiores Amalech cõtra uoluntatẽ Dei regni sui successorẽ habuit, nõ filios quidem, aut nepotes suos, sed Dauid, quẽ ipse sũmo odio psequebatur. Ideò Spũs sanctus dixit.

Eccl. 19.

Noli attẽdere ad possessiones iniquas, & ne dixerit. Est mihi sufficiẽs uita. Nihil. n. proderit in tpe uindictæ, & obductionis, id est qñ in die obitus tui terra coopertus fueris. Execramini amicũ, q̃ cum sanguinis effusione, & mortis periculo fuerit acquisitus, in maiori necessitate, & angustijs, qñ hostes in uos irruunt non mouetur, nec uos adiuat. Qñ peccator uiderit diabolus in se irruere, oculos conijciet in illas diuitias, quas cũ tã to mortis periculo, & ferè sanguineis sudoribus cõparauit, uidẽs ãt se ab illis non adiuuari, nec eas aliquid sibi pdesse, quid sentiet, quidue dicet? Quapp noli attẽdere ad possessiones iniquas, quæ ne dignæ quidem

9 sunt, ut in illas oculos cõijcias. Alia trãslatio dicit hic. Ne cõfidas tuis diuitijs, quia in die aggressionis nihil pderunt. O hõ cæce, q̃to appetitu nunc pecunias moues, & q̃ sua uiter illas annumeras. Et qñ media nocte expgisceris, qua delectatiõe uniuersę substãtię tuę statiões cogitatiõe reuolues ambulas, nũc ď uinea, nũc ď domo, nũc uero ď nũmis, ac tãdẽ ď cæteris bonis tuis cogitãs? Tollẽ tolle ò miser cogitationẽ tuam ab his sce tã inutilibus rebus, q̃ ne dignę q̃dẽ sũt, in quas sæpè oculos cõijcias, q̃to minus, ut eas nimio amore diligas? Attẽde in die illi terribilis casus, qñ te diaboli aggressi fuerint, ut ab illis i infernũ deducaris, uniuersas diuitias tuas nihil tibi esse profuturas.

10 Quod primũ de hoc diuite dicit, est qđ i duebatur purpura, & byssо. Hæc aũt una ex condẽnationis illius causis assignat, lautitia nẽpe, põpaq; ac uanitas perpolitarũ uestiũ. O q̃tum hęc mala serui Dei fugerunt? nonrunt. n q̃tum detrimẽti inordinatꝰ horum rerum usus animę afferat. In Exodo legit q̃

Exo. 16.

etũ

& arca dñi interius, exteriusq; auro exactissimo cooperta erat, in exteriora tñ sacco & uilissimo quodã panno uelata erat. In quo significabat quo se habere debent iusti, licet enim solido auro amoris exactissimi opti sint, tñ carnes suas uilissimis uestimentis

Iob 19. Heb. 11.

induerũt: ut exaggerat B. Paulus dicẽs: Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis. Et sanctus Iob de seipso loquens, dicit. Sac cũ consui cutẽ meã, & operui cinere carnẽ

Psalm. 68. 11

meam. Attendit ãt quibus uestib. usus fuerit sanctus Rex Dauid, qui dicit. Posui uestimentũ meũ ciliciũ. O maximam horum in

1. Reg. 21. Eccles. 7.

fęlicium tpum confusionem? cum homines maxima solicitudine anguñ, atq; mille illi citas conuentiones, & cõtractus faciunt, ut perpolitè & põpaticè exornentur, q̃ est maximũ signũ pditionis, & dissolutionis aiæ eorum, ut significauit Ecclesiasticus, dicẽs. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiãt de illo. Tria signa ponit hic Spiritus sanctus, per quæ hõ põt cognosci qualis sit, uestium profanitatẽ, risus leuitatẽ, & ingressum in loca periculosa, & ubi est occasio mali. Aduerte quò ingredaris, inde enim paulo magis minus ve cognosci poteris qualis sis. Ingredieris in domum

12 ludi, aut malæ fęminæ, melius esset tibi ingredi in speluncã leonũ, aut draconum, qui non possent plusquã in corpore tibi ossice-

1. Pet. 3.

re. Intelligens aũt B. Petrus quantũ incommodũ inordinatus uestiũ fastus afferat, dixit maxima exaggeratione. Considerantes in timore sanctam cõuersationem uestrã: quarũ nõ sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti uestimẽtorũ cultus, sed q̃ absc̃ditus est hõ cordis in incorruptibilitate quieti, & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. O q̃ diuina uerba, Dñs illuminet corda uestra, ut ad illorũ execuutionem incitemini. Ne cure-

13 tis, (ait B. Apostolus) ista uilissima corpora uestra aureis, & pretiosis ornamentis exornare, sed mirũ in modũ curate, ut spũs interiùs diues, & exornatus sit in cõspectu Dei. O quam maxima confusio, & q̃ acuta sagitta est hæc mulieri, & multò dirior uiro, qui quotidie unam horam, & plus ét in capillis crispãdis, & corpore suo exornando consumit: sicuti qui gladiũ acuit, ut pximos suos interficiat, in toto ãt anno ne unã quidem horam in spiritu suo adornando cõsumit. Nunquid sunt uerba, quib. satis digne tãta abominatio, & peruersitas exaggerari possit? O Deus infinitæ maiestatis tu hos fratres meos illumina, ut cæcitatem suã cognoscant, & ab immoderata profanitate resipiscant: neq; enim uerba mihi suppetunt, quibus hoc illis penitus pſuadere possim. Vnũ aũt uobis dicã fratres, ad nostrã christianorũ cõfusionem. Referunt humanæ historiæ Romanos, etsi gentiles, locupletissimos, ac tam potentes, ut uniuerso dñati fuerint, & tñ decreuisse, nequa mulier ad uestiũ suarum ornatum plusq̃ mediam unciam auri gereret. Quid dicitis ad hoc Christiani sanctissimo Euangelij lacte educati: q̃ aiæ immortalitatẽ creditis, quiq; sempiternæ gloriæ, ac inferni diuturnitatẽ cõtemini? Qũo 14

nõ erubescitis, & cõfundemini uidentes qđ nunc agitur? q̃ uxor artificis uult plus auri super se gerere, q̃ uxor consulis, qui uniuerso orbi dominabatur, deferre consueuerat.

Dicit ulteriùs sanctum Euangeliũ. *Et epulabatur quotidie splendidè.* Qđ semel in anno cum amicis, & consanguineis uestris in charitate epulemini nõ põt cõdẽnari. Verũ tamen quotidie splendide hoc est nimis

15 pernicioſum. Nam leoni benefaciendo, & indulgendo, illum domabitis, qui aũt corpus suum delicatè tractat, ipsiq; indulget, satietate, & uoluptate ferocius, ac crudelius illud efficit. Qui sanctorũ patrũ uitas legerit, q̃ à Theodoreto, Palladio, & Diuo Hieronymo referuntur, non poterit nõ admirari, intelligens, quam crudeliter corpora sua tractauerint, quibus autem propinquiora huiꝰ rei exempla suppetunt, sumus nos fratres minores, cùm sint admirabilia, quæ de innumeris fratribus ordinis nostri legimus, qui Simile.

nostra fere rempestate floruerunt. Qui cũ hostibus colluctantur, & decertant, nõ contenti sunt non pati se ab illis superari, sed omnibus uiribus, & artibus suis illos curãt euertere, ac solo æquare, ut à periculis securiores sint, & uictorię certitudinem habeãt. Idem igit faciunt serui Dei cum corporibꝰ 16

suis, capitalibus hostibus, q̃ continua absti nentia illos deijciunt, ac prosternunt, ut magis certi sint de uictoria. Nõ sic faciebat hic diues, q̃ nunc crudelissimis inferni ignibus cruciãt, quò deuenient ét oẽs illius sectatores, nisi opportunũ sibi remedium adhibuerint, non enim est unus Deus unis, & alter alijs, sed omnibus est unus, & idẽ. Aduertite fratres quantum malum sit hoc, quia erit tã misera est epulonum sors nõ potuit illã B. Paulus sine magna lachrymarũ copia re

censere,

censere,dicēs.Multi enim ambulant,quos
Phili.3. sæpè dicebam uobis,nunc aũt,& flens,dico
inimicos crucis Christi, quorũ finis interi-
tus,quorũ Deus uẽter est.Vult dicere q̄ ex
gula ,puenit,ut q̄s sit inimicus crucis pæni
tẽtiæ,& tot uicijs se tradat,ut ad infernũ po
tius,q̄ ad ueram pniam agendam perueni-
re uelit.O metuẽdum uerbũ? quo illud au
dientes epulones ñ contremiscũt ; siqdem
hoc mõ æterna condẽnatione illos Deꝰ cõ
17 minatur,& hic à sancto Apostolo uilissimæ
cuiusdam idololatriæ uocant idololatræ.
Gentes enim in suis idololatrijs aurum tã
q̄ Deum uenerantur, Solemq̄ , ac Lunam
adorant,hi uero miseri uentrẽ adorant, qđ
est totius immunditiæ, & inquinamenti re
ceptaculum.Et eo usq. hoc malum puenit,
ut aliq,q̄ de uirtute egerunt,uelint splen-
didè mãducare,& sese delicatè tractare,hoc
1.To.4. malum cõprobantes cum Beato Paulo di-
cẽte.Corporalis exercitatio ad modicũ uti
lis est,pietas ãt ad oĩa utilis est.Profecto isti
non intelligunt Sanctum Paulum, nã q̄ in
illis uerbis significat,est:Exercitationes pæ-
nales & corporales ex se tantummõ parui
esse pretijs,& utilitatis, quia quo ad magis
corpus debilitant.Si uerò pp altiorem finẽ
18 fiant,erunt ualde utiles,sicut si labores cor
porales tulerimus , ut Christo redemptori
nostro conformemur, atq. ut anima magis
sui ipsius dominetur ad Deũ magis amandum.Opera ãt animæ disparis sunt ratio-
nis:ipsa enim in se magnã utilitatẽ afferre
possunt,sicut siquis intellectu occuparetur
cogitando quam parui pretij sint res secula
res,& quãtæ excellentiæ,atq. æstimationis
sunt Dei præcepta,& eius gloria,si inferni
cruciatus in memoriã reuocaret, si uitiorũ
turpitudinẽ,& deformitatẽ,siq̄. uirtutũ pul
chritudinem,ac splendorẽ contẽplaretur.
Harum enim rerũ omnium sola profunda
cõsideratio etsi ad Deũ nõ referatur magnã
in anima operationem facit. Itaq. nõ dicit,
S.Paulus corporalẽ exercitationẽ ad modi
cũ utilem esse, si ad sublimes fines referãt.
Pudeat ergo uos ò fratres uelle uoluptа-
19 tes uestras,immoderataq̄; conuiuia sacris li
teris cõ,pbare Præsertim cum tãta sit hæc
Iuue.2. dissolutio,ut uix inter Gentiles reperta fue
saty. rit,ut apparet ex illo Iuuenalis:Quis fercu
la septẽ Secretò cœnauit anus?idest,qs anti
quorũ Romanorũ septẽ ciborũ genera secre
to cœnauit?Secreto(inquit)nã palã nemo
hoc facere auderet.O Iuuenalis si nũc ex in
ferno exires, & quid nunc ĩter Christianos
agatur,intelligeres,qũo exclamares,uidens
non septẽ quidẽ,sed septendecim ferculа ĩ
uno prãdio mãducari:& nõ secretõ,sed pu
blicè,de quo ẽt,qui hoc faciũt, magnoperè
gloriãtur;Quid igitur ex hac immoderatio
ne prẽter turpitudinem maximam,sensua-
lemq̄ corruptionem poterit dimanare.

Et erat quidam mendicus nomine Laza-
rus, &c. usque ibi. *Et nemo illi dabat.* Non
erãt in domo diuitis cõuiuia, & cibi paupe 20
ri;sed alijs diuitibus similibus illi. Hoc est
diuitũ ingeniũ,q̄ benefaciunt illis, q̄bus nõ
est opus.Mater Salomonis consuluit filio
suo,dicens,Noli regibus dare uinũ. Et pau Pro.31
cis intermissis dicit.Date siceră mœrẽtibus,
& uinum his,q̄ amaro sunt animo. O quã
pium cõsilium,in quo illum hortatur,ut in
pauperes & afflictos esset misericors:nõ au-
tem in Reges,qui nullam habent inopiam.
Hoc ipsum uobis ego Dei nomine cõsulo,
ne cõuiuia,& epulæ uestræ potẽtibus,ac di Eccl.5.
nitibus prẽparentur.Videte quid dicat Ec-
clesiasticus his uerbis.Hospitabitur , & pa-
scet,& potabit ingratos,& ad hęc amara au
diet.Satis digni sunt his gratijs,q̄ non Deꝰ
sed diuitibus,& potentibus conuiuia sua fa
ciunt,qui pro mercede iniurias illi reddũt, 21
& reuertuntur dicẽtes inuicẽ inter se. Vidi
sti uanũ illum,qũo se liberalẽ uult monstra
re?Nunquid eũ ignoramus, maioresq̄; eius
quales fuerint nõ optime nouimus? Vidisti
quàm cõmutato ordine,& quã male condi
tas escas nobis apposuit?&c Hac mercede
dignus est qui bona sua nõ pp Deum qde
largitur.Hos assumit Deus carnifices cõtra
illos ad puniendã hanc paucã charitatem;
& cum uicinũ habeant claudum, & paupe-
rẽ, a cuulneratũ ad ostium,ne buccellã qdẽ
panis illis largiunt: ad saturandos uero hos
ingratos omnia superabundare uolunt.Hac
crudelitate utebat hic dives,ad cuius ostiũ,
cum paup uulneribus plenus staret,cupiés
micas manducare,quæ ex illius mensa exci
debant;quas fortasse canes præ nimia satu
ritate edere nolebant,& nemo illi dabat.O 22
sancte Deus quãta inhumanitas est hęc?qd
sentiet egenus,& famelicus accedens ad o-
stium diuitis,& uidens eius iumenta, & ca-
nes satiatos,qui desiderat canum escas mã
ducare,nec tñ eas illi largiris?prẽcipuè cũ si
nẽ habeat,cũq̄;sit idẽ utriusq; Deꝰ, & una,
& eadẽ carne,& sanguine uterq̄e uestrum
constet,& tamen tam durum,& inhumanũ
te in

te in illũ prębes? Ideò Beatus Ioãnes dicit.
Apo.13. Hic est patientia,& fides sanctorum,ideſt ,
hic labor est materia patientię sanctorum.
Multum patientiæ,& fidei requiritur ad tã
tam inhumanitatem tolerandam.Nõne est
maximè miserandum, quòd cupiat pauper
esse sub mensa diuitis,& potentis,atque ea,
quæ conijciuntur canibus manducare,nec
tamen illi hoc permittatur ? in libro Ionæ
23 dicitur, Regem p̄cepisse sic prędicto decla
rari.Homines,& iumenta,& boues,& peco
ra non gustent quicquã , neque pascant,&
aquam non bibant. Quare dic rogo prohi-
bes,ò Rex iumenta,& pecora mãducare,&
bibere?Nũquid illa sicut homines peccaue
rant?non ,pfectò.Sed ratio hoc postulare ui
debatur.Dissentaneum etenim est,quod ie
iunante homine iumenta manducent. Ieiu
nent(inqt Rex)iumenta,nec comedãt,aut
bibant,siquidem homines ieiunant Visum
est Regi illi Gentili ita conuenire , ut uero
Christiane, qui credis Christum redempto
rem nostrum hanc perentoriam rationem
condemnationis malorum redditurum es
24 se,scilicet,quod ,pximos esurientes non ci
bauerint,& tu uis oẽs canes,& catos tuos sa
turatos esse, ,pximum aũt tuum ad ostium
tuum fame perire?Hic est patientia,& fides
sanctorum . Ecce diuitem crudelem,& ,pfa
num , maxima tamen diuitiarum copia af-
fluentem,& ecce Lazarum amicũ Dei,uir-
tutis,ac patientiæ plenum , non habentem
buccellam panis , nec remedium uulneri-
bus,infirmitatiq̄ue suæ inuenientem.O iu-
diciorũ Dei profunditatem maximam.Vi-
detur eq̄dem Deus commutato rectitudi
Psalm.3. nis ordine facere,cum malo proficiat:Bono
aũt officiat.Non sanè rerum ordinem com
mutat:magna enim, & secreta sunt iudicia
Domini.Et sic Danid dicebat.Ponẽs in the
sauris abyssos. Deum in thesauris arcas cu
stodire uidetur peruersus ordo:Qui thesau
25 rizant thesauros in arcis,& non quocunque
modo custodiunt, sed aureos in capsam,ca
psam uero in arcã includũt. Quomõ ergo
Deus uice uersa facit, cũ in thesauris arcas
custodiat?Hoc significat quod multa,quę à
Deo fiunt uice uersa fieri uidentur,cum ta
men sint prudentissimè facta.Sicut est uirũ
optimũ,& uirtute prędituꝫ ulcere esse ple
nũ,& esurire,malũ uero diuitem esse, & oĩ
bus rebus abundare. Atq; ut hoc intelliga-
tis,notate,quod habet se Deus in hoc sicut
locuples mercator , q̄ uadit in emporium,
ut mercimonia emat,& aliqua,quę sunt ui
lia, & pauci ualoris mercatur, qualia sunt
specula,ligulæ,acus, papyrus, & alia huius
generis.Hæc uero statim persoluit.Sunt au
tem alia mercimonia tam pretiosa,quæ sta
tim persolui non possunt: atque hæc fide-
iussa emit,ut ea in futuro emporio perso-
luat.Ita se habet Deus uenit enim in empo
riũ huius seculi ad emenda bona opera qua
si mercator.Et opera,quę in peccato morta 26
li facta inuenit,tanquam uilia, & parui prę
tij statim in hoc mundo persoluit,redd ens
pro illis honores, diuitias, liberos. &c.Ea
autem,quæ in gratia,& charitate facta inue
nit tam pretiosa, & tanti ualoris mercimo
nia sunt,ut ea in futuro seculo æterno præ
mio persoluenda relinquat.Et ita illa fide
iussa accipit, & si peccator aliquod bonũ fe
cit,hoc illi in hoc seculo persoluit.Atq. ẽt
hoc facit,ut illum ad uirtutem attrahat,qn
aliter omnia Dei beneficia ad maiorẽ eius
cõdemnationem erunt.Bonus autem uult
Deus,ut esuriat,& uulneribus sit cooper- 27
tus ad maiorum eius glorię coronã.Et hoc
est,ponens in thesauris abyssos,quod uide-
tur transuerso ordine fieri.Simile huic est
quod dicit Beatus Ioãnes loquẽs de iustis, Apoc.7.
Lauerunt stolas suas in sanguine agni. Tali
industria usus est Deus,ut ex sanguine sapo
nem efficeret? Imo uidetur q̄ maculatu-
rus erat.Hóc fecit ut sancti neglecta uolun
tate,& sententia sua Dei iudicium, & uo-
luntatem sequerentur:licet enim Dei iudi
cium nobis uidetur contra rationem proce
dere,semper tamen sapientissimè disponi-
tur,& quicquid Deus decernit,sapientissi-
mè efficit.Quãuis iustum in afflictionibus
immersum,atque ibi quasi pannum macu-
lari uideatis, & quasi uestem in sanguinem
immissam inici arbitremini, ibi Deum illũ
sapone polit,& abluit ab humanis defecti-
bus,ut in cœlo pulchrior appareat. Qđ ui
dere est in Lazaro,de quo hic dicitur.

Factũ est autem,ut moreretur mẽdicus,& 28
portaretur ab Angelis. O fœlix animæ,quæ
quandiu in hac uita commorabaĩ, à nemi
ne,nisi à canibus uisebatur , qui ad homi-
num confusionem ueniebant, & lingebant
ulcera eius.Nunc autẽ in morte nõ ab uno
tãtum:sed à plurimis Angelis in sinum Sã
ctorum Patrum perducitur,ut illic finis tã
dem secularibus ærumnis consolata quie-
sceret.Interijt etiam dies ille,qui delicatè
tractabatur.*Et sepultus est in inferno.*

In

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apoc.6. In Apocalypsi depingit B. Ioannes miserrimum peccati statum, dicens. Ecce equus pallidus, & qui sedebat sup eum nomen illi mors, & infernus sequebat eũ. Hic equus pallidus, & sine decore est peccator, q non solum nõ hẽt uenustatẽ, &. colorem sãcti, uerum ne hõis quidem ferè habet effigiẽ; 29 siquidem secundũ rõnem non uiuit. Sedet autem super eum diabolus, qui dicitur hic mors. O maximã miseriam, & infelicitatẽ? q sedeat super miseram peccatoris animã diabolus, & peccatum? Si per illam transiret, tolerabile esse uideretur, sedere autem super illam, quòd est eam sub potestate sua constitutam habere, eamq́ue in omnibus operib. suis gubernare, sicut eques equum regit, hoc est maximum malũ, & infernus sequebat eum. Quid aliud sperari poterat, q̃. q talem herum talis famulus sequeretur? O peccator adhibe tibi remedium, q si nõ feceris, infernus te infectã aperto ore ut te absorbeat. Scito hoc non esse meũ in somnium; nam Spiritus sanctus hic illud aperte dicit: Quapropter antequam te cõsequatur, & occupet, tanto incõmodo obuia. Etiam, & canes huic infelici homini miseri 30 cordiam prædicabant, eumq́. hortabãtur vt esset misericors, ne ab inferno deuoraretur. Cum autem ex hoc, aut ex pauperis Lazari patientia nullum fructum percipere uoluerit, demum occupauit eum infernus, atque in æternum deuorauit illum.

Et cum esset in tormentis, &c. Notate q non dicit sanctũ Euangeliũ, cũ esset in tormento, sed cũ esset in tormentis, quæ nam (inquam) lingua poterit explicare diuersitatem tormẽtorũ, quib. damnati in inferno cruciant? Illic est ardentissimus ignis, intolerabile frigus, nix, glacies, uentus, & tempestas, nimiũ horribilis. Hæc autẽ omnia sunt minima quædam pars pœnarum dãnatorũ, ut affirmat Dauid, dicens. Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum pars calicis eorum, quia inter has pœnas omnes 32 maxima est Deo carere. *Eleuans aũt oculos, cum esset in tormentis, &c.* O miserrime, nũc aperis oculos? Serò ẽ iã; antea oportuit te illos aperuisse, ut pauperem Lazarum, eiusq́ue necessitatem intuereris, atq. ad ea aspicienda, quæ ad aiam tuam spectabant. Fratres mei nunc oculos ad bona opera facienda aperite, nisi enim eos in hoc seculo aperueritis, in inferno aperietis, quando nihil penitus uobis proderit. Albertus Magnus arcanum quoddam naturæ scribit, s. q. cum fulmen aliquem percutit, si illum apertis oculis occupauit, clausis oculis illũ relinquit. Consule tibi frater mi, attende hoc arcanum fulminis de te uerificari. Si. n. fulmen mortis te clausis oculis ad pauperes aspiciendos, eaq́ue, quæ ad animæ tuæ salutem pertinent, facienda, occupauerit; faciet te apertis oculis ad inferni tormenta perferenda remanere. Si aũt apertis oculis 33 te inuenerit, clausis te relinquet, ne æternã pœnã aspicias, nec illã in te experiaris. Ecce exẽplum est in hoc diuite, qui in inferno oculos aperuit, cũ tormentis torqueretur, & ꝓclamabat, dicens; *Pater Abrahã, &c.* Mẽtiris miser. Neq; n. tu eius es filius, neq. ille tuus est pater. Nam Dominus dixit; Si Ioan. 8. filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite: qui adeò misericors erat, ut in feruore diei peregrinos expectaret, illosq. hospitio exciperet, proprijsq́ue manib. eorum pedes ablueret. Cum autem tu illum imitari nescie Gen. 18. ris, quare non te pudet, patrem nũc eũ appellare? Hoc ãt quod illum rogas, dicens, 34 Miserere mei, iam non habet locum. Non enim hoc est tempus misericordiæ, qa scri Prou. 21. ptum é. Qui obturat aurẽ suã ad clamorẽ pauperis, & ipse clamabit; & nõ exaudietur.

Et dixit illi Abraham. Fili recordare qa recepisti bona ẽ uita tua, & Lazarus similiter mala. Nũc ãt hic cõsolatur, tu uero cruciaris. Simile. Videtur mihi hoc esse sicut ludus, q Hispane dicitur, [*Atrocar por fuerza.*] habet q bonas chartas, alter uerò habet malas; Dicit quæ prior, Domine non commutemus chartas, dicit uero alter: Non domine, quia hic est ludus, ut necessario commutemus. Prior nollet commutare, qa bonas chartas habet, ueruntamen licet inuitus debet eas cõmutare, & sic charta unius trãsit ad alterũ, & è cõtra. Sic accidit in hoc mũdo, Deꝰ est q chartas uoluit; ipse. n. bona, & mala ẽm uoluntatẽ suam distribuit. Alijsq. tres 36 chartas tribuit: quæ sunt diuitiæ, honor, & ualetudo: alijs uero alias tres chartas diuidit, s. paupertatem, dedecus, & infirmitatẽ, Accedit tempus necessario commutãdi, q est dies mortis: tunc q habent diuitias, honores, & ualetudinẽ, nollẽt commutare: hic uellent in æternum commorari his rebus ꝓfruentes cũ offensione Domini q eas illis diuisit. Verũ licèt inuitum oportet te illas commutare. Vt tu, qui hanc ãbundantiam, ꝓsperitatem, uoluptatemq́ue cum ualetudine

letudine in hoc seculo habuisti, habeas in futuro omnia uiceuersa. Pauꝑ uero, q tãta rerum inopia, ignominia, & infirmitate premebaꝝ, atq. hæc oĩa patienter tolerauit, ꝑpe tuã nunc abundãtiã, salutẽ, ineffabilẽq́, honorẽ, atq; æternã amplitudinem cõsequaꝝ. Nec uero arbitremini me hoc ex me dicere: Deꝰ. n. hoc dicit p Isaiã his uerbis. Ecce ser- Esa.65. ui mei comedẽt, & uos esurietis. Ecce serui mei bibẽt, & sitietis. Ecce serui mei lætabũt, 35 & uos cõfundemini. Ecce serui mei laudabũt ꝑ exultatione cordis: & uos clamabitis ꝑ dolore cordis, & ꝑ cõtritione spiritus ululabitis. Quid clariꝰ dici poterat? aut qd aptiꝰ, & magis ad literã uultis hoc adimpleri uidere, q̃. in his duobꝰ, quos, cõmemorat sã ctũ Euãgeliũ. Euoluit Deꝰ chartas, & diuiti illi epuloni tres bonę chartæ contigerunt, pauperi uero Lazaro pauꝑtas, dedecus, & infirmitas maxima accidit. Nunc ãt (ait Abrahã diuiti) hic cõsolaꝝ, tu uero cruciaris. O q̃ 36 amari nũcij sunt hi diuitibus, ꝓsperis, & saturatis huius seculi. O q̃ bonũ esset, ut has buccellas ab ore eijcerent, quas cũ tã amaro salsãmẽto deuoraturi sũt. Nolite fratres charissimi his caducis, & transitorijs rebus cũ peccatis, & offensionibꝰ Dei uestri ꝑfrui, siq́dem accessuri estis ad horã, i qua hęc necessario debetis cõmutare. Viui te in timore cognoscentes uos periculosissimũ statũ habere, q si mihi non uultis credere, uidete qd scriptũ sit: Iustũ deduxit Dñs ꝑ uias rectas, &c. & honestauit illũ in laboribꝰ, & cõpleuit labores illius. Laboribus (inqt) Deus iustũ, honestũ, ac sanctũ effecit. Verum labores tãdẽ finiti sunt. Cõpleuit labores illius. Dicitur q deduxit eum ꝑ uias rectas. Via recta est, qñ medium conuenit cum extremis. Duo extrema humanæ uitæ sunt ortꝰ, & obitus, ortus est cum maxima pauperte, & miseria, sic ut uidemus filiũ Imperatoris, & pastoris lachrymantẽ, & horrida cute inuolutũ oriri, obitus ẽt est cum dolore, & amaritudine. Illa igiꝝ uita est recta, q̃ cũ 37 his duobus extremis conformaꝝ. Nudus egressus sum de utero matris meę, & nudꝰ reuertar illuc, dixit sanctus Iob. Iuter hæc ãt duo miserabilia extrema uelle hoiem cum maxima uoluptate, lætitia, & saturitate uiuere, hoc est, à rectitudine uiæ declinare. Non ita faciebat sãctus Iob, cũ Deo dicebat. Dimitte me, & ad qd Iob longã uitã postulas? nunq́d ut uoluptatibꝰ fruaris, an ut primogenituram instituas? Nõ (inquit) sed, ut plangã paululũ dolorem meũ. Ad hoc faciendũ exoptãda est uita, nõ uero ad seculares uanitates. Si ergo Deus iustũ deducit ꝑ uias rectas; uiæ ãt rectę sunt, q̃ cum ortu, & obitu cõformãtur: tu, q es diues, & potens, ac cũ fastu, & ꝓfanitate maxima uitus, merito potes timere te nõ esse iustũ, nec è Deo ꝑ istas tã reflexas & deuias uias duci, sed tibi merito ꝓsuadere potes te à diabolo illis 38 uoluptatibus implicatum, & deceptũ deduci; quousq. te illic reponat, ubi hũc infelicissimũ epulonẽ cõstituit; hoc est, in tormẽtis inferni ubi ne minima quidẽ refrigerationis gutta illi data est, etsi illã ardẽtissime postulauit. Qd̃ cũ ita sit fratres charissimi, nũc siquidẽ opportunũ tps haberis, q̃ in uoluptatib. consumpturi eratis, ea à modo incipit cum paupere Lazaro expendere, nã in uno mõ, sed plurimos passim reperietis, cũ quib. opera mĩæ exercere ualeatis, quib. pec cata uestra redimetis; posteà uero corda ve stra ad ueram pniam redigetis, atque uobis gratiam suam Dominus largiatur, qua sempiternam gloriam comparetis. Ad quã nos 39 perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria VI. post Dominicam II. In Quadragesima.

Homo quidam erat paterfamiliàs, qui plantauit uineam, &c. Matth. 12.

DIcatur tota parabola ad literam, vsq. ibi. Ideò dico uobis, quia auferetur à uobis regnũ Dei, & dabitur gẽti faciẽti fructꝰ eiꝰ. Propter abominabilẽ illorũ ingratitudinẽ consummatãq́. malitiã, qua in ipsummet Deũ suũ uiolentas manus intulerunt, illũq́. acerbissima morte necauerunt, derelicti sunt à Dño sicut uidemus, sicut ꝑdixerat sanctus Hieremias dicẽs. Dormiemus in cõfusione Hier. 7. nostra, & operiet nos ignominia nostra, qñ Dño Deo nostro peccauimus nds, & patres nostri ab adolescẽtia nostra usq. ad diẽ hãc. In oĩb. ſupplicijs, qb. Deꝰ hoies punit, terminũ in hac uita reperietis, qd̃ plus durat, ñ ꝓgredietur ultra quartã gnationẽ, sicut dixit Moses Dño his uerbis, q reddis iniqtatẽ patrũ filijs, ac nepotib. in tertiã & quartam Exo. 35. progeniem. Hæc est praxis diuinæ curiæ. Cum hac moderatione ꝓdeunt duriores, & seueriores commissiones, q̃ in ea fieri so-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lent. Solũ autem supplicium, quo puniuntur illi, qui in Deũ manus intulerunt, nõ habet terminum, sed cũ cõsummatione seculi in infidelibus Hebræorum finiendum est, q ad Deũ nõ conuertuntur. Hoc est suppliciũ
2 & cõfusio q̃dam soporata, & ideo dicit. Dormiemus in confusione nostra, &c. De cõfusione & captiuitate Babylonis, per quẽ hæc
Oseæ. 8. significabatur, dixit Oseas. Israel nũc factus est in nationibus, quasi uas immundũ. Vas horridũ, & obscœnum oẽs execrantur, oẽs illud proiiciunt, & oĩa, quæ ab eo exeunt, horrorẽ afferunt. Ita sunt hodie infideles filiorũ Israel in oĩbus nationibus facti quasi uas immundũ, & obscœnum uniuersus orbis illos abominatur, nõ solũ Christianis, sed & hæreticis ẽt Mauris, ac Turcis, atque omni hoĩum generi sunt abominabiles, & horridi. Quocunq. pgunt puniuersas mundi nationes illã macula Dei sanguinis, quẽ ipsi effuderunt, olent. Verũ ò Domine siq̃ dẽ illos ita miseros, & afflictos trahis, nunquid hoc facis, ut eos pp odiũ condemnes?
3 Nõ (inquit) sed ut illos lucrer, atque ut præ
Simile. nimia cõfusione, & afflictione fatigati peccatũ suum cognoscant, & ad me conuertãt. Acçidit aliq̃n concubinã amatore suo derelicto ad alios accedere. Qua pp amator tãta molestia afficitur, ut ad illã ulciscendã aliqua ueneficia reperire uellet, q̃bus ei ita deformaret, & inficeret: ut nemo illa alloqui, aut intueri uellet. O Deus optime maxime q̃tum ꝑ una aĩa laboras, quoties deformitates, & turpitudines eius detegis, eiusq̃. defectus reuelari, ac cognosci ab omnibus permittis, ut mundus illã nõ amplectãt, nec amet. Hoc ãt interest Dñi inter tuũ, & illius ꝓditi amatoris zelum, q̃ zelus tuus non est ulciscẽdi iniuriã tuã, sicut zelus illius cum amica sua, sed est zelus amoris, & charitatis, ut peccator ad te cõuertãt. Ipse Dñs hoc
Oseę. 2. dicit sub eadẽ similitudine, q̃ hic diximus, loquens de illa meretrice, q̃ dicebat. Vadã post amatores meos, &c. Qua ꝓpter subdit statim dicẽs. Idcirco cõuertar, & assumã fru
4 mẽtum meũ tpe suo & uinũ meum in tpe suo, & liberabo lanã meã, & linum meum, quæ operiebant ignominiam eius, & nunc reuelabo stultitiam eius in oculis amatorũ eius, & uir non eruet eũ de manu mea. Hęc ãt omnia faciebat, ut illa peccatum suum cognosceret, & diceret. Vadam, & reuertar ad uirum meũ priorẽ, quia bene mihi erat tunc magis, q̃ nunc. Hęc est causa, ob quã ab illis uineam abstulit; atq̃ in soporata cõ fusione usq. in hodiernum diem cõmorantur, quia culpam suam nolunt cognoscere.

Hæc uinea, q̃ ab illis ablata est, q̃ est hæc ecclesia tã aucta & renouata, mirabilibusq̃. sacramẽtis, ac suauissima lege, cęlestiq̃. doctrina illustrata nobis tradita fuit, ut gratissimi essemus, & Dño illius debitũ fructum
5 redderemꝰ, nos ãt si sumus peiores illis, q̃d ꝓ tãta ingratitudine speramus, nisi nos acriꝰ, q̃ illos esse puniẽdos? Videte q̃d dicat Eccle Eccl. 1.
fiasticus. Regnũ à gente in gẽtẽ trãsferetur pp iniustitias, & cõtumelias, & diuersos dolos. Quẽ arbitramini (inquit Spũs sanctus) inimicos in domũ uestrã intromittere, atq. ẽt uos ab illa expellere, uosq. à regno uestro eijcere, nisi iniustitias, & dolos, quos ꝑpetratis, diuitias, quas illicite cõparatis, iniuriasq. ac cõtumelias, quib. diuites, & potẽtes pauperes afficiũt? Hi sunt domestici hominis inimici, qui extranei hostib. ianuam aperiũt, atq. illis aditũ patefaciũt. Idcirco regna ñ hũt firmitatẽ, sed de manu in manũ,
6 & de gente in gentẽ trãsferũtur, neq. uero hoc est maius malũ. Verũ pp peccata ẽt solẽt hoĩes sæpenumerò fidẽ amittere, & in pœnã scelerũ eorũ solet Deus ab illis ecclesiã suã auferre, & alijs locare; sicut uidemus Palæstinos, Ægyptios, Græcos, Germanos, & ferè uniuersos Gallos ab eo derelictos esse. Quid igitur nos miseri speramꝰ ꝓcipuè cum tã turpiter, & flagitiosè uiuamꝰ? sicut Esai. 16.
ꝑ spũ ꝓphetico lamẽtabat Esaias dicẽs. Et uineã Sabama Dñi gẽtiũ exciderũt, flagella eius, usq. ad Iazer puenerũt. Errauerũt in deserto, ꝓpagines eis relictæ sunt, trãsierunt mare. Sup hoc plorabo ĩ fletu Iazer uineã Sabama. Hoc nomẽ Sabama, significat alitudinẽ, aut cõuersionẽ, & optimè cõuenit hoc nomẽ sãctæ Ecclesię. Nã quẽadmodũ ille, qui in sublimi loco cõmorat plurima ꝑt ꝓspicere, q̃ ꝓcul sunt, q̃ quidẽ non cernunt ab illis, qui in inferiori loco sunt; sic ẽt in hac ecclesia cũ in fidei sublimitate cõmoremur, aĩæ nostræ oculis ea q̃ ab intellecti
7 bus nostris lõge maxime distãt ꝑ eã possimus cõspicere qualia sunt: Deũ esse trinũ & unũ: unã fœminã matrẽ, & uirginẽ simul esse, & uerbũ diuinũ humanatũ carnẽ assũpsisse; cætera oĩa sãctissimorũ sacramẽtorũ mysteria. Hęc tã admirabilia non attingunt ab illis, q̃ in hac sanctæ ecclesiæ celsitudine non sunt, q̃tumuis humanarum scientiarum periti sint. Etiam q̃ in excelso loco est,

Simile.

est, oĩa quæ inferius sunt minime esse iudicat: hoĩes arbitratur esse formicas, &c. Ex eo q̃ sancti in hac almæ ecclesię celsitudine cõstituti fuerint, proueniebat, ut uirgines imperia, quæ sibi offerebãtur, despicerent, mar
8 tyriumq̃; summa animi cõtentione amplecterentur, hinc nobiles matronæ amplissimis statibus suis desertis, in arctissima monasteria ingressæ sunt. Hinc plurimi sapientes & diuites, qui in seculo præstãtissimi, atque honorificentissimi esse possunt, his omnibus derelictis asperas religiones quæ
Phili. 3. runt, ubi corpora sua mortificantes uiuum Deo sacrificiũ offerantur. Hinc deniq; prouenit, ut oẽs iusti cũ B. Paulo dicant. Omnia arbitror, ut stercora, ut Christũ lucrifaciam. O fratres charissimi per reuerentiã Dei uos rogo, ut quũ diabolus aliq̃d honoris, utili-
9 tatis, aut deniq; uoluptatis uobis obtulerit, illud claris ac perspicacibus oculis intueamini, & altitudinẽ Christiani status in quo uiuitis, cõsideretis, & tunc omnia uobis lutum, & stercora uidebuntur, uel saltẽ consiEccle. 1. derate finẽ, quem omnia habitura sunt. Omnia flumina intrant in mare. Cum flumina
Simile. sint aquarũ dulcium, ac suauium, habent tamen fines amarissimos. Siquidẽ oẽs in maris amaritudinẽ ingrediuntur. Mirabilis est uisu prosperitas, & pulchritudo, quã capitales fluuij secũ deferunt, quã decorę, aspectui q̃ delectabiles sunt arbores, prata, & amœnitates, quæ in eorũ ripis utrobi aspiciũtur? ubi primũ aũt ad mare accedunt omnis eorũ pompa, atque illæ aquæ dulcissimę maris amaritudine submerguntur. Nõ est quid q̃ratur in mari quis nã sit Tagus, aut Nilus, aut alius fluuius. Quid igitur sunt diuites, & prosperi huius seculi nisi fluuij, q̃ an-
10 tequã ad mortẽ perueniant, uidere est quã comitati, uoluptatibusq̃ pleni, ac quanta maiestate, & ampletudine illustrati defluũt. Cum aũt ad mortis mare accedunt, oĩa illa in amaritudinẽ, & confusionẽ cõuertuntur. Omnia flumina intrãt in mare, nec est quis illic Imperator, aut pastor perquiratur. Omnes sine ulla differentia in corruptionem q̃tum ad corpora conuertuntur, animę uerò Deus scit quò deueniãt. O si hoc attentè cõsideraremus, quã libenter seculares oẽs uanitates abijceremus, cognoscẽtes illarũ finẽ, & periculum maximum, quod secum afferunt, atq; earum breuitatem attendentes.
Bis (ut refert sanctum Euangelium) fugit Christus redẽtor noster homines, & ab eis absconditus est. Primùm quando cognoscebat illos uenturos esse, ut eum regẽ extollerent, secundo quãdo illũ lapidare uoluerũt, quia nondum uenerat hora eius. O Christe
11 ęterna patris sapientia, quid est quod facis Dñe, aut quid in hoc nos uis docere? Volo (ait sanctus redẽptor) uos docere, ita domi nia & honores seculares, sicut lapides, & multo ẽt diligentius uos fugere, & euitare oportere. Multò (inq̃) magis, q̃a lapides quo ad plurimum corporalẽ mortem uobis inferre poterũt, dominium uerò nõ uitam tantum, sed & animam etiam uobis perdet. Siquidẽ erga fratres in uinea Sabama cõmoramini, hoc est, in Euangelica celsitudine, omnes res seculares tanquã uiles, & paruas, atque animæ periculosas æstimate. Significat ẽt Sabama conuersionem. Itaque qui in hac Ecclesia militanti, quę est conuersionis uinea uiuimus, de nulla alia re, nisi de cõuersione agere deberemus, rationes inuestigãtes quibus meliùs, & ardentiùs ad Deum cõ
12 uerteremus. Et hoc autem miseriam nostrã cognoscetis: cũ non agamus nisi de cõuersione non eò actiones, cõuersionesq̃ nostrę diriguntur, quò scilicet ad Deum conuerte mur, sed quomodo ab eo recedemus. Quibus rebus intẽdit uir primarius à mane usque ad noctem? Ludit, deambulat, uisitat, & aspicit. Quid aũt sunt hęc omnia. nisi rationes inuestigare, quò è Deo recedat? Hęc filios suos docẽt, eosq̃ suis dissolutionibus, perpolitis uestibus, ac profanitatibus instruunt. Hoc etiam dominę suis malis exẽplis filias erudiũt. Quibus rebus occupatur mercator, artifex, studiosus, clericus, monachus deniq; & monialis? O maximam miseriam? o rẽ sanguineis lachrymis lamentandã? Ac si ad cęlis creati non essemus, unusquisq; cũ prętensione sua nihil aliud uidetur intẽdere, quàm quò à Deo recedet. Nul
13 lũ ferè maius religionis christianæ in nobis uestigium, quàm in barbaris, & infidelibus nationibus, & hoc est q̃ deplorabat Esaias dicens, & uineã Sabama domini gentium exciderũt. Domini gentiũ sunt idololatria, superbia, luxuria, cupiditatis, & alia huiꝰ generis. Hæc Domini nostri Iesu Christi uineã dissipant. Huius uineæ euersionem lamẽtabatur etiam Hieremias dicens. De plãctu Iazer plorabo tibi uinea Sabama, propagines tuæ transierunt mare. O uinea sancta Hie. 48.
quò excidionem tuam plorabo? Iazer erat pagus quidam uinearum grandis, & fœcun

dus in terra Moab. Dicit igitur Propheta. Si miserabile esset excisum uidere grãdẽ illũ, & fœcundũ uinearũ pagũ, si eius ꝓpagines abscinderentur, atq; in aliam regionẽ ultra mare deferrentur, quantò miserabilius, & lachrymatu dignius est fœcũdissimã Dei uineã, ideſt, sanctissimã Ecclesiam dirutam, & dissipatã uidere? & q eius fideles, quæ sunt illius ꝓpagines, ad Turcas, & barbaros trã-
14 sierunt, hoc est, q uiuunt sicut illi? Cum B. Paulus adhuc in hoc seculo uiueret, dicebãt se iã in cælo habitare. Nostra aũt conuersa-
Phil. 3. tio (inquit) in cęlis est. Quemadmodũ igitur B. Paulus adhuc in hoc seculo uiuens iã ad cælũ per conuersationẽ transmigrauerat: ita plurimi Christiani, qui in hac Ecclesia mili tanti sunt corpore transierũt mare, plurimorũ enim illorũ conuersatio est quasi Maurorum, & Turcarũ, sic sunt omni scelerũ genere delibuti. Quæ cùm ita sint fratres charissimi, quare non ueremur, ne nobis etiã Deus dicat, Auferetur à uobis, &c. Quare nõ timemus ne hæreditatẽ nobis auferat, & illã aliò deducat? Siquidẽ, ut paulò ante dicebamus, uidem⁹ plurima regna à Deo derelicta fuisse, quę quidẽ nuper catholica erant. Atq; ut
15 uobis uerũ fatear, plurima perditionis nostræ signa indies reuelantur, & nisi nobis remediũ adhibuerimus, iã prope peribimus. In regione q̃ dicit Estremadura, solent prata, & pabula in æstate comburi: & eo tẽpore tot, tantiq́ue sunt fumi, ut totũ aerem ꝑturbẽt, obscurent, & inficiant, sunt q́ue tam dẽsæ, fœtidæq́; caniculæ ut uisu ẽt sint horribiles, hoc accidit illic ubi incendiũ fit. Illinc aũt usque ad quadraginta, atq; ẽt octoginta millia passuũ horridus ille fœtor, & inquinamenta perueniunt. Et licet illic incendiũ non fiat, magnã tñ impressionẽ ibi facere uidetur, quod in alia regione factũ est. Illic in Germania, Bohemia, & Vngaria cõcremata sunt prata & pabula Dñi: applicatus est ignis sanctarũ ouiũ pabulis, iã nõ sunt Ecclesiæ, monasteria, prælati, sacramẽta, nec cõfessiones, aut purgatoriũ, oĩa hæc sunt in
16 illis regnis cõbusta & cõsumpta. Hic autem per mĩam Dei nõ sunt cõbusta hæc pabula. Benedicta sit diuina maiestas, ꝓ tãto beneficio. Videtur tñ fœtor incẽdij, quod illic factũ est, huc pueniſſe, & illa miserabilis corruptio nostra regna iã infeciſſe, & corrupiſſe. Nõ ẽ hic cõcrematũ purgatoriũ, uerò nã q̃ue credimus purgatoriũ esse, aliquid tñ illius fœtoris ad nos dicit pueniſſe. Iam enim nõ uidimus esse diligentissimã illam curã, quę olim de aĩabus purgarorij habebat, tot orationes, tot eleemosynæ, tot oblationes, tot deniq; missæ, quę ꝓ illis dicebantur, iã horũ parum fieri perspicimus, cũ cymbalis & uocibus prædicabat noctu, ut fideles ꝓ illis exorẽt, nunc aũt plurimæ harũ rerum in terrã procedere, ac dilabi uidẽtur, cuius rei causam esse arbitror fœtorẽ, qui ex illis hæreticorũ regionibus aduenit. Hic missa 17 est cõbusta, uere enim & firmiter credimus ineffabile mysteriũ, quod in ea celebratur. Veruntamen infectio illa Germaniæ, Flandriæ, aliarumq; prouinciarũ ad nos uidetur accessisse. Hoc aũt perspicitur in pauca frequentia, qua sanctissimo sacramẽto utimur, in modicis missis, quæ iã cõmendãtur, uix enim est qui missam cõmendet, nisi cũ quis quã moritur, & iubet aliquot missas pro se dici. Perspicitur etiã in pauca reuerentia, qua diuinis officijs assistimus, loquentes, aspicientes, cogitantes, ac deniq; cupientes quę nõ oportet, ac si in foro, aut in aliquo ꝓfano loco interessẽm⁹. Dixit Sathanas Deo loquẽs de Iob. Extende paululũ manũ tuã, & tange cuncta, quæ possidet, nisi benedixerit tibi. Tange (inquit) illũ Domine, & pereã 18
ego nisi in faciẽ tibi conspuerit. Veruntamẽ vt mẽdax mẽtitus est, sed nõ desunt mõ plurimi, q in faciẽ illius infinitæ maiestatis cõspuunt. Hõ etenim, qui credit Deũ in altari esse, & se ab illo perspici, quiq;, si oporteret, ꝓ huius ueritatis defensione morereꝰ, & cũ hic in diuino eius cõspectu adsit, audet illũ offendere, hic i faciẽ benedicit ei. Cum hic sim⁹, ita illũ tractamus, sicut qui illic cõmorentur, qui in illũ nõ credunt. Nec uerò hic ineẽsę sunt religiones, nec pnĩa, sed uideo plurimos quondã optimos, doctissimos, nobilissimosq; uiros in accerrimas religiones ingredi nõ cessasse, nũc autẽ uidetur fœtor ille huc accessisse. Iã non est hoc desiderium despiciẽdi mundũ, nec fugiẽdi occasiones, nec est hæc fames agẽdi pęnitentiã Iam nõ ueniunt ad religines multi sapientiũ, diuitum, ac potentium, sed pauci. Malunt enim 19
cũ diuitijs, honoribus, ac uoluptatibus suis in maximo periculo procidendi in infernum uiuere, quam cum paupertate humilitate, & obediẽtia, cũ maiori cælestis beatitudinis securitate uitã ducere. Nec uero apud nos cõcremati sunt prælati: firmiter n. credim⁹ illos diuinã authoritatẽ habere. Verũ ubi est pristina illa reuerẽtia, & obediẽtia, quam

quã ueteres quondã imperatores prælatis habebant? cũ reuertebãt imperator domũ suam, nec ad Ecclesiam accedere audebat. uerebatur enim Episcopũ non permissurũ esse ꝓp sua demerita, ut in templum ingrederetur. Nũc aũt iam uix obediũnt, nisi in illis rebus, quæ sibi uidentur conuenire. Nec est iam prætor, nec executor, qui uiros
20 Ecclesiasticos apprehendere, & uexare non audeat. Ecce fratres mei quantũ in nobis illorum infœliciũ regnorũ calamitates, & infestiones impressionẽ fecerunt. Caueamus ergo per reuerentiam Dei, & timeamus, ne ꝓpter peccata nostra nos Deus à sua manu mittat, & deserat, sicut illos dereliquit.

Dicit ergò Dñs ĩ hac parabola quòd hãc uineam, quã Paterfamilias plantauit, & tebus necessarijs exornauit, ac muniuit, locauit illã agricolis. Non sartoribus quidẽ, aut sutoribus illã locauit, sed illis, quibus eius cultura ex officio competebat. Vos autẽ alĩ qñ Ecclesiastica beneficia illis confertis, q animarum culturã penitus ignorant. Dicetis tamen. Pater, est uir bonus ille, & hoc Simile. beneficio satis dignus est. Quid ꝓdest hoc?
21 nisi enim sciat diuina sacramenta administrare nõ sufficit q̃ sit uir bonus. Si tu maximo morbo laborares, uelles ab illo curari q non esset medicus, licèt esse optimus uir? Nõ pater (diceres) quia nescit medicina, & interficeret me. Quare igitur aĩarum curã cõmittis uiro imperito & literarũ ignaro? ò quantus est hic error, & quãtũ malũ, oĩa ꝓfectò damna, quæ ipse animabus intulerit, Pro. 26. super te cadent. In Prouerbiis dicit, sicut q Simile. mittit lapidem in aceruum Mercurii, ita q tribuit insipienti honorẽ. Et in Hebræo habẽt: sicut qui ligat in funda lapidẽ, sic est q dat stulto gloriam. Lapis ex sua naturali ꝓpẽsione deorsum descendit, q̃ si illũ in funda ponis per uim brachii sursum ascendit ꝓ
22 aerem uiolentè contra suã naturalem inclinationẽ, ac si esset auis. Ita insipiẽs & malꝰ sicut lapis nõ nati sunt ad ascendendũ, aut impetrandũ, tanta tamẽ est uis fauoris ut lapidẽ sursum faciat ascendere. Et efficiat ut ille qui natus fuerat, ut humiliaretur, & ab aliis regeretur, cõtra naturalem rationem aliis imperet, sursumq́ue ascendat, & illos gubernet. Quid irrationabilius, quam uidere lapidẽ durũ, superbum, & insipientẽ, quem tamen fauor erexit? Habuit fortia brachia in curia Regia, aut Romæ, & ideo ascendit. Sed uæ illi, & etiã brachio, quo elatus est, si cut enim qui funda lapidem injcit, tenetur oĩa damna resarcire, quę lapis alij intulerit, ita etiã tenetur ad persoluenda oĩa dãna, quę ex illo prouenerint, qui indigno animarum curã committit. Quot animas lapis ille percusserit super animã conferentis illi beneficium cadẽt. Et sicut non sufficit quẽ quã esse bonum nisi simul habeat sufficiẽtẽ literarũ eruditionẽ: ita nõ sufficit eruditio nisi coniunctã habeat probitatẽ. Hoc si Exo. 31.
gnificauit Deus dicens: ecce uocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eũ spiritu Dei sapientia, & intelligẽtia, & scientia in omni opere ad excogitandũ quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, marmore, & gẽmis, & 23
diuersitate lignorũ. Dediq́ue ei socium Oliab filiũ Achisamech de tribu Dan. Et in corde hominis eruditi posui sapientiã, ut faciant cuncta, quæ præcepi tibi tabernaculũ fœderis & arcã testimonij, &c. Res est mirabilis, q̃ cum hi duo hoĩes in arte sua tã eruditi essent, eos Dñs spiritu, & sapientia impleuit. Si tã sapientes erant, quid illos amplius erudiebat? præcipuè cũ regulã illis dedisset, quia oĩa facturi erant? Dico q̃ hoc sufficeret, ut tabernaculũ ad hominum tñ ministerium fieret: qui aũt tabernaculum ad 24
ministeriũ & gloriã Dei construendũ erat, omnis humana scientia non sufficiebat, & ideo ultra humanã sapientiã opus ẽt erat diuino spiritu, & cœlesti scientia. Si ergo ad materialis tẽpli constructionẽ, uoluit Deus artifices sapientes, & plenos diuino spiritu, quantò magis necessariũ hoc erit ad animarũ ædificationẽ? O quã efficax argumẽtum est hoc ad hanc rẽ, & quãta cõfusio est illis, qui sine differẽtia, & harum rerum animad uersione spirituales, & temporales conferunt dignitates, nihil alind attendentes prę ter passionem, & affectionem suam.

Est etiã hic ualdè notandũ quãtò peiore 25
erant hi, qui uineã locatã habebãt, tãto maiora beneficia illis Dñs faciebat, dicit enim quòd cũ priores nuncios interfecissent, iterũ misit alios seruos plures prioribus, quò plures prophetas & Dei nũcios Iudæi interficiebant eo plures, & maiores prophetas Deus illis mittebat, quò peiores efficiebantur, eò magis Dei beneficia accrescebant, quousq; illis unigenitũ filium suum misit, q̃ illi crudelissima morte occiderunt. O infinitã Dei probitatẽ in tã iniquos homines: & execrabilem hominũ iniquitatem in tã

pium Deum. Eia fratres siquis fortasse hic est tam durus,& ingrat⁹, ut diuinis Dei beneficijs,& suauissimis uocatibus obduretur. Animaduertite in illis tẽporibus unum prophetã,& prædicatorem i uniuersum regnũ,tm regnum à Deo missum fuisse, nunc
26 uerò tot prædicatores,totq;eius serui in singulos uicos à diuina Maiestate mittuntur: qui uos admoneat,ut debitũ illi fructũ persoluatis,& uos ad immensam eius mĩam i uitent. Nonne uobis singulare hoc beneficium uidetur? est utique. Atque ut tale illud Deus promiserat p Hieremiam dicẽs:
Hier. 16. ecce ego mittã piscatores multos,& piscabũtur eos. Et post hæc mittam eis multos uenatores, & uenabuntur Piscatores, & uenatores promittit Deus se Ecclesiæ suæ missurũ esse; hoc est hoĩes,qui cupiant, & sitiãt aĩas lucrari. O diuinã exaggerationẽ, maximę est cupiditatis,uenatio, & piscatio. Piscator si sẽtiat piscẽ escã attingere,tota die cũ arundine sua illic cõmorabitur, ut eum piscetur. Et uenator per montes,& ualles le porẽ insectans curret,& illius capiendi cupiditate cõmotus non animaduertet se defatigari. O quàm superna promissio diuinæ li
27 beralitatis Dei promittentis se missurũ Ecclesiæ suæ homines zelatores, & studiosos boni, atq; utilitatis animarũ, quiq. de illis maximè soliciti sint,illasq; ad Deũ attrahere summa animi cõtentione obnitantur. At quę ideò illos piscatores uenatoresq. appellat? Si igitur huic tã supremo beneficio grati nõ essis, quid speratis nisi ut uos derelinquat? Sicut illos dereliqt,quos antea tãtopere dilexerat,ut dixerit per Hieremiã, factus sum Israeli pater,& Ephraim primdge
Hier. 31. nitus meus est:& pp illorum ingratitudinẽ de illis dixit postea per Zachariam: Non pascã uos,quod moritur,moriatur. & qđ succeZach. 11. ditur,succidatur:& reliqui deuorent unusquisq. carnẽ proximi sui. Quamobrẽ Apostolus Paulus dixit gentes in hoc sęculo sine Deo uiuere ut exaggeraret, q̃ sicut illi
28 Deũ,ita Deꝰ illos relinquebat. Et ita dixit;
Ephes. 2. memores estote,q̃ aliq̃do uos,q gẽtes eratis in carne,&c. q illo tẽpore sine Christo alienati à cõuersatione Israel. Et paucis in termissis dicit,& sine Deo in hoc mundo; Quia(inquit)uos Deũ deserebatis,ideo ille uos relinquebat. Et sic S. Propheta Azarias diuino spiritu cõmotus,egressus in occur
2. Pa. 15. tum regi Asa uertenti cũ magna uictoria ex Æthiopib⁹,dixit illi. Audite me,Asa,& omnis Iuda,& Beniamin. Dominus uobiscum
29 qa fuistis cum eo. Si quæsieritis eum,inuenietis,si aũt dereliqueritis,derelinquet uos. Hæc est diuinę æquitatis, & iustitię regula. O metuendũ,ac durũ uerbũ? quis est lapis, qui te audit,& prę nimio tremore non confringitur? O fratres mei hãc terribilẽ Dei
30 cõminationẽ maximè pertimescite. Videtẽ quid hic ipse Dominus Moysi dixerit: Ecce Deut. 31. tu dormies cũ patribus tuis,& populus iste consurgens fornicabitur post Deos alienos in terra,ad quam ingreditur, ut habitet in ea,ibi derelinquet me,& irritum faciet fœdus,quod pepigi cum eo. Et irascetur furor meus contra eũ in die illo, & abscondã faciem meã ab eo,& erit in deuorationem: in uenient eum oĩa mala,& afflictiones,ita ut dicat: Verè qa non est Deus mecum inuenerunt me hęc mala. O execrabilem ingratitudinem? In terra(inquit Dñs)fertili, q̃ illis daturus sum,postquam illam possederint: gratię,quas mihi actũri sunt, hæ erunt scilicet,q̃ derelinquent me, & post Deos a
31 lienos abibunt,lapides, ac ligna adorantes. Veruntamẽ ipsi mihi pœnas dabunt. Ego.n. derelinquam eos. Nunquid arbitramini fratres alium esse Deũ illorum,alium uerò nostrum? aut illũ permutatum fuisse existimatis? Quare igit non ueremini cũ sitis magis ingrati q̃ illi, ne maiori supplicio quam ipsi afficiamini? O per charitatem Dei uos sę mel,ac millies exoro,ut ad hæc attendatis, atq; sup uos conuertamini, debitumq; fructum huic præpotentissimo Domino psoluatis. Qđ si quæratis qnam sit hic fructus, qui illi reddendus est, cùm oĩa sint eius, si- Rom. 11. cut dicit B. Paulus: Qm̃ ex ipso,& p ipsum, & in ipso sunt omnia, & ipse Deus dixit. Si esuriero non dicam tibi, meus est.n. orbis
32 terrarum? Dico fructum, quem hic optimꝰ Dominus exposcit,esse prouentum,& progressum nostrũ. O immensam Dei probitatẽ? ò ineffabilem Domini pietatẽ? nostram enim fœlicitatẽ,& beatitudinẽ fructũ suum esse ducit. Adeò nos hic supernus pater diligit. Atq; adeò Moyses postq̃ maxima Dñi beneficia commemorauerat,declarauit qđ nam esset, q̃ diuina Maiestas pro illis exposceret, dicens: Et nunc Israel quid Domi Deu. 10. nus Deꝰ tuꝰ petit à te,nisi vt timeas Dñm Deum tuũ,& ambules in uijs eius,&c. usq; ibi,& benè sit tibi? Non tu benè sit illi, non enim plus boni habere potest, sed ut benè sit tibi. Hic est fructus, q̃ Deus exposcit,

salus,uita,sanctitas, ac deniq; fœlicitas, & beatitudo tua. O benedictus sit talis Deus. O glorificata sit talis clemẽtia. O fœlicissimos illos,qui tali Dño seruiũt,q nihil aliud
Rom. 6. nisi eorũ utilitatẽ expetit. De hoc fructu loquens B. Paulus dixit. Nunc uero liberati à peccato,serui aũt facti Deo habetis fructũ
32 uestrum in sanctificationẽ,finẽ uerò uitam æternã. Hic est fructus(ait sanctus Apostolus)quẽ Deus à uobis sperat,uidelicet ut i hoc sęculo sancti sitis,quo in futuro beatitudinẽ comparetis. O quãta est amentia nõstra,nisi tã bono Deo seruire uelim⁹. O Do
33 mine ineffabilis pietatis p tuã clemẽtiã te deprecor,ut mẽtes nostras illumines,corda q̃ nostra tui amore inflãmes,quo secularib⁹ uanitatibus post habitis uerè & ex aĩo tibi seruire incipiamus,ut cælesti gratia repleti, ad tuã tandem gloriã peruenĩamus. Amen.

Sabbatho post Dominicam II. In Quadragesima.

Homo quidam habuit duos filios, & dixit adolescẽtior ex illis patri. Pater da mihi portionẽ substãtiæ, quæ me contingit. Luc. 15.

MVrmurabãt Pharisæi qm̃ Christus Redẽptor noster cũ peccatoribus cõuersabatur,nõ attẽ
1 dentes piã intentẽtionẽ, qua hoc Domin⁹ faciebat. Sunt illis ad se cõuerteret. Vt aũt illis probaret q̃ immeritò illũ pp hoc calumniabãtur, tres parabolas illis proposuit,quarũ prima fuit pastoris inuesti gantis perditã ouẽ,secunda mulieris euertentis domũ suam,ut drachmã, quam amiserat inueniret: tertia uerò, & ultima fuit hæc filii prodigi,& prophani,qui cum ad patrem suum reuersus est,benignissimè,& suauissimè ab illo exceptum est. Dicatur breuiter tota parabola.

In initio huius parabolæ pponitur fons ex quo oĩa animæ mala dimanant. Qui est, nos extra Deum oĩb⁹ bonis,quæ ab eꝰ diuina libertate accepimus,salita, ualitudine, pulchritudine,& aliis huius generis uelle perfrui. Nã sm B. Augustinum super hunc locũ,hoc significat dicere filiũ minora, qui est peccator, Pater da mihi portionẽ substãtiæ,quæ mihi cõringit. Ego(inquit)in libertate mea, & ut mihi libuerit, uolo uiuere. Hic est oĩum malorũ fons, & origo. Idcirco sanctꝰ Moyses loquẽs de ijs,quæ Hebræos in terra ꝓmissionis facere oportebat,dixit. Nõ facietis ibi,quę nos hic facimus hodie, Deu. 12. singuli qđ sibi rectũ uidet. Neque.n. usq; in prędestĩs uenistis ad requiẽ,& possessionẽ, quam Dominus Deus uester datur⁹ est uo
2 bis. Pensate diligenter uerbũ illud, requiẽ, & illud etiam,possessionem, quã Domin⁹, &c. Vbi apparet qũo inter bona illius promissæ terræ,& inter leges tranquillitatis,& quietis eius annumerat, vnũquemque non facturum qđ sibi libuerit, sed omnes secundum dei cõstitutionem gubernãdos esse. Licet enim hoc primo aspectu captiuitas esse uideatur: animæ tamẽ, est summa libertas. Et qui cõtrariũ fecerit,perdet se sicut adolescens iste,qui cũ substantiæ suæ portione in peregrinas nationes perrexit, ubi extra omnẽ subiectionem,& obedientiã uixit cũ
3 alijs sibi similibus connersans, qui eum penitus euerterunt. Speculum quantumcũq; mundum, lucidumque sit, respiratione, & Simile. flatu,qui ex circunstãtium ore ꝓdit,obscurãtur. Sic homo licet clarus,ac syncerus sit, malorum hominum persuasionibus inficitur. Et ita dixit Ecclesiasticus. Qui tetigerit Eccl. 13. picem,inquinabitur ab ea. Et qui cõmunicauerit superbo,induet superbiam. Planeta quãtumuis salutifer sit,si forte cum alio nociuo astro concurrit,ẽt malam influentiam immittit,uel saltẽ eius bona influẽtia nõ ꝓdest,sed corrumpitur. Hebręi ex idolatriarũ cõuersatione uenerũt ad illorũ idola adorã
4 do? sicut dixit Dauid: Cõmisti sunt inter gẽ Psal. 105. tes,& didicerũt opera eorũ,& seruierũt sculptilibus eorũ,& sanctorũ est in illis in scandalum: Liberet nos Deus à tanto malo.

Ideò in his magnis ciuitatibus sunt tot dissolutiones,& peccata, quia cùm ex diuersis regionibus male homines cõueniant, alteri alteros inuicem contaminãt, alijq; aliorum Deos adorant. Idcirco Spiritus sanctus dicit. Discede ab iniquo,& defi- Eccle. 7. cient mala abs te. O quam diuina sentẽtia? in qua quantum malum peruersa conuersatio hominibus afferat,apertè declaratur, si quibus ad hoc, quod quis bonus sit remedium datur,à malis discedere. Ecce hunc à Deo segregatum,peruersis societatibus cõmistum, plurimisq; uilitatibus, ac turpitudinibus occupatum. Hoc est,quod maxima exaggeratione, & affectu Dei nomine

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hier.2. Hieremias dicit. Obstupescite cęli sup hoc, & portę eius desolamini uehementer, dicit Dominꝰ. Duo.n. mala fecit populus meus, me dereliquerũt fontem aquę uiuę, & fode
9 runt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non ualent aquas. Perpendite super hęc uerba qũo defert ad cœlum sanctus propheta iniurias, quibus Deus affectus est, ubi optime sentitur, & ponderatur quid nã sit quędã Dei iniuria, à terra illas aufert, qa non est hic, qui intellectu suo penitus possit cognoscere quantum malum sit tãtæ maiestatis offensio. Et ideo dicit. Obstupescite cœli. Et notate etiam pręcipuũ iniurię Dei punctum non esse in illo, quod dicit, Me dereliquerunt. Nõ est (inquam) in eo, quod tu Deum relinquas, sed in eo, quòd illum ꝓ rebus uilissimis, & nullius entitatis defera-
6 tis. Si aliquis esset Deus sibi ęqualis, non ipse magnopere miraretur, si propter alium ipse à uobis relinqueretur: quod autem illũ pro tam uilibus rebus, & tam parui ualoris, quæque tanto pretio persoluũtur, relinquatis: hoc est, quod magis obstupefacit. Foderunt sibi cisternas dissipatas. In omnibus rebus huius seculi posuit Deus secretas quasdam rimas, & foramina, per quę omnes illarum uoluptates colarẽtur. Dissipauit cisternas, ut illi, qui ad eas perrexerint inuenientes eas aridas ad uiuum crucis fontem confugiant, & ad illo riuos qui ex diuino illo torculari defluunt, reuertantur, suasque animas sitientes cœlesti aqua reficiant.

Ibi dissipauit substantiã suam uiuendo luxuriosè. Quid nõ faceret adolescẽs in libertate cõstitutus, tamq; potẽti hoste sicut appetitui sensuali cõcussus, à quo paucissimi uictoriã reportate cõsuescunt, Dicitur Dauid tres capitales hostes habuisse, quas etsi omnes uicit, unos tamẽ difficilius, quam alios superauit. Quorum unus fuit potentissimꝰ ille gigas Goliath: quem tamen proprio il-
7 lus gladio interfecit. Alius fuit Rex Saul, quem sua patientia uicit. Tertias autem hostis, qui fuit filius eius Absalon, quẽ ex suismet uisceribus genuerat, hic regnũ illi abstulit: hic eius canos dedecorauit, hic uenerabilẽ eius senectutẽ persecutus est: hic denique eum per mõtes nudatis pedibus, plorantẽ, atq; afflictũ ausugere coegit. In quo significatũ est, quòd quãuis honoris, diuitiarũque appetitus fortissimi sint, multò tamẽ fortior & periculosior esse solet carnalium uoluptatũ cõcupiscẽtia, quæ ex ipsamet carne proficiscitur: Et sic multi reperiuntur, q̃ alios appetitus uiriliter uincunt, ab hoc aũt domestice hoste, & ipsiusmet carnis filio miserabiliter superantur. Ex quo colligitur quantoperẽ errant illi q̃ corpora sua delicatè tractant, cũ in hoc crudelissimo huic hosti denuo uires addãt. Quapp illos sanctus 8
Iob reprehẽdit singulis peculiariter dicens. Pauit.n. sterilem, & quę non parit, & uiduę Iob.24.
bene non fecit. Hæc sterilis, q̃ non parit, est caro nostra, quæ ex se nullã unquam uirtutem ꝓfert. Quid? non sufficeret dicere sterilẽ? Sed addidit etiam, & q̃ non parit? Aduertite quia hoc dixit ut eius sterilitatẽ magis exaggeraret, si enim bonum aliqđ opus fa- Simile.
cit, renuens, & inuita facit. Lapis ex natura sua deorsum descendit, & ita uiolenter illũ facitis ascẽdere, ubi primum aũt uis illa deficit, statim deorsum reuertitur. Talis est caro nostra, q̃ uiolenter, optimè quidem sursum ascẽdere, atq; bonum aliqđ opus operari facitis, sed cũ primum illã dimiseritis, & illa prior animi contentio defecerit, illico turpem ꝓpensionem sequit. Vidua est peccatoris anima, q̃ sponsum suum Deum 9
secũ non habet. Curam habent peccatores (ait Iob) sustentãdi, & saturandi sterile corpus, miserę uero aię quasi desertę quidq̃ obliuiscunt. Quoad plurimũ quotannis eã semel reficiunt, atq; utinã tunc qũo oportet reficeretur. Quotannis semel tãtummodo pectata sua confitentur, atq; ad sanctissimũ altaris sacramentũ accedunt, & tunc Deus nouit qũo, & pp quem finem hoc faciunt. Sed dicet aliquis. Pater sum fastidiosus, nec me preparatum experior, ut crebro peccata mea confitear, & sanctissimum Dñi nostri Iesu Christi corpus assumam. Quid? qñ caro tua fastidit, non quęris mille fallaciã, ut possis manducare? Quare igitur aliquod fallamentũ ad animã non perquiris? nescis animæ fallamentum esse cũ uiris probis cõ- 10
uersari, deuotos sermones audire, sanctorũ uoluminа lectitare, iudicij denique, & mortis recordari? considerare qũo alius peditus tibi similis mortuus est, qui tecum peccauit, quiq̃ forte nunc tormẽtis cruciatur ꝓp peccatum, quod persuasione admonitus commisit? Hęc sunt animæ fallamenta. O si ex omnibus horis, quas uanè, & otiosè in toto die consumis unam manè, & aliã uesperi in harum rerum considerатione cõsumeres, quam ꝓcul animæ tuę fastidium expelleres: quomodo faceres, ut res cęlestes arden-

ardentissimo desiderio, ac fame appeteret, & ex diuinis cibis gustum pciperet. Verumtamẽ hoc est malũ: q̃ pauit sterilẽ, & q̃ non parit, & uiduæ bũ non fecit. O fratres meis Rom.13.
attendite quo d uobis dicit S. Paulus: carni curam ne feceritis. Hoc.n. est crudelissimo huic hosti uires addere, ut uos supet, atque in infernum detrudat. In hoc profanus hic iuuenis occupabatur diuitias suas consu-
11 mẽs in addendis uiribus sensuali appetitui.

Viuendo luxuriosè. O quot iuuenes huic similes fortasse in hac urbe sunt, qui posq̃ cibis, potuq̃. satiati sunt totũ diẽ ĩ ambulãdo & cursandis uijs consumũt hãc, & illã fæminam aspicientes, unde turpitudines & abominationes oriuntur, q̃ ne aer illorũ prolatione corrũpatur, silẽtio ptermitti oportet. O Deus infinitæ maiestatis per clementiam tuam te rogo, ut tantę dissolutioni, & corruptioni remẽdium adhibeas. Fratres charissimi aduertite quia uos perditis quæ Eccle.9.
rentes occasiones ad creatorẽ uestrũ offendẽdũ. Attẽdite q̃d Spũs Sanctus singulis dicat; Ne respicias mulierem multiuolam, ne fortè incidas in laqueos illius. Cũ saltatrice ne assiduus sis, nec audias illã, ne forte
12 pereas in efficacia illius. Virginẽ ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Ne dies fornicarijs aĩam tuã in ullo, ne pdas te & hæreditatem tuã. Noli cõspicere ĩ uicis ciuitatis, nec oberraueris ĩ plateis illius. Notate diligẽter in hoc capite. in oĩb. fęminarũ statib. pericula maxima hoĩb. inuenta fuisse à sapiente. Et sic ne ad aspicien-
dã quidem fœminã aliquã facultatẽ homini concedit: nec ad nuptã, nec ad uirginem
solutam, quę est multiuola, quia oĩs desiderat, nec ad saltatricẽ, nec ad uirginem honestã, & concluſam, nec ad cõptam, & exornatã, nec ad incõptam, & indecorã. Et deniq. cõclusit dicens; ne circũspicias speciẽ alienã. Solas uiduas in hoc capitulo prætermittit, nec de illis meminit. Cuius rei causam esse arbitror, qa uiduæ illius tpis fortassis ĩ
13 perpetua clausura, & recollectione moratur. Nec de monialib. loquitur. Verũ est tunc non fuisse moniales sicut nũc: uirgines aũt, q̃ sese in clausurã recipiebãt cũ magna observatia, & animaduersione uiuebãt. Vt apparet in uirginib. q̃ erant inter gentes. Sãctior. n. & magis consecrata religio, q̃ erat Romæ erat uirginum Vestaliũ, q̃ uirginitatem uouebãt, & ideo ab infantia illas in custodia maxima claudebant. Tantus aũt erat rigor, & seueritas, quæ cũ illis in hoc seruabãt, ut quæ cõtra uotum suũ feciſe deprehenderẽt, uiua à populo Romano inhumarẽt, ille ãt dies ater, & infęlix haberẽt. O quantũ erat hic dicendũ, & plorandũ, q̃ cum Moniales sponsæ Iesu Christi post septẽ parietes, & ferreos cancellos custodiant, illuc tñ uaditis, ut eas solicitetis, & conturbetis. O
14 maledicti profanatores diuini honoris, nõ cõtenti estis secularẽ honorẽ, pudicitiamq̃; peruertere, sed religionũ ẽt castitatẽ decorũq̃; uultis destruere? Heu, heu, q̃ acri supplicio pro tanto sacrilegio puniendi estis, nisi uos à tanta turpitudine, & abominatione cohibueritis, acerrimamq̃; pniam egeritis, uerum est ãt q̃ cùm hi profani hoies inueniant, quibuscum Deũ offendãt, deerit illis locus, ubi turpitudines suas exerceant. O nequitiam atrocissimo Dei supplicio dignissimã, etenim q̃d pernicioſius, quodq̃; maiorẽ reipublicæ desolationem afferat: q̃ esse personas, quæ domicilia ad peccatrices recipiendas præparata habeãt, in quibus turpitudines ſita exequant? Heu, heu, ò Deus quot fortè sunt hmõi ĩ hac ciuitate, tot domus, in quibus aĩæ uendunt, & peccata grauissima celantur. Hic uerò, ubi tot sunt pueri, & iuuenes, qui nõ habẽt patres, à quibus
15 gubernentur (sicut hic filius prodigus) talẽ occasionem ad suorũ turpium appetituum exequutionẽ reperientes, quid non facient? aut à quo se flagitij genere cohibebunt. O
Esai.42. quantũ hoc lamẽtabãt S. Propheta Esaias dicens: laquei iuuentum oĩs, & in domibus carcerũ absconditi sunt: facti sunt in rapinã: non est qui eruas in direptione, nec est, qui dicat: redde. Sicut Deus cõstruit monasteria ad saluandas aĩas: ita ẽt diabolus domos, & diuersoria erigit ad illas perdendas. Et notate q̃ uocat S. Propheta has domos carceres, in quibus sunt cõpedes, & cathenę ad alligandos adolescẽtes, ut in diaboli seruitute deuincti maneãt, & ferè publicè hoc iam fit, nec est, qui tantę peruersitati remedium adhibeat. Nec est qui dicat, redde, nõ est qui dicat diabolo, dimitte aĩam istam, 16
quam præ dentibus defers. Si uidetis lupũ transire, quemque in ore asportare oĩs proclamatis dicentes: dimitte, dimitte illam, cùm autem tot animas Sathanæ dentibus asportari uideatis, ne minimam quidem uocem proferetis ad tantæ calamitatis remedium? Quanta urbanitas, ac diligentia fuit olim inter Romanos, quia ministri iusti

tiæ

tiæ uniuscuiusq. uiuẽdi rõnem inquirebãt. Quòd aũt inter Christianos non sit eadẽ cura, & solertia; miserabile est. Cũ fœminæ Moabitides iuuenes Hebræos deciperent, eosq. ad idola sua adorãda inducerent; iratus Dñs dixit ad Moysen: Tolle cũctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis. Origenes super hunc locum dicit q; detinente se Moyse nec principes punire audẽte; qui illius peccati maiorẽ habebant culpã, eo q; illud simularent, sacerdos Phinees opus illud magni zeli fecit, & duos, qui publicè peccabant, interfecit: qđ cùm alij uidissent, in dissolutos illos adolescentes impetum fecerunt, & minimo tpis spacio uiginti quatuor millia dissolutorum adolescentium occiderunt. Quo supplicio sumpto audita est uox de cœlo dicens. Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meam à filijs Israel: quia zelo meo cõmotus est contra eos, ut nõ ipse delerẽ filios Israel in zelo meo. O si Deus nobis indices huius diuini zeli plenos largiretur, quot peccatis in rebus publicis obuiaretur. Quia n. hi iudices in republica non sunt, iuuenes substantias suas in peccatis cõsumunt, sicut hic, de quo meminit S. Euangelium, qui substantiã suã luxuriosè uiuendo dissipauit. Adeò turpe, & infame uitium est hoc, ut licèt Plutarchus uir gẽtilis esset, dixerit; si te ab hoc uitio cohibere cupis, honores expete. Visũ est n. huic uiro sapienti, q; ipso facto, quo qs honores expeteret, hoc uitium fugiturus erat, ne in tantã infamiã deueniret. Et sic Arist. in problematibus rõnes reddens, quare hoc uitium tãtoperè hoiem dedecorat, tandem hãc rõnẽ assignat: q; hoc uitium est bestialius cæteris oĩbus, & ita qñ homini dicit illũ sensualẽ esse, bestiã illũ esse significatur. Quapp Dauid dicebat. Qñ lũbi mei impleti sunt illusionib. Heu miserum me! non solum (inquit S. Propheta) turpe hoc uitiũ Deũ mihi abstulit, sed & honore me priuauit: nã qñ peruias transeo, oĉs mihi sussurrant dicentes: eccè concubinarium. Ob hanc cãm permittens Dñs Iesus, ut in sanctum discipulorũ suorum collegium alia uitia sicut ambitiones, contentiones, infidelitates, aè denique inuidię ingrederentur, nequaquam illos à luxuria pertingi permisit. Alia peccata unã hominis partem, s. animã inficiunt, hoc autem utrãq. corpus. s. & aĩam contaminat. Et ita admonens nos B. Paulus, & dicẽs: fugite fornicationẽ, huius rei rõnem reddens subdidit: qñ n. peccatum quod cunq. fecerit hõ, extra corpus est: qui aũt fornicatur in corpus suum peccat. An nescitis, qm̃ mẽbra uestra templum sunt Spiritus Sancti, q in uobis est, & nõ estis uestri? O quã efficax rõ est hæc. Ne corpora uestra (inquit) inficiatis, siquidẽ non uestri quidẽ, sed Spiritus Sancti estis. Ne tm̃ latrocinium committatis furantes qđ est Spiritus Sancti, & dantes illud meretrici. Atque ad hoc (ait) fugite fornicationem. Ne cũ hoc uitio colluctemini, sed q̃tum potueritis illud fugite. Insipientię n. est cum aliquo obscœno, & fœtido colluctari, quem etsi prostraueris, ab illo tñ inficieris, & lutaberis. Tam immundũ est hoc uitium, ut amẽtia sit cũ eo colluctari, q̃uis n. illud superaueris uix tñ absq. ulla macula remanebis. O fratres mei p charitatem Dei uos rogo, ut hæc S. Apostoli uerba in cordib. uestris imprimatis, illaq. accuratissimè obseruetis. In hoc n. salus uestra ex magna parte cõsistit. Aĩa duertite q̃ corruptus sit uniuersus orbis. Oĉ offendiculũ, & occasionẽ quoad poteritis cuitare curate.

Et postquam omnia consummasset. &c. Et ipse capit egere. Vbi Deus n est, totũ é fames & erumna. Vñ de peccatore dicit Esaias, declinabit ad dexteram, & esuriet; & comedet ad sinistrã, & non saturabitur, i. quocunque pergat peccator sine Deo; licèt de reb. oib. mundi comedat, non saturabitur, sed semp esuriet. Quemadmodũ n. uelle herbis leonem, aut carnibus equum pascere stultum esset; hi n. cibi illis aĩalibus non conueniũt. Sic ét & multo ét minus secularia aĩæ conueniunt. Sicuti chirothecæ ad nihil aliud prosunt, q̃ ad operiendas manus, nec uagina ad aliud q̃ ad tegendũ ensem; sic humanus animus cum ad nihil aliud creatus fuerit, q̃ ad solum Deũ, in nulla re nisi in Deo requiem, tranquillitatemq. reperit. Et comedet ad sinistram & non saturabitur. Idcir cò dicebat Deus: quid inuenerunt patres uestri in me iniquitatis, quia elongauerunt se à me, & ambulauerunt post uanitatem, & uani facti sunt, i. sine me uacui remanserũt. Videtur mihi hic adimpleta esse parabola illa Ioatham, de arboribus, quę regem elẽgere uolebant; dixeruntq. omnia ligna ad rhãnum: ueni, & impera supernos. Quæ respondit eis, si uere me regem uobis constituitis uenite, & sub umbra mea requiescite. In his uerbis acceptans rhamnus sceleratum ostẽdit q̃ stultè, & insipienter à cæteris lignis fuerit electa dicẽs illis ut sub umbra sua requiescerẽt. O q̃ iucunda umbra ẽ rhamni? O hõ insipiẽs quicquid p̃ter Deũ queris est rhamnus, quę te compunget, & pcutiet, nec illius umbra tibi aliq̃d p̃derit.

In se autẽ reuersus, &c. O q̃ procul à se abest peccator, per Esaiam dicebat Deus redire pręuaricatores ad cor. Nihil longi? à peccatore abest q̃ peccator à semetipso. Extra se incedit. Fame, & inopia coactus reuersus est hic iuuenis in se. Sic S. Moyses, postq̃ populum uarijs suppliciorũ generibus comminatus est, addidit dicens: cum ergo uenerint super te oĉs sermones isti, benedictio, siue maledictio, quam proposui in conspectu tuo, & ductus pœnitudine cordis tui reuersus fueris ad eũ in toto corde tuo, &c. i. labores te redire compellent. Sic pijssimus pater cum hoc prodigo fecit mitens in regionem illã famem ualidã, ut labor, & necessitas illum in se facerẽt redire. O admirabile Dei artificiũ, quot inuentiones, & modos inuestigat, ut nobis succurrat? O q̃ meritò dicit Ecclesiasticus. Multiplicationem ingressus illius qs intellexit? Mille ingressus habet Deus ad animas conuertendas; multasq̃ secretas caueas quas pręter ipsum intelligit nemo. Aliòs benè tractat diuitias illis largiens: alios uerò malè, pauperrate & afflictionibus illos opprimens. Nulla illi ianua clauditur, quin ipse aliam aperiat, multiplicat aditus ad ingrediendum, & peccatoris animum redigendum. Signum est q; maximũ habet animarum appetitum, si quidẽ tot aditus ad illas inuestigat: In quo ét adnotatur resistentia, quæ in nobis est, cũ Deus, tot modos, & ingressus pquirat, ut uoluntatẽ suã exequaĩ. Etiã per peccata, quæ sunt in peccatore, & per illorũ confusionem ingreditur Deus in animam. Benedicant tibi Hierarchiæ Angelorum Deus infinitæ gloriæ, qui uilem terræ uermiculum tanti ęstimas, tot rationes exquirens, ut illum ad te conuertas. Verũ heu fratres quàm digna lachrymatu est duricies, rebellioq; nostra. Neque n. labores, neq; indulgentiæ, neq. pollicitationes, neque comminationes sufficiunt, ut nos ad tãpium Deum, ac Dominum faciant reuerti.

Imitemur igitur fratres charissimi hunc peccatorẽ, p necessitate oppressus in se reuersus dixit: *Quàti mercenarij, &c. Surgã, & ibo ad patrẽ meũ, & dicã ei, &c.* Perpendite diligenter q; cognoscens miserias, ac scelera sua intra se cogitauit, quid, & quõ patri suo dicturus esset petens ab eo miam. Sic oportet unumquemq; uestrum intra se peccata sua euoluere, & ordine illa dispone re, quõ in confessione ea dicturus sit. Si subitò in domiciliũ introitis, cũ ex solis splẽdore ueniatis nihil prorsus intuemini; post quam aũt paulũ quieĉitis, statim clarè oĩa, q̃ in eo sunt, uidetis. Sic subito intra uos ingredientes, nullũ penitus peccatũ uobis in mentẽ uenire uidet. si ãt paulisper uos collegeritis, & requieueritis, conscientiãq; uestrã scrutati fueritis, statim uidebitis miserias, quæ in ea sunt. Ne contenti sitis semel quõcunq; cõscientiam scrutari, sed hoc sæpissimè, & sæpissimè uos facere oportet. Si suspicamini latrones domũ uestrã ingressos fuisse, nõ quieĉetis quousq; illos oĉs foras expellatis; si. n. intus unus remaneret, uos interficeret. Quid prodest, peccata uestra confiteri si per negligentiã uestrã unũ mortale uobis remanet; cũ hoc tm̃ uos in æternũ perdere sufficiat? Non solum aũt quãdo ad confessionẽ accessuri estis hanc præparationẽ uos facere oportet, sed ét ad patrẽ uestrũ confugere debetis, ut in oratione abilo mĩam postuletis. Tũc prius uos præparati cõuenit cogitãtes quõ uaditis, ut cũ Deo infinitę maiestatis loquamini, & res uestras agatis, cũ uos uilissimi uermiculi sitis. Sic admonet Ecclesiast. dicẽs: Ante orationem præpara aĩam tuã, & noli esse quasi homo, qui tentat Deũ. *Et surgẽs uenit ad patrẽ suũ.* Cum primum bonum in corde suo proposuit, statim illud opere compleuit. O quãtę confusionis est frater mi lasciuiã negligentiamq̃ tuam inspicere. Quoties proponis te ad Deũ conuertendũ esse, & sicut antea in peccato remanes. Vide cui te comparat Spiritus Sanctus dicẽs. Sicut ostium uertit̃ in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Sicut ostium (inquit) in cardine se reuoluens stridet: illa etiam cõscientia tua uarijs peccatorum morsibus stridet, nec tamen consurgis ab hoc maledicto lecto, i quo iaces, existimans q; hodie non factũ fuerit, cras faciendũ esse. O miser si scires quot peccatores cũ ijsdem propositis, quę tu habes perierunt. Q̃ si mihi non uis credere uide quam aperte hoc dicit Ecclesiast. his uerbis; repromissio nequissima multos pdidit. Atq; ita te perder, qui nequissimè tibi uitę longitudinem iterum, atq; iterũ promittis,

Surre-

Surrexit igit porcarius sicut erat immundus,& obscœnus,& in domũ patris sui perrexit. *Vidit illum pater ipsius, & mia motus*
Psalm.53. *est.* Deus illius cor commouit prævenientegratia sua,ut consurgeret,de qua dicit Dauid:Mia eius præuenit me. Et Iob: Deus
Iob 23. molliuit cor meũ,& oĩpotens conturbauit
29 me. Et quẽadmodũ pia mater uidens filiũ suũ infantem tenerũ elaborantem,ut ad se accedat,ipsa ad illũ currit,ut eum adiuuet,
Simile. maximiq; amoris uiscerib. eũ amplectitur. Ita Deus,q per gratiam prævenientẽ peccatorẽ excitat,ut primũ eũ ꝑ libertatem liberumq; arbitriũ commotũ intuet, & uolẽtẽ
Iob 14. ad se uenire aĩaduertit,statim cum auxilio suo illi occurrit.Vt dicit Iob: operi manũ tuarum potriges dexteram.Atq;hoc significat quod dicit S.Euangelium q occurrens: *Cecidit super collum eius,& osculatus est eũ. Dixitq; ei filius: Pater peccaui,&c.*O q̃ dili
Hiere.3. genter adimpleuit hĩc peccator,quod Deus per Hieremiã maxima cum affectione postulat ab aĩa peccatrice dicens,tu aũt fornicata es cum amatorib. multis. Et paucis intermissis inquit. Frons mulieris meretricis facta est tibi,& noluisti erubescere.Ergo saltem amodò uoca me,pater meus,dux uirginitatis meæ tu es.Nunc saltẽ(inq̃t dñs)sua
30 uia , & maximi amoris plena uerba mihi dic qbus cor meum mollias,& uiscera mea teneraredas. O Deus maiestatis infinitæ quantopere delectaris dñe qñ aĩa perdita sine pudore te patrẽ suiq; primi amoris ducẽ te appellat. Quare potiũs nõ dedignaris tã malorũ filiorũ pater esse? quare illis non dicis,ne me ore uestro assumatis,nec uos filios meos nũcupetis,siq dẽ tã iniqui estis? O
Simile. non recte dicis.Quis.n.est pater tãto furore cõcitatus pp iniquitates filij suĩ, q si cum illum gladio uult pcutere audiat illius vocẽ humiliter dicẽtis,me filiũ tuũ ò patertã crudeliter uis tractare?cor eius non mollefiat,eiusq. aĩus mitigẽt,gladiũq. à manibus absq; filij suiictu dimittat? Hoc igit est qđ
31 De⁹ hic petit.Saltẽ amodo,&c.'saltẽ(inq̃t) nunc quùm iã te uolo percutere suauibus uerbis me alloq̃te,quib. cor meũ mitiges, & ad mĩam ꝓuoces. Hic ꝓstrenũ ardentissimi Seraphim,atque oẽs cęli ptãtes, & pro nobis huic clementissimo dño pro tã singulari beneficio innumeras gratiarũ referant actiones.O fęlicissimũ tps quibus te uerbis exaggerabo?aut qũo fęlicitatem tuam satis digne potero recensere? cõticescat lingua, & loquatur consideratio, hæc.n.suauissima mysteria meliùs sentiri,q̃ dici pũt. Quõdã soli summo sacerdoti ad sancta sanctorum ingredi licebat,ut suorũ,populiq; peccatorũ ueniam postularet,atq. hoc semel tm̃ in anno,quousq.autem ipse exiret,nemini fas erat in tabernaculum ad petenda beneficia 32
introire,præcipiebat Deus nequis in sancta Leu.16.
sanctorũ ad loquendũ cum ipso,præterquã Exo.28.
summus sacerdos uestibus pontificijs, ijsq. plurimis adamantibus,alijsq. pretiosissimis margaritis exornatis, indut⁹ introiret.Post quã autem Deus pro nobis factus est hõ,& inops,atq. cum hoĩbus cõuersatus est,consensitq. ut secum hoĩes loquerentur,nõ solùm se ab hoc perditio,immundo,horrido, & obscœno peccatore nõ abscondit, uerùm ẽt illi obuiã exijt , ih brachijsq. suis illum recepit,'suauissimeq. eius faciem osculatus est,qñ sponsus abijt,quia cum ad sponsæ ostium pulsaret,illiq. diceret, aperi mihi soCant.5.
ror mea,ipsa se excusauit dicens, expoliaui me tunica mea,qũo induar illa?quæ tm̃ posteà surrexit,& per totã ciuitatem perrexit, ubi custodes illã inuenerũt,& ut ipsa dicit, uulnerauerũt me,& tulerunt palliũ meum. 33
Et ita vulnerata,pallioq. nudata accessit ad hortũ, ubi cognouit se illũ inuenturã esse , ipse aũt non illi clausit ianuas,etsi ipsa noluerat illi aperire,qñ ad eius ostium spõsus pulsauerat, nec illi aspectũ suũ denegauit , imò tãta cũ affabilitate, & benignitate illã excepit,illam(inq̃)ita uulneratam,pallioq. denudatã uenientem miserãs,ut illi dicere cęperit,pulchra es amica mea,& decora sicut Hierusalẽ,terribilis ut castrorum acies Cant.6.
ordinata,acsi diceret,fortissima es,& terribilis ut castrorũ acies ordinata, siquidẽ me ita superasti.Ecce fortunatũ tps,in quo uiuimus,cum iã non dicit dñs ut unus tm̃ ad
loquendũ cum ipso ingrediat,atq. ut hic sit 34
sacerdos,& dum ille secũ locutus fuerit,ne Matt.17.
timo in tabernaculum ingrediat,sed dicit,ue Exo.33.
nite ad me oẽs qui laboratis,&c.Antea prę
cipiebat dicens,nequis appareret in conspectu suo uacuus.Nunc aũt nõ solum expectat eum,qui ad se uacuis manibus accedit , sed illi ẽt obuiam exit.Etenim quid deferebat hic pauper præter nuditatẽ,famem,ac desatigationem?eccè aũt qũo illum recipit . Eia eia peccator aĩum recupera. Porrige manũ Rom.12.
tuã,surge,& ad Deum confuge,qui si te solum deduxeris ipse contentus est.Vide qđ dicat Beatus Paulus,obsecro uos fratres ꝑ misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiã uiuẽtẽ,i.ut uosmetipsos offeratis.Dicis ò peccator, te nõ habere qđ ad Deũ deferas,qa pauper es,ne te cũ hoc excuses:te.n.solum De⁹ cupit:quapp ꝓpera, nec sis piger;vide q̃ libẽter, & humanẽ hũc paupertẽ recipit; Alter esset,q̃ diceret.O ꝓdite,quare te nõ puduit ita coram me appa
35 ruisse?ubi est portio tua?ubi habes diuitias, quas ego tãto cũ labore cõparaui?Attende frater infinitã Dei clementiã,nihil.n.horum dicit,nec illũ exasperat,sed amplectit,& indui iubet, atq. statim illi conuiuiũ ꝓparat, & cum maximo gaudio eũ ad mẽsam suã sedere facit.In qb. omnib.significat,Deum nõ solũ peccatori peccata dimittere,sed ip
sum uirtutib.gratiaq. sua exornare,& spiritualiter reficere.Idcircò B.Paulus cũ Deũ patrẽ miarum appellasset,addidit,dicẽs:Et Deus totius cõsolationis.In quib.uerbis aliqđ diuinæ mĩæ addidit,quo abũdãtissimã 1.Cor.1.
Dei in hoĩes pietatẽ explicauit. Misericordiæ namq. solũ uidetur peccatorũ uenia cõ
petere. Deus aũt non hoc contẽtus est,sed ex iudice dimissor,ueniæq. largitor,consolator,plurimorumq. donorum,ac gratiarũ, 36
& postea cælestis gloriæ largitor efficitur; ad quam nos perducat, Amen.

Dñica III. In Quadragesima.

Erat Iesus eijciens dæmonium,& illud erat mutum, &c. Luc. 11.

Simile. DIcitur hic diabolus mutus ab effectu , quia reddit homines mutos. Sicut etiam dicere solemus diem aliquem esse tristẽ, nonq; dies sit tristis,sed quia nos tristes reRom. 8. dit . Et sic intelligitur illud Pauli dicentis: Spũs postulat pro nobis gemitib.inenarrabilib. Quid?spũs sanctus postulat?Nunquid aliũ superiorẽ hẽt,à quo postulet,cũ ipse sit
1 Deus infinitus?& qũo in summa, & perfectissima lętitia potest esse luctus,aut gemitus?Intelligitur ergo quod postulat , quia
Matth.9. Chrysost. hom.41. in Matth. nos postulare facit:gemit,quia nos gemere facit.B.Matthæus dicit,hunc hominem demonium habentem cæcum etiam esse. Et D.Chrysostom⁹ dicit,illum etiam esse surdum. Ecce hunc miserum mutum,cæcum, surdum,&dæmonium habentem.Quis huiusce modi hominem non miseraretur? & tñ miserabilior est uisu iuuenis pulcher,optimè uidens,audiens, atque eloquentissimus sĩ peccato mortali commoratur.Ille enim sic cęcus,& cum omnibus infirmitatibus suis poterat esse iustus, & Deo gratus. Tanta autem est hominũ cæcitas,ut illi ita corporali morbo laboranti compatiantur: illi⁹ autem cuius anima mortua é,si corporalem habeat ualetudinẽ, nõ misereantur. 2
Permittit Deus, diabolũ in unius hominis corpore hanc stragem edere,vt ex hoc q̃to pere animã destruat,cognoscatur. De diaPsalm.73.
bolis dixit Dauid ; Superbia eorum qui te Esai.14.
oderunt ascendit semper.Et cum hac superbia,quę semper in illis uiget,cum qua dixit Sap.7.
Sathanas; In cælum ascendam, super astra Dei exaltabo solium meum, similis ero altissimo. Et cum sciat animã iusti sedẽ esse sapientiæ,pretiosioremque cælo empyreo, magnopere curat,siquidem se uno cælo ex pulsum uidet,in aliud pstantius conscendere,q̃ quidem est anima;ut indeDeũ ejciés, in ea soliũ suum constituat, quod sit eleuatam sup astra Dei;hoc aũt facit,cum iustos in fraudẽ inducit,ac peruertit.Etenim astra Dei, quæ uitæ nostræ noctem illuminant, sunt naturalis ratio,fides infusa,& acquisi- 3
ta, & diuinę legis lumen; & cum contẽpta rõne,fide;diuinaq. lege homo diabolo obedit , tunc diabolus solium suum sup astra Dei exaltat.Et sicut Deus cum in animam ingreditur,totam illam uult possidere,nec una parte cõtẽtus est,sed cor, memoriam, intellectum,uoluntatem,oculos,manus,pedes,oẽs denique hominis partes in sui seruitio uult occupari(hoc.n.significat quod Luc.10.
est apud S.Lucam; Diliges Dñm Deũ tuũ ex toto corde tuo,& ex tota anima tua, & ex omnib.uirib.tuis, & ex tota mente tua. Cuius ꝓcepti,sicut diligẽtissimus exequutor dixit B.Paulus: Viuo autem', iam non Gala.2.
ego, uiuit uerò in me Christus. Ita diabolus qñ alicuius hoĩs dñatur,oẽm eius uirtutem,& substantiam desiderat sugere:atque idcirco, non solum eum mutum,'sed cæcũ etiam, & surdum efficit, dominium super animam,& corpus illius(si potest)accipiẽs. 4
Quod cum ita sit fratre charissimi,uos ego Dei nomine exhortor,ne illi aditũ patefaciatis, quia adducit'secum alios septem nequiores se;non solum autem septem,sed si ipse'posset, totum infernum in domos uestras uellet inducere.Vt primũ Dauid adulterium

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Re.11. Gene.4. terium commisit, statim fidelis seruo suo. Vriæ infidelis fuit: ex infidelitate autem illa in homicidiũ deueniet. Sic Cain ex inuidia in perfidiã uenit, dolosè fratrem suum in agrum deducens, & postea illum interfecit, nec in hoc permansit, quousq; desperauit. Atq; idem fecit Iudas, qui ex nimia cupiditate in latrocinium deuenit: de illo.n.

Ioan.12. dicit B. Ioannes: Fur erat, & loculos habens, 5 ex latrocinio aũr in diuini Magistri sui proditionẽ uenit, & tandẽ laqueo se suspendit.

Ecce quare Deus permittit, ut diabolus hoiem mutum & surdũ efficiat, ut ex hoc intelligamus, quot mala in illius aĩa operatur, quam quidem surdam, mutam, cęcãq;

Simile. efficit. Qui cum tranquillitate in quodã domicilio vult quiescere, iubet oẽs suos conticescere, & ianuas illius claudi, ne lux ingrediatur. Hoc ipsum curat Sathanas, s. ne prædicatorum voces audias, ne ad te lux ingrediatur, nec cum hoibus cõuerseris, qui tibi veritatem dicant, sed cum assentatoribus, & mẽdacibus, atq; illis fidem habeas, ut di-

Hiere.37. cebant S. Hieremias Regi Sedechiæ: Vbi sunt Prophetæ uestri, qui prophetabant nobis, & dicebant. Non ueniet Rex Babylonis super uos, & super terrã hanc? O infelix pec

6 cator, qui Dei nuncijs non credis, qui tibi dũt te cras moriturum, & à peccatis tuis in infernum præcipitandũ esse: alijs uerò tibi similibus fidem adhibes, qui tibi dũt: longa est uita, satis tpis erit ad agendam pniam, non ueniet ita Dei super te. Hæc oĩa curat diabolus faciẽs te surdum ad oẽ bonum audiendum, vt in te quietissimè requiescat. Et sic S. Propheta Dauid lamentabatur, dicẽs:

Psalm.78. Posuerunt Hierusalem in pomorum custo-
Hiero. diam. D. Hieronymus hoc declarans dicit
Simile. hoc significare, q. quemadmodum dñorum hortis, in quibus pretiosi fructus sunt, uerno tpe, cum iã sunt maturi, custodes apponuntur, ne quis illes furetur, ita diabolus cùm uideat peccatorem esse, quasi hortum maturorum fructuum, qui disco, mensæq.

7 suæ sunt apti illum diligentissimè custodit, ne quis eum sibi surripiat: custodit autem plurima inconuenientia, & offendicula illi offerens, ut de malis in deteriora progrediatur. Quod si ad prædicationem vult ire, aut cum aliquo seruo Dei conuersari, impe-

Simile. dit illum quominus hoc faciat. Sicut qui arcem obsidione premit, curat ut nullum alimentorum genus ad obsessos ingrediatur, quo illo securiores habeat. Hoc est hoiem à diabolo surdum, cæcum, & mutũ reddi, ut nulla ianua salus ad eum ingrediatur. Quemadmodum autem hic miser corporaliter afflictus in clemẽtissimo Iesu remedium inuenit, ita illud inueniet peccator quantumcunque ab ipso Sathana perditus, destructusq; sit, si sicut debet ad hunc diuinum medicum accesserit. Hæc significauit hic optimus Dñs per Esaiam, dicens. Quie-

8 Esai.1. scite agere peruerse, discite benefacere, quærite iudicium, &c. Si fuerint peccata uestra, ut coccinum, quasi nix dealbabuntur, & si fuerunt rubra sicut uermiculus, ue lut lana alba erunt. Has duas similitudines harum duarum rerum ponit, quarum utrique difficillimè colorem amittit, ut intelligatur quantumuis culpa inueterata sit, & quantumcunq; altas radices in aĩa egerit, si uerè, & ex aĩo ad hunc diuinum medicum confugiatur, oĩbus peccatoris malis esse remedium adhibẽdum. Quapropter ò frater peccator confidenter accede, & graui pœcatorum tuorum dolore percussus, proponẽs te iam amplius tam bonum Deum nõ esse offensurum, attende te esse mutum, & tps

9 Aug. li. de utilitate incr. mortuũ. iam esse, ut de te dicatur quod de illo dictũ est, s. *Locutus est mutus*. Quot sunt dies, ex quo ad pedes auditoris pœnitentiarij nõ locutus es? Humiliter ergo Dñm exora, ut ti bi spiritum largiatur, quò nunc loquaris, sicut oportet, ad aĩæ tuæ salutem. B. Augustinus ait: Arbitrare qñ coram sacerdote es, te coram Angelo esse, quem tibi Deus mittit, ut tibi medeatur, & sanet quapropter arcana tua illi reuela purè, ac syncerè cum illo loquens, & addit, dicens: Non te pudeat coram vno dicere, quod non te puduit coram multis forsitan, & cum multis facere. Nam hoium esse peccare, Christianum à peccato desistere, diabolicum. uerò perseuerare. Peccasti (inquit) tanquam hó, surge igitur sicut Christianus, ne quasi diabolus in peccato perseueres, ut tibi cœlum aperiatur, aperi tu cor tuum. Dicit, nos à peccato surgere Christianum esse, quia sine gratia, & auxilio Iesu Christi hoc fieri non potest. Vnum

10 ex illis, de quibus magnoperè gloriabatur Iob hoc erat: Si abscondi (inquit) quasi homo peccatum meum. Vbi ponit dictionẽ, iniquitatem meam. Vbi ponit dictionem, si, pro non, ut Psal. Si introibunt in requiẽ meam, i. non introibunt. D. Gregorius pendens uerba illa Iob dicit, quasi homo, i. quasi debilis. Magna.n. est debilitas hoiem nul-

Iob 31. Psalm 44. Greg. lib. moral. c. 13 & c. 14

uulneribus suis non mederi, eo q illa nox uult reuelare. Si in illo tpe hoc faciebat S. Iob, reuelans peccata sua q illis remedium adhiberet: quanto maior ratio nunc est, ut nos idem nunc faciamus, cum huius rei diuinum præceptum habeamus, & hoc in sãcta cõfessione facere debeamus, quod est diuinum salutiq; nostræ necessarium Sacramẽtum? Perpendit etiam illic B. Grego. Deum

11 nõ maledixisse homini quum peccauit, sed quum se excusauit. si.n. primi parentes statim se accusarent, statim illis peccatum dimitteretur. Quamobrẽ fratres mei diuinę Maiestatis noĩe uos rogo, ut debilitatẽ hãc procul eiiciatis, & aduersitatis tps iam loquẽdi esse pcipuè cum iã simus in medio Quadragesimæ, & fere oẽs effus muti, q peccata uestra non estis cõfessi. Qñ hoc facere sperati? cõfugite, cõfugite ad tam cœleste remedium, siquidẽ illo tãtopere indigetis.

Quidam autem ex eis dixerunt. In Beelzebub principe demoniorum eijcit dæmonia. O terribilem malitiam? ecce ingenium diabo

12 li, qui cum opera Iob nõ posset uituperare, qñ Dñs illa laudauit, intentionem, qua illa Iob 1. faciebat, uituperauit, dicens. Nunquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu uallasti eum ac domum eius? Hunc igitur maledictum patrem oẽs eius filii sequuntur, sicut illi filii Amon, de quibus dicit: q cum nũcii Da

2.Reg.10. uid uenirent, ut eos de obitu patris sui cõsolarentur, ipsi dixerunt illos speculatores, & exploratores esse, q ad explorãdũ regnum uenichant. Opus pietatis, opus iudicãt crudelitatis. Ita hi miseri Pharisæi, quasi filij talis patris semper (uideri suo) quid in sanctissimis Saluatoris nostri operibus calumniarentur, inueniebant. Vice versa faciunt iusti, qui qñ opus est manifeste malum, quod ne quaquam excusari potest, intentionem saltem excusare curãt. Quid nequius, q̃ Christum Dñm morti tradere? & tamẽ curat sãctissimus Dominus illorum intentionẽ excusare, dicens: Quia nesciunt quid faciunt.

13 Luc.23. Sic S. Ioseph malum opus, quod fratres ei⁹ fecerant, uendentes illum excusabat, dicẽs, illud esse artificium, quo Deus usus fuerat, ut inde tm illud bonum eliceret. Nolite

Genes.45. (inq;) pauere, neq. uobis durum esse uidea tur, q̃ uendideritis me in his regionibus; pro salute.n. uestra misit me Deus ante uos. Non sic impij non sic, nam sanctissima etiã

Psal.9. iustorum opera calumniare curant. Pro ma gna maledictione dixit Deus. Ecce, ego mit tam uobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt uos. Multò tamẽ maior maledictio, & supplicium Dei est pmittere ut sint homines serpentini, & ue nenosi, quasi basilisci, quibus nihil prędicator, nec prædicatio, nec ipse Deus cum tot, tantisq. miraculis prodest. sicut apparet in his sceleratis Pharisæis. Liberet nos Deus fratres à tanto malo, ne in similem peruersitatem deueniamus. Ne autem in hoc prœcipitium incidatis, linguas uestras summopere cohibere curate. Non appelleris susurro

14 in uita tua, & lingua tua ne capiaris, & confundaris: super furem enim est confusio, ait Ecclesiast. Ne facias quare murmurator ap Eccl.5. pelleris. Sunt quippe homines, q uidẽt hoc murmuratoris nomen uelle comparare; qñ autem quis cognomen aliqđ comparauit, plurima iam fecit. Et sic uocatur hic murmurator latro: quia rem tam pretiosã sicut famam furatur, & dicitur q in confusione capietur. Et alia translatio legit hic. Insidiatorem.n. sanguinis sequitur ignominiam. Ponderate q̃ crudeli nomine murmuratorem appellat Iustifica pusillum, & magnũ similiter, i. de omnibus, tam de minimo, quam de maximo oportet te benedicere. Eo q tantum latrocinium fit, quod lingua

15 committit, uocatum est à Dauid per antonomasiam in iustitia; & sic dixit: Quid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquita- Psalm.51. te? Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua, sicut nouacula acuta fecisti dolum. Res est mirabilis q̃ dicit Dauid; linguam iniustitiam cogitasse. Si uadis ad domum fabri ferrarij, & dicis illi, ut tibi calceos faciat, Simile. nescit illos facere, quod si facit, sunt pessimi. Si uadis ad domum sutoris, ut securim tibi faciat, idem erit: sutor enim calceos, faber uero secures nouit conficere. Sic uoluntas nescit intelligere, sed uelle: intellectus uero nouit imaginari, & intelligere non ãt uelle, & amare: sic lingua nescit cogitare, sed

16 loq.: & ideo qñ lingua murmurat, & pximũ suum infamat, dicit Spiritus sanctus illam talia loq, q̃ aperte cognoscuntur, non ab intellectu quidem, sed ab ipsa lingua fuisse cogitata, cuius officium non est cogitare, sed loq. Et dicit eius uerba esse quasi calceos à fabri ferrarij manu confectos, & quasi securim à sutore fabricatã, i. illa uerba conrta oẽm rationẽ, & iniustitia plena loqui, siquidem cum illis tã pretiosam rẽ sicut famã proximo suo aufert. Cui quidẽ iniustitię

satis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Simile. satis difficile remediū adhibetur. Nā sicut morsus canis rabiosi, & ictus sagittæ venenosæ rarò bene curatur: ita murmuratio rabiosi hois sicuti canis (de quo dicit: Venenū
Psalm. 13. aspidū sub labiis eorū) rarò, aut nunquā bene aufertur. Quāuis n. te retractes, semper tū quoddam infamiæ uestigiū in auditorū aīs remanet. Atq; ut huius talis mali grauitatē melius cognoscatis, notate metuendā quędā uerba Ecclesiastici, dicentis: Multi
17 Eccl. 28. ceciderunt in ore gladij; sed nō sic quasi q interierunt per linguā suam. Et paulò post; Mors illius, mors nequissima, & utilis potius infernus, q̄ illa. O sancte Deus? quàm pestifera res est mala lingua, cū sit nequissima mors, quę in aia causat, sicut hic dicit Spiritus sanctus; & est peior inferno, qui iustos nō torquet; mala aūt lingua magnopere illos cruciat. Quis amodo linguā suā effrænatè audebit immittere, pcipuè cū hæc intelligat? Optimè ea considerate fratres mei ītra uestra Christiana pectora: nulla. n. sunt verba, qb. hæc satis dignè exaggerari possint. Ipse autē: *Vt uidit cogitationes eorū, &c.* O si hoc peccator, q̄ non solū eius
18 opera, uerū & cogitationes ēt à Deo pspiciunt, q̄ cautus uiueret. Pro magna exaggeratione dixit B. Paulus; Et sicut non probauerunt Deū habere in notitia; tradidit illos Deus in reprobū sensum, ut faciāt ea,
Rom. 1. q̄ non cōueniunt. Effectus peccati est hois intellectum à cōsideratione præsentiæ Dei segregare; huius. n. rei obliuio plurimorum malorū causa est, sicut hic dicit S. Apostolus: Sicut non probauerunt, i. sicut nuuq̄ i cognitione sua Deum portare curauerūt, nec res interiores à Deo perspici crediderunt, nec ipsum illis adesse putauerunt, aut de Deo meminerunt, ac si non esset Deus: idcircò in pœnā tantæ negligentiæ, & inconsiderationis tradidit illos Deus in reprobū
Psalm. 53. sensum. Hoc ēt significat Dauid, dicēs: Fortes quæsierunt aīam meā, & nō ꝓposuerūt
19 Deū ante conspectū suum. Illud: Et, significat, quia: in quo declarat Propheta illos neq̄quā tyrannos futuros fuisse, si aduertissent se à Deo aspici. Alibi ēt dicit: Deus ini-
Psalm. 85. qui surrexerunt super me, & Synagoga potentiū q̄sierunt animā meam, & nō proposuerunt te in conspectu suo, i. qa non ꝓposuerunt te in cōspectu suo. Et de illis male-
Dan. 13. dictis senibus dicit Daniel ad tm̄ illud malum committendum tria notabilia fecisse: videlicet: Euertūt (inquit) sensum, & declinauerunt oculos suos, ut non uiderent cœlum, neq; recordarentur iudiciorū iustorū. Primum quod fecerunt, fuit à summo vsq; deorsum sensum suū euertere. Rōnem infra, ut conculcaretur, sensum uerò supra, ut dñaretur, cōstituerunt, quę sanè est euersio, & abusio lachrymatu dignissima. Secundò, declinauerunt oculos suos, &c. Vrgentissimum. n. remedium est ad nos à uitijs cohibendum animaduertere nos à Deo uideri. 20
Nec recordari sunt iustorū iudiciorū Dei, quibus punire solet eos, qui illū offendunt. In medio aūt posuit oculos à Deo semouere, quasi significās hanc esse cæterorū oīum malorū causam. Etenim quis esset tā temerarius latro, qui uidens iudicē iuxta se esse, Simile.
eiusq; manus intueri, furari auderet? Idcirco nos admonet B. Paulus, dicens: Siue uigilemus, siue dormiamus, simul cum illo 1. Thess. 5.
uiuamus, i. cum Iesu Christo. Non solum significat in hoc ne extra gratiā Iesu Christi cū peccato mortali recūbere audeam?, sed ēt ut sp simus uini cum eo in uigilijs, s. cum illo, & in somnis cū illo, considerantes illū sp nostras etiam cogitationes intueri, ut decebat Dauid; Et oēs uiæ meæ in conspectu Psal. 118.
tuo. Sic in illo loco Iob ubi dicit; Quare po Iob 7.
suisti me cōtrariū tibi? Hebræus textus dicit. Quare posuisti me corā tibi? Ratio aūt 21
quare nos corā se ponit, hæc est, ut diligenter euigilemus, & pudeat nos uilissimam ēt aliq̄ cogitationem habere, qua tam sanctos oculos, sicut sunt oculi Dei, offendamus.

Cognoscens igitur Deus iniquas cogitationes, quibus peruersi illi arbitrabantur se in nomine Beelzebub dęmonia eijcere, effi cacissimis rationibus cępit comprobare eorum cogitationes falsas esse. Quarū prima hæc est: *Omne regnum in seipsum diuisum, desolabitur*. O quàm diuina est hæc Domini sententia? Prius autem ex illa fructum pciamus ad conseruationem regni, quod diuina Maiestas habet in terra. Omnes unanimiter curemus conuenire, præsertim ij, qui hoc admodum necessarium negotium salutis animarum tractamus. Si enim in consessoribus, & prædicatoribus nō fuerit amor, & concordia, parum utilitatis populo pote runt afferre. Et si ea, quæ unus prædicator 22
prædicat, & docet, alius dedocet, dicens illa non esse tam mala, & fieri posse. Et si peccatum, quod unus confessor non absoluit, qa non conuenit, alius ipsum absoluit, qđo illa bit regnum Dei? Atque si cęteri Christiani

tanquam

Galat. 5. tanq̄ canes se mordent, & deuorant, quid supereſt, nisi qđ dicit B. Paulus, his uerbis: Quod si ad inuicem mordetis, & comeditis uos, uidete ne ab inuicem consumamini. Si quū aīalia in arca Noe commorabant, leo, tigris, lupus, & oīa ferè alia animantia crudelitate sua uterētur, mitia à crudelib. comederentur, & postea ipsa inter se cōsumerentur. Idcirco prouidit Deus, ut ad eorum cōseruationē oīa illic essent. Hoc ipsū igit 23
ad huius cælestis regni conseruationem requiritur. Idcirco unicuiq. nostrū dicit Spiri
Psalm. 33. tus Sāctus: Inquire pacem & psequere eā. Ne expectes ut ipsa domū tuā ueniat, se se q̄. tibi offerat: sed tu illā inquire, & donec
Simile. consequaris, prosequere, tua mala ꝓpēsione te exue, teque ipsum supera. Vide qūo uenator leporē insectator, non solum. n. canis, sed & ipse ēt currit, & nō solum currit, sed uociferatur quousq. tandem illum assequitur. Efficacius igitur oportet te pacem persequi, cum lepore sit pretiosior, & nō solum cum diligentia tua debes currere, sed etiam uociferari, instantissime illam a Deo
24 expoſcēs. O fratres charissimi, si intelligere mus quanti nostra hoc interſit, quā libēter aliquid de iure nostro perderemus, ne cū fratribus nostris pacem amitteremus. Siqui
Psalm. 45. dē ex eo tot peccata, rerūq. publicarū ditiones oriuntur, ut apertè significauit Dauid, dicens: Conturbatæ sunt gētes, & inclinata sunt regna. Ex hominū discordijs, perturbationes regnorū & ruinę dimanāt. Et
Esa. 19. ita mediū, q̄ Deus habuit ad euertendum Ægyptum: fuit, efficere, ut inter eos discordia uersaretur. Vt in Esaia dicitur. Et cōcurrere faciam Ægyptios aduersus Ægyptios;
& pugnabit uir contra fratrē suū, & uir cōtra amicū suū, &c. Quis hanc sanctā Ecclesiā tantoperè fulciuit, aut quis effecit, ut à
Act. 4. potentissimis tyrannis tot uictorias reportaret, nisi charitas feruentissima? Qua (vt dicitur in Act.) Multitudinis credentiū erat
Cant. 7. cor unum, & aīa una. Et ideo de illa dicit; Quid uidebis in Sunamite, ideſt, captiua diuinæ obediētię nisi choros castrorum? Duo
25 dicuntur, chori. s. & castrorū, exercituū militariū uirorum. Chorus est q̄dā uocū cōcētus in castris autem sunt arma ad prælian-
dum, atque hæc oīa largitur charitas, s. cordium cōformitatem, & arma, ideſt, uirtutes ad præliandum. Et ideo dicitur; Quid uidebis in hac Ecclesia captiua obediētiæ Dei,
nisi cordium consonātiā, ex qua ad resistendum fortitudo dimanat? Vt hanc pacē haberemus, direxit Christus Redēptor noster oīa, quæ in suo sancto Euangelio prædicauit, ꝙ conuincitur ex eo, quod dixit; Hęc lo- Ioan. 16.
cutus sum uobis, ut in me pacem habeatis. Hoc autem, ut ait glossa, intelligendum est, non solum de ijs, q̄ Dñs Iesus in ultima cę na prędicauit; sed de omnib. etiam, q̄ antea docuerat: Quamobrem p reuerentiā huius superni Principis pacis, & p amorē, quo illā tantoperè nobis comendauit, eius noīe uos adiuro, ut inuicem uos unire, & conforma 26
re cum magno more, & charitate curetis sufferentes uos inuicem, sicut Deus quotidie uos suffert, cū illū sæpissime offendatis.

Ex hoc uniuersali principio infert Dñs cōclusionem illam, dicens; *Si autem Sathanas in seipsum diuisus est, &c.* Quod absque dubio sequeretur si ipse unū diabolū in alterius diaboli uirtute eijceret: & alij cōtra alios facerent. Sed a rō hęc est; *Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri, &c.* Qui p- Simile.
pendit aurū, ne forte aliqua in pondere insit fraus post̄q̄ in una statera pēsauit, in altera illud iterum ꝓpendit; sic dicit hic Dñs his, q̄ de sanctissimis miraculis suis detrahebāt. Pensate (inqt) illa in alia statera, pensate illa in filijs uestris, & aīa duertetis uos à passione uestra excæcari, & decipi. Et siqui 27
dem filij uestri, qui sunt discipuli mei i nomine meo dæmonia eijciunt, uos autem dicitis, q̄ eos non eijciunt in nomine Beelzebub, quare de me dicitis, quod de illis non dicitis? In hoc ergo uidebitis, qđ præmalitia deliri, & insani estis. Tertia rō est; *Cū fortis armat? custodit atriū suū, &c.* Hic for
tis est diabolus, & dicit B. Chrysostomus eū Chryso.
fortē appellari, quia ignauia, & pusillanimitas nostra illi uires addit. Etenim quis Mauros fortes reddit, nisi Christianorum pusillanimitas? sic ēt uires accipit Sathanas, q̄ uidet nos minima quaq. tentatione quam nobis offert statim superari, & deuinctis manib. eius ministerio submitti. Si. n. illi resistere uellemus, facilime eum uinceremus. Dicitur autem armatus, ut dicit Theophila- Theoph.
ctus, qa hēt septem peccata mortalia tanq̄ arma, q̄bus nobis bellum infert. Etiam mali homines, & malę mulieres, & famulus 28
quem domi tuę habes, qui est leno tuus, hi omnes sunt arma Sathanę; quid enim ē famulus ille, nisi ensis Sathanæ, quo alterius fęminæ, & tuam simul animam occidit? Et maledicta uetula, quę de domo in do-

mũ ambulat quasi cymbalũ S. Antonij, qd aliud est nisi armatura Sathanę? Sunt ollæ ueteres, q̃ qa iam plurimas carnes coxerũt, confringuntur, postea uero aliarum sunt tegumenta. Ita hæ maledictę uetulæ postq̃ plurimis turpitudinib⁹, quas in se exercuerunt, confractæ sunt, aliarum ollarum tegumenta sunt, & quasi testæ confractę de domo ī domum deferunt ignẽ, q̃ sunt nuncij, q̃bus aias cõburunt. Væ miseris uobis, q̃ terribilibus tormentis peccata, q̃ in diuinam Maiestatem committitis, soluturæ estis. Si paup cicera manducaturus est, qa non habet coclear, facit ex pane coclear, quo cicera sua manducat: quibus consumptis comedit ẽt & coclear. Sic diabolus cum sit paup utiq̃ ijs tertijs, quasi cochlearibus, ut cũ illis alias plurimas aias deuoret, quos ẽt postea manducabit. O cochlearia Sathanę, quot dãna rebus publicis infertis. q.n. dæmon p se solũ ñ audet, nec põt facere, id uestro auxilio adiutus efficit. Dñs dixit: Qui scandali zauerit unũ de pusillis istis, &c. Expedit ei, ut suspendat mola asinaria in collo eius, & demergatur in ꝑfundum maris. In q̃b⁹ uer-
bis uidetur designare remedium, q̃ his tali-
bus adhibendũ est, ille, in cuius collo mola suspenditur, & immittitur in ꝑfundum maris, ita submergitur, ut nullo unq̃ tpe amplius appareat. Sic ille qui occasionem præstat se seq; offendiculum facit, quo fratres sui peccent, deberet à gubernatoribus illuc includi, ubi nunq̃ amplius uideretur. His armis munitus Sathanas custodit atrium suum, q̃ quidem est anima peccatrix, & custodit eam (sicut antea dicebamus) quasi q̃ immaturorum fructuum horum ad mensam suam custodit.

Simile.

Simile.

Matt. 18.

29

30

Simile.

Et in pace sũt oĩa q̃ possidet. O q̃ miserabile est uidere q̃ pacifice diabolus plurimos pecccatores possidet. Hoc est enim q̃ ipse magis curat, uidelicet, ut tu ò peccator cũ tranquillitate maxima, & sine aliquo scrupulo ī peccato cõmoreris, nec Deũ timeas.

Psal. 136.

Dicit Dauid: Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, uerba cantionum. Et dicit illos hęc sibi dixisse: Hymnum cantate nobis de cãticis Sion. Quem admodũ igitur illi Babylonici uolebant, ut Hebræi in captiuitate cõcinerent, & cũ captiui essent, delectarent: ita diabolus plurimis modis curat, ut peccator in miserrima hac seruitute sicut est peccatũ, delectẽ, & q̃escat, ut illũ sub sua potestate securius te-

31

neat. O infœlix captiue quare non dicis idẽ q̃ illi dixerunt? Quo cantabimus canticum Dñi in terra aliena? Ne rideas, sed potius lamentare, & cũ lachrymis; & planctu à fortiore, q̃ est Iesus Christus filius Dei, auxiliũ deprecare. Nã aliter nunquã hac misera seruitute liberaberis. Hac etiam supradicta rõne ostendit Dominus se diabolo fortiorem esse, siquidem illũ ab ea possessione expellebat, quam ille cũ tranquillitate possidebat.

Peractis his rationibus cõuersus est Dominus ad hoiem, quẽ sanauerat, & dixit illi: *Cum immũdus spiritus exierit ab hoĩe, etc.* In q̃bus uerbis illũ admonuit, tanq̃ diceret: Caue ne ad te reuertat. Etenim hæc ẽ una ex maximis hoĩs miserijs: qd ubi primum Deum recipit, illũ à se statim expellit, aditũ patefaciens, quo diabolus iterum ad se ingrediatur. Hoc significauit Ecclesiasticus di- Eccl. 6.
cens; Quasi lapidis uirtus ꝑbatio erit in illis; & non demorabũtur proijcere illã. Grauissimus est Deus homini mũdano, nõ põt Deũ sustinere. Si unũ diem illum in aĩa sua habet, statim defecisciturq̃, & illũ à se ꝑijcit. Sicut, qui torcularis pondus humeris aspor- Simile.
experta,in eius odiũ deueniet. Vir aũt,qui
magis ratione, q̃ passione ducitur melius
vxoris suæ disparitatem dissimulat. Itaque
ad matrimonij concordiã requiritur q̃ sem
per uir uxorem excedat, non aũt uxor uiro
suo præstet:uirum.n.oportet esse caput fœ
minæ.Pro quo facit q̃ Abraham prius uo-
cabatur Abrã:& Sara uocabatur Sarai:di
xit aũt Deus Abrahæ,addamus unam literã,
Gen.17. Sarai aũt cõminuamus, & sic auctũ fuit no
men uiri, cõminutum uerò nomen uxoris
remansit.Nunquã uxor debet uiro suo iu-
dicio,sapientia,aut alia re præstare.Nam ex
hoc statim oritur contẽptus,ex contemptu
aũt aliæ plurimæ calamitates dimanant. Id
circò oportet uos aduertere, ut talẽ tã bo-
num, tamq; prudentem uirum filiæ uestræ
13 eligatis, ut illa nunquã ad illum negligen-
dũ deueniat.O quantũ est circà hoc lachry
mandum ? tam crudeles.n. sunt patres in
aias filiarum suarum,ut nũquã attendant,
qũo ipsę melius Deo possint seruire, sed
qũo ditiores,potentioresq; erunt. Et aliqñ
permittit Deus, ut qñquidem filiã tuã uiro
improbo matrimonio coniunxisti , non ob
aliam causam,nisi eo q̃ diues erat post pau
cos dies uniuersam substantiam suam, do-
temque , quam illi dedisti, ludendo consu
mat:& sic omnia dissipata manent.

Imperauit febri,& dimisit illam. Statim
in illo instanti obedijt febris Dño, & ab illa
muliere recessit.O quam maxima cõfusio
est hoibus,uidere qũo creaturæ oẽs absque
ulla repugnantia creatori suo obtẽperant, 14
solus autẽ hõ non obedit.Quod aũt peius
est, si huius rei causa quęratur, nihil aliud
rñdere possim, nisi hanc esse huius inobe-
dientiæ causam,s.quia maiora , & præstan-
tiora beneficia,q̃ aliæ creaturæ,à Deo acce
pit,i.quia illi Deus liberum arbitrium con
cessit, quod inferioribus creaturis non tri-
buit. Cumq; se in voluntate liberum expe
riatur,prę nimia arrogantia effertur , quasi
Lucifer,qui ex fauore,occasionem accepit,
vt esset,qualis nunc est.Videris tibi ò frater
dignas gratias Deo referre? qui quia ab eo
rationalem spiritum accepisti , id pp illum
non uis facere, quod bruta animalia, lapi-
desque,ac cæteræ oẽs insensibiles creaturę
faciunt?quare pudore non cõfunderis,cum 15
hoc de te dicatur? O Christe superne mũ
di Magister quàm optimum nobis quaten⁹
homo perfectissimę obedientiæ exemplũ
præstitisti? Et sic cum celebrem illam pro
phetiam Esaiæ,dicentis: Spiritus Domini Esai. 61.
super me,diuinus hic Dominus legeret, ip
se dixit illam de se intelligi, dicens se Spiri
tum sanctum quasi gubernatorem,& domi
natorem,quatenus hoiem habuisse,in quo
maximam obedientiam, qua Spiritui san-
cto,inquantum hõ,obediũt, denotauit,do Luc. 4.
cens nos qualem obedientiam Deo habe-
rẽ deberemus, si essemus quales non esse
oporteret.Veruntamen ij sumus qui nõ su
p nos quidẽ sed sub pedibus nostris Spiri-
tũ sanctũ gerimus,cius inspirationes,& præ
cepta negligentes. Quo supplicio arbitra
mini tantam malitiam satis dignè puniri
posse?Quare Dñi furorem non pertimesci
tis?Notate quoddam exemplũ, quo uos sa
ciã obmutescere: ita ut non habeatis quid 16
mihi possitis rñdere. Qñ quis tõdetur dẽt
esse nimis quietus:si illi dicit tonsor, eleua Similit.
caput,statim eleuat,si declinare iubet, con
tinuo illud declinat, si iubet aperire os,ape
rit,denique; si illi huc , aut illuc uerti iubet,
oĩa libẽtissimè adimplet. Quod si illũ inter
rogetis quare illo hoie gubernetur?respon
debit,q̃ habet ĩ manu nouaculã, & sup ca
put meum illã vibrat,& iuxta fauces meas
ponit,

ponit, & in magno discrimine constitutus
sum,ne aliquod uulnus mihi infligat. Attẽ
Esth.13. dite nunc.Nunquid oĩa in ditione Dei non
sunt posita?sic dicit,q̃ a in ditione tua cũcta
Psalm.7. sunt posita.Nunquid Deus nõ habet in ma
Iob.13. nu sua ancipitem nouaculam? sic certè. sic
enim dicit,nisi cõuersi fueritis gladium suũ
uibrauit.Nunquid sup uos manum suã nõ
habet positam?talẽ aũt manũ,quam magno
pere pertimescens Iob dicebat ; Manũ tuã
17 longe fac à me.Siquidem igitur hic Dñs uo
bis dicit:caput extollite,hoc est cęlestia cõ
templamini,&c.caput reclinate per humi-
litatẽ,uultum cõuertite,& proximis uestris
loquimini, inimicisq; uestris ignoscite . A-
perite os,i.laudate me,quare huic potẽtissi
mo Dño nõ obtẽperatis?obeditis tonsori ti
mẽtes ne uos percutiat,quare igit nõ time
tis,ne à Deo percutiamini?cauete ne ancipi
ti illo gladio uos abscindat,qui quidẽ cor-
pus occidit,animã uerò in infernum perpe
tuis ignibus cõcremandã detrudit.O utinã
ęterna Dei Maiestas oculos uestros aperiat
ut hæc tam necessaria penitus cognoscatis.

Sequitur in textu. *Et continuo surgens mi
nistrabat illis.* Ecce quare Dñs uobis salutẽ
18 cõfert,ut scilicet,cũ primũ à morbo surrexe
rittis,illi seruiatis,sicut hæc bona mulier fe-
cit,quæ statim ualetudinẽ uirisque suas in
illius ministerio occupauit,qui sibi salutem
concesserat.Non equidẽ uos ita facitis,sed
ad nihil aliud ualetudinẽ accipere uidemi-
ni,quã ut illa quasi armatura contra Deum
uestrũ muniamini.Vide miser quid dixeris,
quando in lecto ægrotus tenebaris? & uide
quid feceris postquam ualetudinẽ recupe-
rasti.In quot turpitudines,cupiditates, ãbi-
tiones,postea immissus es.O cęlũ,ò terra su
per tãta iniquitate obstupescite.O quoties
bonus Dauid Sauli seruiuit,q̃ ingratus autẽ
huc,atq,illuc maledictus Saul tãta solicitu
dine fatigatus incedebat,illumq; perseque-
batur,ut occideret, cùmq; tã maledicta solici
tudine premeretur,illũ Dauid in potestate
19 sua habuit,eiq; mortem potuit inferre, qñ
1.Re.24. partẽ pallij eius abscidit:q̃ cùm cognoscceret
Saul dixit illi:iustior tu es quã ego,tu enim
tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi
mala.Et statim post parum tẽporis illum in
sectatus est iterũ,& conatus est eũ occidere.
Sic tu facis cũ Deo: animaduerte ò pecca-
tor te à Deo in lecto iuxta mortẽ teneri,tu
uerò dicis:O Domine iustior tu es q̃ ego.
Tu enim tribuisti,&c.ego emẽdabor,ego ti
bi seruiam;ut primũ autẽ à lecto surgis sta-
tim illũ offendis.An diuitias bonitatis eius
& patiẽtiæ,& longanimitas contẽnis,igno-
rant qm benignitas Dei ad pniam te addu
cit?Aduertite Ezechiã,quã ingratus ab infir
mitate quadã exit,cùm tñ illi Dñs benefi- Rom.2.
cium feciſſet,ut pp unã lachrymam, quam
effudi,qñ Esaias illum cõminatus est,ut ad Esai.38.
monte prępararetur:quindecim annos uitę
eius addiderit,dederitq; signũ,ut sol decem
gradus regrederetur, Angelũ q. miserit,q
cõplures ex hostibus eius interimeret cùm 20
ille in maximas angustias ab eis esset reda-
ctus.Postquã autem ualetudinem,tñq. bo
nũ perceperat,cũ tanta ingratitudine exit,
ut de illo dicatur:sed non iuxta beneficia,
quę acceperat,retribuit ,quia elatũ est cor
eius,& cũ superbia thesauros suos Babyloni
cis ostendit,& facta est cõtra eum ira Dei,& 2. Par.32.
contra Iudã,& Israelem.Propter peccatũ
enim Regis solet Deus uniuersum regnũ
punire.Ecce quid ab infirmitate surrexit ,
ut scilicet ualetudine sua illũ offenderet q
eã sibi concessit.Idcircò ego dico continuã
q̃dam orationem fieri oportere.Et unũ qm
q̃ Deum sic debere exorare.O Dñe conce 21
de mihi quæso gratitudinẽ cum bonis,quæ
mihi largiris.Nolo bona sine gratitudine,si
ne qua oĩa sunt aconitũ,& uenenum.Homi
ni ingrato plus officit bonum , q̃ uniuersa
mundi mala,siquidẽ bonis superbus exur-
git,malis autem humiliatur. Rogate igitur
Deũ fratres charissimi,ut uos gratos faciat.
Et q̃do à morbis exurgitis incipite illi ex
animo seruire. Et cauete ne sicut ire sicut
ira Dei cõtra Ezechiam, eiusq; regnũ facta
fuit:sic etiam cõtra uos exurgat.Nõ.n.unũ
uobis,alium uerò alijs Deum esse oportet.

*Cũ autem sol occubisset,omnes,qui habebãt
infirmos,&c.* Post solis occasum infirmos ad
Dominũ tulerunt,quia dies festus erat,nec
uero antea illos deferre audebant , festum
enim uiolare sibi uidebantur,si infirmos an
te solis occasum deferrẽt,ut ill is man⁹ im
poneret,salutemq. conferret Sic enim illos
falsi prędicatores docebant,cũ tamẽ res sit, 22
qua festũ sum mopere sanctificatur,q̃ pera-
ctis diuinis officijs infirmis subueniatur.Sa
ni deferebant ægros diuersis infirmitatibus
ad Dñm, ut illis ualetudinem impertiret.
Et sic modo fieri oportet,quod sani morib⁹
debent omnibus possibilibus uijs,& ratio-
nibus infirmos,(hoc est peccatores)ad ue-
rum medicum Iesum Christum spirituali-

ter

ter sanandos deducere. Maius, & præstãti⁹ factũ, quod hõ in toto hoc orbe potest gere re est unã animã lucrari. Hęc est.n. pretiosior, & meliores, quæ in uniuerso mundo est. Quibus modis, & stratagematis uterẽ hõ si industria sua se imperiũ posse cõparare cognosceret Has igitur, & multò plures
23 rationes, & diligentiã oportet nos ad animã
2.Ti.2. lu crandã adhibere. Idcirco B. Paulus dicebat, omnia sustineo ꝓpter electos, ut & ipsi saluté consequantur. Nullo labore, aut difficultate nos ab hoc charitatis opere reuocari d berem⁹ O fœlicẽ, & beatũ illũ, q hęc intelligit, & omni possibilitate sua exercet.

D.Th.3.p. q.42 art.1 ad 1. & Ca. ibi & q.47. ar.6. in Cor. *Exibant autẽ dæmonia a multis clamantia, & dicentia quia tu es filius Dei.* Quæritur inter sanctos doctores utrũ cũ diaboli hęc dicerẽt, Christũ Iesum filiũ esse Dei cognoscerent? Respõdent autem q nõ. Quare igit illũ Dei filium uuncupabãt, nisi illũ talem esse existimabant? Hoc faciebant suspicãtes ex multis signis, quæ in illo animaduertebant, illum esse filiũ Dei, & affirmabant q nescìebant, sed quod tantũmodo suspicabãtur. Talis es tu ò peccator fili diaboli, & ei⁹
24 imitator, qui plurimis dicis, non q scis, sed quod opinaris. Atq. etiã in hoc es peior diabolo, qui etsi q nesciebat, affirmabat, illud tamen, quod dicebat, erat in honorem Iesu Christi filij Dei, siquidem illum filiũ eius appellabat Quod autẽ ut dicis est plerunq. fratris tui uituperium, & ignominia. Vide ergo quàm graue sit malũ istud cum in hoc sis peior diabolo. Hoc autẽ peccatum malè de proximis iudicãdi peioribus hominibus
Eccle. 10. est communib⁹. Vt dicitur in Ecclesiastico: In uia stultus ambulans cum ipse ĩsipiẽs sit omnes stultos æstimat. Quia duos dies à turpitudinibus tuis nõ potes abstinere arbitraris, ne religiosos qdẽ uiros ab ipsis abstinere posse. Ita ille Vagao Holophernis ostiarius, cùm ipse esset carnalis & turpis suspicabaĩ Holophernem cũ Iudith dormire, & ui
Iudi.14. ce uersa erat: quoniã sancta Fœmina crebrò
25 se Deo cõmedauerat. Etiã Iob de impio di
Iob.15. cit, cùm pax sit, ille ĩsidias suspicaĩ. Nõ credit qđ reuerti possit de tenebris circũspectãs undiq; gladius. Quia impi⁹ uidit homi nẽ aliq̃do malum fuisse, arbitratur eũ sem per esse malũ. Impossibile esse iudicat quen quam de culpæ tenebris ad sanctæ uitę lucẽ ꝏuerti. O quàm magnum malum, & q̃ diabolica est hæc deceptio, uide infælix q dicit Ecclesiasticus, facile est enim in oculis Dei subito honestare pauperem, ideſt, peccatorem. Et alibi. A manè usq; ad uesperam mutabitur tempus, & hęc omnia citata in oculis Dei. Quam breuiter solet Deus peccatorem cõuertere. Hoc autem non intelligũt filij ꝓditionis. Quã uice uersa faciũt ser uiDei, qui de nemine malũ suspicãt sicut dicit B. Paulus: charitas non cogitat malum, ideſt, ubi charitas commoratur, ipsa de om nibus benè cogitare docet. In Exodo legit quod quando Pharao dixit Moysi, & Aarõ: Dominũ, ut auferat ranas à me, & à populo
26 meo, & dimittã populũ, ut sacrificet Dño, illi libentissimè hoc fecerunt, & dicit ibidem sanctus textus quòd egressi sunt Moyses, & Aaron à Pharaone, egressi sunt (inq̃) cõtenti, & ualdè lęti, sicut ꝓpendit in hoc loco interpres quidam, arbitrantes regem iã esse mitem, & sperantes populum statim dimittẽdum esse. Cùm ipsi boni essent, nullum malum de rege suspicabantur. Non cogitabant humanum cor tanta malitiam posse concipere. Et postquam Moyses in cacumine montis Sinai certior factus est de Exo.13. idololatria, quã Hebræi commiserant, quia Deus illi dixit: uade, descẽde. peccauit populus tu⁹ &c. fecerũtq. sibi uitulum cõflatilẽ, & adorauerũt. Descẽdit uir sanctus de monte cũ Iosue, quibus descendentibus dixit Io 27
sue Moysi. Vlulatus pugnæ audit̃ in castris. Ex quo colligitur Iosue non fuisse in cacumine montis, nec audiuisse Deũ cũ Moyse de peccato illo agẽtem. Et iam apertè apparet Moysen nihil de illo scelere reuelasse Iosue, quia iusti non delectantur de proximorũ peccatis loquẽdo. Hic etiã syncerita-
1.Co.13. tas, & innocentia Iosue detegitur, q quodcũ que aliud ĩfortuniũ de tumulto illo suspicaret, potiùs quã illos in Idololatriã incidisse iudicaret. Cui Moyses respondit. Nõ est clamor adhortantium ad pugnam, neque uociferatio compellentiũ ad fugã, sed uocẽ cantantiũ ego audio. Quasi diceret, utinam clamor ille esset pugnæ, ut haberent occa-
28 sionẽ ꝓclamandi ad Deũ, & ab illo auxiliũ postulandi. Hæc autẽ nõ est ꝓclamatio sed gaudiũ, qa Deũ offendertũt. Nõ solũ autẽ q à Deo illuminati, charitateq. pleni sunt ab his suspicionib⁹ cauẽt. uerũ de ijs etiã, q natu-
Gen.26. rali tantũ ratione ducebant, uobis dicam exẽplũ, q est in libro Geneseos, ubi dicit cũ esset S. Patriarcha Isaac i terra Abimelech regis Palæstinorũ, cumque dixisset Rebeccam sororem suam esse, prospiciens rex per fenes-

estrã uidit eum iacentẽ cũ Rebecca uxore sua. Et accersito eo ait: perspicuum est q uxor tua sit. Aduertite nũc p charitatẽ gentilis regis probitatẽ, qui uidens Isaac ludentẽ cum Rebecca noluit illũ cum sorore sua incassum iudicare: sed rẽ hanc in meliorem
29 pãrtem uertit dicens: absque dubio hæc est uxor eius, siq. dẽ cum ea iocatur. Nos uerò cum Christiani simus, cumq; maiori ratione ab hoc malo nos abstinere debeamus statim nos temerè ꝓcipitamus, & quod pei⁹ est, illa, q temerè, & insipienter iudicamus, statim alijs reuelamus occasionem illis ꝓbentes, ut etiam & ipsi ita iudicent. Et aliq̃n ea dicimus, sic ut certa, & iã deliberata, non uero sub suspicione constituta, sicuti hi dę
30 mones, qui id qđ suspicabantur, absolutè affirmabant. O terribilẽ miseriã, & æternis tormentis digniſſimã, cauete fratres reuerẽ tiam Dei à tã pernitiosa peste, sicut est hæc ex qua tantum proximis uestris prouenit
Rom.13. detrimentum, uobis autem tam graue remanet peccatum. Tu quis es (dicebat Beatus Paulus) qui iudicas alienum seruum. Domino suo stat, aut cadit: stabit autem. Potens enim Deus est statuere illum.

Seneca. Sequitur in textu. *Et increpãs nõ sinebat ea loq.* Noluit Dominus à dæmonijs laudari docens: ẽt in hoc nos debere erubescere cũ à malis laudam⁹. Etiã Seneca dixit: Sit tibi tã triste laudare à turpibus, q̃ si laudaris ob turpia. Homines prudentes debent uerba æstimare ſm qualitatem eorum, qui ea loquuntur, & si quibus homines diaboli ci te laudant, signum est, te illis esse similẽ. Cùm tales homines res bonas non soleant commendare. ¶ *Factũ ãt die, egressus ibat*
31 *in desertũ locũ.* O diuinum, & admirabile exemplum, nunquam Dñs erat otiosus: nec mane, nec uesperi cessabat benefacere. Manè in synagoga prędicabat, & statim illinc exibat, ut opera pietatis faceret, uesperi aũt ægris manus imponebat, illiſq. ualetudinẽ cõferebat, & ubi primum dies illuceſcit, in desertum pergit ad orãdum, contemplãdum, & pro nostris sceleribus lamentandũ. Discite fratres mei ab hoc diuino Magistro, ut in uirtutis uia non deficiatis, sed sẽp ulterius ꝓgrediamini ut in sanctis exercitationibus, quas cœpistis proficiatis. Et ad hoc utimini consilio qđ S. Propheta Da-
Psalm.54. uid nos admonet dicens: iacta super Dñm curam tuã, & ipse te enutriet. Et nõ dabit ĩ ęternũ fluctuationem iusto. Quod B. Hieronymus ex Hebræo uertit dicẽs: iacta sup Dño tuũ amorẽ & tuã charitatẽ, & ipse te enutriet. Ipse te enutriet, & saginabit ut animã tuã sit fortis, & cõstans ne quolibet uẽtorũ flatu sicut arũdo moueatur. Non dabit (inqt) in æternũ fluctuationẽ iusto. Hãc ãt pseuerantiam ad huius cęlestis Dñi imi
32 tationẽ esse oportet, in operũ pietatis exercitatione & in recollectione sanctę orõnis, diuinarũq. rerũ contẽplationis simul. Pluri mi.n. sunt, qui qa in diuinæ orõnis, & contẽplationis studiũ diligenter incũbunt, maxima à Dño beneficia cõsequuntur, feruorẽ que in operibus pietatis comparant. Postea uerò adeo his exterioribus exercitationib⁹ assuefiunt, ut interiorũ, unde bonũ, qđ habent, abstraxerũt, fere obliuiscãtur. Hos re Apoc.2.
prehẽdit Dñs prelati Ephesi nomine dicẽs, scio opera tua, & laborẽ, & patientiã tuã, & qa nõ potes sustinere malos, &c. sed habeo aduersum te pauca q̃ charitatẽ tuã primã reliquisti. Memor esto itaq. unde excideris,
33 & age pnìam, & prima, opera fac. Sin ãt uenio tibi, & mouebo candelabrũ tuũ de loco suo, nisi pnìam egeris. Dico fratres mei eos, qui feruorẽ orationis, & deuotionis. quã in principio sue cõuersionis habuerint, ꝓp negligentiã ꝓdiderant, oportet his uerbis magnoperè deterreri, & sic uos Dei nomine admoneo, eos q ab incepta orõnis exercitatione destitistis, sup uos reuertamini curãtes suauissimi Iesu Christi fili Dei, uestigia sectari: q̃ post tot exteriores exercitationes miæ, egressus ibat in desertum locum. Exteriori domus, & cubiculi uestri angulo de sertum tranquillum efficite, ubi diuino amore curetis inflammari: interiorumque atq; exteriorum potentiarum defectus &
ruinã, q̃ plerũq; ex corporalibus exercita- 34
tionibus solent prouenire, diligẽtissime re ficere laborate. Et sic in diuina gratia proficietis, qua cælestis beatitudo recipitur. Ad q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Feria VI. post Dominicã III. In Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatem Samariæ, quę dicitur Sichar. Ioannis.4.

REFERT Glorioſus Euãgelista Sãctus Ioannes Dñm ꝓp Phariſæorũ malitiã Iudæam reliquisse, & Galilæam

læam perrexisse. Vt aũt de una in aliam pro uinciã migraretur, necessario per mediã Samariã prætereundũ erat, & dicit Sãctũ Euãgelium Dñm ex itinere fatigatũ ad agrũ q̃ iuxta ciuitatẽ Sichar erat, accessisse: quẽ Iacob filio suo Ioseph quondã reliquerat. Et ĩ hoc agro erat putea, ad quẽ accedẽs Dñs.

Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontẽ. Iter faciebat optimus Iesus ñ eq̃tãs, sed nudis pedibus. O q̃ta cõfusio est hæc Christianis huius tpis, præsertim Ecclesiasticis uiris. Tantus est fastus, & apparatus quẽ superbia nostra nobis attulit, ut iã ñ Christiani quidẽ, sed gentiles esse uideamur, atq; illis ẽt excedamus. In libro Iosue dicit, q̃ oppugnãtibus filijs Israel terrã promissionis dixit Deus Iosue, se illi reges, q̃ in eũ cõsurrexerant, traditurũ esse: præcipitq; ei ut eorũ spolia sibi suisq; acciperet, & peculiariter illi iussit, ut equos eorum sub neruaret, currusq; triumphales igne cõbureret. Et dicit ibidẽ fecitq; sicut præceperat ei Dñs: equos eorũ subneruauit, currusq; combussit igni.

Iosu. 11.

2 Mysteriosũ fuit ꝓfecto ꝓceptũ hoc ne Hebræi, qui erãt populus Dei, & amici eius in equis & curribus incedere assuefierent. Hi .n. fasti maximam secũ amentiã & arrogantiã afferunt. Sufficit homini ut rebus necessarijs moderate utaẽ. Hinc est q̃ non iussit Deus Iosue, ut iumẽta, & humilia ãialia subneruaret. Quòd gẽtes triũphalibus currib⁹ utanẽ, tolerabile esse uideẽt; q̃ autẽ Christiani his ẽt uanitatibus delectentur, satis magnũ malum est. Hocaũt peius est, qđ nunc gentiles, Turcę, & Mauri equos & currus ñ habent: Christiani aũt ijs abundant. Quod aũt longè pessimũ est. Ecclesiastici uiri, qui redditus habẽt Ecclesię, uix iam domo sua in templũ uadũt nisi in mulis magnæ põpæ, & autoritatis. Oculos igitur in summum sacerdotẽ Iesum Christum conijciant, & ꝓ eius reuerentiam, & imitationem de istis nimijs, & superfluis pompis circuucidant.

Veniebat dulcissimus hominũ amator fa

3 tigatus post unã animã. O q̃ parum huius charitatis, & solicitudinis est hodie in orbe terrarũ. Hoc est q̃ B. Paulus dicebat: vix. n.

Rom. 5. pro iusto quis moritur, ideſt, ꝓ uirtute, pro zelo, pro honore Dei, pro animarũ deniq. cõuersione. Hoc enim significat hic iustus, pro his rebus uix est qui moriatur, uel minimũ quẽq. laborẽ patiatur, pro malo satis multi sunt; qui moriantur. ò quot pro honore, pro utilitate, ꝓ uoluptate, pro amici sui defensione, q̃ uadit, ut turpitudinẽ aliquã committat, moriunt. Pro his iniustitijs non desunt qui uitã suã periculo obijciãt, atq; ẽt moriuntur. Pro iusto aũt, ideſt pro operis executione quis moritur? nemo quidem ꝓter iustos imitatores Magistri totius iustitiæ, qui ut unã animam conuertat tanto cum labore, & defatigatione iter facit. Et sic parabolã proposuit pastoris qui reliquit nonagintanouem oues, & uenit ut unam tm̃ quæreret: significans in hoc: etsi nulla alia anima ꝓter unã in uniuerso mundo perdita esset: hanc tñ uenturũ fuisse Dñm, ut q̃reret, sicut & oẽs simul quęsuit. Et ita beneficia sãctissimæ incarnationis, uitæ, & passionis eius non sunt cõsideranda quasi genera lia oĩbus (etsi realiter uniuerso mundo uniuersalia sunt & ut illa ijs oĩbus, qui ex illis fructũ percipere uoluerint.) Sed ut singularia & propria uniuscuiusque. Amor enim, quo diuinus Redẽptor beneficia hæc in homines contulit, illa propria, & singularia efficit quantũ est ex parte sui. Celeriter ibat ut hanc mulierem iuxta pũteũ inueniret, ne hanc occasionem ꝓtermitteret, sed iã ipse iuxta puteũ esset, cũ illa ad hauriẽdam aquam accederet, ut ad bonum faciendum occasiones quęrere discamus, sicut nos admonet Ecclesiasticus dicens: fili conserua tps. Et alia translatio dicit: occasionẽ obser ua. Obserua (inquit) occasionẽ benefaciẽdi, ut illã arripias. Dicit hoc, quia statim prærerit, nisi illã manibus arripiamus. Vult Spiritus Sanctus, ut quasi in specula occasionẽ expectemus, ut cum primũ obreperit, illam apprehendamus, & ea utamur. Occasiones mali, etsi illas non quæramus, ipsæ sese nobis offerunt occasiones: aũt boni, non tam cito reperiũtur. De maledicto Iuda dicit B. Lucas & quærebat oportunitatẽ, ut traderet cũ sine turbis. Ad tñ insultũ, tãq; uesaniã ꝓditionẽ opportunitatẽ, & occasionẽ inqrebat. Quare ergo tu ò Christiane oppor tunitatẽ non inuestigabis ad faciendã, q̃ ad animæ tuæ salutem sunt conducibilia?

Luc. 15. 4

Ecclꝰ. 4.

Luc. 22. 5

Cum Dñs esset delicatissimus, iterq̃ longum confeciſſet, & hora esset quasi sexta, ꝓ in illa regione ubi in meridie tantus est calor, & æstus, ut ignis à cœlo pluere uideatur; atq; etiã quia nihil illa die comederat: his omnibus de causis erat optimus Iesus nimium fatigatus. Et sic cũ hac defatigatione ad ostiũ putei sedit, ut uapor ille, qui exibat à puteo aliquid caloris, quo æstuabat,

6

bat, refrigeraret. O dulcissime redemptor aiæ meę, o potentissime cæli, & terræ imperator quare ibi sub tãto solis ardore cõmoraris? Nunquid nõ est aliqua arbor, q̃ tẽmbra sua recreet? hederam illam, q̃ Ionę præparasti, ut eum à solis calore tueretur: quare etiam tibi præparare noluisti? Aquilã illã, q̃ B. Seruatio tribuisti, ut altera ala quasi uẽtilabro illum refrigeraret, altera uerò quasi conopæo eum à sole protegerit, quare tibi non assumis? ubi sunt Deus meus Angeli tui, qa tibi non ministrant. O admirabilem optimi Dei nostri charitatem? qua suorum necessitatib⁹ occurrit, ipse aũt quatenus homo omnes labores sine ullo refrigerio, & cõsolatione perpeti uoluit, quo suũ erga nos amorem maximum clarius reuelaret.

Ioan. 4.

7

Sedebat sic super fontem. Sic fatigatus ut nobis opus erat, sedente corpore anima non quiescebat, sed defatigationis suæ causam cogitabat. Et qũo labores ac defatigationes suę tã paucis (eorũ culpa), pfuturę erãt, atq; hoc eius pœnam, ac dolorem magis adaugebat. Hoc adnotauit B Ioannes, dicens: Cum aũt tanta signa feciſſet coram eis non credebant in eum. Et D Marcus dicit. Et mirabatur ꝓp incredulitatem illorum. O admirabilem exaggerationem? q̃ ipse Deus admiratur in quem non cadit admiratio. Magis defatigatur mercenarius, quando illi merces denegatur, q̃ defatigatur est labor, quẽ in illa promerenda tulit. Merces Iesu Christi Dei nostri est utilitas, & prouẽtus noster spũalis, q̃ aũt ex laboribus suis fructum nõ percipiamus hoc illi maiorem dolorem, & pœnam attulit, quàm labores corporales.

Ioan. 12.

Mar. 6.

8

Venit mulier de Samaria. Et inopinatam, quamq̃ non q̃rebat uitam, inuenit. O ineffabilia iudicia Dei? Et quàm meritò dixit B. Paulus: Igitur non uolentis, neque currẽtis, sed miserentis est Dei. Hæc mulier, nec uolebat, nec quærebat, nec currebat, & tamẽ misericordiam impetrauit. Ecce illam idolo

Rom. 9.

9 latram, peccatricem, quæ quinque uiros habuerat, nunc autem lenonem habebat, in q̃ cunque partem eius, oculos conijciatis, uilissimam illam esse iudicabitis. Ex mala patria, ex mala generatione, infamem, diuitijs egentem, & multo magis uirtutibus carentem. Quidcunque in illa reperiri potest Dei donis est indignũ. Accedens autem ad fontem, quod minus cogitabat, cuiusque magis immemor erat, animę suæ salus erat, in quã tamen diuina probitas suos clementissimos oculos coniecit. Sicque illã nobilem, & honestam reddidit, ut ex infami peccatrice in minimo temporis spatio quodãmodo Apostolam, & Euangelizantem illam effecerit. Magnopere gaudeamus fratres mei, eo qđ tam clementem Deum, ac dominum habeamus: qui cùm tam misericors & liberalis sit in eos, qui illum non quærunt, qualis erit in illos, qui eum diligentissimè quæsierint, illumque ex toto corde suo dixerint? si hoc facit cum ijs, qui sui obliuiscuntur, quid faciet cum illis, qui ipsius sunt memores?

Dicit ei Iesus. Da mihi bibere. Cui illa respondit, dicens: Quõ tu Iudęus cum sis, &c. Non enim coutunt ur Iudæi Samaritanis. Tãta inter illos erat inimicitia, ut ne parũ quidem aquæ Samaritana Iesu Christo dare auderet, eo q̃ Iudęus esset. Illorum autem dissensionem non miror: sed hoc summopere admiror, quòd cum Christiani simus legemque amoris profiteamur maximæ sint inter nos simultates, & odia. Quòd si linguarum discordia admirabile illud opus Babyloni- Gene. 11.
cæ turris conturbauit, & destruxit, quãto magis cordium disparitas, & discordia nos oẽs poterit euertere? Quapropter cum tam parum pacis internos uersetur, minime debemus admirari, si tam abiectos, atque humi 11
prostratos nos experiamur. Ad rerum omnium naturalium generationem omnia elementa oportet conuenire, & ablata uniuersa discordia, & repugnantia, quæ inter illa est, in una concordia, & necessitudine coniungantur. Ex hac autem elementorum cõcordia pretiosæ margaritę generanẽ, aurũ, argentum, cæteraque decora omnia metalla producuntur, in quibus summopere Dei sapientia illucescit. Quid uerò uniuersæ medicinę regulæ dicent, nisi ex humorum concordia ualetudinem oriri, ipsorumque discordia innumeros morbos, & mortem procedere? Suauis autem musica, in quo nisi in conformi uocum concentu consistit? Atque hoc uoluit natura docere in lapide Thirreo. qui si integer in aquas immittitur, non submergitur: si aũt confractus, & diuisus conijcitur, statim demergitur in profundum. Sic Respublica, Monasteriũ, & Senatus in amore, & concordia mirabiliter conseruantur, diuisione uerò omnia consumuntur, & diluuntur. Quapropter fratres charissimi uos rogo, sanctissimęque Trinitatis nomine aduro, ut passiones omnes, & odia deponatis. Attendite totum malum, quod proxi-

12

mis

Universidad de Deusto
Biblioteca

mis uestris facere potestis minimum esse,si
Psal. 117. cum incõmodo,q̃ uobis infertis,compareꝫ.
Ideo Dauid dixit.Circundederunt me sicut
apes.Merito equidem inimicos apibus com
parauit,q̃ parũ damni afferunt illi, quem cõ
pungunt,ipsæ uerò moriũtur. Vt aũt discor
dias euitetis,q̃ sæpenumerò ex nẽnijs,pun-
23 ctis,& leuissimis uerbis oriunt̃,q̃ nullam ha
bent uim,nisi q̃ tu imaginatione tua illis tri
buis,optima utimini prudentia,& consilio,
quod uos docet Spiritus sanctus, dicens:Bo
Eccle. 1. nus sensus usq; in tẽs absconditꝰ uerba illiꝰ,
& labia multarum enarrabunt sensum illiꝰ.
Magna est hominum amentia,quod si igno
miniosum illis uerbum dicatur, aut q̃ illis
molestiam attulit: maxime fatigantur illud
ante oculos ferentes,& crebro consideratio
ne ruminantes. Est ne(aiunt)possibile homi
14 nem illũ hoc mihi dixisse?hic ꝓfecto est de
fectus prudentię.Hõ prudens abscondit uer
bũ,q̃ illi molestiã allaturũ est, nec illud in
cogitationẽ suã patitur uenire. Et idcirco di
gnus est q̃ ut prudens sapiensq̃ laudetur.

Hæc Samaritana habebat concubinariũ,
& fortasse non faciebat scrupulũ de hoc,ma
ximum uero scrupulũ esse ducit proximo in
digenti parum aquæ ꝑbere. O quot homi
nes huiuscemodi reperiunt̃, q̃ res grauissi-
mas parui faciunt,in rebus uero minimis se
Matt.23. scrupulosos ostendunt, sicut dixit dñs: Væ
uobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, duces
cęci ex colantes culicem:camelũ aũt glutiẽ
tes.Vt Dauid adulteriũ cõmitteret, interro
2.Reg.12. gabat,an mulier esset sanctificata ab immũ
ditia sua.Vidistis nũc scrupulũ?ñ hẽbat,scru-
pulũ q̃ mulier illa nupta essent,& ipse adul-
terium committeret,& scrupulum habebat
glutiendi culicem. Acsi grauius peccatum
esset ad illam eccedere,quę lege immunda
15 erat,q̃ ad illam,q̃ uiro tradita erat. Fratres
bonum est uos de paruis peccatis scrupulũ
habere:nam idcirco dixit dominus illis Pha
risæis:Hæc oportuit facere,& illa non omit-
tere,sed oportet uos multo maiorẽ de ma-
gnis rebus scrupulum habere,siquidem in
illis magis saluatio nostra periclitatur.

Respondit Iesus, & dixit ei: Si scires donũ Dei,&c. Horũ uerborum optimus quidem
sensus est hic.Mulier si intelligeres q̃tum be
neficium Deus in te conferat, cum ego à te
quicq̃ petã.Si cognosceres q̃ utile est homi
ni aliquid Deo dare;siquidem unum petit,
ut ꝓ illo centũ retribuat,& prius nobis do-
nat q̃ à nobis exposcit:prius alterã manũ ad
largiendum,q̃ alterã ad recipiendum porri
git.Et sicut dicit Ecclesiasticus. Ad locum
de exeunt flumina reuertuntur, ut iterum Eccle. 1
fluant.Qđ mare secretis quibusdam uenis,
fontibus, ac fluminibus aquas suppeditat,
quas ab illis palã recipit,sic ẽt Deus ea om-
nia,q̃ illi damus, secreto nobis restituit.O
mulier,si scires quam liberalis est Deus,q̃
est hic,qui modo à te petit,tu forsitã petij
16 ses ab eo,& dedisset tibi aquam uiuã.Nota
te q̃ qñ dicit ipsam à se petituriã esse addi-
dit hoc aduerbium,forsitan.In quo liberum
arbitrium designauit,q̃ qđ ꝺei cognitione
non tollitur. Et sic multi eum cognoscunt,
qui tamẽ ab eo nihil petunt. Qñ uero di-
xit,dedisset tibi,non addidit,forsitan.Nã ut 2. Tim.2.
dicit D.Paulus.Ille,scilicet,Deus fidelis per
manet,negare seipsum non potest. Non po-
nit sub dubio se aquam uiuam concessurũ
esse,si illam ab eo petieris,sicut,& quo opor
tet. O infinitam Dei probitatem, quot suæ
immensę mię nobis pignora largitur. Nos
uero ex illa fructum nolumus percipere.A-
quam uiuam appellat gratiam, quæ animas
uiuificat,& sic qui illa carent,mortui nuncu 17
pantur.Idcirco Deus alloquens,& consolãs
Isaiam,quod peccatores populi sui ad gra- Isai.26.
tiam reddituri erãt,dicit:Viuent mortui tui
Et considerans Propheta maximum hoc
esse beneficium,cum admiratione replicat,
dicens:Interfecti mei resurgent,acsi diceret;
O ineffabilem Dei beneficium, quod pecca
tores populi mei resurrecturi,& uitam gra-
tię recuperaturi sunt.

Cumq; illa diceret: *Puteus altus est:unde ergo habes aquam uiuam? Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet iterum,&c.* Viq; ibi: *Non sitiet in æternum.* Ad aquã ex secularibus pu- Similꝫ.
teis hauriendam plurimis funibus opus est.
Vt aliqd ex hoc mundo eliciatur tanto in-
genio,& negotiatione opus est,ut illud pro-
curantes homines faciat insanire. Acceditis
ad regium tribunal ad efflagitandam iusti- 18
tiam.Vt autem illam hauriatis, tandiu com
moraturi estis,totq; funes,& patrociuia q̃si
turi,& munera oblaturi eſtis,ut defatigemi
ni,& quando iam tandem pro uobis fertur
sententia,& plura sunt dispendia,q̃ feciſtis,q̃
præcipuum, quod ex lite quęrebatur. Qui
uerò postulant beneficia,tam cara illa alli-
ciunt,ac si ea emerẽt. Qui cathedram expe
tit,q̃ ambituum funes prius injiciunt:q̃ illã
hauriat:ut bñficiũ aliqđ cõsequamini,quot
annos illis priùs seruitis, à quibus illa spera
tis

tis adipisci,& quot illos largitionibus cor-
rũpitis?quot pecunias cõsumitis? nec aduer
titis illã esse simoniã, Deũq; grauissime of-
fendit.O Pater ego nõ largior munera, nec
pecunias præbeo pro beneficio, sed ꝓ eius
redditibus Dic igit mihi frater, si uidẽs pre
tiosam margaritã,& tibi splẽdor magnope-
re placeret:diceres:Dñe accipe cẽtũ aureos,
illius margaritæ splendorẽ mihi uende.hic
est.n.qui mihi placet, oculisq̃ meis est de
lectabilis. Nũquid si tale diceres stultus nõ
credereris?Nũquid ignoras accidẽs sine su-
biecto uendi non posse, & nescis margaritã
simul emendã esse,si eius splendorẽ uis eme
19 re?sic ꝓfecto est in beneficijs,de quibus loq
mur.Dicis duo illa, aut tria millia aureorũ,
quæ illius beneficij sunt redditus quotãnis,
corã oculis tuis maximè rutilare, & hæc te
uelle emere affirmas.Hoc aũt fieri non põt,
aurei.n.illi sunt accidens, qđ subiecto adhæ
ret:& si reddit̃ emis,beneficiũ simul emis,
& maximã Deo infers iniuriã, nec tñ istud
animaduertis ꝓ nimiã sitim ardentissimũ-
q̃ desiderium quo teneris bibendi aquam
putei huius mũdi. Hæc igit aqua,quæ tanto
cũ labore hauritur, bibenti illã non extin-
guit sitim,sed sitiet iterũ.Nã uere potius ęq
umbra,quã ipsa aqua dici põt. Nec uerò qs
quis unquã aliquid quæsiuit, contentus est
20 eius umbrã adipisci. Quod oẽs naturaliter
desiderant, est uoluptas.Vera aũt uoluptas
in solis diuinis rebus est,cætera enim tꝑalia
huius seculi sunt quędã umbra:sicut dicitur
malos in inferno cõfiteri,dicentes.Transie-
Sap.5. runt oia illa tanquã umbra. Vnde infertur
quã insensati sint seculares hoẽs,qui his re
bus terrestribus delectãtur.Sicut cati,q̃ sua
Similꝫ. met umbra lasciuiunt,& infans,qui umbrã
suã amplecti curat,uerũ aliquod corpus es-
Eccl.34. se arbitrans.De qbus Ecclesiasticus: Quasi
qui apprehendit umbrã,& ꝑsequitur uentũ,
sic & qui attẽdit ad uisa mẽdacia. Ecce qũo
Similꝫ. Spũs sanctus res huius seculi appellat men
dacia. Magi artibus suis efficiunt, ut appa-
21 reat hic hortus amœnissimus eũ arboribus
fructibus oneratis:sed qñ acceditis ad colli
gendos fructus,nihil inuenitis, & cõgnosci-
tis nihil esse præter solã apparentiã. Tales
sunt oẽs res huius mundi,undæ ergo proue
nit,quod cũ res seculares sint umbræ, non
uerò aqua uera., quæ sitim extinguat. il-
Similꝫ. las tantopere diligamus, tantaq̃ solicitu
dine perquiramus. Ego uobis hoc dicam:
quando hõ habet solem ante oculos, tunc
umbra est post terga, qñ aũt sol est à tergo,
umbra hoiem prędcedit.Ita etiam qñ Deum
ante oculos gerimus,attẽtęq. atq. affectuo
se eius gloriam contẽplamur, à tergo geri-
mus præsentis uitæ umbram,& quicquid in
illa est pro nihilo ducimus.O fratres charis
simi,si assuescęretis quotidie aliquot horas
curã diuina Maiestate uos afferre, & uerè,
atque ex animo res uestras cũ illo tractare,
atq. etiam gloriã,quã bonis preparatam ha
bet, tormentaq̃ quibus malos puniendos
esse decreuit,assidua animi cogitatione uo- 22
lueretis q̃ à tergo oẽs huius mundi nænias
gereretis,& illas quasi umbras nequaquam
apprehendere curaretis. Quando Dauid di
cebat:Diuitiæ si affluant,nolite cor appone
re,optimè credo eum ab omnibus seculari
bus rebus longè suum euulisisse,Nec uerò
istud admiror,ipse enim dixit.Prouidebam Psalm.15.
Dominũ in cõspectu meo semper,qñ à dex
tris est mihi,ne cõmouear. Cumq̃ solem
ante oculos suos ferret,apertè sequitur illũ
à tergo gesturum esse umbram.Verũ uę uæ
nobis,quãtopere in hoc deficimus?O Deus
infinitæ Maiestatis, quis nunc uerba habe-
ret,quibus hoc satis digne posset ampliare?
Tu Deus meus mihi efficaciã largire,quo
his fratribus tã meis necessariam hanc rem
sciam persuadere. Ecce malorum uestrarũ
fontem.Solem à tergo geritis, ita Dei obli-
ti inceditis,tam à tergo illũ defertis,ut hinc
23 proueniat quòd umbrã corã oculis feratis.
Hinc est quod secularia tantoperè studio,
ac solicitudine perquiratis.Sin minus dici-
te quęso,ex quotquot horis sunt̃ in die,quot
in Dei cogitatione,& in maximis eius erga
uos beneficijs,atq. in arctissima ratione, q̃
illi de his, omnibus reddituri estis, confu-
mitis.O cæci,quate nõ pudore confundimi
ni,scientes plurimos dies prętcrire, in qui-
bus non magis de Deo cogitatis, ac si Deꝰ
non esset, nec aliam uitam esse crederetis? 24
Dũm igitur tantopere Dei obliuiscamini,
illumq̃ ita contemptum post terga defe-
ratis,potiùs admiror quæ non facitis mala,
quàm ea,quę facitis.Pudeat uos fratres mei
quasi gentes uiuere,hęc secularia tanto stu
dio inuestigantes, siquidem postquam illa
consequuti fueritis, tam aridi ac sitientes
remensuri estis,sicut antea. Quapropter di-
uinã gratiam, quæ ex diuinæ, probitatis pu
teo hauritur,adipisci curate: ad quã hauriẽ
dum non opus est his funibus, negotijs, &
solicitudinibus: & postquam hausta, & bi-

bita

bita est,secularĩ sitim extinguit, sicut hic summa Veritas affirmat, dicens: Qui autẽ biberit ex aqua,q̃ ego dabo ei,non sitiet in ęternum,& quamuis temporalium rerum sitim extinguit,quò tamen plus ex illa bibit eo maiorem Dei habet sitim,ardentiusq́ illum uidere desiderat.

Et dicit amplius: *Sed aqua,q̃ ego dabo*
25 *ei fiet ĩ eo fons aquæ salientis in uitã æternã.* Toties gratiã appellat aquã,vt significet admirabilẽ efficaciam,q̃ habet ad aias,ab immunditijs suis abluendas. Et ita intelligitur illud,qđ dixit p Ezechielem: Effundã sup uos aquã mundam,& mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris, q̃ quidem diuina est eius gratia. O si nobis hæc aqua pluEzec.36. eret,cũ tã immũdi, & obscœni simus,q̃ mundi. & decori maneremus. Sic dicit Dauid, Psalm.67. ubi p eo qđ nos legimus: Si dormiatis inter medios cleros pẽnæ colũbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri. Alij p uerbo: cleros, cacabos, & ollas uerterunt, ideſt,si tam immundi, & obscœni peccatis uestris cõmoramini, sicut qui inter immundas ollas cõmoratur,& quasi carbones effecti estis: postq̃ abluti fueritis pulchri & de-
26 cori eritis sicut colũba,in qua solis radij reuerberãt,q̃ deargẽtata,& inaurata eẽ uidẽt. Sic abluit,& exornat gratia,& sit ĩ eo,q̃ biberit illã fons aquę salientis in uitã ęternã, ideſt,aias,in qb. cõmoratur tanto cæli desiderio inflãmat,ut oẽs ĉi⁹ cogitationes,uerba,actionesq́;, & uniuersi motus illuc dirigant,& in hoc totus occupet. Qđ si hoc uobis incredibile uidẽt,magnetis uirtutẽ contemplamini, miraculosum. n. qd uidẽt qđ arc⁹ illũ attingẽs talẽ uirtutẽ recipit,ut ubi cunq. illã colloces,statim motu suo uersus Septentrionalẽ plagã tendant,& quousq. illuc pueniat,nõ sistat. Et cum tot sydera, & planetæ ĩ cælo sint, oẽs tñ deserit, & sydus illud pgit,qđ Hispanè dicit [*Norte*]. Sic ergo magnes tã admirabilẽ illã uirtutẽ acui p
27 bet, quid mirũ q̃ diuina gratia hunc motũ uersus cælũ animæ tribuat,& q̃ ĩ eis corde psiliat p desiderio iam illic commorandi? Tactus erat gratia Diuus Paulus & illi, de Phili.3. qb. loquebatur,cùm dixit: Cõuersatio nostra in cælis est. Ex his Saluatoris nostri uerbis tristitiã,& timorẽ maximũ cõcipere deberemus. qa siquidem dicit gratiã suã usq. ad uitã æternã psilire ab affectu, qa animam psilire facit, signũ est diuinam hanc gratiã in plurimis nostrũ forsitan non esse, quando quidem quietissimi sumus ad uitam æternam minimè prosilimus.

Sequitur in textu. *Dixit ad eũ mulier. Domine da mihi hanc aquam, &c. Voca uirum tuũ ait ei Dominus.* Quid? Dñe Deus meus nõ potes illi aquã dare absq. facultate uiri eius? Mulier hæc aqua talis est,q̃ coram uiro tuo dari possit. Non sunt bona dona, q̃ fœminis dantur,nec tñ corã earum uiris eis dari possunt: signũ est enim,oĩa esse ad malum,&c. *Non habeo uirũ, respondit mulier,* 28 habebat enim cõcubinarium. O quantum est hoc malum,& quã uniuersale in Ecclesia Dei. Miserabilis est uisu imbecillitas, q̃ est circa hoc,quod tam fortem & magnanimũ te pbes,ut quaternos hostes aggrediaris,nec tela, nec Turcas immittentes illa p timescis,oculo⁹ aũt fœminę te deijcit humique prostrat,nec animũ habes ad tã debile iaculũ superandũ? O pusillanimis,qui tã misere superatus es & decidisti, atque tandiu cum ista mala familiaritate humi pstratus iaces? Ideò dicit B. Augustinus: Inter omnia August. Christianorum certamina, duriora sunt pelia castitatis,ubi cõtinua pugna, & rara uictoria: Hoc aũt est pp imbecillitatem, pusillanimitatemq́ nostram. Et ratio quare 29 homines in huius uitij cœno tandiu cõmorantur,hæc est, quia alia uitia aliquã hominis partẽ liberã relinquere uidentur,nec rõ remanet tam submersa, quo postea erroré quem possit cognoscere, hoc uero turpissimum uitium totũ hominem penitus uidetur occupare, atq; illũ amentem relinque re,sicut affirmat Sãctus Propheta Oseas cũ Osee 5. dicit: nõ dabunt cogitationes suas,vt reuertantur ad Deum suum,quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominũ nõ cognouerunt. Quod si ille q ad nuptias in Luc.14. uitatus est,se excusauit,quia uxorem duxerat,quid faciet concubinatus? O quãtũ hęc duo uos deberent deterrere,uos (inquã) q in isto misero, & maledicto statu cõmoramini. Maximè autem uerbum illud Oseæ, quod dicit: Non dabunt cogitationes suas 30 ut reuertantur ad Dominum, ideſt, quod hi peccatores ne quidem ad Dominum reuerti cogitabunt. O terribilem exaggerationẽ? quis est qui illam audiens non obstupescit? Ne autem in hoc tantum malum deuenias tis, cauete ab omni illius occasione. Videte quid dicat Spiritus sanctus: Cõmorari leoni,& draconi,placebit,quam habitare cum Eccl.25. muliere nequam.

Non

Nõ hẽt uirum. Dixit ei Iesus: Bene dixisti. Vt hoc illa fateretur,dixerat illi dñs: Voca uirum tuũ,ut ex eius respõsione occasionẽ acciperet,reuelandi se illi. Et ita factum est: nã animaduertens mulieres suas à dño cognosci,dixit. Dñe,ut uideo,Prophęta es tu. Psalm.10. Videte quid faciat animus malitiæ, & passionis immunis, Pharisæi postq̃ Christum R.N. tot,tantaq́; miracula facere perspexerant: appellant illum dæmonium habentẽ: Samaritana autem mulier, cum unum uerbum fuerit locutus, illum Prophetam esse
31 credit,& incipit statim eum orationis res interrogare,dicens: *Patres nostri in monte hoc adorauerunt, &c.* Dñs autem mitissimè illã erudiuit quęnã sit adoratio,& oratio diuinæ Maiestati acceptabilis,hæc uero est q̃ sit in spiritu,i. Deum intimo quodam affectu, & charitatis feruore diligendo, & in uerita te credendo,& sine aliquo intellectus errore de diuina Maiestate sentiẽdo. Res est maxima consideratione digna, quòd in initio conuersionis huius mulieris tam prolixè dñs cum illa de rebus his tam spũalibus,s. de adoratione, cultu, amore, ac fidelitate Deo debita loquatur. In quo nos docet in uirtutis exercitationibus sp̃ a facilioribus & suauioribus esse incipiendum,ne forte natura terreatur. Atque hoc manifestauit diuinus Magister mirabilibus quibusdam cõparationibus. Dicunt S. Euangelistæ Matt.9. Matthæus,& Lucas,cum a dño quæreretur,qua Luc.5. 32 re discipuli eius non ieiunarent, ipsum respondisse. Nunquid possunt filij sponsi luge re,quandiu cum illis est sponsus? Venient aũt dies cũ auferetur,ab eis sponsus,& tũc ieiunabunt. Nemo ãt immittit commissurã panni rudis,in uestimentũ uetus. Tollit n. plenitudinem eius a uestimento, & peior scissura fit. Neq; mittunt uinum nouũ in utres ueteres,alioquin rũpunt utres, & uinum effundit,& utres pereunt, sed uinũ nouũ in utres nouos mittunt,& ambo conseruantur. O q̃ diuinæ similitudines: optime apparet cuius sunt,cum sint Dei. In his
33 omnibus significat dñs prudentis hominis esse,onus imponere ẽm uires illius,cui imponendum ex debilibus, s. parum,fortibus autem multum. Quia autem carnẽ pluribus ieunijs mortificare,difficillimum est: si hoc nunc in principio hominibus, q non assuefacti sunt ieiunare, quosq; nup ex nauibus,in qbus piscabant,abstraxi onus imposuero,graue & nimis molestũ illis esse uidebit. Volo ãt nunc alijs facilioribus rebus illos instruere,qbus magnoperè quasi charissimi filij sponsi quem corã se habẽt eius amore capiant,quo amore ita sulciẽtur, ut posteà q̃ spõsus discesserit ieiunẽt,atq; alia difficiliora patiantur. Sicut dixit Ecclesiast. Eccl. 34. Oia tps hñt. Et paulò post: Tps amplexandi, & tps lõgè fieri ab amplexib. Numũ (inquit) uolo,ut in his diuinis amplexibus occupent. Vellem. eos in initio nimiũ onerare, esset idẽ qđ uelle pannũ ueterem panno nouo cõmissura resarcire,& uinũ nouũ in utres ut res immittere,ut utrumq; periret. Hoc 34 est cõsilium,q̃ oportet obseruari ab illis,q cũ peccatorib. denuò cõuersus conuersant: docere debent eos, ut in initio cõuersionis suæ sanctorũ librorũ lectioni,diuinarũ rerũ contẽplationi, gloriæ atq; inferni meditationi, orõni deniq. ac crebræ sacrosãcti dñi nostri Iesu Christi corporis cõtioni se toto conatu tradant,hisq. sanctis exercitationibus assuefiant,quæ oẽs sunt faciles,ac suaues,& aĩam ad cęteras pœnales exercitationes maximè adiuuãt,& inflãmant,unde p- Galat. 5. uenit,ut posteà facillimè illas exequantur. De quo apertè patet uoluisse dicere B. Paulũ in illis uerbis: Quod si spũ ducimini, non estis sub lege. Ex quibus male intellectis,& reflexis occasionem sumpserunt hæretici q dã,ut maximũ quendã erroré asseueraret, affirmantes iustos non teneri diuinã legem obseruare. Quid ãt uoluerit dicere Apostolus hoc exẽplo intelligẽ. Mater quę habet 35 filiũ plurimis uirtutib. exornatum,& elegãtissimũ,hæc diligit filiũ suum pp legis obligationem? Dico etsi nulla esset lex,quę tale præciperet,attamen hanc matrẽ eodẽ amoris ardore filiũ suum esse dilecturã,quo illũ præcipiente lege diligit. Hoc profectò est in uiris iustis,in quos Deus misit spiritum filij sui clamãtẽ: Abba Pater. Quosq. adeò Dei amor,diuinusq. Spiritus Sancti commouet impulsus,ut licet nulla lege diligere, & be- 36 ne operari tenerentur, hoc tamẽ diligentissimè exequerentur. Idcircò permagni interest in initijs illis exercitationibus occupari,quæ aĩum amore, & charitate inflãmãt. Nã sicut ignis in densa nube inclusus neqt requiescere, sed huc atque illuc cursitans Simile. tonitrua concitat, quousque foras erũpat: sic amor in pectore inclusus, ubi primũ uigorẽ percipit,nõ sistit,quousq. per opera reueletur. Ecce causam,ob quam diuinus Magister de his rebus in principio cõuersionis

huius

huius mulieris loquitur,& tandem sese illi manifesto declarauit,dicens. *Ego sum qui loquor tecum.* Ego sum(inqt)ille Messias,quē tu expectas.O fœlicissimas aures, quæ tale uerbum audierūt?Dicēs hæc uerba eius intellectū dñs illuminauit, eiusq. uoluntatē diuino amore inflāmauit.Et ita illuminata & cęlesti charitas captiuata cantarum, fūnemq. dimisit,& pgit bonos nuncios cuiusb. suis relatura, ut oēs ad dñō seruiendū ,ppe rarent. Dñs tū nobis efficaciam concedat, ut iunicē nos ad Deum maximo aī affectu glorificandum confortemus, & semper in ipsius gloria commorari diligentissimè cu remus,qua cęlestis gloria comparatur, ad quā nos perducat Iesus Mariæ filius. Amē.

Simile.

37

Matt.19.

Exod.3.

Sabbatho post Dominicā III. in Quadragesima.

Matt.18. *Perrexit Iesus in montē Olueti,et diluculo iterum uenit in templum.Io.8.*

1 DEfatigatus diuinus Redemptor prædicando in templo in montis asperitatem perrexit,ut inter duras rupes noctem duceret,& diluculo iterum uenit in templum.Maxima cō fusio est hæc illis, qui se Christianos esse iactant,& in uoluptatib⁹ uiuunt,atq. in molib. lectis usq. ad meridiem requiescunt.O carnales hoies qd ibi speratis? quid ex tanta relaxatione nisi sensualis turpitudo poterit dimanare?videt hęc uobis bona uia,quā ad cęlū ascēdatis? Nōne meministis diuinū Magistrū uestrū Iesum Christum dixisse Si quis uult uenire post me, abneget semetip sum,& tollat crucē suā,& sequatur me?Videtur uobis ista bona crux & bona cęlestis ducis sectatio?O cæci,& quā deceptos uos in morte reperietis?Qū De⁹ apparuit Moysi dixit ille uelle Hebræos liberare de manib. Ægyptiorū , & educere illos de terra illa in terrā bonam,& spaciosam,in terram
2 quę fluit lacte,& melle.Nō cōperitur terra ,promissionis lacte, & melle fluxisse, sed fuit hæc quædā exaggeratio ad regionis illius ubertatē significandam.Sed est dubium,siq dem dñs uolebat dicere terrā illam uberrimā esse,quare hoc nō specificauit panis,uictui sunt magis necessaria,nō uerō lacte, & melle,quæ non sunt tā necessaria? Hoc est mysterium,quòd cum terra illa promissionis cęlestis gloriæ figura esset melle,& lacte uoluit dñs eius abundantiā,& feracitatem declarare ut significaret quemadmodū lac priusq. sit candidum,& suaue sub sanguinis forma est,& sicut mel antequā sit dulce,& sapidū sub spina, & apis aculeo generatur, ita ēt antequam dulcissimę fruitionis Dei suauitatē pcipiamus oportere nos p Martyrij sanguinē(si opus esset)& per spinas & 3 aculeos tribulationum,ac laborū pertransire.Sicut Beatus Paulus docebat cum socio suo Barnaba , de quibus dicitur. Confirmantes animas discipulorum,exhortantesque ut permanerent in fide,& qm̄ per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei.Quo ergo arbitramini uos fratres, cū p sanguinem,& aculeum non transieritis introire in regnū Dei? præcipuē cum in tanta prophanitate & abundātia uoluptatū uiuatis ? lōge profecto opinione fallimini. Cōijcite fratres charissimi oculos in illū delicatissimum oium filiorū Adæ, & attēdite q̄ fatigatus in montis asperitatē abijt, non solū aūt semel,sed sępissimē, sicut affirmat Diuus Ioannes loquens de Iuda, & dicens: 4 Sciebat aūt & Iudas qui tradebat eum,locū, Ioan.18. qa frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis.Illuc proficiscebaē etiam noctu optimus magister, ut in solitudine, & tranquillitate oraret.Vbiq̄ poterat dominus orare, ipse enim nulla re conturbabatur,quia eius anima erat beata, hoc autē fecit,ut nos erudiret solitudinem quęrere ad orationes nostras, & hoc crebro facere dēmus,quia dicit dñs. Oportet semp orare,& nunq̄ deficere". Quid ad hoc dicemus illi, Luc.18. qui dies , noctesq; absq; ulla Dei recordatione prętermittimus,quiq; nec eius in nos beneficijs cōmoti illū laudamus pro illis ei gratias agentes,nec laborib. oppressi ab ipso auxiliū postulamus?O uiri,in quoū pectoribus mysteria,& magnitudines Dei sepultæ sunt,erubescite uidentes hoies,qui si 5 cut & uos ex ossibus& carne cōstitūt in diuina conseruatione dies,ac noctes cōsumētes,nobis āt ad hoc faciendum, ne una quidem hora est . Quod si aliqñ, Pater noster recitatis,tāta cogitationū confusione cōturbati estis, ut uosmetipsi quid faciatis,penitus ignoretis.Et vix incipitis, cum iam desatigamini.Quadraginta dieb⁹ & quadraginta noctibus perseuerauit Moyses in cacumine mōtis,in magna solitudine orās ad legē conse-

cōsequendā:postea uerò alijs quadraginta, ut à Deo uenia populo impetraret. Sic dixit ipse his uerbis,Et procidi ante Dñm sicut priùs quadraginta diebus , & noctibus pānē non comedens, & aquam non bibēs, propter omnia peccata uestra,quæ gessistis ante Dñm . Et paucis intermissis dicit: Et
6 exaudiuit me Dñs et ā hac uice. Tu aūt arbitraris,quia suspirium unum protulisti,nihil amplius opus esse ad ueniam consequendā,cùm tamen Sanctus Moyses quadraginta dies,& quadraginta noctes in oratione & suspirijs ad Domino pro peccatoribus exorauerit. Et S. Propheta Daniel de se dicit:Ego Daniel lugebā triū hebdomadarū diebus. Adeò Sācti illi in solitudine, oratione,& lachrymis perseuerabant, ut à Deo quicquid peterent,impetrarent.

Deut. 9.

Dan. 10.

Et diluculo uenit in templum. Nullo unq̄ tēpore tā diligēs & cōis boni solicitus prędicator visus est.Videte quomodo diluculo surrexit, non est piger ad ea conficiēda, quæ ad salutē nostrā spectant: etsi nos negligentissimi sumus ad ei seruiendū. *Et omnis populus uenit ad eū.* Dignus est laude po
7 puli feruor, q ēt diluculo surgebat ad prædicationē audiendā. Iucundissimū est Deo ministerium cū feruore, & diligentia exhibitū. Pluris æstimat Dominus unā horā, quā illi cū spiritus feruore seruis,quā plurimas tępide,& remisse in ei⁹ ministerio cōsumptas B. Ludouicus ordinis nostri obijt cū uigesimūtertiū,& dimidiū annū cōfecisset,& duodecim mortuos suscitauit.Nōpotuit ille tā breui tēpore multa ministeria Deo exhibere:neq; n. centum annos, sicut sanctus Paulus primus Eremita ieiunauit. Veruntamen hos paucos annos quos uixit tāto spiritus feruore Deo seruiunt,ut breui tēpore plurimū meruerit . Sic uellē ego
8 fratres mei uos hoc spiritu,& feruore Deo seruire , & diluculo exurgere ad audiendū uerbū Dei.Sic admonebat D. Paulus discipulū suum Timotheū,dicens:Solicite autē
1 Tim. 2. cura te ipsum probabilem exhibere Deo operariā inconfusibilē. In quo significat digūum esse confusione, & ignominia illum, qui tā bono Domino remisse , & negligenter inseruit.Sequitur in textu. *Et sedens docebat eos .* Eo aūt sic pdicante , populoque eius cœlestē doctrinā attentissimè audiente ; *Adducunt Scribæ & Pharisæi mulierem, &c.* O maledicti, neq. enim parū respectus habuerūt,ne rem tam necessariam ficut unigeniti filij Dei prædicationē per turbarent . Aliter equidē fecit sanctissimæ uirgo Maria Domina nostra, quæ accedēs semel cum cōsanguineis suis ad ostium tē pli Domino prædicante;foris stetit, neque intro ingressa fuit, sicut refert Beatus Mat Psal. 21.
theus , q accessit ad Dominū quidā & dixit ei: Ecce mater tua & fratres tui foris stāt.Satis credibile est sanctissimā Virginē 9
maxime uelle sacratissimi filij sui cōcionē audire, ne aūt sermonē pturbaret, maluit se illa spirituali cōsolatione priuare.Hi impudici nullū bonū respectū habuerūt , sed petulāter p mediā cōcionē ingrediunt, & dicūt: *Magister,hæc mulier modo deprehēsa est in adulterio.* O terribilē miseriā,q cum uniuersus populus pdicationē & tāti pdicatoris pdicationē audiret:misera illa tantū cōtra Deū crimen, & cōtra uirū suū pfidiā cōmittebat.O q̄ crebro fortasse hoc in nostra misera tępestate agit, q cū alij Deū, glorificāt,alij plurimas turpitudines,& scelera exercent.De hac materia uix loq, aut cogitare licet seruo Dei,ab utroq. se debe- 10
ret cohibere:sic admoaet S.Paulus, dicēs: Fornicatio aūtē,& oīs immunditia, aut auaritia nec nominet in uobis, sicut decet Ephe. 5.
sanctos : aut turpitudo,aut stultiloqū, aut scurrilitas,&c.Refert Plato in suo cōuiuio, cū Socrates de uano , & sensuali homine Plato.
uellet agere , ut eius discipuli intelligerēt, quā inuitus de illa materia loqueret , atq; ut significaret , se sola necessitate ad agendū de illa cōpelli,caput,& faciē operire cō sueuisse,ostendens q̄ molestē uiros graues, & uirtute prēditos de illa materia oporteat loq.Cū igit de hoc peccato agere necessitas nos cogat,diligētissimè curabo, ut quāta potuero modestia id faciā. Est hoc uitiū ignis quidā,quod debiles,& delicati,uoluptatibusq; assuefacti homines concremātur.Nam de iustis dicit Isaias: Cum ambulaueris in igne non cōbureris , & flamma non ardebit in te . Notandū est Prophetā dicere:Cùm ambulaueris. Mali enim non ambulant : in igne, sed dæmon illos in eo Isai. 43.
uinctos tenet . Iusti autem in igne ambulāt. Quia etsi à carnis cōcupiscentia tentā
tur,nō tamen cessant orare,& ieiunare,di- 11
sciplinisq.ac cilicijs corpora sua mortificare,atq. ad Dñm i maiori tēpestate & tribulatione accedere cognoscentes : sicut dicit Bernar.
Diuus Bernardus, ignē luxuriæ prolixum quoddam esse martyrium". De his aūt qui

ita in igne ambulant dicit Isaias, quod licet
Esai. 5. fatigentur, non tamen cõburentur. De hoc
sensualitatis uitio loquebatur Isaias, sicut
illic declarat glossa, dicẽs: Vę qui cõsurgitis
mane ad ebrietatem sectandã, & potandũ
usque ad nesperã, ut uino æstuetis. Citha-
ra, & Lyra, & Tympanũ, & Tibia, & uinũ in
conuiuiis uestris, & opus Dñi non respici-
tis, nec opera manuum eius consideratis.
12 Propterea captiuus ductꝰ est populus meꝰ
quia non habuit scientiã, & nobiles eius in
tenierunt fame, & multitudo eius siti exa-
ruit. Propterea dilatauit infernꝰ animã suã,
& aperuit os suũ absq; ullo termino. Væ
uobis (inquit) ò carnales, qui cibis, potibus-
que uos nimis traditis, ut ad peccandũ plu
res uires habeatis, & pulsatis, musicasq. in
uestigatis, quibus ad turpẽ amorem corda
uestra excitẽtur, sicut declarat ibidẽ glossa
interlinearis. Et opus Dñi non respicitis, id
est, uos ipsos quare creati estis, non respici-
tis, neq; opera, &c. Tãtopere desideratis isti
uestrę carni placere, ut terribilia supplicia,
Gen. 19. quibus dñs homines pp peccatũ istud in
diluuio, & in Sodoma, &c. punierit, nõ cõsi
4. Reg. 24. deretis. Propterea captiuꝰ, &c. Ad literam
13 cõtigit tpe Sedechiæ Iudæos, ppter hoc ui
tiũ Babylonẽ captiuos ductos fuisse, illicq.
nobiles, & ignobiles fame, & siti periisse, eo
q; sapientiã non habuerint, vt à supplicijs,
quæ Deus à peccatoribus pp hoc uitium
sumpserat sibi præcauerent. Itaq; pp hoc
peccatũ dicit Propheta Deũ tyrãnos mit-
tere qui nobis bellum inferant, fameq. &
sterilitate nos opprimit. Nec uerò in hoc
mũdo solũ nos punit, sed in alio ẽt. Et idcir
co addit Propheta, dicens, Propterea dila-
tauit infernus, &c. Propter hoc uitiũ am-
pliat infernus animam suã. Est quidã exag-
gerationis modꝰ: nã infernus nõ habet ani-
mã, sed vult dicere, infernum hoc sensuali-
tatis uitio adimpleri, & uideri aperto ore
sensuales homines deuorandos expectare,
14 & licet plurimos absorbeat; nunquã satia-
ri. Et ideò addit, dicẽs, Et aperuit os suum
absque ullo termino, idest, insatiabiliter. O
quam metuendũ hoc est, q; cum hoc uitiũ
in utroq; seculo tam acriter puniatur, uix
tamen ullo freno ab eo ualeant homines
cohiberi? Et sic arbitrio plures homines
pp hoc unum uitium, quàm pp omni alia
simul cõdemnari; præcipuè inter illos qui
fidem, tantæq. synceritatis legem habe-
mus. Peccatum uerò adulterij, eo q; sim-
plici fornicatione sit grauius, uobis longè
maximè execrabilius esse oportet: à quo
multò maiori diligentia cauere debetis. Et
sic Iob de illo agens dicit, Oculus adulteri
obseruat caliginẽ. Et paulò post: Maledicta Iob. 24.
sit pars eius in terra, &c. Ad nimiũ calorẽ
trãsijt ab aquis niuiũ, & usq. ad inferos pec
catum illius. Obliuiscatur eius mia. O ual
dè terribilia uerbaꝰ in quibus significat Spi
ritus sanctus eos, qui huic turpitudini as-
suefiunt serò emẽdari, cũ dicat, Vsq; ad in-
feros peccatũ illius. Aquas niuiũ appellat 15
hic sanctꝰ Iob carnales uoluptates, qa sicut
niues facile liquefiũt, ita carnales uolupta-
tes sunt momentaneę. Dicuntur ẽt aquę
niuiũ, quia homo carnalis in diuinis rebus
est mue frigidior, molestum est illi prædica Greg. in
tionẽ, aut missam audirẽ, &c. B. Gregorius moralib.
per has aquas niuiũ, intelligit adulteriũ.
Dicit igit Iob carnales homines ab his a-
quis niuium ad nimiũ calorẽ, gehennales-
que flammas, q̃ sunt in inferno, esse trans-
turos, ubi diuina mia eorum obliuiscetur.
Vt autem noueritis, quo ab hoc uitio caue
ne debeatis quasdã Spũs sancti normas uos
erudire uolo, quarum prima illa sit, quã do Eccle. 7.
cet Ecclesiasticus, dicens, Mulier si est tibi
scdm animã tuã, non proijcias illã. Vna ex
præcipuis fœlicitatibus cõiugalium est, q;
alterius ingenium alteri consonet, & qd sit
una utriusq. uoluntas. Et sicut sunt duo in 16
carne una, ita sint duo in uno spiritu. Et ita
cõmendabat B. Paulus discipulo suo Tito,
dicens, Tu aũt loquere quæ decẽt sanã do Tit. 2.
ctrinam. Et paulopost, Adolescẽtulas ut ui
ros suos ament. Exercamini adolescentulã
nuptam, quę uirum suũ ardentissimo amo
re non diligit, quẽ si nõ amat, ostiũ habet,
per quod pereat. Tepidus amor, qui uirum
suũ diligit, est ostiũ ad offendẽdum Deum.
Ideò in lege ueteri præcipiebatur, ut primo
anno coniugij uir nullo publico munere
fungerẽtur, scilicet, nec esset gubernator,
aut dux, &c. Derelinqte oia (dicebat Deꝰ) Deut. 22.
ut amor radices agat. Et hoc apparet ĩ Deu
tero. ubi dicit, Cũ acceperit hõ nuper uxo-
rẽ, non procedet ad bellũ, neque ei quicq̃
necessitatis iniungetur publice, sed uoca-
bit absque culpa domui suæ, ut anno uno 17
lętetur cum uxore. Oportet matrimoniũ
fortissimis fundamẽtis inniti; & necesse est,
ut uno anno se se ad amorem inuicem in-
uitent, & in eo confortentur, ut postea inde
bita uterque fidelitate conseruentur. Et id
circò

circò uolebat Deus, ut q̃ nuper uxorẽ duxit
set domi suæ maneret, nec ad bellum ꝓficis-
ceretur. Dicit ulterius B. Paulus, ut nuptias
1. Tim. 2. admoneret: sobrias esse, id est, ut in cibis, &
uestibus moderatæ essent. Et sic dixit: Mu-
lieres in habitu ornato cum uerecundia, &
sobrietate ornãtes se, non in tortis crinibus,
18 aut auro, aut margaritis, uel uestę pretiosa,
sed q̃ decet mulieres promittentes pietatẽ
1. Cor. 11. per bona opera. Et alibi præcepit mulieres
coopertis capitibus incedere, & dicit. Nam
si non uelatur mulier, tondeatur. O quã di-
uinum uerbum. Mulierem coopertam, ho-
nestã, & recollectam esse oportet. Pater non
uult, tonde igitur illam: est ignominiosum.
Cooperi ergo te; siqdem illud ignominio-
sum ducis. Si uero turpe est mulieri tonde-
ri, aut decaluari, uelet caput suum. O quot
peccatis obuiaret, si hoc ita ageretur. Dicit
ulterius B. Apostolus Tito: Admone ẽt illas,
ut sint domus curam habentes. Vt abluen-
do, resarciendo, ea deniq; faciẽdo, q̃ ad fami
lias suas spectant, occupatissimæ sint. Et tan
topere debet gaudere mulier domi suę in-
19 clusa cõmorari, ut necesse sit uirum suum il
Cant. 2. li dicere idem, quod dicebat sponsus sponsæ,
Surge, propera amica mea. Et paulo post,
Columba mea in foraminibus petræ. Et su-
perius dixerat, Iam. n hyems transijt, imber
abijt, & recessit, flores apparuerunt in terra.
Hoc significat uirum debere uxorem suam
admonere ut exeat, non uero uice uersa ut
non exeat. Tã recollectam oportet esse mu-
lierem, ut uir eius desideret iã illã foris uide
re, & dicat illi. Nunq̃ exitura es foras, ut pau
lulũ recreeris? exi iam, & animum relaxa. Ip
sa uero talis esse debet, ut dicat, Dilectus
meus mihi, & ego illi: Nullũ est aliud tm̃ so
latium, & oblectatio, q̃ animum meũ lętifi-
cet, omnesq; meas molestias releuet ꝓter te
20 ò uir amantissime. Huc spectat q̃ in Genesi
dicitur, uidelicet q̃ cũ Angeli ab Abraham
Genes. 18. fuerunt excepti, cũ iã ad mensam assiderẽt,
dixerunt. Vbi est Sara vxor tua? id est dña hu
ius domus ubi est? in quo ostenditur mulie-
rem me corã hospitibus q̃dem debere com
parere. Et licèt nimis de illa q̃sierunt, nunq̃
tm̃ sancta Sara, ꝓdijt, sed ut ibidem apparet
ꝓmittentibus illis, Saram concepturam es-
se, hoc audito, Sara risit post ostium taberna
culi. Quòd si cũ tanta ætate iã esset, puella,
corã hospitibus noluit apparere, qd faceret,
si iuuenis esset? ut sanctimoniã, & collectio
nem fœminarum t̃porum illorũ cognosca-

Secunda regula Spiritus sancti hæc est: Eccl. 9.
Non æmuleris mulierem sinus tui, ne ostendat
super te malitiã doctrinæ neq̃. Et alia tran-
slantio dicit; uxorem, quàm compleatur, ꝓ-
sequaris zelotipia, ne uere compleatur id,
quod susꝑicaris. Attende fœminarum esse
debilitatẽ, & paruũ ingeniũ id, quod illis ꝓ
hibeat facere, solummodo qa illis hoc pro-
hibeẽ. ¶ Tertia, & ultima regula si quod di- Eccl. 4.
cit Ecclesiasticus his uerbis: Noli esse sicut
leo in domo tua euertens domesticos tuos,
& opprimens subiectos tibi. Nonnulli ho- 21
mines sunt, q ingressi domum suã, sensum,
& humanitatem omnem in ostio reliquisse
uidentur. Et quasi essent leones in leonaria
inclusi, ita rugiunt, atque ictibus, & rugitib⁹
omnia uolunt efficere: qui ne bonam quidẽ
responsionem, aut humanum uerbum sciũt
loqui: ex quo prouenit, ut ab uxoribus fa-
mulisque sui odio habeantur. Quapropter
uxores cum alijs extraneis amicitiam ineun
tes ad omnia in familiaribus suis auxilium
reperiũt, ut heri sui furias ulciscantur. Qua
propter fratres mei, uos qui matrimonio al
ligati estis mites & suaues domi uestræ uos
præbete, ut ab omnibus diligamini.

His sanctis admonitionibus huic grauissi
mo malo remedium adhibebitur, ne in eam
dem miseriã & confusionem incidatis, in q̃
hæc mulier de qua loquit sanctũ Euãgeliũ, 22
lapsa est. Quæ cum coram clementissimo
dño delata esset, illi, qui eã deferebant, iniũ
tissime domino dicebãt: tu ergo quid dicis?
pijssimus autem dominus inclinans se deor
sum. *Digito scribebat in terram.* Quid do-
mine Deus meus nimium te isti solicitãt, tu
uerò lenter in terra scribendo commora-
ris? O iudices huius ciuitatis N. attendite q̃
uos hic totius ueritatis Magister doceat: q̃
quantumcunque à partibus solicitemini,
nõ tm̃ trãquillitatẽ, grauitatemq̃ue uestram
amittentes, pturbemini. Delinquentis cau- 23
sam diligentissime pensate, Deumq; exora-
te, ut illi uires, animumq; concedat, quo pœ
nã sibi à uobis impositã patienter ualeat to
lerare. Dñs uersus terrã se inclinat. Tu etiã
ad sententiã ferendam aspice in terram, &
considera illã omniũ esse matrem, teq; & de
linquentem ex eisdẽ terræ uisceribus ꝓdijsse,
in eandẽq; utrumq; domũ, q̃ est terra esse
deuenturum animaduerte. Et sic quid facias
pensabis, & cũ cõpassione, mitem proferes
sententiã. Mos est, cùm aliquis delinquens
iudicem fugiens ad alicuius uiri nobilis do Simile.

mum confugit, diligentissimè curare, illum in tuto loco recondere. Tunc exit dñs ille ad ostium,& magnç urbanitatis sermone iudicem, & eius ministros detinet, & interea delinquentem per aliqđ foramen dimittit. Nemo unq̃ ita succurrit homini ad se confugienti, sicut Christus redemptor noster huic mulieri subuenit:q̃ ut à iudicum manibus eximeret,duos parietes disrupit.Cui facto nullum unq̃ simile in mundo auditum
24 est.Huius aũt rei una causa fuit qa hæc mulier etsi uincta ducebatur summoperè cõsi debat,si qdem coram perenni pietatis fonte apparitura erat,gut tã misericordiæ ad sibi subueniendũ nõ defuturã.Et tãto dolore ac pnia afficiebatur,tamq̃; firmiter emendã ꝓposuerat, ut bona illius dispositio aliqua causa fuerit,ut illi dñs faueret,atq; ut uir nobilissimus duos parietes dirupit,qui in mundo rumpi non solent:quorũ primus hic est, *Qui sine peccato est uestrum, primus in illam lapidem mittat*. Non.n. in mundo a iudice hoc peti solet,& dici:si sine peccato es delinquentẽ hũc condemna. Etsi iudices meliores;& sanctiores alijs popularibus hominib⁹
25 esse oportet.Secundus paries fuit, eorũ peccata corã ipsis scribere,suppliciumq̃;ac iudicium Dei, q ꝓ illa merebant, demonstrare. Quod cum ipsi intellexissent, unus post unum exibant incipientes à senioribus. O
Simile. fælix mulier quæ in tã clementis dñi manus deuenisti, solent monachi qñ aliquis delinquens ad monasteriũ confugit,ut illum à iudicum potestate liberent:monastica uestẽ illum induere,coronamq̃ue in modum monachi illi efficere,eumq̃ue adeo permutare, ut licet index illũ intueaꝫ,nõ eũ cognoscat, & eum foras deducunt,in tutissimo loco cõstituunt.Sic fecit hi dñs:hanc enim mulierẽ ita immutauit, ut illi uetus culpæ indumentum ademerit, nouaq̃ue gratiæ uestẽ eam
26 induerit,& sic permutata remansit,ut iã Sathanas illã suã esse nõ cognosceret. Illamq̃; deduxit,quousq; collocaret in cãpo,qui est, *Noli amplius peccare*.In quo si ipsa ꝓseuerasset, tã secura esset,ut nullus Sathanæ minister illam posset apprehendere. Si enim illa amplius non peccaret, totus infernus simul illi nequiret officere. O admirabile fiduciæ exemplum miseris peccatoribus, siquidem cum hęc mulier ante domini pedes inuita duceretur,ex necessitate uirtutem nouit efficere,& sic aię,corporiq̃; suo salutẽ inuenit: rationi consentaneũ erit, ut qñquidẽ illã in peccato imitamur, in pnia ẽt ipsam imitemur.Vnaquæq̃; Christianarum animarũ est sponsa Dei, eius ptiosissimis donis exornata.Et cũ peccat mortaliter adulterium committit.Qđ anima eius sponsa sit,ipse Deus promisit ꝓ Oseam dicens:sponsabo te mihi *Ose. 2.* in fide; & scies quia ego dñs. Quę sponsalia *Ber. Ser.* considerans B. Bernardus dicebat, non me sup. capio præ lætitia, q illa maiestas tam fami- *Cant.7.* liari,dulciq̃; consortio nostrę se inclinari infirmitati minimè dedignatur. O aĩa mea quot beneficijs Deo tuo deuincta es,qui nõ solum te creauit,& redemit,uerum adeò te
27 dilexit;ut te in sponsam accipere decreuerit. Quòd cũ ita sit animaduerte qualem tã superno sponso fidelitatem debeas:Ideò q̃uis omnia mundi tormenta, cunctiq̃: inferni cruciatus contra te conuenirent, deberes malle illos omnes perpeti, q̃ suauissimum hunc sponsum tuum uel minima quaquam cogitatione offendere.Quas conditiones ha bere oporteat sponsam, assignat sponsus in *Cant.7.* canticis dicẽs:statura tua similata est palmæ, comæ capitis tui sicut purpura regis, oculi tui sicut piscinæ in Esebon.O altissimã mysteriorum profunditatem:ecquis illa intelli
28 gere,ac declarare poterit?Palma contra cæterarum omniũ arborum naturam quo magis accrescit & in sublime ascendit, eo eius stirps crassior est.In alijs arboribus est uicerssa; incipit.n. stirps nimis crassa,& quò altius ascendit arbor,eò magis attenuatur.Habere igitur statutum sicut palma, est signiũ care,animam, quæ maximo spiritus feruore Deo seruire incipit, & postea paultim,in uirtute frigescit ac deficit,& sic in peccatum incidit, non esse dignam, quæ Iesu Christi sponsa sit, sed illam potius, quæ est quasi palma,hoc est, quę cum spiritus feruore, & affectu incipit,& postea magis ac magis in illo in dies proficit.Secunda sponsæ conditio hæc est:comę capitis tui sicut purpura regis. Comæ sunt cogitationes,quas oportet esse rubras quasi purpurã, tinctas scilicet in
29 canalibus,q̃ sunt sanctissimi redemptoris nostri uulnera. Qđ eius cogitationes illa considerationе crebro perfundendæ sunt. Atque hinc illi prouenit q magnos,& conspicuos habeat oculos sicut piscinæ in Esebon. Quasi gemini lachrymarũ lacus, q ex assidua uulnerũ dñi contẽplatione dimanant,dicit etiã sponsus:Nasus tuus sicut turris Libani.Nasus q est odoratus instrumẽtũ significat spẽ, qa sicut naso ea quę sunt longè ꝓcipim⁹,ita spe

spes cælestẽ beatitudinẽ,quæ à nobis lõgissime distat,adoramus. Quã quasi firmissimã
Cant. 4. turrim esse oportet,in optima quaq̃ uita intentẽ:Sicut uita coccinea labia tua, id est labia tua sunt nimiũ rubicunda,q̃ sanguinẽ uidẽt effundere:quæ significãt uerba ardentissima charitate inflammata, quib⁹ oĩum
Cant.5. animos diuino amore connectit,sicut uitta fœminæ capillos alligat.Dẽtes tui sicut greges tonsarũ,quæ ascendunt de lauacro,oẽs
30 gemellis fœtib⁹,& sterilis nõ est in eis.O q̃ mirifica similitudo ꝓ dẽtes ,ꝓposita designatur,dẽtes.n adeò fortes sũt ut dicat Plini⁹, *Plinius li. 7. nat. hist.* etsi in ignẽ imittantur nõ cõburi,& esse quasi impassibiles.Talia oportet esse aię sãctæ ꝓ posita tã firma,ut nullo labore ꝓpediãt;sed oĩa opere cõpleatur,& nullũ sit sterile.Collũ tuũ sicut turris eburnea,hoc est fides, q̃ quidẽ est collũ per qđ spes & charitas ingreditur.Hæc aũt debet esse sicut ebur,qđ prę
31 nimia uetustate rubicũdum efficitur. Sich des charitate formata martyrij cupida esse solet.Duo ubera tua sicut duo hinnuli gemelli caprę.Hæc ubera sunt pietas, & misericordia.Venter tuus sicut aceruus tritici uallatus lilijs.Hæc est aię capacitas,quę esse debet sicut aceruus tritici:q plurima meritorũ uirtutum q̃;ac bonorũ operũ,non sicorũ quidẽ,sed florentium & pulchrorũ habet grana.Hæc sunt cõditiones, quibus ornãda est aĩa, quę tam superni Dñi,sicut Dei sponsa est.Ipse pro sua infinita clemẽtia nobis faueat,quo oẽs illas exactissimè possidere diligẽtissimè curemus.Si aũt aliqua harũ spõsarũ mortaliter fortasse peccauerit, itel ligat se tũc adulteriũ perpetrare.Nã adulteriũ est perfidia quędã,& proditio,quã uxor cõmittit cõtra fidelitatẽ suo uiro debitam. Cumq̃. satis usitatũ sit in sacris literis amicitiã quã Deus cum hominibus contraxit, mati imoniũ nuncupari, sic peccatum qđ facit animã contra hanc amicitiã, operari legitimo elegantiq̃. loquendi mõ fornicatio, & adulteriũ appellatur.Veruntñ hõ cum sit
32 arctissimi cordis non habet patientiã,ad tã tam iniuriã perferendã. Deus aũt hominũ amator cum infinitam habeat pietatẽ, post quã iniuria affectus est, offensores suos ad pacem,& mĩam,ueniamq̃ue inuitat, ut apparet in Hieremia,tu aũt fonicata es cum *Hiere.4.* amatoribus multis:tamen reuertere ad me dicit Dominus.O benedictus, & glorificatus sit talis Deus. Quæ est infœlix anima, quæ talem,ac tantam misericordiam contemnit? Non solũm autem hæc misericordia ad ueniam peccatores inuitat, sed etiã inuentiones,& uarios modos inuestigat,qbus illos ad se alliciat. Et sic narrans Ose- *Osc.2.*
as qũo anima à Deo recedit, dicit, uadam post amatores meos,qui dant panes mihi, &c.& dicit Deus,ꝓ hoc ecce ego sepiam uiam tuã spinis.Et paucis intermissis,& sequet amatores suos, & nõ apprehẽdet eos, & dicet,uadam,& reuertar ad uirũ meum priorem,quia benè mihi erat tunc magis q̃ nunc.Sumit hic metaphorã ab homine,qui 33
maximo uxoris suæ amore captus est, ipsa uerò post alios abire cupit;Quid faciet hic amator?nunquid occidit illã? Non,si enim illam interfecerit,idẽ sentiet acsi se ipsum interficiat:quid igitur faciet? Ipse scit illam media nocte surrecturam esse ut dilectum suum quęrat.Serit uiam,qua transitura é, tribulis,& spinis.Tũc ipsa præteriens percutitur,&dicit,&uolo reuerti ad uirum meũ. Hoc facit Deus ardentissimo tui amore captus,tu uerò ò anima es ingrata, & inordinata affectione creaturas prosequeris.Anima igitur Christiana si hanc proditionem
contra Deum tuum commisisti, conuerte- 34
re ad eum, prosterne te ante pedes ęius,ab illo misericordiã implora, deijcere te ad pedes auditoris pnarij,qui eius loco constitutus est,& ibi pure,ac syncere peccata tua cõfitenti adulteriaq̃ue tua manifestãti eius nomine tibi dicetur:ego te absoluo. Vade, & amplius noli peccare. Hæc est enim una ex rebus magis necessarijs in hoc negotio firmissimũ,scilicet propositum millies potius moriendi,quàm tã supremam Maiestatem iterũ offendẽdi,quod multis deest.Qñ Simile.
taurus quenquam in sequitur relinquit illi palliũ,& illud in eius cornua immittĩ,post quam autem taurus prætерijt accipit pallium sunm,& cum tranquillitate quiescit, quasi nihil unquam sibi tale contigisset. O quot peccatores uidentes se in grauissimi morbi angustijs cõstitutos, aut in sãcto quadragesimæ tẽpore palliũ immittunt, ideſt, malum flatum relinquunt, malè partas di- 35
uitias restituunt,inimicis sui ignoscunt, qa se tauri cornibus oppressos animaduertebant.Trausacto autem morbo, afflictione, aut sancto tempore, pallium suum sicut antea recuperãt,& eadẽ mala,quæ antea exercebãt,iam denuò exequuntur,hęc uero facientes tã secuti,& tranquilli sunt, acsi nunquam tale actum fuisset.O maximam filio

rum Adę miseriâ quo rigore,& seueritate cõtemptus istos, & proditiones arbitramini esse puniendos? pudeat uos fratres mei ꝓmissam Deo fidelitatem quasi pueros tuties uiolare. Faciat unusquisque quod dicit
Nahum. 3 propheta Nahum: intra in lutum, & calca, subigens tene laterem. In his uerbis te admonet Sanctus Propheta, ut intres in cor
36 tuum, q̃ redditum est lutum, quia diligit lutum, & in illa, q̃ diligit, transformatum est,& dicit ut illud dolore,ac pœnitentia cõculces,pede(ut aiunt)collum eius comprime,contere illud, eius alas cõfringe ne amplius post turpes & immundas uoluptates reuertatur,& te deserat. Et sic cor istud,qđ quasi later effectum est, q̃ est lutum coctũ, per quod significatur cor maximo secularium rerum amore inflammatum,obduratum q̃. atque illis nimiũ adhęrens,subigens tene illud,nec abire sinas. In his omnibus Spiritus Sanctus nobis perseuerantiam commẽdat. Ad quam retinendam dicit nec esse cordis passiones uitæ asperitate mortificare. Nam hoc modo usque ad uitæ consummationẽ in suscepta gratia firmiter perseuerantes sal
37 uationem cœlestis gloriæ cõsequemur. Ad q̃ nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Dñica IIII. In Quadragesima.

Abijt Iesus trans maræ Galilææ, quod est Tiberiadis. Ioannis. 6.

Ioann. 5. HÆC uerba dependent ex illis quæ præcepit Dñs paralytico, quem sanauit, & dixit, Tolle grabatum tuum. Cum pharisęi in Dominum Iesum furore concitati remanerent, quia iussit illi in Sabbatho lectũ asportare, uociferationibus conclamantes, & dicentes, Sabbathum illa lecti asportatione uiolari, atque ut Dominus eos erudiret quibus rebus Sabbathum obseruarẽt, & has malitias ab eorum animis euelleret supremam quandam concionem ad eos habuit, in qua illis manifestè comprobauit in illo, nequaquam Sabbathum uiolari. Vidês autem nihil horum prodesse, illos malitia sua obduratos atque excæcatos deseruit, & abijt trans mare Galilæę. Liberet nos Deꝰ à tã terribili supplicio, quod propter scelera nostra nos diuina Maiestas deserat, & à nobis recedat, sicut ab illis Pharisæis, & Iudęis recessit relinquens illos sicut ipsi merebantur. Hoc supplicio cõminatus est Deus peccatores per Ezechielem dicẽs, & requiescet indignatio mea in te, & auferetur zelus Ezec. 16
meus à te & quiescam, nec irascar amplius, eo quod nõ fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his. Hæc dixit postquam maxima, & grauissima scelera commemorauerat, quibus illũ homines offendunt. Eo quòd (ait Dominus) minimam gratitudinem, & considerationem, quam habent acceptarum miseri-2
cordiarum animaduerto, & quia ex omnibus beneficijs quæ à me acceperunt, contra me sagittas efficiunt. Ideo (inquit Dominus) ex instituto uolo ut indignatio mea super illas requiescat, & contra eas summopere irasci. Hoc autem supplicium erit, auferetur zelus meus à te, ideſt, relinquã te quasi rem perditam, ita ut si idola adoraueris, si in uarios errores incideris, si denique alia grauissima scelera perpetraueris omnibus his taceam, nec ullam de te rationem habeam. Et tunc manebit Christianus, (sicut dicit Esaias) de Synagoga, Et derelinquetur Esai. 1.
filia Sion sicut umbraculum in uinea, & sicut tugurium in cucumerario, in quæ ingrediuntur colubri, & lacerti, aliaque immunda animalia, nec est qui eis ingressum impe3
diat, aut qui postquã ingressa sunt illa deterreat, & foras expellat. Timete fratres charissimi magnoperè hoc supplicium Dei, est enim ualde seuerum. Quod si quis dicat, si liũ Dei à Iudæa exire, & in Galilæam pergere, supplicium appellas? Nihil aliud Iudęi desiderabant, hoc ipsi summoperè expetebant, ne Iesus Christus cum illis commoraretur, nec illum ullo unq̃ tempore uiderẽt. Hoc igitur est maximum Dei supplicium, & summopere metuendum, quando Deus peccatorem punit permittendo, ut propria eius uoluntas adimpleatur, pati Deum ut peccatoris uoluntas adimpleatur, maximũ Psal. 108.
est illius supplicium. Hoc dixit Dauid ꝑ magna maledictione, tanquam prophetans qđ peccatoribus accidit: fiant contra Dominũ
4 semper. Non dixisse potiùs ò Sancte Propheta, fiat Dominus contra illos semper? non, quia nunq̃ Dñs fieret contra illos, nisi ipsi prius fierent cõtra Dominum, & esse cõtra Dominũ est causa perditionis eorũ. Et sic cùm ipsi contra Deum sint, ipsimet sibi Sap. 18.
bellum inferunt, suos appetitus contra Dei uoluntatem adimplentes. Acsi diceret. Nũ

quam à peccatis exeant. Quæ igitur grauior est pœna, & maior infęlicitas? Talẽ illam esse dicit B. Paulus cùm dicit. Tradidit illos Deus in desideria cordis eorũ. O admirabile Dei iudiciũ, q̃ hoiem puniat permittẽs, ut suis desiderijs satisfaciat, nec illi in re aliqua resistat. Et ita dicit ꝑ Oseã. Particeps idolorum Ephraim dimitte eũ. Desine(inquit) illum uoluntati suæ in re tam iniqua satisfaciat. Et ibidem dicit ipse Dñs: Non uisitabo super filias uestras cum fuerint foricatæ. Satis effrenatè possunt uoluptatibꝰ perfrui, neque n. uereamini me illis esse restituturum. Hoc supplicio dignus est ille, qui ex suauissimis Dei admonitionibus, & reprehensionibus fructũ non uult percipere, dignus ẽ(inquam)ut relinquatur, neq; sit, qui eius peccatis resistat ad maiorẽ ipsius confusionem, ac condemnationem.

Rom. 1.

Oseę 4.

Præterijt Dñs mare, & turba plurima sequebatur illum. Et subijt in mõtem, atque illic summa cum tranquillitate, cũ sua humili, & deuota societate sedebat. Et postq̃ cum illis cęlesti sermone, & conuersatione locutus est: sanctissimos oculos suos eleua
6 uit: atq; ut maximam illam hoĩum multitudinem aspexit, quæ ad eum uenerat, de illorum remedio cępit agere. In hoc singularẽ nos doctrinã erudiuit: ut priusquã bonum aliq̃d opus faciamus, oculos subleuemus, eosq; in Deo constituamus: atq; eius amore concitati quicqd facimus, faciamus. Nec uero bona opera tm̃modo, sed illa ctiã, quę dñr indifferentia oportet nos ad diuinã ma
1.Co.10. iestatem dirigere. Sic n. nos docet B. Paulus dicens: siue ergò manducatis, siue bibitis, uel aliud quid facitis: oĩa in gloriã Dei facite. Atq; etiam si gloriam exoptatis nõ debet esse solummodo, ut uos quiescatis, sed
Ioan. 17. ur cum magis Deo uniti sitis, illum meliùs laudare ualeatis. Et Christus Redemptor noster suũ ęternũ Patrem exorans dicebat: Clarifica filiũ tuum, ut filius tuus clarificet
Psal. 141. 7 te. Sic debes tu đ fiderare glorificari, ut Deũ magis glorifices. Ad hoc etiam gloriam cupiebat Regius Psaltes cùm diceret. Educ đ custodia aĩam meam ad cõfitendum nomini tuo, i.ut te melius possim glorificare. S.
B.Th.2.2. Thomas ait, iustũ in oĩbus operibus bonis
q.81.ar.4. moraliter mereri, quia uirtualiter sunt relata ad Deum opera moraliter bona. Sed sẽcurius, & utilius est ut crebro intentiones uestras remoueatis oĩa opa uestra bona ad Dei gloriam referentes, illaq̃; quo ad fieri poterit purificãtes ita ut opera bona, absq. ulla utilitatis proprię cupiditatis cõmistione faciatis. Et peculiariter Dñm imitantes, qui uolens egenis illis in eorum necessitate subuenire, oculos subleuauit, idem uos oportet facere quando pauper à uobis postulat, ut sibi succurratis, ne ad eius repecta uestimenta attendatis, sed solum suspicite, ubi Iesus Christus commoratur, cuius causa uos uitam dare oportet, quantò magis id quod à uobis mendicus efflagitat, quod quidem satis parum est.

Sequitur in textu. *Dixit ad Philippum. Vnde ememus panes, ut manducent hi?* O admirabilẽ Dñi, puidentiã? q̃ quo tpe hoĩes illi sui ipsorũ magis obliuiscebantur, tunc curat diuina Maiestas eorum necessitatibꝰ subuenire. Super hunc locum uellem fratres charissimi ut diligenter animaduertatis hanc tpalium bonorum solicitudinem, & nimium curare, qd comedemus, & quibus uestimentis operiemur, &c. maximum quoddam esse malum. Quod ex eo cõprobatur, q̃ qñ Spiritus sanctus in sacris literis grauia peccata uult exaggerare, fidei defectui illa attribuit, aut illa gentium peccata nuncupat. Et sic loquens Dñs Iesus đ cru
Ioan. 15. delitatibus, & iniurijs, quas Tyranni seruis suis facturi erant dixit. Sed hæc omnia
9 facient uobis pp nomen meũ, quia nesciũt eum, qui misit me. Et alibi. Hæc facient uo-Ioan. 16.
bis, quia uon nouerunt patrem, neque me. Atq. ut ipse Dñs Apostolorum suorum ambitionem magnoperè exaggeraret, dixit, Scitis quia principes gentium dominantur eorum. &c. Non ita erit inter uos. Quasi di-Matt. 20.
cat. Hæc dominandi cupiditas est paganorum. Atq. etiam quum in sanctissima cena, facta est inter eos contẽtio quis eorũ uideretur esse maior. Dixit eis: Regis gentium Lucæ. 22.
dominãtur eorum, &c. Vos autem non sic.

Ex hoc igitur considerare poteritis quã grane malum sit tpalis solicitudo, & diuinę prouidentiæ diffidentia. Cùm illud etiam Dñs gentium peccatum appellarit, ipse. n.
10 dixit. Nolite ergò soliciti esse dicẽtes, quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo Matt. 6.
operiemur. Hæc. n. omnia gẽtes inquirũt. Hoc autem malum aliorum multorum est causa, hinc. n. latrocinia, atq. damna, quæ sibi homines inuicẽ faciunt, dimanant. Vidẽs igitur diuinus Magister solicitudinem hanc ad sibi seruiẽdum impedimento esse, conatus est hominibus tam uerbo, quàm opere

opere persuadere, ut nos in suas manus cõ
iceremus uniuersas solicitudines nostras
illi commi trentes. Plurimasq; rationes at-
tulit, quibus hoc hoibus suaderet, dicens:
Matt.6. Nonne aĩa plus est q̃ esca, & corpus plus q̃
uestimentum? Respicite uolatilia cęli, quę
non serunt, neq; metunt, neq; congregant
in horrea. Et paulò post: Et de uestimentis
quid soliciti estis? Cõsiderate lilia agri quo
crescuut, non laborant, neq; nent. Et post:
11 Si.n. fœnum agri, quod hodie est, & cras in
clibanum mittitur, Deus sic uestit, quantò
magis uos modicæ fidei? Et concludit, di-
Simile.. cens: Nolite ergo soliciti esse, &c. Scit enim
Pater uester, quia his oĩbus indigetis. O q̃
efficaces rationes sicut à tali ore, & pectore
prolatæ. Habe tu (inquit) curam seruiendi
mihi, & ego habebo curam suppeditãditi
bi necessaria. Quãdo habes filium, q̃ quan
tum potest sibi acquirit, tu illius curam de
ponis. Si autem uides illum totum tempus
consumere in ministrando tibi, & serè sui
ipsius obliuisci, tunc tu ipse solicitudinem
geris inquirendi illi omnia necessaria. Mul
tò maiori fidelitate Deus hoc facit.

Postquam diuinus Magister hoibus ser-
mone suaserat, ut in ipso sperarent, nunc
idem opere persuadet. Illam.n. maximam
hoium multitudinem, quæ diuini eius con
spectus desiderio, absq; alimentis illum se-
quebant, ipse mirabiliter cibauit. Sed quid
miramur Dñm eis prouidisse, qui illum se-
12 quebantur, cùm illis, qui eum offendunt
abundantissimè prouideat, cum eum actua
liter offendunt? Ineffabilis est Dei proui-
dentia, curaque, quam de creaturis suis ha
bet. Et sic ubi nos legimus: Mensam quoq.
propositionis inuoluẽt hyacinthino pallio.
Num.4. Et paucis intermissis, panesq. semper in ea
erunt. Est in Hebræo contextu: Panes facie
rum, i. facies: Hoc est uultus Dei. Et sic pa-
nes propositionis, i. panes, qui semper ap-
poni debent ante faciem Dei. Hoc aũt non
quia Deus manducaturus esset illos, sed ut
suam ergo nos prouidentiam declararet, si
gnificans sustentationem nostram semper
13 esse coram Deo, ipsumq. uictus nostri soli-
citam curam gerere, sicut mater, quę mul
tos habet pueros, semp apud se panem ha
bet. O si hoc cõsideraremus, quot mala eui
taremus, & quot bona, q̃ pp hanc nimiam,
& n aledictam solicitudinem nõ facimus,
diligentissimè faceremus? Omnibus uobis
compertum est fratres charissimi cuncta,
quę Deus creauit, officia sua in mundo ha
bere, atq; in illis occupata esse, nihilque in
uniuerso esse otiosum. Cœli voluuntur, &
reuoluuntur; planetæ influunt, & illumi-
nant: terra fructificat: plantæ accrescunt,
suosq; fructus ferunt. Aqua etiam ꝓducit
quicquid potest: animalia diuersis muneri-
bus funguntur ad hoĩs seruitutem. Et ipse
homo inter animalia, officia diuidit ꝑm di
spositionem, & aptitudinem, quam illis na
tura prębuit. Et dicit: hic canis aptus est ad 14
custodiendam domum, & hic ad seruandũ
pecus, hic uerò ad uenandum. Equus &mu
la apti sunt ad deambulandum in illis: mu
lus & asinus ad onera asportanda: bos deni
que ad colendos agros conducit, &c. Non
igitur erit rationi consentaneum, ut sciat
homo quodnam sit eius officium? Nunqd Psalm.8.
solus ille otiosus, & sine officio erit? Nun-
quid uanè cõstituisti oĩs filios hominum?
dixit Dauid. Absit, q̃ solum hoĩem, cui ni
hil eorum, quę in uniuerso existũt, unum
est, inaniter, & uanè creatum esse dicamus.
Dicet aliquis; Non uides q̃ intenti sint oĩs
in diuitijs moliendis, acquirendis, ac lu-
crandis? Oĩs profectò istæ sunt curæ uanę:
sicut si plurimos hoĩes uideretis maxime
laborãtes, & insudantes in lapidibus ex una
in aliam partem in campo maximo tradu- 15
cendis, & hoc ob nullam aliam causam fa
cerent, nisi ut in aliqua re occuparentur.
Quis tam malè occupatos hoĩes non mise
raretur. An non de illis, quasi de insensatis
murmuraret? Quid est fratres mei elabora
re, ut diuitiæ, quas alij possident, in manus
uestras deueniant? in quem finem omnes
hoium negotiationes, contractus, & actio-
nes diriguntur, nisi ut illius, & illius, & al-
terius, ac deniq. singulorum minuta ad me
ueniant? Ad hoc emo, uendo, & conuentio
nes facio. Quid igitur aliud est hoc, nisi la-
borare in terra, & lapidibus ex una in aliã
partem transferendis? Non ergo ad rẽ tam 16
uanam, tamque inutilem homines creati
sunt. Nam acquirere, arare, plantare, ac do-
mum construere omnia sunt ꝓpter homi
nem, non uerò homo ꝓpter illa. Nec uerò hõ
ad edendum, bibendum, & se delectandum
creatus est, quia etiam Seneca etsi gẽtilis di Seneca.
xit; Maior sum, & ad maiora natus, q̃ ut vile
mancipium sim sensuũ meorũ. Quisnã igi-
erit proprius hoibus finis? cum ipse oĩbus
animantibus finis constituat: iustius est ut
qui sit suus finis cognoscat, & quale eius of
ficium,

Augusti. ficiũ, ut illud exerceat. Ad hoc rñdet B. Au
gustinus dicens: Creauit Deus hoiem, ut
summum bonum intelligeret: intelligẽdo
amaret: amãdo posset: possidendo frue
retur. O quanta confusio est nobis hęc uer
ba audire q̃ proprium hoĩs munus ẽ inef-
fabilem Dei pulchritudinem, infinitam po
tentiã, inaccessibilem ꝓbitatem, ęternam
17 deniq. ipsius sapientiam contẽplari. Vt ex
hac cęlesti contẽplatione intimus illi Dei
amor in ũisceribus oriatur. Quid igitur mi
serabilius esse potest, q̃ q̃ in illo, ad quod
creati sunt, minus hoies occupentur. Itaq.
q̃ hõ minus facit, est propriũ eius munus.
Sin minus dicite, quot horas in die, aut in
hebdomada, aut in mense, aut deniq. in an-
no in excelsa Dei probitate contemplanda
consumitis? O cęcos uos? quantoperẽa dia
bolo fallimini; quõ. n. Deum diligere pote-
Ephe.1. stis si rarò, aut nunquam illum contempla-
mini? Sine amore autem Dei qũo salui fie-
ri potestis? Præterea dicit B. Paulus, de præ
destinatis; In quo etiam nos fortè uocati su
mus prædestinati ꝑm propositum eius, qui
operatur oĩa ꝑm consilium uoluntatis suę,
18 ut simus in laudem gloriæ eius. Idest ut co
gnoscentes eum noctes, diesq. in eo laudan
do, & glorificando consumamus, & ut hic
in terra id facere amodo incipiamus, quod
in cęlo ĩ æternum sumus facturi; hoc est. n.
opus, in quo cœlestes spiritus occupantur.
Psal.121. Illuc. n. ascenderunt tribus, tribus Domini
testimonium Israel ad confitendum nomi-
ni Dñi. Tu igitur ò infelix, qui ne unã qdẽ
horam in Dei laudibus consumis meritò
timere potes, quòd non es ex prędestinatis.
Ad propositum redeam?. Quorsum nobis
hæc dicis modò ò Pater? Scilicet ut uos in-
Simile. terrogem, quænam sit cã, quare cum hoc
sit proprium munus uestrum, cumq. hoĩes
sitis rationis capaces, & consilij, illud tam
parũ exercetis? Et quare cum tot horę sint
ad secularia negotia tractanda, ne una qui-
dem sit ad hoc negotium agendum, ex quo
sal9 uestra magna ex parte dependet? Quod
si uera dicitis, oĩs ferè rñdebitis nimiam cu
19 ram, & solicitudinem rerum, quæ ad huma
Simile. num uictum attinent uos: ita suspensos, &
inquietos trahere; Et si pluribus horis dies
constaret, omnes tñ uobis paucas uidendas
esse, ad hæc secularia negocia pertractãda.
Atque si unam horam manè, & aliã noctu
in his, quæ ad animarum uestrarum salu-
tem spectant, consumeretis; statim arbitra-
turos esse, uobis necessaria esse defutura.
Huius autem rei causa est, quia omnem fi-
duciam in manibus, negotiationibusque
uestris sitam habetis. O homines dissiden
tes, homines cęci, atque totius boni indi-
gni? Et non recordamini uos Patrem ue-
strum cœlestem habere, qui terræ uermes
alit, quique herbas pulcherrimis coloribus 20
induit: quare diuinæ eius prouidentiæ non
confiditis, & quare nõ creditis propter tem
pus, quod in illius ministerio consumpseri
tis, diuitias uestras non esse minuendas?
nec uobis eas necessarias esse defuturas?
Eccè fratres quare uobis quod sit mun⁹ ve
strum ostenderim. Atque ut unam ex præ-
cipuis causis intelligatis, quare hoc non
exercetis? Perrexit Esau ad uenationem, &
per montes & colles peragrauit, ac fatiga-
tus est, nec tamẽ patris sui benedictionem,
primitiasque consecutus est: sed illas com-
parauit sanctus Iacob, etsi illis laboribus
defatigatus non fuit. O quot frustra fatigan
tur. Melius est. n. illi, quem Deus adiuuat,
quàm qui nimis diluculo surgit. Non quod
nimis negotiatus fueris, plurimasque frau-
des perpetraris, filios tuos deteriores relin
ques. Ne sis ò frater sicut ille, de quo dicit Habac. 1.
Habacuc; Immolabit sagenæ suæ, & sacri-
ficabit reti suo, quia in ipsis incrassata est
pars eius, & cibus electus eius. O miserum
illum, qui solis suis uiribus, & industria 21
se locupletandum, & plurimos cibos pre-
paraturum esse arbitratur. Et negotio-
rum uerriculum tendit quo illud, quod ex
petit expiscetur. Væ homini illi. Hic enim
reti suo sacrificat, atque negotiationibus,
dolosisque conuentionibus suis immolat;
illis enim eorum, quæ habet gratias agit,
tu uero ò homo, in nullo alio ponas fidu-
ciam tuam, nisi in patre misericordiarum
eius ministerium ex animo suscipiens: ip-
se enim tibi succurret. O fratres charissimi
uos & semel, & millies ante singulorum pe
des prostratus exoro, ut deinceps diligẽtis
simè officiũ, ad quod à Deo creati estis, exer 22
ceatis, atque in eo parum temporis manè,
& parum uesperi consumatis sperantes nõ
idcircò uobis temporalia bona esse defutu
ra. Imò uerò hac ratione uos illa melius cõ
secuturos esse confidentes. Oculos conjici
te in optimum Iesum attendite quomodo
in hac necessitate illos consulit, q̃ illã nõ
poterant subleuare. *Vnde ememus panes ut*
manducent hi? Quare igit uos illũ non con
suletis,

Universidad de Deusto Biblioteca

suletis, qui ſminimo quoq; oculorum nutu
oibus neceſſitatibus ueſtris poteſt ſubueni-
re? Confugite, confugite ad Deum, in oratio
ne, atq; illum laborũ; miſeriarumq; ueſtra-
rum certiorem facite: reſpicite hoc ſidus ac
lonis: ipſum eſt .n. q̃ in nocte tribulationis
23 nauigantes gubernat. Nunquid ad p̃ceptũ
tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet
nidum ſuũ? In petris manet, & in præruptis
ſilicibus commoratur, atque iſt acceſſis tupi
bus. Inde contemplatur eſcam, & de longe
Iob 39. oculi eius proſpiciunt, ait Iob. O rem admi-
rabilẽ, q̃ irrationales aues doctrices noſtræ
Deus eſſe uoluit. Attendite aquilam, quę à
Deo edocta p̃ naturalem inſtinctum, qui ab
illi datus eſt, in rupes ſublimes conſcendit,
atq; inde proſpicit eſcas, quas manducatura
eſt. Fac tu ita ò frater, & in ſublimes diuina-
rum rerum cõtemplationis rupes conſcen-
de: illic.n. te Deus illuminabit non ſolũ quo
ſaluandus ſis, ſed ét tibi licitas uias, & rõnes
4. Reg. 4. aperiet, quibus tibi neceſſariũ uictum acqui
ras. Vade, &c. Et ingredere, & claude oſtium
tuum (dixit S. Eliſeus uiduæ) atq; ibi uaſa
24 tua oia oleo replebunt, quo neceſſitati tuę
ſuccurras. O frater ſi ſcires in angulo dom⁹
tuę includi, atque ibi uerè, & ex aio cũ Deo
agere, quam libenter uerbũ ſuum ipſe ad-
impleret, q̃ dixit: Et hęc oia adijcientur vo
bis: hoc eſt quod diuina Maieſtas dixit, quod
Matt. 6. non aduertimus, etſi illud fere quotidie le-
gimus. Tu aũt cum oraueris, intrà in cubicu-
lum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum
in abſcondito, & pater tuus, q̃ uidet in abſcõ
dito, reddet tibi. Domi tuæ habes ſalutis fõ
tem, illic ab eo, tanquam à patre expoſce, &
licèt illũ non uideas, ipſe tñ tibi ſubueniet.
Chryſoſt. Idcircò dicit B. Chryſoſtomus, quando ali-
qua neceſſitate premimur oportere nos fi-
duciæ anchorã non in mare q̃dem, ſed in ce
Pſal. 122. lum immittere. Sic faciebat Dauid cũ dice-
Simile. bat: Ad te leuaui oculos meos, qui habitas
in cælis. Sicut pueri, quibus cũ primũ aliq̃d
lętum, aut triſte offertur, ſtatim in genitricis
ſuę ſinu abſcõdit, ſic iuſti in uniuerſis euen-
25 tibus ad Deum confugiunt. Et ſic ubi nos le
gimus: Sicut ablactatus eſt ſuper matrem
ſuam, alia tranſlatio dicit: Qualis ablactatus
ſuper matrem ſuam talis in me aia mea, i.
Pſal. 130. quemadmodum infans in matris ſuæ ſinu
protectus ceſſat plorare, neque alicuius rei
curam habet, quia ętas eius non patitur il-
lum de aliqua re ſolicitudinem gerere, ſic
iuſtus omnes curas ſuas in Deo conſtituit.

Sequitur in textu. *Reſpondit ei Philippus: Ducentorum denariorum, &c.* Quem ſubſe-
quitur Andreas, dicens: *Eſt puer unus hic, &c. quid inter tantos?* Vnus dicit magnã pe-
cuniarũ copiã non ſufficere, ad emendos tot
panes, ut modicũ quiſq; accipiat: alter uerò
dicit non eſſe panes ad incipiendum mandu
care. Ab omnibus pauperes, qui fame fatiga 26
ti ueniebant, expediuntur. Pronoſticum fuit
hoc modicæ charitatis, qua hodie diuites in
pauperes utuntur. Vadit pauper à uiro no-
bili eleemoſynam petiturus; at ille dicit, ne
minutũ quidem dare poſſum: Deus te adiu
uet. Satis magnã familiã alendam habeo. Ac
cedit ad magnates, & ſinguli dñt: Deus tibi
faueat frater, qa debeo plusq̃ habeo. Dicit
pauper: Dñe ſi tu mihi eleemoſynam non
porrigis, quis largietur? Ito (ait) ad mercato
res, qui ſunt locupletiſſimi. Pergit ad merca
torem, & dicit ei: Dñe pp Deum, da mihi
eleemoſynam: qui ſtatim reſpondet. Ne mi-
nutum quidem habeo: nam uiri nobiles nõ
ſoluunt q̃ mihi debẽt. Vadit ad canonicum,
& ad beneficiarium, dicitq; illi. O dñe ſuc-
curre mihi in hac neceſſitate. At ille rñdet, 27
dicens: profectò frater loculos mecum after-
re non aſſueſco, ſed illos domi relinquo:
Deus tibi auxilietur. Quid uobis uidetur de
hac Eccleſiaſtici uiri rñſione, in quo omnẽ
pietatem oportere habitare? qui Eccleſiaſtic-
cos reddit⁹ nulli alij niſi ſibi, & cui ipſe ſcit, Baruc. 6.
habere uult. Propheta Baruch prędixit He
bræis maximam quãdam abominationem,
quam Babylone aſpecturi erant. Coronas
certè (inq̃t) aureas habent ſup capita ſua diſ
illorum. Vnde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis
aurum & argentum, & erogant illud in fe-
metipſis, dant aũt ex ipſo proſtitutis, & me-
retrices ornant. Non mirũ erat quod idolo-
rum auro maledicti illi ſacerdotes meretri-
ces ſuas exornarent, aliaq̃ mille turpitu-
dinum genera perpetrarent, ſiquidem idolo
latrię erãt. Q̃d autem Chriſtiani ſacerdotes
aurum domini in prophanitatibus, ludis cõ 28
uiuijsq̃ conſumant, & illo propinquos lo-
cupletare uelint, & quod peius eſt, ſi quis eo
rum in tñ malum deueniret, ut aurum Dei
in concubina ſua exornãda conſumeret: hoc
profectò eſt ſanguineis lachrymis lachrymã
dum. O terribilem abominationem? q̃ terri
biliter à diuina iuſtitia punietur? Ecce quo
oés pauperẽ expellunt, dicẽtes; Dñs te adiu
uet. Idcircò optimè dicit Dauid; Tibi dere- Pſalm. 9.
lictus eſt pauper. Tibi dñe pauperis cura incum-

incumbit. Oẽs illũ deſerũt, & tibi remittũt.
O pater clemẽtiſſime tu pauperib. auxilia-
re, illiſq̃. patientiã largire, quò has crudeles
diuitum rñſiones patiẽter ualeãt tolerare.
Diligẽter etiam modicam illorũ S. Apo
ſtolorum fiduciam aiaduertite. Cùm Dñm
tot tantaq̃ miracula facientem uidiſſent,
nondum de illius potentia fiduciam conce
perant, & poſſet hominibus illis occurrere.
29 Nunquam hæc caro ſe totam penitus Deo
committit, illiq̃. oĩno confidit: licèt diuinæ
maieſtatis promiſſionib. fulta ſit, ſemper tñ
trepidans incedit. Q̃n Hebræi Iordanem
Ioſue 4. tranſierunt, etſi ſecurum trãſitum illis Dñs
promiſerat; dicit tñ ſacratus textus. Feſtina
uitq̃. populus, & tranſijt, properabant He
bręi timentes ne illos aqua abſorberet, ac ſi
Deus non haberet potentiam ad illam mul
to tpe retinendam. Quod aũt in hac re ma
Num. 11. gis admiror, eſt quod dixit Moyſes. Cũ ei
Angelus Dei noĩe dixiſſet, ſanctificamini,
cras comedetis carnes, atque illas per inte
grum menſem ei abundantiſſimè promiſit,
aſſerit Moyſes. Sexcenta millia peditum hu
ius populi ſunt, & tu dicis, dabo ei eſum car
nis menſe integro? Nunquid ouiũ, & boum
multitudo cędetur, ut poſſit ſufficere ad ci
30 bum? Attendite diffidentiam: cuius ãt diffi
dentiam niſi Moyſis, qui tot Dei mirabilia
perſpexerat, & per cuius manus illa Deus
fuerat operatus? Et tñ tot illis carnes à Deo
concedi ſibi impoſſibile uidebatur. Cui rñ-
dit Dñs. Nunquid manus Dñi inualida eſt?
iam nũc uidebis, utrùm meus ſermo opere
compleatur. O quam rara eſt uirt⁹ fiducia?
Has iuſtorum diffidentias uobis hic retuli,
nõ ut illis diffidentias noſtras excuſetis, ſed
ut à Dño ſingulare hoc fiduciæ donũ inſtã
tiſſimè poſtuletis: ſiquidẽ oẽ datũ optimũ,
Iacob. 1. & oẽ donum perfectũ deſurſum eſt, deſcen
dens à patre luminum, ut dicit B. Iacobus.
Videas illos Dñs ita diffidentes dixit eis:
Facite homines diſcũbere. Quod ipſi confe-
ſtim diligentiſſimè fecerunt in quo appa-
ret, q̃ licet in initio illam habuerint diffidẽ
tiam; ſi tñ q̃ñ illis Dñs pręcepit, ut facerent
31 homines diſcumbere, replicarent, aut perti
naces eſſent; dicentes: quorſum ſedebunt
cum non ſit quid manducent? Illos ſeuere
(credo) reprehenderet; primos. n. defectus,
& fragilitates non debemus admirari tñ,
quantum illas, quę continuantur. Quapro
pter ò homo ſi peccaſti, celeriter ad Deum
tui conuertere, ne expectes, ut in peccato
raſcas. O quot ſunt hodie in hac miſeria
ſubmerſi, quib. quidem merito dicere poſ-
ſemus uerba illa, q̃ dixit Propheta Baruch, Baruc. 8.
(etſi ad aliud propoſitum.) Quid eſt (inq̃t)
Iſrael, q̃ in terra inimicorũ es? Inueteraſti
in terra aliena, coinquinatus es cũ mortuis:
deputatus es cum deſcendentibus in infer-
num. Dereliquiſti fontẽ ſapientię; Quid eſt
hoc, ò hõ habẽs fidem, q̃ adeò in morte, &
in culpa inueteratus es, ac ſi eſſes unus ex
dãnatis, qui iam in impiorũ ſedibus cõmo- 32
rãtur. Reuertere, reuẽrtere ad te: ſiquidem
habes opportunitatem, & tp̃s, ut tibi reme-
dium adhibeas. Vide q̃ celeriter reſtaurant
ſerui Dei, & reficiunt ruinas, quas fecerunt.

Facite homines diſcũbere, &c. Et mulie
res ſtabũt, nec debet ét diſcũbere? quid præ
cipis: Dñe, ut ſoli hoĩes diſcũbant? Si nunc
iſtud præciperet, diceremus: Attende Dñe
mulieres magis defatigatas accedere, q̃ ho
mines, cùm.n. [*Enchapmadas* [veniant labo
rioſius eſt illis iter facere. Inuentiõẽ iſtam
fortaſſe Sathanas inuenit, illamq̃. in Hiſpa-
niã itroduxit. [*De unos chapines de una va-
ra.*] Et quia in periculo uerſãt procidendi,
& confringendi caput mulier illa, quæ hęc
calciamẽta defert opus eſt illi famulo, qui
eã manu ducat quod nõ eſt nimis honeſtũ, 33
nec occaſio alicuius boni; imò uerò mali,
atq; ut ueſtis cum illis adæquet neceſſe eſt
aliũ cubitum pãni illi addere, quo quidem
meli⁹ eſſet pauperẽ operiri. Quam arbitra
mini eſſe cauſam, cur nec in Gallia, nec in
Germania, nec alibi, niſi in ſola Hiſpania
hoc calciamenti genere mulieres utuntur?
Hæc eſt, pfectò huiuſce rei cã: qa tñmodò
Hiſpanæ fęminæ ſunt magis ſuperbæ, & in-
uidæ. Et quia ſunt aliq̃ę q̃ uident alias al-
tiores eſſe quã ipſas, inuidia diſcerpuntur.
Quod igiũ erit remediũ ad hoc euitãdum?
q̃ ſint oẽs æquales, & q̃ eſt nana afferat cal
ciamẽta unius cubiti, & alteri altiori ſe par
efficiãt. In illis tpibus fortaſſe nõ erãt uani
tates hę: ſed ipſæ mulieres pedites, & cũ pla
nis calciamẽtis iter faciebant, & ſic non pp
hoc magis defatigatæ, q̃ hoĩes acceſſerunt. 34

Atque etſi S. Euangeliſta dicit Dominũ
iuſſiſſe homines diſcumbere, ſub hoĩs noĩe
mulieres etiam intelliguntur. Oẽs per ordi
nem recubuerunt. Nã in diuinis conuiuijs
non ſunt digni, qui comedant, niſi homi-
nes bene ordinati. Quæ autem ſunt à Deo
ordinata ſunt: ait B. Paulus. Iã orbis ꝓpter Ro. 13.
peccata noſtra effectus eſt effigies quędam
inter-

inferni, de quo dicit Iob. Vbi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Quãdo Deus Hebræis dedit Manna, totus campus illo plenus erat, & positę erant illic mensurę quædam, ut qui multos liberos habebat multas mensuras deferebat, qui uero paucos, paucas etiam colligebat. Oẽs per mensuram deferebant Manna, non q̃ deesset; siquidem (ut dixit) uniuersus campus erat repletus, & ad oẽs saciandos supererat; sed qa vult Deus in oibus mensuram, ordinem, ac moderationem esse. Quę si fuerint, erit abũdãtia, sin minus fames ac miseria nõ deerit.

Exo. 16. 35

Accepit ergo Iesus panes, & cum gratias egisset, &c. Antiqua nimis cõsuetudo semp fuit, mensam, & ea quæ comedenda sũt benedicendi, Dñoque gratias agendi, qui illa

1. Re. 9.

sua diuina prouidentia administrat. Et sic interrogauit Saul puellas Hebræas, q̃ egrediebantur ad hauriendam aquã, & dixit eis. Nunc hic est uidẽs? Quæ rñdentes dixerũt illi, illum expectari in ciuitate. Neq. enim

36

(inquiunt) comesturus est populus, donec ille ueniat, qa ipse benedicet hostiæ, & deinceps comedent qui uocati sunt. Prius uẽturus erat uidens, & oĩa benedicturus, & postea uniuersus populus comesturus. Modo uerò quasi immanes belluæ plurimi uestrũ ad mensam sedetis, nec dicitis. Benedictus Dñs Deus noster, q̃ hæc largitus est nobis. Cæpit Dñs suis sacratissimis manib. panem frangere. Considerandum nunc est qua lætitia, & gustu conuiuæ manducarent, per quas manus præteribat, ut maximam cibus ille non afferret uoluptatẽ. Videbitis uetulam fragmentũ panis manducare, & cũ tanta suauitate illud comedit, acsi gallinas, aut pretiosos cibos manducaret; quia cibus ille per manus Dñi sibi uenit. Cõtra uero diues quidã splendide comedit, nihil tñ illi sapit,

37

nec proficit, quia pauperum sanguinẽ manducat, sicut Balthasar, qui comedens cũ cõcubinis suis prospexit digitos destructionẽ suam in pariete describentes. Tunc facies

Dan. 5.

regis commutata est. Et sic cibus illi nõ profecit. O diues cum a mensam sedes, q̃ amare tibi buccellę istæ uiderentur, si iram Dei contemplareris. Beati qui de manu Dei cõmedunt; hi. n. cum alacritate manducãt, & repleti manent; atq. etiam plurimum illis supereſt, sicut superfuit his hodie. In sola namq. mensa Dei est saturitas, & abundantia, in mundi autem mensa, uniuersa sunt fames, & inopia, quasi cibus insomnij, ex quo expergiscens hõ deceptus manet. Sic dicit Esaias. Sicut somniat esuriẽs, & comedit: cum aũt fuerit expergefactus, uacua est aĩa eius. Et sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus lassus adhuc sitit, & aĩa eius uacua ẽ: sic erit multitudo oĩum gẽtiũ. Nũc uobis hæc uñr magnę esse existentiæ, quia soporati incedit is; cito expergiscemini, quod erit in hora mortis, & deceptos uos experiemini. Præcepit Deo Ezechieli, & dixit. Sume tibi laterem, & pones eum coram te, & describes in eo ciuitatem Hierusalem. Quid Dñe? tam diuitem, atq. populosam ciuitatem in re tam vili, & fragili sicut latere iubes describi? Etiã (ait Dñs) ut uideatis quam parum permanẽtiæ pictura, & pulchritudo illa secum habeat, quam si duæ guttæ aquæ sup laterem incidant, uniuersam inficient, & delebunt. Hæc est igitur stabilitas Hierosolymæ, atq. omnium mundi ciuitatum, cæterarumq. rerũ, quæ in eo sunt, quas minima quæq; gutta aquæ, & tenuissimus quisq. flatus oẽs oblinit, & cõsumit; possessoresq. earũ famelici, uacuiq. remanẽt. Quę cũ sint fratres charissimi oẽs Dei cõuiuę esse diligẽtissimẽ cure

38

39

mus, ut cũ ei⁹ hospites hic p̃ gratiã fuerim⁹, postea p̃ gloriã in cælesti aula cõuiuemur. Ad q̃ nos p̃ducat Iesus Marię filius. Amẽ.

Ezech. 4.

Feria II. post Dominicam IIII. In Quadragesima.

Prope erat pascha Iudęorum, et ascẽdit Iesus Hierosolymam, & inuenit in templo uendentes. &c. Ioan. 8.

IN hoc Euangelio; dilectissimi fratres, admirabile quoddam & ualde notandum factum refertur quod Dominus Iesus ingrediens in templum fecit. Videlicet quod pecus quod in eo erat, foras eiecit, flagellisque uenditores à templo expulit: mensasque cum nummis in terram subuertit; atque illos reprehendit quod domum patris sui domum negotiationis efficerent. Et tunc dicit S. Euangelium adimpletum fuisse quod de illo p̃phetauerat Dauid, dicẽs, Zelus domus tuæ comedit me. Hoc zelo diuini honoris oportet p̃latum prædicatorem Euãgelicum, & oẽs, qui Ecclesiasticam gubernationem habent, aut seculari dominatione funguntur come-

Psalm. 68.

comedi, & diligenter notate uerbum hoc. Zelus domus tuę comedit me. Nam quẽad modum ille qui aliquid comedit, illius dominaĩ consumens, atq; illud in se cõuertit. Sic hoc zelo oportet ferũ Dei deuorari, & consumi, atq; in illũ conuerti. Ita ut honor, diuitiæ, & uita, oĩa à Dei zelo consumant: & zelus debet uirus, & potẽs remanere. Verum heu, non est hæc intestina charitas, ut

2

hoĩes se à diuino zelo comedi patiant. Nã ut minimam quãq; uoluptatẽ nõ amittãt, aut leuissimã quanq; difficultatem non patiantur: nullus est qui diuinũ honorem (ut debet) zelare uelit. Aspicite patres ac Dñi mei cælestem magistrũ uestrũ Iesum Christum, in quo nõ solum adimpleta sunt uerba illa: Zelus domus tuæ comedit me, sed etiam q̃ ibi sequitur. Et opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me. Zelus (inquit) domus tuæ pater mi uitam meam cõsumpsit, & comedit, & opprobria ac contumelia dedecorantium te ceciderunt sup terga mea, qa ipsa summopere dolui, & p illis mortuus fui. Quot iniurias perpessi fuistis ij, qui in Iesu Christi filij Dei loco

1

constituti estis, aut quot opprobria pro honore æterni eius patris pertulistis? Miserabile est profectò. Quo erit zelus ad offerendum honorem, ac uitam ẽt p̃ hac re, cùm in Prælato, aut prædicatore uix reperiat zelus ad uerbum cum spiritu & efficacia loquendum, ut proximi in diuino amore in-

1. Tim. 1.

flammentẽ? Hos admonet B. Paulus, dicens: Finis p̃cepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, i. finis, quẽ expetit lex, cẽ, ut charitas Dei, & amor proximi dominetur in nobis, atq; hunc dicit oportere esse finem p̃dicationis, gubernationis, oĩumq; solicitudinum nostrarũ, qui est finis legis Dñi, & dicit ibidem quod hodie agitur ad literam, s. à quibus qdem aberrantes conuersi sunt in uaniloquium. Dicit plurimos ab scopo diuinæ legis aberrare factos loquaces uanarum rerum, nec ex aĩo loqui, atq; cum efficacia sciunt rep-

Chryso.

4

hendere, quorum quidem uita, & doctrina uana est. Dicit B. Chrysostomus super hunc locum Apostolum hic metaphoram sumere ab illis q̃ cũ scopũ in sagittas directuri essẽt, huc atq; illuc aberrãt. Per Prophetã Hieremiã dicit Deus: Propheta, qui habet somnium, narret somnium, & q̃ habet sermonẽ meũ, loquatur sermonẽ tuum uerè. Quid paleis ad triticum dicit Dñs? Nunq̃ non uerba mea sunt quasi ignis, dicit Dñs: Et quasi malleus cõterens petrã? Propheta (inquit Deus) qui habet doctrinam, q̃ somniauit, loquatur illam, quasi somniũ suum. Siquidem aũt doctrina mea non est eius in somniũ, quare illã uere, & cum maxima aĩ constantia non loquitur? Quare tã excellenti tritico uanæ rhetoricæ paleas cõmiscet? Verba quidem mea ignis, & malleus, sunt, si prędicatores illa sicut oportet, & cũ debito

5

uitæ exẽplo loquerentur. Ideo S. Paulus dicebat: Opus fac Euangelistę, ministerium tuum imple, sobri⁹ esto. Fac (inquit) opera Euangelistæ, uine sicut prædicas: ita ut siqui dẽ doctrina est Euangelica, uita ẽt sit Euangelica. Atq; totam rem cõprehendit, dicẽs: Sobrius esto. Denotans sobrietatem maximam esse ad Euãgelicam uitã dispositionẽ. Eo quòd hic zelus deficit est hodie domus Dei, quæ est uniuersalis ecclesia sicut est.

2. Ti. 4.

Dicit igĩ S. Euangelium, q̃, *Inueniet in templo uendentes, &c. Et cum fecisset quasi flagellum.* Res est obstupẽda uidere hic Dñm, qui dicit: Discite à me quia mitis sum. De quo dixit gloriosus Baptista: Ecce agnus Dei, nunc hoies illos tanta cum seueritate flagellare. Quis unquã uidit agnum lupos in sectanteni? ne hoc admiremini fratres.

Mat. 11.

6

Hunc. n. mitissimum agnũ uocauit B. Ioannes leonẽ, dicens: Vicit Leo de tribu Iuda. Nam erga peccatores pœnitentiam agentes est agnus, in peccato res uerò duros, & proteruos est ideo fortissimus. Depone diuitẽ tuam, & mitissimum, suauissimum q̃. illum inuenies. Hoc est autem maximè pensandum, quòd ipsi flagellati capita submiserunt, nec legitur de illis quòd dixerint Dominum male facere puniendo illos, etsi ipsum interrogarunt, qua cum potestate hoc faceret. Vt cognoscatis quot peccata, & publicæ abusiones poterant impediri, atque illis remedium posset adhiberi, si rectores, & gubernatores urbium (cum iam satis notam, oĩbusq. perspectam habeant potestatem) ad hoc faciẽdum disponi uellent. Prætor autem ut uiro nobili complaceat, eius peccata dissimulat, ut quando aliqd ab eo

Apoc. 5.

7

petierit, libenter faciat. Si semel ei cum urbanitate loqueretur, & quãtopere De⁹ publicis ludis, quæ in illius domo exercentur, offendatur, illi optimis uerbis significaret illumq. ne tale permitteret, rogaret: atq. si secundò rogatus nollet hoc facere, mensas illi cõcremaret. Et contra lusores

per

per terminos iuris cum rigore procederet, non ex ludis tot mala totq; diuortia coniugalium sequerentur, quæ quidem fiunt eo q; uiri uxorum suarum patrimonia ludendo consumunt. Et scitote nullũ esse malum adeò malum, cui malũ bonũ esse uideatur.

8 Sed siquis pp demerita sua se puniri aduertit, tacet, & suppliciũ suffert, quia intelligit se pp honorem Dei, bonumq; publicũ supplicio affici. Verum tãta est gubernatorum ignauia, & pusillanimitas, ut ne ad hoc faciendũ uirile pectus habeant. Idcircò dictũ

Exo. 18. fuit Moysi. Prouide aũt de oi plebe uiros potentes, & timẽtes Deũ, in qb. sit ueritas, & q oderint auaritiã, & constitue ex eis tribunos, &c. Mirabile profectò, non annumerauit Iethro intes conditiones iudicum, q; essent sapientes: sed dixit illos oportere esse fortes: Deũ timentes, & diuitiarũ cupidos. Ad denotandum non tam necessariã esse iudicis sciam, quam inuictũ animi robur, & ut sit mundus auaritiæ, etsi utrumq; iudicibus maxime necessarium est. Vnum aũt ex illis, quæ longè maxime necessaria sunt, est

9 præstans aĩ magnitudo, quam quidem con-

Psal. 100. stantissimus ille zelator domus Dñi Dauid habebat, qui dicebat. In matutino interficiebam oẽs peccatores terrę, ut disperderẽ de ciuitate Dñi oẽs operãtes iniquitatem.

Num. 21. Ad hoc propositum notabilis quædam res reperitur in lib. Numerorum, ubi legitur q; cum Chananæi cum populo Israel præliati fuissent, & ab eo uictoriam reportassent: Israel uoto se Dño obligatus ait: si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes eius. Exaudiuitq; Dñs preces Israel, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subuersis urbibus eius. Plurimi sunt, qui iniqua quadã pietate commoti malos punire nolunt, cum supplicium, q; de illis sumitur nimis gratum sit Deo. Sicut apparet ex præmio, quo hic Hebręi affecti sunt, quib. pp solum uotum, q; uouerant destruendi malos, glorioſam Dñs concessit uictoriã, &

10 uoluit, ut diuitias Chananęorũ possiderẽt. Sic igitur oportet facere ministros iustitiæ, qui debent proponere malos punire, atque hoc propositũ diligẽtissimè executuri sunt, & gratissimum Deo ministeriũ exhibebũt. Hoc autem æquè fieri debet, omnes à maximo usque ad minimum æquali uirga puniendo, sicut fecit Dominus, de quo refert Sanctum Euangelium, & cum fecisset, &c.

Oẽs eiecit de templo, nemini pepercit. Non sic agit modo pp peccata nostra, sed si est seueritas, & supplicium, in pauperibus tm̃modo exercetur. Statua illa, quam uidit Nabuchodonosor habebat caput ex auro optimo: pectus aut̃ & brachia de argento erant, porrò uenter, & fęmora ex ære, tibiæ aũt ferreæ, pedum pars erat ferrea, quędam aũt fictilis. Et cum cecidisset lapis, nõ aurũ quidem, argentum, aut metallum uel ferrum, sed fictiles pedes percussit, hoc nunc ad literam agitur. Non est. n. ictus, ad aureum caput, qui sunt Prælati, nec ad argentea pectora, qui sunt principes, nec ad æreum uentrem, q; sunt iurisperiti, qui lites deuorant, sicut uenter cibos. Nec denig; ad ferrea fœmora confingenda, qui sunt uiri primarij, tyrannis, qui oia lacerãt. In solos fictiles pedes ictus immittitur, qui sunt hoies plebei, pauperes, & abiecti. Hoc audent iudices punire. Ad hoc ẽt, & autor pœnitẽtiarius, qñ cõfessiones audit hoc tm̃modo reprehẽdit, viris. n. magnatibus, & potentibus, ne mini mũ qdem uerbũ audẽt loqui. O maximam debilium, atq; fœminęorum hoium miseriam? O q̃ melius nobis esset triremis remigio esse alligatos, q̃ cum tanta animi fragilitate, & inconstantia reipublicę dominari.

Aut illis Dominus, Auferte illa hinc, et nolite facere, &c. In quo oñdit & seuerũ illud suppliciũ, q; de eis sumebat, erat, quia subspecie sanctitatis tẽplum profanabãt dicentes, quia erant res necessariæ ad sacrificia. Idcò illic uendi posse, atque affirmantes se aliud facere ne deesset qd Deo offerret. Ipsi aũt nihil aliud, q̃ suammet utilitatem expetebant, & idcirco hac cupiditate concitati domũ Dei domũ negotiationis faciebant. Hæc est una ex maximis mũdi peruersitatibus, uelle quęquã sub sanctitatis, & religionis specie malũ esse, & peccatũ cõmittentẽ se uirtutẽ facere simulare. Hoc est qd Deus exaggerat, & de quo summopere conqueritur, dicẽs, & non sufficerat errasse eos circa Dei sciam, sed & in magno uiuẽtes inscitię bello tot, & tã magna mala pacẽ appellant. Agit illic Spũs sanctus qũo inuẽta est idolatria, & qũo hoies nõ contẽti sunt tãtis illis errorib. sicut erant alios hoìs tanquam Deos adorare, sed quod tot tantaq; mala, ac spiritualia bella, pacem, ac tranquillitatem maximam nuncupabant. Atq; ex hoc sequutum est quo ulterius dicit. Omnia commissa sunt, sanguis, homicidium, furtum, & fictio. Tot tantisq; malis non erant

Dani. 2

Iudic. 8.

Isa. 22.

Sap. 14

illi contenti, sed fictionem insuper illis admiscebant, libere nos Deus a tanto malo, q; in talẽ fictionem hõ deueniat, ut Deũ offendẽs uelit simulare se uirtutẽ operari. In libro Iudicũ igitur, quod postquã Gedeon gloriosam illã uictoriã de Madianitis reportauit in signũ gratitudinis Deo uoluit offerre sacrificiũ, noluit aũt illud in Silo offerre, qui quidẽ erat locus offerendis sacrificijs consecratus (ut patet in Iosue.) Deprecatus est autẽ milites suos, dicens. Date mihi in aures ex preda uestra quas ab Ismaelitis, & Madianitis acceperant, (q; idem est.)

14 & responderũt: libẽtissime dabimus. Et fuit postulatarũ in aurium mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, monilibus, &c. Fecitq. ex eo locupletissimum oratoriũ, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Et quanquã magno affectu, & deuotione motus est adeò hac nouitate Deũ offendit, ut dicat sanctꝰ textus, & factũ est Gedeoni, & omni domui eius in ruinã. Et pp hoc peccatũ permisit Deus ut ex septuaginta & uno filijs, quos post mortẽ suã reliqt, unus septuaginta interfecerit, & postea ille desperans mortuus fuerit. Vt nideatis quantum dãni sibi

15 uniuersæq. familiæ suæ deuotione sua insipienti attulerit. Si igitur eo qd contra Dñi præceptũ fecerit, & magnã domui Domini q̃ erat in Silo iniuriã intulerit, etsi hoc cũ bona intentione fecit, maximã sibi illatam iniuriã Dominus indicauit, atque illũ acerrime puniuit, quid erit ꝓ irreuerentijs, quæ non cũ bona quidẽ, sed cũ pessima intẽtione sacris locis fiunt? Tantã contumeliam hanc Deus esse iudicat, ut statim illam punire uelit, sicut apparet, in illo, cum bis uẽdentes, & ementes è tẽplo magna cũ seueri-

16 tate eiecit, atq; in alio terribili supplicio, q; refert in secundo Machabæorum, ubi dicit uenisse Hierosolymã Duce Seleuci Regis Asię, noie Heliodorũ, thesauroſque, qui in templo Domini erant deferre uoluisse. Et (dicit sanctus textus) tũc summus Sacerdos ostendit deposita esse hæc uictualia uiduarũ, & pupillorũ. Quapropter (inquit Sacerdos) rogo te ne has pecunias transportes, erit enim huius templi contumelia, præcipuè, q; per totũ terrarum orbem tanto honori habetur, quod res, quæ in eo deposita est sic ab illo per uiolentiam abstrahatur: Cui Dux Regium mandatum ostendit, dixitque se illi contradicere non posse. Porrò summus Sacerdos, alijq. simul Sacerdotes ad Dominũ pro illa iniuria templo illata deprecabantur, simulque uniuersus populus, & mulieres cilicijs succinctæ pectoribus, inclusæque uirgines publice deprecantes, ad templum cõcurrebant à Domino remedium postulantes. Dux autem nihil illorum æstimans cũ satellitibus ad ærariũ ingressus est. Sed spiritus omnipotentis Dei magnã fecit suæ ostensionis euidentiam, ita

17 ut omnes, qui ausi fuerant parere ei, ruentes Dei uirtute in dissolutionem, & formidinem conuerteretur. Apparuerunt enim illis duo iuuenes qui circunsteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant sine intermissione multis plagis uerberantes. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, cumque multa caligine circunfusum rapuerũt, atque in sella gestatoria positum eiecerũt, iã quidẽ ferè mortuum. Vt uideatis q; supplicium sumit Deus de profanatoribus domus suę. Et super hũc euentũ, magnoperè

18 cõsideranda est æstimatio, & reuerẽtia, qua homines, atq. mulieres illę templũ uenerabantur, cum oẽs unanimiter concurrerint exoraturi Deum ne illud tãta iniuria affici pateretur. O quã maxima est hæc nobis cõfusio, qui tam parui ęstimamus irreuerentias, & iniurias, quæ nunc passim diuinę maiestati in nostris Ecclesijs fiunt, ubi sacrosanctum missæ mysterium celebratur, in q; bus plerunque ineffabile altaris sacramentum custodit, in quo realiter, & uere Christus redẽptor noster continetur. Quid arbitramini facturum fuisse Dauid, aliosque S. Patriarchas, & Prophetas ueteris testamẽti, si Dei Maiestatem in suis sacrificijs, & tẽplo haberent, sicuti nos modo habemus? Quanta cum religione, & reuerentia illum colerent? Si tantopere umbra honorabãt, quanto magis illud, quod per umbram fi-

19 gnificabant, honorarent?

In tabernaculum Moysi tantummodo Sacerdotes ingrediebantur, ingrediebantur autem nudatis pedibus, & nimis ablutis, ac cum maximo silentio, & ueneratione, & hebdomada qua ingressuri erant, non bibebant uinum, nec siceram, atque ipsimet Moysi ante tabernaculi constructionẽ dictum est. Solue calceamentum de pedi-

Exod. 3. bus tuis, locus enim in quo stas, terra sancta est. Eia Moyses attende quomodo ingrediaris, nam hæc terra sancta est.

O Domine non ita Christiani modo in Ecclesiam tuam ingrediuntur, sed cum tan

ta pompa,& maiestate, ac si in foro, aut in plateis deambularent. O Christiani, nunqd hic Deum esse nõ creditis? Profecto si tales essemus, quales nos esse oporteret, humũ, lateres, lapidesque istos uenerari, & deosculari deberemus, eo quod sint in domo Dñi.

20 Illic enim ubi præcipiebatur Moysi, ut calciamẽta de pedibus solueret, nemo præter Angelum erat, qui Dei authoritatem ministerial ter repræsentabat. Hic autem ipse Deus, & homo uer⁹ cõmoratur. Prætermitto modicã puritatem, & munditiam altarium, corporaliumq; quæ in plurimis Christianorum Ecclesijs est. Quæ fides, qui affectus, q sensus, aut quæ deuotio est in uiris Ecclesiasticis? q Deum illũ, in cuius cõspectu Angeli, & Archangeli, Cherubim quoque, & Seraphim, uniuersęq; cęli potestates admirati prosternuntur, tanta cum immunditia tractent? Mappas, in quibus ipsi comedunt, nolunt esse nimis mundas, sin minus famulos suos acerrimè reprehendunt, altarium autem linteamina munda esse minime curant, & licet immũda sint quasi tabernæ mantilia, nihil sibi interesse arbitrãtur, nec illis horrorem afferũt. O ingrati hoies 21 ,p tam supremo beneficio has gratias Deo agitis, quia in manibus uestris collocatur, atque hic socius uester commoratur? O fratres charissimi, per amorem illum, quo nobis tam singularia beneficia facere uoluit, uos deprecor, ne deinceps ita sit. Verũ siquidem illi debitum honorem non possumus exhibere, saltem secundum uires nostras, illum honoremus.

Diligenter aũaduertamus Deum noluisse ut in templum boues, ouesque, ac colũbæ immolandę, non autẽ uendendæ afferrẽtur. Sic faciebat Dauid, siquidem dixit: Introibo in domum tuam in holocaustis, reddam tibi uota mea, quæ distinxerunt labia
Psalm. 65. mea. Si adducis frater sensuales, bestialesque appetitus tuos in templum, ut eos in
22 holocaustum Deo offeras, mortificationis cultro illos truncãs, diuinique amoris igne inflammans, libenter sacrificium hoc Deus accipiet, Sin autem illos emendos, & uendendos affers aspiciens, & cupiens aspici, cupiens & desiderans cupi, peccans, & alios ad peccandum inducens, etsi Deus nunc pro sua pietate dissimulat, non tamen hoc impune ferret, siquidem domi suæ, quæ est domus orationis, tam abominabiles emptiones, & uenditiones exerces, quibus bina templa coinquinas, quorũ alterũ est hoc materiale, alterũ uero est spirituale, qui es tu. Et idcirco Apostolus postquam dixerat. Nescitis, quia tẽplum Dei estis, & spiritus Dei habitat in uobis? Subdit conueniẽtissime, dicens; Si quis autẽ templum Dei uio 23
lauerit, disperdet illũ Deus. O asperũ uerbum? ò terribilẽ cõminationem, quare non 1. Cor. 3.
contremiscitis filij Adæ, siquidem passim, & pro qualibet næuia, quæ se se uobis offert, mortaliter peccatis, animamq; uestram inficitis? Cauete ne uos Deus in æternum destruat. Sic enim uos hic comminaĩ Dicite, si quis tã impudens, & temerarius esset, ut in hoc materiale templũ porcos, asinos, bouesque adduceret, domumq; Dei iumẽtorum stabulum, & porcorum harã efficeret, quã sacrilegus haberetur? Et si sacrosanctis imaginibus abrosis prophana uiolenti Bacchi, aut turpissimę Veneris, aliorumq; idolorum delubra constitueret, quo igne, aut quo tormẽtorũ genere puniretur? Quid igitur minus facis tu, ò peccator, quia te Dei effigiem oblinis nolens cũ illo conformari, & in tabula cordis tui turpia uitia, cupi 24
ditates, atque alia pleraque scelera insculpis, quo igitur supplicio dignus est, qui talia sacrilegia cõmittit? Quod si ita est, quare animaduertẽs te tot, tantisque criminibus coram Deo alligatũ, non trepidas? O cæce, & demens, siquidẽ cũ in tanto periculo constitutus sis toto corpore non contremiscis? Deus tibi sensum, ac prudentiam concedat, ò frater: ut à uĩ tua mala resipiscas.

Ex his uerbis B. Pauli elicitur alia consideratio tanti, & pluris etiam doloris, sicut est præterita, quæ quidẽ talis est. Siquidem Christianus est templum Dei, ubi ipse habitat, toto tẽpore, quo uirũ aliquẽ, aut fœminam persequeris, nihil aliud facis, nisi templum obsidione premere, ut uideas si fora 25
men aliquod inuenias per quod Deum ab illius anima expellas, curãs ut illum offendat. Attẽde igitur, ò infelix ptorem etiam delinquẽtes in Ecclesia tutos pari commorari. Quare uis tu, & diligenter laboras ut Deum a loco sacro eijcias omnibus possibilibus rationibus pauperculam fœminam aut alium proximum tuum ad peccandum solicitans? Quod si iniquitas tua tam ad effectum peruenit, Deumque à templo eiecit, restitue, restitue illam templo, quia est Summus Pontifex, (sicut dicit Diu⁹ Paul⁹, Christus assistens Pontifex futurorum bonorum

norum) quem Angeli reuerentur, & timẽt. Dicit aliquis. Quo igit illũ restituerus sum? Faciens pniam & ex aio culpam tuam cum maximo animi dolore confitentes, & oibus rõnibus, quib. poteris, curans ut idem faciat ille, quem tu ad peccandum induxisti. Eo
26 quod oĩa hæc mala in Ecclesia Dei sunt, ideò nos tam crebro Deus flagellat, atque aliys duriorib. quidem flagellis, q̃ hos puniuit, de quibus loquitur S. Euangelium.

Quod si attente consideremus, quid sanctus Euangelista dicat, inueniemus Dñm flagella non detulisse, sed ex funibus, quib. illi ai alia sua alligata deduxerant, illa confecisse. Dicit enim, *Cum fecisset quasi flagellum de funiculis, &c.* Atque idem nobiscum nũc agit, nam ex nostrismet negotijs, & ex rebus, quibus intendimus, elicit Deus flagella, quibus nos uerberet. Flagellis trium brachiorũ nos flagellat, quorum unum brachium est sterilitas fructuum, q̃ abstrahit Deus à nostris agriculturis, & laborib. quanos tam crebrò punit. Sic affirmat Dauid, di
Psal. 109. tẽs, Qui cõuertit terrã fructiferam in salsuginẽ à malitia inhabitãtiũ ea. Efficit Deus, vt ager, & uinea fertilis efficiatur sterilis, & sicca sine humore. Hoc autem non qa sic illi libuit, sed pp malitiam cõmorantium in
27 ea. Idem exaggerat Propheta Ioel denotãs, qũo Deus pp hominum peccata fructus adIoel. 1. mit. Luxit (inqt) humus qm̃ deuastatũ est triticum, confusum est uinum, confusi sunt agricolæ super frumento, & oleo, quia periit messis agri. In his uerbis significat sanctus Propheta, fructus terræ pudore confusos esse & quasi præ pudore, & confusione, quia tam malis hominib. seruiunt, tamq. ingratis, atque etiam tam inimicis creatoris sui apparere non audere. O quam magna est hæc exaggeratio, dicere, sanguinum confundi, & non audere apparere in mundo, tu uerò non confunderis, quod tam turpiter uiuere ab omnib. uidearis. ¶ Secundum brachium flagelli, quo nos crebrò Deus puniuit, sunt bella, quibus quotidie opprimur, & affligimur. Mos enim Dei est quos
Zac. 11. 28 dam peccatores per alios punire, sicut dicit Zacharias. Hoc dicit Dominus. Pasce pecora occisionis, qui possederant, occidebant & nõ dolebãt, & uendebant dicentes. Benedictus Dñs, diuites facti sumus; & pastores eorum non parcebant eis, & ego non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus. Ecce ego tradã homines unumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui, & concident terram, & nõ eruam de manu eorum. Sumit elegantem metaphoram à domino pecoris, quiad occidendũ illa curiosodit, & pascit, & statim explicat metaphoram dicens Deũ esse Dñm pecoris, oues autem potentes, pingues, & malos ciuitatis, q̃ sicut diuitijs pingues sunt, ita ẽt scelerib. intrassantur, & hoc ad maiorem illorum con
demnationem, qa ad inferni carnificinã im 29
pinguantur. Atque etiam in hac uita illos Deus incipit punire, eosque desinit, ut immaniter sibi inuicem officiant, atque ut reges etiam eorum male partas diuitias illis adimant. Et ita dicit Deus exponens metapheram; Ecce ego tradam homines, &c. Et alij alios inuicẽ insectantes terrã schismis diuident, consurgens Rex contra subditos, & subditi contra Regem, & alij cõtra alios præliabuntur, illosque deseram, ut se percutiant, neque unos de aliorum ptate liberabo. Nec uerò unos unius ciuitatis per alios
ipsius ciuitatis ciues tãtum punit; sed unos 30
etiam Reges per alios punire consueuit, sicut dicit per Hieremiam. Pro eo quod Hier. 25.
nõ audistis uerba mea. Ecce ego mittam, & assumã uniuersas cogitationes aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonosor Regem Babylonis seruum meum: & adducam eos sup terram istam, idest, ut sit executor iustitiæ meæ. Tali rõne, & ordine disponit Deus hominum negotia, illorumq. furores permittit, ut efficiat alios aliorum esse carnifices, ut cõstat ex pphetis. Assyrios Hebræorũ fecit carnifices, Chaldæos, Assyriorum; Persas autem & Medos Chaldæorum fecit esse punitores. At uerò p Macedones, Persas, & Medos flagellauit. Macedonum autem Romanos fecit carnices, & per eos ẽt Iudæos puniuit. Nunc uerò permittit, ut
Turcæ, & Mauri propter scelera nostra Chri 35
stianorum sint carnifices, ut uitas nostras corripiamus. Et sic ẽmittit inter Reges ambitiones esse, & desideria ampliandi regna & dominationes suas, & ob hanc causam, inter illos bella esse. Et licet eorum finis sit ea quæ expetunt, comparare: ueruntamen Deus hoc ita disponit, ut alij per alios puniantur, ad iustitiam suam exercendam, suamque diuinam prouidentiam magnificandam. Et q̃ homines propter malos fines faciunt, ipse ad suæ iustitiæ, & diuinæ uolũtatis executionem, absque eo quod hoc homines intelligant, disponit. Sic affirmat

Propheta Michęas, dicens: Ipsi autē nō cognouerūt cogitationes Domini, & nō intellexerunt consiliū eius, quia cōgregauit eos quasi fœnū areæ. Quòd gētes, quas Dñs ad Hebræorū suppliciū adduxerat, Domini cogitationes non intellexerunt, qui illos quasi manipulos in aream deduxit, ut postquā Israelis area punita, & purgata esset, illos contereret, & eorū spolijs uteretur. Qđ si Deus Nabuchodonosor Regē seruum suū appellat, non est q̄ in pſecutione Hebræorū nō peccaret: sed ut significaret se bonā uoluntatē suā adimplere iniquam tyranni illius intentionē, suamq; diuinā iustitiam illius ambitionē exercere. Deus enim tam sapiens, potensq́ est, ut p reflexā regulā rectum nouerit scribere. Atq; etiam aliqñ ipsum peccatorē suimetipsius carnificē facit: sicut apparet in Iuda, qui ipsemet fuit carnifex: & diuinę iustitię executor, ut in temporale supplicium peccatiq́ue sui exēplarem pœnam præter atrocissima futuri seculi tormenta, se ipse suspenderet.

Michæ. 4.

32

33 ¶ Tertiū & ultimū brachium flagelli, quo Deus nos percutit pp scelera nostra, sunt morbi sicuti dixit Moyses Hebræis: Nisi custodieris, & feceris oīa uerba legis huiꝰ, &c. Augebit Dominus plagas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas, & perseuerātes, infirmitates pessimas, & perpetuas, &c. donec te cōterat. Et remanebitis pauci numero, q̄ prius eratis sicut astra cæli præ multitudine, qm̄ nō audisti uocem Domini Dei tui. Et siquidē nunc tot pestes, totq; infirmitates in nos immittit, meritò credere possumus pp peccata nostra esse. Ecce tria brachia flagelli Dei, ut sic puniti, à nostris uijs malis resipiscamus, ne æternis uerberibus flagellandi in infernū detrudamur. Quāobrē fratres charissimi hęc Dei tępla mūdare diligentissime curemus, oīaq; ab illo peccato eijciamus, præcipuè uero auaritiam expellamus, q̄ peculiariter illo flagello Dñs e tęplo expulit. Est autē hoc malū, q̄ quasi in omnibus uniuersaliter dñatur, sicut dicit Deus p Propheta Amos, his uerbis: Auaritia. n. in capite omniū. In oculis tuis affers auaritiā, semper enim pecunias uelles uidere, in auribus defers cupiditatem, quia sēper audire desideras res lucri. In naribus & olfactu illam portas, quia à longe oles emporia, & negotia, in manibus etiam illa ingeris, semper enim illas plenas nummis habere uelles. In ore deniq; illā usurpas, semper enim de illa loqui, & agere desideras. Quid ergo remedij est? Aduerte qd faciat Episcopus cū materiale tęplū purificat. Vadit per totū templum cū hyssopo, & uniuersos angulos inuestigare uidetur, hic atq; illic aquā benedictā effundit, & ubiq; illā dispergit, nisi hoc modo aīæ tuę templū purificaueris absque dubio peribis. Inquire, inquire per istos aīæ tuæ angulos, scrutare quæ peccata sint illa. O quā diligenter scrutabatur angulus ille, qui dicebat: Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīę meę. Veniat aqua benedicta, veniāt lachrymæ. O quā benedicta aqua sunt lachrymę cordis, effunde, o frater hanc aquā benedictā hic atq; illic, & ubiq; lachrymare adulteriū, q̄ cōmisisti, lamētare ieiunijs, q̄ fregisti, lamentare tępus q̄ frustra cōsumpsisti, deplora damnū, q̄ proximo intulisti, cōsciē tiam tuam accuratissime percurre, & immunditię eius per ostium quod est os per puram confessionem prodeant. Et firmissime propone diuinam maiestatem à te nō amplius esse offendendam, & sic gratiam suam tibi Deus largietur, qua sempiterna gloria comparatur: ad quam nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Deu. 28.

34

35

36

Esai.

Feria III. post Dominicā IIII. In Quadragesima.

Iam die festo mediante ascendit Iesus in templum, & docebat, & admirabantur Iudæi. Ioan. 7.

REFERT S. Euangeliū q̄ celebrabat Hierosolymis festū Scœnopegię, q̄ erat i memoriā, q̄ patres antq tot annos i deserto peragrarūt, anteq̄ pmissionis terrā ingrederēt. Hoc ât festū celebrabat septem dies, & in medio eius, hoc est, die quarto ingressus est Dominus in tęplum ut doceret populūq; suam cęlestem doctrinam erudiret. Noluit illuc primis tribus diebus ascendere, quia uniuersi in legis ceremonijs magnopere occupati erāt: & sic minor erat opportunitas, ut eos erudire posset. Diligérer consideranduṁ est hic fratres charissimi, quomodo quęrebat Christus Redemptor noster opportunius tempus, in quo posset de animarum salute, & conuersione agere, cuius quidā insatiabili quidam siti ęstuabat.

1

In Quadragesima. 361 362

Auguſt.

bat. Nullus unquā fuit mercator quantūuis diuitiarū cupidus, qui cū tanto lucrandi studio in emporia pperaret: quanto ardore pergebat optimus Iesus quocunq. esset opportunitas unius aīæ lucrādæ, hoc autē non pp utilitatē suā, sed pp maximum suū erga nos amorē. Quis igitur hunc ardētissimū amatorem non diliget? Et quis omnē bonam opportunitatē seruiendi illi nō inquiret: siquidē ipse tam diligēter eā inuestigat ad benefaciendū nobis? O quā accuratam diligentiam circa hoc ueteres illi Patres habuere, q̄q. diligenter opportunitatē quærebant ad benefaciendū sicut apparet i Abraham qui sedebat in ostio tabernaculi sui, in ipso feruore diei. In meridie peregrinos expectabat, ut eos reficeret, illud enim erat opportunum tępus, qñ uiatores ab itinere suo requiescere consuescunt. Et sanctus Loth inuentus est à duobus illis Angelis, qui in forma peregrinorū ueniebant, uespere sedens in foribus ciuitatis. Vesperi expectabat hospites, qa illa hora solent peregrini ad domos, & diuersoria concurrere. Et sic Ecclesiasticus dicit: Omni. n. negotio tępus est, & opportunitas. Et amicꝰ Dei hanc tęporis opportunitatē ad benefacien dū semper inquirit: sicuti uice uersa faciūt mali ad malefaciendū. Sicut patet de maledicto Cain, de quo dicitur: Dixitq. Cain ad Abel fratrē suū: Egrediamur foras. Cūque essent in agro, cōsurrexit Cain aduersus fratrē suum Abel, & interfecit eū. Videte quam opportunitatem quæsierit ad tñ illum insultum perpetrandū. Exiuit. n. ad agrū, ut illic à parentibus suis non aspiceretur, ne eius mortē possent impedire O sancte Deus, q̄ obstupenda est uisu uigilātia, qua iniqui hoies opportunitatē, perquirunt ad suas malas intentiones exequendas. Sic exaggerat Deus cōquerens p Hieremiam his uerbis: In ijs sedebas expectās eos, (scilicet amatores tuos) quasi latro in solitudine. Sicut latro (inquit) ad uias exit, & illic insidiatur uiatores, & in prōptu est, ne fortè occasio deprædandi ptereat: sic tu ò peccator (ait Dñs) ad uias exis & es auscultans in promptu ne occasionē prętermittas cōmittēdi omnia peccata, quæ potes. Es latro peccatorū, deprædatorq. offensionum Dei, qui illis in ijs occurris, ut eas depræderis, præ nimio peccandi desiderio, quo flagras. Deprecor ergo uos fratres mei per clementissima Dei nostri uiscera, ut efficacissimè curetis in hoc diuinę maiestati respondere, & siquidē tā diligenter occasiones q̄rit ad nobis beneficia faciēda, illas nos ēt uere, & ex aīo inuestigemus ad illi accuratissimè seruiendū, & qñ illas præmanibꝰ habuerimꝰ, ne frustra eas ptermittamus.

Gen. 18.

Gen. 19.

Eccle. 8.

2

3

Gene. 4.

Hier. 3.

4

Docente Dño in tęplo talia, & tā sublimia mysteria dicit sanctus Euāgelista: *Mirabātur Iudæi dicentes: quomodo hic literas scit, cū non didicerit?* Cū deberent cōuerti, magis peruertebantur. Et dicebāt fortasse Christū Redēptorē nostrū literas illas à diabolo didicisse, cū illas humanitus non didicisset. O terribilē puersitatē q̄ ex tali concione, & ex tā diuino cōcionatore, & ex tā ardenti spiritu tantā malitiā hoies eliciāt. Ne miremur si nūc populos pdicationibꝰ nostris meliores effectos nō uiderimꝰ. Nā hoc malū satis antiquū est in orbe terrarū. Sicut significauit B. Paulus, q̄ postq̄ dixerat quā speciosi pedes euangelizantiū pacem, euāgelizātiū bona, statim subdidit dicens: Sed nō oēs obediūt Euangelio. Et ci tat Esaiam, dicens: Esaias. n. dicit. Dñe quis credidit auditui nostro? pauci, pfectò saltem q uiuam habeant fidem, & sēdm ardētissimā charitatem operent. Hęc est maxima exaggeratio B. Pauli q̄ cū prædicatores sancti sint, eorūq̄. pedes ualde pulchri, qui qdem sunt eorū passus, uię, feruores, zelus, & sancta intētio omnia hæc pulcherrima, quales pdicatores nunq̄ in Ecclesia Dei defuerunt, pcipueq̄. in illis temporibꝰ maxime abundarunt: & tū tam pauci sint, qui ex sancta illorū doctrina fructū percipiant, quid magis obstupendum esse pōt? D. Ioannes hoc magis exaggerauit dicens: Cum aūt tanta signa fecisset (scilicet Iesus) coram eis, non credebant in eum. Et hunc ipsum Esaiæ locum refert. Dñe qs credidit, &c. Atque aliam difficiliorem rem addidit, dicens: Propterea non poterant credere, s. propter deprauatū affectum ad ppriam gloriam, & ad alia uitia. Dauid uerba illa ualde notabilia dicit: Si dormiatis inter medios cleros pennę columbæ deargentatæ & posteriora dorsi eius in pallore auri Sortes appellant Hebręi hæreditates, qa illis sortibus datæ sunt. Dicit igitur Propheta secundū quod interpres qdā exponit. Si Prelatus fuerit, & requieuerit sicut qui dormit inter hæreditates suas, hoc est, in medio subditorū suorū unusquisq. illorū erit quasi colūba sine felle, doctrinę eius sapientia

5

6

7

Rom. 10.

Esa. 53.

Ioan. 12.

Psal. 67.

sapientia deargentatus, & ardentissima charitate inauratus. Si igit hoc est ita quo cum summus mundi plat⁹ Iesus Christus fili⁹ Dei tanta cũ tranquillitate inter hoies requieuerit, illisq. maxima cũ efficacia pdicauerit plures illorũ duriores, ac ꝓteruiores redditi sunt, sicut apparet in hodierna sancti Euangelij lectione? Ad hoc rndeo, illud q̃ dicit Dauid intelligendũ esse: ex parte sua illã diligentiã sufficientẽ esse ad istum admirabilem effectum producendũ. Quanto autem potentior, & efficacior erat Dñi pdicatio? Quod si effectum non faciebat, erat ꝓpter audientium puersitatẽ, & obstinationẽ, quæ qdem impedit quominus pdicationes, nec miracula ẽt ꝓficiant. Pauci sunt anni, ex quo frater Andreas de Espoleto ordinis fratrum minorũ in medio ignis cõmoratus est, in quẽ ter à Mauris immissus est, & toties indemnis euasit. Quod miraculũ cõpluribus Lusitanis uiris spectantib⁹ factum est, quorum fortasse nonnulli adhuc
9 viuunt. Videntes aũt Mauri tm miraculũ, nõ modò nõ conuersi sunt, uerũ & sanctũ ẽt lapidibus obruerunt, illumq; atrocissima morte necauerunt. Tãta est illius puer sę gentis obstinatio. Sex mille, & plures anni sunt, ex quo dulcia flumina in mare ingredi non cessant: mare tm semp salsum remanet & amarũ. Sic postq̃ Deus Opt. Max. hunc orbem creauit, magna flumina in illum mittere non cessauit: qui quidẽ sunt plurimi sancti, q̃ sanctam doctrinam, optimæq. uitæ exempla mirifica præseferunt. Et super omnia uenit capitalis ille fluuius Iesus Christus filius Dei, maxima cum dulcedine, ac suauitate. Non solum autẽ sicut fluuius, sed de illo dixit Esaias: Repleta est
Esai. 11. terra scientia Dñi, sicut aqua maris operientis. Hic autem infœlix mundus cum infinitæ dulcedinis mare in se receperit, amarus tamen, peccatisque plenus remansit.

10 *Respõdit eis Iesus, & dixit; mea doctrina nõ est mea, sed eius, qui misit me.* Cõsiderate fratres charissimi q̃ plena humilitatis sint hæc uerba, q̃a cum uerum sit oĩa q̃cunque Pater ætern⁹ habẽt filij esse ueruntm oĩa ad Patrem refert, q̃a illa ab eo acceperat. O q̃ mirifica doctrina. Beati q ex illa sciũt fructum ꝓcipere, & omnia, quæ habent ad Dñm q ea sibi concessit, referunt. Sic faciebat B. Paulus, q̃ passim affirmabat se gratiã, q̃ habebat à Dño accepisse. Præcipuè autẽ uerba q̃dã uobis referre uolo, q̃ circa hoc dicit B. Apostol⁹ q̃a maximã oĩbus habent doctrinã. Quæ talia sunt. Audacius autẽ scripsi uobis fratres ex parte: tanq̃ in memoriã uos reducens ꝓp gratiã, q̃ data est mihi à Deo: ut sim minister Christi Iesu in gentib⁹ sanctificans Euãgelium Dei, ut fiat obligatio gẽtium accepta, & sãctificata in Spiritu sancto. Habeo igit gloriã in Christo Iesu ad Deum. Circa q̃ primũ notandũ
11 est, quo recognoscit gratiã, q̃ habet à Deo sibi datã esse, officiumq; ac sufficientiã ẽt se à Deo accepisse, & gloriã, atq. honorẽ, quem corã Deo habet, ꝓ Christum Iesũ, iper merita Christi sibi uenisse. Et dicit se hac gratia, & ministerio Apostolatus sui utentem ad Romanos aliqua scripsisse, q̃ ip si iã intelligebãt, dicit tñ se hoc fecisse ut illa in eorum memorias reuocaret, atq; ex hoc cognoscerent, q̃ toperè desiderabat S. Apostolus, ut illa opere complerent, cum toties eadem illis referret. Vnde apparet ualdè utile esse pdicatorem non uereri unã & eandem doctrinã sæpenumero referre, qñ illa est ualde utilis, & necessaria, licet
12 intelligat iã auditores illã scire. Et ideirco dicit: Audacius, &c. Idest, audaciter ad uos scribo ea, quæ à uobis intelligi non dubito. Quòd uerò dicit: Ex parte. Vult dicere se ad illos non scribere omnia, quæ posset, sed illa tantummodo, q̃ eis magis necessaria esse cognoscebat. Sic oportet pdicatorẽ facere, ne auditorum animis tędium afferat. Dicit q̃. finem, ob quem illos docebat, ẽsse, ut illi ꝓp suum ministerium Deo offerent tales, ut diuinæ Maiestati grati, & acceptabiles essent. Hoc autẽ est sup hęc uerba maxime pensandum. Dicit. n. sanctificãs Euãgeliũ Dei. O admirabile uerbum. Quid uobis uidẽt fratres de B. Pauli audacia? dicit. n. Euangelium Dei à se suo ministerio sanctificari. Et uerum equidem dicebat. Nã sanctificãs, hoc est demonstrans S. Euãgelium, ꝓp illius pdicationem, atq. expositionẽ, & ꝓp uitæ suæ puritatẽ & integritatẽ, qua sanctum esse Euãgelium apertè demõstrabat, siquidẽ eius obseruatores tales efficit. Per hanc uiã oportet iter facere illos, q̃ in officijs suis Deo placere uolũt
13 ꝑsertimq; euangelicos pdicatores, q̃ super omnes debent recognoscere doctrinã, gratiamq. atque omnia, quæ habent à Deo, sibi dimanasse. Cauete aũt patres mei ne fitis sicut illi, de quibus dicitur: Qui dixerunt: Linguã nostram magnificabimus, labia

bia nostra à nobis sunt. O infœlices illos, q̃ tale cogitãt. Et q̃is sic nõ cogitetis, non tñ hoc sufficit, nisi gratia ista, quã habetis ad il
Num. 23. lũ sinẽ, ad quẽ De⁹ illã cõcedit, utamini. Si cuti faciebat hic B. Paulus. In libro Numerorũ dicit, q̃ eunti Prophetæ Balaã cũ auguriis, & incantationibus suis maledicturo populũ Israel occurrit illi Deus, & posuit uerbum in ore eius, ut inijceret benedictiones, quas postea illi populo suo iniecit. In-
14 quo est ualdè notandũ sacram Scripturam non dicere, Dñm posuisse uerbum in corde eius, sed solũ in ore eius. Et ita nõ aliter prophetauit Balaam, q̃ eius asina, quorum neuter in corde uerba habuit, (licet Balaã cum esset rationalis, intelligeret q̃d diceret) sed tantũ in ore. O quot sunt hodie, qui etsi doctrinã à Deo acceperunt, in lingua tantum illã habent, sicuti Balaã & eius asina habuerunt. Et quia illã in corde non habent, ideò eã ex corde nõ proferunt, sed lingua tantũ, ac uerbis, uanisque rhetoricis illã pronunciant. Vere autẽ serui Dei cæli do ctrinã ꝓ
Eccl. 2. cipiunt, illãque in lingua, & corde habent, & ita illã ex corde, & spiritus feruore loquũ
15 tur. Et hoc significauit q̃ Dᵉ⁹ dixit Ezechieli: Aperi os tuũ, & comede quæcunque ego
Eccl. 3. do tibi. Et uidi: Et ecce manus missa ad me, in qua erat inuolutus liber. Et sequẽti capite: Dixit ad me, &c. Comede uolumẽ istud. Et uadens loquere ad filios Israel. Ecce qũo doctrinã in ore, & in corde eius Deus collocat. O Deus Infinitæ maiestatis, per clemẽtiã tuã te rogo, ut tales nobis prædicatores
Luc. 10. largiaris: Hic oportet uos fratres charissimi Deũ frequẽter exorare, sicut unigenitus filius eius nos docuit, dicens: Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem
Ephe. 6. suam. Etsi S. Paulus tam insignis prædicator & tam sanct⁹ erat, Ephesios tamen rogabat, dicẽs: Orantes omni tẽpore in spiritu, & in
16 ipso uigilantes in omni instantia, & obsecratione pro oĩbus sanctis, & pro me, ut detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia notũ facere mysteriũ Euãgelij. Et paucis intermissis: Ita ut in ipso audeam pro ut oportet me loqui. O q̃ obstupẽda sunt hęc uerba undiq. Nam ex una parte nos docẽt tanta nobis fiduciam ab oratione ꝓuenire, ut nõ pudeat nos ꝓ tanto sancto sicut Paulo, si nũc uin⁹ ĩ mundo pdicaret, & q̃ alio quocunq. illi⁹ æquali depcari. Quis esset miles, q̃ ꝓ suo generali duce Regem auderet exorare? Veruntm licet nullus unquã fuerit dux tam dilectus à Rege suo, sicut B. Paul⁹ Deo gratus fuit, adeo tamẽ oratio aĩum ex tollit, ut ꝓ S. Paulo in ei⁹ tẽpore posset exorari. Ex alia parte nobis admirationem maximã affert ꝓfunda S. Apostoli humilitas, q̃ fatẽt se oĩum orationib⁹ ad uerbum Dei audacter ptædicandum indigere. O q̃ta est hæc cõfusio illis, q̃ nunc rẽ hanc tractam⁹, quantoperè obliuiscimur nos crebrò populorum orationibus cõmendare. Atq; forsitã hęc est causa, quare cum tanta animi frigidi
17 tate, & relaxatione prædicamus. Dicite igit omnes, ò patres mei, dicite (inq̃) cum Domino. Doctrina mea nõ est mea. Et cum B. Paulo instanter omnes rogate, ut pro uobis diuinam Maiestatem exorent, ut uobis efficacia uerba ardentemque ac feruidum spiritum concedat, quò ministerium hoc dignè sicut oportet exerceatis.

Dicit ulterius Dominus. *Sed eius, qui misit me.* O quã potens est uerbum hoc ad ar
18 ripiẽdum corda nostra, illaq̃. extollendũ, ut summa cum attentione, affectione, ac reuerẽtia cœlestẽ doctrinam ꝓcipiant. Si magna Simile.
hominum multitudine in quodã cãpo cõmorante cęli coram illis repentè aperirẽt, & ab illis usque ad terrã epistolã descendere cõspicerẽt, q̃ta cum cupiditate hominis exoptarent ꝓlegere, & intelligere q̃d in ea scriptum esset, aut qui de cælo hominibus nuncij mitterentur. Quid igitur aliud est Euãgelium, nisi epistola quędam à cęlo missa, atq. illinc ab ipso filio Dei ad homines
Ioan. 1. erudiendos allata? Sic dicit B. Ioannes glorio sum Baptistam his uerbis dixisse. Vni genitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit. Quanta ergo cum affectione, attentione, & reuerentia oportet nos desiderare hanc epistolam audire, & expositionẽ literaturæ eius intelligere? Et qui illã hoc modo audit, & ab Spiritu sancto clemẽter præuentus est, qui dicit, ad quem respiciã?
Esai. 66. siue, ut alii uertunt. Super quem requiescet spiritus meus? nisi super humilem, & mansuetum, & trementem sermones meos? Nõ
19 solum etenim necesse est uerbum Dei attẽtè, sed reuerenter etiam, & cum tremore, ac trepidatione audire, ac si Deus audiretur.

Sequit in textu: *Si quis uoluerit uoluntatem eius facere, cognoscet de doctrina mea, utrum ex Deo sit.* Idest, separate à uobis malitiã uestrã, intestinũq. odiũ, quo me ꝓsequimini, & tũc doctrinã meã a Deo esse cognoscetis. O quoties nos à malitia, & passio-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne excæcamur,& sic cæci ea condénamus, quæ summopere laudare deberemus. Et id q̃ iustũ sanctumq́; est, crebrò uitio uertimus. Liberet nos Deus ab omni passione, uniuersæ.n. passiones hunc effectum in aia operãtur,illãq́ue excæcant, ut ea quæ intel
20 lectura est,non intelligat. Quando aũt hæ cordi affiguntur quis illas euellere sufficiet? Diujna potẽtia opus est ad illas euellẽdas. Exod.5. Videte quid fecerit Deus ad euellendã passionẽ est-ænatę cupiditatis à Pharaonis corde,ut Hebręis libertatem pristinã restitueret, quos tanquã seruos contra uniuersam iustitiã sub suo imperio cõprimebat: & nimiũ sibi pdere uidebatur,si tot seruos amitteret. Atq; ut ab eo cupiditatem illã auferret,uidete quot strages fecerit ĩ Ægypto,auferens illis aquas, lucẽq́ue & aialia eorũ in terficiebat,filiosq́ue occidebat, agros eorũ destruebat,universamq́ue Ægyptum cõminuebat: ipse uero Pharao semper in sua duritie,ac proteruitate pertinax remanebat. O alienæ diuitię,& illarum cupiditas quãtã duritiẽ,& cæcitatẽ humano cordi affers. Vn
21 de infertur ò patres auditores pœnitẽtiarij necessaria quædã doctrina,quæ talis est,siqs pœnitẽs ad uos accesserit,dixeritq́; se duos aut tres aureos alicui debere, & pollicetur se cũ primũ illinc exierit, & domũ accesserit,illos restituturũ esse,,p prima uice si fuerit modica quantitas absoluite illum,si aũt est magnæ quantitatis debitum,et si ,pmittat se solutur ã esse,& licet si prima uice,nõ debetis illum absoluere. Nõ tibi credo frater te restituturũ esse,& quãquã tibi credo, nõ tũ tantę quantitati credo. Attẽdite Pharaonẽ,q cũ multũ restituturus esset, nimis dura illi restitutio uidebatur,& tantã seruorum multitudinẽ dimittere recusabat, quã quã cũ se in angustias redactum animaduerteret, statim se illos dimissurũ affirmabat, ueruntamen ab illa necessitate liberatus, auarus,ac ,pteruus sicut antea reddebatur.
18 ro, ut ad hęc diligẽtiſſimè aduertatis, quæ ſunt aĩabus ueſtris maximè neceſſaria. Referens S. Euangeliſta ſuaſionẽ hanc, quã ſuperbi iſti hoies Dño dicebãt, ſtatim huius rei rõnem reddit dicens: Neque enim fratres eius credebant in eũ. Non erat mirũ, q illi, qui in Chriſtum Redẽptorẽ noſtrum nõ credebant, ſuperbi, inaniſq; glorię cupidi eſſent ſeculares q; honores diligerent, ac talia uerba loquerentur. Veruntamen quã ex cuſationẽ habebis tu ò Chriſtiane, qui cum Ieſum Chriſtũ crucifixũ credas, atq; in eius cruce uerã gloriam, atq; honorẽ ſitũ eſſe fatearis, ſæculares tũ dignitates, inanemq́ue mundi gloriã tanta animi contentione conaris adipiſci? qũo talifidei, talis uanitas, ac ſuperbia cõſonat? Aperte ſignificas ò frater fidẽ, quã habes mortuã eſſe. Nã quãuis fides mortua, fides eſt, & donũ infuſum ab Spiritu ſancto in aĩmã quæ quidẽ non perditur
19 niſi per hereſim. Dicitur tamen mortua, qa nihil uitale in homine operatur, ideſt, quia cũ in intellectu ſita ſit, nullos diuinorum, ſanctorumq́ue motuũ radios in uolũtatẽ immittit. Eſt quaſi lucerna poſita ſub arcto modio, quæ etſi accenſa eſt, nullam tamen claritatẽ immittit, quia modij corpore impeditur, quo minus lucem proferat. Quod ergò modius lucernæ impedimentũ eſt quo minus illuceſcat, idem impedimentum eſt peccatũ fidei, & multò maius, quia charitatem adimit, quæ fidei ſplendorem donat, eamq́ue uiuificat. Quid igitur hęc fides in intellectu ſita tibi prodeſt, ſi iuxta regulas, quas Dñs ille, in quem credis te docuit, nõ uiuis, cumq; te tot tantiſq́ue beneficijs illi deuinctum eſſe cognoſcas, eum nõ dili- Exo. 13.
gis? ò demẽs, qui tãto bono neſcis uti? Ignea illa columna, quæ Hebrẽos ducebat, directè illos in terram promiſſionis dirigebat 20
ducens illos noctu tanquã ignis, die uerò tanquã alba columna. Non tamẽ eos in terrã promiſſionis intꝛoduxit. Nam armorũ ui oppugnata fuit, ſudantes enim, & laborantes, ſuperanteſq́ue barbaras nationes, & gigantes in illam intꝛoierunt. Fides, quã in intellectu habes, optimè te dirigit. Saluatio niſq́ue uiã erudit, quæ eſt Deũ tuũ toto corde diligere, proximumq́. tuum ſicut te ipſũ amare, paſſioneſq́ue tuas ſuperare & uitijs tuis ſanguinolentũ bellũ inferre. Et ſic uer-
ba illa B. Pauli: iuſtus ex fide uiuit: B. Chry- Rom. 1.
ſoſtomus, B. Ambroſius, B. Hieronymus, B. Cyprianus, Tertullianus, & S. Auguſtinus exponentes dicũt, intelligenda eſſe de uita æterna, affirmanteq́ue fidem eſſe initium in hoc ſęculo uiuendi in futuro. Et notãter di-
cit Spiritus Sanctus, Iuſtus ex fide uiuit, & 21
non dicit, hõ ex fide uiuit. Nequis fortè putaret habere fidem, ſufficere ad uitã æternã uiuẽdã; Ideò dixit, iuſtus ex fide uiuit, ideſt ex fide inchoat uitã futurã, quia fides illũ docet uitam ſuam ſm legem gubernare. Si quidem igitur frater, tu hoc initium iã habes, q quidem maximũ eſt donum Dei, dilligentiſſimè cura confortari, ut hunc optimum Deũ, creatorem, ſaluatoremq́; tuum ſemper in omnibus ſequaris. Siquidẽ una ex rationibus quare homo factus eſt, fuit ut te humilem, caſtum, pauperemq́ue ſpiritu &c. eſſe doceret. Idcirco dicebat Diuus
Paulus: peccatum enim uobis non domina- Rom. 6.
bitur, non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. In lege ueteri peccatum quodammodò fortius erat hominibus, in lege autem gra- 22
tię nos ſumus peccato fortiores. Nam lex gratiæ nobis uires impertitur per ſacramẽta Ieſu Chriſti Redẽptoris noſtri, ad uincendum peccatum. Voluit ęternus pater, ut filij ſui ſocij eſſemus, ut ipſe merita ſua nobis communicaret. Et ſic B. Paulus dicit ſe
uniuerſum mundũ contemꝓſiſſe, ut Chri- Phil. 3.
ſtum Ieſum cognoſceret. Ad cognoſcendũ (inquit) illũ, ſcilicet Chriſtũ, & uirtutem reſurrectionis eius, & ſocietatem paſſionis illius, uidelicet, ut hæc conſequeretur. Dixe

rat superius: pp quē omnia detrimentū feci, & arbitror, ut ſtercora. Hæc res eſt, ac ſi Chriſtus Redemptor noſter nobis diceret: Animaduertite nūc, ego habeo ius contra peccatū, qa cū peccator nō eſſem, me tanq̄ peccatorē tractauit, & peccatū cōtra uos i⁹ habet, qa uerē peccatores eſtis. Efficite igit uos unū mecū per fidē, & amorē & ipſo facto ego trāſfero in uos omne ius q̄ habeo aduerſus peccatum, ut ſic ab eo liberemini. Ergo iure optimo dicit B. Paulus peccatum uobis, &c. quia nō eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. Cùm tanto auxilio, & obligatione teneamini, non eſt conſentaneū ut in uobis peccatū dominari patiamini: ſicut illi, qui non credebāt in Ieſum Chriſtū. Multo tēpore, anteq̄ Dominus in mundum ueniret dicebat Dauid: In ueritate tua humiliaſti me, id eſt, in Chriſto, q̄ dixit: Ego ſum ueritas. Videns ego (ait Dauid) in ſpiritu prophetico, q̄ filius tuus humanat⁹ pp me paſſurus eſt non poſſum me cōtinere, quin ad eius imitationē humilier. Adeò autē hac cōſideratione humiliatus eſt, ut dixerit. Dñe nō eſt exaltatū cor meū, neq. elati ſunt oculi mei. Neq. ambulaui in magnis, neq. in mirabilibus ſuper me. Si non humiliter ſentiebā: ſed exaltaui animā meā. Sicut ablactat⁹ eſt ſuper matrē ſuam, ita retributio in anima mea. Propter miſericordiā tuā Domine (inqtS. Propheta) q̄ me ſp cuſtodiuit, cor meū ſp humile permanſit, neq. oculi mei p̄ę uanitate erecti ſunt, ſemper de me uiliſſimè ſenſi. Et p oculos humilitatis meę manifeſtatio exibat. Hoc etenim ſignificat: Neque elati ſunt oculi mei. Nam ut dixit Plinius, oculi ſunt iudices animi. Et qui animo, & corde eſt humilis, oculorū aſpectu humilitatem ſignificat. Neq. ambulaui in magnis, neq. in mirabilibus ſup me. Nunq̄ cogitationes meę ſublimius aſcēdūt, q̄ uſq. ad cognoſcendū me eſſe paſtorem: ſemper recordor me cū ouibus patris mei ad frigus & gelu inceſſiſſe, durumq. panis fragmentū comediſſe, atq. parū aquę frigidę bibiſſe, abſq. eo q̄ homines mei recordarentur. Et ultra hāc cōſiderationē nūq̄ p̄tereo. Valde utile eſt homini de ſe cogitare ſm cōditionē ſuā. Nā q̄do ego cōſidero quot corporalibus, ſpiritualibusq. miſerijs ꝓmor, & q̄ citò iuuenilis ętas p̄terit, & optima corporis uale tudo qūo hoiem deſtituit, & q̄do animo euoluo, q̄ facilis ſum ad amittendū bonum, quāq. ptinax ad retinēdum malū qūo quic q̄ de me poſſum præſumere, cum me tanq̄ araneam experiar? ſi nō humiliter ſentiebā &c. id eſt, ego affirmo me nunq̄ elatam cogitationem habuiſſe, nec in ſublimē ſuperbię thronum erectū fuiſſe, aut æſtimatione mei ſupra tegulas conſcendiſſe. Sed ſemp mihi ampliſſimum eſſe iudicaui quicquid mihi a tua liberaliſſima manu proueniret. Quod ſi ita nō eſt, ſicut ablactatus eſt ſup matrē ſuā, &c. Ex manu tua Domine mihi idē ueniat, q̄ uenit puero, q̄do à matris ſuę uberibus ablactat. & cū ſolita lactis delectatione priuatur, qua antea in matris ſuæ ſinu recumbens fruebatur. O quā terribilis pœna eſt hæc, cōſiderate qualis maneret infans teneræ ætatis ſubtractus ab uberibus genitricis ſuæ, quibus alitur, & abſq. ullo, q̄ eū protegat, ac foueat. Hac igitur pœna afficientur ſuperbi, ſcilicet, omni ſpirituali conſolatione, omnibusq. auxilijs, & indulgentijs, quas Deus humilibus ſuis ſeruis ſolet erogare. Ecce ad quē humilitatis, ac pfectionis gradum puenerat ſanctus Dauid p̄ aſſidua humilitatis Ieſu Chriſti ſūij Dei cōſideratione. Quare igitur nos non humiliamur ſiq. dē hūc diuinum Magiſtrum uniuerſā hāc humilitatē ,pfundiſſimamq. animi ſubmiſſionē iā exercuiſſe credimus? qua tā toperè Dauid cōmouebatur, ante quā opere cōpleret. Quod ſi tāto ſupplicio ſe ſe dignum eſſe arbitrabatur Dauid: niſi hāc humilitatem haberet, cum tanta obligatione non teneretur, ſicut nos tenemur: qua pęna nos dignos fore iudicatis, niſi corde humiles fuerimus? p reuerentiā huius humillimi Ieſu uos rogo fratres chariſſimi, ut ad eius imitationē corda ueſtra humiliare curetis, atque in omnibus opibus ueſtris uni diuinę Maieſtati placere uelitis ab omni humana gloria & cōmendatione oculos amouentes. In hoc n. gratiſſimum quoddā ei miniſterium exhibeī, q̄ declaratum fuit in illo cāntico q̄ tres illi pueri cecinerunt q̄do per ſpexerunt ſe à Babylonici fornacis igne nō conceremari. Nā poſtq̄ oēs cæleſtes, terreſtres q̄. creaturas ad Dei laudes inuitarunt, in fine tandem dixerunt: Benedicite ſancti, & humiles corde Domino, laudate, & ſuperexaltate eum in ſęcula. Vbi dictio illa, &, dicit declarationē, & idem ſignificat qd̄: id eſt. Et ſic ſenſus hic eſt. Benedicite ſancti: id eſt, humiles corde Dño. Et eſt ualdè notandum qd̄ inter omnes creaturas, quas ad Dei laudes inuitarunt: quia unaquęque in

Pſal. 118. Ioan. 14.

Pſal. 130.

Plinius li. 11. c. 37.

in ſuo genere oſtendit Deum laude eſſe dignisſimum, atq; etiā inter ſanctos, quorum alij una uirtute, alij alia deſignantur, ſpecialiter humiles corde inuitarunt, non caſtos quidē, non pauperes ſpiritu, nō denique patientes cōuocarunt. In quo ſignificarūt omnē uirtutē, & ſanctitatē in cordis humilitate incluſam eſſe, oſtendentes, aut eſſe impoſſibile quemquā humilem eſſe corde, q̄ alias uirtutes non haberet, aut ſaltem eā, qui hac uirtute prædituſ ſit, maximè diſpoſitum eſſe ad cæteras impetrādas. Quis igitur ſeipſum tanto odio habebit, ut tam heroicam hanc uirtutem non curet adipiſci?

Dixit ergo eis Ieſus. Tempus meum nōdū uenit. Feſtū illud ſeptē dies durabat, quorū tribus primis in pōpis, cōuiuiis, aliisq. ſeculatibus uanitatibus occupabātur. Et ſic tres illi dies nō erant diſpoſiti, ut Dñs in eis illuc tret ad prædicandū. Iſtud erat tale tempus, quale illi ad ſuorū appetitū executio nē optabant. Quandocunque irent nullam contradictionē inuenirēt, quia ſimiles erāt alijs prophanitate. Atq. idcircò illis dicit Dñs. *Non poteſt mundus odiſſe uos.* Imò filij huius ſeculi in ſceleribus ſuis exercendis ſi bi inuicem auxiliantur. Hoies qui nimium potare conſueſcunt, poſtquā ebrij ſunt, manibus ſe ſe inuicē apprehendunt, & ſic alteri alteros ſuſtinent, ne cadant. Sic hoies mūdani, de quibus dixit Iſaias: Væ qui potētes eſtis ad bibendū uinum, & uiri fortes ad miſcendam ebrietatē. Væ uobis (inquit) q̄ oēs uires, conatuſq̄ ueſtros in ſecularibus, ac terreſtribus uoluptatibus perquirendis ad hibetis, q̄ę quidē ſunt, quaſi uinum fortiſſimū, quo inebriamini, & extra uos inteditis. Atq; ut hi ebrij in turpitudinibus uoluptatibus, ac ſceleribus ſuis ſuſtineātur, alii ab aliis inuicem ſuſtinentur, & adiuuantur, ne excidant, ſed ulteriùs progrediantur in nitijs, uoluptatibuſq̄ ſuis. Et ſic dicit Dominus: *Non poteſt mundus odiſſe uos.* Id eſt; mundani, ſumitur hic continens, pro cōtento. Vos illis, & uobis inuicem fauent.

Me autem odit, quia ego teſtimonium perhibeo de illo. Et ideo nolo illuc reuerti tēpore, quo nō eſt diſpoſitio ad proficiendū illis. Et ſic non aſcendit Dominus ad feſtiuitatē illā primis illis tribus diebus, ſed ut S. Euāgeliſta ulterius dicit. *Iā die feſto mediante aſcendit Ieſus in templum.* Et ſic cum in initio feſtiuitatis non iuerit, erat murmur de eo in turba. *Quidam enim dicebant, quia bonus eſt, alij nutē dicebant, nō, ſed ſeducit turbas.* O potētiſſime fili Dei, ò bonitas infinita, qūo hoies adeò inſanire potuerunt, ut de probitate tua dubitarēt? Ad hoc te ò Redēptor aiæ meæ, peccata mea deduxerunt, ut nō ſolū pro illis pœnas lueres, ſed ut peccator ēt uocareris. Quē defectum animaduertūt infęlices homines, ò bone Ieſu in purita te tua, ut illā calumniarētur? Cōſiderate dilectiſſimi fratres, q̄ toperè in hoc ſe humiliauit filiꝰ Dei, ſiquidē conſenſit, ut hoies hoc mō de eius fama diſceptarēt, & cū ipſe eſſet ſumma bonitas, non deeſſet qui eum ſeductorē, & malū eſſe affirmarēt. O quātā conſolationem hinc poſſunt elicere ſerui Dei, q̄n uiderint ſceleratos homines de illorū fama detrahere, cōſiderātes ſiquidem aduerſus Ieſum Chriſtū filium Dei linguas ſuas exacuerunt, non mirū eſſe ſi de eius ſeruis detrahant, & de illis murmurent, qui ſunt qua ſi formicæ. Si circa innocentiſſimum Dūm contrariæ erant ſententiæ, quare uultis uos, ut uno ore neſtra opera uēs commendent, & inter Sanctorum opera referant? Serui, & homines infimę conditionis expectantes dominos ſuos, cum nō habēt quibus rebus occupentur, accipiunt carbonem, & albos parietes inficiunt: Sic ſunt nōnulli tam ſcelerati homines, q̄ cū nō habent, quibus rebus intellectus ſuos occupent, & de quibus rebus cogitent, nigro carbone ſuę maledictę linguæ albos parietes inficiūt, quæ ſunt famæ atq; honores proximorū ſuorum, qui ſunt uirtute pręditi. Et quemadmodum plerunq; albos parietes inficiēdo manus proprias homines illi coinqnāt, ſic nō potes tu ,pximi tui famā inficere, abſq; eo q̄ animā tuā concamines. De camelo dicit Plinius, q̄ cū ad clarum fontē bibiturus accedit, uidens ſuā deformitatē in aqua perterritus, aquam prius ungulis inficit, & conturbat: Taleſſunt homines mali, q̄ linguis ſuis optimorū uirorū famā, ac uirtutes conantur obſcurare, quia in eis peſſimi eorū mores, turpiſſimaq; uiuendi rō reprehēditur. Tantum malū eſt hoc, q̄ cū iuſti digni ſint, qui pp eorum uirtutes, probatiſſimoſq. mores laudibus efferātur, iniqui homines de illis detrahant, eorumq; famā diſcrucient, eo qd̄ tam graue, tamq̄ moleſtum ſit, quodq̄ue maiorem afflictionem, quam mors poteſt afferre Chriſtus Saluator noſter maximis pollicitationibus diſcipulos ſuos ad illud perferendū præparauerit. Vt patet ex Mat-

Similē. Iā. 5.

Plin. lib. 8. c. 18.

Dan. 3.

thæo,ubi dixit:Beati eſtis, cũ maledixerint
Matt.5. uobis hoïes,&c. Gaudete, & exultate, qm̃
merces uestra copiosa est in cælis.Et alibi:
Matt.10. Non est discipulus super magistrũ, nec ser-
uus sup dñm suum.Si patremfamilias Beel
zebub uocauerunt:quanto magis domesti-
cos eius?Hoc est p̃mium mundi.Hac corona
iustos afficit.Idcirco quodãmodo crude
lior est mala lingua inferno,nã infernus so-
los malos cruciat,murmurator uerò bonos
35 & malos cõtorquet.,Vnde non erit mirum
elicere,linguã grauius officere, & peiorem
esse;q̃ manus. Nam manibus quidem cor-
pus tantummodò,lingua uerò famam pote
ris percutere. Manus absentibus non pos-
sunt nocere,lingua uerò contra absentes a-
trocius superbit,& irascitur.Nõ ad hoc illã
Deus fecit, ideircò.n.ferream illam non fe-
cit,sed carneã,mitem,ac suauem,ut uerba,
q̃ ab illa proferent, lenia, ac suauia essent,
non uero aspera,aut amara. Curate igitur
fratres charissimi linguas uestras reformare
cum nobis adeò necessaria res sit. Et sic Da
uid q̃rit,dicens;Quis est hõ qui uult uitam?
Psalm.33. &c.Primum quod dixit,hoc fuit,uidelicet,
prohibe linguam tuam à malo, tanq̃ rem
maximè necessariam ad incipiendum serui
36 re Deo.Et uos fratres,qui crudelissimis pes
simorum hoium linguis uos percussos sen-
titis,in hũc innocẽtissimũ agnũ oculos cõij
cite,& oĩa,q̃ pp uos pertulit,attẽtissimè cõ
siderate,patientiamq̃;in p̃secutionib. habe
te,& hic dñs gratiam suam uobis cõcedet,
& in futuro seculo gloriam largietur, ad q̃
nos perducat Iesus Mariæ filius. Amen.

Feria IIII. post Dominicam In Passione.

Facta sunt encænia in Hierosolymis,et hyems erat, &c. Ioan. 10.

1 FEstum illud celebrabatur in memo
riam pij illius operis, q̃ fecit Iudas
Machabæus, qñ templum purifica-
uit. Et sic festum illud erat quasi q̃-
dam gratiarum actio pro uictoria,quam eis
contra hostes suos dominus concesserat.
Valdè consuetum fuit apud Hebræos in
memoriam acceptorum beneficiorum festi
uitates celebrare,quia etsi Deus in benefi-
cijs conferendis nimium liberalis est, est tñ
tã arctus(si ita dici p̃t) in gratijs ,p cõcessis
bñficijs exposcendis,ut uix priscis olim pa-
trib. beneficiũ aliqd cõcesserit,,p quo ẽter
nas gratias non postularet, & illis obliuisce
tib. in memoriã ipse reuocabat,sicuti fece
rit S.Iacob, cui reuertenti ex peregrinatio
ne sua,dixit;Surge,& fac altare Deo,q̃ ap-
paruit tibi in uia,qñ fugiebas Esau fratrem Gen.35.
tuũ.Viginti iã anni p̃terierãt postq̃ dñs hoc
illi bñficiũ fecerat, & quasi heri illi factum
fuisset,sic ab eo ipse dñs gratias exigit.Quo
admonit[a] uir sãct[s] allocut[s] est uxores, libe 2
rosq; suos,dicẽs.Surgite,ascẽdam[s] i Bethel
& faciamus ibi altare dño. q̃ exaudiuit me
in die tribulationis meæ, & socius fuit itine
ris mei.Et qd fuit quare ubi primũ hoc idẽ
dñs Abrahæ terram Chanaan pollicitus est
posteris eius se esse datutũ, statim p̃cepit ei
ut uniuersam terram illam circuet.Statim Gen.13.
postq̃ ei dixit.Oẽm terram q̃ conspicis,tibi
dabo,& semini tuo usque in sempiternum,
& statim inferius subdit,dicens.Surge ergo
& perambula terram longitudine,& latitu
dine sua,quia tibi daturus sum eam.

Dignissima est eqdem consideratu hui[s] 3
mandati causa,mirabile est.n.q; Deus præ-
cipiat homini q̃to quiq. domi suæ cũ tran
qllitate commoraẽ,rẽ tantæ inquietis,ac la
boris,&(humano uideri)absq. ulla necessi-
tate.Quorsum ò æterne Deus homini iã se
nio confecto p̃cipis tam longam terram pe
ragrare, tamq̃ laboriosũ iter ac periculosũ
conficere? Quare ei nubes inter tam diuer-
sas gentes p̃terire?& in medio barbararũ na
tionũ ambulare?quare ei non concedis, ut
tot annos domum ,ppriã hẽat,in qua cũ trã
quillitate,& gaudio commoretur?Profectò
p̃cipua huius p̃cepti rõ(meo uideri)fuit,qa
uoluit Deus, ut hic S.Patriarcha uniuersã
illã terrã aspiceret,quò tot ciuitates, totq.
ampliſſima,ac locupletissima regna,tot, tã-
q̃ amq̃nos,ac pingues agros conspiciens, 4
quæ oĩa eius cã posteris suis concedenda e-
rant,huius bñficijs magnitudinem intelligę
ret,& summum oĩum benefactorẽ ardẽtius
diligẽdõ,maiores q̃. illi gratias agẽdum con
citaret.Et siqdem beneficia,quę in lege gra
tiæ accepimus, multò præstantiora sunt, q̃
hęc,q̃bus Abrahã affectus est, maiori rõne
deuincti sumus semper maiores gratiarum
actiones ardentissimo amore plenas libera-
lissimo huic benefactori agere.Et sic unum
ex ijs,q̃ B. Paulus in credentib. maximè cu
piebat,quę̃que a diuina Maiestati instantiſ-
simè

Colo.1. simè postulabat,hoc idẽ erat dicens: Non
cessamus ,p nobis orãtes, & postulantes,ut
impleamini agnitione uolũtatis eius in oĩ
sapientia,& intellectu spirituali, ut ambu-
letis dignè Deo per oĩa placentes,in omni
ope bono fructificantes,&c.Cũ gaudio gra
5 tias agentes Deo,& Patri, q̃ dignos nos fe
cit in partẽ sortis Sanctorũ in lumine. Qui
eripuit nos de potestate tenebrarũ,& tran-
stulit in regnum filij dilectionis suę,in quo
habem[s] redẽptionẽ,& remissionẽ peccato
rũ.O admirabilis,& dulcissima uerba.No-
tate primũ uerba illa:Impleamini, agnitio-
ne,q̃ est unus ex fontibus gratitudinis.Se-
cũdo notate uerbũ illud cũ gaudio,uidẽtes
nos nõ uiuere in infidelitate,in qua pluri-
mæ,uariæq̃ nationes uiuunt.Tertiò,diligẽ
tissime pensate uerbum: Trãstulit nos,&c.
Qũ ius, q̃ diligentissimus filius Dei rõne
6 meriti sanctissimæ passionis suæ,ad regnum
cælorũ habebat,nobis trãslatũ est, q̃ nullũ
ad illud ius habebam[s],ut morte iterecedẽ-
te re,p̃missionẽ accipiãt,q̃ uocati sunt æter
næ hęreditatis.Atq. hic etiã nobis maximã
gratitudinis præbet occasionem,dicens:Re
promissionem.Nam quod libentissimè da
re uolumus,sæpenumerò promittimus.

Hebr.9. Dicit ulterius textus; *Hyems erat.*Vige
bat frigus, tempus arctum, & laboriosum
erat præ nimijs frigoribus, quando festum
hoc celebrabatur.Beatus Augustinus,sic di
Augu.tra. cit; Hyems erant, frigidi erant,ad illum
ct.in Ioã. enim diuinum ignem accederẽ pigri erant,
Euthic. qui credit,accedit,qui negat,recedit.Et Eu
thicius dicit tempus frigidum fuisse, non
solum ob aeris intemperiem,sed ob infide
litatẽ. Vnde celebrẽ quandam regulam ad
diuinas literas intelligendas eliciunt; scili-
cet,quod quando tempus,aut aliæ huiusce
Gregor.2. modi circunstantiæ adnotanẽ,tacite signifi-
moral.c.2. catur,quòd in spiritu præcenditur.Quę re-
gula etiam à Beato Gregorio confirmatur.

*Et Hyems erat.*Quousq. tandem fratres
charissimi hyems erit?i sacris literis feruor
in bonã. frigus ãt in malã partẽ accipitur.
7 Frigida illa cisterna,de qua dicit;Profundã
obscurã,frigidãq. malitiã significat, Verba,
illa Prouerb. Amittit palliũ in die frigoris,
Thor.2. declara:Beda de die iudicij. Et sicut unus
Beda. ignis aliũ expellit, ita ẽt unum frigus aliud
similiter. eijcit.Estis frigidi, & assumitis parum niuis
& statim manus remanet ardens,inferni fri
gus in memoriam reuocate, & de illis assi-
duo cogitate,& in calorem statim ingredie
mini.Ibi erit fletus,& stridor dentium. O
quanto dentium stridore torquebimini, Luc.13.
si in illa die charitatis, & bonorum ope-
rum pallio cooperti non fueritis. Iob de
quibusdam sic dixit:Quibus non est operi- Iob.24.
mentum in frigore, Satis magna miseria
est ista. Calescite frattes, calescite, nam
sic frigidi non potestis arma recipere. Et 8
ubi disciplinas, & flagella suscipitis, sta-
tim uobis è manibus excidunt, quia non
habetis feruorem,statim ut sanctam exer-
citationem incipitis, defatigamini, cum
primum calamum p̃ę manibus accipitis
ad ponendum rationem cum Deo, &
cum proximis uestris, si quid eis debetis,
ilicò eum dimittitis, & manus insufflatis.
*Hyems erat.*Illi erant frigidi,uos etiam frigi-
di estis. Quid? nunquam dicturi sumus; Cant.2.
Iam hyems transijt, imber abijt, & reces-
sit,flores apparuerunt in terra nostra, uox
turturis audita est?gemitus peccatoris nun
quam audiendus est? semper futura est
hyems domi tuæ? semper futurus es geli-
dus,& negligens?Non si ita per charitatem
Dei,sed ad hunc diuinum ignem accedite, 9
quò calorem ex eo recipiatis.

Et ambulabat Iesus,&c. Nunc etiam in
ostio templi, quæ est anima tua, deambu-
lat, nec uerò ingreditur, quia penitus à te
peccatum non expellis.Tota hac Quadra-
gesima ambulauit Deus in ostio animę
tuæ per inspirationes, conciones, optima-
que proximorum tuorum exempla, & ad
cor tuum non accessit,quia illi ostium non
aperis, p̃ę nimio enim frigore ei nescis
aperire. Helias sactificiis & orationibus 3.Re.17.
efficiebat,ut ignis ex cælo descenderet. Et Psalm.38.
Dauid dicebat: In meditatione ignem ex-
ardescere.In meditatione(inq.t)mea exar-
descit ignis.Dicũt nonnulli, sum frigidus,
non sum aptus ad orandum, nec ad confi-
tendum peccata mea. O demens, es frigi-
dus,& ignem fugis?uade te orationi, pec-
cataque tua confitere,& in te diuinus ignis
introibit,caloremque recipies, quò animę 10
tuæ ianuas Deo possis aperire.

*Circundederũt ergo eũ Iudæi, & dicebãt
ei:Quousq; animã nostram tollis?* Quæ uerba
ex inuidis cordibus ,plata. Hõ inuidus ra-
bie consumitur, cũ non inuenit occasionem
calũniãdi illũ,cui inuidet. Liberet nos De[s]
à tali ueneno, q̃ totã animam replet ama-
ritudine.Hæc est pœna,quã Beatus Paulus Ro.11.
miseris illis Deum imposuisse affirmat,di-

cens: Sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritũ compunctionis. O quã graue supplicium in pœnã duritatis eorũ, vt cõpunctionis spiritũ haberent, id est, vt terribili quadã inuidia transfigerentur: Tantum est hoc peccatũ, vt de eo dicatur. Inuidia autẽ diaboli mors introiuit in orbem terrarũ. Hoc non hominum quidem, sed dæmonum est
11 peccatum. Quod est principiũ sensualitatis vestræ? caro nestra principium autẽ iræ vestræ? est cholera vestra, & principium cupiditatum vestrarum? mundus. Quod verò est initium, vt te pœniteat bonorum meorum, & malis meis gaudeas? Huius tãti mali Sathanas est initium, vt cognoscatis quãto odio illum habere debeatis. Aliud maximum malum habet inuidia, in quo à cæteris oĩbus vitijs quodammodo differt, scilicet, quòd cùm singula vitia, singulis virtutibus opponantur, veluti luxuria castitati, gula temperantiæ, superbia humilitati: inuidia verò aliquo modo videtur omnibus virtutibus esse contraria. Et ita inuidus contra omnes virtutes videtur insurgere, omnibus illis bellum inferre. Vnde non potest castum, humilem, temperatum, nec clementem virum tolerare; quia tristatur inquantum aliquis his virtutibus ipsum excedit.
12 Hoc autem semper est paruum, vt Philosophus dicit, quia dolet de eo, de quo est gaudendum, scilicet, de bono proximi. Verumtamen etsi omnibus virtutibus, modo supradicto, aduersari videatur, directe tñ opponitur charitati; nam charitas gaudet de bono proximi, inuidus autem tristatur. Opponitur etiam (secundum Aristotelem) misericordiæ, quæ charitatis est proprius effectus, inuidus enim tristatur de bono proximi, misericors autem tristatur de malo proximi. Quid cõmouebat Beatum Paulum, vt diceret, Quis infirmatur, & ego nõ infirmor? Quis scandalizatur, & ego nõ vror? ęgrotas tu, etiam igitur ego ægroto, quia tu infirmaris. Quis eum mouet, vt infirmitatem vestram, quasi suam propriã æstimet, ac sentiat; eiusque remedium, quasi infirmi
13 tatis suæ curet, nisi charitas & misericordia? quod autem vice versa tu dicas, quis infirmatur, quis tribulatur, quis deniq; in angustias redactus est, & ego nõ delector propter hoc? O maledicta viscera, ò maledictus animus, qui tale sibi persuadere potest? hoc perficit in eo maledictum hoc, atque abominabile vitium inuidiæ. Insuper hæc omnia inuidia est quædam peccatorum omnium vena, vt apertè affirmat Beatus Iacobus, dicens: Vbi enim zelus, & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauũ. Vbi est (inquit) inuidia, omnia mala huius seculi infusa sunt. Murmurationes, scilicet, falsa testimonia, iræ, homicidiũ, &c. Et præter omnia hæc mala inuidia est morbus (humano videri) incurabilis. Ad curandum 14
enim inuidum hominem necesse esset, vt Deus non benefaceret illi, cui inuidet. Imò verò vice versa fiet: nam vbi primũ te honorum ꝓximi tui pœnituerit, statim Deus illi maiora conferet beneficia. Idcirco dicitur: Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum, ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne delecteris ò frater alieno malo: ipso enim facto Deus illud à proximo tuo auferet, si verò eius bona doles, Deus ea adaugebit illi, & tu præ rabie dissecaberis. Quo magis Saul Dauidis prosperitates dolebat, eò magis Deus Dauidi fauebat. Hæc omnia vobis dixi fratres charissimi, ut hoc pestilentissimum uitium inuidiæ summoperè execremini; Deũ quæ ut illud à pectoribus uestris euellat, summa animi contentione depræcemini. Et adhuc rem notabilem uobis de inuidia dicam, quam dicit Sanctus Iob: Quod paruulum occidit inuidia. Nunquam inuidia præstantissima virorum pectora aggreditur, sed viles & abiectos, atque malę indolis, stultosque homines inuadit. Quæ maior stultitia, quam hominem rationis, ac consilij participem papilioni similem esse velle? Hic enim lucernę flammam conatur extinguere: atque in illã inuadens remanente lucerna accensa seipsum concremat; Idem lucratur homo inuidus, dum iustũ famam obscurare, eiusque honorem extinguere conatur. Vt inuidorum hominum exitum cognoscatis, & qui sit finis agonum, ac tormẽtorum, quæ patiuntur, videatis. Sin minus horum infelicium Iudæorum, de quibus loquitur Sanctum Euangelium, finem consi- 16
derate. Vitam in tormentis degerunt, & nihil illis profuit: quia omnibus persecutionibus suis ineffabilem gloriam, & honorem quo Iesus Christus in orbe terrarum & in cælis colitur adimere nequierunt.

Dicunt illi: *Quousque animam nostrã tollis?* In quibus verbis detegitur amaritudo, & infernus, quo anima inter duo extrema uersa-

Ecclus. 6. — Sap. 2. — Aristot. 2. rheto. cap. 11. parum à prin. to. 6. Arist. li. 2. rhet. c. 9. 2. Cor. 11. — Iacob. 3. — Prouer. 24. — 1. Reg. 18. — Iob. 5.

uersans cruciatur: sicut his miseris contigit. Quorũ alterũ hoc erat, dicebant. n. si te in regẽ, ac Messiã recipimus multũ de iure, & dominio nostro amittemus, & oportebit nos restituere, quæ iniuste à pauperibus sustulimus, alterũ erat, si te nõ recipimus, te interfecturi sumus, & interficientes scimus
17 uirum iustissimũ, innocentissimũ, quemq; apertè opera facientem intuemur, qb. eum uerũ esse Deũ manifestè cõprobatur, à nobis occidi. Maximũ erat intestinum bellũ, quo hi miseri uexabantur. O infelix peccatrix, quoties Iesum Christum iterũ crucifigo, quoties cũ ea pecco, & tãdem uoluptates illas aliqñ ęternis tormentis soluturus sum. O quanta est hęc suspensio, & q̃ crudele bellum? Proximum tuum falsò infamasti, & accedis ad confessionẽ, tunc dicit tibi auditor pœnitentiarius, Frater nullũ aliud remedium habes ꝓter hoc, ascende in pulpitum, & publice te retracta. O pater amit
18 tã honorem meum. Frater si hoc non uis facere, ito in infernum. Attendite, in qb. duobus extremis hic infelix uersetur. Tu, q̃ aliena diripuisti, restitue illa dominis suis. O pater (inquit) si ea restituo pauper, & perditus manebo, sin minus detrudar in infernum. Ecce in quas angustias hominẽ ꝓpria ipsius peccata redigunt. Cauete autem qñ inter duo extrema positi fueritis, nẽ ad illud declinetis, q̃ appetitus uester expetit, alioquin perdemini. Sãcta illa Susanna inter duo extrema se afflictã animaduertit, qñ duo illi maledicti senes eius castitatem deprędari uoluerunt. Et dicebat. Si horũ appetitui cõsentio contra Deum pecco, sin minus infamanda sum corã uniuerso populo, dicitq;
19 sãctus textus illã ingemuisse, & dixisse, Angustiæ sunt mihi undiq̃, si. n. hoc egero, mors mihi est, si ãt non egero, non effugiã manus uestras. Sed melius est mihi absque opere incidere in manus uestras, q̃ peccare in conspectu Domini. Deus autem illi auxiliatus est. Neutrum. n. scilicet nec homo rem apud homines nec gratiam apud Deũ amisit. O benedictus & glorificatus sit talis Deus, qui tam diligenter suos defendit. Diligite fratres charissimi hunc optimum Deũ, illiq̃ seruite, & in peccati suspensionem non incidetis. Atque hoc unum uobis

Dan. 13.

persuadeteꝫ, uos semper in dolore, & amãri tudine esse uicturos, nec uerò unq̃ gaudio esse fruituros, quousq; illi seruiatis. Videte 2. Cor. 8.
quid dicebat S. Paulus de Macedonibus. Notã ãt facimus uobis fratres gratiam Dei, q̃ data est in Ecclesijs Macedoniæ, & qnoniã in multo experimẽto tribulationis abundãtia gaudij ipsorũ fuit. Nouũ qdem & ĩ orbe terrarũ inusitatũ, humanęũ; rationi incredibile est, illos in maximis laboribus non 20
solũ nõ contristatos, sed summoperè etiam fuisse lætatos. Quod si Dei gratia, diuinaq. eius uirtus sãctorũ martyria suauia effecit: quomodo suãmet legem, q̃ morte multò minus grauis est, suauẽ nõ reddet? Vndè igitur tãtus hominum timor, & ignauia, pfiscit, ut uirtutẽ sanctãq; & innocentẽ uitam grauissimã esse arbitrentur? Huius profecto pusillanimitatis ratio est, qa hæc non cõsiderant cũ uiribus, quas tũc habituris sunt, cũ uerè & ex animo ad Deũ fuerint cõuersi, sed cum his, quas nunc ante cõuersionẽ habent, quo eorũ natura diuina gratia nondũ sanata, nec diuinis uiribus est corroborata. Sicut ęgri, q̃ cũ ardentissima febri laborãt, Simile.
& idcirco maxima siti æstuant, cumq; tunc bibere nõ audeãt, qa medicinæ regulis cautum est, statuũt se ubi primũ sanati fuerint, pristinasq; uires recuperarint, ad amœnissimos fontes, quos aliquando uiderunt, esse 21
ituros, & sese aqua esse saturaturos. Qui postquã sani facti sũt, cũ extincta febri, sitis etiã extincta est, proposita sua, q̃ à febri illusi statuerant, tã nunc deridենt. Similis est amẽtia, & cęcitas illorũ, q̃ cũ peccati morbo corrupti sint ad ea nõ attendũt, q̃ natura diuina iã gratia sanata, deprauationeq; sua liberata poterit, & exoptabit, sed ad ea potiꝰ, q̃ cũ p culpã sit infirma cõcupiscit. Qui si ex animo ad Deum cõuerterentur, & p uerã pœnitentiã animarum suarũ sanitatem consequerentur, stati ns falsum hoc iudicium esse cognoscerent. Quæ cũ ita sint dilectissimi fratres hanc animæ sanitatem ꝓcurare inci 22
pite, & experiemini quomodo ab ista suspensione, qua nunc torquemini exibitis, & quanta cum spiritus tranquillitate uiuetis.

Dicunt amplius. *Si tu es Christus dic nobis palã.* Quib. cũ Dñs sese Xpm esse reuelet, cõtra eũ lapides accipiunt. O terribilẽ insaniã? Hos nequissimos homines imitãt plurimi mercatores & plurimi dñi huius seculi, q̃ interrogãt Iesũ Xpm interrogãdo eos, q̃ ei loco cõstituti sũt, nec uerò interrogãt

ad

ad sciendũ,sed ut illius, quẽ interrogãt se se snia tueant. Quod si vir ille eruditus,à quo sententiã q̃runt,iuxta uoluntatẽ eorũ nõ rñdet,statim illum ignarũ, literarũque ĩperitũ esse affirmãt. Scitote fratres primã
23 aĩæ miseriã esse ignorãtiam. Est aũt prima cũ qa sita est in prima animę potẽtia, q̃ est intellectus:tũ ẽt qa est primũ suppliciũ quo Gene. 4. Deus hominẽ puniuit. Nam primũ peccatũ fuit effrenatus appetitus nimiũ sciendi. Et iustè Deus hominẽ puniuit, pmittens, ut ea,q̃ illi necesse erant scire,ignoraret,qa Sap.11. ut sapiens,dicit: Per q̃ peccat qs per hęc & torquet. Et sic ubi primum infans ab utero genitricis suę ꝓdit,statim,pdit ignorãs magis q̃ bruta animalia. Nam agnus statim ut Augu.lib. nascit,matrem suam sequit, & ubera inue contra Pe lag. c. 21. nit. B. Augustinus q̃rit,utrum in statu inno q. 29. centiæ omnes nascerentur pfectę ætatis,& cũ scientia? Quã qõnem illic nõ soluit: ueruntn capite trigesimonono dicit; qꝝ ut primũ è uentre exiret, sciret omnia q̃cunq; illum scire oporteret, & quæ ad statum suũ pertinerent, qꝝ qdem per peccatũ impeditũ est. Idcirco siquidẽ ignorãtes sumus, unusquisq; summopere tenet illa scire,quæ
24 ad statũ suũ spectant,ne Deũ mortalr offendat, & licet uir eruditus sis oportet tñ te humiliari, & ea quæ ad tuã spiritualẽ salu Galat.1.& tẽ attinent,qñ opus fuerit cũ alio uiro do- 2. cto cõicare. Quod uidere est in D. Paulo, q̃ sic de se dicit, Post annos quatuordecim (scilicet apostolat⁹ sui,Euãgelicæq̃. ꝓdicatiõis)ascẽdit Hierosolymã,& cõtulit cũ illis euãgeliũ qđ ꝓdico in gentib. Ne forte ĩ uacuũ currerẽ,aut cucurrissẽ. Dicit se ascẽ disse,ut ea quę ꝓdicauerat, & ꝓdicabat cũ B. Petro, Ioanne,& Iacobo cõicaret. Dic er go,B. Paul⁹ postq̃ tot ãnos ꝓdicauerat hoc
n ne facere decreuit? Ex hoc ,pfectò appa ret illũ de reb.quę ꝓdicabat,dubitare, qui aũt de fide dubitat,hæreticus est. Nil tale dicit B. Paulus,sed dicit se ascendisse, ut di sceret, vtrum quicq̃ sibi ad discendũ deesset,utrũ quicq̃ ignoraret ex illis,quę opor
25 tebat ꝓdicari,iuit ut alij Apostoli iliũ erudirent,siquid forte ignoraret. Non qꝝ de aliqua re illarũ,q̃ ꝓdicauerat,dubitaret,cũ ea ꝓ Iesu Christi reuelationem ꝓcepisset. Sed iuit,ut sciret,utrũ reliq Apli pluriũ rerũ reuelationẽ haberent; Qđ qdem apertius ĩ declarauit,dicens, Nihil contulerunt,i. nihil me erudierunt,ego.n.omnia sciebã. Cũ igit̃ B. Paulus diuino Dei ore edoct⁹ humilietur,& alios interroget, tu q̃ es uilissim⁹ terræ uermiculus,ea q̃ spirituali saluti tuę necessaria sunt,ab aliis q̃rere dedignaberis? Nimis nociua est hęc superbia. Quod si qs q̃rat, quemnã debeat interrogare? dico illũ debere eundem interrogare,quem hi Iu 26
dęi interrogarunt, sed non qua intentione illi q̃sierunt,non.n.percontabantur, desiderantes uerum cognoscere. Volo dicere uos debere eũ interrogare uirum melioris cõscientię,& magis eruditum; qꝝ si duo fuerint, quorum alter alterũ uirtute excedat, licet ab eo literarũ eruditione superetur, dummodo tñ sit uterq̃; peritus; ad melio- Eccl.27. rem uirum,quanuis nõ adeò peritũ,recurrere debetis. Nã ut dicit Ecclesiastic⁹; Aĩa uiri sancti magis enunciat aliqñ uera,q̃ septem circunspectores, sedentes in excelso ad speculandum. In hoc aũt plerunq. peccant hi dñi, qui iurisperitos habent, quib. stipendia soluunt,quos semper consulunt. Et qñ illi eis affirmant id, qꝝ interrogant fi bi licere, nullus est qui eos ab hac snia suf 27
ficiat remouere. Statim dicunt: Hoc licitũ esse mihi affirmauit doctissimus qdam uir. Et dicunt illum esse doctissimum,quia ſm uoluntatem suã iudicauit, qꝝ si nõ faceret, statim illum stipendio priuarent. Alij sunt qui ex malitia & cum mala intentione imperitos homines cõsulunt. Quib. dicit De⁹ per Ezechielem. Homo, homo de domo Ezec.14. Israel q̃ posuerit immunditias suas in corde suo:& scandalũ iniquitatis suæ statuerit cõtra faciem suã,& uenerit ad ꝓphetã, ut interroget ꝓ eum me. Ego Dñs rñdebo ei in multitudine immunditiarũ suarũ. Scđm Hieronymũ duplicatio dictionis signat uni uersalitatem. Est phrasis Hebraica, i. qui- Hier. cunq; hõ. Itaq. uult Deus ut cũ bona intentione interrogetis tantummõ ad cognoscẽdã ueritatẽ atq. ad gubernandũ uos ſm illã: non uerò sicut quidã,q̃ triginta eruditos
uiros interrogant, & si unus cũ eorũ uolun 28
tate consonat derelictis uiginti nouẽ,illius unius sententiã sequunt̃, nimis contenti,docentes se illud qꝝ faciunt,secundũ uiri docti sententiã facere,& cũ illa securos esse.

Respõdit eis Iesus; Loquor uobis, &c. Opera,quæ ego facio in noie Patris mei, hæc testimoniũ perhibẽt de me. Per opa uobis locut⁹ sum,meq. reuelaui,opera n.&c. Testimoniũ perhibent de me. Irrefragabile oipotẽtię eius testimoniũ erant miracula,q̃ faciebat,& modus,quo illa faciebat imperãdo,

Simile. do,scilicet tanquã absolutus Dñs. Ingrederis in domũ,ubi plurimi habitãt, nec nosti quisnã sit dñs illius domus. Et uides ingredientẽ unũ cũ magna auctoritate,omnibus imperantẽ,& dicentẽ: Tu fac hoc,& tu hoc, tu tolle illud hinc, tu verò pone illud hic, tu vade illuc,tu uerò reuertere huc. Et cer
29 nis oẽs illi obtẽperare: statim dicis: Procul dubio hic est dñs huius domus. Sic ingressus est Christus redẽptor noster in orbem terrarum, quæ est domus diuersarum creaturarum imperans uentis,morbis, mortiq̃; & omnia illi obediũt manifestè ostendit se creaturarũ omnium esse Dñm. Et maximè notãdũ è hic cõsuetudo, q̃ habebat diuin⁹ Magister, videlicet,qꝝ quotiescunque de do
Ioan.7. ctrina,operibusque suis loquebatur, sem-
Ioan.17. per suum æternũ Patrem eorũ autorẽ no-
Ioan.5. minabat: ut patet in Ioanne, ubi dicit Mea doctrina nõ est mea,sed eius, qui misit me. Et alibi uerba,quæ dedisti mihi,dedi eis. Et alio in loco: opa,quæ dedit mihi pater, ut faciã,illa sunt quæ testimonium perhibẽt de me. Et hic dicit. Opera, q̃ ego facio ĩ nomine Patris mei. Et inferiùs dicit: Multa
30 opera bona ostendi uobis ex patre meo. Ex hoc loquẽdi modo,quo diuinus Dñs usus est,docemur omnia bona opera,quęcũq; fecerimus,dixerimus,aut .cogitauerimus, ad Deũ referamus: Et recordemur omnia illa esse quasdã scintillas, quæ ex illo infinitæ bonitatis igne procedunt. Et sic pro eo, qđ nos legimus: Adiutor meus tibi psallam B. Psalm.59. Hieronymus uertit ex Hebræo: Virtutem meã tibi cantabo,qa Deus susceptor meus
1.Cor.15. es,qꝝ idem est. Et sic B. Paulus dicit. Abũdãtius illis omnibus laboraui. Non ego ãt,sed gratia Dei mecum. Ne euanescat,fatet S. Apostolus ueritatẽ. Et sancta Iudith postq̃ Iud.13. occidit Holophernem dixit. In manu fęminæ percussit illum Dominus. Non dixit: Ego illum interfeci, sed,'Deus occidit.

Seqtur in textu. *Sed uos non creditis,quia non estis ex ouibus meis.* Ergo sequitur illos esse hircos Sathanæ,q̃ cũ sit princeps tenebrarũ,ita suorũ mentes obscurat, ut ne ma
31 ximã qdẽ lucẽ aspiciant. Et quò plura peccata cõmittunt,eo obscurior,& densior efficitur caligo, qua excæcantur. Et ita quãuis plurima corã eis miracula fiant, non illa animaduertunt. Hoc apparet in terribili Ægyptiorũ cæcitate,qui cum tot miracula coram oculis perspexissent,ideò cæci remãserũt,ac si nihil unquã tale uidissent. De qbus dicit: Adhuc.n. inter manus habẽtes luctũ,& deplorantes ad monumẽta mortuorũ,aliã sibi assumpserũt cogitationẽ insciętiæ. Et quos rogãtes ,piecerãt,hos tãq̃ fugitiuos persequebant̃. Ducebat enim illos ad Sap. 19. hunc finem digna necessitas,& horũ,q̃ acciderant,cõmemorationem amittebant,ut q̃ deerãt tormentis,repleret punitio. O nimium metuenda uerba,o qs spiritũ haberet, 32
quo illa satis dignè posset explicare,& ampliare. O Deus infinitæ maiestatis, & pater luminũ per clementiã tuam illumina nũc oculos nostros,quò ptinaciã nostrã cognoscamus,nec quò infœlices hi peruenerunt, nos deueniamus. Attendite q̃ta est hæc ꝓtinacia,& obstinatio, qꝝ nondũ penitus unũ suppliciũ lamẽtati fuerãt, cũ iã peccata intẽtabant,ꝓꝓ quæ aliud maius reciperent. Pẽsate diligẽter uerba illa,digna necessitas in qbus dicitur,illos dignè à Deo derelictos fuisse,atq; suppliciũ illud dignè ,pmeruisse,tãq̃ deprauationis suæ necessitate cõpulsi,in malis suis ulterius ,pgrederenẽ obliti omniũ,q̃ gesta fuerãt,ut tãdẽ in mari rubro demergerentur. Sicut & ipsi Hebræos 33
pueros crudelissimè demersẽrãt. O stupendũ Dei iudiciũ. Attẽde peccator q̃ alios demergis,inde deuenturũ esse,ut tu etiam demergaris. Ex his uerbis cognoscetis quæ nã sint peccata,ꝓꝓ q̃ pmittit Deus hoies ĩ hãc cæcitatẽ,& durtiẽ incidere. Hic.n. detegit illos hoc supplicio puniri, q̃ non contenti sunt suis sceleribus,nec solũ ipsi mali sunt, sed curãt ẽt ut alij mali sint. Et hoc,videtur lex diuinæ iustitiæ postulare,qꝝ sicut de illis,q̃ alios docẽt,& inuitãt, ut boni sint, dicit Daniel qui ad iustitiã eruditũ multos fulgebũt quasi stellæ ĩ ꝑpetuas æternitates. Da. 21.
Ita ecõtra q̃ alios peruertũt, excæcabũtur, ut in illas æternas pœnas dc ,eniant,i quos ꝓximos suos incidere fecerunt. Hoc oportet aĩaduertere eos,q̃ negotijs,ac muneribus virginũ honestatẽ cõnantur eripere, qbus rebus ꝓtiosissimã illã animã q̃ perdiderũt,persoluent. In hoc ẽt oculos conijciãt adulatores,q̃ alios ad superbiã incitãt. 34
Hoc ẽt considerẽt patres,qui passim pro leuissimis rebus iurant,atq; hanc pessimã hæreditatem liberis suis relinquunt. Item ad hæc attẽdant domini, qui noctes,diesq; ludẽdo,atq; in alijs profanitatibus exercẽdis consummunt, alios q̃. ad idem faciendum cõmouẽt. Itẽ hoc aduertãt illi, qui secreta verba,quæ proximi sui aliquo furore concita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

eitati ꝓtulerunt,reuelāt, inſciumq; hoiem
ad irā excitant,& ſunt diſſenſionum cauſa.
Etenim hoc eſt ultimū malū illorū ſeptem,
de quibus dicitur.Sex ſunt quæ odit dñs,& Prou.6.
ſeptimū deteſtatur aīa eius.Scilicet eum,q
ſeminat inter fratres diſcordias. Atque hoc
eſt peſſimum malum, qa eſt cauſa plurium
35 peccatorum,& perditionis plurium aīarū.
O fratres chariſſimi p charitatem Dei uos
rogo,ut ad hæc tam neceſſaria attendatis,
nec uos poſt paſſiones ueſtras abire patia-
mini.Cauete ne uos De⁹ pp hoc deſtituat, 1.Re.12.
ut in has maximas miſerias incidatis.Vide
te q̄ dicit de quibuſdam, qui alios impedie
bant,quomin⁹ Deo ſeruirēt. Erat ergo pec
catum puerorum grāde nimis coram dño,
quia detrahebant hoīes ſacrificio dñi.O q̄-
ta exaggeratio?grande nimis(inquit) te nō
eſſe bonū,nec ſinere,alios bonos eſſe,gran-
de nimis malum eſt.

Sequitur in textu:*Oues meæ uocē meā au
diūt*.Auertite fratres,q̄ dicit hic dñs ſe eſſe
ouium paſtorem,non uerò urſorū,aut lupo
rū,aut canū,aut leonū;ſi uultis Xp̄m Ieſum
in paſtorem habere, curate uos illius oues
eſſicere mites, tēperatos,pacificos, nō epu
lones,quaſi lupos uoraces,nō crudeles,tan
quā leones,nō deniq; ſenſuales,ac turpes,
36 quaſi urſos,ſed diuinus eius uocib. obediē-
tes.Ouis ſi fortè in uetitū ingreſſa eſt,cū pri
mū ei paſtor ſibilat,ſtatim egredit̄, & illud Simile.
derelinquit.Sic ēt ouis Dei ſi in uetitum i-
greſſa eſt,aliquodq; malū ꝓpetrauit,ſtatim
ad diuinā Dei uocationē recurrit, ꝓdicato-
ris uoci obtēperat,& cōſilio amici, admo-
nētis ut malā negotiationē, aut familiarita
tē relinquaa,&c.Hoc eſt ſignum, q̄ eſt ouis
Dei.Eia frater chariſſimē nūc exi ḋ uetito,
ne fortè ueniat infernalis meſſis cuſtos, &
te in ꝓpetuā ꝰ cerni cuſtodiā includat.Non
ſolum āt ex uetito debes exire,ſed paſtorē
ēt tuū,ſicut hic dicit̄,ſeq debes.Atq; idcir-
cò alma mater Eccl̄ia nunc crucis uexillū
ꝓfert cantās,ac dices:Vexilla regis ꝓdeūt:
fulget crucis myſteriū. O crux ꝓtioſiſſima,
ò uexillū illuſtriſſimum q̄ Xp̄i Ieſu oues ſe
37 quunt̄. Aſpicite illud fratres chariſſimi:mul
to.n.dignius eſt uiſu,q̄ uexilla Cęſarū,Ro-
manorumq; Imperatorū.Nō ſunt in eo aq
læ carnifices ſanguineis crudelitatis ungui-
bus depictæ.Aſpicite illud,ſolus.n.in eo eſt
pelicanus ſolitarius ex pectore ſuo ſanguī-
nē effundēs ad uulnera ueſtra curanda. Eia
oues Xp̄i ueſtrū diuinū paſtorē ſequmini ul-
teri⁹ cū ieiunijs,ulterius cū eleemoſynis,ul
terius cū orōne, ulterius deniq; cū ſanctiſſi
morū ſacramentorū frequentatione ꝓgre-
dimini, & in oi bonorum operum uestrorū
executione ꝓcedite. O Chriſte dulciſſime
aīarum noſtrarum amor,ouiumq; tuarum 38
diligentiſſimē paſtor,tuam quæſo nobis o-
pem,& uirtutem imptire,quo incepto bo-
no pſeueremus, nobisq; declara quidnam
ouib. tuis daturus ſis poſtquā arctiſſimum
huius uitę pēnitētis actum prætermerimus.

Et ego uitā æternā do eis. Nonne auditis
hęc ò hoīes?Nō auditis Deum uitā æternā
ꝓmittētē?Vt igit̄ tū bonum cōſequaī, q̄s
erit,q̄ breuiſſimos huius ſeculi labores no
lit tolerare?Dñe Ieſu Chriſte ſiquidē nobis
dixiſti p̄mium,quo oues tuas i cęlo affectu
rus es,q̄ remedium hēs ad cuſtodiendum
hoc pecus tuum, q̄diu in hoc ſeculo inter
tot lupos,ac immanes belluas cōmoraī, q̄
illud cupiunt deuorare? Et ſi plures (inqt)
lupi ſint,nō rapiet eas quisq̄ de manu mea. 39
Dummodo illæ a me nolint recedere, totꝰ
infernus non ſufficiet unam a ptāte mea eri Sap.3.
pere.O dulciſſimum uerbum,ſummaq; ſua
uitate plenū,iuxta illud,q̄ antea dixerat:Iu
ſtorū aīę in manu Dei ſunt,& nō tāget illos
tormētum mortis,i.malitiæ,ò fęlices oues,
q̄ in talem cuſtodiam deueniſtis.O q̄ meri- Cant.2.
tò dicebat ſpōſa;Lęua eius ſub capite meo,
& dextera illius amplexabit̄ me.Lęuā.q̄ eſt
ſub capite nō aſpicit ſponſa,dexterā āt qua
illā amplectit̄,optime intuet̄.Lęua ſpōſi ſūt
oia bona huius ſeculi,honores.ſ.diuitię,cō
ſolationes,& cætera huiuſcemodi.Ad nihil
horum attēdit ſpōſa, nec in aliq̄d illorum
oculos conijcit, ſed tantummodo futuri ſe
culi æternitatem ꝓſpicit, & ſpūales gratias
huiꝰ uitæ aīaduertit. O q̄s puro corde dice Gen.9.
ret S.N. Ieſu Chriſto idem q̄ dixit Iacob
fratri ſuo Eſau: Hoc unum tantum indi-
geo, ut inueniam gratiam in conſpectu tuo
dñe mi.O q̄ diuinum uerbum hoc.O quis
ſciret dicere, quid ſentiat anima q̄do ſe in
40 fœliciſſimo ſtatu conſiderat inter huius di-
uini paſtoris brachia commorantem, tunc
maximo cordis dolore compungitur,ita ut
uix corpus eius,cor ualeat continere eo q̄
talem,ac tantum Deum offenderit,qui tot
illi confert beneficia,& indulgentias. Tunc
eius oculi in lachrymarum fontes conuer-
tunt̄,quia conſiderat ipſe,quod abſque hu-
ius dulciſſimi Domini miniſterio prætер-
miſit, & quā ſero in ueritatis cognitionem

deue-

deuenit. Tunc eius cor in inteſtinū quendā
amorē ei liqueſit. Tunc ꝓponit ſe potius
millies eſſe moriturū,q̄ ſemel Deum mor-
taliter offenſurū. Tunc deniq; remanet il-
lic ouis illa cęleſti quodā ſomno ſoporata,
patris qui eā genuit, ac matris, quę eā pepe
41 rit,immemor,obliuiſci uirq; patriā, in qua
nata eſt, & diuitias, quas hoies ſumma cū
anxietate perquirunt. Cæleſtis Dñe quādo
quidem huius pecoris ęs paſtor,omnesque
has oues ſub tua protectione habes, quot
quot hic cōmoramur,ne nos ē manu tua di
mittas,corda noſtra his clauis,q̄bꝰ ſacratiſſi
mę manus tuæ transfixæ fuerunt, cōfige,ut
ſemper à te pendeamus, nec ullo unquā tē
pore à tua ſocietate recedamus, quouſque
ad cęleſtem gloriam perueniamus, Amen.

Feria. V. poſt Dominicam Paſſionis.

*Rogabat Ieſum q̄dam Phariſæus,ut mā
ducaret cuus illo:& ingreſſus domum
Phariſei diſcubuit. Luc. 7.*

1 VNVM ex illis, quæ maximam
afferūt admirationē ijs,q̄ attēte
hoc uolūt aīaduertere, eſt uide
re qūo Deus in quos hoīes be-
ne tractas:& q̄ male(ſi ita dici pōt) cū uiris
iuſtis agit.B.Petrū, q̄ ſingulari quodā amo-
re Ieſum Chriſtū diligebat,ꝓ naturalē quā
dam pietatē,qua eū rogauit ne moreretur,
ſtatim Sathanā appellauit, illumq; aſperri-
me tractauit.Iudæ aūt,qui tā nefariā, atq;
ſacrilegā proditionē cōmiſerat, in flagrāti
delicto dicit.Amice ad quid ueniſti?In Can
ticis dicit̄,rigoroſum ſe oſtendit Deus in illā
2 ſponſam, quę illū tanta amoris amaritudi-
ne diligebat: quia cū ad eius oſtiū ipſum ac
cederet, pulſansq; illi diceret? Aperi mihi
ſoror mea, ipſa pauluſū morata eſt,iā quū
ſurrexit, illū nō inuenit. Fecitq. eā ire per
uias ad illum q̄rēdum, ubi in manus uigilū
incidit, qui eius palliū abſtulerunt, eamq.
multis plagis uulnerauerūt.Sicut ipſa dicit:
Percuſſerūt me,uulnerauerunt me, tulerūt
pallium meum mihi cuſtodes murorum.O
quot ſolicitudines, ac labores perpeſſa eſt
ſpōſum quęrēs,quouſque inuenit.Illā uerò
meretricē quę tot adulteria cum amatori-
bus multis cōmiſerat,de qua dicit ipſe Dñs

Tu autem fornicata es cum amatoribꝰ mul
tis. In uijs ſedebas expectans eos, &c.Hanc Hier.3.
(inquā)tanto cum amore,ac benignitate al
loquitur,ut res ſit mirabilis, dicit.n.Reuer-
tere ad me, &c. & paulopoſt. Saltē amodo
uoca me,pater meus, dux uirginitatis meæ
tu es.Et per Ezechielē:Quā aūbere de iuſtis Eze.18.
loquitur,dicens.Cum auerterit iuſtꝰ iuſ-
titiā ſuā,& fecerit iniquitatē morietur in 3
eis: in iniuſtitia,quā operatus eſt,morietur.
& ſuperius dixerat.Oēs iuſtitię eius, quas
fecerat,nō recordabuntur:Loquens aūtē de
peccatore uideamus,quāta cum leuitate,ac
manſuetudine loquatur,dicens:Si aūtē im-
pius egerit pniam ab oībus peccatis ſuis, q̄
operatus eſt:& cuſtodierit omnia pręcepta
mea,& fecerit iudicium & iuſtitiā, uita ui-
uet & nō morieī. Quia Maria ſoror Moyſi Num.12.
ſemel aduerſus fratrē ſuum murmurauit(q̄
quidē uitium fœminis maximē proprium
eſt,)à Deo lepra cooperta, eiusq. imperio
à caſtris ſeptē diebus excluſam fuiſſe dicit.
Hāc autē Mariā Magdalenā, plurimis pec-
catis oneratā, quia ſm B.Vincentium duo-
decim annos in immunditijs uixit, uidēte
qūo dicit S.Euāgelium,à Deo benigniſſime
tractatā, ſuauiſſime cōſolatam, diligentiſſi-
me defenſam,ac denique copioſiſſimo ſer- 4
mone fuiſſe cōmendatā: illiq. Dūm dixiſ-
ſe:Fides tua te ſaluā fecit,uade in pace.Qua
le eſt Dñe ingeniū tuum?qa peccatores ſua
uiſſime, ſeruos āt tuos aſperrime tractas?
Moyſes deferebat uirgā, q̄ Hebræis mirabi
lia operabat,Pharaoni uerò,& regno eiꝰ ſer
pens erat uenenoſus. Tu āt Dñe uice uer-
ſa facis: habes.n.uirgā mitiſſimā erga pec-
catores,ſerpentē uerò terribilē iniuſtos. O
incōprehenſibilia Dei iudicia. Et qūo ſingu
los hoīs ſm q̄ illis neceſſe eſt, tractat? Iuſ-
tum timor ſuſtinet,ne in ſuꝑbiā efferatur:
peccatorē uerò ſpes erigit,ne deſperet,& be
neficia,atq. indulgētiæ Dei illum ad diuinę
maieſtatis amorē alliciunt. Eia peccatores
q̄s hac cōſideratione aīum nō recuperabit? 5
Ex oībus hic exemplis infinitæ Dei miæ,
quæ hic uobis propoſui dilectiſſimi fratres
unum uellē,ut ꝓ nunc ꝓlixe ruminemini,
diligētiſſimeq. penſetis. Eſt enim maxima Hier.3.
ſuauitate plenū, efficaciſſimūq. ad duriſſi-
ma quæq. corda molliſicāda,ad Deiq. amo
rē redigenda,q̄ eſt illud Hieremię. Quod
quidem huic Euāgelio melius cōſonat, &
ſic incipit. Vulgo dicit:Si dimiſerit uir uxo
rem ſuam,& recedens ab eo duxerit uirum

alterum

Universidad de Deusto
Biblioteca

diā, iustitiamq. pariter cōcurrere (ut inquit D.Th.1.p.
D. Tho.) in hoc opere sola Dei mia uidet il q.21.art.4
luxisse, totūq. opus unā misericordiā, absq.
iustitię commissione esse apparet. Hic aūt
dicitur Iesus Christus præpositus fuisse ad
ostensionem diuinę iustitiæ. Dico si pro-
funde hęc considerentur hic misericordiā,
atque iustitiam in summo gradu reperiri.
Misericordia maxima reperitur, quia hoc
in nos beneficium collatum est cum nobis
nullo iure deberetur. Iustitia etiam in sum-
mo gradu inuenīt, quia æternus Pater gra-
uissimam, ac nimium rigorosam in Iesu
Christo filio suo de cunctis peccatis uindi- 33
ctam sumpsit. Deus nanq. est pater miseri-
cordiarum, & rectissimus iudex, propter
quod excogitauit supremum artificium mi
sericordię, & iustitiæ, ut summam miseri-
cordiam cum summa iustitia conciliaret, Damas. li.
& inuenit difficillimi pretij solutionē, ut 3. Orth. fi-
inquit Damascenus. Vnde peccati qualitas dei. c.a.
apparet, cū tam rigorosa medicina ad illud
curan-

curandū opus fuerit: Et tanta pro eo satisfa
ctio facta sit. Et hic magnopere Dei patien
tia reuelatur in eo q̄ dicit: Propter remis-
sionē præcedentiū delictorū in sustentatio-
ne Dei ad ostensionem iustitiæ eius in hoc
34 tpe, id est, Dicit B. Paulus: Peccata digna si
sunt, ut statim puniantur in suis actoribus,
& peccātes non solū damnari. sed annihila
ri āt merentur. Quia esse, q̄d eis Deus cō
cessit, in creatoris sui offensionibus occu-
pant cū illi omnibus uiribus suis seruire de
berent, Deus autē tali supplicio peccatores
Thren.3. punire nō solet, ut in Threnis dicitur: Mise
ricordię Domini, quia nō sumus cōsumpti:
quia non defecerunt miserationes eius, Nō
solum aūt non annihilat, sed peccatorem
etiā diu expectat, neminem enim uellet cō
demnari, sed oēs conuerti, ac uiuere deīde
rat. Ideo dicit; Deū mira patiētia sustinuisse
peccata præcedentium p aduentū filij sui
sine punitione, ut ea puniret in Christo, &
punita remitteret remissione integra usq.
ad introitum cœli, quia iusti ante aduentū
Christi gratiam obtinebant: sed non illum
effectum, q̄ erat glorię cōsequutio, ad ostē
sionem iustitiæ in hoc tpe cū Christus pas-
sus est, ut sit ipse iustus, & iustificās. Hic ma
gnificat Apostolus Iesum Christum, signifi
35 cans illum uerum esse Deū, quando q̄dem
animas iustificat, quod est opus Dei. Vel ali
ter, ut sit ipse iustus, & iustificans, quia ille,
qui promittit, & promissis stat, iustu est, q̄a
iustitiam operatur. Duo pręsertim Deus in
ter alia promiserat: alterū erat mors Chri
sti saluatoris nostri, alterū verò erat ei⁹ fru
ctus, quę est iustificatio & glorificatio. Et i
his uerbis hæc duo adimpleta esse ostēdit,
quia ipse per sanguinem suū iustificans in
36 promissionibus suis se iustum esse demon-
strat. Optimè uos intellexisse oportet, q̄ri
nostra omnium intererat, ut filius Dei, qui
infinita singularitate est unus, & perfectissi
mus, quatenus homo moreretur. Et hac sē
tentia, quam maledictus ille pōtifex protu
lit occasionem hāc quærens, ac dicens, op⁹
esse Iesum Christum mori: alioquin enim
rempublicam illā euertendā esse affirmās,
non solum principes, sed & uniuersum etiā
vulgus cōtra Christū redemptorem nostrū
incitatum est. Nihilq; populū illum magis
adeo ab amore, quē pissimo Domino de-
bebat, q̄ hæc pontificis maximi sententia
segregauit. Vt cognoscatis quantū malum
sit malus princeps, & prælatus, quantūque
detrimentum reipublicæ afferat. Maius ete
nim incōmodum hic maledictus Caiphas
populo attulit, quam uniuersi illius hostes
afferre potuerunt.

Dicit ulterius sanctū Euangeliū. *Hoc āt à semetipso nō dixit.* Quia Iesus moriturus
erat, ut filios Dei, q̄ erant dispersi, congre-
garet in unum, idest in unius fidei, & amo
ris unitatē. Nimis aūt miserabile est, quod 37
cum unigenitus filius Dei mortuus fuerit,
ut nos in uno amore, ac charitate coniunge
ret, nos moriamur, ut a fratribus nostris di
uidamur, & alijs inuicē cōtradicamus. Q̄d
satis apertū signum est, nos ab ipso Deo lon
gissime diltare. D. Dionysius dicit, q̄ sicut li
neę, quæ ē centro prodeunt, quo ꝓpius cē- Dionys.
trū sunt, unde procedunt, eo coniunctiores
alię alijs sunt. Et quò longius ē centro segre
gantur, eo ēt lōgius aliæ ab alijs recedunt:
q̄ quidem experientia comperiri poterit, si
punctū in papyro assignetur, & ab eo pluri-
mæ lineæ circūferanī, sic ēt centrum nostrū
est Deus, & nos ab eo quasi lineæ procedi-
mus, & quando in eo per charitatem cōmo
rantur, etiam nostris proximis per charita- 38
tem & amorem uniti sumus, & quanto lō
gius à Deo recedamus, tāto magis à proxi-
mis segregamur. Et sic B. Ioannes dicit, si q̄s
dixerit: q̄m diligo Deum, & fratrem suum 1. Ioan. 4.
odit, mendax est. Qui enim non diligit fra-
trem suum, quē uidet, Deum, quem nō ui
det, qūo pōt diligere? [*Les que juegan al* Simile.
tejo] Scopum terra cooperiunt, & sup illū
stipulam, aut quoddā lignū imponunt in si
gnum, quia scopus non apparet, ut illuc ia-
ctus dirigant. Qui aūt nō tangit signum, q̄d
exterius est, qūo tanget scopum, qui latet i
terius? Hoc est quod dicit B. Ioannes, scio
frater ꝓximum tuum esse signum scopi q̄
est Deus, & quanuis amoris tui iactus præ
cipue ad Deū dirigi oportet, qūo Deum, q̄
sub fide latet, amare scies, si amoris tui ia-
ctus ad proximum tuum, qui est signum ui
sibile, quod Deus constituit, ut in illud ia-
ctus amoris tui dirigas nescis īmittere? Cu
remus igitur fratres charissimi ut discam⁹ 39
proximos nostros diligere, & cōcordes eis
fieri, q̄a hæc est una ex rationibus, quare sā
ctissim⁹ Redēptor noster in cruce mortu⁹
est. Nam si proximis nostris per amorē uni
ti fuerimus propter ipsius reuerentiam &
charitatem, certissimam habebimus gra-
tiam, qua futura gloria comparatur. Ad q̄
nos perducat Iesus Mariæ filius, Amen.

Sabbatho

Sabbatho post Do. in Passione.

Cogitauerũt Principes sacerdotũ, ut & Lazarum interficerent, &c. Ioan. 12.

1 AGitur in hoc sancto Euangelio quod hodie Christus redẽptor noster ingressus est Hierosolymã cum illo celeberrimo triũpho, qñ ab uniuerso populo cum ramis, & canticis receptus ẽ, cum Pharisęi hæc aspicientes, quibus Dominus honorabatur, dissecabantur cordibus, & dicebãt: uidetis, qa nihil proficimus, ecce mũdus, &c. Tũc erãt illic nonnulli gentiles summopere desiderantes uidere clementissimum Iesum atq. cũ eo conuersari. Cumq. id Andreas & Philippus illi nunciarent: rñdit eis dicens. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis. Amen amẽ dico uobis, nisi granum frumẽti cadẽs in terra mortuum fuerit, &c.* Hoc dixit ut significaret gẽtium cõuersionẽ se prius mortuo faciendam esse, qa eis sua sacratissima morte conuersionem, iustificationemq. promeriturus erat. O cęlestis metaphora quãto perè miseros peccatores ad spem cohortaris? Hæc. n. diuina seminatio ab alijs corporalibus satis longe dispar est. Nam cum semel in sanctissima illius passione diuinum illud granum satũ fuerit, sufficientissimum fuit, ut semper usque ad seculi consummationem fructũ ferret. Et hoc est quod Diu⁹
Heb. 10. Paulus dicit: Vna enim oblatione consummauit in sempiternum sanctificatos. Atque hinc obscurissima quædam uerba, & maximè necessaria intelligetis, quæ ipse Apostolus dixit, uidelicet:
Rom. 11. Nolo uos ignorare fratres mysterium hoc, ut non sitis uobismetipsis sapientes, quia cæcitas ex parte cõtigit in Israel, donec plenitudo gẽtium intraret, & sic omnis Israel salu⁹ fieret, sicut scriptum est: Veniet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.
3 Dicit beatus Apostolus nobis ualde necessarium esse hoc mysterium cognoscere: s. si Deus magnam Hebręorum partem pp ipsorum perfidiam cadere permisit, inde maximum bonum, s. gentium fidem abstraxit; quò hęc scientes crebroq. considerantes cũ maiori cautione, & timore uiueremus, ne forte à Deo sicut, & Hebræi deriliquamur. Atq. ẽt nobis summopere necessariũ erat mysterium hoc nosse ut singulari huic beneficio gratissimi essemus, nec p sapiẽtiam nostrã ad fidei lucẽ nos peruenisse credere mus. Et dicit qñ numerus gẽtiũ electarum cõpletus fuerit, (hoc enim significat: plenitudo gentium) tunc conuertendos esse Hebręos; & adimplendum esse quod prædixit Isaias: Veniet ex Sion, &c. Sed quæritur qs Isai. 59.
4 nã sit hic, qui uenturus est qñ Iudæi cõuertendi sunt, cũ iã Christus Redẽptor noster uenerit, eiusq; Apostoli sanctum Euangelium iã promulgauerint? quis tam illustre opus facturus ueniet; siqdẽ dicit hic Isaias: ueniet & ex Sion. &c. Dico, in his uerbis pdictum fuisse ab Isaia Iesu Christi Redemptoris nostris aduentum, & fructũ quem effecturus erat. Et sic uult dicere. Veniet, scilicet, Christus ex Sion, quę est ciuitas Dauid, ideſt, ex genere Iudæorũ, ex genere Dauid. Et quanquam Iesus Christus filius Dei iam regnat in cęlo triumphans: eius tamẽ mors
5 semper est præsens, quia semper denuo diuinam legem sic oportet recipientibus prodeſt, & ita semper in eis fructificat, sicut dicit idem Apostolus: Credenti in eum, q iu- Rom. 4.
stificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam, secundũ propositum gratię Dei. Dicere fidem reputari ad iustitiam, non est dicere, fidem mereri primam gratiam de condigno. Nam fides est quædam dispositio ad formam, quæ est gratia, & dispositio præcedens nunquam adæquatur formæ, sed dicere hoc, est dicere fidem à Deo tanquã dispositionem quãdam (pro sua misericordia) ad
6 iustificationẽ acceptari, ac si peccator realiter peccato suo æquale donum offerret. Et quod peccator realiter nõ offert, nec soluit, pro solutione reputatur. Quod si quis huiꝰ diuinę liberalitatis rõnem quęrat, rñdet Apostolus, q⁹ fides reputatur ad iustitiam, ſm propositum gratiæ Dei. Hoc est, qã sic diuina benignitas dispoſuit miſeriarum nostrarum cõdolens, ut nequis de se, sed de diuina liberalitate glorietur. Hæc uera fides
in Sion fundata ẽ, ibi prædicata, ibi diuulgata, ut dicit Dauid in persona Christi, Ego au- Psalm. 2.
tẽ constitutus sum rex ab eo super Siõ mõtem sanctũ eius, prædicãs præceptum ejus. Et ita cum dicit, Veniet ex Sion Saluator, & Redemptor cũm uenerit in persona, & nondum uenerit in toto populo Israelitico secundum effectum iustificationis, restat ut tandem ueniat in effectu, ut recipiatur per fidem uiuam. Et sic omnis Israel saluus erit

erit Et hic est legitimus sensus horum uerborum: itaq; dicit: Veniet ad illos, q illum nõdum acceperunt. Et tunc eum denuò recipiunt, qa tunc uenit ad eos eius effectus.

Dicit ulterius, Et hoc illis à me testamen
Hebr. 9. tũ, &c. Testamentũ autore Paulo est ultima uoluntas testatoris, vt ad Hebręos, dicit, Testamentum in mortuis cõfirmatũ est. Et sic in morte Christi redemptoris nostri uniuer
Ioan. 10. Psal. 145. sę ꝓmissiones Dei stabilitatẽ accipiunt qa oẽs p huius mortis merita fiebant, quarum una erat ꝓmissio cõuersionis Iudæorũ, sicuti ipsa ueritas dixit, Et fiet vnũ ouile & unꝰ
7 pastor, & regius psaltes dicit, Ædificãs Hierusalem Dñs, dispersiones Israelis cõgregauit. Ecce qũo manifestè dicit D. Paulus usq. ad seculi cõsummationem cęleste hoc satũ fructificaturum esse. Et idcirco initio dixi Dñm his uerbis nos ad opẽ maximam cohortari. Certũ est. n. q⁹ si peccator, q nimiã in se fragilitatẽ sentit sciret, stațim cũ ipse peccat, ꝓ illo peccato suo filium Dei denuo esse moriturũ maximã cõsequendæ ueniæ haberet spẽ cũ talis oblatio ꝓ singulis peccatis suis denuò ęterno Patri offerret. Eandem igit spẽ nunc habere possumus, qa tãtum ꝓ fuit illa una mors, q̃ Saluator noster Iesus Xp̃s pro nobis passus est, si nos ex illa
8 fructum uolumus percipere, quàm si ꝓ singulis peccatis nostris sigillatim modo moreret. O admirabilẽ Dei largitatem, q tam abundans remediũ peccatoribus uoluit adhibere? Quę cũ ita sint dilectissimi fratres ꝓ reuerentiam huius diuini Dñi, q nos tanto amore complectitur, uos rogo, nẽ huius cælestis segetis fructus disperdi patiamini. Siq dẽ illos nunc abũdantissimè colligere pote
stis, qb. in sempiternum locupletemini. Tam hãc admirabilem doctrinã docuit magister ueritatis occasione illorũ gentilium, q cum uidere, & cum illo conuersari cupiebant. O quanta est hæc nobis confusio? uix
Leui. 11. in. est, q diuinam hanc conuersationem desideret? ò quot mysteria, & ueritates cognoſceremus, si ꝓ meditationẽ cælestiumq. rerum cõtemplationẽ cum hæc humanata sapiẽtia cõuersaremur? Iubebat Deus in uetri lege ut pisces, q non haberent alas, im-
9 mũdi haberent, quales sunt anguillæ, quia ij pisces semp in aquis submersi innatant: qui uero alati sunt, aliqñ natant, aliqñ uero in aëra prosiliunt. quasi extra aquam uolent: Sic sunt inter homines nonnulli, qui temporalibus rebus semper submersi sunt. nec magis Dei, cælestium q; rerũ recordant, q̃ si essent lapides: alij sunt quasi pisces alati, q ita tpalibus necessitatibus occurrunt, ut quãuis certis tẽporibus in his aqs innatẽt, tũ quo ad magis possunt ad cęlestẽ Dei contẽplationẽ, conuersationemq; erigant. Vnde sanctꝰ Theodoretus iustos aptissime Theodore animalia alata uocat, quia licet quasi terre- tus.
strria animalia cũ hominibus conuersentur, 2. Cor. 5.
non solum, ut pisces, sed ẽt ut aquilę ad diuinarũ rerũ cõtẽplationẽ euolant. Ex his erat B. Paulus, qui dicit, siue mente excedimus Deo, siue sobrij sumus uobis, ideſt aliquando nosmetipsos superãtes in admirabilem 10
contẽplationẽ euolamus, ubi altissima mysteria erudimur, & postea non oĩa, quæ sentimus, uos docemꝰ, sed illud solũ, qđ humilitas, & abiecto mẽtis nostrę exposcit. Et nõ solũ in hac diuina cõuersatione iusti illuminãtur, sed recreãtur ẽt, & spũaliter consolã
tur. Hoc significauit Deus p Isaiã, dicens, Isai. 46.
Ad ubera portabimur, & super genua blandientur uobis. Qũo si cui mater blandiat: ita ego consolabor uos. O suauissima, atq. dulcissima uerba? Qđ est adeò durum mar mor, qđ talibus indulgentijs, ijsq. suauissimis uerbis nõ mollefiat, illorũq. particeps esse nõ desideret? Et magnopere notãdũ est antea dixisse ipsum Deũ, Nunquid ego, qui alios parere facio, ipse non pariã? Si ego, q generationẽ cęteris tribuo, sterilis ero, ait Dñs Deꝰ tuus? Si, ideſt nõ ero sterilis. O in- 11
effabilẽ Dei probitatẽ? Quid Dñe, nõ sufficeit, q me ad ubera tua lactes, sed uis ẽt me in uẽtre tuo portare? Attẽdite qb. delicijs afficit infans cũ est ad uberã genitricis suæ, & sup eius genua sedet, q̃ dulcibus uerbis illũ alloquitur, ita ut eũ in uiscera sua includere uelle uideatur, dicitq. ei, Dux mi, mi rex, mi & imperator, qd faciã tibi? Non hoc ꝓfectò cõtentus est Deus, sed plꝰ hic dicit, & clarius ẽt dicit, audite me domus Iacob, qui portamini à meo utero: qui gestamini à mea uulua. Quos (inqt) in uẽtre meo baiulo, ut mihi benefaciens nõ possim nõ uobis benefacere, & indulgere. Nã sicut mulier ꝑ gnata, licet nolit, non potest nõ educare, & alere fœtũ, quẽ in uentre portat: sic ẽt ego (ait Dominus) uos aliturus, uobisq; bene 12
facturus sum, quia in uisceribus meis uos fero, O quã admirabilis exaggeratio est hæc, quid uobis uidetur fratres mei, quam optimum Deum habemus, & quã stulti sumus, qui negligentia nostra tanto bono non fruimur,

mur,ét in hoc seculo? O miseri, ac cæci filij Adę, & quam repente aduenier tępus, cũ uos tantę ignauiæ pœnitebit,& fortasse erit,cũ uobis nihil iam profit. Aliter quidẽ faciunt illi, de quibus paulò antea loquebamur:qui tã ardẽti Dei amore capti sunt,
13 ut tps,quo cũ Deo,aut de reb.diuinis non agunt perditum esse ducant. Et q̃is cum eo diu conuersẽtur adhuc diutius conuersari desiderãt.Et hoc est ardentissimũ illud
Cant. 8. desiderium, quod inflãmatissimis qbusdã uerbis sponsa reuelauit,dicẽs: Quis mihi det te fratrẽ meũ sugentem uberẽ matris meæ ut inueniã te foris,& deosculer te,& iã nemo me despiciat? Apprehendã te, & ducã in domum matris meæ.In his omnibus mirabilibus uerbis detegit ardentissimum desiderium animæ, q̃ in uirtutis, & perfectionis studio nimiũ ꝓficit: quę quidem ne minimo temporis spacio in re aliqua,nisi in diuina conuersatione uellet oc
Simile. cupari.Sicuti uirgines liberè possunt ad fratres suos accedere cum sunt infantes,& ad ubera matris suæ commorantur,& passim illos amplectuntur,millieſq.deosculantur, & nunc extra, nunc intra domũ semp quo
14 cunq; uadunt,eos absq; ullo pudore osculantur, quia illud à nemine uitio uertitur, nec ipsæ hoc facere erubescunt. Hæc igitur omnia significant quod facere desiderãt,ut q̃ue etiam quod faciunt animæ, quæ maximo Dei amore captæ sunt semper & ubiq. clam,& palam de Deo,& cum Deo loqui, & in omnibus se Dei amicos ꝓfiteri,atque hoc tam uerbo,q̃ opere demonstrare.O qs in tantum perfectionis gradum peruenireret, atque cum Deo conuersationẽ illam haberet,quam habet uirgo cum fratre suo infante,& tenero, qui in genitricis suę brachiis commoratur. Ecce fratres charissimi hos duos sacrę Scripturæ locos: in quorũ altero iustus quasi infans in brachijs ac uisceribus matris suæ positus: in altero uerò
15 idem iustus tanq̃ uirgo,quæ fratrem suum tenerum deosculari, atque amplexari non cessat,repræsentatur significando per hunc infantem potentissimum Deum. Et hi ita super faciem terræ uiuunt, ut de eis dicat Isaias.Et erit Sabbathum ex Sabbatho,qa de requie nẽtis homo peruenit ad requiẽ ęternitatis:per unũ paradisum ad aliũ pergit.O infęlices peccatores, q per unũ infernũ in aliũ ultis ire? Vita.n.anxia, & laboriosa quã propter passiones uestras ducitis infernus est, per quem ad alium sempiternum infernum iter facitis.

Vnũ aũt ex illis,q̃ in hac re summoperè lachrymãda sunt,hoc est,q ꝓ sicuti tunc Iudęi,etsi populus erat electus à Deo, illiſq; Messias sæpenumerò ꝓmissus fuerat, atq; in scripturis,quas ipsi quotidie plegebant, ꝓdoctus erat:tñ eũ interficere intendebãt. 16
Et quo tpe hoc sacrilegũ facinus in corde suo ꝓposuerant,gentes ꝙrebant modos,ac rõnes ut ad Dominũ uidendum, atque alloquẽdum accederent, atq; ad hoc sacros Apostolos interceſſores ꝓponebant. Sic mõ pp peccata nostra, qui maioribus Deo bñficijs deuincti sunt,sicut uiri eruditi, & ecclesiastici, quiq. Deum maiori honore colere tenent,atq.cũ eo frequentius debẽt cõuersari,fortasse plurimi illorũ sunt, qui ei negligentius seruiũt,multi uerò pauperculi, qui tantã dispositionẽ nõ habent,nec ẽt tanto bñficiorũ numero deuincti sunt: 17
hi rõnes quærunt,quib. hac diuina Dñi cõuersatione perfruant. Accedentibus sanctis Apostolis,ut hoc gentilium desideriũ Domino nunciarent, respondit Iesus,dicens: *Venit hora ut clarificetur filius hois.* Textus Grẽcus in hoc loco dicit: Vt glorificetur. Vbi sacratissimã mortẽ suã glorificationẽ suam appellauit,quia eius gaudium,& gloria erat pro hoium salute, atq. pro æterni Patris obedientia mori. O benedictus, & glorificatus sit talis Redẽptor,ac Magister. quid ꝓ nobis nõ faciet, aut q̃d nobis denegabit,qui tã atrocẽ mortem gloriã uocat? Tu uerò ò miser hõ pro hoc optimo Dño, ne minimũ q̃dẽ laborẽ patienter nosti perferre. Notandũ aũt est maximè cũ nondũ eius mortis hora aduenerit Dñm dicere,il
lã iã ꝓterijsse.Venit(inq̃t)hora.Iã trãsacta est hora.Mysteriũ uero hoc est,qa in sacris literis quod certò faciendũ cito esse cognoscit,pro facto reputatur.Oẽs res huius se- 18
culi tam ꝓsperas, q̃ aduersas, quia certo scimus celerrimè esse transituras oportet nos quasi iam ꝓteritas ęstimare. Et sic B. 1. Cor. 7.
Paulus,cũ dixisset: Hoc itaq. dico fratres, tempus breue est, subdidit statim, dicens, Reliquum est,i.sequitur ex hoc, ut & qui habent uxores tanq̃ non habentes sint, & qui flent, tanquã non flentes, & qui gaudent,tanq̃ non gaudentes. Et qui utuntur hoc mundo tanq̃ non utantur: præterit.n. figura mundi huius. Admonet sãctus Apostolus,ut oẽs res huius sæculi,siue sint dulces,

ces,siue amaræ,quasi præteritas illas iudicemus,eum tam cito transituræ sint.O quã cælestis doctrina, & quam utilis illi, qui ea uult fructum percipere.Quis propter famem,aut necessitatem Deum offendet, cũ cras necessitas hæc,& uita finienda sit, illiq;
19 Deus propter huius laboris tolerantiã ęternam gloriam largiturus sit? Aut quis sæculares uoluptates,& honores æstimabit; quibus cras finis imponendus est, siquidẽ hæc omnia æternis tormentis persoluẽda sunt? Hanc ipsam rationem reddidit Beatus Ioannes. Ne propter res terrestres homines
1. Ioan. 1. condemnarentur, dicens, Nolite diligere mundum,neque ea, quæ in mundo sunt,& mundus transit, & concupiscentia eius.

Dicit Diuus Ioannes: Mundum in transitu esse,quia si hoc parum temporis,quod duraturus est stabile, ac firmum esset, non esset mundus tam dignus execratu. Verũ hæc parua firmitas, quam unaquæque res huius sæculi quantumcunque decora, ac pompatica sit,habet, nos ad eius odiũ sum
20 moperæ incitat. Ideo merito hic mundus anthleæ comparatur, quæ Hispanè dicitur Simile. [*Noria*] in qua est rota,quam versat iumentum cæcũ: & in illa rota sunt quædã uasa fune alligata, quæ cum ascendunt, plena sunt aqua, ex qua magna pars effunditur, & una post alia apertis oribus ordinata procedũt, & uas q̃ inferius est, aquam superioris absorbet, & sic cuncta ascendunt quousque ad summitatem rotæ peruenitur. Et ubi primum ad summitatem peruenĩũt,cuncta aquam effundunt,& deorsum uacua reuertuntur,& quæ antea superiora ascendebãt, nunc inferiora descendunt, & sic absque ulla cessatione uolutantur. Ecce imaginem quandam mutabilitatis huius mundi, in quo uersamur quasi in tota, nunc sublimes,nunc infimi, nunc dites, nunc pauperes,nunc nobiles, nunc ignobiles.

In hanc anthlea videbitis homines quasi uasa omnes cupiditatis honoris, atque diuitiarum fune alligatos, qui omnes huc, atq; illuc cæco passionis suæ iumento deducunt.
21 Videbitis eos ascendẽtes aqua temporaliũ bonorũ plenos: etsi licet nolint magna huius aquæ pars eis effunditur,quia nõ omnia secundum uoluntatem eorum fiunt,& qui inferiores sunt apertis oribus ascendunt, ut superiorum aquam deuorent, desiderantes acdicentes, ò utinam Canonicus ille moreret,ut ego eius Canonicatũ obtinerẽ. O si Episcopus ille morereꝰ: ut ego eius Episcopatui præficerer:& sic ascẽdunt,usque ad fastigiũ,& quando se securiores esse arbitrantur supplantationem eis mundus demoliꝰ, infortuniumq; aliquod eis accidit,& sic tota illis aqua effunditur,cum à summitate illa in qua cõstituti erant,excidãt. Sicut ad li- 22 Psal.36.
terã dixit Dauid his uerbis: Inimici Domini mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficientes quemadmodũ fumus deficiẽt. O quam elegans similitudo? Propriũ etenim est fumi sicut quotidie experimur, qđ quando in aęre maior & extensior est,tunc fini suo propinquior est, & tunc citius deficit & euanescit,& uasa illa anthleæ,quæ antea aquę plena in sublimiori loco ascendere uidebamus, nunc in humiliori, atq; inferiori descẽdere conspicimus, id est, ab eis quos antea opprimebant, quibusque dominabantur,& tyrannide conterebant,ab ipsis nunc opprimi,ac conteri experimur. Quæ siquidem tã uelociter trãsitura sunt, & hoc modico tempore,quod durant,tam parum stabilitatis habent,maximę prudentiæ erit, illa tanquam præterita iudicare. Labores 23
ẽt, quando eis oppressi fueritis: siquidem quod in pręsenti est,momentaneum est,& leue etiam iam prætersse arbitramini, quandoquidem citò finis eius imponendus est. Atque ut nos hoc Dominus doceret,dicit: *Venit cum nondum accessisset.*

Et postquam hic se moriturum esse dixerat,ad redemptionis fructum donandũ dicit. *Si quis mihi ministrat,me sequatur.* Ne illũ solum oĩa,quę ab salutem nostram spectant,facturum esse arbitraremur. Atq; ẽt dicit: *Qui odit animã suam,perdet eam,&c.* Res est ponderatu dignissima,quod desinat Deus bruta animantia appetitibus suis absque ulla moderatione ꝓfrui,ceruo scilicet, concedat. Deus, ut uirides herbas carpat 24
frigidasq; aquas potet,cæteraq; aĩalia ad libitum absque contradictione uiuere permittat,soli autem tam perfecto animali ꝓcipiat,ut semetipsum odio habeat,ieiunijsque atque cilicijs sese inhumaniter tractet, suique ipsius sit carnifex,& in mœrore,atq; amaritudine uitam ducat.Profecto istud nõ intelligo. Dico omnia à Deo non brutis q̃dem, sed hominibus creari: Oĩa subiecit sub pedibus eius, oues, & boues uniuersas insuper, & pecora campi, uolucres cęli, & Psal.8.
pisces maris,qui perambulant semitas maris. Et in statu innocentiæ uniuersis rebus

fruere-

fr ueretur hō absque vlla taxi quādiu sanus erat, præter arborē unā, & hoc solūmodò, vt Deū homo Dominum esse cognosceret. Veruntn, quia per pctū infirmitati sumus, videns Deus hoies adeò infirmos appetitu mq; nimis effrenatū, eo q; originalis iusti tiæ frænum eis deerat, opus fuit, vt diuinus
25 medicus nos à cibis cohiberet, atq; parcitate & inedia vos aleret: & ita nobis præcipit, ne qñcunq; libet comedamus, ne aspiciamus, ne loquamur, ne deniq; ad libitū delectemur: sed cum diera vitā ducamus, siquidem infirmi sumus. Idcircò vultis pœnitentia affligamur, quin aliter in infinitate moriemur: sicuti ægro, qui non observat dietā, febris accrescit, & in maximo mortis periculo versaī. O quàm maximè vellē, vt hoc profunda animi cogitatione uolueretis, vt uidentes quā pleni proprio amore estis, & quantopere noluptates uestras diligitis, pudore confunderemini: atq; perditionē, qua uos hic Dns comminatur, timeretis. Si.n. granū tritici absque eo q; moriatur nullum fructū ferre pōt, quē fructum feret palea, quam pp lenitatem huc, atq; illuc uentus
26 deduci? Desinite igitur fratres mei uanitates istas, & curate effici sicut granū tritici, quod erectum nō remanet in aere, sicut palea, sed statim in terrā procidit. Sic uos quò mundus pluris fecerit, & altius erexerit, eu rate magis abijci, & humiliari.

Dictis his rebus addidit Dominus dicēs. *Nunc anima mea turbata est.* Et incipit æternum Patrē exorare, sicut qui notat q̃tā perturbationem fragilibus cordibus hęc doctrina esset allatura, scilicet. qđ qui eum sequi noluerint oportet eos per crucis uiam iter facere, per quam ipse Dominus ambulauit, & pro omnibus nobis orauit, ut pa-
27 tris auxilium impetraret: atq; ut nos doceret ad quem in necessitatibus nostris confugere debeamus, nē in eis deficiamus.

Et ulterius addit Dominus dicens. *Nunc iudicium est mundi, nunc Princeps mundi huius eiçietur foras, et ego si exaltatus fuero, a terra, omnia traham ad me ipsum.* Vt ij, qui cum sequuturi sunt, undique confortētur: siquidem cum iam deuictis hostibus certamen habituri, & ab hoc diuino Domino, qui eos antecedit, attracti iter facturi sunt. O maximam ignauiam nostram, si nunc à prostrato, atque deiecto hoste nos permittimus superari. Nam etsi diabolus magnas habet uires sicuti dicit Iob, Non est super terram potestas, quæ comparetur ei, uerum tamen nihil amplius facere poterit, quam Iob 41
quod illi Deus permiserit. Exijt Leo, qui interfecit prophetam ueniētem Bethel, quia 3. Reg. 13
præceptum Domini uiolauit, nec uero corpus eius, aut iumentum in quo ueniebat, tetigit, sicuti ibidem dicitur, quòd uenit alter prophetas, & inuenit cadauer eius proiectum in uia, & Asinum, & Leonem stantes iuxta cadauer. Non comedit Leo de cadauere, neque læsit Asinum. O rem mirabilem quod Leo famelicus iuxta cadauer, & Asi- 28
num stans neutrum attingat, quia non habebat Dei facultatem, nisi ad prophetam occidendum. Licet insatiabilem famam diabolus habeat deuorandi homines, & eos si posset in instanti deuorare uellet, non tamen capitis sui capillum absque Dei facultate attinget. Et postquam Dominus noster tuus est, dæmonem q̃ superauit, etiam se curior res est. Verum quærit Beatus Augu August.
stinus. Si ligatus est, quare adhuc tantum ser. 197.
prævalet? Verum est (inquit) fratres charis- de tpe.
simi, quia multum prævalet, sed tepidis, & 29
negligentibus, & Deum in ueritate non timentibus dominatur. Alligatus est enim tanquam in nexus canis cathenis: & neminē potest mordere, nisi eum, qui se illi mortifera securitate coniunxerit.

Videte iam fratres quam stultus est homo ille, quem canis in cathena positus mordet. Tu te illi per voluptates, & cupiditates sæculi noli coniungere, & ille ad te non præsumet accedere. Latrare potest, sollicitare pōt, mordere omnino nō potest, nisi uolentem. Non enim cogendo, sed suadendo nocet, neque extorquet, sed petit. Magnæ ét est fragilitatis, & stultitiæ hominem se superari permittere, non solum quia hostis alligatus est, sed etiam, quia maximum in cruce, ac uulneribus Domini habemus subsidium, quod nos inuitat dicens. Columba Cant. 2.
mea uenī in foraminibus petræ. Videte quo 30
modo columba in foraminibus petræ se se à nisis defendit. Multò equidem tutius se potest anima à cunctis diabolis in sacratissimis Domini uulneribus defendere. Idcirco Beatus Petrus dicit. Christi igitur 1. Pet. 4.
passo in carne, & uos eadem cogitatione armamini. O quam fortia sunt arma, animā considerare se in Domini latere inclusam commorari, & considerare illam acerbissimam illam mortem pro peccati euersione toleralse. Quomodo cū hac consideratione

peccatum

peccatū intra se audebit admittere? Si exaltatus fuero à terra, omnia traliā ad me ipsum. O Christe dulcissime animārū nostrarum amor, quomodo cum uerum sit te ā in cruce exaltatum fuisse nos omnes post te nō trahis? Quia (inqt) uos ò peccatores,
31 in peccatorum funibus uos deuincitis, secularibusq. affectionibus alligatis, ut post Psal. 118.
me uenire nolitis. Attende ò peccator qđ Simile.
potes dicere cum Dauid: Funes peccatorū circumplexi sunt me. Quemadmodū capistrarij accipiunt linum, & illud nent, retrorsum recedentes, & quo magis retro regrediuntur, eo maiorem funem confectum relinquunt, sic etiam tu ò peccator retrorsū
Ga. 1. semper incedis, de malo in pēius regrediēs. Alienati sūt retrorsum, dixit Isaias: Et quo magis sic nos, eo maiorem funem efficit, quo te illigas, atque ita implicas ut post Deum tuum nolis abire. O Domine animæ meæ hos mihi funes dirumpe, quibus alligatus sum, atq. in me diuinum hoc uerbum compleatur, me ad te quasi magnes attrahe. Qđ si ego impedimento sum quo minus hoc fiat, deuinci tu manus meas, amodo enim illas, corq̃ meum tibi trado, ut omnia in tuo sancto ministerio occupentur, quo sic gratiā tuam mihi cōcedas, me
32 quead cælestem gloriam perducas, Amen.

Dominica in ramis Palmarū.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, & uenisset Bethphage ad montem Oliueti, &c. Matth. 21.

1 REFERTVR in hac sancti Euangelij lectione, illustrissimus qdā triumphus, quo æternꝰ Pater dilectissimū filiū suū ad huc in mortali carne existētē honorauit, siqdem in ea passurus erat. Fuit autē hic triumphus perfectissimus, atq. honorificentissimus omnium, quibus uniuersi mundi Principes, & monarchæ honestati sūt. Qđ si quis quærat, quare totius humilitatis Magister cum tanta maiestate, ac tam celebri laudum præconio Hierosolymam introire uoluerit? Ad huius quæstionis responsionem oportet notari originem, & fundamentum totius boni nostri in Dei, eiusque probitatis, charitatis, ac misericordiæ cognitione consistere. Quam cognitionem adeo hominibus necessariam iudicabat Dominus Paulus, ut illam nobis ab æterno patre flexis genib. instantissimè flagitaret. Et sic Ephes. 3.
dicebat. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis, & in terra nominatur, & ut det uobis Christum habitare per fidem in cordibus uestris, in charitate radicati, & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum. Scire autem supereminentem scientię charitatē Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei.

Exoptabat sanctus Apostolus, ut longitudinem probitatis Dei, amplitudinem charitatis, celsitudinem maiestatis, profunditatemq̃ sapientię eius cognosceremus. Hac enim cognitione charitatis ardore formata fieri solet, ut omnium donorum Dei participes efficiamur, & omnibus pijs eius effectibus repleamur. Et idcirco dicit. Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Nec vero solum desiderabat, ut hoc sciremus, sed addit etiam, dicens: Scire autem supereminentem, &c. idest, precor etiam Dominum, ut magnitudinē dilectionis Christi nobis aperire dignetur, quæ omnem humanam & Angelicam superat sapientiam. Tantus fuit amor quo nos dilexit, & adeò pro nobis mori desiderauit, tamq̃ solennem festiuitatem suam propter nos pati iudicauit, ut ad mortem cum canticis, & triūpho ire uoluerit. O ineffabilem filij Dei erga homines amorem? O quàm necessaria res est huius amoris magnitudinem cognoscere, ut talem, ac tantum amorē tanta obliuione persoluere confundamur, præcipue cum tanto studio terrenas immunditias diligamus. O quam affectuose đ hoc queritꝫ Deus p Oseam dicens. Vade, & dilige mu- Osee. 3.
lierem dilectam ab amico, & adulterā, sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi diligūt uinacia uuarum. Qui propter pecuniam fal- 4
sum iuramentum dicit: qui pro carnali uoluntate Dei relinqnit; hic uinacia magis q̃ Deū diligit. Quomodo igitur non erubescimus tam fidelem amatorem nō diligere, q ut amorē, quo eius diuinū pectus ardebat, melius reuelaret cum tā celebri, ac glorioso triumpho ad mortē uoluit, pperare? Atque ut patientiam, & mansuetudinem, qua pro nobis moriturus erat, significaret, uo-

luit

luit hunc triumphum ſedens in aſina accipere. Quando Deus magnum aliquod circa homines operari uult: ſolet in inſtrumentũ accipere rem aliquam, quæ illud, quod uult facere ſignificet. Quando uenit daturus legem timoris Moyſi, deſcendit in montem, qui fumigabat, ardebat, fulguribus q; ac tonitruis homines deterrebat. Omnia illa de
5 Exod. 19. ſignabant, legem illum eſſe legem timoris. Quando ipſe apparuit Moyſi in rubo arden ti, & tamen incombuſto, & qui non cõſumebatur, ſignificauit Hebræos ab Ægyptijs per
Exod. 3. ſecutionibus affligendos, atque concremandos. Quando Spiritus ſanctus in ſacros Apoſtolos in forma ignearum linguarum deſcẽ
Act. 1. dit, ſignificauit illos in uniuerſo mũdo prædicantes, ac docentes hominum corda diuino amore inflammturos eſſe. Sic etiam nunc, cum ad ſummos dolores ſumma cum patientia perferendos ueniret, uoluit ſuper aſinam uenire, quod eſt patientiſſimũ
6 animal, quodque lignis cæſum, fame fatigatum, pondereq; oppreſſum, nec queritur, nec hinnit, nec calces tollit. Vnde ut Dauid obedientiam, patientiamq; ſuã ſignifica-
Pſalm. 72. ret dixit, ut iumentum factus ſum apud te.

Vt in hoc tam humili equitatu introiret. *Miſit duos ex diſcipulis ſuis, & dixit eis. Ite in Caſtellum.* Ipſiq; præceptũ eius adimplẽtes adduxerunt aſinam, & pullum, *& impoſuerunt ſuper eos ueſtimenta ſua.* Tantummodo præcepit eis Magiſter humilitatis, ut animalia illa adducerent, ipſi uero plus faciunt, quam Dominus præcepit eis, nã pallijs ſuis illa cooperiunt, ac exornant, quia in ijs, quę ad Dei miniſterium ſpectant, non ſolum ea quæ nobis præcipiuntur nos facere oportet, ſed multo etiam plura. Dicit Deus, ne aliena bona arripias, non diripiam Domine, imo uero bonis meis pauperibus aliquid
7 impertiar. Dicit Deus, nè plures, quam unã uxorẽ habeas. Dici tu, etiã Domine propter te caſtitatem obſeruabo, nec ducam uxorẽ. Præcipitur nobis Dei nomine, Quadrageſimam ieiunare, faciam utique Domine, atq; aliquos etiam dies pane tantum, & aqua ieiunabo, & Sabbatis, etiam, atque ferijs ſextis totius anni abſtinebo, ut miſeram hanc carnem mortificem, ſpirituique ſubijciam. Præcipitur nobis, ut quotannis in Paſchate Reſurrectionis facta prius peccatorum expiatione ac confeſſione ad ſacroſanctum Ieſu Chriſti corpus ſumendum ſemel accedamus, tu uero ſingulis diebus examinat conſcientia quindenis diebus ad confeſſionẽ accede, & ſingulis menſibus ſanctiſſimũ Euchariſtiæ ſacramentum aſſume; &, ſi fieri poſſet, perfectius eſt quindenis diebus ſacratiſſimum altaris ſacramentum ſumere, & octonis diebꝰ peccata expiare, & crebriꝰ ex hoc ineffabili beneficio fructum percipere. Iubetur nobis diebus feſtis rem ſacrã audire, non hoc ſolum quidem faciam, ue-
8 rum, & quotidie curabo illam audire, meq; & familiam meam illic Domino offeram. O beatos illos, qui euigilant in quærendis modis, ac rationibus, q bus Deo magis placeant, nec contenri ſunt ea ſolũmodo, quæ eis præcipiuntur, facere, ſed multo etiã maiora faciunt. Verum, ò quantum eſt hic lachrymandum? O miſeros nos, q parci, atque ignaui ſumus in hoc, quamq; diuinæ uoluntati rebelles? O quanto cũ dolore q Hiere. 8.
rebatur Deus de hoc per Hieremiã, dicens, Hæc eſt gens, quæ non audiuit uocem Domini Dei ſui, neque recepit diſciplinã: Singulæ nationes habẽt peculiaria ingenia: aliarũ enim nationum homines ſunt fideles, aliarum perfidi, aliarum quaſi pueri inconſtantes, aliarũ pertinaces, alij cholerici, alij
9 phlegmatici, homines uerò nationis meæ, ait Dominus, ijq; qui ſub Euangelio meo uiuunt, peculiare quoddã inter cæteras alias nationes ingenium habent. Ecquod eſt hoc ingenium Domine? Quod habent (inquit) Deum, & illi tanquam Deo non obtemperant. Notandum eſt hanc fuiſſe maiorem repugnantiam, & contradictionem, quã ſacroſanctum Ieſu Chriſti Euangelium in toto terrarũ orbe habuit, ſcilicet maximam fidelitatem gentium erga Deos ſuos, & p
Zach. 8. pter hanc unam marmoreas, ligneaſq; illas ſtatuas, quas ut deos uenerabantur, reliquere neſciebant. Vnde dicit Zacharias, Vi
10 debit Aſcalõ & timebit, & Gaza, & dolebit nimis, & Acharon, quoniam cõfuſa eſt ſpes eius. Amplectentur (inqt) Deos ſuos, & dicent. Nunquid fieri poteſt hunc iã ampliꝰ Deum meum non eſſe futurum? O quãta confuſionis eſt uidere fidelitatem maximã atque obedientiam gentium erga lapides illos, quãtoq; dolore afficiebantur eos deſerentes, & animaduertere, quam modicã fidelitatem, atque obedientiã erga noſtrũ uerum ac ęternum Deum obſeruamus, & quam ſine dolore, atq. etiam gaudẽtes ab eius conſortio ſeparamur. Et ſuper omnia nimis miſerabilis eſt uiſu prõptitudo, qua

malè

malè operãtes diabolo obedimus. O p charitatem huius optimi Domini uos rogo fra-
Eccle. 5. tres chariſſimi ne deinceps ita fiat. Attendite quid ſingulis uobis dicit Spiritus Sãctus his uerbis: Non nẽtiles te in oĩ uentũ, & non eas in oĩ uiam. Eſto firmus in uia Domini, & ꝑſequatur te non pacis, & iuſtitiæ.
11 Diligenter penſate uerbum illud uentiles. Sunt quippe nõnulli homines, quos mundus, aut diabolus ac oẽs uentos conduxiſſe uidetur, ſunt quaſi homines conducti quos Hiſpanè dicimus [*Eſtafetas*] Sathanæ, qui nullum eſt iter, q nõ faciant. Si eos uis ad murmurandum, murmurabũt, ſi uis ut te in Dei offenſione defendãt, ãt per iſtam uiam pergent, ſi ut te in iniuria ulciſcenda adiuuent, optimè ſciunt illud iter, nullus eſt uẽtus, quo non ducanẽ, ſemp in prõptu ſunt, nulla eſt uia peccatorum, q optimè non cognouerint. O miſerrimos homines quã perditi atq; diſſoluti eſtis? Hi ſunt nuncij infernales, & duces prẽparati filijs perditionis.
12 Ne igitur uentiles te in oĩ uentum. Deſere frater chariſſime uiã iſtam, in qua ambulas, & ad Dei tui obedientiam cõuertere.

Et eũ deſuper ſedere fecerunt. Equitãdo, & celerrime uoluit humillimus Dominus cęli, & terræ honorẽ hũc accipere. O quãto perè nos in hoc ẽt illum oportet imitari: cũ ſæculares honores tã periculoſi ſint. De canibus Ægypti dicitur, q cum iter faciunt, iuxta ripã Nili ſi forte ex fluuij illius aqua bibunt, uelociſſimè hoc faciunt, hic unum, & illic alium hauſtum accipiunt, & ſemper currentes p timore, quia ſi ſiſterent, ut lẽter biberẽt fortaſe aliquis crocodilus à fluuio exiret, qui eos deuoraret. Multi enim ĩ illo fluuio ſunt. Vñ inter eos exijt ,puerbiũ, eſto ſicut canis p Nilũ hoc eſt, nimis accelera. O immenſam Dei probitatem, q talẽ
13 brutis animantibus donauit inſtinctũ. Nè patiamini fratres mei ut canes uobis excedãt, ſiquidẽ intelligitis in honoribus, ac põpis, fauoribuſq; huius ſæculi tot eſſe picula ad pẽdendas aias, quicq d ex aquis iſtis bibe ritis ſit cũ magno timore, hic unũ, illic aliũ hauſtum accipientes, & celerrimè prętereũtes, ne uobis occaſionẽ ſi nt cœleſtem illam, atque ſempiternam gloriam amittendi.

Plurima autem turba, &c. Vſq. ibi *Hoſanna filio Dauid, benedictus q uenit in nomine Domini.* Id eſt, in loco, & mareſtate patris. Quia Chriſtus Redẽptor noſter fecit, dixit, & docuit omnia, quę ęternus pater faceret, diceret, ac doceret ſi in humana carne uenĩ ret. Vnde ipſe Dominus dixit Philippo, qui uidet me, uidet, & patrem meum, ideſt, cogita quod uidens me, uides & patrem meum,
Ioan. 14. quia omnia, quæ ego facio, & ipſe faceret, ſi humanam carnem aſſumeret Oſanna declarauit interpres quidam ſignificare, dato ei Domine uictoriam. Atq. optime congruũt hæc uerba negotio, q Dominus ſuſcepit. Nunc etiam tota hac quadrageſima diui-
14 nus hic Dominus cum peccatore in palæſtram deſcendit omnes deprecemur, ut uictoriam conſequatur. Victoriam q dem ex morte, mundo, & inferno reportauit, qa cõ Pſal. 116.
triuit portas ferreas, & uectes ferreos cõfre Gen. 33.
git. Peccator uero ei nõ ſubigetur? Angelus cum Iacob colluctatus eſt, & tandem ſe ab illo ſuperari paſſus eſt, quia lacrymis, & precibus luctabanẽ, lachrymæ uerò, & preces Ieſu Chriſti filij Dei non proficient te proſternere, & ſuperare? ò duriſſimum marmor quouſque tãdem in iſta pertinacia remanebis? oremus ergò dicentes, Oſanna, ut peccator Chriſto Ieſu cõfligenti cedat. Vna ex
rebus in hoc celeberrimo Domini triumpho, & receptione notatu digniſſimis fuit,
15 quod etſi omnes in eius miniſterio occupabantur, non tamen omnes uni, eidemq; exercitationi intendebant, quia *Plurima turba ſtrauerũt ueſtimenta ſua, alia autem cædebant ramos de arboribus.* Non unũ ab omnibus Deus miniſteriũ petit, ſed ab unoquoque ſecundum ſtatus ſui conditionem. Non expoſcit ab equitibus, & uiris primarijs miniſterium Eccleſiaſticorum, nec à
1. Co. 12. uiris habentibus uxorem ſeruitutẽ monachorum petit. Et hoc eſt q Beatus Paulus dicit. Diuiſiones miniſtrationum ſunt, idẽ autem Dominus. Et diuiſiones operationũ ſunt, idem uero Deus, qui operatus omnia in omnibus, ſicut enim corpus unum eſt, &
Rom. 12. membra habet multa, ita & Chriſtus. Et clarius hoc dicit hic uerbis, ſicut enim in uno
16 corpore multa mẽbra habemus, omnia aũt mẽbra non eundẽ actum habent, ita multi unũ corpus ſumus in Chriſto. Quapropter ego uobis commendo fratres chariſſimi, ut unuſquiſq. ueſtrum attendat in quolibet à Deo cõſtitutus fuerit, & ea conſideret, quę in illo facere tenetur, illaq. ſeruentiſſime, atque efficaciſſimè exeq curet. Nam una ex maximis miſerijs, quæ nunc in orbe terrarum ſunt, eſt ſingulos homines ſecundũ ſtatus ſui conditionem non uiuere. Quondã

lamentabatur Sanctus Hieremias magno cũ dolore reipublicæ suę diffolutionem,& credo nunc non minorem nobis occasionẽ esse plorandi. Attẽdite quid lachrymãs di
Thre. 4. cebat, & cognoscetis quo nos etiam attingat. Quo(inquit)obscuratũ est aurum,mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarij in capite platearũ. Filij Sion inclyti,& amicti auro primo, quo reputati sunt in uasa testea opus manuũ figuli? sed
137 & lamię nudauerũt mammam, lactauerũt catulos suos. filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto. Paruuli petierũt panẽ, & non erat, qui frãgeret eis. Qui nutriebãtur in croceis, amplexati sunt stercora. Ei maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, q̃ subuersa est momento. O incõmutabilis Deus quanti doloris plenas res hic dicit Sanctus Propheta. Prius platos lamentatur,o quo antiquę charitatis aurum obscuratum est? Animad uertite utrum hoc etiã in nobis possimus deplorare? Date nunc mihi prælatum sicuti B. Ambrosium, Augustinum, Gregorium,ac Martinum, omnia iam permutata
18 sunt. Plorat deinde lapides sanctuarij, qui sunt religiosi uiri Deo dicati. Videte utrũ hoc nunc possimus lamẽtari? ubi est feruor,affect⁹, deuotio,& recollectio antiquorum patrũ? omnia etiã commutata sunt. Deplorat tertio filios Sion,qui erant cæteri Ecclesiastici uiri. Filij Sion: quæ est specula significat in Hebræa phrasi uiros maximè solicitos in proximorum suorũ custodia. Attendite q̃ merito nunc parochos, rectores,priores q̃. atq. cęteros Ecclesiasticos uiros possimus deplorare, quondam quasi speculatores summa cũ uigilantia, charitatis & auro cooperti ꝓximos suos custodire cõsueuerant. Nunc aũt effecti sunt quasi uasa fragilia, quia nimiis negotijs,& sęcularibus solicitudinibus tanquã uasa quę plurimis uolutationibus,ac gyris cõficiuntur, redditi sunt. Quantò tandẽ lamentant reges,& potẽtes huius sæculi dños, & oẽs, q̃
19 habẽt subditos: sed & lamię &c. Lamias dicit B. Hieronymus esse animalia, q̃ hominis habent faciem, cętera uero membra bruti aãlis. O uiri nobiles huius sæculi uos estis quasi lamię, apparentiã hominũ habẽtes, nomina illustria, sublimia, & magnæ maiestatis, mores autem bestiales, & obscuros. Hi detegunt mãmas magna tributa subditis imponẽtes ut canes,& equos
Hiere. alant, fastuq̃. suos sustineãt. Hoc flebat S. Propheta in illo tpe, cõsiderate utrũ satis digne nũc idẽ plorari possit? Quis hospitalia cõstruxit? quis locupletissima monasteria dote donauit? qs sumptuosa tẽpla maximis uectigalib. munita erexit, nisi antiqui principes, ac dñi. Principes autẽ huius tpis iam apertè ꝑspicitis quales sint. Lamentaẽ quintò patres familiãs, qui habent liberos, & magistros habentes discipulos, dicẽs, filia populi mei crudelis. Struthij sunt atrociss 20 mæ omniũ auium. Dicit doctissimus pater Nicolaus de Lira, illos oua derelinquere postq̃ ea pariunt,& quousq. indurant, illorũ obliuisci. Sic ẽt patres & magistri desLiranus
runt infantes absq. doctrina, q̃s sunt partuli, cũ eos quocunq. uellẽt, possent ducere, desinuntq̃. illos in malis morib. obdurari. Et q̃s eis remedium conantur adhibere, nequeunt, qa iã uitia incaluerunt. Deplorat septimo plebeios, qui sancti,& sine macula, ac calliditate esse cõsueuerant, q̃ nutriebantur in croceis. Hoies, qui in sericis uestimẽtis educati fuerũt, plurimis uirtutib. exornati esse solebãt. Nunc uero amplexati sunt stercora. Perpendite uerbũ illud: amplexati sunt, qđ affectionẽ maximã denotat, qua huius mundi stercus diligũt. Oẽs auari, cupidi, mendaces, emptores,& ueditores affecti sunt. Iã nullus cõtentus ẽ esse artifex; sed oẽs uolũt esse mercatores, & negotiatores, atq. ideo cõcludit dicens: 21
Maior effecta est. &c. O Deus infinitę maiestatis q̃d dicere possumus? nisi Christianos aliquo mõ peiores esse Sodomitis? nã si illi erãt immũdi, otiosi,& crudeles, erant ethnici nec Deũ cognoscebãt, nec æternos infer ni cruciat⁹, ꝑpetuę q̃. gloriæ beatitudinem esse credebãt, neq. qs eis ꝑdicaret, habebãt. Nos uero Christiani cũ simus tanta luce illuminati, tãta Dei cognitiõe illustrati, tot ꝑdicatorib. edocti, tot minis ꝑterriti, totq̃. pollicitationib. inuitati,& tñ turpes, crudeles, atq. otiosi sum⁹. Quid igit sperabimus nisi ignẽ è cœlo descẽsurũ, q̃ nos sicut 22
illos deuoret, & cõsumat? qđ si Deus dissimulat, nos q̃. ad pœnitentiã expectat, nos uero ex eius patientia nolum⁹ fructũ percipere, erit ad maiorẽ confusionem, atq. suppliciũ nostrũ. Etiã est maximè cõsiderandũ licet hi diuersis ministerijs intendebãt, in uno tñ oẽs conueniss⁹. Quia *Turba, quæ præcedebãt & quæ sequebãtur clamabãt dicẽtes Hosana.* Idem oportet nos facere, ut tam

Eccle-

Ecclesiastici uiri, q̃ seculares homines ĩ hoc conueniamus, scilicet, ut crebro Deũ glori
Psalm. 54. ficem⁹. Vnde ꝓpheta omnes hominũ stat⁹ ad hãc diuinã exercitationẽ inuitat dicẽs: reges terrę, & omnes populi, principes, &
Psal. 146. omnes iudices terrę, iuuenes, & uirgines, senes cũ iuniorib⁹ laudent nomẽ Domini. Atq; ut nos ad has laudes Deo reddendas attrahat dicit, Laudate Dominũ, quoniã bonus est Psalmus. Vbi B. Hieronymus trãstu
23 lit, laudate Dñm, quoniã pulchra est laudatio. Et Fęlix trãstulit, laudate Dñm quoniã
Felix. bonũ ẽ psallere Deo nostro. Nã una ex meliorib⁹ reb⁹, quas facere possum⁹, est Deũ cũ cordis synceritate, atq. charitate laudare, & idcircò addidit dicẽs. Deo nostro sit iucũda, decoraq̃. laudatio. Tunc autẽ laudatio iucũ
Psal. 103. da, decoraq̃. est, quãdò cũ puritate, & charitate fit. Et alibi dixit. Iucundũ sit ei eloquiũ meũ, ego uero delectabor ĩ Domino. Quia eius elationes, atq. magnificentias decantans multò magis gauisurus sũ, q̃. si omnes hę excellentię in me essent, & isti sunt actus exactissimi amoris. Hoc est mun⁹, q̃ omnes
Apoc. 5. & in sempiternũ in cęlo executuri sum⁹. Et iõ oportet nos in terra illud discere, atq. in eo exerceri. Dicit D. Ioánes se uidisse in cælo quatuor mysteriosa animalia, & uiginti quatuor seniores, magnãq, Angelorũ mul-
24 titudinẽ, & erat (inquit) numerus eorũ millia milliũ Dicit etiã se uidisse omnẽ creaturã, q̃ in cælo est, Dic ergo nobis Apostole benedicte, qd faciebãt animalia illa? respõdet, & requiẽ non habebant die, ac nocte dicentia. Sãctus, Sanctus, Sãctus, Dñs De⁹ omnipotẽs. Sẽper Deũ laudabãt, & q̃bus rebus intẽdebãt uenerabiles illi seniores? ceciderũt corã agno habẽtes singuli citharas, & cãtabant canticũ nouũ dicẽtes, dignus es Dñe &c. Omnes Dei gloriã decãtabant. Et q̃bus exercitationib⁹ occupabãtur hi innumeri angeli, quos uidisti? erat numerus eorũ mil lia milliũ dicẽtiũ uoce magna, dignus est agn⁹, q̃ occis⁹ est, accipere uirtutẽ, honorẽ, & gloriã, & benedictionẽ. Omnes Deũ cãtib⁹ ex tollebãt. Quid faciebãt cęteræ omnes cę lestes creaturę? Omnes audiui dicẽtes sedẽti ĩ throno, & agno, benedictio, & honor, &
25 gloria & potestas in sæcula seculorũ. Eccè quas res exercẽt oẽs, q̃i cęlestib⁹ mansionib. cõmorãt. O beatos illos, q̃ i terra habitãtes fragili, ac misera carne circũsepti i spiritu se curãt extollere, atq; hic sãcto hoc munere fungi conãt, q̃ oẽs beatorũ spũs i cælesti
b⁹ aulis exequuntur. Atq. ut pfectus cælestes illos ciues imitemur, aiaduertendũ est, Psalm. 64.
ubi nos legimus Te decet Hymnus De⁹ in Hieron.
Sion. B. Hieronymũ transtulisse. Te decet silentiũ laudis Deus in Siõ, in quo significat, etsi beati spũs maximo cũ feruore, atq. animi affectu absq. cessatione Deũ laudãt, multo tñ magis illũ magnificare silẽtio quodã, q̃ est cognitio, qua oẽs laudes suas quasi nihil esse intelligũt, si cũ ĩfinito excellẽtiarũ numero q̃ĩ Deo laudari dẽnt, cõferanẽ. Hęc ãt 26
cognitio silẽtij, atq. admirationis ptiosior est apud Deũ, q̃ cęteræ oẽs laudes, qbus extollit. Sic igit nos eũ laudare ẽt debemus? q̃
laus diuinæ maiestati cæteris oĩb⁹ iucun- Psalm.
dior erit. Qđ ẽt significauit Dauid dicẽs, cogitatio hoĩs cõfitebit tibi, & reliquiæ cogitationis drẽ festũ agent tibi Præcipuã festiuitatẽ Deo celebram⁹, cum illum cogitationũ, affectuũ, laudũq. nostrarum reliqs laudam⁹. Hoc est q̃ possq̃ in eo laudãdo defatigati sumus, & iã defecimus, admirabilem Dei magnitudinẽ atq. pfectionẽ nõ penitus nos laudare posse cognoscimus, dicimusq̃. nos in eius laudibus deficere, nec minimã q̃
dem illarum partem satis digne posse com- 3. Re. 10.
mendare. His reliquijs ꝑcipuã diuinæ maiestati festiuitatem agimus. Glorioſum esse dixit Salomon reginã Sabba maiestatem, magnitudinẽq. suã admiratã fuisse, atq. ob 27
stupuisse. Atq. ẽt rex Assuer⁹ maximi ęsti- Esther. 5.
mauit sãctã Esther defeciſſe cũ tãta illũ maiestate intuentẽ. Et adeo ęstimauit ut de solio suo resurrexit, illãq. maximo cũ amore Psal. 148
amplexat⁹ fuerit. Verũ q̃ret qs, si tã crebro beati spũs Deũ laudãt, quorsũ eos inuitat Dauid ad Deũ glorificãdũ dicẽs, laudate Dñm oẽs Angeli eius? Ad hoc respõdet D. Augustinus sup hũc ipsum Psalmũ dicens. Qđ licet uerũ sit Angelos Deũ laudãdo nec defatigari, nec defetisci posse qđ optimè norat Dauid, illos tñ inuitat vt significet se magno pere gaudere Deũ ab Angelis laudari. Atq. hoc idem Augustin⁹ hac similitudine decla Augu. surat. Si agricola uadit uisurus operarios suos per Psalm.
in uinea sua laborãtes, eosq̃. sũmo cũ feruo 148.
re laborãtes, atq. ĩ labore iuicem cõpetẽtes Simile.
cernit, quos uidẽs dñs uineæ tãtã lætitiã ex sedula illorũ diligentia ꝑcipit, ut hilari aspe 28
ctu eis dicat, sic sic laborate, laborate, bene. facitis, perspicuũ est hoc dicere ut lætitiã, qua pp illorũ diligentiam afficitur, manifestet. Sic ẽt dicimus Laudate Dñm oẽs Angelã eius. Nõ ut eos quidẽ confortemus, ut ĩlu

dosius,& efficaciùs, Deum glorificent: sed ut ostendamus nobis gratissimum esse Deũ ab illis tanto feruore, ac studio collaudari, quasi eis dicerem[a]: Ita,ita facite benedicti, laudate laudate Deum,quia optimè facitis. O si cum hoc gaudio incedere consuescere
29 mus exultantes in laudibus, quibus uniuersa cęlestis curia Deum benedicit:magni meriti esset,exercitatio, quia siquidẽ nos non possumus illum laudare,sicut in cęlo laudatur,sanctissimum,& pretiosissimum est unũ quemque nostrum exoptare Deum laudãdo cunctas cęli Hierarchias excellere. O utinam altissima Dei maiestas his uerbis meis efficaciã concedere dignetur, quò in cordibus uestris imprimantur,& ex animo cœlestem hanc doctrinã amplectamini, & summo cum feruore sanctis exercitationibus i
Tertullia. cipiatis intẽdere. Tertullianus dicit Plinium in Apologetico adiuniorem,cum prouinciæ cuiusdam prætor esset,cumq. innumeram hominum multiuersus gen tudinem in Iesum Christum credere cõspiceret,ad imperatorem Traianum scripsisse, tes. quærentem quidnam de illis esset fact[u]r[a], de quibus ei sic scripsit. Præter obstinationẽ non sacrificandi nihil aliud se de sacramentis eorum comperisse, quam cœcus ante lu
30 canos ad canendum Christo,& Deo. Vt cognoscatis quem,usitatum à priscis quondã temporibus hoc semper in Ecclesia Dei fuerit,& quã diluculo surgerent noui illi Christiani ad Deum glorificandum: uos autem nunc ueteres Christiani,qui à mille auis, & proauis Christianis originẽ ducitis, in meridie surgitis,quanuis sit dies festus,& pergitis in tẽplum ad unam missam celerrimè audiendã,& Deo uos satisfeciss[e] iudicatis.

In his qui hodie Dominum laudauerũt, illumq. summo applausu acceperunt, duo ualde notabilia nos oportet cõsiderare,alterum est licet tanto cũ honore acceptus fuerit,finita tamen cõcione, diuinis officijs,miraculorũq́ue operatione nullum extitisse,q ad buccellã panis,aut uas aquæ frigidę inui
32 taret. O infernalem crudelitatẽ. Per charitatem Dei uos rogo fratres,ne uos ita sitis. Ali qui sunt,qui magna rosaria recitant,nec tamen ad pauperem excipiendum, eiq. in necessitate subueniẽdum charitatem habent.
Oseæ.6. Quid arbitramini Dominum in illis uerbis Oseę,misericordiam uolui,& nõ sacrificium,significare uoluisse? Nõ uult dicere se nolle sacrificium,sed significat se nolle sacrificium sine mia. Vt aũt ꝓximis uestris cõpati curetis rẽ obstupendã uerbis referã: iã uobis compti sũt labores,q b[a] Ægyptij à Deo afflicti sũt: cõuertit.n.aquas eorũ in sãguinẽ illorũ destruxit: iumẽta,& pecora,atq; ét ip sorũ primogenitos interemit. Hæc igit oia suppliciorũ gña refert Sacra scriptura illis imposita fuisse ꝓp grauissimã quandã illorũ culpã,q; siquis quærat quænã fuerit hæc culpa,pp quam tãtasq; pœnas meruerunt? Ad hoc rndẽt diuinę literę: iuste.n.patiebãt ẽm suas nequitias. Etenim detestabiliorem hospitalitatẽ instituerunt. Alij quidẽ ignotos non recipiebãt aduenas, alij aũt bonos hospites in seruitutẽ redigebant. Et non solũ hæc,sed & alius quidẽ respectus illorum erat,qm̃ inuiti recipiebant extraneos. Qui aũt cũ lætitia receperũt hos,q eisdẽ usi erãt institutis, sęuissimis[a] afflixerunt doloribus. Percussi sunt aũt cæcitate, sicut illi in sorib[a] iusti cũ subitaneis cooperti sũt tenebris. O terribile Dei iudici c̃. Quia.n. pegrinos nolebãt recipere,sed eos,q pegrinos recipiebãt,magnopere affligebant: terribili suppli
33 cio illos Deus puniuit,& tanquam Sodomitas ad ostiũ iusti Loth illos excęcauit,quia etiam erant crudeles,& inhumani. Hoc est maximũ suppliciũ,quo aĩa ĩ hoc seculo affi cit: scilicet,cęcitas; ne salutionis tuę ianuã scias inuenire,nec scias à peccato exire,qa cum proximis tuis in eorum necessitatibus charitatem non habes.

Alterũ,qđ in his,q hodie Dñm laudant, possumus cõsiderare est,plurimos ex his illũ postea ad crucifigẽdũ clamoribus postulasse,dicẽtes; crucifige,crucifige eum. O hu manũ cor ecqs tibi credet? Idcirco dixit Ioãnes,Iesus aũt nõ credebat se eis,ipse.n. sciebat qd esset in hoie. Attẽde Dñe re ab illis honorari,quare te eis nõ credis? Nesci tis(iqt)quale sit cor hois,ego uero,q illud penetro,eiusq; inuersiones penitus cognosco nõ me ei credo. Est hic mund[a] tanq̃ cõmœdia recordationis passionis Dñi nostri Iesu Christi,quę igit feria qnta in cęna Dñi: in qua unus & ide hõ plures psonas repręsentat,q enim nũc Iudę; formã gerit; postea
34 B. Ioãnis personã agit,& q nũc figurã B. Petri gerit,postea personã latronis repręsentat. O mũde quã tuũ est hoc,hoies.n.q nũc sunt sicut Iudas proditores, ac sceleratissimi,postea ijdẽ per pœnitentiã reddunt qua si Beatus Petrus,iusti,& sancti,& qui antea erat sicut Sanctus Ioannes,nunc iam est latro. Est res cõmœdię recordationis,nunquã de

de aliquo diffidatis, nec alicui penitus credatis: sed omnes cum timore uiuamus curãtes obseruare,quod dicit Ecclesiastic[a]: Esto firmus in uia Domini. Firma pedem fortissimè in lege Domini,& in uirtute perseuera: hæc enim res non debet leuiter, & quasi ꝓ ridiculum suscipi. Et alia translatio legit ilEccle.5.
lic: Constans esto. Qui aliquam uidendi ra-
35 tionem suscipit,quæ ei ad uitam degẽdam conducibilis est,in illa firmiter perseuerat. Quare igitur in spũali uita sic, & multo,ét meliùs nõ fiet? reliqua omnia cõsilia potes commutare, parui enim refert dũmodo in uia Dei cõstantissimũ te prębeas: hæc est.n. quæ tua ꝓmagni interest. Dicit ulterius Sãctum Euãg. *Hoc autem factũ est, ut adimpleretur quod dictum est.* Dicit hoc celebri triũ pho Dominum ingredientem in asina excepturn fuisse: in quo impletum est quod præZach.9. dixerat Zacharias his uerbis. *Ecce Rex ue-*3.Reg 8. *nit, &c.* Hebræi dixerũt Samueli: Constitue uobis Regẽ,ut iudicet nos, sicut & uniuer-
36 sę habẽt nationes. Displicuitq; sermo ĩ oculis Samuelis. Quid (inquit) nõ habetis Deũ Regem? consiliarium in quæstionibus,adiutoremq. in necessitatibus uestris? Nolum[a] nisi unum,quem aspiciamus, qui sit homo Rex. Cœpit ergo Sanctus Samuel magno dolore lamẽtari,quẽ Dominus consolatus est,dicens. Non enim te abiecerunt, sed me ne regnem super eos. Nunc ergo uocẽ eorum audi: ueruntamen cõtestare eos,& prædic eis ius Regis,qui regnaturus est sup eos. Nunciauitq; Samuel omnia uerba Domini Hebręis admonens eos, ut animauerterẽt quid facerent, si enim Regẽ hominem uellent plurimis eos tributis oppressurũ esse
37 affirmauit,illi uero. Nequaquã (aiunt) Rex enim erit super nos,&c. O diabolicam pertinaciam,asseuerabãt enim se hominem Regem esse habituros. Dedit igitur eis Dominus Saulem in Regem,qui qualis fuerit,plane compertũ est. Etenim uidebatur illis Dominus dicere. Ecce Regẽ hominem,ueruntamen uos experiemini qualis sit erga uos; fortasse cum uos auxiliis priuatos animad uerteritis ad me conuertemini. O ineffabilem Dei probitatem, quam manifestè ostẽdit desiderium quò flagrat bene faciẽdi nobiscum commorandi? sciens enim quanto pere homines desiderarent Regem hominẽ habere dicit: Ego me hominem, faciam,& ero Rex uester,& uos Regem hominem,ac Deũ habebitis. Siquidẽ adeo exoptatis Re-

gem hominem habere adimplebuntur uestra desideria, Et (si ita dici potest) mea ét cõplebuntur. Hic igitur potẽtissimus Deus factus homo,& Rex hominum uenit nũc hominum salutem perfectutus. Et in hoc i gressu completa est celebris illa prophetia, quæ de ipso scripta erat: scilicet ipsum ingressurum esse mansuetum, & humilem, sedentem sup asinam. Mirabile est Dominum in hoc aduentu,qui erat aduersus uni
38 uersas potestates tenebrarum,tam mitem, humilem,pauperẽq́ue se præbuisse, atque in asina sedentem humilis atque infimę cõditionis hominibus comitatũ uenisse. Quãdo autem aduersus debilẽ hominum potẽ tiam in nouissimum iudicium uenerit, cũ maiestate,ira,& indignatione descensurũ. Quid hoc ẽ? Ex hoc cognoscetis qua pœna dignus sit homo,q tot à Deo beneficia ac cepit, cùm propter illud Deus humilis,& mãsuetus uenerit,ipse uerò nullum ex hac mãsuetudine fructum perceperint. Dignus est profecto maximæ iræ supplicio, siqdẽ ex tam ineffabili misericordia fructum noluit percipere. Quæ cùm ita fratres charissi
39 mi,quandoquidem nunc opportunum tẽpus, dispositionemq́ue habemus, ut illum humilem, atque mansuetum excipiamus, ne tantum despiciamus,cum charitate ardẽtissima,& gratitudine maxima illũ recipiamus, & pro tam singulari beneficio illi gratias agamus,ut illum in hoc seculo per gratiam recipientes illo in perpetuum in cælesti gloria perfrui ualeamus, Amen.

Feria V. in Cœna Domini.

Ante diem festum Paschæ, sciẽs Iesus quia uenit hora eius,&c. Ioan 13.

CVM Abraham ad ostium tabernaculi sui commoraretur uidit tres uiatores, illosq́ue ad pedũ lauacrum, buccellamq; panis inuitauit. In hoc enim sibi persuasit cũdi totum ministerium, quod eis poterat exhiberi. O quam simile fuit factum illud huic insigni operi, quod ueras fidei nostræ Pater Iesus Christus cum iam in ostio uitæ,q̃ est mors,& in charitatis suæ feruore esset uiatoribus,& pegrinis operatus est,illis.n. pedes lauit, cælestiq́ue buccella eos cibauit,dicẽs, Accipite, & manducate. Gen.18.

Hoc est corpus meũ. Hęc mysteria operat⁹ est unigenit⁹ filius Dei in hoc uesperi, siue nocte. Atq; hęc nunc alma mater Ecclesia celebrat, in quorũ celebratione nobis hoc Euãgelium proponit, q̃ sic incipit, *Ante diẽ festũ Paschæ.* Vsq. ibi, *Venit hora eius.* Videa mus nunc Domine, hora, in qua nos tantũ beneficiũ consequuti sumus, siquidem in il la mediante tua sacratissima morte ius ad æternã uitã impetrauimus, nonne melius nostra, quã tua hora nuncupabitur? In illa enim lucra tua erunt uerbera, torméta, bla sphemię, &c. O diuinum atque ineffabilem amorem⁹ quia cum hic sit thesaurus noster, uult tamẽ unigenitus filius Dei hanc horã suam appellari, lucrum enim, atque emolu mentum nostrum suum ipse esse ducit. Et quanquam ipse patiebatur, mortem tamen uoluptatem esse iudicabat, quia illam pro pter homines perferebat. O dilectissimi fra tres, quàm singularis est hic amor, & quan ta nobis confusio, nullam enim aliam ho ram nostrã esse ducimus, nisi illam in qua uoluptatibus fruimur, licet sit cum offen sione huius cælestis Domini. Prętera si Ie sus Christus filius Dei hodie maximis ho noribus afficeretur, plurimisq; uoluptati bus frueretur, nõ mirum esset si duo de ui ginti horæ, quas sanctissima eius passio du rauit, una tãtum illi hora uideretur. Quod autem tempus, in quo nihil aliud fuit præ teruit uperia, flagella, torméta, ac deniq; cru cem, unam tantum bonus Iesus horam esse indicaret, maximus est ardẽtissimi amoris effectus. O frater, quàm euidens signum est amorem uostrum erga Deum nimis tepi dum esse, quod cum diuinam Maiestas tot passionis horas unam tantum propter nos esse duxerit, nos uirò si unicam horam in oratione, in audienda concione, aut in alia uirtutis exercitatione consumimus uiginti horas esse arbitramur. Signũ (inquam) est hoc nullius, aut saltem parui amoris. Quid autem esset si in ista hora uapularemus, aut spinea corona capiti nostro imponeretur, aut demum crucifigeremur? quare non con fundimur fratres hæc animaduertentes?

Mat. 26. Mar. c. 14. Luc. 22.

2

3

4

Auguſt. *In finẽ dilexit eos.* Beatus Augustinus su per hæc uerba dicit: Dominũ dilexisse suos in finem, id est, in se, id est, ut semetipsum illis traderet. Et enim hic est finis, in quem operũ nostrorum sagittas dirigi oportet. *In finem dilexit eos.* Vt ipsi illum peculiariter

Cyrillus. suum haberent. Beatus Cyrillus dicit. *In finẽ dilexit eos.* Hoc est, tũc ardẽtioris amo ris signa illis ostendit. Beatus Chrysostom⁹ dicit: Omnia terminis, ac finibus suis septa teneri. Et dicere: Dominum dilexisse eos in finem, esse dicere, eius amorem illuc per uenisse, quo ultimo potuerat peruenire, sci licet peruenisse, ad terminos amoris, neque ultra progredi potuisse. Etiam in finem di lexit eos, significat Dominum illos usq. ad uitæ terminum dilexisse. Hic quippe est p seuerans amor, scilicet, qui durat usque ad mortem. Non sumus nos ita in amore per seuerantes, duos.n. dies diligimus, postea uerò statim in charitate deficimus, & regre dimur, quæcunque.n. sæcularis nænia nos regredi facit. O quãto dolore conquerebat Beatus Paulus de incõstãtia illorum Chri stianorum, & de parua illorũ pseuerantia, dicens: O insensati Galathæ, qs uos fascina uit nõ obedire ueritati? sic stulti estis, ut cũ spiritu cæperitis, nunc carne cõsumamini. Incepistis (inquit) magnæ pfectionis, & spi ritualia opera facientes, nunc autẽ uos car nales factos esse uideo. Ad literam illos re prehendit, eo q̃ cum tanto spiritu Euange lium susc epissent, nunc ad Iudaicam legẽ, & carnales cæremonias reuertebantur, q̃ quidem erat regredi. Tantum autem malũ est in incepto bono firmitatem nõ habere & retrocedere, vt idcirco eos tam asperè re prehendat, stultos atq; insanos illos appel lans, eo quod tam facilè decepti fuerint. Fascinare significat malefico aspectu, at que uenenoso intuitu in fantibus nocere, quod Hispanè dicimus [*aojar*:] & dicens eis: qs uos fascinauit, illos quasi teneros in fantes leuissima quaq. occasione deceptos fuisse significauit. O q̃ meritò uos huius ęt mali possumus reprehendere, q tãquã pue ri unius fęminæ oculo deijcimini, te etiã ò fœmina, q̃ unius uiri oculo deperdit, qs uos fascinauit ò insensati? qa cũ Deũ diligere cæperitis, tã parua occasione regressi estis, & ab incepta charitate defecistis. Optimũ, uinũ, optimũ fundũ efficit, & q̃ in fine erit, est melius, fundus uini de Ribadauia me lior est, q̃ q̃ initio cuppæ abstractum est. In malis autẽ uinis peius erit in fine, q̃ sunt fæces. Sic etiã pfect⁹ amor semp melior, at que perfectior efficit usq. in finẽ. In cõstã tiũ autẽ hominum amor in dies magis, ac magis deficit, quousq. cõsumitur, & i fæces conuertitur. Et quod in hac re magis mise randũ est, hoc est, q̃ cũ in bonis operib⁹ in

Chryſoſt.

5

6

firmi, atque inconstantes simus, in malo tamen nimis perseuerãtes, seu potius pertina ces sumus, sicut lamentabatur Hieremias, dicẽs: Indurauerunt facies suas supra petrã, & noluerunt reuerti. Nauis licet uẽtus aspi ret, si anchoræ in profundũ iactę sunt, non poterit nauigare, nec ulterius progredi, quã quã in illo loco, in quo est, nõ quiescit: sed semper huc, atque illuc declinat: sic etiã pec catoribus uoluptatũ, honorũ, odij, cupidita tũq; anchoris alligatus, licet sæpenumero Spiritus sancti flatus aspirat, prædicationi bus, ac sanctis sermonibus excitat: nõ ideò à suis pessimis statibus cõmouentur, quãuis in ipsis statibus, in quibus cõmorantur, cre bris timoribus, scrupulis, ac morsibus con scientiæ defectũtur. Et tamen quę male par ta habent, quęque illicite possident, nolunt derelinquere, adeo uinctos eos retinet Sa thanas. O perdite, ac miser concubinarie, q̃ fortiter ad concubinã istam deuinctus es, tu uerò auare, ac cupide quã tenaciter illi cito isti lucro alligatus es. Abscindite, abscin dite funes istos, & anchoras ab isto perículo loco extollite, ut ad saluationis portũ nauigare ualeatis. In cælestem nautã Iesum Christũ oculos conijcite, considerate quo modo per sui ineffabilis amoris pelagus us que ad littus, hoc est, usq. ad mortẽ nauigat.

Hier. 1. Simile.

7

8

In finem dilexit eos. Beatus Augustinus su per hunc locum dicit, Tunc in Saluatore no stro Iesu Christo duplicem fuisse amorem, quorum alter eum admonebat, ut in hac ui ta remaneret ad amicos suos consolandos, qui eius discessum grauiter, ac moleste pa tiebãtur: alter uero illum abire cõpellebat. Si enim (inquit Dominus) ego non abiero, paracletus nõ ueniet ad uos. Hoc duplici a more clementissima Domini uiscera oppu gnabantur. O Christe Iesu maxime anima rum nostrarum Redemptor. Dic quæso, utri horum amorum mauis satisfacere? uis abi re, ut nobis Spiritum sanctum mittas, an uis remanere, ut mœrorem nostrum tollas?

Ioan. 16.

9

10

Simile.

Cum dilexisset suos, in finem dilexit eos. Vt meũ erga uos (ait Dñs) amorẽ ardentissimũ cognoscatis, utriq; horũ satisfaciã, alter me abire, alter uero remanere compellit. Volo igit & abire, & simul uobiscũ remanere. Vo lo discedere, in cruce moriẽs, & uolo mane re in admirabili altaris sacramẽto. O bene dictus sit talis Deus? ò glorificatus sit tã suã uis amator ac Dñs. Aduertite quã meritò di xerit Sãctus Euangelista, *In finem dilexit eos.*

Et Cena facta cum iã diabolus misisset in cor &c. Vt hęc uerba perspicuè intelligãtur, oportet, nos declarare qũo Sathanas in ani ma operatur. De hoc enim nequissimo⁹ spiri tu dicit Beatus Paulus, Qui nunc operatur in filios diffidentiæ. Et quid operatur, hoc ex philosophia constat, Omne quippe a gens, sibi simile producit. Hoc igitur cona tur diabolus quoad potest hominem sibi si milem efficere, superbum, scilicet, crudelẽ, mendacem, tumultuosum, &c. Denique aliũ diabolum illum reddere intendit. Ideò dicit. Vnus ex uobis diabolus est. ¶ Sed que ret quispiã, qũo hoc efficit, quia est res scitu dignissima, illam nunc declarabo. Circa q̃d primò animaduertendum est, diabolũ nec posse liberũ arbitrium cogere, nec p se spi ritualẽ animæ nostræ partem attingere uale re, potest tamen inferioribus eius uiribus officere, præcipuèq; phantasiam alterare, & in ea quicquid uult, ut anima cogiter, collo care. Et sic ut appetit⁹, affectionesq. nostras ad malũ excitet, maximi cuiusdam pictoris utitur artificio, qui id quod pingit, sæpè de pingit, non quidẽ sicut illud est, sed sicut ei libet. Vnde nos ad alicuius rei amorem uo lens cõmouere illam pulchrrimã, & nimis amabilem depingit, licet res ipsa talis non sit, si uero ad alterius rei odium nos incitare conatur, illã deformẽ, atque execrabilẽ no bis repræsentat. O quã pulchram depingit uindictã homini furioso, & quã decorũ au rum auaro, & quàm elegantẽ honorem su perbo; Quamq́ue difficilem atque acerbam uirtutis uiam pœnitentibus depingit. Atque ut terribile huius maledicti, atque nefarijs opificis artificium intelligatis: unam, & eã dem rem nobis nunc pulchram, nunc uero deformẽ pingit, & sic cor nostrum ad amo rẽ, aut odium accendit. Hoc artificio usus est cũ hoc infœlici discipulo, cui lucrum, & pretium, quod ex uenditionẽ sperabat adeo decorum, atq. utile depinxit, ut pro illo au toré uitæ Pharisæis tradere non dubitarit, il li hoc repręsentante diabolo. Si hanc pecu niã acquisieris necessitatibus tuis poteris occurrere, & sic tot la ores cum hoc homi ne non tolerabis, postquam autem sacrile gam illam atque simoniacam proditionem cõmisit, tam uile, atque pernicioſum lucrũ illud ei depinxit, ut id secum habere uolue rit, sacerdotibusque illud reddiderit. Nec uero hoc contentus est, sed tam pulchrum atque conducibile ei pinxit suspendium, ut

Ephes. 2. Aristo. 1. de genera. te. 51.

11

12

13

absq. ulla mora ſn laqueo ſuſpẽderit. Sicut
2.Re.13. etiam idem Sathanas decorã pinxit Amnõ
filio Dauid, ſororem eius Thamar, ut ad eũ
turpiter acceſſerit, poſtea uero ipſam nimis
odibilem, & deformem reꝑſentauit. O fra-
tres mei, quam crebro uos hoc modo deci
piet, niſi centum oculos habeatis, & diligẽ
14 tiſſimè ab eius fraudibus caueatis. Quod ſi
Iudã tam nefariam proditionem cõmiſiſſe
admiramini, quare ſuper uobiſmetipſis nõ
obſtupeſcitis, cum toties ꝓ minor pretio,
qnam triginta argẽteis, & aliquando ꝓ ni-
hilo hunc ipſum Dominum uendideritis,
eo quod paſſi fueritis, uos ab his diaboli re
præſentationibus decipi? Hoc artificio, quo
Apoc.6. Sathanas tentat, ingenuè declaratũ eſt in ad
mirabili quadã uiſione B. Ioannis: etenim
dicit ſe puteũ abyſſi apertũ uidiſſe. Et aſcẽ
dit (inqt) fumus putei ſicut fumus fornacis
magnæ, & de fumo putei exierunt locuſtæ
in terrã. Et paulò poſt: Et facies earũ tanq̃
facies hominum, & habebãt capillos, ſicut
capillos mulierum, & dentes eorũ ſicut dẽ-
tes leonum erant. He locuſtæ, quæ ab iſeris
15 exierunt, ſunt diaboli. Vbi Ricardus de ſã
cto Victore notat hoſtem cum tentat, prius
quaſi hoiem nos rationibus aggredi. Et hoc
eſt, locuſtas habere facies, quaſi hoium, po-
ſtea accedit ꝓmittens uoluptates, & illece
bris hominẽ blãdiẽs, q̃ per mulierũ crines
ſignificatur, terriò tandẽ terroribus cõmina
tur, dicens. Si hoc non feceris, in morbũ in
cides, in paupertatem deuenies, & honorẽ
amittes, qui quidã ſunt dẽtes leonũ. Immi-
ſit hic Sanctus Euangeliſtę hãc parenthęſin
proditionis Iudæ, ut Saluatoris noſtri Ieſu
Chriſti amor in homines clarius appareret:
quia quo tꝑ homines indigniores erãt, ip
16 ſe tunc mundo maiora contulit beneficia.

Vt aũt humillimũ opus lauacri pedum
referat, illius magnitudinẽ, qui ita ſeſe hu-
miliauit, prius commemorat, dicens: *Sciẽs,*
q̃ oĩa tradidit ei Pr̃, &c. Dñi huius ſeculi
ſemp quærunt uillicos parcos, ut q̃is ipſi
tanq̃ domini ſeſe magnificos oſtendat, plu
rimaq̃. polliceantur, uillici tñ largiendo ſe
parcos præbeant. Viceuerſa fecit æternus
Pater, elegit enim uillicum liberaliſſimum
qui eſt Chriſtus Redemptor noſter, in cu
ius manibus omnia bona ſua conſtituit,
ſciens illum eſſe liberaliſſimũ, atq. omnia
hominibus largiri, ſiquidem & ſui ipſius ꝓ
digum ſe præbet. O miſerum illum, qui ne
ſcit ex eius liberalitate fructum percipere,

Et quia a Deo exiuit. Nõ ſolũ ſapiẽtiã, di
uitiaſq̃; eius recenſuit, uerũ in hoc ẽt gene-
ris eius nobilitatem detegit, dicens eũ filiũ
eſſe Dei. Et eius ſanctitatem ẽt manifeſtat,
cum dicit. *Et ad Deum uadit.* Sanctus enim
tantũmodo ad Deum vadunt; mali aũt ad ĩ
fernum ęternis ignibus cõburendi prope
rãt. Hic igit̃ ſapientiſſimus, locupletiſſimus, 17
nobiliſſimus, atque ſanctiſſimus. *Surgit a*
Cana, & cum accepiſſet linteum præcinxit ſe.
Admonens in hoc ita nos oportere curare,
ut alios mũdemus, ut puritatẽ noſtram pe-
riculo nõ offeramus. Ita ſubmergentibus ſe
in mari occurramus, ut ſimul cũ eis nõ ſub
merganmur. Chirurgus, qui qñ uulneri me-
detur, ſibi non pręcauet, totus ſanguine ma
culabitur. Qui ſibi neq̃ eſt, cui bonus erit? Eccl.14.
Idcirco Dominus linteo ſe præcinxit uolẽs
diſcipulorũ pedes abluere, ne ſe inficeret.
Et poq̃ eos lauit, dixit: *Exemplum dedi uobis*
ut quẽadmodũ ego feci uobis, ita & uos facia
tis. Ideſt, nõ ſolũ nos humiles eſſe, atq. bene
operari docuit, ſed etiam bene operandi ra
tionem erudiuit. Poteſt enim aliquod opus 18
de ſe moraliter eſſe bonũ; ratione uero mo
di, quo factum eſt, nõ erit meritorium. Ideò Deu.16.
dicitur. Iuſtẽ, quod iuſtũ eſt perſequeris, ut
uiuas. Cibus quidã poteſt eſſe bonus, & ta-
men incomeſtibilis, quia eſt malè cõditus.
perdix optimus cibus eſt, ueruntamẽ ſi cum
aſſatur, cõburitur, nihil ꝓdeſt, nec uerò de-
fectus eſt ex parte cibi, ſed ex parte coqui, q̃
illũ male condidit. Maximè perpẽdunt ſan-
cti patientiã, & obedientiam, quã Abraham
pręſtitit illo holocauſto filij ſui, pruden-
tiamq̃. qua in omnibus diſponẽdis uſus eſt.
Cui cum Deus diceret. Tolle filiũ tuũ uni- Gen.22.
genitũ, &c. Dicit Sanctus Textus. Igit̃ Abra
ham de nocte cõſurgens ſtrauit aſinũ ducẽs
ſecũ duos iuuenes, & Iſaac filiũ ſuum. Ani-
maduertite prudentiã ſancti uiri, quòd de
nocte ſurrexit ne uxor eius hoc cognoſceret,
quòd ſi Sara intelligeret, talia faceret, tantũ 19
q̃ dolorem ſe percipere oſtẽderet, ut for
taſſe Abrahã uirum ſuũ in periculo pone-
ret. ne Deo obtemperat, atq; ut hæc incon
uenientia tolleret, quaſi uir prudentiſſimus
ꝺ nocte ſurrexit. Cumq̃. iam ad uallem mõ
tis accederet, dixit ad pueros ſuos. Expecta
te hic cum aſino. Ego autẽ, & puer illuc uſ-
que properãtes poſtquam adorauerimus, re
uertemur ad uos. Noluit famulos ſecũ de-
ferre, quia cum Iſaac uirtute prædituſ eſſet,
ſũmopere a famulis amabatur. Et fieri poſ-
ſet,

ſet q̃ illũ à patris ẽt inuiti manibus auferent, & ſic nunquã Dei præceptum comple
retur. Abraham aũt oĩa circunſpexit, & ita
hic cibus ſale prudentiæ optimè conditus
fuit, ideoq̃. Deo gratiſſimus extitit; ſicuti ei
Angelus declarauit, dicens: Nunc cognoui Luc.16.
20 q̃ timeas Deum. Nõ vult Deus ſernos ſuos
Simile. ſtultos eſſe, nec imprudentes, ſed ſapiẽtes,
atq. circunſpectos. Et qui imprudẽter Deo
ſeruit, eſt ſicuti qui in tenebris currit, qui
quò maiori impetu properat, eo in maiori
periculo uerſatur confringendi caput; ſic il-
le, qui cum ardenti ſpũs feruore Deo inſer
uit, niſi prudentiæ luce gubernet̃, in maiori
periculo uerſat. Vnum aũt ex ijs, in quib. ꝑ
ſertim hæc prudentia requirit, eſt q̃ ſic de
aliorũ lauacro curemus, ut noſmetipſos nõ
inficiamus. Et idcirco dixit. *Vt quemadmo*
dum ego feci, &c. Deinde miſit aquam, &c.
Vſq. ibi. *Et tergere linteo, quo erat præcin-*
ctus. Ita ſe Dñs linteo ꝑcinxit, ut duę extre
mitates ſuperesſent, quib. illorũ ablutos pe
des abſtergeret. In quo docuit ita uos rebus
ueſtris moderatè uti oportere, illiſq̃ uos
cingere debere, ut ſemper aliquid pedibus,
21 q̃ ſunt pauperes ſuperſit. B. Paulus nos ad-
Ephe.4. monet dicẽs. Qui furabat̃, iam nõ furet: ma
gis autẽ laboret operando manib. ſuis qd̃
bonũ eſt, ut habeat unde tribuat neceſſita-
tẽ patiẽti. Si ergo ij, qui nõ habẽt, laborare
atq. inſudare dẽnt, ut habeãt quid pauper
ibus largiantur, quid eos oportet facere,
qui abſque ſuo labore locupletiſſima patri
monia hæreditate compararunt, quib. faci-
lè pauperum neceſſitatib. ſubuenire queũt.
Dicetis uobis nihil ſuperesſe, imò plurib. q̃
habetis, uos indigere. Hoc ego profectò cre
do, quia bonis ueſtris Ieſu Chriſti exem-
plo uos nõ ſuccingitis; & ſi uos cingeretis,
& in his pompis, ac faſtibus uiuere nolle-
tis, abſq. dubio uobis ſuperesſet aliquid, &
multũ ẽt, quo pauperibus faueretis, ſi cupi
Seneca. 22 ditati atq. ambitioni locũ creditis, nihil uo
bis ſupereret. Ideo Seneca de hac materia
loquens ſimilitudinẽ quãdã canis magni,
& famelici adhibuit; qui qñ ad menſam ſe-
deas, ſi ei fragmentum panis inijcitis, illud
Simile. in aere colligit, & poſtea incipit ſublatra-
re. Et quamuis aliud, & aliud, & plurima il
li inijciatis, oĩa in inſtãti deuorat, & ſemper
remanet ſublatrans. Hic eſt cupidus, & am-
bitioſus, qui canonicatum, epiſcopatum,
prębendam, & uniuerſi mundi dñium de
uorat, & nulla re ſatiatur, nec ei aliquid ſu

poteſt: ſed ſemper plura appetens, grũnit.
Et omnia q̃ accepit, uult ſibi, fatibusq̃ ſuis
non recordans pauperes eſſe in mũdo. Con
fuſio noſtra eſt antiquãrũ gentũ liberos le
gere, & temperantiũ, quia plurimi eorũ uſi
ſunt, cognoſcere. Qui quidẽ Deum pro illis
pauperẽ factum fuiſſe nunquã crediderunt: 23
nec diuitẽ epulouem pp crudelitatẽ, qua in
pauperẽ Lazarũ uſus eſt, condẽnatum fuiſ-
ſe audierunt. Nobis ãt, qui Deum noſtrum
pro nobis nudũ in cruce pendentẽ mortuũ
credimus, uix totus mũdus ſufficit, nec ma
ribus, ac terris ſatiamur. O Deus infinitę
Maieſtatis, q̃ parum impreſſa ſunt tua diui
na, atq. efficaciſſima exempla in eorũ cor-
dib. qui tuus populus nuncupãtur? Scitote
fratres ita uirtutẽ, ac ſanctitatem cũ libera-
litate, ac mia eſſe coniunctã, ut apud Eſaiã Eſai.57.
Prophetam uiri iuſti, uiri mĩæ nũcupentur.
Vnde ſuper illud pſal. Scitote qñ mirifica-
uit Dñs ſanctũ ſuũ, dicit quædam gloſſa in-
terpretẽ Latinũ uocabulũ Græcũ ſequutũ
tranſtuliſſe, Sãctum: uocabulũ ãt quod illic Pſalm.4.
in Hebræo eſt, dicit illis propriè cõuenire,
q̃ magnifico sũt animo, ac liberali pectore.
Adeò cõiuncta eſt liberalitas ſanctitati, ut 24
ſanctus uir magnificus, ac liberalis appellet̃.
Ideò de ſancto uiro dicitur: Tota die miſe- Pſalm.36.
retur, & commodat. In quib. uerbis ſignifi-
catur: hoc eſſe præcipuũ, ac crebrũ munus
uiri iuſti, uidelicet omnib. bñfacere, & in
hoc Deum imitatur, qui ſemper in nos be-
neficia cõfert. Quid dicitis ad hoc fratres?
ſatis apertè hic probatũ eſt uos non eſſe iu-
ſtos, cum tam parci, ac illiberales ſitis. Per
reuerentiam Dñi Ieſu Chriſti non ita ſit fra
tres; ſed ita uos tpalium bonorũ limteo prę
cingite, ut aliq̃d uobis maneat, quo in proxi
mos ueſtros liberales uos, & miſericordes
præbere ualeatis. Attendite quòd dicit ſa- Prou. 11.
piens: Bñ facit animæ ſuę uir miſericors Et
paulo poſt: Alij diuidunt propria, & ditio-
res fiunt, alij rapiunt, non ſua; & ſemper in
egeſtate ſunt. Quot homines negotiatores,
fraudulẽtos, ac doloſos intuemini, qui pluri-
mos dolos excogitant, plurimoſq. fraudu-
lentos contractus faciunt, quibus fratres 25
ſuos decipiunt, nec tñ ab ærumna ullo un-
quam tpe exeunt. Si autem pauperibus ali
quam partem bonorum tuorum erogaue
ris, cum animę tuę bñfacies; tum etiam ti-
bi Deus multo plura largietur. Cũ Romæ
ſepulchrum quoddam aperiretur inuentus
eſt in eo lapis, in quo uerba hæc inſculpta
erant:

Universidad de Deusto
Biblioteca

erant:Expendi,donaui,seruaui, habui, habeo,perdidi.Et conuenientes plurimi Philosophi,& uiri eruditi, cognouerunt hunc esse horũ uerborũ sensum:.Qđ expẽdi,habui,qđ donaui habeo,qđ seruaui,perdidi.
26 Quasi mortuus loq̃rẽ,dicens solũ bonũ, qđ fecerat,illud se nũc habere, & eo pfrui.

Venit ergo ad Simonem Petrum. Ex his
Chrysost. uerbis infert D.Ioannes Chrysostom⁹ Iudã primum fuisse,quem Dñs lauare cępit.Videtur n.S Euãgelista significare Dñm iam alium antè q̃ ad B. Petrum accederet,abluisse,& quicunque alius esset, eadẽ D.Petri urbanitate uteretur, nisi ille , quẽ adeó diabolus excæcarat.O qs adeo dign⁹ esset, vt illum,quem uniuersi Angelorum chori adorant,coram eo prostratum videret,qui eius sanguinem nefaria proditione tradebat. O nimis profundam humilitatem?q̃ unigenitus filius Dei pedes Iudæ manibus suis acciperet,lauaret atq; suo sacratissimo ore deoscularetur?Dicit quidã uir contem
27 platiuus,tantam fuisse lachrymarum multitudinem, quam clemẽtissimus Iesus præ illius compassionem effundebat, ut illæ ad eum abluendum sufficerent , Iudam uerò ne sanctissimum Dñm videret, caput alio diuertisse. O perspicue cordium scrutator optime cognita,atq; perspecta habes Dñe eius uiscera, sæpenumerò in illum oculos conjecito,plurimas ab oculis tuis lachrymas effunde,millies illum osculare , optimè etenim nosti nihil horum esse profuturum. Quare igitur Domine cum illo tẽpus consumis?O ineffabilem Dei clemẽtiam ? in hoc quippe eius mia satis manifestè declaratur:cùm ẽt & præscitos ad se curet allicere. Q̃n infirmus est iam desperatus a
Simile. medicis, eum derelinquunt, nec ampliùs uolunt uiscere,nec de illo curãhabẽt. Pater tũ & mater eius , q̃ cũ tenero amore cõplectũtur , diuitias suas nihilominus in eo
28 curando consumunt, noctes insomnes ducunt,nec ullo unquam tpe ab eo recedũt, ut eum oibus rationibus curent. O bone Deus quãtus est amor,quo hominem prosequeris ? Nam etiam reprobo, & præscita remedia non cessas adhibere,ut eum ad te conuertas. Vt cognoscamus fratres neminem,nisi sua culpa condemnari. Quàm di-
Exo.3. ligẽter curauit impium Pharaonem admonitionibus,miraculis, ac denique uerberibus ad se conuertere,& quãuis hæc oia nihil ei profutura esse cognoscebat, nõ ideò destitit tanquam clementissimus Paterillũ curare, quousq; ipsemet se se in mare demersit. Contemplamini autem Iudam,qui iam Dñm tradere proposuerat.Et tñ q̃ crebrò illum admonet, dicẽs: Melius esset ei, si natus non fuisset hõ ille.Singulare corpo 29
ris sui beneficium in eum confert,pedes eius abluit, amicum illum appellat, &c. Quousq. ipsemet laqueo se suspendit.Hęc est una ex rationibus,quare Dũs Iudam luit.Hanc ineffabilem mĩam,qua cum peccatoribus vtitur,significauit Dñs illa parabola ficulneæ. Arborem(inquit) fici habebat quidam plantatam in uinea sua, &c.Dixit autem ad cultorem uineæ, &c. Et eam uolebat succidere:quorsum hoc dicebat ? vt cultor uineæ pro illa eum rogaret.Sicuti Moysi peccatum populi reuelauit , ut pro eo apud se intercederet Et uerba illa, q̃ Exo.32.
dixit cultor vineæ:Dimitte illam usq. dum fodiam circa illam, & mittã stercora:significant remedia,quæ Deus ad peccatorẽ curandum inuestigat.Si Dñs nunc oĉs arbo- 30
res, quæ fructum non ferunt,euelleret, q̃ Gene.6.
pauci hoĩes in seculo remanerent?Quid ãt erit de illo,qui non modo ipse non fert fructum , uerum alios impedit , & peruertit, quominus illum ferant? Et q̃n iam Deus iustitia sua compulsus hoĩem à terra euellit, tollens eũ ab hoc mundo,dicit diuina Scriptura illum hoc facere lachrymãtem.Tanta est eius in homines misericordia , ut dicãt:Deducãt oculi mei lachrymam per noctem,& diem,& non taceam,quoniam contritione magna contrita est uirgo filia populi mei.Hæc sunt uerba Domini plorãtis
propter supplicium,quo peccatores punit. Hier.14.

Tu Domine mihi lauas pedes?quod ego facio,tu nescis modo. Arbitremur hæc uerba non Diuo Petro solum , sed nobis etiam omnibus dici.Quando aliquod nobis accidit infortunium existimãte aliquando nos illius causam esse intellecturos , quod si in hoc seculo non fuerit , absq. dubio in futu- 31
ro erit.Quando auceps immittit accipitrẽ Simile.
ad capiendam ardeã,non statim directà ad illã tendit,sed ad dexterã,siue ad sinistram pergit longè ab ea remotus: & qui de uenatione nihil intelligit , arbitrabitur accipitrem potius fugere, quàm ardeam capere conari,ueruntamen illam in altum volans accipiter superat, & decidens super illam unguibus apprehendit. Plurimis rebus utitur Deus cũ hominibus , quæ magis ad eorum

rum incommodum , & perditionem , q̃ ad commodum vñr uttinere, quibus singulis
Iob 19. dici potest: *Nescis modo,scies autem postea.* Hoc intellexit S.Iob,cum uidens se undiq; doloribus circunseptum, & humano uideri quodãmodo derelictũ a Deo,adeo ut dixerit:Quasi arbori euulsę abstulit spẽ meã.
Iob 13. 32 Et sic me habuit quasi hostem,adeò tñ confidens cor habebat,ut dixerit:Etiam si occiderit me,in eo sperabo Poterit(inquit) Sathanas cũ facultate Dei mihi uitã adimere, non ãt spem meam ualebit extinguere. Sic
Psalm.70. ẽt Dauid undiq; infortunijs circunseptus dicebat:Ego autem sp̃ sperabo,& adijciam super oẽm laudem tuam. Quo magis tribulabatur eo magis os eius laudibus replebatur.Quid uobis uidẽt fratres de his sanctis uiris, qui altissimas radices in Deo egerãt ? Sic oportet uos facere in oĩbus tribulationib. uestris,considerantes eas à Deo proue
Hier.23. nire,qui quidem facit , quod uobis potius expedit . Hoc significauit per Hieremiam, dicens:Putas ne Deus è uicino ego sum, & non Deus de longe?gloriaẽ Deus se Deum expertum esse.Non sum(inquit) Deus nouitius,non sum Deus ab heri, ut quid unicuiq; conuenit,ignorẽ.Ijs qui in aduersitati
Simile. 33 bus conquerimini,dicit hæc dñs.Sicut medicus uetus,& expertus , cui cum infirmus dicit illũ in medicamẽtis errare,rñdet: Nõ sum medicus ab heri, plures , & grauiores morbos curaui,q̃ hũc. Sed quęro De⁹ aĩæ meæ,siquidem eorum pedes uolebas abluere,nõne conuenientius esset, hoc post Cœnam,q̃ in medio Cęnæ facere,ut illis Cęna non prosit?O profunda mysteria?Comedẽs bonus Magister paschalem agnũ cum discipulis suis legi ueteri finẽ imponit, & sacratissimũ corpus suũ in cibum illis donans,introducit legem gratiæ. Inter duo igit̃ tam
34 disparia extrema aliquod interuallum esse oportebat;quod ãt conuenientius interuallum esse posset,q̃ pedũ ablutio? Ad significandam puritatem,q̃ hæc lex gratiæ requirebat,synceritatemq; non solum manuum, per quas opera designanẽ,sed pedum ẽt , q̃ significant affectus, quibus ad hoc sacramẽtũ accedere oportet. O patres mei sacerdotes attẽdite,qualẽ puritatẽ a uobis hic dñs petit,quia.n. hæc deest cũ tam modico affectu,& deuotione hodie uiuimus. Nã q̃is peccata uenialia non impediant gratiã impediunt tamen spũalem affectum,& deuotionem. Atq; hæc est causa,quare cùm quotidie sacratissimũ dñi corpus assumamus, non sumus mortificati,nec præ deuotione erũpimus. Nam siquidem hoc sanctissimũ Sacramẽtũ ex opere operato cõfert gratiã, qsio in cõpositione,actionibus q; nostris , in affectu,& deuotione tot gradus gratię non apparẽt?quare tã rẽmissi,ac tepidi post multos annos,quibus celebramus,incedimus , sicuti prima die? quia peccata uenialia im- 35
pediunt deuotionem.B.Bernardus quærit, Bern li. 2.
quid nam sint peccata uenialia in uiris Ec- de consid.
clesiasticis?Et dicit . Nugæ in ore secularis ad Eugen.
nugæ sunt. Non progrediuntur ulterius,ibi manent.Verùm nugæ in ore sacerdotis blasphemiæ sunt.Vlterius procedunt,licet sint peccata uenialia,qa grauiora peccata sunt . Hoc dicit p exaggerationem.Quid ãt erit, si sint aliæ graviores res?Malachias Prophe Malac.
ta dicit.Et nunc ad uos mandatum hoc ò sacerdotes,si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor , ut detis gloriã nomini meo,ait dñs exercituum,maledicam benedictionibus uestris.Ecce ego mittam super uos brachium, & dispergã sup uultum
uestrum sterc⁹ solẽnitatum uestrarũ. O q̃ 36
terribilia uerba?ò infęlicem sacerdotem,q̃ ea non senserit.Vt hoc melius intelligatur, notandũ est, q̃ in lege ueteri ex sacrificijs dabaẽ sacerdoti armus aĩalis,quod offereba tur,& brachium cum armo,& uenter etiã . Dicit igitur dñs.Efficiam,ut hic armus , & brachiũ tibi non proficiat,& uenter sit stercus uultui tuo.Hoc est, efficiam ut oia tibi in malũ,confusionem,& condemnationem conuertantur. Super quo dicit D. Hieron. Hiero.
Quales sunt sacerdotes,talia sũt sacrificia. Quid uir sancte?nunquid sacrificiũ mali sacerdotis nõ est tã sanctũ,sicut sacrificiũ boni?Nunq̃d ambo pariter nõ cõsecrãt? Etiã, sed uult dicere,quales sunt sacerdotes,talẽ esse fructũ,qué ex sacrificio recipiũt.Attendite per charitatẽ patres mei,uerba q̃ dicit S. Ecclesia in offertorio huius festiuitatis. Sacerdotes(inq̃t)domini panes,& incẽsum 37
offerũt Deo,ideò sancti erũt,& nõ polluent nomẽ eius,i. non ponent obicẽ uirtuti Dei peccatis suis,ne illis diuinũ mysterium non proficiat.Lapides altaris, q̃ gentes prophanarũt, qa sacrilegiũ erat in illo sacrificium offerri,eo q̃ idolorum sacrificijs fuerat pollutum,imperauit Iudas Machabæus, ut in 1.Mac.4.
loco nimis mundo ponerent.Et reposuerunt(inquit) lapides in mõte in loco apto , quoad usq; ueniret Propheta,& rñderet đ
cis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis. Ergo si Dominus Deus noster adeò puritate, ac munditia delectat, ut lapides altaris sui iam idolorum sacrificijs pollutos in mundo, ac syncero loco uoluerit collocari: qualem puritatem à nobis exposcet, ut sacratissimum corpus suum in nostris uisceribus assumamus? Non dubito, quin
38 q̃tum interest inter illos altaris lapides, & hoc sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum tantũ oporteret interesse inter illam, & nostram puritatem, si fieri posset. Hoc di
Hebr. 12. uinitus exaggerat D. Paulus, dicens: Non enim accessistis ad tractabilem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, &c. Sed accessistis ad Sion mõtem, & ciuitatẽ Dei uiuentis Hierusalem cælestẽ, & multorum millium Angelorum frequentiam,
Gen. 4. & Ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in cælis: & iudicem omnium Deum, & spiritũ iustorum perfectorum, & Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionẽ melius loquentem, q̃ Abel. Nã sanguis ille uindictam, hic uerò miseri cordiam efflagitat. Et de illo monte dicit hic B Paulus: Si bestia tetigerit montẽ, lapidabitur. Si igitur multum interest inter hoc mysteriũ, quod in monte Sion, & illud, quod in monte Sinai libratum est, qa hic
Exo. 31. est uerus Deus, & uerus homo Iesus Chri
39 stus millibus Angelorũ, beatorumq. spirituum circunseptus, ubi etiã pretiosi eius sanguinis effusio, & mors sanctissima repræsentatur. Si igitur bestia, q̃ montẽ illum tãgebat, lapidabatur. Hõ bestialis, qui diuinum hoc mysteriũ tetigerit multò dignior est lapidatu, ut certè in perpetuũ in inferno lapidabit, nisi sancti sacrilegij in hoc se-
1. Cor. 11. culo pniam egerit. Nec uerò illic solũ punietur, uerum etiã dicit B. Paulus loquẽs de hoc sanctissimo Sacramento. Etiã i hoc seculo plurimos grauissimis morborum, mortisq̃ pœnis puniri. Et sic postq̃ dixit: Quicunq. mãducauerit panem hunc, & biberit Calicẽ Dñi indignè, reus erit corporis, & sanguinis Dñi, statim inferius subdi-
40 dit, dicẽs; Ideò inter uos multi infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi. Quid scimus de multis, quos infœlici interitu perire cõspicimus, deq. alijs, quos longissimis, grauissimisq. infirmitatibus affligi uidemus, utrum fortasse hoc sit supplicium culpæ,
Cypr. in sermo. de lapsis. quam commiserunt accedentes aliquãdò indignè ad sanctissimum Eucharistiæ sacramentum? D. Cyprianus aliquot terribilia supplicia, quibus Deus homines puniuit, eo quod indignè ad sacrosanctum hoc Sacramentum accessissent commemorat, & postea dicit; Vnusquisque consideret non quid alius passus sit, sed quid pati, & ipse mereatur: neque euasisse se credat, si cum interim pœna distulerit, cum timere plus debeat, quæ sibi Dei iudicis censura seruabit. Quia Balthasar Rex Babylonis propha
Dan. 5. 41 nè consecrata templi Hierosolymitani tetigit uasa, metuendo illo supplicio punitus est. Quid igitur speras tu, ò peccator infœlix, immunda anima, & turpi corpore ad Deum totius puritatis ac syncritatis accedens? O quanto cum timore, ac reuerẽtia oportet accedere illos etiam, qui maximã
Simile. præparationem fecerunt? Quasi si famulus in mensa magni alicuius domini uas poneret, qđ in hospitali fuerat, & in eo pauperes uomere consueuerant: licet iterũ, atq; iterum illud ablueret, semper tamen uereretur, ne aliquid in eo dominus suus inueniret, quod illi displiceret, & sic illud in ip
42 sius oculos coniiceret. Sola enim recordatio, quod tam obscœno ministerio seruierat, sufficiens esset, ei intestina reuoluere. Talem oportet adstare Christianum mensę huius diuini domini, licet sibi mundus, & absq. peccato esse uideatur: cum antea uas fuerit, in quo Sathanas turpia desideria, & opera uomuit. O infinitam Dei pietatem, quod talibus uasis, q̃ diaboli ministerio seruierunt, ipse vult uti: sed quamuis diuina Maiestas conuersos peccatores non horrescit; peccator tamen semper timidus debet accedere. Fratres charissimi per reuerentiam huius Dominii, qui adeò nos diligit, ut ad animarum uestrarum salutem semetipsum in cibum uobis relinquerit, uos rogo, ut hæc, quæ uobis hic dixi, semper memoria teneatis, & recordemini Dominum, ut sacros Apostolos suos
43 diuino corpore, ac sanguine suo cibaret, priùs eorum pedes abluisse, eisque dixisse: *Qui lotus est, nõ indiget nisi, ut pedes lauet.* Vt, si puluerẽ, si quis fortè pedib. adhæsit, excutiat. Significando in hoc magnam puritatem, qua uult nos ad diuinum eius corpus accedere, ut cibus hic non solum uitam gratię nos uiuificet, sed affectu etiam, feruore, spiritualibus uiribus, donoq. perseuerantię, aliarumque complurium gratiarum beneficijs nos ditet, & in posterum cę lestis gloriæ faciat esse participes. Amen.

Sermo

Sermo in Passione Domini.

Recogitate eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, ut ne fatigemini animis uestris deficientes. Paul. ad Hebr. 12.

Gen. 21. 1 RES est mirabilis visu qõ sacra scriptura mœrorem Agar sigillatim, atq; diuisim cõmemorat, doloremq; quo affecta est discedens de domo Abrahæ cum filio suo Ismael; refertque illam abiecisse puerum subter unam arborem, quæ ibi erat. Dixit enim, non uidebo morientem puerum, & sedens cõtra leuauit uocem suam, & fleuit. Dolorem aũt, quem sacratissima uirgo Maria dña nostra ex obitu dilectissimi filii sui percepit, lachrymasque innumeras, quas in eius sanctissima passione perfudit, silentio maximo prętermittit. Copiosè etiam refert
Gen. 37. lachrymas S. Patriarchæ Iacob arbitrantis filium suum esse defunctũ, de quo dicit, scissisq; uestibus indutus est cilicio lugens filiũ
2 suum multo tempore. Extensè etiã narrat
Iob. doloré Iob audientis oẽs liberos suos mortuos esse, domu mque super illos corruisse. Et de illo dicit q̃ tunc surrexit, & scidit uestimenta sua tonso capite corruens in terram. Virginem autem sanctissimam uniuersam domum Israel, atq; totum terrarũ orbem super unigeniti filij sui dorsum cadere uidisse, quasi silentio prętermittitur. Magnoperè ẽt exaggeratur apud
Tob. 10. Tobiam tristitia Annæ pp absentiam filij sui Tobiæ, ubi dicit: Flebat mater eius irremediabilib. lachrymis atque dicebat: Heu heu me fili mi? ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium uitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? O Anna mater Tobiæ quid filium tuum deploras, quem Angelus Raphael deduxit, comitatusq. est, saluumque atque incolumem domum tuam reduxit?
? desine lachrymas Mariæ sacratissimæ matri crucifixi Iesu, cuius filius non ab Angelo quidem, sed ab atrocissimo Iudæorũ populo, non incolumis reducendus, sed durissimæ cruci affigendus deducitur. Quod autem has lachrymas fileat diuina scriptura?
1. Reg. 18. Memorat ẽt fletum Dauid ob mortem filij sui Absalon, & qũo contristatus rex fleuit, & q̃ sic loquebatur, fili mi Absalon. Absalõ fili mi. Quis mihi tribuat, ut ego moriar p te? Absalon fili mi, fili mi Absalõ. Nec uerò Dauid proprijs oculis filium suũ à quercu pendentẽ, tribusq; lanceis trãsfossum aspexit, sed tñ audiuit. Hæc autem mœstissima mater suismet oculis intuita est elegantissimum filium suum sanguine suo perfusum, à cruce pendentem, fortissimisq; clauis affixum. Hæc uerò omnia tanto silentio diuinę literæ prætermittant? Hoc autem maiorem 4
nobis affert admirationem, q̃ cum Sancti Euangelistæ tam diuisim labores omnes ac cõtumelias diuini Redemptoris nostri descripserint, cumq; tam solicitos se præberent in sanctissimi filij afflictionibu enarrandis, mœrores, & angustias tristissimæ matris silentio inuoluerint. Ad hoc rñdeo, dolores Iesu Christi filij Dei dolores fuisse redemptionis, atq; idcircò S. Euangelistas illos tanta cũ diligentia scripsisse, quia oportet eos ab oĩbus sciri, ut debitæ illis gratiæ referantur. Dico etiam non opus fuisse labores sanctissimæ virginis explicari: quia ex ijs quos sacrosanctus filius passus est, facile conijci potest, quot, quantosq. amantissima mater fuerit perpessa. Nam anima magis est ubi amat, quàm ubi animat. Et quia hęc 5
sancta uirgo magis in Iesu Christo filio suo quam in semetipsa morabatur, quia plus eum, quam se diligebat, idcircò maximè filij sui afflictiones sensit, atq. etiam consensit, quia diuinæ uoluntati summopere conformata erat, nimis enim mundi remedium exoptabat. Eclipsato igitur & obscurato sole, qualis remaneret luna, quæ totum lumẽ suum à sole recipit? Et sic commemorans Ioan. 19.
D. Ioannes hoc dolorosum mysterium dicit, stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Mariæ Cleophę, & Maria Magdalenę. Et referens S. Euangelista beatissimam uirginem immediatè post crucem ante oẽs alias quæ aderant, significauit hãc afflictissimã matrẽ magis sensisse crucem, & ea, quæ in illa tolerata sunt, q̃ cęteras oẽs. In mensa regis nemo alius prętер 6
reginam comedit. Principes, & reliqui magnates comedunt in mensa status: sic etiam qñ supernus rex Iesus Christus mãducabat in mensa crucis tormentorum cibos, quis alius nisi regina mater eius in hac mensa mãducaturus erat? reliqui oẽs principes & magnates hoc est Apostoli cęteriq. sancti in status mensa manducent. Aliud tormen-

torum

torum,ac cruciꝫ genuꝫ patiantur.Itaq; cle
mentissimi Iesu labores ac torm̃ta nullus
sanctorum sensit,sicut sanctissima eius ma
ter.Et hoc est illam solã in eius mẽsa man
ducare.O q̃ merito potuit dicere hæc affli
ctissima mater uerba illa Hieremiæ, q̃ ad
aliud propositum ipse dixit: Tetendit arcũ
7 suum &posuit me quasi signum ad sagittã.
Factus est Christus Iesus arcus quãdo cor
da miæ suæ infinitæ fecit arcũ ex uirga iu
stitiæ.Idest, qñ mia iustitiæ rigorem fecit
reflecti.Hunc arcumDeus permisit tpe pas
sionis tendi. Et ideò diceret beata virgo.
Pater æternus tetẽdit arcũ suũ, qñ pmisit
tẽdi,& posuit me quasi signũ,vt reciperem
oẽs sagittas dolorum,& angustiarum,quæ
ex illo immittebantur.Et hęc est rõ,quarè
stabat iuxta crucem, & non sedebat:quare
non sedes ò benedicta uirgo fatigata & do
lore,& itinere? quia posuit me quasi signũ
ad sagittã:& si sederem per altũ transirent
sagittæ,nec cor meũ attingerent Prę nimia
hoium multitudine,si sederẽ, non possẽm
profectò videre oẽs labores, ignominias,
ac tormenta, quæ sanctissimus filius meus
8 pertulit,& ideò ut cuncta prospicerẽ & sen
tirem,stabam iuxta crucẽ erecta.Stabat ẽt,
quia graue est corpori sedere, qñ cor erẽ
ctum est: qũo sessura erat in solo, quæ cor
Gen.8. affixum habebat in ligno? In diluuio uni
uersali,nõ inuenit columba ubi requiesce
ret pes eius: sic ẽt in hoc diluuio passionis
non inuenit mitissima columba ubi sedere
posset.Si sanctissimum caput aspiciebat,spi
nis illud circũseptum uidebat. Si in pedes,
ac manus oculos coniiciebat, clauis trans
fossos eos intuebatur, si in oculos, cruore
coopertos eos uidebat, si in sacrosanctum
corpus aspiciebat, totum sæuissimis plagis
consitum uidebat, non habebat ubi spiritu
quiesceret,& ideò corpore stabat.Etiam sta
bat, ut uos doceret si sanctæ crucis myste
ria sentire uolumus nõ oportere nos in ter
restribus rebus sedere, affectuosè.n.in eis
9 collocati ferè nihil bonũ sentiemus,nec sa
piemus.Sed uellem ego scire ò maximere
dẽptor miæ meæ. Quare ad trãsfiguratio
nẽ tuã discipulos tuos deduxeris,q te glo
riosum cernerẽt, benedictãq; matrem tuã
reliqueris,hodie verò eã assumis ut te mo
rientẽ uideat,illos verò derelinquis nè te
tot tormenta perpeti cõspiciant? Nunquid
non præcipiebat lex,Nõ coques hędũ in la
cte matris?qũo igitur quoquit hodiè filius

in lachrymis matris, & mater in sanguine
filij sui? ẽt præceptum erat, q̃ inuenerit ni- Deu.22.
dum auis,& matrẽ pullis uel ouis desuper
incubantẽ;non tenebit eam cum filijs, sed
abire patiet captos tenens filios? Siquidem
ergo tu ò cælestis passer ĩ crucis nido à cru
delissimis carnificibus laceraris quarè mi
Cant. 5. Inuenerunt me custodes, pcusserunt me, & tulerunt palliũ meum, & immediate postq̃ deprædata, & percussa fuit, inuenit quasdã filias Hierusalẽ, & absq; eo, q ꝙ eis aliqd laborũ, quos ptulerat, narraret, eas adiurare cępit dicẽs. Adiuros uos filię Hierusalẽ, si i ueneritis dilectũ meũ, ut nuncietis ei: quia amore lãgueo. Duo notabilia sunt: hic, alterũ q ꝙ cũ tantopere conq̃ri posset de plurimis laborib⁹ quos inquerendo sponso ptu

28 lerat, de nullo illorũ conqueritur, sed dicit, qa amore langueo. Amor dilecti sui, desideriũq; uidẽdi illũ eã crudelius sauciabant, q̃ omnia uulnera, & infortunia, q̃ potius tolerare. Alterũ est uis ingens amoris illius, qa cũ loquatur eis, quæ nec ipsam, nec eius sponsum norant, ita cum illis loqtur, ac si illæ utrumq; cognoscerent, qa uis ardẽtissimi amoris, q̃ in ea uigebat, efficiebat, ut arbitrareꝫ omnes alias cogitare q ꝙ ipsa cogitabat, sicut hodie accidit benedictę Magdalenæ qñ cõmorans iuxta sepulchrum dixit illi, quẽ hortulanũ esse credebat. Dñe si tu

Ioan. 20.

sustulisti eũ, dicito mihi ubi posuisti eũ, ut ego eũ tollã. O beatũ illũ, q cũ hac amoris efficacia Deũ pquirit, sic eũ q̃rebat Dauid cũ dicebat. Tibi dixit cor meũ, exq̃siuit te facies mea: faciẽ tuã Dñe requirã. O ardẽtissima uerba ꝓducta ex pectore feruentissimo amore inflãmato? Postq̃ dixit: tibi dixit cor meum, ibi stetit eum sententia, neq; ulteri⁹ ꝓgressus est, qa desideriũ, & diuin⁹ amor ñ eum patiebaꝫ rõnes cõnectere, & adaptare. 29

Pſalm. 24.

Et statim ab alio initio exordit, illudq; insolutum reliqt, dicẽs. Exqsiuit te facies mea. Aliudq; principium assumpsit dicẽs, Faciẽ tuã Dñe req̃rã. Amor moderat⁹, & terminis breuibus septus uiget in eo, q oĩa q̃ sentit ualet dicere. Ille ãt maximis ardentissimi amoris flãmis æstuat, q in medio sentẽtiarum pstringi, nec scit ulterius cũ sermone ꝓgredi, sicut fecit hic Dauid dicẽs: tibi dixit cor meum. O sancte De⁹ quot res in his uerbis inclusit? hoc est, ad te unũ suspirat cor meũ, te unũ semp alloq ad cõuersari uellẽ: tibi soli clamat spũs meus, alijs ãt obmutescit, tibi dixit cor meum, oĩb⁹ obmutescit, nisi tibi: De te uno cogitat, te unũ exoptat, tu es pater me⁹, lux mea, bonum, & refugiũ meũ, &c. Nec uerò cor meũ solũ, sed oculi ẽt mei in oĩbus te q̃runt: in oĩb⁹, q̃ aspiciunt, mirabilia tua intuenti. Exqsiuit te facies mea. Qđ si in oĩbus te facies mea exq̃rit, est qa uolũtas mea nihil aliud ꝑter te desiderat: nec requiescã donec uultum tuum aspiciã. In quo significat nullum obstaculũ esse sufficiens ad hanc uiã illi impediendã. Quare ñ confundimur fratres hæc audiẽtes, & cognoscẽtes quã aliter nos faci mus? Amor rei inuestigatę efficit, ut magna diligentia i illa exqrenda adhibeatur. Qui pretiosã margaritã, q̃ pdidit, exquirit, ñ defatigatur q̃rẽdo illã, quousq; inueniat. Qui iter facit nullã etiã solicitudinẽ habet nisi illius cõficiẽdi, & i optatũ locũ pueniendi. Qui à uena aurea aurũ fodit, tãta cupidita

Simile.

31 te exardescit, ut qlibet globul⁹ terræ ei aurũ esse uideat, & singulis ictibus aurũ abstraeturũ arbitret. Qui expiscaꝫ sẽp intẽdit in corticẽ sup aquã innatantẽ, & omnis eius cogitatio est de piscibus, quos piscatur⁹ ẽ. Hęc oĩa ex illarũ rerũ amore, ꝓficiscuntur. Multo ꝓfecto maiorem curã habere oporteret semp Christianũ q̃rẽtẽ Deũ: in eo deberet omnem cogitationẽ desideriumque suũ collocare, ita ut qescere nõ posset quousq; illo in cælestibus mansionibus fruereꝫ.

Idcirco

Idcirco.n.dixit Dauid: ſatiabor cū apparuerit gloria tua. Et fames huiꝰ ſaturitatis debe
Pſal. 16. ret non ſinere nos in rebꝰ terreſtribꝰ requie ſcere. Rogate fratres chariſſimi diuinā maie ſtatē, vt hanc uobis cęleſtiū donorū famē cō cedat, uoſq; ad ea diligētiſſime ꝓquirēda cō
Oſeæ 13. moueat. De qbuſdā pctōribus dixit Deus. Ego ero eris quaſi leæna, Occurrā eis quaſi urſa raptis catulis, & diruꝑā interiora iecoris eorū: ſigñans in hoc nihil poſſe Deo eſſe impedimento, qñ ſuppliciū de aliquo ſumere decernit. Cūq; hic diuinus Dñs ſit ꝓnior ad miam, q̄ ad ſupplicium, conſiderandum uobis eſt quibus rugitibus, quātoq; amore aīam ꝓditam exquirit, oīa incōuenientia di rumpens, quæ eam impedire ꝓnt quominus ad Deum reuertatur: ſicut leæna, & urſa raptis catulis. Et ſiquidem Deus nos tanto cū amore inquirit cum utilitas ſit noſtra, cum nihil ei opus ſimus: quare cum uos ſummo cum ſtudio non quęremus oīa obſtacula de uitantes, atq; fortiſſime dirūpentes, quæ ſe ſe nobis obtulerint: cum res hæc tāti noſtra interſit? O Deus infinitæ maieſtatis ꝑ clementiam tuam te deprecor utꝛem tam gra uem nos facias cognoſcere.

Vt uenientes ungerent Ieſum. Nō cōtētus
Simile. eſt Deus amore deſideriorū, ſed operum. In
33 gredientes in aulā uiri primarii uidebitis ta petē, i quo depicta eſt quædā imago Hercu lis hñs clauā in manu quæ oēs uideī commi nari, nec tñ aliquē unq̄ ꝓcutit. Et iterū atq; iterū illuc ingredientes una, & altera die illā aſpicitis, & ſemp eodem mō pſiſtit, nec cōmouetur, quouſq; puluis deſup cadens illā operit, & pannus vetuſtate dirumpit, & in ua rias partes diſſecaī. Amor plurimorū erga Deū eſt quædā imago Herculis, totū eſt ſaciā faciā, & ſic ſiſtit, quouſq; uenit mors, & diuiſa aīa à corpore hō laceratu. Nō erat ta lis amor harū ſanctarum mulierum, ſed unguentis, & aromatibus onuſtæ diluculo ſurrexerunt, ut pijſſimum illud opus exercendo ſuo ardētiſſimo in Ieſum Chriſtū amori ſatisfacerent: Quæ cū acceſſiſſent ad mo-
34 numentū, *Viderūt reuolutū lapidē.* Ecce difficultates quæ uolenti Deo ſeruire repſentantur: ecce qūo ꝓ diuinā potentiā illas oēs opportuniori tpe ſublatas experitur. Et ſic
Hiero. B. Hieronymus loquēs de illo uerſu pſalmi
Pſal. 90. nonageſimi ubi dicit. Cum ipſo ſum in tribulatione, tranſtulit ex Hebræo, Portauit nos Deus noſtra ſalute, ſicut mater (inquit) filium ſuum, & ſicut paſtor ouē, & ſicut aquila pullū alis deportat, ſic nos ēt Deus ſubleuat, ne in eius miniſterio tm laboris ſentiamus, ſine quēadmodum qñ uitulus debilis, ac tener arat cū boue fortiſſimo, totum uitulum uiribus ſuis aratriq; pōdus ſuſtinet. Huius rei non pñt eſſe teſtes qui in uirtute nunq̄ ſe exercuerunt, illāq; infamant dicen tes eſſe aſperrimā, cum tñ ne minimis quidē labijs eius rudimenta tetigerint. Si uero ex ſeruo Dei circa hoc quærat ipſe uobis hanc 35
ueritatē ingenue cōfitebit. Interrogate Da- Pſal. 18.
uidē, & dicet uobis. Iudicia Dñi uera & iuſtificata in ſemetipſa: deſiderabilia ſuper au rū, & lapidem ꝓtioſum multum. Qūo hoc ſcis uir ſancte? Rñdet. Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa. Ego illa expertus ſum, & ea dulciora ſup mel, & fauū eſſe cōperio. O fratres chariſſimi ſi hanc ueritatē uelletis experiri, q̄ reuolutū reperiretis lapidē ſicuti hæ ſanctæ mulieres inuenerunt. Et ſimul pulcherrimū Angelum ſtola candida indutū repererunt, qui eis fęliciſſimum nunciū de Dñi reſur rectione portauit. Sic ego uobis dico quōd ſi uere & ex animo Deum quæſieritis non ſolum impedimenta, quæ arbitramini, non reperietis: ſed guſtum ēt, cōſolationēq; ſpiri tualē inuenietis, quæ in hoc ſeculo cum diuina gratia cōcedīt, quō poſtea in integrum æterna gloria perfruamur. Ad quam nos 36
perducat Ieſus Mariæ filius. Amen.

Feria II. in Reſurrectione Dñi.

Duo ex diſcipulis Ieſu ibāt ipſa die in ea ſtellū, q̄ erat ī ſpatio ſtadiorū ſexagin ta ab Hieruſalem, noīe Emaus. Lu. 24.

POſtquā Ionas immiſſus fuit in ma- Iona 2.
re, ꝓparauit Dñs (ait textus) piſcem grandē, ut deglutiret Ionā, & erat Ionas in uētre piſcis tribꝰ diebꝰ, & tribus noctibus, & ibi dicīt. Et dixit Dñs piſci, & euomuit Ionā in aridā. Et q̄q̄ hoc ſacratiſſimā Dñi noſtri Ieſu Chriſti mortem glorioſiſſimāq; eius reſurrectionē ꝓfigura-
uit, fuit tñ diſpar rō. Nā Ionas ſurrexit à ter 1
ra, ubi à ceto uomitus fuit, luto & arena cō ſperſus, ſed noſtrę ſupernus redemptor ſur-
rexit hodie à corde terræ fulgentiſſimus, ac glorioſiſſimus, quia etſi hodie rediit eſſe ho mo ſicut antea erat, non tamen rediit in for ma ſerui, ſicut antea, ſed cum magnifico dñij apparatu, & cum claritatis gloria, cum immorta-

immortalitatis dono, cū clariſſimo triūpho victor, triūphū à morte reportās, q̄ hoibus dñabat. ifernū expoliās, q̄ hoiē catenis uin ctū tenebat, Diabolūq; ꝑſternēs, q̄ hoiē in
Pſal. 87. terrā ꝓiecerat. Ita Dñe fac ſicut hō. Sic di xit Dauid ī eiꝰ noīe. Æſtimatꝰ sū cū deſcē dētib. ī lacū, factꝰ sū ſicut hō ſine adiutorio
2 inter mortuos liber. O admirabilē fortitudinē, arbitrati sūt. Hebręi me ī morte ſicut alios hoies in infernū deſcēdere (ait Dñs.) Verū ego inter mortuos abſq. ulliꝰ adiuto
Pſal. 35. rio libertatē habui, qa sū Deus oīpotēs ad eos liberādos. Hoc expetebat Dauid, totiꝰ humani gñris nomine dicēs. Effunde fratrē
Simile. meū, & cōclude aduerſus eos, q̄ pſequūtur me: & dic aiæ meæ ſalus tua ego ſum. Dux fortis qñ gladiū euaginat, dextra enſem, ſiniſtra uero uaginā tenet, & neutrum depo nit. Et poſtq̄ ultꝰ eſt, victoriāq. cōparauit, recludit gladiū in uagina. Sic ēt uerbū diui nū, ad uindictā ſumendā à diabolo euagina uit gladiū, q̄ ē anima ex uagina, q̄ eſt corꝑ
3 in morte. Et q̄is anima à corpore, ſicut gla dius à uagina, eſſet ſegregata, nō ideirco de poſuit uerbū diuinū ſicut Dux fortiſſimus
Iudic. 3. animā, aut corꝑ, & poſt uindictā ſumptā, victoriāq. ab hoſtib. reportatā, enſem in ua gina recluſit, animā iterū in corꝑ infundēs
Luc. 1. Pſal. 111. in ſacratiſſima reſurrectiōe. Hoc ē, q̄ Habacuc ꝓpheta ꝑdixerat his uerbis: ſuſcitās ſuſcitabis arcū tuū, iuramēta tribub. q̄ locutꝰ es. Vt Dñe iuramēta, & pollicitatiōes, quas hominib. ꝓmiſiſti, adimpleas, arcum tuū ſuſcitabis. Hæc iuramēta ſunt, quorū alterū fecit Abrahæ ſicut dixit Zacharias.
Simile. Iuſiurandū q̄ iurauit ad Abrahā patrē noſtrū daturū ſe nobis. Alterū Dauidi dicens. Iurauit Dñs Dauid ueritatē, & nō fruſtrabīt eū, de fructu uētris tui ponā ſup ſedem tuā. Ecqs eſt hic arcꝰ, quē ſuſcitaturꝰ erat? Eſt unigenitus eiꝰ filius. In arcu eſt uirga re flexa, & chorda, ſic ēt in Xpo redēptore no
4 ſtro eſt chorda diuinitas, uirga aūt ē humanitas, q̄ laborib. atq. anguſtiis noſtris reflexa, & incuruata eſt. Hoc arcu pcuſſit Deus Sathanā: ſagittę q̄ ab hoc arcu immiſſę fuerūt, ſunt plurimæ, & maxima miracula, præſtātiſſimaq. Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti opa, q̄ acutiſſima erāt tela ad diabolū euer tendū: hic arctꝰ adeò extenſus eſt [*Cō las gafas de la Cruz*] vt ꝓ mortē fuerit confractꝰ. Et quēadmodū qñ arcus infringit q̄q̄ duæ partes ligni ſeparatæ remanēt utraq. tñ chorda remanet alligata. Sic ēt cū hic arctus ꝓ mortē frangereī, duę partes ligni, i. humanitatis, q̄ ſunt corpus & anima ſegregatę ſunt, & q̄is altera ſeparata erat, utraque tñ chorda, i. diuinitate manſit alligata: hodie autē ſuſcitatus eſt, atq. redintegratus hic arcus. Et illa uerborum geminatio: ſ. ſuſcitans ſuſcitabis arcū tuum, glorioſiſſimā Dñi reſurrectionē fuiſſe ſignificat. Sic ꝑdixerat S. Iſaias his uerbis: & lux ſolis erit Iſai. 30.
5 ſeptempliciter in die, qua alligauerit Dñs uulnus populi ſui, & pcuſſuram plagæ eius ſanauerit. Dies in qua Dominus populi ſui uulnus curauit, fuit dies ſui ſuę ſanctiſſimæ paſſionis: in die uerò reſurrectionis ſuę uulnus ſanum eſſe demonſtrauit. Habuit ſe Deus in hoc ſicut chirurgus, q̄ ut putrefacti uulneris corruptā carnem auferat, Simile.
parti ſanę & incorruptæ uulnus infligit. Vniuerſum quippe genus humanū erat corruptū: qa corrupti ſunt abominabiles facti Pſal. 13.
ſunt, non eſt q̄ faciat bonū non eſt uſq; ad unū. Nulla erat pars ſana ꝓter unā, qui eſt Xps redēptor noſter. Et in hac parte ſana oportuit uulnus fieri, ut corruptio, & culpa humani gñris tolleretur. Et hoc factum eſt in Iſai. 53.
ꝓtioſiſſima paſſione eius, ut ait Haias. Ipſe uulneratus eſt ꝓ nīq̄tates noſtras, & liuore eius ſanati ſumus. O clementiſſimū animarū noſtrarū medicū, q̄ cū nos eſſemus
6 uulnerati, ipſe ꝓ nobis cauteria tolerauit. Et hęc uulnera, & cauteria, in glorioſa eius reſurrectione ſanata ſunt, in ſignū, q̄iā erat ſufficientiſſimū remedium ad uulnera noſtra ſananda. Et in hac die dicit Iſaias ſolis lucē ſeptēplicem eſſe, qa hic diuinus Sol iuſtitię hodie cū ſeptē donis mirabilib. reſurrexit tribus uidelicet in anima, q̄ ſunt uiſi, retētio, & fruitio, & quatuor ī corpore q̄ ſunt agilitas, impaſsibilitas, ſubtilitas, & claritas: licet. n. antea in ſua beatiſſima aīa tres dotes habuerit, ita tñ eas habebat, ut cū ſūmam triſtitiā in eadē anima ꝓ peccatis noſtris habuerit. Hoc eſt q̄ hodie celebramus. Hui⁹ gloriæ reſurrectionis clariſſi- 7
ma ſunt in ſanctis Euangeliis teſtimonia quorum unum eſt qđ in hodierna ſancti Euangelij lectione agitur, quod ſic dicit.

Duo ex diſcipulis Ieſu ibāt ipſa die, &c. uſq. ibi. *Oculi aūt eorū tenebātur, ne eū agnoſcerēt.* Valde notādū ē q̄ poſtq̄ Dñs ſurrexit, mō Magdalenæ apparet, mō cū ſancto Petro conuerſatur, modo cum his duobus diſcipulis iter facit nūc in Galilæā pergit nūc reuertū Hieroſolymam, nunc deniq.

ten-

tendit in Emaus. O quot itinera facit, & tã quã peregrinus celeriter properat adeo, ut cum apparet Magdalenæ, & ipsa sacratissimos eius pedes uellet amplecti, & osculari maxima cũ reuerentia p̃ nimia lætitia, q̃ ex eius resurrectiõe p̃ceperat, ei dixerit Dñs. Noli me tangere; nondũ.n. ascendi ad patrẽ meum, quasi diceret. Ne me retineas ò Magdalene, qa me oportet hæc, nũc cũ solicitudine opari. In quo significare uoluit unũ ex euidentiorib. signis, q. hõ ad diuinã gratiam surrexit, est; oibus occurrere, oẽs cõsolari, oibusq. diligentissimè, ac feruentissimè Dñi resurrectionis mysteriũ nos ad hanc sedulitatem inuitat. Et sic B. Paulus, 1.Cor.15. posteã maximis, & euidẽtissimis rõnib⁹ hũc articulũ comprobarat, statim fideles oẽs ad diligentissimã uirtutum exercitationẽ inuitat dicens. Itaq. fratres stabiles estote abundantes in omni opere Dñi: scientes q. labor uester non est inanis in Domino, i.ne uos breuissimæ uitæ labor deterreat, qui æternis p̃miis postea renunciandus est.

8 *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, & non dominetur mei omnis iniquitas.* Psal. 118.

9 *Oculi eorũ tenebantur, &c.* Non est necesse miracula multiplicare in hoc opere, q. eis apparebat, nec eum agnoscebant, sed ut acutissime dicit glorioſus doctor Bona uentura super hunc locum, Notitiã abstra D.Bon.su p̃ Lu.c.24 ctiuam, q̃ de eo habebant, sustulit ab eis. Et sola notitia intuitiua nõ poterant eum cognoscere. Etenim si quẽ cognoscim⁹, est qa de eo notitiã abstractiuã habemus. Et nimis mirãdum est q. Magdalenę hortulanus, his aũt discipulis peregrinus uisus est Dñs. Chamalæon est animal q. tot colores Arist.2. de anima. repsentat, quot ei obijciuntur. Et Arist. dicit quod omne q. recipit sicuti solis radius uitri per quod pterit calorẽ recipit. Et qa hi fide peregrini erant, idcirco se se Dñs eis peregrinum repręsentauit, talem se eis ostendit, quale ipsi cor habebant. Videbitis quosdam uiros sanctos, qui uix peccant uenialiter, nunq̃ cessant se confiteri, & pecca10 ta sua lamentari, nouissimæ rõnis diem in memoriã reuocantes obstupescunt, infernię. tormenta cogitantes toto corpore cõtremiscunt. Vt.n. ipsi iustum habent cor, ẽt sese illis Deus iustissimum repręsentat, alij autem sunt qui grauissima passim peccata committunt, nec mortis, iudicij, aut inferni recordãtur, nec tñ possibile esse se condemnãdos credunt, cuius rei causa est qa remissio, & immensurato cordi remissus ẽt Deus repsentat. O bone Deus quãtopere te cordib. cõformas. O maxime Camæleon q. ex cordiũ colore colorẽ recipis. Et idcirco his peregrinis peregrinus appares.

Et ait ad illos. *Qui sunt hi sermones, quos confertis adinucẽ inter uos?* O Christe Iesu ęterna patris sapiẽtia quare illos hoc interrogas? Nũqd q̃ illi loquant, ignoras? Etiam 11 scio (ait Dñs) sed gratissimũ mihi est q. sæpenumero q̃ illorũ cã passus sum repetãt. Et sic totũ hoc rñsum q. illi reddiderũt, qa loquebãtur, *de Iesu Nazareno, &c. & qũo tradiderunt eũ summi Sacerdotes in dãnationẽ mortis, & crucifixerunt eũ*, fuit clementissimo Iesu suauissimũ. Hoc etenim est q. à nobis exposcit, s. vt eius beneficia sępenumero repetamus. & hoc non pp̃ suã quidẽ, sed ppter nostram utilitatem, ut ei gratissimi simus, illũq. ardentissimo amore diligamus. Maximã minimorum beneficiorũ q̃ De.26. Hebręis fecit, recordationẽ ab illis postulabat. Præcipiebat.n. vt quotãnis offerrẽtur primitiæ fructuũ terræ, atq. vt Hebræi illas offerẽtes accepta bñficia recenserẽt. Cũq; intraueris (inqt) in terrã q̃ Dñs daturus est 12 tibi possidendã, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartalo, pergesq. ad locum quẽ Dñs Deus tuus elegerit, ut ibi inuocẽtur nomen eius, accedesq. ad Sacerdotẽ, q. fuerit in diebus illis, & dices ad eũ, Profiteor hodie corã Dño Deo tuo q. ingressus sũ i terrã, p̃ qua iurauit Dñs patribus nostris, ut daret eã nobis: & loq̃ris i cõspectu Dñi Dei tui. Syrus psequebatur patrẽ meũ: (Syrus.i. Labã, qa erat. Mesopotamia Syriæ, ideoq. dicit hic Syrus:) q. descẽdit in Ægyptũ, & ibi peregrinat⁹ est i paucissimo numero: creuitq. in gentẽ magnã, ac robustã, ac infinitę multitudinis. Afflixeruntq. nos Ægyptij, & clamauim⁹ ad Dñm, q. exaudiuit nos de Ægypto i manu fotti, & brachio extẽto i signis atq. portẽtis, & introduxit nos ad locũ istũ, & tradidit nobis terrã lacte & melle manãtẽ. Et idcirco nũc offero primitias frugũ terrę, q̃ Dñs Deus dedit 13 mihi. Nõ aĩaduertitis fratres mei q̃ diligẽtẽ recordationẽ exposceret De⁹ illorũ bñficiorũ, q̃ si cũ hoc cõferanẽ, minima p̃fecto sunt? Notate igitur, q. quẽadmodũ oĩa beneficia nouę legis prius in ueteri lege p̃figurata sũt: sic ẽt uoluit, ut illorũ gratitudo esset quasi umbra q̃dã gratitudinis istorũ. Qñ Dñs p̃cipiebat, ut oẽs primogeniti fibi Exo. 11. offerrẽtur, p̃ nece primogenitorũ Ægypti, quid aliud significabat, nisi ut intelligeremus

mus nos quantũ à nobis p̃ morte unigeniti filij sui esset petiturus: cũ pro illorũ morte tantũ postularet? Reges terræ p̃ beneficijs quæ alijs cõferunt, solũ intendunt ministeria cõparare. Deus aũt suis beneficijs tẽ gratũ efficere conatur, ut sic ad alia maiora recipiẽda disponaris. O glorificatus sit talis Deus. Laudent te Dñe uniuersę celi Hierarchię, qa tã operę delectaris in utilissimos terræ uermiculos cõferendo beneficia: & alia 14 beneficia uis, ut gratitudinis ianuã aperiat, quò alia ualeant introire. Idcirco sãcti uiri Esai.26. quãdo noua dona postulãt, uetera beneficia recẽsent. Ita Esaias ait: Dñe dabis pacẽ uobis, & statim reddit rationẽ, qa omnia (inquit) opera nostra operatus es i nobis. Idcir cò ad te (ait uir sanctus) cõfidenter accedimus: qa iã te liberalissimũ experti sum⁹. Sic etiã sanctus Rex Ezechias postulans uitã a Dño accepta bñficia refert dicens. Obsecro Dñe uide quomodo ambulauerim corã te in ueritate, & in corde pfecto, & q. rectũ est in oculis tuis fecerim. Quare ò rex sancte ministeria q̃ Deo exhibuisti, nũc ei allegas? Melius uideretur esse si miserias, pauperta tẽq; tuã illi reuelares: sicut faciũt pauperes, 15 qui ut eos à qbus eleemosynã petunt, ad misericordiã cõmoueãt, uulnera sua, atq; miGrego. serias eis patefaciunt. Ad hoc respondet B. Gregorius sanctũ regẽ nõ hic has uirtutes, quasi merita sua allegatię, sed ut Dei beneficia, cuncta quippe bona, q̃ facimus beneAugust. su per ps.102 ficia sunt Dei. Et ita B. Augustin⁹ explicans illud psalmi, q. coronat te in misericordia, & miserationibus, ait, nunquid nõ corona bonis operibus datur? Sed qa ipsa bona opera ille in nobis operat̃, ideò dixit, q. coronat te Philipp.2. in misericordia, & miserationib⁹, qa nostra bona opera misericordiæ sũt Dei, ipse est. n. (ut ait Apostol⁹) q. operat̃ in nobis, & uelle, & pficere p̃ bona sua uoluntate. Idcirco hic bonus rex cũ iã plurima beneficia accepisset, longã uitã exposcit ad misericordiam eius p̃dicãdã, & sic dicit, Dñe saluũ me fac. Idest p̃be mihi longiorẽ uitã, & psalmos no 16 stros cantabimus cunctis diebus uitæ nostræ in domo Dñi. Perpendite nũc ad qd uellet hic bonus rex longã uitam. O utinã ad hoc nũc eã nos desideraremus, nõ uera ad Deũ offendẽdũ, atq; turpissimè uiuẽdũ, Ex tota hac ęcclesiastici doctrina sequit̃ q̃ necessariũ sit q. crebro de diuinis Dei beneficijs loquamur, ea qui sæpissime i memoriã reducamus, quo i diuino eius amore inflãmemur, & gratissimi ei simus, ut sic ad alia plura & maiora recipiẽda disponamur. Verũ Proh dolor! quãtus defectus est in mũdo circa hoc? Si pro nũc uos interrogarẽ: qui sunt hi sermones, quos die, noctuque cõfertis inter uos; Nunquid uerè posseris respõdere, de Iesu Nazareno? O miseros uos atq; infœlices homines, q. in tãta ingratitudinẽ deuenistis, ut uniuersi sermones, cogitationes, desideria, ac deniq; actiones uestræ de terrestribus, ac 17 caducis rebus sint, nec magis Dei, q̃ si esse tis bruta animalia, recordamini. O Deus in finitæ maiestatis, tu per immensam clementiam tuam obtua tanto malo.

Dicũt amplius hi discipuli: *Nos autẽ sperabam⁹. &c.* His uerbis infidelitatẽ suã ostẽderũt, significãtes se iã nõ sperare. O homines increduli nõdũ dies terti⁹ transact⁹ est, in quo Dñs se resurrecturũ esse p̃misit, qua re uerbo eius diffiditis? Notate sup hoc uerbũ *Tertia dies*. Quę nam fuerit causa quare Dñs tertia potiùs q̃ quarta die uoluerit te surgere. Ad hoc respõdeo, adeò celebrẽ esse hũc numerũ ternariũ, ut nihil in uniuersõ possit esse pfectũ nisi trinitate numeri pficiatur. Principiũ q̃ppe, mediũ & finẽ debet res habere, ut oĩno pfecta dicat̃. Vnde uniuersã mũdi pfectionẽ i trib⁹ operibus cõsistere re 18 perimus, q̃ tribus p̃sonis sãctissimę Trinitatis attributę sũt, quorẽ primũ est creatio, q̃ patris omnipotẽtiæ, secũdũ, redẽptio, q̃ filij sapiẽtię, tertiũ deniq; & ultimũ, est iustificatio, q̃ Spiritus Sãcti amori, gratiæ, ac pietati attribuit. Et qa hic numerus tantæ est excellentiæ uoluit Dominus tertia die resurgere, atq. etiã ut eius mors uitæ ipsius cõfor Genes.6. mareť. Cũ Deus hominũ cõsummatã nequitiã, corruptionẽq. p̃spexisset, dixit: Pœnitet me fecisse eos. Et unus ex sẽsibus, qbus hęc uerba declarãt à nonnullis est, pœnitet me, idest, pœnitẽtiã me oportet facere ppter homines. Domine ergo si pœnitẽtiã facere debes: i tres partes diuidũ pœnitẽtia, q. homines agunt, cõtritionẽ, scilicet, cõfessionẽ, & 19 satisfactionẽ, & faciens se Deus hominẽ totã uitã suã in his tribus rebus faciẽdis consumpsit, etsi dispari ratione atq. homines facere cõsueũt, cæteri nanq. homines suorum met peccatorum habent dolorem, ac contritionem, sed Christus redemptor noster ab instanti suæ cõceptionis, quousq. in cruce expirauit, ppter aliorũ hominũ peccata immẽsa in habuit tristitiã. Et sic dixit. Tristis est anima mea usq. ad mortem. Alij homines

Universidad de Deusto
Biblioteca

mines peccata suâ cõfiteñtur, sed Christus Iesus Saluator noster totũ uitæ suæ tẽp⁹ in laudũ confessione ęterno patri faciẽda, & ĩ sanctissimæ, atq; ineffabilis Trinitatis mysteriõ reuelãdo consumpsit, ꝙ quidẽ antea nimis abscõditũ fuerat hominib⁹. Etiã uitã suã in satisfaciendo ęternę maiestati ꝓ scelerib⁹ nostris cõsumpsit. Et qa ut satisfactio sit ĩtegra, debet esse rei ęqualis illi, q̃ amissa est (est.n. satisfactio redditio æquialẽtis pro æquialenti.) Idcirco hic diuinus Redẽptor satisfecit ꝓ omnib. quæ ætern⁹ Pater per peccatũ ꝓdiderat. Pater à peccatũ uniuersos homines amisit, ut igitur in integrũ ei fieret satisfactio, omnes ei homines restituí oportebat. Et qa plurimi iã in inferno condemnati erant, plurimi etiã sua malitia ac culpa erant cõdemnandi, quocirca ei omnes homines restitui non poterãt, q d ergo remedij est, ꝙ ei pretiosior cunctis hominibus unus hõ restituatur. Hic unus est Iesus Christus, q̃ in quantũ hõ plus ualet quã cæteri omnes homines, eo ꝙ eius humanitas sanctissimam sacratissime diuinitati cõiũcta erat. Et offerẽs se ipsũ æterno patri in cruce æqualẽ fecit satisfactionẽ omniũ, quę ꝓdita fuerant. Et qa tota eius uita has tres partes habuerat, uoluit, ut mors uitæ respõderet, cũ tres dies mortuus esset, nec usque ad tertiũ diem resurgeret. Cũq; iam Dñs surrexisset, Angelusq; mulieres misisset, q̃ fœlicissimos resurrectionis nuncios discipulis referrent, istinõ solum nõ crediderunt eis, sed illis nũcijs maiori timore perculsi sunt, sicut hic ipsi fatenť dicentes: *Sed & mulieres quædã ex nostri terruerunt nos, &c.* Ac si diceret fecerunt, ut metu pterriti fugeremus, timẽtes ne fortè aliquod damnũ nobis Pharisęi inferrent, arbitrantes sacratissimũ Domini corpus à nobis fuisse sublatũ. Eccè quã parũ profuerit ꝓdicatio Magdalenæ. Duas mulieres reperimus in sanctis Euangelijs, q̃ Christũ redemptorẽ nostrũ ꝓdicarunt: quarũ altera fuit Samaritana, altera uerò Magdalena, q̃ uniuerso Apostolorũ senatui cõgregato sacratissimã resurrectionẽ Domini ꝓdicauit. Et Samaritana communi & populari genti ꝓdicans eos conuertit, Magdalena autẽ, q̃ excelsi status uiris, & principib⁹ Ecclesiæ, quiq; tot annos sub Iesu Christi disciplina didicerant ꝓdicabat, nõ eos cõuertit, nec cõmouit, imo eius uerba, & concionẽ irridebant, & sicut dicit Diuus Lucas in hoc ipso capite, Et uisa sunt aut illos sicut deliramẽtũ uerba illa. Hoc est equidẽ, ꝙ maximã affert admirationem, ꝙ conciones sæpenumerò popularibus, paruulis, ac simplicibus hominibus proficiunt, & a suis deprauatis uiuendi rationibus resipiscunt; raro tamen uiros primarios, literatos, ecclesiastico suæ ꝓdicationibus commotos scelera sua reliq- 23
se uidemus, ꝙ si aliquid in cõcione audiũt, ꝙ eorum uitia pstringat, statim quasi mula cuius uulnera strigili ferrea feriũtur, calces tollunt, & irascũtur, ꝓdicatorẽq; irrident dicẽtes eũ nescire qd dicat, sed delirare, quẽadmodũ Apostoli S. Magdalenã irridebant. Cuius rei ratio satis manifesta est. Vt.n. dicit D. Paulus. Nos ꝓdicamus Christum crucifixũ, & ut ad eius imitationem pniam agamus, eiusq; crucem nostræ humeris deferamus. Dic ergò quæso uiro primario, aut archidiacono, aut alij ecclesiastico uiro, cui plurimi sunt redditus ecclesiastici ut in processione deferat crucẽ, statim uobis respõdebit uiri primari⁹, istud nõ esse officiũ magnatũ, & archidiacon⁹, & alius dicet, hoc mun⁹ ad sacristanos non ãt ad eos attinere, q̃ primas cathedras primasq; uoces habẽt in capitulo. Sic igitur uiri primarij, & ecclesiastici isti dedecorantur, si eis pniæ crucem iu- 24
beas asportare, dicuntq̃ has asperitates infimæ conditionis hominibus conuenire. Et si eos ꝓdicator reprehẽdit, dicunt has reprehensiones, & spirituales, & ꝓdicationes ad communes populares q̃; homines ptinere. O miseros uos, quibus siquidẽ nec domini Iesu Christi crux, nec etiam eius doctrina quadrat: ergo nec eius gloria uobis est.

Audiens hęc dñs ab his duobus discipulis acrè reprehendit eos dicẽs. *O stulti, & tardi corde ad credendũ.* Illi uero hanc reprehensionẽ tanq̃ uiri bene morati, ac patientes, æquo aĩo pertulerunt. Hoc est ad cõfusionẽ eorũ, de q bus mõ dicebamus. Hi peccarũt, 25
& reprehensionẽ patientissimè receperũt, uos aũt peccatis, nec uerò asperũ uerbũ ullis audire. De uobis, & alijs similibus dicit propheta Amos, odio habuerũt corripientẽ in porta, & loquẽtẽ pfectè abominati sunt. Di- Amos. 5.
ligẽter pẽsate uerbũ illud, in porta, in quo significat ꝙ stat in principio reprehẽsionis anteq̃ corripiẽs in eã ingrediat, eũ peccatores abominant dicẽtes. Ecce iã incipit delirare. Et unũ ex maiorib. argumẽtis ex q b⁹ conij ci pt eos ea peccata commisisse, q̃ à prædicatore uituperantur, est illa murmuratio, & impatientia, qua de prædicatore detrahũt.

Quan-

Simile. Quãdo sartor forfices amisit, ut eas pquirat pugno mẽsam percutit, & statim sonant; & sic apparet ubi sunt: sic ꝓdicator reprehensionis ictũ facit, & statim apparet ubi est culpa qa statim culpatus stridet & cõquerit. Conquerit ĩ te est ergo pctm. Ego quippe nesciebã, in quo esset, qñ illud reprehendebã, & fiqdem in te strident forfices, in te sunt. O
26 fratres charissimi p clementissimi Dñi uiscera uos rogo, ut cõsideretis charitatẽ, qua uobis ꝓdicatur, & reprehensio phibetur, eamque tanq̃ à Iesu Christi ore suscipite, ꝙ si ĩculpa estis, emẽdamini, sin mĩn⁹ Deũ lauda te ꝙ p misericordiã suam uos manu tenuit.

Et incipiens à Moyse, & omnibus prophetis interpretabatur illis, &c. Vnũ locũ tñ modo eo quòd sit singularis, & excellẽs, hic declarabo, quẽ unũ, ex ꝓcipuis, quos eis Dñs
Osc. 13. declarauit, fuisse existimo: q est ille Osææ di
1 Cor. 15. centis? Ero mors tua ò mors: morsus tuus ero inferne. Et sic dicit B. Paulus: Hũc ipsũ locũ citans: Tũc fiet sermo, qui scriptus est, absorpta est mors in uictoria. Ideſt in sacratissima resurrectione Dñi. Ibi.n. mors mortua remansit. Sed quæret aliq⁹, qũo mortua
27 fuit mors, siqdẽ ẽt nunc sicut olim homines occidit? Ad hoc rñdeo aliquas res esse, quarũ uita, qa manifesta est nimis, iõ ẽt earundem mors est euidẽtissima: qualia sunt uniuersa aiantia, q̃ qa cum uiuunt, apertè in motibus & actionibus uñr uiuere, ẽt cum sunt mortua satis clarè mortua esse apparent. Aliæ aũt res sunt, quarum quia uita est occulta, mors ẽt est occulta. Vita mellis est dulcedo: & qñ non est dulce, dicitis, hoc nõ est mel, nec aliter cognosci põt nisi gustando illud. Vita aceti est acor, quòd si non est acre, dicitis, hoc non est acetum. Vita aloes, ideſt del *Azibar*, est amaritudo, quòd si non sit amarũ dicitis, hoc nõ est aloe. Vita quidem mortis erat amaritudo & insulsitas, qa erat
28 ianua inferni, q̃tumcunq;. n. iusti essent homines, ubi primũ moriebant, in infernũ descendebant, etsi ad diuersa loca, sicut exaggerat Dauid dicẽs, qs est hõ qui uiuit, & nõ
Psal. 88. uidebit mortẽ, eruet aĩam suam de manu inferi? quasi dicat, nullus. Et hanc uitã, quæ erat hæc amaritudo ei ademit Christus redẽptor noster, efficiẽs ut mors, q̃ antea erat ianua inferni, iã nunc iustis esset porta cœli. Et quæ antea erat amarissima, iam nunc
Mat. 6. dulcissima uideatur. Et hoc fuit mortẽ occidere. De illo illustrissimo uiro Eleazaro dicitur quòd adeo populũ Israel diligebat, ut cũ ingentẽ Elephantẽ uideret accedere arbitrasi eo uenire regẽ maximo se periculo obtulerit, ut liberarent populũ suũ. Et dedir se (ait sacra scriptura) ut liberaret populũ suũ, & cucurrit ad eã. s. bestiã, audacter. Et iuit sub elephantũ, & suppositus se ei, & occidit eũ, quòd ecciderit in terrã supra ipsum, & mortuus est illic. Et sic uinctus occubuit. Sic 29
nobilissimus dux Iesus Xps ꝓspiciens maximã illã bestiã, q̃ est mors aduentare, q̃ oẽs deuorabat, & p eã oẽs in infernũ descendebant, mori maluit, q̃ sinere hanc bestiã populo suo dãnari, atque ut eam interficeret eã cõplexus est, & qñ ab ea interfectus est, ipsã ille diuinitatis suæ gladio interemit. Dicit ulterius, morsus tuus ero inferne. Hæc dictio, morsus, actiue & passiue sumi potest. Actiuè, significat infernum à filio Dei morsum fuisse. O inferne (ait Dñs) ego te morsi- Simile.
bus conficiã. Qui morsum affigit partẽ sumit, & partem desinit. Habes pomũ putre, quòd tñ partem aliquã habẽt sanã, affigis ei morsum, & capis bonum, ac putre relinq̃s. Infernus erat sicut pomũ putre pp ingentẽ pctorum multitudinem, q̃ in eo erat, habebat tñ partem sanã, quę erat cõgregatio fidelium, qui in eo erant. Descendit igitur aĩa sanctissima saluatoris nostri Iesu Christi diuinitate plena, & in infernũ morsum affixit, assumens totum sanũ, quòd in eo erat, q̃ 30
erant oẽs iusti, & totum corruptum q̃ sunt Simile.
pctores, reliqt. Vt melius hoc intelligaĩ, nodum est, quemadmodũ in carcere diuersa sunt domicilia, alia, s. uiris nobilibus, & honẽstis, alia uerò uilibus, & abiectis hominibus, sic etiam in inferno, qui est delinquẽtium carcer diuersa esse domicilia, & segregationes: nõ.n. oẽs pęnę sunt æquales. Quẽ Ioan. 14.
admodum dixit Dñs, in domo patris mei mansiones multæ sunt, sic ẽt in inferno mãsiones multæ sunt. Vñ infertur quòd q̃is quisq̃ se condemnandum esse certò sciret non deberet malum optari. Itaq; in illa par- 31
te inferni, in q̃ detruduntur illi, qui in pctõ mortali actuali moriuntur, diuersitates sũt pęnarum, & idcirco dicimus in illa esse diuersas separationes, & domicilia. Prętер hanc partem inferni alia est, in q̃ descendunt infantes, qui absq; baptismo, cum peccato originali moriunt. Qui illic descendũt hac una pęnam torquent, ꝙ Deũ nõ uidebunt in æternum, nec aliam pęnam hũt. Ad neutrã harũ partiũ accessit aĩa Iesu Christi redẽptoris nostri, nec eas momordit, tanto

enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim bono indignę fuerunt. Nã illic ut dicit Iob umbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Si aũt illa sacratissima aia illic ingrederetur, iã nõ esset sempiternus horror. Aliud domiciliũ eorũ qui in statu gratiæ moriuntur, nec tñ integram peccatorũ suorum satisfactionem fecerunt, q̃ dicit purgatoriũ. Alia mãsio erat
32 ante sacratissimam dñi passionem, in quam descendebãt oẽs, qui nunc in cęlum ascendunt, & hæc dicebaẽ sinus Abrahæ. In hæc duo loca ingressa est illa aia sanctissima, cuius introeuntis diuinitatem aspexerunt, q̃ in ijs morabantur, & promissã sibi perfrui cœperunt. Itaque quanuis statim locum nõ mutarint, statim tñ illico cõmutarunt: statim.n. beati manserunt, sed non illic usque ad diẽ tertium exierunt. O æternę Deus, & quid sentirent illi patres cũ in tanta obscuritate cõmorantes subito tantum bonũ sibi aduenire cõspexerunt? Hic igitur est morsus, quẽ hodie domin⁹ ab inferno abstraxit, & sic hodie quatuor pñtantissimis legionibus comitatus exiuit. Prima aiarum, q̃ in sinu Abrahæ morabantur. Secunda, Angelorũ, qui illas sanctas aias custodiebant, ac cõsolabanẽ. Abrahã.n. dixit auaro: Tu cruciaris: Lazarus uerò cõsolatur. Q̃d si ille, atq;
33 alij cõsolabantur, a quibus alijs, nisi ab Angelis poterãt cõsolari? Si ergo Angelorum munus erat cõsolari eos, q̃ illic morabanẽ, & hic sinus Abrahæ iam nõ est necesse, nec existit, ergo etiã Angeli, sicut sancti patres exierunt. Tertia legio erat aiarum, q̃ in purgatorio cõmorabantur, quæ hodie oẽs per dominicæ passionis uirtutẽ exierũt. Nam si ad principis coronationẽ, aut ortum uincti, qui in carcere tenentur dimittuntur, maiorrõ erat, quod in uictoria, ac triumpho principis regum oĩum terræ. atq; cęlorum imperatoris ij, qui in purgatorij carcere tenebantur liberi dimitterentur. Sic tenet Seraphicus B. Bonauẽtura. Et S. Gregorius sup Euangelium, una sabbathi, sic dicit, q̃ ante passionem dixit, in resurrectione dominus impleuit. Si exaltatus (inquit) fuero à terra, oĩa trahã ad meipsum. Oĩa etenim traxit, q̃ de electis suis apud inferos nihil reliquit,
34 ij autem, qui in purgatorio morabantur, electi eius erant. Hoc etiam comprobatur: quia B. Petrus loquens de Christo domino nostro inquit, quẽ Deus suscitauit, salutis doloribus inferni. Quos dolores soluit? nũ quid suos? Absit. nunquam enim in inferno dolorem habuit, nec eorum, qui erant in sinu Abrahę, quia nec hi dolores habuerũt; nec damnatorum, qui erant in inferno: nã hi non exierunt. Verissimè igitur dicemus dolores, qui soluti sunt, fuisse eorũ, qui in purgatorio morabantur. Et illic erant cum eis alia legio Angelorum, qui eos consolabantur, etenim in purgatorio nõ sunt dęmones, sed Angeli, nam ij, qui in purgatorio cruciãtur filij sunt Dei. Nec uerò filios suos Deus dęmonijs tradit, sed Angelis, qui eos
35 consolentur in pęnis quas patiuntur. Hi ẽt hodie sanctissimam illam aiam comitantes exierunt. Ecce quatuor legiones, quę diuinum hunc dominũ comitabanẽ. Dispares sunt hæ profectò, & diuersæ ab eis, quæ illum triduo ante comitabantur. Tunc eum uideretis illis infernalibus hoĩbus comitatum, qui eum per uias Hierosolymæ blasphemabant, nunc autem innumera sanctorum, atq. angelorum multitudine circunseptus uenit, cum ingenti maiestatis gloria. Hęc mutatio dexteræ excelsi. Ecce quã merito dicere potuit, morsus tuus ero infernè cum talem ab eo morsum abstraxerit. Si autem morsus passiuè accipiatur significat Iesum Christũ filium Dei fuisse morsum, quẽ infernus, ad suum tamẽ malum, deuorauit. Quando quis stomachum nimis repletum
36 habet, accipit pillulam, quæ facit eum oĩa purgare etsi nolit. Stomachus diaboli est infernus, qui iustos illos retinebat, uerumtamen ingressus est Saluator in hunc stomachum tanquam pillula, & fecit eum omnia quæ intus habet, expellere, omnia (inquã) scilicet iustos, reliqui enim in sacris literis dicuntur nihil, etsi potentiores sint mundi. Vnde dicit Apostolus. Si charitatem nõ habuero, nihil sum, quanto igitur minus erũt damnati, qui sunt in inferno? Hunc locum, & alios plurimos eis dominus exposuit ut credo. Et sic tandẽ cum illis comedens sese eis reuelauit, & nimis consolatos illos reliquit. Vtinam diuina ipsius maiestas mentes nostras hoc modo clarificet, ut eum
37 optimè cognoscamus, cognoscentesque diligamus, diligentesque in cęlesti gloria illo perfruamur. Amen.

Luc. 16.

Simile.

Simile.

1. Cor. 13.

FINIS.

QVARTA PARS QVADRAGESIMALIS

IN QVA CONTINENTVR OMNES DOMINICÆ, QVÆ IN SACROSANCTA
1 Ecclesia solent decantari, à Dominica in Septuagesima vsque 4
ad Feriam secundam in Resurrectione Domini inclusiuè;
& quartæ, & sextæ feriæ quadragesimæ.

Dominica in Septuagesima.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamilias. Matth. 20.

Bernar.

BEATVS Bernardus sermone quodam de hebdomada sancta dicit. Cùm diuina uerba sint spiritus alimenta, quemadmodum materiales cibi sunt corporis sustentatio, sicut ea, quæ comedimus, sunt in duplici differentia, alia enim ubi primum lingua tanguntur, saporem emittunt, alia uero confracto cortice, quo operitur medulla, in qua inest sapor, suauitatem afferunt, quousque autem cortex iste auferatur, quantumcunque ore uolutentur, semper tamen insipida uidebuntur. Quod uidere est in pomo, & nunc, etenim pomũ, ut ore contingitur, saporem edit, nucem autem prius oportet conteri, nucleumque cortice denudari, & postea eius suauitas innotescit, sic etiam diuinorum uerborum alia esse, quæ statim, ut audiuntur, dulciorẽ, ac suauitatem animæ afferunt, cuiusmodi sunt: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Alia verò, quæ suauitatem hanc non gignunt, nisi
3 prius exuantur cortice, cui iucũdissima medulla subest, quæ aiam alit, & iucunditate reficit, quales sunt uniuersæ parabolę quas dãs prędicauit, quæq. in S. Euangeliis scriptæ sunt: quarum unam hodie præstantissimam nobis S. Mater Ecclesia proponit: cuius corticem diuino auxilio à nobis oportet infringi, nucleumque iucundæ, ac cœlestis doctrinæ, qui sub eo latet offerri.

Simile est regnum cœlorum, &c. Nusquã veteri testamento perimus dñm hãc rempublicam, quam habet in terra, cœlorum regnum appellasse, sicut hodiè illud nuncupat: & ratio erat, quia ante ipsius aduentum princeps tenebrarum in hoc sæculo dominabatur, Deique principatum tyrannice usurpabat. Veniens autem uerbum Ioan. 12.
5 diuinum incarnatum, ut principem tenebrarum ab hoc regno expelleret, sicut ipse Dominus dixit, Nam princeps mundi huius eijcietur foras, liberam iam rempublicam illam ab illa tyrannica seruitute regnum cœlorum uocat, & sic illic subdidit dicens: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. Ex quo cognoscetis dilectissimi fratres quanto meliores, & spiritaliores patribus illis ueteris legis esse debeamus: quandoquidem iam misera illa captiuitate redempti sumus, ut sicut spiritales, cęlestesque uiuamus. Hoc Rom. 6.
tanquam sufficientem rationem adducit B. Paulus ut nobis peccatum fugiendũ esse persuadeat, dicens: Peccatum uobis non dominetur: nõ.n. estis sub lege, sed sub gratia.
6 Et in hac parabola confert Dominus Christianos operariis a Patre familias ad laborandum in uinea conductis. Quod ut melius intelligatis: animaduertendum uobis est totam Philosophiam Christianam in 1. Tim. 1.
duas partes esse diuisam. Altera est finis: altera uerò media ad finem consequendũ. Finẽ autẽ esse charitatem docet B. Apostolus dicens: Finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.

Huc omnia legis præcepta,& consilia dirigũtur,videlicet,ut Deum, ac proximos diligamus.Nam ſm Theologos unus, & idẽ eſt habitus, ex quo hic duplex actus, quaſi duplex ramus ex una ſtirpe procedit. Cũq; ad hunc finem conſequendũ complura requirant,in hunc finem oia ferè tendunt, ut ſuijpſius amor effrænatus ſupereſt.Effrænatus(inquam) quia quandiu hic amor rõnis
7 diuinæq; legis terminis ſeptus tenetur, nõ eſt malus,ſed bonus, proprium.n.ſui amorẽ Deus homini tribuit, ut ſuiipſius rõnem haberet,uitæq; ſuæ cuſtos exiſteret, qui ſi hos terminos præterit, in plurimos morbos ſpiritum inducit, uec in ſimul cum Dei amore commorari poteſt.Et q̃q̃ Dei amor ex natura ſua dulcis eſt atque ſuauis, ea tñ media,quibus hic amor impetratur, laborioſa eſſe conſueſcũt,ſicut corporis ualetudo dulcis & iucũda eſt hoĩbus,medicamenta uero, quæ ad eam conſequendam præparantur,plerunque amara eſſe ſolent, qa ad charitatẽ adipiſcendã neceſſe eſt (ut antea diximus) nos cũ effrænato noſtri amore debellare,cęteroſque oẽs affectus,qui ex hoc proprio amore dimanant,ieiunijs, diſciplinis,orõnibus,lachrymis, alijſq. q̃plurimis
8 pœnalibus operibus ad hæc neceſſarijs oppugnare.Idcircò D.Paulus ait:Qui Chriſti Gala.5. ſunt,carnẽ ſuã crucifixerunt cum uitiis, & concupiſcentiis. Quid autem difficilius, q̃ hoĩem propriam carnẽ crucifigere? Etſi, ut uera loquar,hæc pœnalia opera iis ſunt diffiçiliora, & laborioſiora, qui ea rarius exeOrig. ſup quunt. Et ita declarat Origenes uerba illa Paul. D.Pauli dicentis:uelle adiacet mihi,pficere aũt non inuenio. Affirmãs S.Apoſtolum Rom.7. hic loqui de hoĩe denuò iuſtificato,qui peculiariter habet uoluntatẽ, & deliberationem ad bonũ,ſed perficere non inuenit, qa per habitũ contrariũ diu inueteratũ retrahit ab exercitatione uirtutis,uel ſaltẽ maiore cum labore illam operat. Idcircò initiis maxima patientia opus eſt, & efficaciter à Deo ſubſidium poſtulari debet.Vir autem iuſtus ſanctis exercitationibus aſſuefactus,
9 non tantã moleſtiam in eis ſentit, etſi ſatis magnũ laborem patitur,quia,ut ſapiens di-
Sap. 9. cit,corpus,q. corrumpitur, aggrauat aiam.
Rom.7. Et hoc eſt qđ B.Paulus dicebat ubi ſupra, uideo aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ, atq. ideo magno cũ dolore querebat inferius dicens: Infęlix hõ quis me liberabit de corpore mortis hu-

ius? & rñdet dicens.Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dñm noſtrum.Itaq. tam qui tyrones ſunt, q̃ eos, qui in uirtute proficiunt, gratiam a Deo patre per merita Ieſu Chriſti filii eius diligenter oportet expoſcere, qua hæ pœnales exercitationes facilius pferant, ſiquidem in eis oẽs labores inueniũt. Cum igit ita ſit, q. Chriſtiana uita hos labo 10
res,ac difficultates ſecũ habet,meritò Chriſtiani à Chriſto Redẽptore noſtro operarii nuncupant,operarii(inquam)in uinea labo Pſal.103. rantes,nullum.n.prædiũ crebriorem exercitationem,maioremq. diligentiã requirit, q̃ uinea.Dies aũt,in quo dicit S.Euangelium laborem hunc eſſe adhibẽdũ,eſt hoĩs uita: ſic eam uocauit Dauid. Dies eius tanq̃ flos agri, ſic efflorebit,non eam uocat plurimos dies,ſed unũ diem,& idcircò nõ dixit,efflorebunt,ſed efflorebit.Plurimæ extãt rõnes, quare hoĩs uita diei comparatur, ex illis tã unicam aſſignabo,ſ.quia dies ad laborandũ, nox autem ad quieſcendum fuit inſtituta: etſi nunc uiceuerſa ſit.Aduertite igit diem, qui eſt uita ad laborandũ,atque merendum fuiſſe factũ, non ãt ut in uanitatibus conſu 11
mat.Nox uerò inſtituta fuit, ut in ea iis perfruamini,quæ in die pro meriti fuiſtis.Ideò dñs futuram uitam noctem uocauit,dicens, ueniet nox,qũ nemo poterit operari. Et ſic Ioan.9. dicit D.Paulus: Oẽs uos manifeſtari opor- 2.Cor.5. tet ante tribunal Chriſti, ut referat unuſquiſque propria corporis prout geſſit, ſiuè bonum,ſiuè malũ. Diligenter penſate qũo dicit.Propria corporis, ut ſignificet hoĩem mereri, aut demereri poſſe quandiu aĩa in corpore perſeuerat,nõ aũt poſtea. O ſi hæc uerba in mentib. noſtris ſemp impreſſa deferremus,quam aliter,ac uiuimus, uiueremus? Hic dies incipit ab hora prima,hoc eſt,ex quo hõ ratione incipit uti, & ſic hora prima eſt pueritia,uſq. ad quindecim annos paulò magis,minus vè.Hora tertia cum Sol iam calidior apparet,eſt adoleſcentia,à decimoquinto uſq, ad uiceſimũquintũ annũ. Hora ſexta eſt meridies,cũ Sol in toto 12
uigore perſiſtit. Hæc eſt à uiceſimoquinto uſq. ad quadrageſimũ annum,quæ eſt ætas uirilis,& tunc eſt clarior,ac perſpicacior hominis intellectus,tunc maiores,atque robuſtiores ſunt uires,tunc ardentioribus tentationibus contorquet, tunc deniq. urgentioribus concupiſcentiæ flãmis aduritur. Hoc Pſalm.55. eſt periculoſius tps. Ideò Dauid dicebat: Ab altitudine diei timebo: ego uero in te ſpe-

ſperabo.Altitudinem diei virilẽ appellat ætatẽ.Et de hac poteſt itelligi,quod paulò anteà dixerat.Miſerere mei Deus,qm̃ conculcauit me homo.i.hæc virilis ætas.Hora nona eſt cùm iam ſol ad occaſum appro-
13 pinquat, hoc eſt, à quadrageſimoquinto uſq; ad ſeptuageſimum annum.Hora autẽ undecima eſt à ſeptuageſimo,uſq; ad finẽ, cũ iam uix una uitæ hora ſupereſt.In oĩbus his horis uocat Deꝰ homines ad ſui myſteriũ,q. ſi quis quærat, cur Dñs illos oẽs manè ſimul nõ conduxerit. Ad hoc reſpõdeo Deum oẽs ſingulis horis accerſire.Quia ãt quidam in infantia,alij in iuuentute, alij in uirili ętate,alii uerò in ſenectute Dei uocibus rñdent:idcircò hæc tpum diuerſitas hic aſſignatur.Videbitis quoſdam pueros, qui ubi primũ ad rationis uſum peruenĩũt, ſtatim affectuoſiſſimè,atque feruentiſſimè Deo ſeruire incipiunt.Hi ſunt,qui præſtantiſſimi Dei ſerui eſſe,illiuſq; honorẽ totis uiribus,totoq. conatu defendere, præcla-
3.Re.17. raſq. ſpiritalibus hoſtibus uictorias reportare conſueſcunt. Cùm Dauid ĩ conſpectu
14 Saulis appareret,adoleſcentulꝰ ad huc exiſtens,dixit ei.Ego ſeruus tuus uadã, & pugnabo aduerſus Philiſtęum.Dicentiq. illi regi:non uales reſiſtere Philiſtæo iſti, quia pueres,dixit Dauid. Paſcebat ſeruus tuus gregẽ,& ueniebat leo,uel urſus,& tollebat arietẽ de medio gregis,& pſequebar eos,& percutiebã,& c.Nã & leonẽ,& urſum interfeci ego ſeruus tuus.Erit igit Philiſtæꝰ iſte incircũciſus quaſi unus ex eis? Sic eſt uerũ fratres,q. qui à tenera ętate tentationibus reſiſtere,uitiaq; a ſe expellere conſueuit,facilè poſteà gigantũ capita amputare,alijſq; grauioribꝰ peccatis poterit repugnare,atq; ab eis uictoriã reportare.Ad hoc bonorum Parentũ ſapiens diligentia multũ cõducit, qui tales ſtatus curant ut filij ſui eligant,in quibus Deo ſeruiũt,nec inordinate, & fine
15 uiuendi rõne procedant.Referẽs ſacra Scri Gene.4. ptura Cain,& Abelis ortum,& exercitationes,q̃bus intendebant,incepit ab Abel,etſi minor erat ętate dicẽs fuit aũt Abel paſtor ouiũ,& Cain Agricola ſignificãs in hoc bonos,licèt ętate ſint poſteriores,in ordinãda tñ uita,certaq; uiuẽdi rõne ſuſcipiẽda eſſe priores, ut aliquibus exercitationibus intendentes occaſionem non habeant effundendi ſe per uitia.Prophetãs Eſaias de tpe Eſa.35. legis gratiæ dixit:Erit ibi ſemita, & uia ſancta uocabitur. Via ampla eſt ſæcularium uita,ſemita verò arcta eſt religioſorum uirorum uiuendi rõ, quia ad plura faciẽda tenentur.Maximum uerò malũ eſt,in tpe legis gratię,ubi hęc duplex uiuendi rõ ſuppetit,nõnullos eſſe Chriſtianos, qui neutram uelint apprehendere. Nulliq; ſtatui uelint acquieſcere, hi profectò in maximo condẽ 16
nationis periculo uersãtur. Quapp fratres chariſſimi diligenter curate, filios ueſtros ab infantia diuinũ amorẽ, & miniſterium erudire,ut in utro horũ duorũ ſtatuũ,quos Eccleſia com,pbauit,Deo deſeruiãt.Alij ĩ iuuẽtute diuinis uocationibus rñdent;etſi quę noſtra eſt miſeria,ſatis pauci ſunt.Cũ Deus præcepit Moyſi,ut montẽ aſcẽderet, Exo.24. quò cũ eo magni põderis,ac momẽti negotia tractaret,q̃n Moyſes deſcendit à mõte, arã ex duodecim lapidibus,ſiue(ut alij legunt)ex duodecim coiõnis erexit,ut ſignificaret,Deũ uniuerſas duodecim tribus ſub ſua ꝓtectione recepiſſe,nulliq. repuliſſe. dicitq. ibidẽ.Miſit iuuenes de filiis Iſrael, & obtulerũt holocauſta,immolarũtq. uictimas pacificas Dño uitulos duodecim.No
tate per charitatẽ qũo Moyſes ad iucũdũ illud Deo ſacrificiũ offendendũ de ũngulis tribubus ſingulos adoleſcentes elegit.Ete 17
nim nondũ uiri uix tribu Leui ad Sacerdotiũ fuerãt electi, ſed adhuc primogeniti ſacerdotii munere fungebãtur. Elegit aũt iuuenes tanq̃ puriores,atq. innocentiores,ut p eorũ manus oblatũ ſacrificiũ gratius ẽt Dño.In hac aũt calamitoſa tẽpeſtate q̃ puri,ac mũdi ſint iuuenes,aperte uidetis. Obſtupenda eſt utiq. iuuenũ diſſolutio,atque deprauatio in oĩbus ſtatibus. Alij ſunt q in extrema ætate Dei uocationibus rñdẽt,q. quidẽ ſatis miſerabile eſt, uidelicet hoĩes ad ſe cõuertendos illud tps expectare,cùm iam in uirtutis, ac perfectionis faſtigio eſſe deberẽt. Poſtq̃ nonaginta,& nouẽ annorũ cęperat eſſe Abraham,apparuit ei Dñs,di- Gen.17.
xitq. ad eũ.Ego Dñs oĩpotens, ambula co- 18
ram me, & eſto perfectus, ambula coram me.i.ſm uoluntatem meam uiue,uel uiue quaſi ſi me præſentem uideres,& eſto perfectus,i.eſto fidelis, ſimplex,& rectus. Mirabile eſt,cùm anteà Dñs toties Abrahę apparuiſſet,& ei locutus fuiſſet,plurimaq.,ac maxima promiſſiſſet,nec non, & multa beneficia cõtuliſſet,nunq̃ tñ illi tale præcepit, nec ei dixit.Eſto perfectus;poſtq̃ autem ſenuit Abraham præcepit ei Dominus,ut ſit perfectus, ut cognoſcatis perfectionem in

senibus esse oportere. Qñ ætate prouectus erat, & sæpe numerò cũ Deo fuerat locutus, tunc dicit ei. Esto perfectus. Ex ijs enim speranda est pfectio, nec uerò uelle debemus, ut iuuenes sanctitate scaturiant: nec mirandũ uobis est si in seruo Dei imperfectiones aliquas aĩaduertatis, siquidẽ Abrahæ postq̃ senex erat, dixit Deus. Esto perfectus. Ex quo apparet, etsi antea bonus erat, non tñ fuisse pfectum. Quanq̃ igit expectare hac ætatẽ, ut ea cõuertat̃, in qua Abrahæ
18 iubet esse pfectum, miserabile, magnæq̃ temeritatis est. mirumq; erit eum scire cõuerti, cum iam natura corruptissimis moribus deprauata sit. Notãdum est ẽt denariũ diurnum, quod primis operarijs promisit, cælestẽm esse beatitudinem, quæ in Dei visione, ac fruitione consistit: quæ sic appellat̃, quia est merces obseruationis decẽ pceptorũ. Et sic dixit Deus Abrahæ. Ero merces tua magna nimis. Nunquam Deus satis
Gen. 15. dignam mercedem iustis reddit, nisi qñ semetipsum eis præbet præsuppositа ipsius promissinne unum bonum opus ex ijs, quæ iustus facit, non potest mundus psoluere. Pretiosius est unum iusti suspiriũ pp Deũ editum, q̃ uniuersus terrarum orbis. O infinitam Dei probitatem? Beati, qui tã bono Dño seruiunt, qui ministeria sibi exhibita tam abundanter nouit psoluere. O miseri
licq; Medicos Theologiam audientes, deq; illa disceptantes cerneretis? siq; in Medicorũ classe Theologos medicinam audientes uideretis? Sic utiq; fit in mũdo. Etenim unusquisq. lectione sua relicta ad alterius lectionẽ disceptandã transmigrat. Hæc aũt est una ex maioribus tribulationibus, quæ sunt in Ecclesia Dei, unũquemq. de aliorũ negotijs agere, nec de proprio saluationis suæ negotio rõnem hẽre. De regia uita, de regnoru gubernationibus, de bellorũ ptur bationibus, de Monachorũ, Clericorumq. uiuendi ratione agimus. Omnium recordãtes nostri metipsorum obliuiscimur. Maximum quendã peccatorem comminatus est S. Propheta Isaias Dei noie dicens. Quasi pilam mittet te in terram latam; & spatiosam, ibi morieris. Nota quod pila in latum campum dimissa adeo decurrit, ut deperdatur, in cubiculo autem proiecta, statim, ad manum reflectit. Hoc est supplicium, quo puniri consuescunt, qui sui ipsorum obliui scuntur. Etenim permittit Deus illos à diabolo in latissimos quosdam negotiorũ, alienarumq̃ uitarum campos quasi pilas immitti, atque illic spiritaliter mori, mortalia murmurationum, aut infamiarum peccata committentes. O infœlix homo, qui tanquam pilæ Sathanæ de uno in alterum negotium iactitaris, neque uero de saluatione tua agere recordaris.

6

Isai. 10.

7

De hoc etiam mysterio dominus toties loquebatur, quia sibi ab æterno Patre fuerat cõmendatũ, sicut ipse dixit. Sicut mãdatum dedit mihi pater, sic facio. In quo nos docuit crebriora colloquia nostra de ijs rebus esse oportere, quæ nobis dominus hoc sęculo pręcepit operari. Sic nos admonet Spiritus sanctus, dicẽs: In sensu sit tibi omnis cogitatus Dei, & omnis enarratio tua i pręceptis altissimi. Diligẽter ꝑpedite qũo prius admonemur, ut sãcta cogitemus, postea uero de illis loquamur, nam ex uno alterum sequitur. Profecto fratres si uere, & ex aĩo Dei mysteria, atq. præcepta cogitaremus, sæpenumero de illis loqueremur, & aliter illa adimpleremus, q̃ adimplem⁹. Vt autem de illis non cogitamus, neque etiam loquimur, neque adimplemus.

Ioan. 14.

8

Eccl. 9.

Ecce ascendimus Hierosolymam, & cõsummabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas de filio hois. Valde notandum est, cũ dñs de sanctissima passione sua loqueretur, filium hominis se appellare conueuisse. Vt, si exaltaueritis filium hominis, oportet filium hominis exaltari? & in hoc loco. Hoc aũt fecit, ut auferret errorem, q̃ postea in sua sancta Ecclesia consurrecturus erat, scilicet errorem Arrianorum dicẽtium Christum R. N. etiam quantum ad diuinitatem mortuum fuisse. Quos B. Hieronymus tanquam hæreticos nullo fundamento, aut ratione innitentes confudit. Hic non negamus Deum mortuum fuisse, hæc enim propositio uera est: Deus mortuus est ꝓ cõicationem idiomatum. Ducit Rex in uxorem rusticam mulierem, & omnes regis magnitudines rusticæ mulieris esse dicuntur, omnesq. res eius, Regis sunt. Quid secũ afferre poterit pauper rustica, nisi ueterem sartaginem, & confractum labetem? & hæc omnia Regis esse dicuntur. Sic etiam humanitas filia rustici, & tributarij Adæ diuinitati nupta est, & ideo miserię, atq. abiectiones, quas secum attulit omnes Dei esse dicunt. Et sic dicimus, Deus mortuus est, Deus esurijt, Deus plorauit, &c. Diuinitas autem neque mortua est, neque mori potuit. Reuerberat Solis radius in ramum, illumq̃ue clarificat: accedis tu, & scindis ramum, impossibile est te Sblis radium abscindere. Solis radius est uerbũ diuinum, ramusq̃ue uiridis est sancta humanitas, cui cõiunctus est. Abscissus, laceratusq̃ est hic ramus in tormentis, & morte. Rudium autem Solis, hoc est uerbum diuinũ impossibile fuit abscindi, neque mori. Experientia comperitur, q̃ si annulus aureus pretiosam in se habens margaritam inclusam, in acetum immitta tur, margarita dissoluitur, & annihilatur, aurũ uero clarificatur. Est Christus Redẽptor noster annulus aureus, in quo humanitas erat pretiosissima margarita in auro diuinitatis inclusa. Immissoq. Christo Redẽptore nostro in tormentorũ acetũ, pretiosa margarita, quę erat humanitas morte dissoluta ẽ, nam moriens, desiuit esse homo, quousque resurrexit. Diuinitatis ãt aurum, nullum detrimentum pertulit, imo potius clarius remansit, non in se quidem, sed respectu hominum. Nam mortis, ac passionis suæ tempore tot, tantaq̃ue mirabilia operatus est, ut ꝑ ea manifeste Deus esse cognitus fuerit, & ideo dicimus dñm clariorem remansisse, quia clarius, & apertius à nobis cognitus est. Er sic dixit ipse dñs. Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum. Vt igitur Dominus ſignificaret se qua-

Hiero. contra Arrianos.

Simile.

9

Simile.

10

Simile.

11

se quatenus hominem esse moriturum, qñ de morte sua loquebatur, se filium hominis appellabat.

Consumabuntur omnia, quæ scripta sunt per Prophetas. O uitæ reparator, dulcissime aiarum nostrarum amator, quod dicit Dominе? Attende plurima terribilia maximi uituperij, laboris, atq; doloris per Prophetas fuisse p̃dicta. Nunquid tibi non erit aliqua dispensatio, sicut fuit Niniuitis? Omnia complẽda sunt? Omnia utique consummabuntur? O ineffabilẽ Dei probitatem, quã to cum labore suo, suisque expẽsis omnia, quæ nobis p Prophetas, pmisit, adimplet. Quam male autem q̃ nos illi promisim⁹, obseruamus? Si religiosus quidã in forum exiret, ad tauros agitandos, atq; ad arundineos ludos exercendos, quid de illo dicere tis? O quam bonus religiosus? Hęc sũt omnia, q̃ in professione tua promisisti? Tu autem, ò Christiane quid in baptismate, pmisisti? Nunquid non illic tuo nomine dictum est. Abrenuntio Sathanæ, & oĩbus pompis eius? Quomodo ergo nunc isthęc tanto labore, ac solicitudine perquiris? O maximã hominum confusionem: quod adimpleat bonus Iesus ea, quę uobis promisit, tanto præsertim labore, tamq; atroci morte, uos autem ea, quæ illi promisistis tam male cõpleatis, præcipue cum facillime, atque suauissima, & cum maxima spiritus alacritate isthęc omnia facere possetis, si illa uere, & ex animo susciperetis. Sic affirmat Ecclesia sticus, dicens: Qui timet Deum faciet bona, & qui continens est iustitię apprehẽdet illam. Et de hoc dicit ulterius. Iucunditatẽ, & exultationem thesaurizabit sup illum. O admirabilia uerba, ineffabilem Dei erga iustos suos magnificentiam demõstrantia. In quibus hoc primum magnopere uelim perpendatis, qđ sicut qui pretiosam margaritam non cognoscunt, neque eius valorem sciunt, non illam exoptans, sed illi tñ, qui eius pretiũ nouerunt, sic dicit hic Spiritus sanctus eos tantummodo q uirtutem experti sunt, quiq; eam cognouerunt, atq; exercuerunt, illã apprehendere, atque diligere. Hoc etenim significat, qui continẽs est iustitiæ apprehendet illam. Secundò aiaduertenda sunt uobis uerba illa. Et exultationẽ thesaurizabit super eum, ĩ quibus Spiritus Sanctus assiduam iustia alacritatẽ satis apertè manifestat. Nam sicut qui thesaurizat, aurum semper accumulat, nummosq; nummis semper adiungit (hoc enim est thesaurizare, sp in pretiosis nummis aggregandis occupari.) Sic Deus iustis unum gaudium super aliud immittit, unamq; super aliã exultationem in eis accumulat. Hęc negari non possunt, uerba enim Dei infinitæ ueritatis sunt. Quod si aliqui uestrum uerita tẽ hãc nõ estis experti, in uosmetipsos culpã conferre, qui Deũ non timuistis, nec bonum aliquod, sicut oportet, feci stis. Qui autem aliquandiu Deo seruijstis, huius ueritatis testimonium perhibere poteritis.

Simile. Ecclꝰ.15. Simile. 12 13 14 15 16 17

Quocirca unum ex saluberrimis consilijs, quæ spiritualis uitæ Magistri præbent peccatoribus, hoc est, ut gaudij, pacis, atq; trãquillitatis cum sunt in peccato recordẽtur, qua fruebantur cum Deo seruiebãt, & quod ei promiserant, adimplebant. Ea propter eijciens Dominus Adam ex paradiso uoluptatis, illum in loco quodam collocauit, ex quo videre poterat paradisum illũ, quem propter peccatũ suum amiserat. Et hoc etsi in translationis nostræ contextu non est, translatio tamen septuaginta interpretum dicit. Posuit autem Deus eum in illo loco, ut recordaretur gaudij, & tranquillitatis, qua illic fruebatur: seque illam propter peccatum suum perdidisse, ab eo conuerteretur, atque ad Deũ per pœnitentiã rediret. Dicitur de Hebræis captiuis. Psal. centesimotrigesimosexto: Super flumina Babylonis illis sedimus, & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. Cauete ne super Babylonis flumina sedeatis, pessima. n. est sedes, transite, currite ulterius, ne in re tam mala demoremini. Flumina Babylonis, & confusionis sunt honores, uoluptates, & cupiditates huius sęculi. Quæ ut hoĩes acquirant, manifestè cernitis quot confusiones, & tumultus excitentur. O flumina Babylonis, ubi tot quotidie hoĩes demerguntur? Quod si (quę uestra est miseria) in eis aslidetis, ne obliuiscamini Sion, ideſt, pacis, ac uoluptatis, qua fruebamini, & statim lachrymarum flumina ex oculis emittetis, cum uos in tam misero statu sedere uideatis. O quem sensum, atque afflictionem hẽt anima, quæ in peccato commorans illius temporis recordatur, quo in diuina gratia existebat.

Psal. 136. 16 17

Et consumabuntur omnia. O quam plurima hic continentur. Deus pro me mortuus Deus, p me illusus, atq; dedecoratus est. O lapidibus duriores, qui cum talia audiant,

diant, amore non liquefiunt. Quia pueri q
4.Reg.4. dam Eliseum Prophetã illuserũt, nisi exie
runt de mõtibus, & quadraginta duos pue
ros occiderunt. Quod si de pueris Hierico
tantum supplicium sumptum est, quomo
do Domine non fuerunt ursi, neq. leones,
4.Reg.6. qui ministros illos iniquitatis, qui te illuse
runt, interficerent? Quia Michol ludẽtem
atque humiliatum coram arca Domini ui
18 rum suum Dauid derisit dicit diuina scri
ptura, quod in pœnam huius culpæ sterilis
facta est, & non est natus ei filius usque in
diem mortis suæ. Eos Domine, qui seruos
tuos irrident, tam acriter punis, ij uero, qui
te illudunt, sine repentino supplicio rema
nebunt? O quam admirabilis doctrina hæc
siquidem Dominus nobis significat quan
tam de seruis suis curam gerat, ut nos in
nostrismet causis patientiã habeamus quã
do aduersarij nostri nos fuerint persecuti.
Deus nõ honorem quidem suum, sed ami
corum suorum repente propugnare cõsue
scit. Lætamini, ò iusti, non enim vos Deus
obliuiscitur, sed dicit illum, qui uos tãgit
pupillam oculi sui tãgere. Qui tetigit uos,
pupillam oculi mei tetigit.

Zacha.2. 19 Iudit.7. Isai.21. 20

Veruntamen quæret aliqs, quare sancta mater Ecclesia hoc nobis hodie Euangeliũ proponit? Dico illam hoc facere, ut nos cõfortet ad pœnitentiam uiriliter susciendam. Dicuntur Madianitæ ad terram Israel uenisse, quorũ numerus erat quasi multitudo locustarum, cameli autem innumerabiles sicut arena, quę iacet in littore maris, quos ut filij Israel superarẽt, dixit Gedeon eis, quod me facere videritis, hoc facite. Nõ utique dixit, facite quod præcipio, sed qđ me facere uideritis: ubi primum urnam meam confregero, confringite & uos uestras, & sic uictoriam adepti sunt. Sãcta mater Ecclesia oppugnatura Madianitas, ideſt diabolos supernum Ducem Gedeon, ideſt Iesum Christum confractam habentem urnam, id est, sacratissimum corpus suũ multis plagis, atque uerberibus laceratum habet, qui quidem nobis dicit, quod me uideritis facere facite, & sic uictoriam comparabitis. Quamobrem comedentes, & bibentes surgite Principes, & arripite clypeum, ait Isaias. Eia milites Iesu Christi, ex uoluptatum uestrarũ mensis exurgite, & patientiæ scutum constantes accipite.

Etenim Dux uester Iesus Christus ascẽdit Hierosolymam, & tradetur gentibus,

&c. Elephantes turpes, & remissi effusum cruorem aspicientes magno furore con- 1.Mac.6.
citãtur. Et sic dicitur. Elephantis ostẽderũt sanguinem uuę, & moræ ad acuendos eos in prælio. Hoc artificio utitur hodie sancta Ecclesia considerans q̃tumuis remissi, & debiles sint hoĩes, ad uiriliter decertandum uires, atque animum accepturos esse, si eis pretiosissimus sanguis, ac mors Dñi nostri 21
Iesu Christi ante oculos proponatur. De Ioseph Arimathia dicit D. Ioannes, Quod Ioan. 18.
erat discipul⁹ Iesu occultus propter metũ Iudæorum. Postquam autem sacratissimũ sanguinem suum illum effundere perspexit, tam constanti pectore remansit, ut de il Mar. 16.
lo dicat Beatus Marcus. Audacter introiuit ad Pilatum, & petiit corpus Iesu, ut q̃tum animam Iesu Christi sanguis effusus suis fidelibus addat cognoscatis. Maximum est cum Dominicæ passionis cõsideratione pœnitentiam aggredi. Vnde quãdo Dauid pœnitentiã egit, & Psalmũ quinquagesimũ composuit in eo misericordiam à Domino implorans in titulum ei posuit. psalmus, Lã- 22
nasseach, quod significat, ubique uincenti, uel danti æternitatẽ, uel effundenti sanguinem, ideſt, Psalmus laudẽ eius, sicut dixit. Dico ego opera mea regi, hoc est, ad laudem, & gloriã æterni regis Christo consecro opera mea. Quando Dauid dicebat, si hic Psalmus meus in laudem illius effusoris sanguinis, Iesum Christum crucifixum contemplabatur, quemadmodum cum dixit. Foderunt manus meas, & pedes meos, Psalm.21.
& dinumerauerunt omnia ossa mea. Sanctissimos illos pedes, ac manus animo contemplans spiritualibus oculis præuidebat. Sic oportet te, ò frater, pœnitentiam tuam exordiri, ut oculos, cor, ac fiduciã in illo cœlesti Domino crucifixo constituas, qui æternũ Patrem placauit, & cui⁹ passio tam pretiosa nunc est, sicuti quando mortuus est in cruce. Ideirco dicit propheta. Tu es Sacerdos ĩ æternum, id est, tã efficax 23
est hodie oblatio illa in conspectu Patris, Psal. 119.
quam illa die, qua mortuus es, & sic erit in æternum, & si mũdus duraret in æternum, & quotidie peccarent homines, sicut hodie peccant, in æternum passio illa ualeret. Et sic quando Nathan dixit, Dominum illi peccatum dimisisse, elegantissima quadam phrasi dixit. Trãstulit Dominus peccatum 2.Re.12.
tuum à te, id est, transtulit ab humero tuo onus, & posuit supra dorsum suum, ut illud

pro te in cruce persoluat. Et attendite mysterium,etenim postquam Dominus hæc illi dixerat,eum in infantis,qui ex adulterio natus fuerat,morte puniuit. Et in pœnam etiam illius peccati, filium eius cõtra eum consurgere permisit,ut cognoscatis remissa culpa Deum pœnas atque labores pro purgatorio immittere consuescere. Ideò Hieremias dicit. Castigasti me Domine, & eruditus sum,quasi iuuenculus indomitus, cõuerte me, & conuertas, quia tu Domine
Hier.31. 24 Deus meus,postquam conuertisti me, egi pœnitentiam,& postquam ostendi mihi,percussi fœmur meum. Perpendite quomodo postquam conuersus est,eum Dominus docuit,ut carnem suam flagellaret,atque affligeret. Percutere fœmur,est corp⁹ ieiunijs,
Psalm.50. & flagellis castigare, præoccupando manũ Domini,ut placabilis fiat. Dicebat quę Dauid. Miserere mei Deus, secundũ magnam
Exo.32. misericordiam tuam. Olim Dæus, per merita Abrahæ, Isaac, & Iacob, consueuerat
Hest. 13. exorari,ut patet,quod faciebat Moyses pro
Dani.13. populo misericordiam ab illo efflagitans, & dicens. Recordare Abraham, Isaac,& Iacob,&c. Sic orabat Hester dicens: Deus Abraham,Isaac,& Iacob. Sic etiam Daniel. Captiui populi libertatem implorans precabatur, dicens. Propter Abraham dilectũ tuum,& Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum. Dauid autem nõ hoc quidem
25 dicit: sed, Miserere mei, secundum magnam misericordiam tuam, id est, passionem Christi,quæ fuit magna misericordia Dei. Hanc igitur allega tu,ò frater in initio pœnitentiæ tuæ.

Considerate cadauer ex longo tempore occisum,uermibus plenum. Ecquid in illo est,quod resuscitari mereatur? Minus utique est in anima in lethali culpa existenti: quę adeò corrupta,atque immunda est, ut nulla hominum lingua satis digne ualeat explicari. Quibus igitur meritis poterit impetrari,ut hæc anima cũ omnibus pręteritis meritis reuiuiscat,nisi hoc per Iesu Christi merita,& passionẽ efficiatur. Idcirco sa-
26 pientissime agit sancta Ecclesia,de hoc pijssimo mysterio in principio pœnitentiæ. Etiam nobis hoc hodie proponit Euãgelũ, ut mundus,qui hoc tempore cum suis tympanis,tripudijs,atque tumultibus erumpit, quibus nos ad malum ꝓuocat,in cordibus nostris non tantopere inualescat. Legitur in
1. Re.14. primo libro Regũ,Saul admiralle populum. dicens: Maledictus uir, qui comederit panem,usque ad uesperam,donec uleiscar de inimicis meis. Et non manducauit uniuersus populum panem. Omnisq; terrę vulgꝰ uenit in saltum,i quo erat mel super faciẽ agri. Ingressus est itaque populus saltũ, & apparuit fluens mel,nulluscq; applicuit manus ad os suum: timebat enim populꝰ iuramentum. Si ergo Saulis imperium apud integrũ exercitum tãtum ualuit,ut cũ ma- 27
ximè esurirent,ne manibꝰ quidem exiltentes in agro fauos mellis attingerent: maior ratio erit,ut uos vestrarum inanium uoluptatum dulces fauos relinquatis,animaduertentes hoc nõ solum à Duce vestro,Rege vestro,Deo vestro uobis pręcipi,sed etiã uos efficacissimo exemplo doceri.

Notandum est etiam quando boni filij Genes.9.
Noe dormientis patris uerẽda texerunt,dicere illic sanctum textũ. Pallium imposuerunt humeris suis,& incedentes retrorsum operuerunt uerẽda patris sui. Itaq; retrorsum ambulantes eiꝰ nuditatem operuerũt. O Iesu Christe fidelis patris tui Adæ per culpam nudati,charitatẽ,qua homines dilexisti ad illum operiendum pallium effecisti. Charitas quippe operit multitudiné pec- 28
catorum. Si quis cælestem hũc Dominum grauissimam crucem humeris baiulãtem interrogaret dicẽs: Quo tẽdis, ò dulcissime Redẽptor? Diceret ille. Vado ad Patris Adæ nuditatem operiendam. Quod autem medium ad hoc faciẽdum assumis? Retrorsum (diceret) incedo,crucem,mortemque suscipio. Quid dicis humana ratio? Deus retrorsum,atque uice uersa incedit. Etenim creator nõ debebat pro creatura soluere,nec sese auere, vt illam indueret,pręsertim cũ scriptum sit. Filius nõ portabit iniquitatem pa- Ezec.18.
tris. Quomodo igitur tu Domine ꝓ patre debitum exoluis, & contra humanam prudẽtiam facis? Etenim manus pro capitis defensione periculum subire debet,nunc aũt caput pro totius corporis defensione labori- 29
bus,ac morti obijcitur. O admirabilẽ Dei charitatem,qui omnia uincit,& retrorsum incedit,adeò se humilians, atq. abijciẽs,vt nuditatem nostram operiat? O infelix pec- 28
cator,quomodo pudore nõ confunderis uidens quando agimus de ijs,'quæ filius Dei passus est,ut nuditatem tuam operiret, tũc te pœnitentiam,atque pudorem exui,turpitudinesque,& prophanitates tuas manifestare? O Deus infinitę maiestatis,per ineffabilem

bilem clemẽtiam tuam te deprecor: ut horum infœlicium oculos adaperias: ut tantum malum aperte cognoscant. O quanto pere calamitatem hanc multo ante á lamẽtabat Isaias Propheta,dicẽs. Et uocauit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletũ,& ad plãctum,ad caluitium,& ad cingulũ sacci,& ecce gaudium,& lętitia occidere uitu-
30 los,& iugulare arietes, comedere carnes,& bibere uinum. Comedamus, & bibamus, cras.n.moriemur. O quam opportunè hęc uerba hũc adducũtur. In tantam cæcitatẽ, atque Dei obliuionem populus deueniet (ai Dñs,) ut cum ad pniam agendam, culpasque suas lamentandas conuocentur, eo tum cura oís sit edendi,& bibendi. Hoc autem, quia cras moriemur, quia cras aduenier. Quadragesima,nec sicut nunc, comedere poterimus. Aiaduertite quam ad litEram S. Propheta ea,quæ hoc tempore facimus,refert;etsi non oĩa,nã ille de cibis, & potibus,tãtummodo loquitur,nunc autem ad alias plurimas dissolutiones, atq; flagitia ulterius progredimur? Aduertite igitur, q illic addit S. Propheta,dicẽs; Et reuelata
31 est in auribus meis uox Dñi exercituum; si dimittere iniquitas hæc uobis donec moriamini,dicit Dominus,O terribilia uerba, quo cum tam metuendam sententiam audiamus,toto corpore non trepidamus? Ecquis hæc audiens non se in terræ cauernas immittit,ubi nec uideat,nec audiat? Vt igitur ijs omnibus remedium adhibeatur,hoc
Tob.2. hodie nobis proponitur Euãgelium. Cum uir S. Tobias grande in Dominicæ festiuitatis die conuiuiũ præparasset,iamque ad mẽsam consedisset, illi nunciatum fuit in foro Hebrœum mortuũ iacere, qui conuiuio derelicto ad eũ sepeliendum prexit, postea panem suum cum lachrymis comedit. Nouit sancta Ecclesia uos nõ in Dñi quidem sed in Sathanæ festiuitate conuiuia prepa-
Genes. 27. rasse,& mortuum uobis hodie proponit, mortuũ autem non quemcunque, sed filiũ Dei,ut conuiuia,& uana gaudia relinquatis,atque hunc diuinum defunctum cũ maximo cordis dolore deploretis. Verũ proh dolor filius quippe Dei,nec efficacissima
32 eius passio prophanitates istas sufficir euertere. Valde miserandum est Deum apud nos tam parum ualere. Iacob uestem Ioseph filij sui,sanguine cruentatam perspexit,& statim suam abscidit. Nobis autem hodie caro sacratissima Iesu Christi, uestis æterni verbi cruore perfusa ante oculos offertur,nec uero uiscera dissecamus, sed potius gaudijs,ac uoluptatibus indulgemus. Et peius est,qđ se excusant dicentes omnia esse leuia,& uænias,quæ parum obsũt. Ad quod respondeo ex nænijs,& iocis ad pecca ta grauissima deueniri. Legit mortuo Saul, ducem,Saulis nomine Abner cũ copiis 2.Reg.2.
suis,& Ioab ducem Dauid cũ exercitu suo, qui erant aduersarii, iuxta piscinam Gabaon in unum conuenisse, camque è re- 33
gione sedissent ij in una parte piscinæ, & illi ex altera,dixit Abner ad Ioab; surgant pueri,& ludant coram nobis, & respondit Ioab. surgant. surrexerunt ergo, & transierũt numero duodecim de exercitu Abner, & duodecim de pueris Dauid. Apprehenso que unusquisque capite comparis sui desixit gladium in latus contrarii, & ceciderunt simul. Ecce ludorum finem. Etenim omnes uigintiquatuor illic occubuerunt, Ex quo subsequutum est,quod ibidem dicitur: & ortum est bellum durum satis in die illa,ecce quomodo ex ludis, & iocis ad seria,& inde ad alia grauissima damna deuenitur. O quot in his diebus iocari incipiũt, & ad totam Quadragesimã,atque ad totũ annum,& aliquando etiam ad totam uitam iuimicitiis remanet intricati. Per charita- 34
tem Dei uos rogo fratres,ut ad hæc aduertatis,nec uos tam dissolute perdatis.

Et die tertia resurget. O benedictꝰ sit talis Deus,q post tristes,hilares statim,atq; iucũdos nuncios refert. Hic est huius optimi Dñi stylus una manu punit, & altera pmulcet,una percutit,& altera lachrymas abstergit. Dicit sponsa. Lęua eius sub capite meo, Cant. 2.
& dextera illius amplexabitur me, brachiũ amplexãs oportet esse dexterũ: qđ est ad ciendũ,permulcendũ,atq. adiuuandum dexterius. In quo significat maiores dulcores,atq; indulgentias,quibus Deus suos cõsolatur,quam labores,quibus illos affligit. O quot consolationes in medio uarius angustiæ Deus seruis suis immittit, ut anima oĩa infortunia dispiciat,& uictoriam reportet. Vidit B. Ioannes,fœminã sole coop- Apoc. 12.
tã stellarũ diadema in capite habentem,lunãque ipsius pedibus subiacentẽ, & draconem eius partem expectantem,ut illum de- 35
uoraret. Hoc accidit animę iusti,habet,qꝑpe draconem expectantem boni operis partum,ut illum deuoret. Veruntamen quãdo est uirtutibus circũdata,soleq; operta q. est

Dei auxilium, atque protectio, lunam sub pedibus collocat, hoc est, mũdi uanitatem, ac uarietatem despicit. Et quanuis ante se persecutionis, & laboris draconem perspiciat, nihil eum æstimat.

Et ipsi nihil horũ intellexerũt. O obscurata hominum ratio dolorem, & crucis materiã non intelligitis? Nonnullos homines uidebitis, qui adeò prudens iudicium, perspicacemque mentem habẽt, ut non regnũ tãtum, sed orbem etiam uniuersum ualeãt gubernare. Adeò uero diuinarũ rerum ignari, atque inepti sunt, ut obstupẽdi sint uisu. Sunt quasi bubones, qui noctu optime uident, die uerò nihil cernunt: & alij passeres ad eorum oculos comedendos accedũt. Sic ij sapientes sunt, ut faciant malum: bonum autem facere nesciũt. O bubones, bubones nihil nisi nocte uidetis, nihil intelligitis, ni si quomodo adquirendę sunt diuitię, quomodo proximus decipiendus est, quomodo secularis honor impetrandus est, &c. Quomodo autẽ carnem uestram crucifigi, passio nesque uestras oportet mortificari, de his nihil intellexistis. Simile.

Erat enim uerbum istud abscõditũ ab eis. Factum est autem. Cũ appropinquaret Hieri co, &c. Cæcus quidam clamabat dicẽs, Iesu fili Dauid miserere mei. Clemẽtissimus autẽ
37 Dominus, sistens eius oculos adaperuit. Admirabile mysterium fuit, quod eo tempore quo Christ⁹ Redemptor noster de sacratissima passione sua loquebatur, hic cęcus uisum reciperet. Vt ex hoc intelligeremus uera medicinã, quæ cæcitatibus nostris medetur, passionem esse Dominicam.

Aristot. ¶ Peccator in diuinis literis cæcus appellatur, atque etiam Philosophus dixit. Omnis peccans est ignorans, nõ peccans, quia ignorans. Sic enim nullum esset ex pura malitia peccatum, sed ignorans, quia peccans. Aquila ut ceruum superet, dicitur in arenam se conferre, & ibi se euoluere, alasque puluere onerare, & super cerui caput imposita illud tenacissimis unguibus apprehendens, astu-
38 tissime puluerem illum super cerui oculos incipit excutere, quousque illum excæcat; postquã autem excæcatur, cum nõ uideat, ubi incedit facile præcipitatur, & in frusta cõteritur, & ita illum aquila comedit. Hæc est ars Sathanæ, etenim tot uanas, ac turpes cogitationes in hominis intellectum immittit, ut, nisi malas istas cogitationes homo diligenter expulerit, antequam eas uoluntas amplectantur, illũ excæcet. Et sic cæcus peccator in mille peccata probabitur, atq; in plurimas insanias incedens ad uniuersam Sathanæ uoluntatẽ adimplẽdã libẽter attrahitur. Cæc⁹ arbitratur, se à nemine uideri, cũ tamen ab omnibus perspiciatur; sic etiam peccator cum Deum non uideat, 39
nec se ab eo uideri suspicat. Et ita dicebãt illi, quos De⁹ Ezechieli Prophetæ, ostẽdit, cum plurimas abominationes admitterẽt. Rom. 1.
Non uidet Dñs nos, dereliquit Dñs terrã, & sic dixit B. Paulus, ad Romanos, de peccatoribus quibusdam, sicut non probauerunt Deũm habere in notitia. Hic est uerus sensus. Nesciebãt, neque cogitabant malitiam suã à Deo itelligi, sicut stulta Perdix cũ ca-
put habet absconditũ, nec aliquem uidet, Simile.
arbitratur se à nullo uideri: & accedit canis eã q̃ præ dẽtibus defert. O cæci peccatores nunquid Deum omnia uidere dubitatis? Et
sicuti dicit Iob. O culi eius super uias homi Iob. 35.
num, & omnes gressus eius considerat. Et q̃
dem nisi uobis opportunum remedium ad
hibueritis, cum min⁹ arbitrati fueritis, uos 40
præ iustitię suæ dẽtibus deferret. Vnum autẽ ex singularibus remedijs est p̃tiosa Domini nostri Iesu Christi passio. Etenim hæc animæ cæcitates illuminat. Sanctus Tobias senex hirundinis stercore excæcatus est, ut
dicit. Tobię, 2. Nec uisum recuperauit, quo Tob. 2.
usque ei impositũ fuit fel contritum piscis. Sic plurimi sunt huius seculi stercore, & ĩmũditijs excæcati. Talia enim esse reputabat B. Paulus quando dicebat. Omnia arbi Philip. 3.
tror, ut stercora, ut Christum lucrifaciã, quibus igitur medicamentis hi cæci uisum recipiẽt? Piscis utiq; felle. O piscis sacratissime in amarissimis miseriarum aquis educate Iesu Christe fili Dei, fel tuum, (quæ est sanctissimæ passionis tuæ amaritudo) cõtritum, & consideratum, ac sępius ruminatum mentis oculis impositum illos clarificat, & illuminat, ut peccator mala sua cognoscat, atque illorum ueram pœnitentiam agat. 41
Quod cum ita sit fratres charissimi ex hac singulari medicina fructum percipite, quæque filius Dei pro uobis passus est, profunde considerare, etenim hoc est contritum sol oculis imponere, & sic uisum recuperabitis, hoc est quãto sit uestra iniqtas, cognoscetis, siquidẽ tanto medicamine indiguit, ueramque transactæ uitæ pœnitentiam facietis, gratiamque in hoc sæculo, & in futuro gloriam consequemini, Amen.

Feria

Feria Quarta Cinerum.

Cũ ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes, &c. Matthæi. 6.

1 IVSTITIAM esse bipartitam Propheta testatur, cuius altera pars est. Recedere à malo, altera uerò Facere bonum. Atq. idem hodie nos sancta mater Ecclesia tam dictis, quam
Psalm. 33. factis erudit: cinerẽ uidelicet, frontibus nostris imponens, nosq. his saluberrimis uerbis exhortans: Memento hõ quia cinis es, & ĩ cinerẽ reuerteris. Nos à peccato reuocare conatus? atq. ad hoc nos admonet, ut mortis meminerimus. Vt ãt quàm efficax sit remedium hoc ad uos à peccatis auertendos cognoscatis, rem quandã admirabilem notate, scilicet, hominẽ ex omnibus pœnis, in quas per peccatũ incurrit, ad plura peccata perpetrãda occasionẽ sumpsisse, nisi ex morte, quæ est ẽt pœna per peccatũ illata. Pœna
2 peccati est sensualitatis libertas, quę aduersus spiritum, atque rationẽ semper collucta tur. Ex hac aũt pœna satis cõpertũ uobis est quantam occasionem hoies alia innumerabilia peccata admittẽdi perceperint. Atque etiã ipsa sensualitas ab eis solicitatur, & cõmouetur, quò acrius spiritui inferat bellũ. Fames ẽt est pœna peccati. Ex hac itẽ pœna hoies occasionẽ acceperunt, alia plurima scelera cõmittendi, atque in gulã, & ebrietatẽ, & alias inordinationes ĩpius inciden
di, qua sępenumerò ẽt gaudent, vt cum gustu, atque sapore mãducent. Sitis itẽ ẽ pœna peccati, multi ãt illam inquirunt condimento aliquo comedẽtes, vt possint cũ maiori sapore potare. Et ex hac pœna occasionẽ sumpserũt homines tot uinorũ modos ex-
3 quirendi, quibus inebrientur. Nuditas etiã, & uestiũ necessitas originalis culpæ suppli cium est. Ex hac aũt pœna quot uestiũ inuentiones emanarint, satis innotescit, præsertim verò in Hispania, quam ut aliæ nationes amentem appellent, cũ panni uolumine, & forticibus depingũt, quasi dicerẽt: Abscinde quacunque libet: etenim uoluntas tua nõ potest certo cognosci, siquidem nouas quotidie uestiũ rationes depromis. Propter hos autem uestium sumptꝰ, & elegantias quot peccata committãtur, quæ lingua poterit explicare? Domibus, in quibus habitetur, in digeri: pœna etiam est pec-
cati. Ex qua maximæ recreationes præ ædificationum sumptuositate prodierũt. Atque ob hãc causam plurima peccata commissa fuerũt. Inter has autem uniuersas pœnas una ex præcipuis, & grauioribus est mors, ueruntamẽ hæc est utilior. Nemo etenim reperietur, qui ex morte, sicut ex fame, siti, & denique nuditate peccãdi occasionem assũmat. Nullum quippe iter credentes adeò amẽte suspicor extitisse, qui diceret, si quidem forte sẽ cras mihi moriẽdum erit, nunc peccare, Deumque offendere uolo. Nam uerba illa, quæ sunt in libro sapiẽtiæ dicta à pessimis quibusdam, qui se ad malũ faciendum inuicem inuitabant, Exiguum, & cum tædio est tẽpus uitæ nostræ, uenite Sap. 2.
ergo, & fruamur bonis, quæ sunt, & utamur creatura, tãquam ĩ iuuentute celeriter, coronemus nos rosis antequam marcescant, nullũ pratum sit quod pertranseat luxuria nostra, omnia hæc uerba in errore quodam nitebantur, sicut ibidem dicitur: quod dixerunt impij cogitantes apud se, nõ recte, qa ex nihilo nati sumus, & post hoc erim⁹ tãquam si nõ fuerimus, quia extinctus cinis
5 erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer. Ex eo quod errãtes nihil aliud, quam nasci, & mori esse iudicabant, spiritumque simul cum carne cõsumi existimabãt, secularibus rebus celeriter frui desiderabant, atque ad hoc sese iuicem inuitabant. Et hoc est argumentũ, qđ Beatus Paulus conflabat, dicens, Si mortui non resurgunt, manducemus, & bibamus, 1. Cor. 15.
cras enim moriemur, quasi dicat; Si nihil aliud futurum est, nisi tanquam bruta animãtia nasci, & mori, mundo, eiusque rebus, antequam mors adueniat, utamur. Verum siquidem post mortem seuerum manet iudicium, arctissimamque factorum rationem reddi oportet, peccatoresque ęterna tormẽ- 6
ta manent: Ecquis adeo insanus erit, qui ex hac cogitatione ad peccãdum occasionem accipiat? Impossibile utique uidetur. Imo uero harum rerum recordatio, atque assidua contẽplatio seculares uoluptates execrandi, occasioni sunt.

Quapropter nobis dicit sãcta Ecclesia, Memento hõ, &c. Etenim etsi hæc recordatio laboriosa, & molesta est, nimis tũ utilis exĩstit. Solet qs dicere: hic ensis est mihi ni- Simile.
mis utilis, & si aliqñ grauis. Quare? nũquid bonũ est quẽquã uiginti ferri pondo onustũ incedere? Dico illum bonum esse, quia me

ab hostibus meis defendit, & ex illis victorē depromit. Dixit Dominus: Inimici homi
Matth.7. nis domestici eius. Magis aūt domestici sūt sensus. Et hi quidem sunt maiores inimici: eo quòd omnes ad malum nimis propensi sunt. Nares suauibus, atque prophanis odoribus inclinantur, & ideò domos infirmorum, atque hospitalia fugiunt, quia magnus
7 in eis est fœtor. Lingua est sup exactissimas quasque nouaculas acuta, ad proximi famā dissecandā: Si autem quatuor uerba sancta loquatur, statim aresci t, nec ultra commoueri põt. Manus ad malū expeditissimę, ad bonum aūt grauissimæ. Humeri crucis on⁹ aufugiunt: alia uerò pessima põdera in Dei offensione supportant. Pedes ad malum uelocissimè decurrunt: bonū aūt maximè torpescunt. Oculi propensi pulcherrimis quibusq; rebus, & quæ cor ad se attrahere possunt, aspiciendis, ad proximorū aūt necessitates nidēdas difficillimè aperiuntur. Idcir
Rom.6. co B. Paulus, membra nostra arma iniquitatis appellat, dicens: Ne exhibeatis membra
8 uestra arma iniquitatis, peccator. n. illa propensiones atque inclinationes suas prauas sequi, est sinere, ut arma sint iniquitatis.

Ad hos igitur inimicos superandos, atq; ex illis uictoriam reportandam mirificus est gladius, mortis recordatio. Dicit enim
Psalm. 18. regius Psaltes: Delicta quis intelligit, ab occultis meis mūda me, & ab alienis parce seruo tuo, &c. Si mei nō fuerint dominati, tūc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erūt ut cõplaceāt eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in cõspectu meo sp. Ideſt, si sensus mei non fuerint
dominati, sed ego illorū dominabor, tunc
9 immaculatus ero, opera uerbaq; mea munda erunt, corq́ue meum præparatū exisset, ut semper corā diuino conspectu commoreſ. O mirifica emolumēta, quæ ex eo, qđ homo sensus suos denicerit, subsequūtur. Siquidem autem mortis recordatio est gladius acutissimus, quo hos inimicos superamus, semper nos illa pręcinctos oportet incedere. Et ideò merito nobis hodie dicitur ¶Memento homo &c. Etiam mortis recordatio est mensura quædam, qua omnes res seculares demetimur, & quam uanæ sunt, planè cognoscimus, ut sic eas conteñamus,
4. Esd. 4. ne nos deperdant. Esdrę Angelus apparuit, atque dixit ei: Vade mensura mihi statū uēti. Ventus, quem Angelus huic uiro sancto metiri iubebat, est hic aer atque idcirco re-

spondit, dicens: Quis natorū poterit facere, ut me interroges de his? quasi diceret, quis tale poterit efficere? Nobis aūt pręcipit alterum aerem magis aerem, & inutiliorem, quā hunc metiri: quorū impetu plurimi in infernum deferuntur. Hæc est caduci mūdi gloria, & pompa, qui optima mortis mensura, mensurari potest. Vt aūt mihi dicent illū esse aerē fidem adhibeatis, unum ex sapiētioribus hominib⁹ orbis terrarū huc uobis adducam (etiam his fides solet adhiberi) qui sic illum appellat. Hic est Salomon, qui librum nomine Ecclesiasten scripsit, in quo de hoc aere mensurando agit, dicens, Vanitas uanitatum, dixit Ecclesiastes. Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. O miseri fi
Eccle. 1. lij hominū, ut quid tam effrænati istas bonorum umbras exquiritis? credite (inquit) mihi sapienti, qui ist hæc omnia expert⁹ ab eis deceptus fuit, ex alieno piculo uobis p̃cauete. Omnia delibaui atque gustaui, & nihil in eis, præter afflictionem, laborē, amaritudinē, atque uanitatē inueni. Quis diui-
11 tijs, atq; honore similis mihi, quis adeo dilectus, quis adeo per uniuersum terrarū orbem celebrat⁹, sicut ego? Delicijs abūdaui, opera mea magnificaui, magnas, & nimis sumptuosas ædes erexi, uineas plātaui, hortosq; confeci, iucundissima uireta peregi, in quibus diuersorū fructuū arbores inseui, in eis aquarū stagna perfodi, plurima mancipia possedi, plura quam oēs prędecessores mei Hierosolymis armēta habui: maximā auri, atq. argenti copiā cõgregaui: plurima regna & ꝓuincias sub ditione mea cõtinui: plurimos cantores, & cātatrices habui, uniuersis uoluptatibus plusquā oēs filij homi
num fruitus sum, uasa, & abaces locupletissimos possedi, i quibus pretiosissima quęq;
12 vina bibebam: oēs, qui antea me fuerunt, diuitijs, ac maiestate superaui. Nihil deniq; Eccle. 2. quod cor meū desiderauit, ei denegaui, laxis habenis illud oībus delicijs perfrui, passus sum, oia, quę desiderauerunt oculi mei, nō negaui eis, nec ꝓhibui cor meum, quin omni uoluptate frueretur, & oblectaret se
ī his, q̃ parauerā. In p̃sepibus suis qnquagīta duo millia equorū sibi, curribusq. suis
2. Par. 9. & habebat. Mirabile utique, quorū pręsepe li
3. Regū. 4. cet tota hęc ciuitas esset, uix tū illos capere posset. Trecentas habuit uxores. Fuit rex potēs, pacificus, sapiens, & gloriosus. Adeò ut rex longinquis regionibus uenerint reges, & reginæ, ut ei⁹ maiestatē aspicerēt,

qua

qua pspecta in regiones suas attoniti reuertebantur. Post hęc omnia, quid uobis dicere possum ò filii hoium, nisi cum mors accessit, mensuraque sua hunc aerē dimensa est, hostorioq́. suo uentum istum hostiuit, inuenisse omnia uanitatem esse uanitatū?
13 Etenim hodie auro cooperti, cras luto sumus inuoluti. Hodie delicatissimis cibis uescimur, cras uero a uermibus miserrimè comedimur. Hāc frater mi Christiane oportet esse tuā assiduam exercitationē: hūc aerem mortis mensura demetiri. Contempla
ri te in sublimi arce esse collocatū, & ex inde omnia, quæ in mundo aguntur, aspicere: hominū curas, cogitationes, actiones, uerba, longos discursus, laboresq. cõsidera, & filiorum Adę errorem, cęcitatem, tenebraq́ue prospiciens uix contineri poteris, quin maximā lachrymarum copiā effundas. Etenim iis rebus intendunt, ut ab illo Domino, qui nihil sine causa facit, sine causa creati fuisse uideantur. Ecquis in lachrymarum fluenta non conuertetur prospiciens tā nobilem, miraculosamq́ue creaturam intellectu rationeq. prędītā, atque ad Dei similitudinem factam, cuius ministerio conditæ
14 sunt stellæ cęli, & elemēta, & omnia, quę in eis sunt, tam cæcam, tam inordinatam, & perditā incedere, ut uiæ suæ prorsus ignara
Isai. 59. iter facere uideatur? O quā merito de filiis Adę dicere possumus quod dixit Isaias propheta. Telas araneæ texuerunt. Tu quippè frater ut telā texas, & rete conficias ad aucupandas muscas, uiscera effundis: modicū autem flat aeris, & omnia dissipat. Sic unus flatus ea subuertit, q̃ maximo cum dolore, atque afflictione adquisita sunt. etenim telis quidem suis non operientur, sed ad perpetuam ipsorum confusionem, nuditatemque fient. O infœlix peccator quomodo telæ tuæ, negotia tua, & quicquid in orbe tanto cum labore comparasti in instanti abscindetur, & infrusta diuidetur? Congrega
15 tioni cuidam peccatorum dixit Zacharias
Zach. 14. Propheta, Dei nomine, Ecce dies Domini ueniunt, dicit Dominus, & diuidentur spolia tua in medio tui. Idem tibi dico ego ò peccator, qui hæc secularia tanto cum labore, atq. anxietate pquiris. Ecce diuidentur spolia tua i medio tui. O qualis diuisio
Simile. fiet in die obitus tui, non est aries tam diuisus, sicut tu eris. Suspendit lanius arietē in medio turbę, unus pellē, alius armū, alius aliam partem, alius exta, alius caput, canes denique cruorem expectant. Sic in malorū interitu hęredes diuitias, uermes cadauer. Dęmones autem animam expectant. Diuidentur spolia tua in medio tui. O metuendam rem? Ecquis hæc attente considerans toto corpore non contremiscit? Merito igitur nobis sancta Ecclesia hodie dicit. ¶Memento homo, &c. intelligens hoc efficacissimum esse remedium, ut à malo recedamus, atque omnia sæcularia negligamus. 16

Quando quis extra patriam suā in gra- Simile.
uem incidit morbum, ad ualetudinē recuperandam, ad patrium aerem redire cõsuescit, sic homini per culpam languenti singulare remedium est ad spiritualem ualetudinem consequendam in terræ aerem reuerti, hoc est ꝫpenumerò cineris, & terræ, qua conditus fuit, consideratione fulciri. Et S. Euangelii dictis nos sancta mater Ecclesia erudit, quomodo bonum facere debeamus, & hæc est altera pars iustitię, in qua nobis dicit Dominus: *Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, &c.*

Præsupponit hic Dominus, eo quod ieiunium tam utile, atque necessarium sit, nobis esse ieiunandum. Quod ipsa mater Ecclesia ostendit, cum in præfatione Qua dragesimali dicat. Qui corporali ieiunio uitia 17
comprimens, mentem eleuas, uirtutem largiris & præmia, itaq. ieiunium, non solum corpori medetur, sed etiam uireis animæ aduersus eundem inimicum potentissimū adauget. Caro enim semper spiritum supplantare conatur, cui ieiunium uires adimit, & sic spiritus eius fortior remanet. Diuus Basilius dicit: Quando duo prælian- Basi. ser. 1.
tur, ille superabit, cui prius subsidium uenerit, cumq. inter carnem, & spiritū atrox sē- de ieiun.
per bellum geratur, (dicit enim B. Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritum, & Gala. 5.
spūs aduersus carnem,) si tu sensualitati faueris, certū est illam uictricem esse cuiusquā, si uero abstinendo ei uires ademeris, spiritumque adiuueris: uictoriam reportabit.

Ideo dixit Sāctus Iob: In fame bestię rerę pacificę erunt tibi. Nimis conueniens 18
fuit, ut quod per gulam amisimus, per abstinentiam recuperaremus. Sicut B. Hieronymus dicebat: Gula nos de paradiso eiecit, Iob. 5.
oportet qđ esuries nos reducat. Nā sicut Hie. in ep.
sępè contingit patrimonium, quod parētes ad fratres,
propter gulam distrahunt, siue pigneran- Simile.
tur, liberos arctè uiuendo, & nimium abstinendo redimere, atque recuperare, ita etiā

patrimonium, quod nostri primi parentes per gulam nobis perdiderunt, nos per abstinentiam, & ieiunium recuperare possumꝰ.

Rom.15. Ideo nos admonet S.Paulus, dicens: Nō ergo blasphemetur bonum nostrum, non est enim regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto, idest: Non est uia ad regnum Dei esca, & potus, lusus, & lasciuia. Quæ ergo est uera uia? Respondet, iustitia, & pax.

19 Hæc iustitia, & pax fit corpus ieiunijs, atque afflictionibus, (sicut antea diximus) mortificando, quia illa carnem rationi subijciunt, quod est opus iustitiæ, & sic homo intra se pacificè uiuit. Diligenter perpendite uerbum illud, Bonum nostrum, qd est bonum nostrum? Bonum utique nostrum

Ioan.1. est Christus Redemptor noster. Est noster, quia ab æterno Patre hominibus datus est, quia sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. O benedictum tale donum, & benedictas sit tale donans. Hoc autem bonum nostrum tunc quodāmodo blasphematur, cum minoris, quam uiles res huius sæculi æstimatur. Et ꝓpter illas negligitur, quasi meliores illo esse crederentur. Et sic illum uoluntate tua appretias, quando cum propter illas offendis, etsi hoc ore non dicis, nec mēte credis. Et sic

20 est blasphemia uoluntatis. O infœlicem hominem, q utilia Deo anteponit. Dicit dominus: Væ uobis, qui saturati estis, qa esurietis. Quia ut saturentur, & diuersis ciborum generibus uescantur, plurimas, iniustias committunt, postea uero saturitas alia

1.Reg.2. complura mala causatur. Filij Eli coctas carnes à fidelibus sibi oblatas noluerunt, sed illas crudas perierunt, ut noua quadam ratione illas conditi facerent, quo iucundiores essent. Et hoc faciebant præ nimia gula. Vide autem quomodo hoc persoluerint, etenim misere in prælio procubuerunt. Ex his omnibus fratres charissimi oportet uos intellexisse quam necessaria sit abstinentia, nunc autem in hoc sancto

21 tpe multo magis necessaria est. Præceptū est enim ieiunij sub mortali peccato obligans eos, qui isto aliquo impedimento non fuerint excusati. De infœlici autem, qui hanc obligationem intelligens pro uili quadam cœna lethalem culpam uult admittere, quid poterit sperari? Quid miremur Esau pro paucis lentibus primogenituram uendidisse, siquidem nirum Christianum æternam gloriæ hereditatem pro uili cœna commutare perspicimus? qd maioribus tentationibus oppugnatus faciet, qui parua quadam occasione commotus in iram, atque indignationem Dei incurrere non timuit? Gen.25.

Præsuppositio igitur nos tāquam bonos Christianos ieiunare debere, admonet nos dominus ne in ieiunijs nostris simus sicut 22 hypocritæ. *Exterminant enim facies suas.* Vt appareant hominibus ieiunantes, obstupendum est uisu, quot medijs secularē gloriam homines quærunt. Sunt fœminę, quæ ut decora facie uideantur superciliæ depilant, tormenta tanquam martyres potiunt, solūmodo propter inanem sęculi gloriam. Alij autem hanc ipsam gloriam uiceuersa perquirunt facies non fucantes, sed potius ieiuniis aliisq; afflictionibus illas extenuātes. Ecce quam diuersis itineribus superbia nauigat, ut ad inanis gloriæ portum perueniat. Hoc uitium hypocrisis nimis execrabile est Deo, nam unum uitiū alteri uitio, sicuti gulam luxurię, homicidium furto deseruire magnum malum est. Veruntñ relationem aliquam inter se habere uidentur, 23 etenim ut unus ab altero diuitias auferas, illū occidit. Virtutem autem uitio inseruire, hoc est intolerabile malum. Et ut ait B. Chrysostomus summa uirtuti infertur in- Chrysost.
iuria, cum mali eam in peccatorum suorum instrumenta suscipiunt, sicuti cum bene operantur, ut honorē, aut alia secularia bona consequantur. Hoc namq; est uirtutē cupidicati, ac superbiæ ministrare. Depingit pictor imaginē crucifixi, illāq; plurimis, at- Simile.
que exactissimis coloribus illustrās pfectissimā depromere intēdit: q interrogatus, utrū hæc crucifixi deuotione pficiat? Et uera respōdere uolens, ingenue fatebit se non meminisse Iesu Christi, sed illa omnia efficere, ut imaginē carius uendat. Talis est hypocrita, q uariis se uirtutū coloribus illustrat, & quasi Christi crucifixi imago efficit, nō qdē ob eius amorē, ac reuerentiā, sed ut pluris 24
ab hominibus ęstimet. O diabolicā peruersitatē, q̄ seuero supplicio digna est. Sichem Gen.34.
dixit seruis suis: Si circuncidamus masculos nostros, ritū gentis, scilicet, Hebreę imitantes, substantia eorum, & pecora, & cūcta quę possident, nostra erunt. Et ibidem dicūtur hi miseri infœlici morte fuisse necati, quod utique Deus permisit, siquidem sola temporali utilitate commoti circuncidi uoluerunt. Quid igitur sperāt ij, qui uirtutibus exterius exornant, solūmodo ut tpales diuitias atq. honores adipiscantur? Cauete igit fratres à tanto malo: nec uestris bonis operibus humanā gloriā consequi conemini. Ne Deo quidem pp ipsius gloriam, sed

25 pp infinitam eius probitatem seruire debemus. Singulare præmiū ducētes, q̄ diuina ipsius Maiestas ministeria nostra uelit acceptare cognoscētes opa nostra ex se tāto bono esse indigna. Vt aūt q̄ti hoc nostra interest, cognoscatis: animaduertite B. Paulum

Rom.9. q̄ijsse, cur Dñs repudiatis Hebræis gentes susceperit. Et ita dicit: Quid est q̄ Israel sectando iustitiā, in legam iustitiæ nō peruenit? gentes aūt quæ non sectabant iustitiam, in legē iustitiæ peruenerūt? Ardua profectō quæstio, & admiratione digna, cur reliquerit Deus populū, q̄ tot bonis operibus intēdebat, diuināq; legē custodiebat, idololatras āt ad legem gratiæ receperit? Cui q̄stioni breuiter ipse Apostolus ibidem rñdet, dicens: Illos à Dño fuisse repulsus, qa non ex fide, sed quasi ex operibus, i. quia Iudæi

26 uerā iustitiā, & iustitiæ fructum, i. æternam salutem, non tam ex diuinæ gratiæ dono, q̄ ex operū suorum ualore, hoc est sacrificiorum, & circūcisione, atq. in aliarum cæremoniarū obseruantia totā fiduciam suam constituebant, & pp isthæc solūm oia sibi deberi iudicabant. Et pp hanc elationem, inanemq; fiduciā ex oi bono repulsi sunt. Quamobrem fratres mei cauete, ne uestris met operibus bonis uos destruatis: alterum enim conatur Sathanas, aut ne illa faciatis: aut cū feceritis, uobis non prosint, sed potius obsint. Attendite Deū in oibus illis maiorem partem adhibere, quocirca ei oium

Apoc.4. laudem oportet exhiberi. Dicit B. Ioannes se uidisse illos uigintiquatuor seniores, q̄ procidebant ante sedentē in throno, & adorabant uiuentem in sęcula sæculorū, & mit-

27 tebant coronas suas ante thronū, dicentes; Dignus es Dñe Deus noster accipere gloriam, & honorem, & uirtutem: confitentes in hoc, si coronas habent, hoc esse pp infinitam Dei misericordiam. Atq. ideo ei omnium bonorum operum laus reddenda est.

Tu autē cū ieiunas, unge caput tuum. In hoc docemur, ut oēm hypocrisis fictionem auferamus, nec hoibus placere curemus, sed unius Dei uolūtatem facere conemur. *Et pr̄ tuus qui est in abscondito reddet tibi.* Cùm Deus in bonis, quæ uobis præcipit

luerunt. Quid igitur sperāt ij, qui uirtutibus exterius exornant, solūmodo ut tpales diuitias atq. honores adipiscantur? Cauete igit fratres à tanto malo: nec uestris bonis operibus humanā gloriā consequi conemini. Ne Deo quidem pp ipsius gloriam, sed

25 pp infinitam eius probitatem seruire debemus. Singulare præmiū ducētes, q̄ diuina ipsius Maiestas ministeria nostra uelit acceptare cognoscētes opa nostra ex se tāto bono esse indigna. Vt aūt q̄ti hoc nostra interest, cognoscatis: animaduertite B. Paulum

Rom.9. q̄ijsse, cur Dñs repudiatis Hebræis gentes susceperit. Et ita dicit: Quid est q̄ Israel sectando iustitiā, in legam iustitiæ nō peruenit? gentes aūt quæ non sectabant iustitiam, in legē iustitiæ peruenerūt? Ardua profectō quæstio, & admiratione digna, cur reliquerit Deus populū, q̄ tot bonis operibus intēdebat, diuināq; legē custodiebat, idololatras āt ad legem gratiæ receperit? Cui q̄stioni breuiter ipse Apostolus ibidem rñdet, dicens: Illos à Dño fuisse repulsus, qa non ex fide, sed quasi ex operibus, i. quia Iudæi

26 uerā iustitiā, & iustitiæ fructum, i. æternam salutem, non tam ex diuinæ gratiæ dono, q̄ ex operū suorum ualore, hoc est sacrificiorum, & circūcisione, atq. in aliarum cæremoniarū obseruantia totā fiduciam suam constituebant, & pp isthæc solūm oia sibi deberi iudicabant. Et pp hanc elationem, inanemq; fiduciā ex oi bono repulsi sunt. Quamobrem fratres mei cauete, ne uestrismet operibus bonis uos destruatis: alterum enim conatur Sathanas, aut ne illa faciatis: aut cū feceritis, uobis non prosint, sed potius obsint. Attendite Deū in oibus illis maiorem partem adhibere, quocirca ei oium

Apoc.4. laudem oportet exhiberi. Dicit B. Ioannes se uidisse illos uigintiquatuor seniores, q̄ procidebant ante sedentē in throno, & adorabant uiuentem in sęcula sæculorū, & mit-

27 tebant coronas suas ante thronū, dicentes; Dignus es Dñe Deus noster accipere gloriam, & honorem, & uirtutem: confitentes in hoc, si coronas habent, hoc esse pp infinitam Dei misericordiam. Atq. ideo ei omnium bonorum operum laus reddenda est.

Tu autē cū ieiunas, unge caput tuum. In hoc docemur, ut oēm hypocrisis fictionem auferamus, nec hoibus placere curemus, sed unius Dei uolūtatem facere conemur. *Et pr̄ tuus qui est in abscondito reddet tibi.* Cùm Deus in bonis, quæ uobis præcipit operari, nihil aliud intendat, nisi se ad maiora in nos beneficia conferenda deuincire, nihil nos amittere, nec ipse nobis benefaciendi occasionem uult prętermittere. Vnum autem ex ijs, quibus arctius Deum deuincimus, est nos ardentissimè desiderare diuinę ipsius maiestati placere. Hoc mi- 28
rabiliter declarat Sanctus Esaias, dicens: Si Esai. 58.
auerteris à Sabbatho pedum tuum, facere uoluntatem tuam in die sancto meo, & uocaberis Sabbathum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum non facis uias tuas, & non inuenietur uoluntas tua, ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. O admirabilem Dei promissionem, ecquis dignus esset, qui particeps eius fieret. Per Sabbathum diē quietis Dei, & orationis omnia opera, quibus Deo placemus, eiq; seruimus, intelliguntur. Dicit igitur; Si coram te omnia fuerint, quæ ego ministerio meo dedicaui nmirum æstimata, siq; tam delicatum, tam- 1
que ardēti charitate inflammatum habue 29
ris desiderium complacendi mihi, ut illud contaminare, aut attingere non audeas; adeò ut rem ministerij mei a nemine tibi impediri, aut attingi patiaris, & quandn quicquid eorum tactum fuerit, illud persentias, acsi pupillam oculi tui quis tangeret, in quam ne aristam quidem incidere pateris. In tota hac paraphrasi uult dicere; si adeò studiosè, ac tenere res meas tracta ueris, uoluntatemq. meam adeo delicatam esse iudicaueris, ut nequaquam ei audeas contradicere, tunc scies Dei gustum habere, atq. in eo gaudia tua reperire. Experieris enim eum tantam de te curam gerere, ut te sup altitudinem terræ attollat. Adeò te à terrestribus desiderijs liberum perspicies, ut tam diuinā operationem in te sentiens obstupescas. O benedictus, & glorificatus sit talis Deus, qui fidelibus seruis suis talia promittit. Hoc fratres charissimi nūc supereſt, ut quantum in nobis est diligen- 30
tissimè curemus ea, quæ huic optimo Domino grata sunt, super oculos habere, solū modo quia ei placent, non uero propter alium respectum.

Et pr̄ tuus q. est in abscōdito reddet tibi. Est autem hic quædam difficultas, uidelicet, q̄ in hodierna Ioelis Prophetæ lectione sunt uerba, quæ huic dominicæ sentētię repu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

repugnare uñr. Posſq̃ etenim S. Propheta
Ioel.2. dulciſſima illa uerba dixerat; Conuertimini ad Dñm Deum ueſtrum, quia benignus & miſericors eſt, qui non vult imperare terræ, ut aperiatur, & uos deglutiat: ſed ipſe uiſcera ſua aperit, uoſq̃ peccatorum ueſtrorum pniam agẽtes in eis includere deſiderat, ut intelligatis aĩam in peccatum prolapſam reparari, coronamq̃. capiti iterum
Gen.25. poſſe imponere. O ineffabilẽ Dei clemen-
33 tiam. Dicit ſacra Scriptura: Poſtquã Eſau primogenituram ſuam diſtraxit, etſi plurimum lachrymatus eſt, illam tñ recuperare nequiuiſſe. Hic autem dicit Dñs: Conuertimini ad me in toto corde ueſtro, in ieiunio, & fletu, & planctu: amiſſamq̃ primogenituram recuperare valebitis. Et poſthæc oĩa dicit: Sanctificare ieiunium, uocare cætum, congregare populum. Ieiunium ſanctificare, eſt curare, vt cum bona conſcientia ieiunemus, extra peccatum mortale pſiſtẽtes. Quare dicit: Ad locum, uñ exeunt
Eccle.1. flumina, reuertunt: ut iterum fluant. Quæro ſiquidem oĩa flumina ex mari prodeũt & omnes aquę inde erumpũt, quænã eſt cauſa, ob quam aliæ aquæ dulces, aliq̃ verò inſulſæ proſiliunt? huius rei cauſa eſt, quia per diuerſas terras tranſeunt, & ſaporem
32 terræ, per quam prætereunt, accipiũt. Sic uniuerſa opera noſtra per cor tranſeũt. Et ſi corbonum, diuinaq̃. gratia plenum, bona q̃ intentione commiſſum eſt, opus dulce, atq. iucundum Deo prodijt: & ſic dixit
4.Re.20. Ezechias: Dñe memẽto qũo ambulauerim coram te in ueritate, & corde perfecto, & quod placitum fuit ante te fecerim. Siverò cor malum eſt, opus inſulſum, atque amarum erit, nec Deus illo delectatur. Et ſic
Eccl.34. dicit Eccleſiaſticus: Dona iniquorũ nõ pro
1.Pet.2. bat altiſſimus. Tam altum quid, atq. ſublime eſt diuina gratia, ut, ſicut dicit B. Petr⁹, ſit quædã diuinæ naturæ participatio. Et ſi-
D.Th.1.2. cut dicit D. Thomas, ſit donum ſupernatu
q.109. rale, quo noſtra bona opera in cœlum conſcendunt, ſicuti plumbei globi, qui ex natura ſua deorſum deſcendunt, & tñ impetu
33 ignis ex fiſtula prorumpentis ſurſum aſcendere compelluntur. Sic opera noſtra, etſi quatenus ex libero arbitrio noſtro, naturaq̃ per peccatum & malis moribus corrupta procedunt, in terram excidunt: gratiæ tñ & charitatis uirtute in cœlum conſcendunt, quò illa bonus Chriſtianus ex cordis ſui fiſtula mittit, & illic Dei viſcera feriũt.

Nam ſi quemadmodum ipſe aĩa ſanctæ dicit: Vulneraſti cor meũ in uno crine colli-
Cant.4 tui. Si (inquã) una ſancta cogitatione ſignificata per crinem diuinum eius cor uulneratur, quanto magis uno bono opere, & quãto magis toti⁹ quadrageſimæ ieiunio diuina ipſius gratia adiuto vulnerabit? Idcircò dicit: Sanctificate ieiunium, ut ſit ieiunium factum in gratia, & charitate Dei. In eo autem, q̃ ulterius ſequitur, ineſt difficultas, 34
quam ſuperius dicebamus. Præcipit. n. nobis Dñs, dicens; Vocate cętum, congegate populum, & c. ut ieiunium ueſtrũ ſit quaſi tuba, quę oẽs domeſticos, uicinos, atque ẽt ciues ueſtros iuuenes, & ſenes uiros ac fœminas ad ieiunandum prouocet. Qũo igit̃ in hodierna S. Euãgelij lectione nos admonet, ne exteriorib. apparentijs nos ieiunare ſignificemus, ſed ſolummodo contenti ſimus, q̃ Pater noſter, q̃ eſt in abſcõdito, nos uideat ieiunare? In uerbis autem Prophetę ſcipit nos ita ieiunare, ut ieiunium noſtrum oĩbus innoteſcat: ut oẽs ad ieiunandum noſtro pio exemplo moueantur? Eodem utiq. ſpiritu quo S. Euangelium ſcriptum fuit, quoq Dñs hæc uerba loquutus eſt S. Propheta Ioel iſthæc dixit: Et ſic nul
35 la in utriſq. ineſt contradictio. Etenim Dñs non prohibet nos bonum exemplum proximis perhibere. Hoc autem præcipit, ne ieiunemus ut hoĩbus placeamus, & ita publicè ieiunemus, ut intentio maneat in occulto. Et ſic ualdè notandum eſt Dñm de ieiunio loquentẽ dicere i *Cum ieiunatis*. Et loquentem etiam de oratione dixiſſe: Cum oratis, cum autem de eleemoſyna loquere
tur non dixiſſe: cum facitis eleemoſynam, Matth.6.
ſed cum facis eleemoſynam. In quo ſignificauit patremfamilias ita ieiunare, & orare debere, ut curet omnes domeſticos ſuos ieiunare, & orare; eleemoſynam autem, cum diuitiæ ſint ſuæ, ipſe ummet largiri debere. Et ideò non dicit: cum facitis eleemoſynã. *Noſite theſaurizare uobis theſauros i terrã.* Theſaurizate autem uobis theſauros i cœlo. Aduertite qũo hic Dñs ieiunio eleemo
ſynam coniungit, qua in pauperes theſau- 36
ros noſtros diuidentes in cœlo nobis theſaurizamus, non. n. ieiunandum nobis eſt, ut minores ſumptus facientes diuitias augeamus, ſed ut ea, quæ à noſtri corporis uictu ſubtrahim⁹, ut pauperibus impẽdam⁹: quò corporalis ieiunij exercitatio pietati ac miæ coniuncta procędat. Qui ſentient,
dicite,

dicite, infęlices, qui totum uitæ tps in theſauris aggregandis conſumpſerunt, nec futuram aliam uitam eſſe meminerunt, cum
Iaco.5. ſe in illa æterna inferni panpertate, ac nuditate perſpiciant? O q̃ meritò, & quanto cum affectu hoc B. Iacobus diuites admonet, dicens: Agite nunc diuites, plorate ululantes in miſerijs ueſtris, q̃ aduenient uo-
37 bis. Diuitiæ ueſtræ put refactę ſunt, & veſtimenta; ueſtes à tineis comeſta ſunt. Aurum & argentũ ueſtrum æruginauit, & ærugo eorum in teſtimonium uobis erit, & manducabit carnes ueſtras ſicut ignis. O terribilia uerba? quem nõ obſtupefacitis? O diuites crudeles attendite quid hic uobis dicit Spiritus ſanctus, ſabundantiam, qua nunc affluitis, qua cœlorum renes poſſetis impetrare, & nõ uultis, manducaturã eſſe carnes ueſtras ſicut. Etenim rabie conficiemini cõſiderantes q̃ facilè vos ẽ malis illis
Similie. poſſetis eximere, atq; ęternam beatitudinẽ comparat. Dilectiſſimi fratres hoc nimis neceſſarium negotium animaduertite, attendentes ducem prudẽtem oĩa quę in prę lio acquiſiuit diligentiſſimè curare, ut domum ſuam deferantur, ubi ſperat ſe aliqñ
38 tandem cum tranquillitate moraturũ: Diligenter curate per pauperũ manus ea quę in hoc ſæculo acquiſiſtis in æternas illas manſiones traſmittere, ubi uos in æternũ uicturos ſperatis. Qã ſi theſauros ueſtros illuc miſeritis, eos cor ueſtrum ſequetur. Nam ubi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Cumque cor ueſtrum in Deo habeatis, & ipſe illud gratia replebit, quouſq; in futuro cœleſti gloria repleatur, Amen.

Feria ſexta poſt Cineres.

Audiſtis, quia dictum eſt antiquis: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Matth. 5.

Pſalm.7. 1 MIRABILE eſt conſidera tu, unde potuerunt Hebræi dicẽdi hoc occaſionẽ aſſumere. Nã Dauid magnũ peccatũ hoc eſſe iudicabat, & ita dicebat: Dñe De⁹ me⁹ ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manib. meis; ecquid eſt iſtud, quod te feciſſe negas? quod per exaggerationem ſic abſolutè iniquitatem uocas? Ipſemet ſe ſtatim declarat ſub
dens: Si reddidi retribuentibus mihi mala. Vt aũt ſe hoc non feciſſe confirmet, aduertite, quales ſibi maledictiones immittat. Decidam (inquit) meritò ab inimicis meis inanis, perſequat inimicus aĩam meã: comprehendat & conculcet in terra uitã meã, gloriam meã in puluerem deducat. O immenſa Trinitas, q̃ graues ſibi pœnas imponit, ſi ipſe talẽ iniquitatẽ admiſit, ut exaggeret, q̃ immunis, & expers illi⁹ exiſtit. Et 2
filius eius Salomon, clemẽtia illa uerba dixit, quæ poſtea B. Paulus ad Romanos ſcripſit: Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum, Prou. 27.
ſi ſitit, da ei aquam bibere. Prunas. n. cõgre Rom.12.
gabis ſuper caput eius, & Dñs reddet tibi. Baruc. 1.
Et cùm Hebræi tpe Nabuchodonoſor captiui in Babylone morarent, maximam pecuniæ quantitatem ſacerdoribus Hieroſolymæ exiſtentibus tranſmiſerunt, dicẽtes: Orate pro vita Nabuchodonoſor Regis Babylonis, & pro uita Balthaſar filij eius, ut ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terrã, & ut det Dñs uirtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, ut uiuamus ſub umbra Nabuchodonoſor, & filij eius, & ſeruiamus eis. Ecce qũo pro illo exorabãt, qui eos captiuos duxerat. Deum etiam precabant, ut eis patientiam cõcederet, quo ſeruitutem illam æquo aĩo tolerarent, tyrannoq; illi libenter inſeruirent. Non ſolum autem tã quam malum iudicatum fuit inter eos, q̃ 3
Moyſi legem obſeruabãt, ſed ſicut malum
etiam in naturę lege damnabatur. Et ſic dixit S. Iob. Si gauiſus ſum ad ruinã eius, q Iob 31.
me oderat: & exultaui q̃ inueniſſet eũ malum, non enim dedi ad peccandum guttur meum, ut expeterem maledicens animam eius. Perpendite ſanctum hunc virum, nec uerbo, nec deſiderio inimicum ſuum offendiſſe. Non ſolum autem hac uirtute amici Dei utebantur, uerùm & Ethnici ẽt, atque idololatræ illam exercebant, quod in plurimis Iulij Cęſaris, & Alexandri Magni factis apertè perſpicitur. Quę cũ ita ſint, unde occaſionem Iudæi illi acceperunt tam abominabilem errorem aſſerendi? Dico, eò quod maximi peccatores eſſent, Deum permiſiſſe, ut in pœnam ſcelerum ſuorum 4
in tantam cęcitatẽ deueniſſent. B. Paulus ad huius ueritatis confirmationem dicit: Reuelatur. n. ira Dei de cœlo ſup omnem Rom.1.
impietatem, & iniuſtitiam hoĩum eorum, qui ueritatem Dei in iniuſtitia detinent. Nõ dixit, ſuper impios, ne forte arbitrarẽmur,

Universidad de Deusto Biblioteca

in ur,qñ Deus aliquem punit, illũ punire, quia odio habet:sed quia eius iniquitatem odit:& subdit,& iniustitiam,vt significaret singula peccata sigillatim esse puniẽda. Peccata impietatis sunt,q̃ contra Dñ fiũt:peccata uerò iustitiæ sunt,quæ aduersus proximos committunt. Et postea subdidit dicẽs: Hoium illorum,qui veritatẽ Dei in iniustitia detinent. Contẽplamini quẽadmodum cùm granũ quodpiam in agro serit,ad producendũ fructũ naturalẽ habet propensionem:& qñ illum nõ producit,uiolentiã patitur,vinculisq̃; inclusum esse videt:ita etiã veritatẽ nobis à Deo reuelatã naturalẽ illã propensionẽ producendi, frũctumq̃; ferendi habere:quẽ cùm nõ fert,quasi uincta teneri videt. Et ideò dicit: Qui ueritatẽ Dei i iniustitia detinent: quia maximã iniuriam diuinæ inferũt veritati illã vincientes, nec operari patientes. Videamus aũt quod nam sit hoc suppliciũ,quod super tales de cœlo dicit descẽsurũ? Rñdet S. Apostolus in gẽtibus collocans exẽplum, qui cùm naturali lumine illustrati vnum Deum esse cognoscerent,illum tñ tanq̃ Deũ glorificare noluerunt. Propter qđ peccatũ tradidit illos
6 Deus in reprobũ sensum. Quod si eos,q̃ naturali lumine nõ sunt vsi tam seuero supplicio puniuit,qđ faceret eis,qui supernatura le lumen fidei ẽt splẽdore fuerãt irradiati, infusasq̃; veritates à Dño didicerunt? siquidem ex oĩbus his lucibus fructũ percipere noluerunt? Maiori quidẽ ratione hac pœna puniti sunt,q̃a obscuratũ est insipiens cor eorũ,& tradidit illos Deus in reprobũ sensum. Et ita etsi(ut aperte probauimus)manifestũ erat, maximũ esse malũ, inimicos odisse:cùm excęcati essent,in hũc errorem deuenerunt,vt dicerẽt: *Odio habebis inimicũ tuũ.* Quocirca fratres mei hoc terribile Dei suppliciũ pertimescite.& à sceleribus diligentissimè cauete,qñquidẽ illa sunt potissima via, p quam hoies in errores ꝓlabunt. *ego autẽ dico uobis: Diligite inimicos uestros.*
Vniuersi legislatores tam Ethnici,q̃ Ca-
7 tholici leges suas deitate aliqua comprobare curauerunt. Et hoc,quia cognouerũt q̃ difficilè hoies ad obediẽdum alijs hoibus inclinant. Licurgus leges quas Lacedæmonijs tulit se ab Apolline Delphico accepisse affirmauit. Minos dixit se Iouis imperio Cretensibus leges sanxisse. Zaleucus dixit se Mineruæ noie leges tulisse. Numa Pompilius dixit se Deæ,siue Nymphæ Egeriæ nomine Romanis legẽs sanxisse. Moyses dixit se oĩpotentis Dei noie legem Hebręis adduxisse: sicut infallibilis erat veritas:ab eo.n.illam acceperat, atque ideò dicebat. Hęc dicit Dñs. Etenim reliqui oẽs mẽtiebantur falsos citantes Deos. Solus supernus legislator,atque Redemptor noster Iesus Christus,quia cùm uerus esset homo, uerus ẽt erat Deus,dicit: *Ego autẽ dico uobis.* O quantam vim, & maiestatem habet hoc verbum. Hoc nos uel maximè ad inimicos nostros diligendos cõcitare debet,s. uidere nobis à Deo illo immenso, in cuius cõspectu uniuersę cæli potestates consternuntur,& ex cuius dextera cunctæ creaturæ dependent,ne in nihilum, vnde absoluto eius uerbo abstractæ sunt,redigantur,nobis fuisse præceptum, ne inimicos nostros oderimus. Tanti autem ponderis est ratio, ob quam creatura creatori suo tenetur obedire,ubi primum minimam quamq̃ nocem eius audierit, vt oẽs rationes, quę ex aduerso fuerint congregatæ ad inclinãdos nos,ut pro male malum reddamus,nec rationabiles esse, neque existentiam habere possint. Et sic nequaquam eis debem⁹ obedire. A plurimis quondã dubitatum fuit,in quo præcipuè opera Christiana pfectio cõsisteret. Hæc autem quæstio nõ est inutilis, ut cognito opere illo in eo adimplẽdo maximam diligentiam adhibeamus. Nõnulli dixerunt Christianam perfectionem in Euangelicorũ consiliorum executione cõsistere. Et hi illa Saluatoris sniã mouebant, dicentis: Si uis pfectus esse,uade,& uende oĩa quæ habes,&c. Attamen Euangelica cõsilia uia sunt ad pfectionem, quia impedimenta pfectionis adimũt, nõ aũt sunt ipsa perfectio. Paupertas auaritiam, obedientia superbiam, castitas luxuria tollit, & sic hõ ad pfectionem impetrandam disponitur. Alij innitentes verbis illis B. Iacobi dicentis. Patientia opus perfectum habet: in patientia perfectionem Euangelicam esse uoluerunt. Veruntamen,et si patientia perfectissima est,perfectionis tñ est effectus: nõ autem ipsa perfectio essentialis ẽt. Alij in fidei exercitatione illam esse dixerunt, & hi mouebantur uerbis illis B. Pauli Apostoli dicentis: Accipite armaturam Dei,vt possitis resistere in die malo,& in oĩbus perfectę stare sumentes scutum fidei. Sed hęc uirtus docet,in quo opere perfectio consistit, & quãuis ipsa sit ianua,per quam ad perfectionem

Matt.19. 8 9

Iaco 1. 10

Ephe.6.

Coloſ.3. ctionem peruenitur, non tñ est ipsa perfectio. B. Paulus apertè oñdit perfectionem in charitate cõsistere. Et sic postq̃ fidelibus commendauit,ut plurimis se curent uirtutibus exornare, cõcludit dicens: Super oĩa aũt hęc charitatem habete,quod est vinculum perfectionis. Perpendite uerbũ illud:
11 uinculum perfectionis, i. uinculum perfectum. Huius charitatis binæ sunt alę,quarum una ad Deũ, altera uerò ad proximos aduolat, proximos(inquam) licẽt inimici sint. Et hanc ipsam sniam Dñs hodiè ore suo profert,nos.n.ad amandũ excitãs dicit: *Estote ergo pfecti, sicut & pr̃ uester cæleſtis perfectus est.* Ineffabilem Dei sapientiam oportebat ita disponere,ut Christiana perfectio in eo consisteret, quod oẽs operari possent. Si.n.eleemosynis erogandis consisteret,pauperes illam adipisci nequirent: si in ieiunijs,ægroti non possent eam possidere. Diligere aũt ẽt & inimicos, oẽs quantũuis pauperes,atq; infirmi sint, pñt. Nihil.n. tã in ptãte uoluntatis(ut ait B. Augustinus) q̃ ipsa uoluntas existit,& si hoc difficile est fa-
12 ctu. Nec verò cuiquam mirũ uideri debet, nam si quelibet virtus circa difficile uersari dicit,quanto magis illã circa difficile versari oportet,quæ uirtutum oĩum perfectio est? Difficile vtiq; est me diligere illum,qui me actualiter odit. Præcipuè uero si inimicus me odio habens,& persequens,Dei esset amicus, amoris dignior esse uideretur. Verum ubi primũ inimicus meus me odit, Dei etiam inimicus efficitur: Deus autem suosmet inimicos à nobis diligi præcipit. O rem mirabilem? prẽterea ij,quos à nobis amari iubet,sui ipsorum sunt inimici. Nam qui diligit iniquitatem, odit aĩam suã, ait Dauid. Cumque ipsi suasmet aĩas oderint, præcipit mihi Deus, ut illos diligam. Merito quidem dicebat D. Augustinus; Reuela oculos meos,& cõsiderabo mirabilia de lege tua. Quia mirabile est q̃ diligã eum, qui malus est erga Deum, erga se, & erga me. Quia aũt opus istud,si modo perfectũ,
13 & sicut Deus exposcit,futurum est,humanas superat uires Christus Redemptor noster illud ab æterno Patre flagitauit dicẽs: Oro pater,ut ipsi sint unum,sicut nos unũ sumus,ut cognoscat mũdus,q̃a tu me misisti. Quid est,ut cognoscat mũdus q̃a tu me misisti: Nimirũ sicut Magi Pharaonis defecerunt in tertio signo edito ab Aarõ. Dicq̃. Dei digitum esse cognouerũt,quia illuc to-

Auguſt.

Pſalm. 9.

Auguſt. Pſal. 118.

Ioan.17.

Rom.8.

ta Dęmonum potentia non poterat peruenire,nec illud humana potestas,aut natura poterat operari. Sic ẽt talem charitatẽ,pietatem,atq; concordiam inter Christianos esse oportet; Ita proximorũ labores perseuerare,ipsorumq̃; bonis delectari: ita iniurias perferre,inimicosq̃. suos diligere debẽt,ut hoies hoc argumento conuicti talem gentem non terrenam quidẽ,sed cœlestẽ esse, 14
nõ humano quidem,sed diuino spiritu gubernari cognoscãt, cũ uniuersi hoies unius sint speciei,nec tñ in cæteris orbis nationibus talis amor, atq; concordia reperiatur.

Itaq. nostra uiuẽdi rõ, & charitas ardentissima testimonium deberet perhibere,Iesum Christum caput nostrum, filium esse Dei. Quod si ita est,satis manifestè perspicere potestis,q̃ longè à uia pfectionis aberramus. Ecquis hodiè hanc cordis virtutem habet,vt solicitus sit, qũo adimplebit illud qđ B. Paulus dixit,unanimes uno ore glori- Rom.15.
ficetis Deum,& Patrem Dñi nr̃i Iesu Christi? Imo potius inhumanitas nostra efficit, vt sanctissima Iesu Christi lex apud gentes contemnatur. Et hoc nomen, Christianus, quod primũ in Antiochia inuentum, atq; ex Christo deductum fuit,nũc plurimis in 15
locis quasi nomen crudelitatis habeat pp immanitates,quibus Christiani cũ gẽtibus pśertim in Indijs usi sunt. Pudeat ergo nos fratres hanc uirtutem nõ habere,per quam Christianos ab alijs gentibus Christus Re- Ioan.13.
dẽptor noster nos uoluit dignosci,sicut ipse dixit. In hoc cognoscent oẽs, q̃ discipuli mei estis, si dilectionem habeatis adinuicem. B. Hieronymus super illud Apostoli Hier. ſuꝑ
ibi,dum tps habemus, &c. sic dicit: B. Ioan epi. ad Gal.
nes Euãgelista cum Ephesi moraretur vsq. c.6.
ad ultimã senectutẽ,& uix inter discipulorũ manus ad Ecclesiam deferretur,nec posset in plura uocem uerba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc: Filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant, tædio affecti, q̃ eadem semper audirent,dixerunt: Magister quare hoc semper loqueris? qui rñdit dignam Ioanne sniam: Quia 16
præceptum Dñi est,& si solum fiat,sufficit: O mirificam sententiã? Etenim hoc Deus a nobis expetit, ut sẽ, ut proximos nostros simul diligamus. Hoc uoluit Deus nos docere, in modo, quo nos creauit, sicut perpendit B. Augustinus. Creans quippe Angelos non vnũ tm̃ creauit, ut ille alios gigne-

ret,

Aug. li. 12. de ciui. Dei. c. 21.

ret, sed oēs una creauit. Creans Leonem & cætera bruta non creauit Leonem, ut ex eo Leæna prodiret, & sic de singulis; sed statim Leonem & Leænā, Lupum, & Lupā simul creauit. In hoibus autem creandis non ita processit, sed hoiem creauit, & ex illius costa mulierem formauit. Vt sic oēs ex uno eodemq. principio prodeūtes occasionem haberemus nos arctiùs diligendi. Nunc au-
17 tem nullum est animal tam attrox in alterum, q̄ homo in alterum hoiem. Et magis sunt iam metuendi hoies, q̄ immanes belluę. Qñ Rex Darius Danielem Prophetā pp emulorum eius postulationem in lacū Leonum permisit immitti: ostiū lapide regio sigillo munito claudi iussit, ibi. n. dicit: Allatus est lapis, & positus super os lacus, quem obsignauit rex annulo suo, & optimatum suorum: nè quid fieret contra Danielem. Quid facis ò Rex? curas, ut nemo Danieli officiat? & tū in lacum Leonum illum inijcis? Quid prodest ei ostium claudi, regioq. sigillo obsignari, siquidem uir sanctus cum Leonibus manet inclusus? super quo dicit Lira: Magis timebat rex de crudelitate hoium contra Danielem, q̄ de ferocitate Leonum. Et sic dicit ibidē Regē dixisse Danieli consolantem eum; Deus
18 tuus, quem colis, ipse liberabit te: credebat Leones Prophetæ non esse nocituros, timebat autem ne inimici eius in lacum illum interfecturi introirent. Et ideò ostium iussit occludi, atq. obsignari. Illos autē ethnicos iniustum sic esse crudeles, non est mirandum; at uerò nos Christianos pretioso Iesu Christi sanguine redēptos inuicē odio habere, alioq̄. ab alijs quasi à canibus morderi, hoc est maximè lachrymandum.

Dani. 6.

Lira. super Dan.

Insignis Historiographus Sallustius refert, oēs qui cum Lucio Catilina aduersus Romam coniurati sunt, ex uno eodemque humani sanguinis poculo bibisse, ut quandoquidem generis affinitate coniuncti non erant, ex uno sanguine bibētes, unanimes, atq. unius essent cordis. Quod quidē (licet
19 non ex ui sanguinis) constantissimè præstiterunt: siquidem ex tanta hominum multitudine nullus unquàm proditionem, iniquitatemq; illam reuelauit. Si igitur humana hoc malitia inuenit, s. unum sanguinē à plurimis bibi, ut inter eos unanimitas esset, atq. ex pluribus cordibus unum fieret: quanto maiori ratione diuina sapientia cibum, & potum hunc reperit, in quo nobis pretiosissimū corpus, & sanguinem suum bibēdū i Sacrosancto altaris sacramēto cōi ceriquò unum & idem corpus, & sanguinē omnes manducantes, atq. bibentes, ipse in oibus existendo unū inter se, & secum efficeret. Ita D. Paulus. Vnus (inquit) panis, & 1. Cor. 10.
unum corpus, multi sumus oēs, qui de uno pane, & de uno calice participamus. Inuento aūt tam superno artificio, tamq. ineffabili amore præstito beneficio nos tam diuisis, atque contrarijs esse ais, maximum est
20 malum, atque miseria. Quantum hoc Deo execretur, in supplicijs, quæ de illis sumit, qui proximos suos affligunt, aperte manifestat. In qbus uidet magis ea peccata sentire (si ita dici potest) quę in proximorum detrimentum fiunt, q̄ quæ aduersus diuinam ipsius maiestatem cōmittuntur. Quod apparet in parabola debentis decem millia talentorum, cum Dñs non tm̄ sensit debitū illud maximū, quod sibi debebatur, quantum afflictionem, qua debitor ille alterum proximū suū oppressit, ut habet. Qd̄ præsertim oñdit, qñ puniuit Adamum, dicens ei: Maledicta terra in opere tuo. Quamobrē qñ pater inijcit cādelabrum in filiū suum, ut illum deterreat, statim non in eum qui dem, sed in terram ictum dirigit: sic illic
21 uoluit Dominus ut maledictionis ictus in terram dirigeretur, & nō in Adamum. Peccatum autem, quod commisit Cain aduersus proximum, & fratrem suum Abel, dissimili rigore puniuit, dicens illi; Maledictus eris super terram: non utique dicit: Maledicta terra: sed maledictus tu, maledictionis ictus in ipsum Cain directus fuit, ut cognoscatis quantopere sentit Deus peccatum aduersus proximum perpetratum. Per Abdiam Prophetam acriter commi- Abdiam
nat̄ Deus filios Esau; rationemque præparati supplicii assignans dicit; Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob operiet te confusio, & peribis in æternum. Notate quęso Deum nō dicere; peribis in æternum propter idolo-
22 latriam, etsi idololatræ erant, nec propter blasphemias tuas, quæ sunt peccata contra solū Deum. Sed propter ea, quæ fecisti aduersus fratrem tuū, non quia propter idolatriam, atque blasphemias inferno satis digni, & propter ea condemnandi non essent: sed ut exaggeraret quantoperè Deus incommodā proximo illata execratur. Atque idcircò etiam per exaggerationem dixit

Salluſt.

Matth. 18. Gene 4. Simile.

Matt. 25

xit in die iudicij malos à se infernum esse detrudendos: quia esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Nec uerò meminit peccatorum, q̄ in diuinam ipsius maiestatē commissa fuerunt. Loquens B. Lucas 23. c. de sacratissima dñi passione dicit: Erat autē fere hora sexta & factæ sunt tenebrę in uniuersam terrā, uſq; in horā nonam, & obscuratus est Sol. Et alibi dicit. Extēdit Moyses manū suā in cęlū, & factę sunt tenebræ super terram Ægypti tribus diebus. Mirabile
23 quidem. In morte dñi tres horas, in Ægypto aūt tres dies tenebræ durauerunt. Gratior utiq; culpa fuit Iudęos Iesum Christū filium Dei occidere, q̄ Pharaonē Hebręos ex regno suo non dimittere. Et longioribus illos tenebris obscurat, q̄ hos, à quibus tā crudeliter fuit interemptus. O Christe uere hoium amator seueriorē te prębuisti in Ægyptios, qui seruos tuos offenderunt, q̄ in Hebræos q. contra te solum Deum peccauerunt. In quo nobis significasti quantò facilius eis ignoscis, qui contra te solum q̄ eis, qui aduersus proximos suos peccauerunt. Ægyptijs immisit Deus tenebras, ut illos puniret: Hebręis aūt in monte Caluariæ, ut eos deterreret. Nō. n. credibile est il
24 lum, qui ut illos redimeret, in crucē ascendebat, eos tunc puniri uelle. Et oībus his illustrissimis exēplis apparet, q̄ graue peccatū sit in cōspectu diuinę maiestatis proximorum afflictio, atq; persecutio, etsi nos (quę nostra est iniquitas) hoc parui ęstimamus. O fratres charissimi per uiscera miæ Dei nostri, in quibus uisitauit nos oriens ex alto: uos semel, & millies deprecor, ut odijs, atq; inimicitijs relictis cum inimicis uestris pacē componatis, siquidem ex ijs, quæ supra diximus, Euangelicam p̄fectionem in uero amore, ac charitate sitam esse cognoscitis. Et quatenus hęc charitas ad p̄ximum respicit, maioris est meriti in inimici, q̄ in amici amore, quia signum est illam esse maiorem, & quia illic maior adest
25 contradictio, atq; ēt quia actus est purior, & ab humanis respectibus longiùs segregatus. Quòd si quis dicat, Christus Redemptor noster dixit: Maiorē hac dilectione nemo habet, ut aīam suā ponat quis pro amicis suis. Ergo nō est maioris charitatis opus aīam pro inimicis ponere. Ad hoc rīdeo. Pro amico nihil maius fieri possę, q̄ uitā in discrimen adduci, si aūt hęc uita pro inimico obijciatur, signū est hoc, atq; effectus ardentioris charitatis. Quod si quis se excusat dicens: hęc nimis laboriosa, atq; difficilia esse: rīdeo, infinitæ potestatis dñm nobis dicere: *Ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros.* Ego qui uobis præcipio, ad hoc exequendū uobis uires præstabo. Nec uerò uires solum Deus præbere, uerum & alias ēt indulgētias, atq; auxilia in magnis persecutionibus cōicare consuescit, ut hoc
26 præceptū cum gaudio, ac suauitate cōpleat. 2. Reg. 15.
Cùm Dauid filiū suum Absalon effugeret Psalm. 3.
Psal. 3. composuit. Titulus autem, quo illi Spiritus sanctus hunc Psalmum inscribendum esse reuelauit, hic est. Psalmus Dauid cū fugeret à facie Absalon filij sui. Et nota illud, Dauid non in genitiuo quidem, sed in datiuo casu esse nā in Græco, & Hebræo sermone articuli datiui casus ei proponuntur. Nec uerò mysterio caret, nomē autoris Psalmi non in genitiuo, ut dicere consuescimus, hoc opus est Petri, aut Ioannis, sed in datiuo casu positum fuisse, ut significeē non Dauid quidem, sed Spiritum sanctum Psalmorum esse autorē, qui eos Dauidi reuelauit. Et sic uult dicere titulus: Psalmus Spiritus sancti reuelatus Dauidi. Reuelatio 2. Cor. 1.
aūt huius Psalmi facta fuit Dauid filiū suū fugienti. O q̄ merito dixit D. Paulus: Sicut Psalm. 93.
abundāt passiones in nobis, ita & per Chri-
27 stum abundat consolatio nostra, & ipse Dauid dixit: Secundum multitudinē dolorū meorū in corde meo consolationes tuæ lætificauerunt aīam meā. Quātò magis exterius affligebatur, tāto maiori luce interius consolabatur. Quia uerò una ex maioribus tribulationibus, quibus afflictus fuit extitit filij eius persecutio: tunc eū maiori Dñs cōsolatione subleuatus, tunc q̄, ei Iesu Christi Saluatoris mundi labores, mortē, ac deniq; ipsius resurrectionē reuelauit. Et horū mysteriorū contēplatione fulciebat, ut filij sui persecutionē. Semelq; maledictiones, atq; opprobria ęquo aio pateret, dicebatq. intra se: quid mirū q̄ hanc à filio meo persecutionē, & à seruo maledicta perpetiar, siquidem talibus, ac maioribus quidem opprobriis Deus à creaturis suis afficiendus
28 est? Quòd si Dauid ea considerans, quæ Iesus Christus Redēptor noster passurus erat, ad contumelias perferendas tantopere cōfortabatur: quanto magis nos considerantes Deum iam hęc omnia fuisse perpessum ad labores tolerandos corroborari debemus? Idcircò dicit B. Paulus: Recogita-

Luc. 23.

Fvod. 10.

Luc. 1.

Ioan. 15.

te

Universidad de Deusto
Biblioteca

te eum, qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionẽ, ut ne fatigemini aïs uestris deficientes: nondũ. n. vsq; ad sanguinẽ restitistis aduersus peccatum repugnantes, supple: qđ facere debere
29 tis. Vt aũt hoc faciatis: Recogitate eũ, &c.

Ad hoc ẽt multum conducit pro certo habere, nullũ nobis ab inimicis nostris incommodum prouenire posse, quod ex Dei manibus nõ procedat. Vnde Amos Prophe ta dixit. Si erit malum in ciuitate, qđ Dñs non fecerit? quasi dicat, non. Etenim quanuis Deus non sit causa malitiæ, qua inimicus meus me insectat: est tñ immediata cã exteriorum actuũ quibus me persequitur. Sciendum est aũt malitiam inimici mei eorde delitentem nõ mihi officere, neq; dolere, sed exteriores tñ actus, quibus mihi nocet. Hos uerò exteriores actus nõ potest ipse efficere, nisi Deus cum illo concurrat. Nunq̃ proximus meus mihi alapam manu inflixisset, nec lingua iniuriam protulisset, nisi Deus ei membra illa mouisset, suisque operationibus adiuuisset. Quamobrem sta
30 tuamus ĩ cordibus nostris inimicos nostros Dei esse instrumenta quibus nos perficere conatur. Quid damni aduenit lapidi eo q malleis à latomo excolatur, atq; isculpat? nullũ utique: imò ex rudi atq; incõpto lapide sancti cuiusdã simulacrũ pficitur. Hoc profecto intendit supernꝰ artifex Deus, ut assumẽs inimicos tuos in instrumẽta, qbus te affligat, atq; pcutiat, non sancti quidem simulacrum, sed verus sanctus efficiaris.

Amos 3.

Simile.

Cum S. Rebeca filios suos geminos Esau, & Iacob in utero deferret, contentionẽque sentiret, quam ibi cõmouebant: super hoc negocio Deũ consuluit: & inter alia ei Dñs rndit dicẽs: Maior seruiet minori. Nullum aliud ministeriũ in diuinis literis, maior, i. Esau minori Iacob exhibuisse reperitur, ni si eũ fuisse psecutum: quod quidẽ satis ma
Augu. sup gnum fuit. Ita B. Aug. locum hunc exponit
c. 25. Gen. dicens: Maior seruiet minori nõ obedien-
31 do, sed vexando, quẽadmodum ignis, & carbones auro deseruiunt purificantes illud. Ideo tam amara nobis est psecutio, qa de aiarum nostrarum purificatione, atq;. pulchritudine nõ agimus, neq; illã expetimus quam profecto fratres si efficaciter cuperemus, ꝙ uiori aio inimicorũ nostrorũ persecutiones, atq. iniurias pateremur: intelligeremusq; quanto nobis conducibilius sit inimicos, qui nos persequantur, habere, q̃

Gen. 25.

amicos, qui nobis adulẽtur, atq. ad malum nos prouocent. Qũ Diabolus Euã decipere uoluit ĩ istrumẽtum pulcherrimã arborẽ dicitur accepisse. Et sic illic legitur: Vidit mulier, qđ bonũ eẽt lignũ ad vescẽdũ, & pulchrũ oculis, aspectuq̃. đlectabile, atq. ex hac pulchra arbore Diabolus mulierẽ accersiuit, quæ nihil aliud pter arboris ve 32
nustatem considerans, statim abijt, & fecit oĩa, quæcunq. illi Diabolus cõsuluit. Deus Moysi pecora pascẽti in rubo spinis cooperto, ignisq̃. succenso apparuit, & illinc eum vocauit, atq. allocutus fuit, populoq. suo prẽfecit. Itaq. Dæmon Euę in pulchra arbore apparuit, & pulchritudine illa eam spiritaliter occidit, atq. destruxit. Deus ât Moysi in rubo spinis cooperto, atq. succẽso apparuit, & exinde in ducẽ suũ illum elegit. Ecquid est amicus nisi amici sui aspectui arbor decora? Amici tui familiaritas, & necessitudo te accersit, ut quò ipse tibi cõsulit, vadas. Si amicus tuus accedit dicẽs tibi: Accipe gladiũ, & sequere me, statim hoc fa 33
cis siuè ad alterũ occidendũ, siue ad uirginem deflorandã, siue ad nuptam opprimendam se cõferat, nihil aliud, nisi arboris pulchritudinem, i. amici tui necessitudinẽ cõsideras, protinus ad oĩa quæ tibi dicit, facienda properas. Animaduertens Deus Dæmonem ex hac decora arbore plurimos hõmines sępenumerò accersire, illosque pulchritudine ista decipere, in altero ligno (humano uideri) horrido, aspero, spinis onusto, atque igne succenso se collocat, hic est inimicus tuus, & iniuriæ, quas tibi intulit, sunt spinæ, furorq̃., quo cõcitatus est in te, est ignis qui te cõbusturus eẽ uidetur. Ex hac igitur horrida, & aspera arbore te Deꝰ accersit, & qđ Moysi dixit, hoc idẽ tibi dicit, solue calciamẽta de pedibus tuis. Tolle (inqt) iniquas istas cogitationes, qbus aduersario tuo mala machinaris, ad eumq̃. cũ charitate accedito, & cũ illo recõciliare, nã æterni Patris mei filiũ te uolo consti 34 Luc. 1.
tuere. Hæc est salus, quam dixit Zacharias, Salutẽ ex inimicis nostris, & đ manu oĩum, qui oderũt nos. O benedictus, & glorificatus talis Deus q hos modos, atq. inuentiones exquirit, ut nobis beneficia conferat. Qđ cũ ita sit fratres charissimi. *Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderũt uos.* Diligenter perpẽdite uerbũ hoc, diligite ei quo Dñs à uobis affectum cordis exposcit. Quid nãq̃. pdest te dicere. Ego ei ignosco, nisi

nisi odium cordis radicitus euellas? Parum profuit Philistæ is oculos Sanson euellere, crinesque succidere, cũ non eorum radices in capite remãsissent, iterũ accreuerũt, Iud. 16.
pristinasque uires recuperauit, quibus tem pli colũnas ubi eius hostes cõmorabãtur, apprehendit, atq; in terram proiecit, ipseq; 35
simul cum oĩbus in templo existentibus occubuit. sic etiam frater mi parum prodest, quod dicas te illi parcere nisi isthæc odia funditus eradices: nã cum minus arbitratus fueris reuiresċent quasi crines, & ad iracundiæ uires redibis, inimicosque tuos corporaliter, te uero spiritualiter interficies. Valdè notandũ est, in eadem concione, in qua summus mundi cõcionator de inimicorũ dilectione locutus est, statim immediate de
1. Reg. 26. eleemosyna atque oratione sermonem fecisse. Vtraq; enim harum hanc dilectionem maximè adiuuat. Dixit Dauid Sauli persequenti se, quam ob causam dñs meus pse quitur seruum suum? qd feci? aut q̃ est malum in manu mea? ideſt, si quid mali aduersus te feci, dic mihi, & ego illud corrigam. Sin minus, si Dñs excitat te aduersum me, odoretur sacrificium, ideſt, utercque nostrũ
36 sacrificemus, ut Deus cor tuum mitiget, odiumq̃; quo me pse queris ab eo euellat. Sic ergo uos facite o fratres: eleemosynarũ offerte sacrificia, missasque iubete celebrari, ut dominus corda uestra mitiget. Si. n. umbratica illa sacrificia uirtute hac pollebant, ut ex inimicis redderẽt amicos, & cõtraria corda cõponeret, quanto maiorem uirtutem diuinum hoc mysterium hẽbit, in quo ipse Deus est hostia pro salute peccatorum oblata? Necessaria est etiã oratio, huius enim amoris difficultatem intelligẽtes humiliter uos in diuino conspectu oportet prosterni, & dicere: O Deus infiniti amoris, atq; potentiæ, siquidem Domine inimicos meos à me diligi præcipis, ad hoc faciendum uirtutem mihi prẽsta. Credite mi
37 hi, si qñ uobis aliqua infertur iniuria, corã sanctissimo altaris sacramento aut in cubiculi uestri angulo prosterneremini, atque à potentissimo rerum omnium dño suppliciter peteretis, ut uobis in hoc negotio subueniret, alios utique in corde uestro effectus sentiretis. O quanto cum feruore inde prodiretis, non solum ad diuinũ hoc præceptum obseruandum, sed ad moriendum ẽt cęlestis Spiritus auxilium inueniretis. Etiã de oratione loquẽs prius de amore memi

nit, ut significaret neminem digne orare posse, nisi odium, quo proximum suum psequit, prius a corde suo euellat. Qui enim dicturus est, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, necesse est proximis suis ex intrinseco cor- Luc. 11.
de dimittat. Quod si iam pepercistis, confidenter dicere potestis, dimitte nobis debita nostra, tuamque nobis diuinam gratiam 38
concede, qua in futura infinita maiestate tua fruituri ad cęlestem beatitudinem conscendere mereamur.

Dñica I. In Quadragesima.

Ductus est Iesus in desertum a spiritu, ut tentaretur à diabolo. Matt. 4.

HVIVS Sancti Euãgelij lectio, 1
quæ uobis recitata est fratres charissimi est initiũ capitis quarti, q̃ exorditur ab hac dictione: tunc. Quæ sacrum Domini, ac Redemptoris nostri Iesu Christi refert baptisma. Prius sanctissimus Magister baptizari uoluit, quam sacrosanctum illud ieiunium in solitudine aggrederetur. Itaque a lauacro cœlesti illud opus exorsus est. Siquidẽ igitur ieiunium nostrum ad ipsius ieiunii reuerentiam, atque imitationem fit, rationi cõsentaneum est, ut etiam à lauacro confessionis incipiat. Feria quarta cinerũ uos admonui, ut cõscientiæ purificatione ieiuniũ sanctificaretis, quod & hodie iterum uos exhortor. (Vt. n. ait Seneca:) Nunquam ni Seneca.
mis dicitur quod nõ satis dicitur. Vos arbitramini postquam concionator aliquid semel admonuit, ante multos dies non au- 2
dendum esse illi in adiutorum memoriam idem reuocare. Non autem sic erit, sed ero quasi gutta sępius casu suo lapidem feriens nec persistam, quousque in cordium uestrorum marmoribus impressionem faciam. Gregorius Nazianzenus dicit, bonum non esse bonum, nisi bene fiat. Con- Greg. Nascientiæ ât lauacrum, ac puritas, est unum zianzenus
ex præcipuis medijs, quæ ad quicquam be- lib. 1. suæ
nefaciendum requiruntur. Quemadmo- Theolog i
dum optimus cibus in perpolito, ac mũdo Simile. ę

positus catino iucundissimus est, in obscœno aũt, atque immundo oblatus disco magnum affert horrorẽ, & pp catini immundiciam repudiatur cibus, præcipiebat Deꝰ ut in anno iubilei, qui erat annus septimus seruitutis, oẽs captiui Hebræi liberi dimitterentur, omnia debita relaxarentur, atq; omnia prædia Dominis suis redderentur. Et
Exo. 21. 3 seruus dimittendus cũ quali ueste intrauit, cum tali exiret. Quod si diceret seruus, diligo Dñm meum, & uxorem, ac liberos, non egrediar liber ad ciuitatis ostrum proferretur, & ante illius iudices locaretur, eiusque aure subula perforata seruus in seculum remaneret. Intelligamus ist hæc fratres mei, Deumque q non tã de seruis Israel, aut de prædijs, ac corporalibus uestibus, quam de animabus, quas ad imaginem, & similitudinem suam cõdidit, & pro quibus pretiosum eius corpus fuit in cruce laceratũ, rõnem habet. Et hæc omnia erant delineamenta quædã eorum, quæ uolebat, ut animæ peccati ser-
4 uitute deuinctæ facerent. Quarũ redẽptionis iubileum est pnia, per q̃ aĩa à diaboli laqueis, ac seruitute liberatur, p quam ei culparum debita remittuntur, per quam ei uestes bonorum operum, ac meritorum, quæ amisit, qñ in illã miserã seruitutẽ deuenit, restituuntur. Infœlix autem peccator, qui ne sensualem uoluptatem, ne ve eõuentionem, quã cum concupiscentia sua inijt, rescindat: ab hac seruitute exire uoluerit, audiat, & audite uniuersi filii hominum grauicorde, qui diligitis uanitatẽ, & queritis mẽdacium, audite Dei uestri sententiam, Deferantur (inquit) ad ostium ciuitatis, & perpetuę captiuitatis signo obsignentur. Ostium
Psal. 4. ciuitatis est per qđ ab illa exitur, si & ostiũ huius seculi est mors, in qua his miseris indiuini iudicis conspectu collocatis sententiam proferet, ut perpetua in inferno seruiture teneãtur. O metuendum uerbũ ecquis
5 audiens te non trepidas, atque eius cor iuslachrymas conuertitur? Per uiscera igitur Iesu Christi crucifixi uos deprecor fratres, ut omnes hãc pœnitentię indulgentiam diginissime celebremur, nũcque quandoqdẽ oportunum tempus habemus, ex ea fructũ percipiamus, si.n. semel ad ciuitatis ostium captiui deducimur, hoc est si ĩ peccato mortali morimur, captiui, & irremediabiles in perpetuum remanebimus. Vbi primum piissimus Dominus baptizatus fuit, statim solitudinem petit. O quam cœlestis doctrina, nostræque imbecillitati conducibilis.
Fratres mei postquam in lauacro pnię uos ablueritis, ne ad occasiones ciuitatũ, in qui-
bus antea eratis, reuertamini. Ad fulciendã Simile.
domum, quæ ruinã minitatur, opus est plurimis lignis, ac postibus, cui si uel unam columnam abstraxeritis, in terram corruet. Volo dicere nos adeò debiles esse, ut mille cu 6
stodijs, ac postibus uix possimus in gratia subsistere, & minima quaq; occasione oblata, statim corruamus. O quot mali fuerunt non quia mali esse uoluerunt, sed quia talibus sese occasionibus obtulerunt, ut uix aliter facere potuerint. In manu mea est certa Simile.
men aggredi, non autem est meum uictoriam reportare. In potestate mea est in mare ingredi, non autem ab eius periculis euadere. Sic in manu mea est me in occasionibus constituere, postquã autem in ijs positus sum non est in manu mea culpam effu-
gere, siquidem solummodò me illi offerri 7
est iã culpa sicut affirmat Ecclesiasticus di- Eccle. 3.
cens, qui amat periculũ, in illo peribit. In solitudinẽ se contulit cœlestis Magister, ut tentationem expectaret, quo diabolũ solũ inuenit, plurimos enim in seculo habebat adiutores, atq; etiam adeò pusillanimis est, ut nunquam solus audeat incedere, sed semper nos mundo, ac carne comitatus aggreditur. Credite mihi, si solus diabolus accederet, non tantã in nobis stragem ederet, sed his scelestissimis comitibus semper sociatus accedit. Sicut illi Chaldæi, qui dicuntur fecisse tres turmas, & pueros, gladio p
cussisse. Non utique damnũ hoc S. Iob infer- Iob. 1.
re ausi essent, nisi tres cohortes in simul cõuenirent, sic dęmon non audet per se damnum inferre, quod mundo, & carne comitatus infert. Si aut nos à mũdo recesserimꝰ
carnẽque uerberibus, ac ieiunijs compresserimus, soli cum diabolo solo colluctabi- 8
mur, & sic illum facilẽ superabimus. Simile.

Ductus est Iesus à spiritu. In hoc docemur ne à quouis nisi à Spiritu Sãcto nos duci, neq; gubernari patiamur. Prudens nauta, qui nauim suam saluam, & incolumem in portum perducere conatur, non ad quemcunque uentorum flatum uela tendit, sed eum tantummodo illis curat colligere, qui nauẽ impellat quò ipse desiderat. Vnusquisque Christianorum est nauta, qui animæ suæ nauim in portum salutis conatur appel- Sap. 5.
lare. Mali dicũt in inferno de rebus, quas in hoc seculo possederunt. Transierũt omnia

nia tanquã nauis, quæ pertransijt fluctuãte aquã: cuius cum præterierit, nõ est uestigiũ inuenire. Idemque de animabus suis dicere possent, quæ quidem cum præterierunt, nullũ uirtutis uestigium relinquerunt. Sanctus autem Iob de se dicit, dies mei pertrãsierũt quasi naues portantes, q̃ quidé
Iob. 9. 9 magnũ ex se pp odoriferũ fructum, quẽ deferunt, odore, ac suauitatẽ emittunt. Tales sunt iustorum dies, qui quacũq; prętereũt magnum relinquunt sanctitatis odorẽ. Ad has ergò naues gubernandas dedit Deꝰ gubernaculum rõnis, & uela uoluntatis. Etenim uoluntas cæteras oẽs potentias ad bene operandũ cõmouet. His uelis plures uẽtorum flatus aduersari possunt: unus autẽ
1. Ioan. 4. illi prosper esse, camq; securum portum põt pducere. Contrarij uẽti sunt instigationes, inspirationesque Sathanæ. Idcirco dicebat D. Ioannes, charissimi nolite credere omni spiritui, sed ꝓbate spiritus an ex Deo sint. Nec eos uoluntatis uelis colligatis, ducent enim uos, quo nolitis. Solam spiritus sancti inspirationem à uobis colligi, atque hic uoluntatis uela oportet extendi. Priusquam hõ uoluntatem suam tẽdat, atq; ad aliquid amplectendũ propendat, consideret utrũ illud rõni, diuinæque legi cõsonet,
10 & tunc illud uolũtate ꝓcipiat. Hic est pro Psal. 142. sper uentus, quo nauis in fœlicem portum ducetur, dicit Propheta: spiritus tuus bonꝰ deducet me in terrã rectam. Cœlestis beatitudo est hæc terra omni rectitudine repleta. In nostra etenim terra (quæ nostra ẽ miseria) parum rectitudinis inuenitur.

Vt tentaretur à diabolo. Tentatio ẽm Isidorum est seminariũ quoddã culpę, ita ut nisi tentatio à diuina gratia, & libero arbitrio impediatur, ex natura sua delectationẽ gignat, delectatio ãt cõsensum, consensus uerò opus, opus consuetudinem, cõsuetudo duritiem, & obstinationem producat, & sic misera quædam inferni scala conficitur. Et cũ n. Dñs se tẽtari pateretur, suã nobis ineffabilem mĩam demonstrauit: per-
11 misit enim se quantum fuit ex parte diaboli ad culpam instigari, uidelicet ut aliam occasionem utẽdi mĩa cum tentatis, atque ꝓ lapsis haberet, pp tentationem, quam in se Hebr. 2. fuit expertus. Quod misericordiæ genus Apostolus considerans ait: In eo, quod passus est ipse: & tentatus potens est his, qui tentantur, auxiliari. Nam calamitatum experientia compassionis, ac misericordię ma-
ter existit. Qui uerò ærumnas non pertulerunt, uix miserorũ compati sciunt. Verum, ut dixit Dñs, uenit enim princeps mũdi hu- Ioan. 14.
ius, & in mẽ habet quicquam. Quemadmodũ semẽ super purissimi auri laminã iactum pp eius mdispositionem radices agere nõ põt: ita nec seminarium tentationis in Xpo. Et hæc fuit rõ, quare bis una & ea- Simile.
dem tentatione diabolus Dñm non fuit aggressus, sed semel unã, & iterũ alterã illi attulit tentationẽ. Ex quo fratres mei scitote 12
euidẽs esse signũ diabolũ aliquid à uobis cõsecutũ fuisse qñ uos ab eo una & eadẽ tẽtatione sæpenumero tentari perspicitis. Sicuti cũ fodientes uenas aureas iterũ atque iterũ ad eas redire uidemus, semper illos aliquid reperire conuincimus. In Christo aũt Saluatore nostro ñ habet quicq̃. O quãtopere nos oportet corpore, & aĩa pœnitẽtijs, sanctis exercitationibus, diuinisque colloquijs spirituales effici ne in nobis ad spiritualia reductis tẽtatio, q̃ est culpæ semina- Galat. 5.
riũ, radices immittat. Ideo B. Paulus ait: dico autem in Christo spiritu ambulate, & cõ
sideria carnis non perficietis. Et sic tẽtatio in uobis aptitudinẽ non reperiet, nec radices aget. Mia etiã Dñi fuit permittere se tẽtari, ut nos erudire, qũo tetationes uincere debeamus. Cõsiderate qũo supernus hic Psalm. 34.
dux ex tentatione uictoriã reportauit, & sic uos etiam uictores euadere curate. Prophe- 13
ta affectuose Deũ precabitur dicens: Apprehende arma, & scutum, & exurge in adiutoriũ mihi. Super quod B. Hieronymus, Ma- Hiero.
gnum (inquit) spectaculũ est Deũ pro te armatũ uidere. Attẽdite autem qũo non una quidem, sed plurimis se armaturis, ieiunio uidelicet silentio, solicitudine, atque oratione, muniuit: in media hyeme pluuijs, frigorique expositus sine domo, sine lecto in nuda humo recumbens noctes dieśque peccata nostra lamentando consumens. O quanta confusio filijs huius sæculi, qui tam effrenate uoluptatibus indulgent.

Cõsidera miser quid bonus Iesus uictus amore tui patiat; tu uerò cũ tot torméta ꝓ terrestribus, caducisq; rebus patiare, ne minimũ quidẽ laborẽ huius piissimi Dñi causa tolerare nostri. Erubesce igitur, o frater, 14
& a mõ te diuiuis armis munire incipito, quibus cõtra aduersarium tuum ualeas debellare. Et nota quod quemadmodum, qui fidens toraci, quo pectore munitus incedit certamen aggreditur, magno periculo ex-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ponitur,nã simul opus est brachiorũ armaturis,manicis,& cassîde, sic etiam,& in maiori periculo uersatur,qui corporaliũ tantũ ciborum abstinentia,absq; reliquis uirtutibus cõtentus est. O stulte nunquid honestatẽ oculis,silentium linguæ, largitatẽ manibus,claustrum pedibus,oĩbusq́ue sensib⁹ arma dubitas esse necessaria? An ne quantum malũ per has ianuas animæ ingrediat̃ Eccl.31. ignoras? ecquis quantũ malũ soli oculi afferant,satis dignè poterit explicare? Ideò Ecclesiasticus,nequius(inquit)oculo qd creatũ est? Mirátur hoies,q; Basiliscus uno oculorũ intuitu hoiem occidat, multò aũt magis mirandũ est, q; hõ oculis suis non corpus quidem,sed aiam aspiciẽdo interimat, nec verò temporali, sed æterno interitu,illam occidat. De lingua verò quid dicã? de Pro.25. qua dicitur sicut urbs patẽs , & absque murorũ ambitu,ita,uir qui nõ põt ĩ loquẽdo cohibere spiritũ suum. Quapp frater pluribus undiq́ue armis te muni, sicuti tuus cœlestis Magister pp tnũ exemplũ munit⁹ est. Verum proh dolor quantũ est circa hoc deplorandũ! & quãtus horũ armorum ĩ Christianis defectus existit. Dicit q; faber ferra-
16 rius nõ inueniebatur in oĩ terra Israel, cauerant enim Philistijm ne fortè facerẽt Hebræi gladium,aut lanceam. Cumq́ue uenisset dies prælij non est inuentus ensis,& lan-
1.Re.13. cea in manu totius populi. Hoc est unũ ex præcipuis,quę diaboli expetunt,scilicet,ne sint in populo Dei arma, nec faber ferrari⁹ qui ea perficiat. Arma militiæ nostrę sunt sicut anteà diximus,ieiunia,preces, vigilię, disciplinę,silentium ,&c. Hæc curat diabolus,ne inter Christianos,nec q ea pficiãt,cõmorẽtur: nec sint, q ea suo bono exẽplo alios erudiãt. O De⁹ infinitę maiestatis aperi nũc oculos nostros,ut ĩ ẽ̃to periculo inermes inter hos teterrimos generis humani hostes versemur, apertè cognoscamus. O quis eloquutione polleret qua hæc tã necessaria nobis satis dignè posset ampliare,atq; 17 in aium inducere,ut amodò nouo quodam spiritus feruore ad hoc spirituale certamẽ his diuinis armis muniri inciperetis. Etiã Psalm.9. Dñs se à diabolo tentari permisit, ut armorum eius aciem obtunderet. Hoc est quod dicit Propheta: Inimici defecerunt frameæ in finem,& ciuitates eorũ destruxisti. Sic cõstruę uersum istum: frameæ inimici defecerunt in finem. Idest in Christum. Arma diaboli inimici nostri in te Deus meus, finis ac uictoria mea confracta sunt,ciuitates q; & arces,ex quibus dæmõ infideles tuos tela sua immittere consueuerat, iã solo adæquasti. Vrbes,& arces,in quibus dæmon arma sua exercet,sunt domus ludorum, atq; turpitudinum,& ciuitatẽs, in quibus uitia publice grassari permittuntur , in quibus Deus in hoc sæculo plurima nimiumq; ter- 18
ribilia supplicia exercuit. In hoc igitur nobis auxiliatus est. Etenim nõ solum nos docuit arma,quibus decertare debeamus, sed uires etiam,& acumen tẽtationibus Sathanæ sustulit,ne tantum nobis dãnum posset inferre. Deq́ue ciuitatibus eius maxima sũpsit supplicia,ne & nos in similia scelera laberemur. Hoc significat,inimici defecerunt frameæ in finẽ. Sicut enses exactissimi ærtis clypeum ferientes acumen deperdunt,nec sicut anteà abscindere possunt. Nihilominus tñ nimis assiduam oportet esse orationẽ nostrã,non enim arma nostra sufficiunt. Atque etiam śm B. Augustinũ præter gra- August.
tiam iustificantem nouo indigemus auxilio Dei ad uincẽdum. Dicit enim: sicut oculus perfectissimè sanus nisi cãdore lucis ad iutus uidere non põt: ita aĩa perfectissimè iustificata uincere tentationes non põt,nisi 19
Dei protectione munita,qa Apostoli erãt in gratia, & modo sacrosanctum Dñi corpus assumpserant,& tamen dicit eis,orate, Psalm.4.
scilicet pro auxilio nouo. Et ait Dauid: Dominus in circuitu populi sui. Et alibi. Angelis suis Deus mandauit de te, ut custodiãt te in oĩbus uijs tuis,& ibi loquitur de hoie iusto,q habitat ĩ adiutorio altissimi. Et hoc cognoscetis quãtopere uos ad hoc singulare refugium passim confugere oporteat. Et sic ubi nos legimus. Adiutor , & susceptor Psal. 118.
meus es tu,alij uerterunt latibulum meũ & scutum meũ es tu,quo uerbo docemur Simile.
quemadmodum lepus aliaq́ue imbecilla animantia à uenatoribus oppressa,atque in sectata in speluncas,& latibula sunt confugiunt,ita etiam in tribulationibus nostris Cant.2.
nos ad Deũ cõfugere oportere. Ideò sponsus sponsam accersit dicens,ueni columba in foraminibus petræ,idest in uulneribus meis. 20
Magnopere etiam animaduertendum est , 1.Re.13.
cum Sanctus Euangelista de præparatione ad hoc prælium à Spiritu Sancto in anima iusti facta loqueretur,nihil de diaboli præparatione dicere, nam hic ad malum pãratissimus in arena semper insultat , atque omnes impudenter aggreditur. Quærenti

Iob.40. Iob de diabolo ob dãna,quæ illi intulerat, respondit Dñs: Ne mireris,illũ te lædere ausum fuisse,nõ ecce absorbebit fluuiũ, & nõ mirabitur,& habet fiduciam,q; influat Iordanis in os eius. Ijs uerbis eius superbiam Dñs significanit,quæ tanta est,ut arbitretur nullam esse posse uirtutem, q̃ ipse non pro-
21 sterneret. Hoc manifestè patet , siquidem Christum Redẽptorem nostrum oppugnare ausus est: in cuius puritate nullã unquã rimam perspexit , ex qua illius supe randi spes ei posset exoriri. Hæc fiducia superãdi oẽs ex eo illi proficiscitur,q; se ex illo statu cecidisse considerat. Etenim secũ ipse recogitans,dicit. Si cum ego in tam sublimi perfectionis gradu perstiterem , tantã ruinam feci,ecquis nõ corruet? O efficacem conie-
Luc.10. cturã. Hoc manifestè demõstrauit Christus Redẽptor noster. Exultãtibus aliquibus discipulorum,atque dicentibus. Etiam dæmonia subijciuntur nobis,ut eorũ elationem comprimeret,respõdit Dñs. Videbã Sathanã sicut fulgur de cælo cadentem. Quasi di-
22 ceret. Nunc cõtẽplabar Sathanã in profundum auerni ex cælorum sede corruentẽ, id est,ne inani gloria efferamini, nam ex sublimiori statu ,plapsus est Sathanas,siquidem aũt tam perfectam creaturam elatio præcipitauit,qs se securũ eẽ iudicabit, pcipuè cũ nos hac misera,& imbecilla carne circunseptos esse uideamus? qua cũ se S. Iob circũdatum experiretur,dicebat: Quę est.n. fortitudo mea,ut subsistãt? Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea,nec caro mea,ænea ẽ. Ecce nõ est auxilium mihi in me . O quãtopere hic sanctus uir humanã fragilitatẽ exaggerat. Nam ex eo,q; spiritus uester tam debili carni coniunctus sit , magna illi pars fragilitatis eius adhæret. Quemadmodũ si
Iob.6. prælãtis animi ducẽ cũ aliquibus militibus in arce cõmorantem,magna hostiũ manus oppugnaret,quo se propugnare uolentes illi ignauia,& timore pculsi se se hostiũ
Simile. 23 potestati tradere conarentur, hic dux profectò uiriliter se gereret,partesq; suas cõstãtissimè tueretur. Attamen cũ tantam(iqt) aduersum me hostiũ multitudinem perspiciam, quomodo ab ijs oĩbus uictoriam reportabo, præsertim cũ socii, atq. domestici mei se se illis dedere uelint? Quid igit mihi faciendũ est? eis utique cedam, sic aĩa Sathanæ tentationibus oppugnata domesticos suos, hoc est, sensus hostli teterrimo parere perspiciens, ipsa etiam illos uoluntati subijcitur. Et hoc est fragilitatis peccatum. Hanc rõnem adduxit Iob ad se excusandũ Iob.10.
dicens: Memento,q̃so,q; sicut lutum feceris me. Recordare Dñe me non sicut Angelos quidẽ factum fuisse,qui à quo perturbẽtur,atque grauentur,nõ habent. Hinc intelligetis unã ex rõnibus,ob quas uult Deus ut carnem nostram affligamus, atq; puniamus. Videlicet,quia siquidem hęc peccata è carne procedunt,rõni consentaneum est,ut 24
illa potiorem perferat pnię partem ; & sic ab aĩa hoc unum Dñs expetit, uidelicet, ut uerè illam peccatorum pœniteat, perfectãque habeat illorũ cõtritionem . Cuius rei admirabilis extat figura. Loquens Deus de Leuit.6.
sacrificijs pręcipiebat, dicẽs: Vas autẽ fictile, in quo cocta est,confringetur, q; si uas æneum fuerit,defricabitur,& lauabit̃ aqua. O rem mirabilẽ,uas fictile confringit,ęneũ aũt confricari,atq; ablui Dñs præcipit. Ecquid Dñe testa fictilis plus habet culpæ, q̃ ęnea,qa illã iubes infringi? Hoc utiq; modo uolebat nobis Dñs significare rationẽ qua eum in diuino pnię sacrificio placare debeamus,in quo uas æneum,(per q; spirita 25
lis aĩa significatur (pręcepit contritione fricari,& cordis ẽ̃ltem lachrymis ob cõmissam culpã ablui. Vas autẽ fictile,quæ est caro,ieiunijs,disciplinis , alijsq; corporalibus afflictionibus pcipit lacerari. Et ita dicit D. 1.Cor.4.
Paulus. Licet is,qui foris est noster hõ corrumpitur,tñ is,qui intus est, renouatur de die in diem. Cũ igitur diabolus hãc hoium imbecillitatem norit, iã potestis cõsiderare,q̃ audacter ad nos tentandos accedet, q; apertè manifestatur in eo, q; Christum Redemptorem nostrũ tentare non dubitauit.

At quærat quispiam cũ septem sint peccata mortalia, quare tribus solũ diabolus Dñm tentauit, uidelicet, gula, superbia , & cupiditate? Dico illũ hoc feciss̃e quasi militẽ, qui quibusdam armis pugnare consueSimile.
sceit, quibus, cũ assiduam uictoriam cõsequatur, eis semper in pręlijs utit̃. Hęc tria pec- 26
cata sunt arma, quibus diabolus plurimas aĩas oppugnauit, quibusq́ue cõplures uictorias reportauit. Quocirca fratres charissimi diligentissime curare debetis præcipue ad uersus hoc tria uitia uos munire. His enim totus terrarum orbis euersus est. Qũ si qs quærat, quare Sathanas gula prius, quã alijs duobus peccatis Dominũ tentarit? Respondeo, ducem qui urbem aliquam obsidione premit, hoc primum curare, uidelicet, ut

Simile. præcipuum eius ostium occupet, quo obtẽ to cætera omnia facilè superantur. Præcipuum hominis ostium est os, cuius si dæmon fuerit dominatus perdita temperantia, cætera omnia facile corruunt. Epulo, & ebrius quid nõ admittent? Vnde B. Gregorius: Nisi (inquit) gula refrenetur, frustra contra alia uitia laborabitur.

Gregor.

Et accedẽs tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic, ut lapides isti panes fiat. Aliqbus (credo) adulatorijs, ac fallacibus uerbis eum alloqui inciperet. Sancti aũt Euangelistæ cũ grauissimi, & nimis succincti fuerint scriptores, ea tantũ, quæ ad rem faciunt, retulerunt. Quia aũt Dei facere est præcipiendo, idcirco ad hoc operãdi genus dæmon attẽdit, ex quo utrũ Deus ille esset, facilè dignosceret, dicens: *Dic ut lapides, &c.* Attendite quõ eius dicendi modum furtipiat. Etenim Dei phrasis est dicere. Dixit Deꝰ: Fiat lux, & facta est lux, &c. Et sic dicere ei: dic, ẽ dicere: Loquere ut Deus, nam Dei est dicẽdo facere: ipse dixit, & facta sunt. Arbitratus ẽ utique Sathanas à se Dñm hoc modo esse cõprehendendum, & statim dicturum esse: dico: aut nõ possum hoc facere. Hoc enim intra se cogitauit: hic homo non est rusticus, sed omni urbanitatis genere politissimus, ergo cõgruè mihi respondebit: est sanctus, ergo uerũ dicet. Sapiẽtissimus autem Dñs ita responsionem suã temperauit, ut verũ cõgruè dicens, ignarũ sicut antea illũ reliquerit. Anteaq̃ ulterius progrediamur oportet, ut hæc minutim uerba pensemus. Primum aũt notandum uobis est nomen, quo diabolus hic à S. Euangelista fuit nuncupatus. Accedẽs (inqt) tentator. Sicuti vulgo quẽquam aurificẽ, sutorem, aut sartorẽ, quia illis officijs intendunt, appellare solemus: Sic ẽt dæmon dicitur tentator, & meritò quidem, atque etiam maiori rõne: nam hi plurimis diebus festis præsertim ab officijs suis cessant, nec cum edunt, aut dormiunt illa exercent: diabolus huic officio diligentius iucumbit; quia otiosiores tunc homines reperit, nec edit, nec dormit, nec defecisci-

Gene. 1. Psal. 148.

27

28

29

Marc. 1. D. Tho. 3. p. q. 41. ar. 3. Et ibidem Caieta.

tur tentans nos. Et sic ex Diuo Marco colligitur nos quadraginta dieb. Dominũ tentasse. Dicit enim S. Euangelista: Et erat in deserto quadraginta dieb. & quadraginta noctibus, & tentabatur à Sathana. quæ sententia non displicet Remigio, nec Diuo Thomę, & ibi Caietano, cui etiam fauet q̃ dicit Diuus Lucas: consummata omni tentatione diabolus recessit ab eo vsque ad tẽpus. Nec uerò erat eis tentatio, illa trina tentatio. Huic etiam auxiliatur, quod dicit B. Paulus; Tentatum autem p nos pro similitudine absque peccato. O infinitã Dei probitatem, qui pro nostra doctrina atque admonitione se tẽtari permisit. Nã si dæmon tot tentationibus, ac uitijs tentare filium Dei ausus est, quid tibi non faciet ò peccator? Etiam vos notare oportet, quõ S. Euã gelista dicit, diabolum ad tempus recessisse. Et siquidem à tam præpotenti iusto non in æternũ recessit, præcipuè cum ab eo tã acriter tractatus, atque percussus recesserit non mirari debes, si licet eum semel superaueris, ad te iterum, atq. iterum reuertat. Quapropter cum maxima cautione, atq. animaduersione nos uiuere oportet. Venerabilis Beda dicit, postquam Sathanas à Domino deuictus discessit, illum iterum per se tentare non ausum fuisse, at ei per suos ministros bellum intulisse.

Luc. 4. Heb. 4. Beda.

30

Tertio notandum est, dæmonem lapides Domino obtulisse, ut eos in panes conuerteret, cum eum intelligeret esuriret. Vt cognoscatis diabolum ex leuissima quaq. re ad nos tentandos occasionem sumere. Si te saturatum cernit, luxuria tentat; si famelicum, gula; si laboribus oppressum, impatiẽtia; si uirtute præditum, inani gloria; si denique te diuitem esse perspicit, superbia oppugnat. Itaq. nullam occasionem ptermittit, qua non utatur aduersum nos. O quot imitatores habet in hac tentatione Sathanas, quotidie Frater misericordiarũ animarum nostrarum salutẽ esurit, nos autẽ quasi dæmones lapides, hoc est, duros, atq. obstinatos animos ei offerimus. Verũ utinam eos saltem ita duros offerremus, ut lapides istos ĩ panem lenitudinis, ac suauitatis conuerteret prosterne te frater peccator ĩ conspectu huius optimi Dei saluationis tuæ esurientis, & cũ peccatorũ tuorũ contritione illi dicito: O Deus infinitę Maiestatis, tu, q̃ p Ezechielem Prophetam dixisti, Auferã cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor carneũ, per tuã infinitam clementiam te deprecor, ut me conuertas, istudque cor meum mollefacias, quod tanquam lapis exiliit, obduratum, tu Domine illud in panem conuerte, atque morsibus comede, & per gratiam in te incorpora. Omnes sic eũ fratres chariſſimi deprecamini.

31

32

Ezech. 11.

Notate etiam diabolum non dixisse, ut in

Simile. in delicatissimos cibos lapides cõuerteret, ne tẽtationem esse aperte demõstraret. Nã quemadmodũ auceps qñ retia tendit, nihil aliud præter cibum apparere curat, sic diabolus cũ nos tentat, quãtũ põt, elaborat, ne eius tentatio, tentatio, sed rõ esse uideatur. Idcircò maxima animaduersione opus est ad diabolicas tẽtationes dignoscẽdas. Post quam enim tentationes esse cognoscũtur facilius deuincuntur. Respondens Iesus, dixit ei: Non in solo pane uiuit homo, &c. Id est, nõ tenetur Deus homes solo pane sustẽtare, quouis enim alio cibo illos alere põt. Siquidem tantã Rempublicam, quãta erat Hebræorũ quadraginta annis in deserto sine pane sustinuit, & hoc idem, q̃ Dñs huc adducit, dictũ fuit in Deuter. ad hoc ipsum propositum. Quo uerbo dæmon superatus assumpsit eum in sanctã ciuitatem statim cum alia tentatione occurrit. Hoc sperandum est nobis quandiu in hoc sæculo uixerimus, quod semotis unis tentationibus statim aliæ succedũræ sunt. Loquens

33

Deut. 2.

34 Moyses de terra Gigantum, dicit: In ipsa olim habitauerunt Gigantes, quos Ammonitæ uocant, Zomzomim populus magnus, & multus, & procerę longitudinis, sicut Enacim, quos deleuit dñs à facie eorũ, & fecit illos habitare p eis. Itaq; nõ deerũt Gigantes, etenim alij alijs succedent, sicut hi filij Enacim alijs Gigantib. successerunt, ita nunc aliq̃ alijs tentationibus succedũt, nec uerò idcirco nos cõtristari oportet. Nã quemadmodum nautę periculosiorem ducunt malaciam [*vulgo calma*] quam tempestate, quia aduersus tempestates, tumentesq; maris fluctus plurima norunt remedia adhibere, aduersus autem malaciam, q̃ fit cum maris fluctus oĩno quiescunt, neq; ulla aura cõmouentur, nullum hẽnt remedium, sic etiam spiritalis uitæ magistri maiorem tentationẽ iudicãt, se non tentari, q̃ tẽtationibus oppugnari. Etenim quẽadmo

Simile.

Simile.

35 dũ aduersus cibũ stomachũ ingredientẽ naturalis calor, cũ illo tandiu pugnat, quousq. in suã substantiã conuertit, q̃ si plus cibi ei nõ injiciatur, secũ ipse decertat, quoadusq; consumit, & hõ extinguit, sic nisi exteriorẽ habueris tentationẽ, tecũ ipse bellũ geres, quoadusq; te penitus destruas. Quapp ne cõtristeris, qñ fueris tẽtationib. oppugnat⁹: siquidẽ cũ Dei facultate, qui salutẽ, utilitatemq; tuã maximè desiderat; oppugnaris.

1. Reg. 18. Ideò dicit: Spũs dñi malꝰ torq̃bat Saul. Dicit diabolus malus, q̃a mala est uolũtate ad officiendũ nobis. Vocatur aũt spũs dñi, q̃a sine Dei uolũtate nec tentare, nec quid aliud facere potest. Vnde apparet tẽtationẽ non solum utilẽ, sed sæpenumero etiã esse necessarium. Ecclesiasticus dicit: Qui nõ est tentatus, quid scit? Licet utiq; alia plurima norit, seipsum tñ, uiresq̃ suas ignorat, nisi tentatione probetur. Vnde pro eo, q̃ nos legimus. Proba me dñe, & tenta me, alij uerterunt. Cõtla me. Ex quo uerbo cõmoda tentationis apparent. Nã sicut aurum in fornace probatur, uerum ne, an alchimicũ sit, & à fęce simul purificatur, illustriusq̃ ac pretiosius remanet: sic etiam uirtus non solũ probatur, sed ut dicitur: Virtus in infirmitate perficitur, animæq̃ maioribus ditijs locupletata manet.

Eccl 34. 16

Psalm. 25.

2. Cor. 12.

Tunc assumpsit eum in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi. O quot facit diabolus ascendere, ut ex sublimiori loco maiore faciant ruinã qñ quenquã sine uirtute, ac Deo, in altissimũ quẽq; dignitatis gradum uidetis efferri, meritò timeri pt, ne illum diabolus eleuarit, ut grauiori tandem casu prolabatur. Videbitis geminos colluctatores, & qui est expertior, cõparem suũ brachijs extollit, q̃ si in aerem illum eleuat, non hoc facit, ut sic eum sustineat, sed ut aptius in terrã dejciat. Sic Sathanas nõ eleuat quidem malum, ut semp eum ita sustineat, sed ut aliquo tandem tẽpore maiori confusione, atque in grauiora mala ꝓsternat, atq; hoc ẽt stratagemate cũ bonis uti consueuerit. Auceps perdicẽ in terra perspiciens, cum sic eã nequeat aucupari curat illã euolare, atq. in aerẽ extolli, ut sic in laqueos, quos ipse pparauit, deueniat. Ita dæmon quos nouit humiliatos se nõ posse superare, in sublime curat efferre, ut sic in eius laqueos prolabantur.

Simile.

37

Si filius (inquit) *Dei es, mitte te deorsum, nec mori pertimescas: Angeli enim te à morte seruabunt.* Vnũ ex ijs, q̃ diabolus magnopere intendit timorẽ à nobis auferre, sicut nunc Christo R. N. conatur adimere. Etenim Eua dixit. Nequaquam moriemini. Per maledictorum senũ ora dixit S. Susannæ. Ianuæ clausæ sunt, nemo nos uidet, tutò hoc facere potes. Quid mea refert (inquit sancta fęmina) etsi domestici mei me non uideãt, cũ tamen à Deo perspiciar? Respondit Dominus: *Scriptum est, Non tentabis dñm Deum tuum.* Me deorsum præcipitari est Deum

38

Gen. 3. Dan. 13.

tentate,& cognoscere uelle,utrũ promissis staturus sit,quod cum quispiam fecerit,de sinet esse seruus eius,de numero illorum, de quibus intelligitur testimonium, quod tu adducis,Angelis suis,&c.

Iterum assumpsit eũ,&c. Et ostẽdit eis om
39 *nia regna mundi,& gloriam eorum.* Nõ utique labores,quos secum regnorum gubernationes afferunt, nec pericula, in quibus eorum rectores uersantur, ei obtulit,quæ quidem si rectè intelligerentur, nemo illa concupisceret. O si in hac misera tempestate diabolus regna promitteret,quot illum adorarent. Siquidem homines pro pili utilitate tot mala committunt, quid pro ite gro regno perpetrarent? Sathanas quando hominem tẽtat,parcissimus est, qui si absque uoluptate,ac utilitate hominem ĩ peccatum posset inducere,hoc utique faceret, ut peccatũ nostrum grauius esset. De Chri
40 sto autem totius mundi Domino,cum maximam concepisset opinionem, ei magna proponens,dixit: *Hæc omnia tibi dabo, &c.* Ex hoc apparet diabolum maximi Dominum æstimasse,quando quidem eius peccatum tanto pretio emebat. Huic autem tã impudicę tentationi respondit Dominus: *Vade Sathana,&c.* In aliquibus Latinis exemplaribus,& in nostra translatione uulgata, in libris bene correctis, & emẽdatis non est in contextu hoc aduerbium, retrò.

Origen. Origenes perpendit,Dñm hic dixisse,Vade Sathana,non autẽ dixisse,uade retrò. Quãdo autem Diuum Petrum naturali quodam amore passionem eius impedientem reprehẽdit,dixisse. Vade post me Sathana. Id est,aduersarie,uade retrò, id est discipulum agas,non magistrum,id est, satiùs erit tibi,me in morte, quam mihi impedis, sequi, Diabolo autem non erat, cur diceret,uade retrò. Iam enim damnatus erat, nec eius discipulus esse, ut illum sequi po
41 terat,Diuus autem Petrus sic. Ex hac ae sponsione fratres charissimi Dei iniurias maximè sentire discamus, illiusque honorem instãtissimè propugnemus, solamque diuinam Maiestatem latrio animo adoremus,infinitam eius magnitudinem, atque excellentiam mente cognoscẽtes,& intrinseca illum uoluntate,ac puro corde diligẽtes,cumque hoc modo ei tãquam optimo Domino seruierimus suam in hoc seculo gratiam,& in futuro cælestem gloriam cõmunicabit,Amen.

Feria.IIII post Dominicam I. In Quadragesima.

Accesserunt ad Iesum scribæ,& Pharisæi,dicentes: Magister,uolumus à te signum uidere. *Matthæi.12.*

QVANDO quis nihil oĩno facere vult,ex quacũq; re ansam assumit. Viderant utique Pharisęi Dñm plurima, ac maxima faciẽte miracula,& tñ adhuc plura petebãt,q̃ licet pspicerẽt, ñ ideò ĩ Dñm Iesũ crederẽt,nec à sceleribus resipiscerent. D. Lucas clarius hãc istorum malignantiũ Pharisæorum petitionem explanat,dicens: Alij tentãtes signũ de cælo quærebant ab eo;significãtes, ea quæ Dñs faciebat prodigia terrestria, humilia, neq; tam illustria esse,quã miraculum Eliæ, qui de cælo ignẽ descẽdere fecit, ut autem ea, quæ hic agũtur, melius inteilligatis, aĩaduertẽdũ uobis est,oĩa miracula quæ Christus Redẽptor noster ĩ hoc sæculo operatus est nõ solum miracula fuisse, uerum & beneficia etiam hominibus facta,in corporum animarumq; ipsorum salutem extitisse,quò ex,his operibus, quatenꝰ miracu losa erant,illum uerũ Messiam mũdo promissum esse cognosceremus, & quatenus erãt beneficia,uerũ Deum illum esse sciremus,cuius munus est semper in homines conferre beneficia. Et hoc uoluit significare Sãctus Propheta Isaias,referẽs illos beatissimos spiritus à se uisos fuisse,dicẽtes: Sãctus,Sanctus,Sanctus Dominus Deus Sabaoth,plena est oĩs terra gloria eius,id est, diuinis eius donis,atque beneficijs. Hæc est Dei gloria,in qua ipse se ab alijs dijs falsis, per Isaiam Prophetam differre testatꝰ. Deꝰ (inquit) iustus,& saluans nõ est prẽter me, conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Vnde cum à populo suo se cognosci uoluit,per probitatem hãc, & magnificentiam ergo homines cognosci uoluit. Cum ab eo quæreret Moses missus in Ægyptum,à quo se mitti dicturus esset;respondit; Hæc dices filijs Israel; Dominus Deus patrum uestrorum, Deus Abraham,Deus Isaac, Deus Iacob misit me ad hos,hoc nomẽ mihi ĩ ẽternum, & hoc memoriale meum in generatione, & generationem.

Luc. 11.

Isai.6.

Exod.3.

tionẽ. Ecquid significat cognomẽ illud, de quo tantopere gloriatur Deus? gloriosius ei esse uideretur,si Deus cęlorum,atq. seculorũ esse diceretẽ. Non tã de his Deus gloriat, q̃ de ijs,quæ hic dicit. In quo significat;relictis uniuersis cognominib. quæ probitatẽ, magnitudinemq. meam manifestãt,de hoc uno magis glorior,q; tantos tamq. illustres sanctos effecerim Abraham, Isaac,& Iacob, quos maxime disposui,adiui,atq. à plurimis infortunijs,& calamitatib. liberaui. Cũ igit Iesus Christus uerus sit Deus miraculosa opera faciebat,quę simul hominib. essent bñficia. Nec eorum corporib. tñmodo medebaĩ,sed mirabilia ẽt in ipsorũ animis operabaĩ. Qđ per Esaiã Prophetã manifestè probaĩ,q mirabilia,à Dño facienda prophetans dixit: Deus ipse ueniet, & saluabit vos: Tunc aperientur oculi cæcorum,& aures surdorum patebunt: tunc saliet sicut ceruus claudus,& aperta erit lingua mutorũ. Quorũ oĩum rõnem assignans dicit,q̃ scissæ sunt in deserto aquæ,& torrentes in solitudine,& quę erat arida,erit in stagnũ, & sitiens in fontes aquarũ. Ecquid hoc similitudinis habet cum curatione morborũ? nũquid aquarũ riuulus oculorũ adimit cæcitatẽ? aut claudorũ ęgritudinẽ tollit? dico hanc rerũ commutationẽ esse,ut ad spiritalia excitemur, hoc.n. diuinis literis nimis usitatũ est. Illic aquarũ abũdãtia nõ materialium aquarum,sed gratiarum Spiritus sancti affluentiam significat, sicut qñ dixit; Oẽs sitientes,uenite ad aquas,& alibi;Hauritis aquas ĩ gaudio de fontib. Saluatoris. Est igit sensus: In tpe Messis diuinæ gratiæ in solitudine affluent,idest, in gentib. barbaris,atq. à diuino cultu alienis. Et sic erit, q̃ cæci leprosi,claudiq; spiritu,à suis spiritalib. ægritudinib. sanentur. O bñdictus talis Deus,& glorificata talis pietas. Nullũ passum clementissimus Dñs immittebat,qui ad salutẽ nostrã nõ dirigeret. Et ideo cęlestia miracula nõ faciebat,qa tã utilia nõ forent. Quid utilitatis eliceret cæcis, ex eo q̃ Christus Iesus ignem de cælo descendere iuberet? O quanta est hęc nobis confusio,qui in eius ministerio nihil fere volumꝰ operari. Omnes,quę sua sunt, quęrũt,non quę Iesu Christi, dicebat D. Paulus, Iesus Christus totus in ministerio,utilitateq. nostra occupatur;nos autem cupiditatib. nostris,Sathanæque seruituti intẽdimus. Nullum ex ijs utilissimis miraculis animaduer

Esai. 35.

Esai. 12.

Philip. 2.

terunt hi cæci prę passionibus,sceleribusq. suis,quales fuerunt maiores eorum mirabilibus,quę Deus pro illis in Ægypto fuit operatur. Vnde illis dixit Moyses; Vos uidistis uniuersa,quæ fecit Dñs coram vobis in terra Aegypti, & non dedit uobis Dñs cor intelligens,& oculos uidentes. Ex quo apparet nulla exteriora signa sufficere nisi sit lumen interius ad fidei mysteria cognoscenda. Mirabaĩ D. Ioannes Euangelista Iudæorũ in credulitatem magna cum exaggeratione dicens: Cum ãt tanta signa fecisset coram eis,non credebãt in eum. Verũ proh dolor,q̃ merito ẽt nos mirari põt, q. postq̃ fidei mysteria credẽda suscipimus,quasi infideles uiuimus, diuinasque promissiones, ac minas despicimus. Hos Pharisæos abominamur: nos ãt peiores illis forsitan sumus. O q̃ apte nobis uerba illa quadrãt, q̃ Dñs Pharisæis dixit.: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritę, q. ædificatis sepulchra Propherarũ,& dicitis: Si fuissemus in diebus patrũ nostrorũ,nõ essemus socijs eorũ ĩ sãguine Prophetarum,Itaq. testimonio estis uobismetipsis qa filij estis eorum, qui Prophetas occiderũt;& vos implete mẽsuram patrũ uestrorum. Filij diaboli dicũtur eius sectatores:& siquidẽ nos horũ Pharisæorũ ingratitudinem sectamur,merito eorũ filij dici possumus. Qui nisi ĩ meliorẽ fruge nos receperint hoc uæ,& cõminatio nos sicut &illos cõprehendet. Per Oseã Prophetam dixit Dñs,ĩ funiculis Adã trahã eos. Qđ triplex bñficiorum genus fuit,uidelicet, gratię,naturę,ac fortunæ. Vt.n. dicit funiculos triplex difficile rũpitur. Tu autẽ cum tot à Deo bñficijs deuinctus fueris nimis dissolutus exillis. O ferocissime leo,q talia vincula potes infringere, dicit Dauid, Multi dicunt,quis ostendet nobis bona? q̃ quidẽ dicit noĩe malorum dicentium, quomodo poterimus bonum,quod sequi,& malum, quod fugere debemus,dignoscere? Quibus rñdet,dicens,Signatum est sup nos lumen uultus tui Dñe. Et alij uertunt ex Hebrẽo. Erige sup nos uexillum luminis tui. Notũ est milites uexilli exaltatione, seu depressione gubernari,& ex uexillo quãdo aggredi,& quãdo regredi oporteat, cognoscere. Sic Deus nobis naturale lumẽ quasi uexillũ præbuit,ex quo quid suscipere, quid ue fugere debeamus, agnoscimus, Ideo addidit Propheta, diceus, Dedisti lætitiam in corde meo,id est,qa hoc nos naturali lumi

Deut. 2.

Matth. 23.

Ose. 1.

Eccle. 3.

Psalm. 4.

ne

ne illustrasti, maxima lætitia afficitur cor meũ,innumerasq; tibi gratiarũ refert actiones:qa me nõ tanq̃ brutũ animal effecisti, quod hac rationis luce caret.Et insup hãc lucẽ,in nos fidẽ infudit, qua tã ineffabilia, quæ Deꝰ ꝓ uobis fecit,q̃ omnia singularia sunt beneficia credimꝰ. Ecquis igit̃ poterit explicare quantũ hũc optimũ Deũ,q tot in nos cõtulit beneficia,collaudare debeamus?& ualdẽ notãdũ ẽ uerba illa;A fructu frumẽti,uini, & olei sui multiplicati sunt, quæ illic subsequũt, a B.Augustino q̃itioni illi,qs ostẽdet nobis bona? cõiũgi. Quasi dicat:sunt nonnulli,q terrestria diligẽtissimẽ norũt exquirere,industriaq;sua pane,uino, & oleo locupletati sũt, ad spiritalia aũt bona ꝓquirẽda quasi iumẽta se præbent,& q̃ rũt: qs ostẽdet nobis bona?Quid igit̃ mere tur ille,qui talibus nõ utit̃ beneficijs,nisiq; sibi a Dño auferaĩ,& nõ solũ fidẽ amittat, uerũ & ratio etiã ipsius adeo tenebrosa remaneat,ut ferè non ratio esse uideaĩ?Maximũ quoddã mysteriũ dicit̃ de Mãna, scilicet,q; ab igne non poterat exterminari,statimq; ab exiguo radio.solis calefactũ tabescebat.Mãna ex se parũ sapiebat: igni autẽ appositũ,quomodo libebat, illud Hebræi cõdiebãt,nec liquefiebat:minimo autẽ quoque radio soli tabescebat, cum ignis calor fortior sit solis calore. Quia igit̃ hoc esse dicemus?cui dubio ipse sapiens respõdet, dicẽs,Vt notũ omnibus esset,quoniã oportet præuenire solẽ ad benedictionẽ tuam,& ad ortũ lucis te adorare.Videlicet,ut nos gratitudinẽ doceret,atq; ut hoc esset ingrati hominis suppliciũ, q; si quispiã adeò esset ingratus,ut cũ tã pretiosus cibꝰ,sicut mãna ei daretr,ad eũ recipiendũ prius nollet exurgere,q̃ soli oritr̃,eiꝰ ingratitudo ab ipso sole puniretr,cũ ab eo cibus illius liquefieret, & sic negligẽtia sua Dei benedictionẽ & alimoniã sibi dormienti dimissã ꝓderet. Qui autẽ diluculo surrexit,Deumq́ laudauit, manna colligeret,domũ ꝓduceret,igni applicaret,& sicut uellet illud cõdiret,eiq; ꝓficeret,ingrato aũt tabescerret, neq; eo frueretr. Arq; ideo subdidit sapiẽs,Ingrati.n.spes tanq̃ hybernalis glacies tabescet, & disperiet.Tãquã aqua superuacua.O q̃ maximè hic ingratorũ hominũ pæna detegit̃. Attendite fratres quomodo hæreticis omnia beneficia Dei cõsumpta sunt, iã eis nõ est res sacra,iã nõ sacramenta,nõ summus Pontifex,nõ religione, deniq; omnia illis bona tabefacta sunt in suppliciũ, q; ex diuinis beneficijs fructũ percipere noluerunt. Quid igitur & nos speramus cũ eisdẽ eorum vijs gradiamur,nisi q; omnia nobis bona in malũ conuertanr̃?respondit eis Dominus, dicẽs,*Generatio mala,& adultera*: O Agne mãsuetissime Iesu Christe fili Dei quare illorũ maiores dedecoras? nõne sufficeret si illos corriperes?eorũ utiq; maiores obiurgat,qa illos tã malis moribꝰ istruxerũt. Eia parentes,atq. Magistri ad hæc attendite: uidete qd uobis dicat Apostolꝰ. Educate filios uestros i disciplina & correctione Domini. Hoc primũ cogitate, maximaq; diligentia curate,quomodo liberi uestri Deo seruiãt. Quãdo xor Manue retulit uiro suo nũciũ Angeli,scilicet,se filiũ,q fuit Samson, esse concepturã,dicit̃ Manue ad Dominũ orasse,dicẽs,Obsecro Domine,ut uir Dei, quẽ misisti,ueniat iterũ,& doceat nos qd debeamus facere de puero,qui nascitur? est. Videlicet,ut eũ iuxta Dei uolũtatẽ educarẽt. Et ubi primũ Angelꝰ uenit,eũ interrogauit,dicens: Quando sermo tuus fuerit cõpletꝰ,qd uis,ut faciat puer?aut à quo se obseruare debebit? Non fuerunt primæ eorũ curę quomodo eũ tractaturi, atq; illi idolaturi,siue quos honores ac diuitias ei essent acquisituri filio ꝑsertim,quẽ tãtopere desiderabãt.Sed,quomodo gratior Deo futurꝰ eẽt.Sic uos facere oportet fratres mei. Animaduertite, qd singulis uobis dicat Spiritꝰ sanctus:Nõ des filio tuo potestatẽ in iuuẽtute,curua ceruicẽ eius in iuuẽtute, & tunde latera eiꝰ,dũ infans est,ne fortè induret, & nõ credat tibi,& erit tibi dolor animę.O q̃ cælestis doctrina?illã Deus i cordibus uestris timprimat,ut opere cõpleatis. Quãdo infantes ęgrotãt, ꝑcipiũt medici nutrices potiones sumere,ut bonũ eis lac ꝓbeãt, & sic eorũ morbo medeãt. Idcirco nos ꝓdicatores uos exhortamur,eos q carnales estis patres,vt purificemini, atq; à peccatis uos cohibeatis,plurimaq;. uirtutes operemini: istud etenim erit bonũ lac.Bonũ qppè exẽplũ,q; liberis uestris ꝓbueritis,multũ cõducet ad hoc.Qđ illi boni sint,Idcirco ille Gabellꝰ dixit ad Tobiã iuuenem:Benedicat te Deꝰ Israel, qa filiꝰ es optimi uiri,& iusti, & timẽtis Deũ,& eleemosynas faciẽtis:significãs illũ ex patre uirtutẽ didicisse.O fælices liberi,qbꝰ optimi sũt parẽtes,etenim nõ solũ ab eis iustẽ pieq; uiuere addiscũt, sed ꝓpenumerò eorũ causa plurima Deꝰ i

eos

eos cõfert beneficia, sicut affirmat Dauid, dicẽs: Quis est homo,qui timet dñm? Ania eius in bonis demorabitur,& semẽ eius hę reditabit terrã. Atq. malis ẽt liberis Deus ꝓpter bonos parentes benefacere consueuit, sicut fecit Ismaeli pp Abrahã patrem eius. Et dñs dixit se de terra,quã dederat filiis Esau ne uestigium quidem pedis filius Israel esse daturũ,qa in possessionẽ(inquit) Esau dedi montẽ Seir. Itaq. etsi illi mali erãt, tñ pp Isaac auum eorũ noluit eis terram illam auferre. Et sic dicit Ecclesiastesꝰ illi uiri mię sunt,quorũ pietates nõ defuerunt,cum semine eorum permanent bona.

Generatio(ait Dominus)*mala,& adultera signũ quærit*. Multum admiror dñe, qđ licet hi sint mali, atq. à prauis parentibus originẽ ducant, cum tamen tu perennis fis mię fons, cuique S. Ecclesia dicit:Deus cui proprium est misereri semper, & parcere,illos tam acri sermone reprehendas. Certũ utiq. est sanctam Ecclesiam dicere; Deus, cui proprium est misereri,non autẽ,cui proprium est,ultionem repetere, cuius rei causam assignans Alexander de Ales, dicit; qa ad hoc q; Deus nostri misereatur non sunt necessaria merita nostra,ad nos autem puniendos requiruntur ex parte nostra demerita.Tã propriũ autem est Deo mia uti, vt hæc etiã acria uerba,& alia quæ in S.Euãgeliis sunt, si profundè considerauerimus miam à se distillare cognoscamus. Circa q; notandum uobis est maximũ discrimen, q; est inter Deum,& diabolum. Diabolus est tanquã auceps, qui dulcibus illicibus aues, q̃ sunt aię, ad se allicit,& sperat,quousque securæ sint, cum in aliqua debili ullius uitij uirga consederint, ut sis eas aucupari,at que in infernum detrudere possit. Christus autem filius Dei non uult nos in uitiis esse securos,& ideò nos plurimis cõminationibus ab eis deterret. Itaq. eius reprehensiones non uenenosa quidẽ sunt tela,quæ occidant,sed clementissimi terrores, ut tantũ periculũ fugiamꝰ. Hæc doctrina est D. Hieronymi,& sic Dauid non dicit Deũ gladio, arcu,ac sagittis percussisse,sed gladiũ(inqt) suũ ui brauit, arcum suũ tetendit, & parauit illũ,& in eo parauit uasa mortis. Aliud quippe est gladium euaginare,atq. illo aerẽ uerberare,& aliquẽ cõminari:aliud autem percutere,atq. abscindere. Oẽs labores,ac reprehensiones huius sęculi sunt cõminationes,quas Deꝰ facit, q̃bus nos deterreat, quas si perferre nõ possumus,qs terribilem illũ gladij ictũ poterit tolerare, quo Deus peccatores ꝑcutiet, dicens:Ite maledicti in ignem ętternum? Qũ pannus est pluribus maculis infectus,nimio artificio opus est ad eas auferendas,nisi lixiuiũ sufficiat, saponẽ additus,illumq; iterum atq; iterum perfricatis,& cũ saponẽ applicatis,pannum magis inficere uidemini,ueruntamen non sic elit, sed quo magis cũ sapone fricatis, eo candidiorẽ illum redditis.Sic se habuit Christus Redẽptor noster cũ his phariseis,qui nimis immundi erant,atque ut eos ablueret,sapone,ac lixiuio reprehensionis eos fricabat,& quãuis illos dedecorans,magis inficere uideretur,hoc tamẽ faciebat,ut eos ablueret si modo illi hoc lauacro uti uoluissent. O infęlices,qui laborũ,ac reprehensionũ sapone fricati immũdiores,quã antea remanẽt. De quibus dicit Nahũ propheta:Facies eorũ sicut nigredo ollæ. Eorũ nigrorum ollæ confert,quæ cũ alba fuisset, igni tñ sæpius applicata,redditur nigra,& posteaquã sæpe in ea carnes coctæ sunt,quanuis iterum atque iterũ abluatur,nunquam tamen alba si cut antea efficitur.Sic animæ ex natura sua non sunt nigrę,sed postquã in eis cibus Sathanæ conditur, atque ad ignem sæpia applicantur, idest, postquam plurima peccata commiserunt,adeò nigræ efficiuntur, ut nihil eis diuinæ reprehensiones,atque artificia prosint, imo quia ex tanto bono fructum percipere noluerunt, maioribus inferni supplicijs dignæ efficiuntur. Signum(inquit)non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Mors sacratissima Iesu Christi filij Dei,& sacrosancta eius crux,est certũ quod dã signũ cõdẽnationis malorũ,nam post tantum beneficium,tamq́ copiosam passionẽ,nulla peccatori remanet excusatio, si tamen in suis scelerib. perseuerat, interest inter eos,qui sunt Christi Iesu ueri Saluatoris mundi,&eos,q̃ sunt diaboli. Etenim qui huius diuini Redemptoris ueri sunt, ac fideles milites hoc uexillum sequuntur,& ita dicit D.Paulus ad Galat. Qui Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cũ uitijs,& concupiscentijs: qui autem sunt diaboli (ait ipse Apostolus)sunt inimici crucis Christi, quorũ Deus uenter est,quorũ finis interitus, idest, omnis eorum cogitatio, & finis est,quomodo peccabunt. Quocirca fratres mei oculos aperite, nam ex uestra uiuendi ratione conijcere potestis,utrum ex Iesu

Christo

Psalm.24.
Deut. 2.
Ecclꝰ.44.
Alexan. de Ales 1.par.
Hier. super Abacuc. 3.
Tob.9.
Ecclꝰ.20.
Ephe.6.
Iudi.13.
Num.2.
Galat. 5.
Philip.3.
Simile.

Christo, an ex diabolo sitis. Cauete ne signum Ionę uestrę sit condemnationi.

Signum nō dabitur ei, nisi signum Ionę. O admirabilem Dei liberalitatē. Etenim cū peccatores illa indigniores essent, dixissent quæ sibi ab eo signa reddi nō posse: tūc eis sacratissimæ passionis suæ signū deprōpsit. Quod qdē, quātumuis grauissima sint hominum peccata, negare non vult, si ex illo ipsi fructū percipere uolunt, postquā dixit:
22 Signum nō dabitur ei. Statim subdidit, nisi Negatio enim Dei nō est sicut hominum, quo hoies semetipsos, ac uiscera sua perclu dunt, ne mīa in fratres suos utantur. Negatio autem Dei quoddā, sic, ī fine habere cō suescit erga eos, qui ad illud disponuntur. Deus enim liberalissimus est. Quod nota
Cant. 5. uit sponsa, dicēs; Manus eius tornatiles, id est, rotundæ quasi globi, aureæ plenæ hyacinthis. O quā mirifica similitudo. Res rotunda sicut globus nihili in se retinere pōt. Tales sunt huius diuini sponsi manus nihil utique retinent, oīa largūtur. O benedicta talis largitas accedite fratres, & ex his hya
Chrīso. to. 5. homi. 1. de pœnit. Simile. cinthis colligite. D. Chrysostomus eleganter hanc Ionæ historiam refert, ubi mirificā de tempestate maris contra Ionam sæuientis similitudinem adhibet. Quemadmodū
23 (inquit) cum mancipiū aliquod dūm suum effugit, si conseruus eius illum reperit, quo ad pōt elaborat, ut eum in dñi sui domum reducat, quod si non prodest, iustitię denū ciat, sic mare Dei seruus tempestate conturbari cæpit, quoad usq; ei traditus est Ionas ut eum Domino, quem fugiebat, restitueret. O quanta est hæc nobis confusio, qui omnibus passibilibus orationibus non curamus, ut mali cōuertantur ad Deum. Per charitatem Dei uos rogo fratres dilectissimi, ut in hoc summam adhibeatis, ij præsertim, quibus animarum cura incumbit, qui exemplo, uerbo, atq; doctrina multum in hac re potestis efficere. Cum quidā Hebręi ab hostibus deuicti fuissent, dicitur Io
Iosue. 7. sue pronus in terram cecidisse coram arca Domini usq; ad uesperam tam ipse, quam
24 omnes senes Israel. Cuiita dixit Dñs. Surge cur iaces pronus in terra? quare Domine idem non dicis uenerabilibus senibus simul cum Iosue in terra iacētibus? quia sufficit hoc S. Iosue prælato, principi, & capiti eorum dici, ut & alij consurgant. Sic, si ij q principes & capita estis hilari animo Deo obedientes à terra surrexerit, uestro exēplo alios plurimos subleuabitis, & terram, atque omnia eius bona relinquent.

Sicut enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus, &c. Hoc per synecdochen intelligē dum est partem pro toto assumēdo. Nec. n. noctes, nec dies integri fuerūt, quos Dominus mortuus fuit, sicut fuerūt integri dies, quos Ionas in uentre ceti fuit inclusus, sed antequā triduū penitus cōpleretur, Dñs re 25
surrexit. Ex quo non oportet argui falsitatem inter figuram, & figuratū, quin potius
Augu. (ut D. Augustin⁹ ait) plurimæ diuinæ Maiestati propter hoc gratiæ agi debent.

Viri Niniuitæ surgent in iudicio, &c. Attendite quo nomine appellat Dominus Niniuitas: etenim quia pœnitentiam egerunt eos uiros nuncupat, gentem ualidam, ac præstantis animi esse dicit. O quanto iure nomen uiri fortis, atque magnanimi illi debetur, qui à peccatorum suorum uinculis se nouit eximere; ueramq; illorum facere pœnitentiam. Nonne uobis uideretur heroici hominis factum si quis in hostium finibus ignarus aduentus eorum, & ludens
Simile. ab eis occuparetur, cūque catenis, & cōpedibus uinctus teneretur, id hæc omnia uincula dirumperet, multosque ex hostibus trucidans ab eorum manib⁹ euaderet? Ma
26 ximæ fortitudinis hoc est factum. Hoc utique fecit uere pœnitens: cum etenim tot compedibus, atque catenis existat alligatus, quot peccata lethalia perpetrauit, contritionis gladio se ab eis omnibus soluit;
Pro. 16. dæmonesque, atque seipsum, & passiones suas deuincit: quod maximum quidem est: sicut exaggerat Sapiens, dicens: Melior est qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Non solum autem ad hanc uictoriam consequendam opus est hoc animo, sed etiam ad eam prosequendam alias maiores difficultates, ac discrimina superanda, quę in conuersionis initijs euenire consueuerunt. Filij Israel uenerunt ad Hebron,
Num. 13. ubi erant filij Enac. Vbi quid Domine hæc monstra eis in ingressu terræ promissionis ostendis? ut significet, talia monstra nobis esse prędestinanda cum in terram sanctam, uitamque uirtutis ingredi cæperim⁹. Quæ 27
Augusti. li. con. sunt quędam difficultates, atque terrores; sicut Beatus Augustinus de se ipso fatetur, quando se ad Deum conuertēdum esse statuebat, diuitias, uoluptates, honores, & cętera huiuscemodi sese ei offerre cōsueuisse dicentia: Quid? sic nos derelinquere conaris?

Quid? sic nos derelíquere conaris? Quę cū ita sint fideles Dei serui, aium, aium percipite, nec istorum Gigantum magnitudine terreamini, Deus enim uos ad illos uincendos adiuuabit. Vna ex maximis excellētijs,
Isai. 40. q̄ inter alios cōplures Isaias de uerè ad Deū conuersis recenser, hæc est: Qui sperant in Dño mutabūt fortitudinem. Oēs uires qui
28 bus ad malū operandum pollebant, in bonum conuertunt. Ante conuersionē fortes erant ad fratres suos uincendos, atq; iniurias ulciscendas; nunc aūt fortes ad se ipsos superandos. Antea liberales ad satisfaciendū uanitatibus, nunc aūt largi ad eleemosynas erogandas. Accedit quisquā, & dicit tibi: Dñe, ille uir habet optimū accipitrem qui Regi pōt offerri. Tu verò statim dicis, Nonne illū uendet? qui respondet: Dñe nō eum minoris uendet, q̄ centum aureis. At tu, nihil refert (inquis) si est bonus, uendat mihi, ne quid de pretio curet. Accedit alter dicens: Dñe, uir in maxima necessitate constitutus est, qui & filiam in maximo periculo castitatis amittēdę habet, nisi citò nubat, aut ei remedium adhibeat, quocirca à te auxilium efflagitat. Cui tu respondes:
29 Gauderem utiq; si ei subuenire possem, uerum tanta nunc est caritas annonæ, ut oīa pariter auri pōdere æstimentur, & ad uescēdum, & nos induendos uix sufficiant, q̄ habemus. Immittit igitur uir primari⁹ manū in crumenam, & quo ad plurimū duas, aut tres dragmas ei tribuit, & hoc quidem Deus nouit qūo, & quo aīo faciat. O quāta est hæc ęrumna tam liberalis utique est ad appetitui suo satisfaciendum, q̄ parcus ad Dei ministerium adimplendū. Qui sperāt in Dño mutabunt fortitudinem. Si animū priùs habebas ad mille aureos in uanitatibus cōsumendos, eundem nunc habebis ad opa charitatis adimplenda, si ad decem homines deuincendos uiribus pollebas, ad pas-
30 siones autem tuas pusillanimis eras, nunc mutabis fortitudinem. Quā fortis fuit Dauid, q potuit lacerare leones, atque ursos qui saxo Gigantem prostrauit, qui petita à Saule Philistæorum præputia detulit. Hæc autem oīa in una lance constituta, in altera uero lance appensa humilitas atque animi submissio, qua coram arca Dñi, quasi alicui⁹ municipij ędituus, pōdere indutus saltauit, utrū horū maius, atque præstātius iudicat? Posterius utique. Nā in priori, extra se, in posteriori aūt se ipsum uicit, quæ quidem est uictoria de oīum illorū strenuo uictore cōparata. Aīaduertite ēt qūo D. Paulus fortitudinē permutarit, de quo dicit: Saulus adhuc spirans minarum, & cædis, &c. Ita uerò illū Deus cōuertit, ut qui alios necaturus properabat, iam morti ipse pro Christo li Act. 9.
benter offerretur, atque eius gloria pretiosa crux esset. Igit̄ iure optimo dicunt uiri ij, qui ad Deum uere, & ex aio conuertunt.

Hi ergo uiri, qui talem pniam agere norūt. *Surgēt in iudicio cū generatione ista.* At 31
que etiam nobiscum, quandoquidem illi breuissimo aduenæ, atque ignoti hominis sermone cōuersi sunt, eos autem ex tot cōcionibus uix utilitatē aliquam pcipimus. Autor quidā grauissimus refert uirum locupletissimū, & pessimum extitisse, q̄ pissimam habebat uxorē. Cumq; cōtingeret, ut religiosus ordinis Prædicatorum iter faciens in domum illius ingrederetur, studiosa, atque deuota matrona illum exorabat, ut coram uiro suo spiritalem sermonē haberet. Placet mihi (inquit seruus Dei) si uir tuus me audire uoluerit. Cui ille, audiam (ait) dummodo perbreui sermone utaris. Cui Sanctus, ero (inquit) breuis, ideò attendite animis. Scitote scriptum esse: Bonum quod tibi uelles fieri, proximo tuo facito. 32
Et subdidit: Si hæc semper memoria tenebitis, & custodietis, eritis in uia, quæ ducit ad salutem. Quo breuissimo sermone audito, uir ille intra se isthęc euoluere cœpit, & statuit se illa semper obseruaturum, q̄ & opere cōpleuit. Post paucos dies iter faciens, uidit molam aquariam humi deiectam, meminitque imperio suo illam fuisse euersam, procuratori suo iussit, ut illius dominum adiret, factumque damnum persolueret. Et ita omnibus, quibus læserat, satisfecit, considerans intra se, se idem sibi fieri desideraturum, si aliquod ab alijs sibi damnum fuisset illatum. Contigit etiam quod cum domum suam peruenit, & pauperem in uia reperisset, eum in domum suam excepit, & ad mensam 33
suam iuxta se assidere fecit, ut proprijs eum manibus cibaret, considerans se idem secum fieri uelle, si simili necessitate premeretur, peracta cœna fecit ei lectum sterni iuxta cubiculum, in quo ipse dormiebat, pauper autem cum insolita ciborum genera piperi, et croco, Cinnamomo, alijsq; aromatibus cōdita cænauerat, post quam paulisper dormiuit, maxima siti fuit

oppres-

oppressus,& uociferari cõpulsus est,dicens se siti perire. Quia verò uniuersa familia longe separata dormiebat,nec eius clamores poterat audire:nemo eius uoces audiebat,nisi Dominus,ille q considerans,si eandẽ sitim pateretur,se idẽ nelle sibi fieri,exuerexit,& ad cisternã aquã hausturꝰ accessit;cumque aquã uellet haurire,in cisternã incidit,& demersus obiuit:in cuius postea cadaueris collo repertus est aureus torqs
34 characteribus inscriptus, in quibꝰ dicebat. Antequã penitus eius cadauer algeret,ipsiꝰ anima ab Angeli in cælũ fuisse delatã.O benedicta, & glorificata sit diuina Maiestas,q̃ per tales uias peccatores ad se nouit cõuertere.Quid uobis uidẽt fratres, q̃ breui cõcione hõ illẽ uirtute tãtoperè ,pfecit?Ex illo unico uerbo doctrinã eliciebat ad omnia,q̃ in Dei ministerio illũ facere oportebat.Paucæ nobis conciones sufficerẽt,si ex illis fructũ pcipere uellemus. Hic autẽ cursus,quẽ uobis hic recẽsui,nõ multũ uobis afferet admirationis, si uerba Sancti Euangelij attentè pensaueritis:dicit.n.hic Ionas
Ion.3. non unũ quidẽ hominẽ,sed uniuersam mãximã ciuitatem conuertisse;Et hoc pauciſſimis uerbis,dicẽs.Adhuc quadraginta diebus,& Niniue subuertetur. O admirabilẽ
35 diuini uerbi efficaciẽ?Quã optimè adnotauit Diuus Paulus,dicẽs. Nõ erubescõ Euãgeliũ,uirtus.n.Dei est,siue ut alij uertunt,
Roma.1. potentia Dei est,in salutem omni credẽti,
Psal.144. in hoc enim uerbo Dei uirtus, atque potẽtia inclusa moratur,quãm significauit. Propheta dicens, Accingere gladio tuo super fœmur tuum potentissime.Quænam potẽtia,aut quis gladiꝰ est hic,nisi de quo Apostolus loquitur?quod si quæ uirtus, atque potentia fuerit hæc: uultuis cognoscere,in hos Niniuitas oculos cõijcite, qui cũ essẽt idololatræ corrupti, pessimisq̃ moribus deprauati, ut primum uerbum Dei audierunr,crediderunt in Domino,& prædicauerunt ieiunium,& uestiti sunt saccis à maiori usque ad minorẽ.Et ipse etiam Rex surrexit de solio suo, & abiecit uestimentum suũ a se,& indutꝰ ẽ sacco,& sedit ĩ cinere.

Postquàm Hebræi maximũ illud idololatriæ facinus admiserunt, ut eos Deus
36 comminatꝰ est,adeò timore perculsi sunt, ut nullus cultu suo ex more fuerit indutꝰ. Et Sãctus Moses Dei nomine illis dixit, iam nunc depone ornatum tuum. Et dicitur
Exod.32. ibidem,Deposuerũt ergo filii Israel ornatum suũ à monte Horeb.Vos autẽ peccatis onusti cũ tot uijs iferno digni sitis,adeo exornati ad peccatorũ uestrorũ uemã petendã acceditis, acsi ad nuptias uos cõferetis.Per reuerẽtiam Dei,uos rogo,ut erubescatis tã parum doloris scelerũ uestrorũ ostendere,& cilicio operiamini , pẽnalesq̃ exercitationes exequamini,sicuti fecerunt 37
Ethnici illi,q̃ non tot cõcionibus,ac cælestibꝰ doctrinis,sicut uos fuerãt edocti.Nec uerò excusationes adducatis, dicentes uos esse delicatos:nã Niniues Rex, & eius magnates teneri,ac delicati erant, & se tam asperè tractauerũt.Quare uos nõ pudet fratres mei dicere: sũ imbecillus,& timeo ne in morbum incidã?Hoc uellẽ ego,ut timeretis ne ex ludis, alijsq̃ uestris inordinatis uiuendi rationibus uobis ,pcederet : & cũ ad ludendum inuitamini,diceretis, ludum iuramentum,iuramentum dolus,dolũ eius cognitio,cognitionẽ uulnera,ac demq̃ isthæc omnia corporali, sicut & spiritalis subsequitur interitus,O Deꝰ infinitæ Maiestatis per ineffabilem clementiam tuã te deprecor,ut his uerbis meis efficaciam con- 38
feras, quò in horũ fratrũ meorũ cordibus imprimantur,atque ad te per uerã pœnitẽtiam tot corde conuertantur,tuq̃; illos ad amorem, & gratiam in hoc seculo, in futuro autem ad cælestem beatitudinem recipias,Amen.

Feria. VI. post Dominicam I. In Quadragesima.

Erat dies festus Iudæorum,& ascendit Iesus Hierosolymam,&c. Ioan.5.

IN hac Sancti Euangelij lectione, 1
quam modo audistis, fratres charissimi, refertur Dominus Paralytico triginta octo annos infirmitatis suæ habenti salutem contulisse. Postquam autem illum, & corpore,& spiritu sanauit,dixit ei:Ecce,sanus factus es, iam noli peccare: in quibus uerbis ei perseuerantiam maximè commendauit. Et enim hic Roma.5.
est unus ex præcipuis iustificationis effectibus. Et sic eum inter alios annumerat Diuus Paulus,dicẽs: Iustificati ergo ex fide pacem habemus ad Deum,per Dominum

Simile. num nostrũ Iesum Christũ, per quẽ habẽmus accessum p fidẽ in gratiã istam, ĩ qua stamus, & glorificamur in spe gloriæ filiorum Dei scientes , q̃ tribulatio patiẽtiam operatur;patientia aũt probationem, probatio uerò spem Spes aũt non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordib. nostris per Spiritum sanctum, qui datus ẽ nobis.Quatuor hic S. Apostolus iustificationis assignat effectus.Primus est pax quædã interior,& recõciliatio cũ Deo. Secundus in bono perseuerãtia. Tertius , spes gloriæ filiorũ Dei.Quartus deniq.& ultimus,intellina quædam in laborib. exultatio . Dicit autẽ:Iustificati ex fide, quia,etsi alia plurima ad iustificationem req̃rantur. Fides est oĩum illorum ianua,atq. principium,per illam.n.ad spem peruenimus,per illam peccatorum nostrorum pnĩam gerimus,p illã ẽniq. Dei charitate inflãmamur,& ipsius timore à scelerib.coercemur.Et ualde notandũ est, cũ secũdũ iustificationis referret effectum,dicẽs: In gratiã istam , in qua stamus,q̃ stabilitatem denotat:non absolutè
3 dixisse, eam à iustificatis statim possideri, sed docuisse,p̃ter iustificationis donum peculiari etiam Dei auxilio opus esse,q̃ eam protegit,atq. conseruat, ut in accepta gratia perseueret.Ideò uigilãtissime dixit;per Christũ accessum habemus ad gratiã istã, in qua stamus. Sic etiã significauit Dauid,
Psalm.79. dicẽs;Fiat manꝰ tua sup uirũ dexterę tuę, & non discedimus à te.D. Augusti.post B.
Augu. lib. de bono perseuerã tiæ. Cyprianum.Hi duo sancti, dicũt in Dñica oratione singulis quibusque petitionib.per seuerantię donum postulari. Itaque cũ poscimus,dicentes; Sanctificetur nomen tuũ: petimus,ut semper illum sanctificemus;& sic de omnibus ãlijs, ut facile est deducere.Tertius effectꝰ, q̃ est, gloriamur in spe
4 glorię filiorum Dei,id est, quàm filij Dei, qui sunt omnes beatorum spiritus , possidẽt.Hoc bonum & gaudium non possidetur ab omnibus iustificatis , sed ab ijs tantum,qui iustificati,firmi, ac stabiles in bono perseuerant; sicut hic Apostolus manifeste declarat; postquã.n.dixerat,in qua stamus.subdidit,& gloriamur ĩ spe gloriæ.Ea est Dei optimi maximi liberalitas,ut ĩ gratia pseuerãtib.quædam beatitudinis pignora largiat̃,quę quidẽ est mirabilis quędam securitas æternæ uitę possidẽdi, sicuti creditor sufficiẽtię habẽs pignora, securus est
Hebr.1. debiti.Vnde ipse Apostolus dixit ; Signati estis spiritu promissionis sancto,qui est pignus hæreditatis nostrę. Et sic fere tã secu- Ephe.1.
ra(si ita dici p̃t)cum his pignoribaia remanet,quasi iã cælestem beatitudinẽ possideret.Vñ idem Apostolus dixit: Gratia.n.saluati estis.Ac si iã salui fuissent,q̃ p exaggerationẽ dixit.Ex ijs oĩbus quartus effectus subsequitur,qui est, iustum in tribulationibus delectari. Atq. ideo subdidit,dicẽs.Sed 5
& gloriamur in tribulationibus,in quo gratiæ uirtute natura superatur. Proprium.n. est naturæ reb. prosperis oblectari,&aduersis cõtristari. Et huius rei cãm reddens,dicit;Scientes q̃ tribulatio patientiã operatur.Si enim labor abesset,patientia utique actualis deesset.Et patientia probationem. Ex patiẽtia mea prouenit ista probatio,uidelicet,q̃ uideo à me pluris Deũ,q̃ me ipsum honoremq̃. meũ ęstimari. Cũ.n.mihi dictũ fuisset:Tu es hõ iniquus , tu mẽtiris, &c.Hoc ęquo aĩa tolerãs,respondi;Sit pp Deum,neque eum, qui me cõtumelia affecit,exprobraui. Cumq̃. sic Deum æstimẽ quodammodo me Dei filium,eiusq. regni 6
probo esse hæredẽ: ex quo mirifica quędã mihi spes oriẽ, me illo esse fruiturũ. Quia uerò isthæc oĩa ex charitate dimanãt,concludit Apostolus,dicens:Quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris. Illud uerbũ diffusa,ineffabilẽ Dei significat largitatem q̃ tã pretiosum donum tã liberaliter elargitur,quasi rẽ aliquam uilem, paruiq̃ ualoris effunderet. Et quia quemadmodum medici infirmãti parti medicamẽ applicare consuescunt,& nos omniũ spiritualiũ morborum radicẽ in corde habemus,nã ex corde exeunt fornicationes, cogitationes malæ,&c.Idcirco Deus tanq̃ optimus medi-
cus , infirmo mẽbro medicinam applicat. Matt.15.
Quia aũt charitas peccatorum omniũ medicina est,illam in cordib. infundit,& sic di 7
cit; Charitas Dei diffusa est in cordib. nostris.Ex his omnibus oportet uos intellexisse fratres mei,quam pretiosa sit in bono perseuerantia , & idcirco illam Dominus huic homini tantopere commendat.

Erat dies festus Iudæorum,& ascendit Iesus Hierosolymam. Et postquam in templo æternum Patrem adorauit, contulit se ad miscendos infirmos, qui porticibus in circuitu piscinæ subiacebant. In quo nos docuit,licet semper misericordiæ opera exercere debeamus , in diebus autem festis , postquam diuina expleuerimus officia,

multo

multo diligẽtius hoc fieri oportere, hospitaliaq. & carceres nisi debere. O quãta cũ exaggeratione, atque commẽdatione nos admonet D. Paulus, dicens: Memẽtote vinctorum tanquã simul uincti, & laborantiũ tanquam & ipsi in corpore morantes. Ad hortatur ò frater, ut consideres, te esse uinctum, ægrotum, laboribusq. oppressum, & ea cũ illis misericordia vtaris, quã tibi exhiberi desiderares, si eisdẽ laborib. uexareris.

Hebr. 13.

8

Est autem Hierosolymis probatica piscina. Diuina Dei iustitia, & ipsius ineffabilis misericordia secum ipsę competere videntur. Ad uniuersam terram puniendam, quando oĩs caro corruperat viam suam, iustitia Dei aquam in instrumentum assumpsit, qua illum demersit. Hic etiã ipsius misericordia huius piscinæ aquã in instrumentũ accepit, quo hominum infirmitatibus mederetur. Nũc autem diuini baptismatis nos aqua uiuificat. Sicuti per Ezechielem Prophetam multo antea promiserat dicens: Effundam super uos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis uestris. Angelus autem Domini ſm tempus descendebat in piscinam, & mouebat aqua. Hoc oportet esse prędicatoris officiũ: sicut Angelũ ex recollectionis, lectionis, cõtẽplationisq. suæ zelo ad peccatores admonendos,

Gene. 8.

Ezec. 36.

9 & corripiendos descendere: ut eorũ cõscięntiæ diuino Dei timore reuoluantur, & sic à suis scelerib. resipiscant. Hæc n. est una exrõnib. & uijs, per quas Deus ad se animas conuertere solet; sicut significauit Dauid, dicens: Commouisti terram, & conturbasti eam, sana contritiones eius: quia commota est. Siquidem autẽ hoc est prædicatoris munus, rationi consentaneum est, ut nimias curiositates, uanæque Rhetoricæ flores prætermittat, resq. substantiales adducat; quibus auditorum animos commoueat. Sic cõsulit Spiritus sanctus p Isaiam Prophetam dicens; Loquimini ad cor Hierusalem. Stultum esset corde vulnerato emplastrum aurib. applicari, spirituales morbi (ut supra diximus) ex corde procedũt, & in eo vniuersa animæ sunt vulnera. Insanum est igit oẽs rationes adduci, uerborumq. eloquia com

Psalm. 56.

Isai. 40.

10 poni, ut auribus placeatur, nec uero medicamen cordi applicari: quod est sano membro emplastrum apponi. Non consulo, ne predicator res intellectui iucũdas cõcionetur; Nam ut Diuus Paulus ait; Sapiẽtibus, & insipientibus debitor sum. sed hoc admo meo, ne ibi persistat, sed ad uoluntatẽ cõcitandã progrediatur. Bis Moyses petrã uirga percussit, & secundo ictu aqua prorupit. Sic oportet aliq̃d, q̃ circa intellectum uersẽt, tractari, & hic prior ictus erit, statim q̃ omnia ad uoluntatẽ dirigi. Hoc enim posterior ictu cordis petra percussa, aqua prosiliet, peccatorũ dolor erũpet, propriæ utilitatis cognitio dimanabit, Dei charitas profluet, atq. alij quam plurimi fructus ex hoc ictu prouenient. singula quæq. pro naturæ suæ ratione mũdantur. Nunquid uas argenteum ad battuarium mundãdum defertur? non utiq. hæc est enim eius natura, ut ad ignem mundãdum deferat. Pannum ut laudetur, fertis ad ignem? non, sed ad battuarium, linteum candificandũ lima collimatis? non, sic enim pderetur. Nam limari conuenit ferro, ubi igitur mundatur? in linteorum cãdificatione. Hæc est enim ei natura. Hominis ãt quæ est natura? est animal capax rõnis, & cõsilij, siquidem sensibilib. efficacibus q. rationibus, exemplis, atque similitudinibus ad bonum attrahit, & à malo cohibet. Attẽdite quomodo, ut Dominus Iudæis persuaderet die Sabbathi in firmos curare licere, dixit. n. Cuius uestrũ asinus, aut bos puteũ cadet, & non continuò extrahet illũ die Sabbathi? & ut hominib. humanarũ rerũ solicitudinẽ relinquẽdam esse psuaderet, dixit, Cõsiderate lilia agri quomodo crescunt, & nõ laborãt, neq. nent. Atq. ad hoc propositũ ẽt dixit, Respicite uolatilia cęli, quoniam nõ seruũt, neq. metunt, &c. Ecce quomodo rationib. & exẽplis ea, quæ diuinus Magister uolebat, hominib. suadere conabatur. Sic igitur prædicatores facere oportet, & ita hominũ animos, ac corda reuoluent. Stomachi cõturbatio uomitũ causat, atq. ad hoc hi Dñi Angeli cõscientiã cõturbare, & cõmouere debent; ut mala confitentes ore prouomatis, atque ẽt ut male partas diuitias uomentes illas restituatis. Quidã sãctus Eremita tres diabolos semel inuenit, illiq. eorũ nomina scisciatanti unus respondit, Ego uocor cordiũ clausor, illa uerò tũc claudo, cũ homines cõciones audiũt, ut nihil eorũ, q̃ audiũt, i eorũ animos ingrediat, quasi de illis pdicator nõ loqueret. Vñ quanq̃ plurimæ fiunt conciones, ne suspiria qdẽ proferunt. Sed dixit, Ego nuncupor claudẽs ora, hoc autem facio, cum qs peccata sua confiteri, subiectionemq. nostram conatur effugere,

Exod. 17.

11

Luc. 14.

Matth. 6.

12

13

tunc

tunc mille oblatis inconuenientibus eius os occludo, ne quid benè dictũ pronũciet. Tertius dixit: Ego appellor crumenarum clausor: etenim ita eas percludo, ut quod se miel arreptũ est, amplius non restituat, nec ex bene partis diuitijs eleemosyna pauperibus erogetur: & oẽs tres nobis inuicẽ fauemus, quantũ fieri põt. Contrariũ igit curare debet cõcionator peccatorũ conscientias, & corda conturbans: quo peccata, diuitiasq; illicitè acquisitas euomãt, & ex bene acquisitis pauperibus aliquid impendant.

14

Angelus autem Domini descendebat. &c. Valde notanda sunt verba illa, ſm tps: Descendebat quippè Angelus qñ Deus uolebat: eius aũt aduentus qñ futurus esset, homines ignorabant. Non vult. n. Deus vestræ voluntatis horologium appetitui uestro, sed diuino ipsius beneplacito conformari. Nam si hõ ab appetitu suo duceretur, ubi primum labor, aut morbus à longe appareret, statim vellet horam accedere, in qua illum Deus ab eo liberaret. Quis dubitat quin interrogatus Ioseph, cũ à cisterna fuit abstractus; vtrùm labores eius illic finiri vellet, diceret, se illud maximè exoptare? Non vult aũt Deus illos finiri, sed ulteriùs

Gen. 37.

15 produci: illa. n. futura erant media, per quæ totius Ægypti gubernationi præficiendus esset. Idẽ est de populo Israel, cũ Deus prima Pharaonem plaga percussit, uellent ipsi liberi dimitti: quod si iuxta eorũ appetitũ eueniret, nec Deus potentiæ suę gloriam tantoperè manifestaret, nec illi spolia, quæ postea ex Ægypto detulerunt, asportarent. Sinamus Deũ iuxta diuinũ ipsius beneplacitum uitã nostram moderari, uoluntatem nostrã uoluntati ipsius conformantes. ipse enim curam gerit opportuniori tpe nobis subueniendi. Sinat Abrahã se à Deo deduci, quousq; filiũ suũ super ligna constituat, filiusq; Isaac à patre suo se detrinciri patiatur, quousq; culter eius gutturi promineat, hoc est. n. quod Deus uult. Si tunc ei dicere tur. Vtrùm eligis, mortem, an uitã? rnderet

Gen. 11.

Gen. 22.

16 (credo) illud non mecũ qdẽ, sed cum Deo agendũ est: ille. n. de me curã gerit, sicuti re uera gessit. Et sic accessit Angelus, & gladiũ apprehendit, ne caderet in ceruicem Isaac. O q̃ in promptu est Deus, ut suis in maiori necessitate succurrat? Sic Iob Dei manu percussus, ulcere coopertus, in sterquilinio constitutus uolũtatem suã cũ appetitu nõ mietitur, quin potiùs rogat, dicẽs: Quis det,

Iob 6.

17

Et qui prius descẽdisset in piscinã post motionem aquæ, sanus fiebat, &c. In hoc significauit Dñs ad spiritalem salutem cõsequendam multum conducere, q̃ te in malis primum, peccatorumq; oium maximum esse cognoscas. Qualem se cognoscebat D. Paulus, qui cùm de peccatoribus loqueretur, dicebat. Quorũ primus ego sum. In hoc ẽt significabatur ad spiritalẽ ualetudinẽ impetrandã, oportere te primũ esse, ne expectes ut sis ex posteris: ò quot hoc modo depereunt. In regionibus ubi sunt nemora, in quibus hostes ualeant delitescere, maximũ discrimen subeunt posteriores exercitus, si enim hostes, qui eis insidias fuerãt demoliti, illos à retrò inuadunt, in ultimo prius impetum faciunt, illosq; occisos spoliant. Sic ẽt si in hoc mundo, vbi tot sunt dæmonum insidiæ præparatæ, ex postremis te esse

1. Tim. 1.

Simile.

18 speras, inuadent dæmones, & te apprehendent, atq; deperdent. Quocirca ò frater peccator, siquidem De' crebrò cõscięæ tuæ piscinã tot morsibus cõmouet, citò occurre, ne tam bonã occasionem prætermittas. Sicuti oẽs admonet S. Dauid, dicens. Hodie si uocem eius audieritis, nolite obdurare corda uestra. Et cum uos passim tot uocibus accersat, diligenter, & confidenter accedite. Nam ut ait B. Augustinus. Non est Deus illusor, ideoq; nullo modo repellet à se eos, quos uocat ad se, i. non repellet quærentes, qui uocat fugientes. Spõsus ad sponsæ ostiũ pulsat, dicens. Aperi mihi soror mea, amica mea, &c. Quia aũt sponsa paululum morata est, qñ surrexit, iam illũ non reperit, sicut ipsa ait. Surrexi, ut aperirẽ dilecto meo,

Psalm. 94.

August.

Cant. 5.

19 at ille declinauerat, atq; transierat. Et ideo ad eum reperiẽdum ei necesse fuit, uniuersam circuire ciuitatem, plurimaq̃ anteq̃ illum inuenire, detrimenta tolerare, sicut ipsa fatetur inferius, dicens. Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem, per cusserunt me, & uulnerauerunt me, tulerũt pallium meum mihi custodes murorum

In quibus oĩbus ostenditur, quantum malum sit in rebus spiritalibus opportunam occasionẽ prętermitti. Et q̃ difficilẽ est postea, quod in initio facillimũ esset inuentu. Ideò celeriter occurrenti, non aũt pigritanti in hac piscina valetudo conferebaꝫ. Etiã in hoc, q̃ cum multitudo magna languentium expectantiũ aquæ motum in piscinę circuitu morarentur, vnus tñ sanabaꝫ: quod ad literam in hoc seculo agitur, repræsentatur, quod tpalia bona mari, terraq; anxia solicitudine perquirunt, q̃ pauci uerò illa consequuntur; ac cęteri oẽs laqueis remanent alligati: & multo quidẽ arctius deuinciuntur. O q̃ maximè hoc exaggerauit Spiritus sanctus, dicens: Qui nititur mẽdacijs, hic pascit ventos: idem aũt ipse sequit aues uolantes. Bona huius sæculi vocat hic Spiritus sanctus mẽdacia, & uentos: i. dicit terrestria perquirẽtem adeò insipientem esse, quasi, qui uolantes per aera passeres insectatur. Vnde uerissimũ esse apparet quod dicit Theophylactus super D. Lucam: Temporalia, s. plus desiderata, q̃ possessa nocere. Ingenuè quidem fateor terrestriũ rerũ possessionem periculosam esse. Ideò Dioge nes dixit. Multis præceptis, multisq; virtutibus diuitibus opus est, ne diuitijs abutantur pp occasionem peccati quam præbẽt. Nihilominus tñ uerissimũ est quod Theophylactus ait: Nam ipsę diuitiæ, bonaq; terrestria possessoribus suis indicãt, q̃ parum ualoris habeant, & q̃ parum afferant uoluptatis, possessoribusq; suis tædium gignũt. ex quo ꝓuenit, ut ea minoris æstimẽt. Qñ autem effrenate cupiũtur, quot molestias, ac solicitudines gignunt? Et quantopere, ut oĩbus rationibus perquirantur, inuitant? quod non solum plurimos labores affert, uerum, & complurium (quod peĩ est) causa peccatorum exitit. Ideò D. Paulus dixit: Qui uolunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueũ diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua. Mirabile utique, non tam ueretur gloriosus Apostolus eos, qui iam diuites facti sunt, q̃ eos, qui esse desiderant, ex quo desiderio alia plurima nociua desideria dicit oriri. Idcirco dicit: Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere ñ potes, quia facient sibi pennas, quasi aquilę, & uolabunt in cælum. i. cupiditates tuas cõtinentię fræno coerce; mediocritate quadã contentus esto: disce Deum perquirere, uide q̃ facilè illum reperire potes; attende q̃ carò singula quæq; terrena uenduntur. Etenim opus est tibi triginta octo annos ĩ eis quæ rendis conterere; & tandem sine illis remanebis. Deum autem absque anxietate, sed summa cordis tranquillitate reperies. O cęce qũo isthęc tam perspicua non intelligis? O superne Pater luminũ per tuam infinitam clementiam nos illumina, ne tam ex aĩo hæc nimis fraudulẽta perquiram. O Christiane uir attẽde qd tibi dicit. Bibe aquam de cisterna tua, & fluẽta putei tui. Aquã, q̃ animæ tuæ poterit sitim extinguere, nõ in terrestribus quæ extra te sunt, reperies, sed in eis, quę intra te sunt. Dicit enim summa Veritas. Regnum Dei intra nos est. Ideò Esaias dicit. Oẽs sitientes, uenite ad aquas, & qui non habetis argentũ, properate, emite, & comedite. Venite emite absque argento, & absq. ulla commutatione uinum, & lac. Notate qũo ad edẽdũ, atque bibendum oẽs inuitat. Quod significat integram in sol o Deo refectionem reperiri, hanc autem sine argento, & absque commutatione. i. sine labore, & sine pretio. Nam etsi aliquis perferatur labor, si tamen cum prẽmio conferatur, quasi nihil esse uidebatur; & tñ miserabile est uisu q̃ pauci hoc bonum ꝓquirunt. O q̃ meritò hoc lamentabatur D. Augustinus, dicens. Mundus clamat, ego deficio. Deus clamat, ego reficio, & tamen superba mens mea magis sequitur deficientem, quàm reficientem. Quę maior hac insania poterit in orbe reperiri? O Deus uobis det sensum, atque sapientiam fratres mei, Deus uobis det sensum, Deus uobis det sensum, ne tantũ bonum negligatis.

Erat autem quidam homo ibi triginta, & octo annos habens in infirmitate sua. Cõsiderate hoĩem tandiu graui hoc morbo laborantem absque parentibus, fratribus, aut amicis alios plurimos sanari perspicientem, atque hoĩum misericordię confidentem. Liberet nos Deus à tãta immanitate, q̃ ex tot hoĩbus, quot illuc ingrediebantur, nullus exiterit, qui tam afflicto homini compateretur. O quot sunt hodie non minus crudeles, q̃ homines illius tempestatis, qui quantũcunque grauibus necessitatib⁹ paupers affligi cognoscãt, ad miam minimè commouentur. Humanæ historiæ referũt hoĩem atrocissimum, qui dicebatur Phalaris taurum ęneum eo fabrefactum artificio habuisse, ut cum in eum homo includeretur,

tur, ignisq. tauro supponeretur, quãuis homo proclamaret, non hominis quidẽ vox, sed tauri mugitus esse videretur. Quod crudelissimus tyrãnus faciebat, ut quãuis homo uociferaretur, eius uocib. ad misericordiam minimè moueretur. Et notate hũc, etsi crudelissimum humanis clamoribus se commouendum esse credidisse. & ideo, ne eius uiscera compassione, ac teneritudine mollefierent, hoc artificium quæsijsse. Vos autem cum tot quotidie pauperum clamores audiatis ad compatiendum eis non excitamini, sed per illos, quasi lapides durissimi pręteritis, & sic eos minori quodãmodo pietate occiditis; nã si nõ pauisti, occidisti. Tyrannus ille infęliciter tandem in eodem tauro inclusus interijt, ut quãuis proclamaret, ne quis tamen ei compateretur. Et tu etiam ò crudelis in perpetuum in infernum includeris, ubi, licet clames, nequa quam tamen audieris. Sic affirmant diuinę literę dicentes; Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis, ipse clamabit, & non exaudietur. Quid clarius dici poterat? O fratres mei, si hæc tam terribilis suia uos ad pietatem commoueret? Etsi homines huic pauperi defuerunt, non tamen eum Deus deseruit, nam illic ubi iacebat illum uisit, & interrogauit: Vis sanus fieri? O Christe liberalissime miserorum adiutor, ut qd eum interrogas, utrum sanari uelit? uelit, nolit, eũ ab ista miseria extrahe. Hoc ego non faciam (ait Dominus:) Beneficia enim quæ hominibus facturus sum ab illis maximè desiderari oportet: super quo dicit D. Chrysostomus: Si Rex maximum thesaurum in forum proferret, præconisque voce iuberet, ut omnes ex illo colligerent, thesauro utique inferret iniuriam cogens aliquos, ut quamuis inuiti ad illum percipiendum accederent.

Respondit ei ægrotus: Domine hominem non habeo. Siquidem hominem non habes (ait Dominus.) Ego ero homo tuus. *Surge tolle grabatum tuum, & ambula. Et statim sanus factus est, &c.* Præcepit ei grabatum asportare, ut miraculum amplius diuulgaretur: Deiq. Maiestas clarius ostenderetur; quia uerò Sabbathum erat, dixerunt Iudei Dominum festi esse transgressorem. Si uirgam quantumuis rectam in aquam immittis, recurua uidebitur: sic hi iniqui rectum opus, quod Dominus effecerat recuruum, atq. indirectum esse iudicabant: quia in aqua inuidiæ ipsorum inclusum illud considerabant. Huic homini sic sano Dñs perseuerantiam, de qua in initio concionis sermonem habuimus, commendauit dicens: Ecce sanus factus es, iam noli peccare. O q̃ mirifica, & singularis ratio ad gratiam à Deo acceptam cõseruandam est ad illius honorem præcipuè respicere, qui te sanauit. Deo enim infertur iniuria cum delicatissimum iustificationis opus, quod Deus cum magna perfectione operatur, irreuerenter, & impudenter oblinitur. Hãc rationem perpendit, & ampliat D. Paulus, dicens: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, q̃ filiũ Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Atq. ideò Dñs dicit: *Iam noli peccare*: quasi dicat: etsi nunquam peccandum est, minus quidem nunc peccari oportet, postquam tantum iustificationis accepistis beneficium. Cuius rei alterã assignat rationem, dicẽs *Ne deterius aliquid tibi contingat.* in quo eum cum obstinatione, atque æterna condemnatione comminatur: quæ ex reincidentia peccatorum dimanare consueuerunt. Vnde Beatus Chrysostomus: Homo (inquit) qui peccato semel dimisso in illud iterum prolabitur, peior quodammodo diabolo est, quod plurimis comprobat rationibus. Illis autem dimissis unam potissimam adducam: uidelicet, etsi dæmones ĩ plurimis deliquerũt; in hoc tantummodo non peccarunt, quod post ueniam non reinciderunt: nam si, semel ei uenia cõcessa fuisset, nunquam (credo) ad peccatum iterum redirent. Acies. n. intellectuum eorũ super peccatum dimissum reflexionem faceret, propter beneficium ueniæ acceptum, & ex priori peccato satis sibi peccauissent, quod qdem nos non facimus, cum toties nobis peccata dimissa fuerint. Per reuerentiam Dei uos semel, & millies deprecor fratres chariſſimi, ut hæc diligentissime aduertatis, spiritalemque animarum uestrarum salutem essi cacissime perquiratis, siquidem ĩ, qui iuxta hanc piscinam morabantur, tot labores, corporalem ualetudinem expetẽtes patiebantur; & ad hoc diuina Sacramenta percipientes in incepto bono perseueretis, quò sic diuina adiuti gratia cælestem gloriam impetretis, Amen.

Dñica II. in Quadrageſima.

Aſſumpſit Ieſus Petrum, et Iacobum, & Ioānem fratrē eius, &c. Mat. 17.

EXoptans Propheta, qualis, quantusq. ſit hominis finis, intelligere, dicit: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Locutus ſum in lingua mea; notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum quis eſt, ut ſciā quid deſit mihi. Vt qd dicit in lingua mea? nunquid aliena lingua, aut pede, ſiue manu quis loquitur? Hoc utiq. dicit, ut ſignificet linguam ſuam cordis deſiderium proferre, ſermonemq. atque orationem ſuam ex ſuomet corde proficiſci, neque vllo vnquā tempore fuiſſe auditam, qui aliquid ab altero compoſitum, aut ex diuinis literis depromptum refert, hic alterius lingua loqui dicit; q verò iuxta cordis ſui deſideriū orationem conflat, hic lingua ſua loqui perhibetur. Atq. huiuſcemodi orationes multo feruentiores alijs eſſe conſueſcunt. Magnū eſt hoc principium, & longa per phraſi dictum: uideamus ergo quid Propheta deſideret, ipſe protinus explicat, dicens; Notum fac mihi Dñe finem meum. Finem dico pficientem, ob quem formatus ſum, oſtende mihi Dñe quo pergo, & ad quid me condidiſti. Nunquid uane conſtituiſti oēs filios hoium? Homo, quem oīum horum uiſibilium finem eſſe uoluiſti, fine carebit? Cœli mouentur, terra fructus producit, mare piſces procreat, uegetant animantia, aues, & reptilia gignunt; horum autem oīum hō finis exiſtit. Ad quem ergo finem hō creatus eſt? Nonne rationi conſentaneum eſt, ut nobis eius finis innoteſcat? Qūo ſagittarius in ſcopum ſagittas diriget, niſi eū perſpiciat? qūo actiones, ac deſideria ſua hō diriget in finem, quem ignorat? Quapropter Dñe notum fac mihi finem meum, & numerum ſine numero annorum ſtantium fixorum. Oſtende mihi permanentem illam exiſtentiam, qua in illa ęternitate uicturus ſum; uitam illam immortalem, & nullo unquam tpe finiendam mihi demonſtra. Hoc autem quorſum? ut ſciam quid deſit mihi. Vt intelligam q̄ longe e perfectione ac pulchritudine, ad quā fui creatus, diſto, ut qualem me oportet eſſe, perſpiciens: & qualis modo ſum animaduertens pudore confundat; atq. ut finis mei gloria, & ſplendor cognitus, me quaſi calcar ad uirtutem ſtimulet, & ſemper illum exoptans, ſuſpirē. Hoc ego ſcire deſidero: ſciant alij quaſcunq. uolent ſcientias: mea autem hoc maximi refert. Verum uehementer admiror ò ſancte Propheta te iſthęc dicere. Nonne finem tuum cognoſcebas, quando Prophetico ſpiritu dicebas; Sitiuit anima mea ad Deum fontem uiuum: quando ueniam, & apparebo ante faciem Dei? Et cum dixiſti; Quid mihi eſt in cælo, & à te quid uolui ſuper terram? defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea De⁹ in æternum. Si ſors, & pars tua, ergo finis tuus. Quomodo ergo nunc dicis: Notum fac mihi Domine finem meum. Dico Prophetā in hac petitione generis humani nomine fuiſſe locutum, quod quidem in tenebris ambulabat. Et ad docendum hunc finem, uenit Chriſtus Redemptor noſter in mundum. Ecquid aliud eſt S. Euangelium, niſi notitia quædā finis, ob quē conditi ſumus?

Cumq. Chriſtus redemptor noſter quoddam illius finis, quem prædicabat, totq; miraculis confirmabat, exemplar ſiue imaginem hoibus uellet oſtendere, aſſumens tres ex diſcipulis ſuis. *Duxit eos in montē, & trāsfiguratus eſt ante eos.* Vt eos, & in eis nos ad omnes ſæculi aduerſitates æquo, & conſtāti animo tolerandas erudiret: atque, ut patienter crucis pondus pferamus, quò tam ſupernum finem pertingamus. Diuus Matthæus tempus indicat, in quo Dominus hanc gloriam oſtendit, quod fuit poſtquam diſcipulis ſuis dixerat, quia oportet eum ire in Hieroſolymam, & multa pati, & occidi. Quod audiens Diuus Petrus, dixit ei; Abſit à te Domine, non erit tibi hoc. Quem Dominus reprehēdit, dicens, Vade poſt me Sathana, qa non ſapis ea, quę Dei ſunt, ſed ea, quę hominum. Notāter dixit, ea, quæ hominum, nam homines ad ea tantum reſpiciunt, in quibus honor, uoluptas, atque utilitas eſt. Deus autem non ſic. Vnde Iob dicebat, Nunquid oculi carnei tibi ſunt, aut ſicut uidet homo, & tu uides? Homines non ad Dei gloriam, nec ad proximi utilitatem attendunt. Deus autem ad hæc reſpicit, hancque gloriam ſuam eſſe ducit. Cum B. Petrus non ad gloriam quidem Dei, nec ad proximorum aſpicere utilitatem, ſed temporalem tantum uolu-

Psalm. 38. 1 2 3 4 Psalm. 41. Psalm. 72. 5 6 Iob. 10.

ptatem tanquā humanus hō ſibi ante oculos proponeret, ideò tam acriter eum Dñs reprehendit, dicens: Nō ſapis quæ Dei ſunt, ſed ea, q̄ hoium. Vnde colligimus non eſſe ſperandam protinus totā perfectionem in hoīe denuò ad Deum conuerſo, ſed ſic eſſe ſolere, vt paulatim in uirtute ꝓficiat. Hæc vtiq; eſt ſecularium hoium conſuetudo, q̄ vbi primùm eum qui crebro Eccleſiam uiſitare, ſacroſanctum Dñi corpus aſſumere, Deo ſe tradere, atq; orare cōſueſcit, ridere aut aliquātulum iraſci, uociferari, aut pertinacem eſſe perſpiciunt, ilicò ſcandalizantur, &. dñt: Ecce q diuina ſacramēta frequētat ecce q orat, &c. qd ex oratione, ac cōio ne depromit? Arbitrantur hi eum ſtatim in nouum hoīem fuiſſe immutandū, neq; carnem iam, aut paſſiones habere. O q̄ longè fallūtur Ecce D. Petrum, qui à Diuino Magiſtro tādiu didicerat, atq; ab æterno Patre reuelationem acceperat, qua dixit: Tu es Chriſt⁹ filius Dei uiui, & tñ in tūn defectū incidit, qualis eſt mūdi redemptionem impedire uelle. Et tam humanitus & carnaliter ſentit, ut ei Dñs dixerit, non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ hoium, uos aūt vultis, ut alter repentè ſit Angelus abſq; ulla imperfectione? Aduerſus hos qui tam durè de ſeruis Dei iudicāt, dicit: Ne queras impietatē in domo iuſti, neq; uaſtes requiem eius, ſepties. n. in die cadet iuſtus, & reſurget, impij aūt corruent in malū. Ex quo patet nō eſſe iuſti non cadere, ſed non corruere in malum, hoc eſt in malo nō perdurare. Vnde Propheta beatū dixit, nō ſolum nunquā corruentem, ecquis. n. de hoc gloriari poterit? ſed illum ēt, qui in uia peccatorum nō ſtetit, & ſic dicit: Beatus uir qui nō abijt in conſilio impiorū, & in uia peccatorū nō ſtetit, hoc. n. propriū eſt impiorū. Poſtq̄ Dñs B. Petrum reprehēdit, declarat ſanctis diſcipulis ſe non ſolum eſſe paſſurū: ſed, & illos etiam eum cum cruce, ac tormentis eſſe ſecuturos, vt aūt hoc illis facilius redderetur. ℣ *Poſt dies ſex aſſumpſit Petrū, &c. Et trāsfiguratus eſt ante eos.* Et ſic eis oñdit imaginē præmij, quod veris ſui ſequacibus retribuitur, oſtendit eis qūo beati in corpore, & aīa glorioſi futuri ſunt. Vnde poſtq̄ Eſaias de ſanctorū lachrymis, ac pnīa fruitionem fecerat, ſubdidit dicens: Propter hoc in terra ſua ſupplicia poſſidebunt: lætitia ſempiterna erit eis. Nam quemadmodum ſol in nube reuerberans illam adeo clarificat, ut ſol eſſe uideatur, ſic aīa glorioſa multo ſplendidior ſole terreno corpori coniuncta, illud ita clarificabit, atq; illuſtrabit, ut alter ſol eſſe appareat. Hoc oſtēdit Dñs: *Qū reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Carbunculus dicit pyropū in fronte cute coopertū gerere, qui poſtq̄ ſe in montem noctu recipit, pelle reuoluta nitiſſimum pyropum detegit. Sic Chriſtus filius Dei diuinitatis pyropū exteriori ſpecie coopertum gerebat, aſcendēs aūt ad montem Thabor benedictæ aīæ ſuę ſplendorem, qui ex diuinitatis viſione procedat, illum ſacro corpori cōicando reuelauit. Et ſic tanquam ſol reſplenduit, diſcipulorumq; ſuorum uiſcera penetrauit plurimas diuinorum ſenſuum, atq; affectuum diuitias in eorū cordibus producens, quēadmodum materialis hic ſol in terræ uiſceribus aurum procreare conſueſcit. Et ſciendum eſt Dñm hanc glorię ſuę oſtenſionē feciſſe, tum ut nos ad labores perferendos confortaret, tum ēt ut nos ad eam ardētius expetendā concitaret. Quantum. n. gloriæ ſpes mortales fulciat Propheta ſignificauit dicens: Si conſiſtāt aduerſum me caſtra, nō timebit cor meum. Et huius rei rōnem reddens, ſubdidit: Vnam petij à Dño, & hanc requiram, ut inhabitem in domo Dñi, ut videā uoluntatē Dñi. & in correctis, emendatisq; contextibus legitur uoluptatē. Cui lectioni Hebręa, & Greca lectio fauet. Qđ propriè referendum eſt gloriæ. Ideò non timeo (inquit) quāuis mundus, atq; diabol⁹ aduerſum me conſurgant: non. n. mihi cœlum, q̄ ſpero, auferre pñt. Cętera quippè oīa caduca ſunt, & momentanea. Quomodolibet fortuna uolutetur non poterit me cœleſtibus priuare. Sic dicebat D. Paulus; Simus q̄n ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, q̄ ædificationem ex Deo habemus domum non manu factam, ſed æternam in cœlis. Ideoq; ipſe Dauid inferius dixit: Credo uidere bona Domini in terra uiuentium, p̄ quam cæleſtem gloriam intelligit, quod manifeſtè apparet, ſi dictio Hebraica conſideretur, quæ in hoc loco, quæ bene conſiderata interpretanda eſt terra uitarum. Adeo ſingulare eſt hoc nomen, vt nulli harum inferiorum regionum, iure competat, nam hę mortuæ potiùs, q̄ uitarum terræ appellari debent. Illa una eſt terra uitarum, digniſſima utiq; quæ hoc noīe appelletur, in qua duplici uita nobis uiuendum eſt, nam illic aīa, & cor-

Simile. 10 11 12 1. Cor. 5. Psalm. 26. Pro. 24. Psalm. 1. Psalm. 61. Simile.

pus fœliciſſimis uitis uiuere debent. Quam beatitudinem ſperantes nos oēs calamitates, atq. infortunia huius ſęculi conſtanti aĩo ſuperare oportet. Et ita dicit D. Cypria-
Cypria. nus in libro contra Demetriadem: uiget apud nos ſpei robur, & firmitas fidei inter ipſas ſæculi labentis ruinas. Et ad hoc propoſitum exponit illud Habacuc dicentis;
Haba. 3. 13 Ficus.n.non florebit,& non erit germen in uineis;mentietur opus oliuæ, & arua non afferent cibũ;abſcindetur de ouili pecus,& non erit armentũ in præſepibus; ego aũt in Domino gaudebo,& exultabo in Deo Ieſu meo. Et ſtatim ſubdit,dicens; quid hoc ad Chriſtianos? quid hoc ad ſeruos Dei? quos paradiſus inuitat: quos gratia oĩs, & copia regni cęleſtis expectat? etſi iuſto panis, uinum,caro,oleum,atque alia tpalia deſint, non tñ illi deeſt Chriſtus Ieſus,qui eſt totũ eius refugium,atq. ſolatiũ in hac uita: quo ẽt per infinita ſęculorum ſæcula in futura ſe ſperat eſſe fruiturũ. Hoc fuit myſterium, quare Dñs in monte excelſo ſeorſum trãſfigurari uoluit. Nã ſi mons erat ſublimis,
14 & longè ſegregatus,aſcenſus ad eũ neceſſario difficilis,ac laborioſus eſſe deberet. Et anteq̃ diſcipuli eius cœleſti hac cõſolatione afficerentur,laborẽ illum perpeſſi ſunt; etſi nõ(credo)eis difficilis eſſe uideret cùm in tanti Dñi, ac Magiſtri ſocietate cõſcenderent. Magna utiq. & miſerabilis cæcitas ſuper infœlices filios Adæ cecidit; etenim cœleſti beatitudine oẽs perfrui deſiderant; ĩn uia aũt,qnę ad eam ducit, nemo uellet ambulare. Prępara te igitur ò frater laborioſum cęli cliuum aſcendendũ. Et conſolare,quia tã bonum habes Deum,qui te ducat,atq. adiuuet,ſicuti hos ſanctos uiros in montem excelſum ſeorſum deduxit,& ſic cliuã,qui tibi difficilis,atq. aſp uideẽ aſcenſu facilem experiere. Hoc.n.eſt quod dicit ſumma ueritas,iugũ meũ ſuaue eſt,& onus
15 meũ leue. O q̃ bene hoc explicuit Prophe-
Matt. 11. ta,dicens; Venite exultemus Dño, iubile-
Pſalm. 94. mus Deo ſalutari noſtro. Vt quid uir ſãcte nos ad tantam iubilationem inuitas? Qñ (inquit)ipſius eſt mare,& ipſe fecit illud,& aridam fundauerunt manus eius. Ieſu bone,ideò gaudendum, atq. iubilandum eſt nobis? Nõ potiùs diceres: iubilemus Deo, quia cęlos tantos tamq. decoros condidit. q̃,qñ ipſius eſt mare,& aridã fundauerunt manus eius? ob hoc nobis magnopere lætandum eſt,qa hic Dñs infinitum mię ſuæ pelagus reuelauit: efficiens ut cum mare tumidiſſimum,atq. ferociſſimum ſit, tamq. ſublimes efferat fluctus,ut uniuerſum mũdum abſorbere uelle ſuideatur,cumq; terra ei coniuncta ſit,mareq. multo maius illa, Iob 38.
&ſuper eam ſit,nec tñ illam obruat,ſed terminis ſuis ſeptum teneatur, quos tranſire 16
illi non licẽt. Sicut dicit Dñs; Circundedi il Auguſt.
lud terminis meis; & dixi; uſque huc uenies,& non procedes amplius; & hic confringes tumẽtes fluctus tuos. B. Auguſtinus ſuper hũc locũ dicit,per mare labores deſignari. O quot in hoc mari laborũ fluctus, morborũ, calamitatũ, incõmodorũ, ignominiarum, atque perſecutionum efferuntur,tanti,tamque atroces ſunt hi fluctus, ut hoiem obruturi uideantur; cũ uero minus arbitramini,uos ñ abſorbent,ſed inopinati conſtinguntur,atq. in tranquillitate, aiaq. ſuauitate finiũtur. Leo rugiens obuiã Iud. 41.
exijt Samſoni iter facienti: uir aũt Dei conſtanter illum aggreſſus manibus lacerauit, mortuumq. reliquit. Poſt paucos aũtẽ dies illac præteriẽs in ore leonis fauum mellis inuenit. Sic ſolet accidere, q̃os à quo antea uos deuorãdos eſſe putabatis,nũc à ſe mellis dulcedinem deſtillet. O hõ,qui per hãc Chriſtianã uiam iter facis,prępara te;nam 17
leo tibi obuiabit,ut te deuoret. Aliqua etenim ſeſe tibi offeret cõtradictio: uerum ne deficias,ſed iſtum uiriliter leonem aggredere,ex eo.n.mellis dulcedo, atq. ſuauitas exibit. D. Hieronymus loquens de patien- Hiero.
tia Iob,hanc excitat queſtionem: Vtrum hom. 5.
maioris ſit miæ; ĩ hac uita labores pp Deũ perferre,an ſtatim ante labores glorificari? cui rñdet maius beneficium nobis Deum conferre,cũ nos perpeti ſinit,q̃ ſi ante merita in cœlum perduceret(ſi tñ poſt ea nos perducturus eſt)certum eſt Deum maius ĩ me conferre beneficiũ, ſi me cœleſti gloria donaturus eſt,hoc faciens poſt decem annos,& ſinens pp ipſum labores pati, quàm ſi me illa ſtatim donaret. Hac una conſolatione maximè cõſolari deberemus. Magna 18
ẽt ex parte dolorem alleuat cognoſcere,labores breuiter eẽ finiẽdos; pſertim cũ fœlicem exitũ habituri ſint. Sic dicebat Dñs: Etenim ea,quæ ſunt de me,ſ. ſcripta,finem habent. Ex eo,q̃ Dñs hos tres diſcipulos, cæteris relictis ſecum perduxerit, ut eum Luc. 22.
glorioſum aſpicerent, in S. Eccleſia diuerſos uirtutum,cœleſtiumque donorum, & auxiliorũ gradus eſſe colliguntur, Deaſq; ali-

aliquibus tanq̃ familiariorib. peculiarius, q̃ alijs guſtus, ac conſolationes cęlitus im-
Cant. 5. mittere perſpicitur. Quod ſignificant uerba illa ſpõſi, dicẽtis: Bibite amici, inebriamini chariſſimi, in quibus amicos ad cõia dona percipienda, chariſſimos uerò ad ine-
19 briandum ſe, hoc eſt, ad alia peculiaria beneficia, & auxilia ſuſcipienda, quibus in Deũ inſinuẽt, muitat. Et ſic quãquam diuinus ſponſus Ieſus Chriſtus oẽs diſcipulos ſuos quaſi amicos diligebat, tãquã magis familiares, atq. chariſſimos hos tres in faſtigium montis, ut inebriarentur, aſſumpſit.

Valde ẽt notãdum hic eſt, humillimum Ieſum transfigurationis ſuæ gloriã tribus tantũ diſcipulis, ſuam ãt ignominioſam, & atrocem mortem innumeræ diuerſarũ nationum multitudini oſtendiſſe, cùm Hieroſolymæ paſchali tẽpore exaltatus in ligno publicè moreretur, quod magnæ eſt multorum cõfuſioni uolentium gratias, ac uirtutes ſuas oĩbus innoteſcere, defectus aũt, ac
Gregor. 20 uitia, à nemine cognoſci. B. Gregorius dicit eum, qui ſine humilitate uirtutes accumulat eſſe ſicut qui magno uentorũ aſpirante flatu puluerem aromaticum in palmis defert, & arbitrãs ſe aliquid deferre citius excæcatur. Virtutes ſunt odorus puluis & ipſemet excæcãt, & lædunt eum, qui illas operatur, niſi cum cautela faciat, ſe ſeque à ſuperbiæ, atque inanis gloriæ flatu cuſtodiat.
Eccl. 24. Ideò glorificat ſancta mater Eccleſia beatã animã uerbis illis. Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi cypreſſus in monte Sion. Hæ duæ arbores diſpares ſunt inter ſe: nam altera, ſ. oliua minima eſt, & nimium fructifera: altera uero ſublimis & ſterilis. Significant eos, qui quo altiori perfectionis gradu eleuati ſunt, eo ſteriliores, & magis infructiferi in ſui reputatione hñr, & poſt
21 ſublimes mentis eleuationis ad operæ mię humilia faciẽda ſubmittuntur. Quãto profundior eſt puteus, tanto eius eſt aqua ſuauior. Ita ẽt quanto humilior, atq. aĩo ſubmiſſior fueris, tanto Deo gratior exiſtes: ne humanas elationes expetas, quæ ingẽtium ruinarũ occaſioni ſunt: ſed ſuſcipe ſapien-
Eccl. 13. tis conſilium dicentis: Quanto magnus es, humilia te in oĩbus, & corã Deo inuenies gratiam, qñ magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur. O diuina uerba? imprimat ea Deus in cordibus noſtris, ne bonum nobis in malum conuertatur.

Et reſplenduit facies eius ſicut Sol. Non ſolũ ãt ſplẽduit, ſed adeo pulchra, atq; decora apparuit, ut licet uniuerſa totius orbis pulchritudo in ſimul conueniret, nõ poſſet ei adęquari, nec aſpicientiũ oculos tãtopere delectaret. In quo ſummam huius cœleſtis reparatoris probitatem, atq. charitatẽ contemplari poteſtis: qui cum ſemper glo-22
ria illa, atq. pulchritudine frui poſſet, ſe ab illa uoluit abſtinere, ut pro nobis mortem acerbiſſimã proferens æternę maieſtati ſatisfaceret. O bone Ieſu, o Angelorũ gloria ſpiritum nobis dñe concede, quo tibi pro tanto beneficio gratias agere nouerimus. O frater peccator, ſiquidem Ieſus Chriſtus pp te corpus ſuũ ſanctiſſimũ debita gloriã priuare dignatus eſt, quanto magis corpus tuum non debitis uoluptatib. à te priuari oportet, qñquidem pp illas te deſtruit? Pi- Tob. 6.
ſcis ille fluuij aquis immerſus os aperuit, ut Tobiã iuniorem deuoraret. Sanctus aũt iuuenis Angeli comitis iuſſu illũ foras abſtraxit, & ſtatim oĩbus penè uiribus abſumptus palpitare cœpit. Sic caro noſtra uoluptatũ aquis immerſa ſpiritũ conatur abſorbere, quod ſi eã ex aquis iſtis extraxeritis, atq. in arido pniæ ſtatueritis, imbecilla, & 23
ſemimortua remanebit. O quã miſerabilia ſunt conſideratu mala, quę ex corporali voluptate proueniunt. Vnum ãt ex uitijs, quę tumidiorem in hoĩe procellã excitant, eſt gula, nã cum ciborum uapores in cerebrũ cõſcendant, uiaſq. atq. organa occupent, quibus aĩa uirtutem ſuã exerceat in corpore, ut aĩa ſine organis ad intelligendum, & ſpeculandũ diſpoſitis manet, hõ poſtquã ſaturatus eſt epulis, quaſi brutũ aĩal reddit. In hoc inferiori orbe exhalationum abundantia, quæ ex mari, terraque aſcendunt, in aerea regione niuem, grandinem, tonitrua, & fulgura cauſatur, ſic nimio epularũ, potuumque copia plurimorum hominum mentes & ingenia obtundit, animos conturbat, ac mille inſanias facit admittere. Vedius Polius dicitur piſcium ſtagna perfodi iuſſiſſe, atque ut piſces ei dulciores eſ- 24
ſent famulos interfeciſſe, illosque in ſtagna Officina Textoris
immiſiſſe, ut piſces humano cruore, ac car- 2. parte.
nibus aliti maiori ei eſſent guſtui. Ecquid epulo non faciet, ſiquidẽ tyrannus hic propter tam breuem delectationem homines interemit? Sapientiſſimus erat Salomon, & tñ dicit: Cogitaui abſtrahere à uino carnẽ Eccle. 2.
meam, ut animum meum transferrem ad ſapientiam. Et de illis quatuor adoleſcen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dan. 1. tibus, Daniele, Anania, Azaria, Misaele legumina comedentis, frigidāq. bibentibus aquam dicūt diuinæ literæ. Dedit eis Deus sciam, & disciplinā, in oī libro & sapientia. Quæ cū ita sint fratres dilectissimi, abstinē tiam, pēnalesq. exercitationes, q̄ hois passiones mortificant, illumque ad mirificam quandā transfigurationē disponūt, diligenter amate. Compertum est utiq. inter oīa uisibilia, q̄ Deus creauit duabus præcipuē
25 perfectionibus hoium exornasse, uidelicet illos sui ipsorum, operationumq. suarum dños effecisse, liberosq. atq. immunes, nulliq. naturali propensioni, sicut alias creaturas, eos subiici uoluisse, sed libero illos arbitrio donasse, atque in uia constituisse, ut pp ipsorū merita in magnæ dignitatis statum peruenirent, neq. perfectionem, quā in æternū habituri sunt, eis statim præstitisse, sed illos in uia posuisse, atque in ipsorum ptāte dimisisse, ut quodcunq. eis liberet, sequerentī, aut ad cœlos usque cōscēderent, & in conditorem suū transfigurarentī, aut ad inferos usq. descenderent totā perfectionem suā inficientes, minorisque ualoris, quā bruta aīantia redditi per imitationem in dæmones transformarentur. Sic
26 affirmat Ecclesiasticus, dicens: Deus ab initio constituit hoiem, & reliquit illū in manu consilii sui. O dignitatem magnā, & admirabilem prærogatiuā, q̄ fit ī manu mea me talē esse, qualē uoluero, & ex me quo dāmodo, excellētia mea procedat, & siquidem meipsum condere nō potui, ditari saltem, utcunque à meipso queam. Et idcircò Ecclesiasticus paulo inferius subdidit, dicens. Apposui tibi aquam, & ignē, ad quod uolueris, porrige manum tuā. Ante hoiem uita, & mors, bonū, & malum, q̄ placuerit ei, dabitur illi. Si uirtutem uolet apprehendere, in promptu est Deus, ut ei gratiā suā præstet: Posset utique diuina maiestas nos oēs beatos creare: Adiunctī tñ prius ab ip-
37 so, voluit āt, ut nos, pprijs meritis beatitudinem comparemus. Neque. n. modicæ nobis est gloriæ, atq. honori beatitudinē nostrā quodammodo, s. meritorie a nobis gratiam habentibus procedere. Quamobrem peccatores per uiscera miæ Dei nostri uos rogo, ut disponi curetis, & siquidē nūc adeo deh urati inceditis, ueram amodo piam agere, atque in oēm uirtutē, ac probitatem trāsfigurari incipiatis. Petite charissimi efPsalm. 52. ficaciter à Deo quod precabatur Dauid, dicens. Lauabis me, & super niuē dealbabor. Quādo Solis radii in niue reuerberāt, multo splēdidior efficitur, quàm natura sua est. Sic in iustificatione non solum cum cando re, ac pulchritudine naturali anima remanet, uerùm diuinæ etiam gratiæ splendoribus illustratur, & decora quasi Sol efficitur.
Et apparuerunt illis Moyses, & Elias cum 28
eo loquentes. Moyses iā vita defunctus erat, qui uenit ex sinu Abrahæ. Elias aūt adhuc lucis usura fruebatur, qui ex paradiso uoluptatis uenit. Vna āt ex rationibus, ob quas Dñs hos duos sanctos illic apparere, illaq. gloria frui uoluit, fuit, ut significaret duos status, Ecclesiasticorum s. & sæcularium uirorū p hos geminos sanctos designatos, si eorum uirtutē, morumq. integritatem fuerint imitati, sempiterna gloria esse fruituros. Per Mosen mortuum Ecclesiastici uiri
Gen. 16. significant, quos mundo mortuos esse oportet. Et sicut sanctus ille uir fideliter populū Israel sua uirtute ducebat, sic illi doctrina sua pioque uirtutis exēplo illum ēt ducere
Iosue 3. debent. Filii Israel ad littus Iordanis astitere runt, ad terrā promissionis tranfire cupientes: cum aūt flumen maximū esset, neq. illi pontes, aut cymbas haberēt, quibus trāsire possent: Iosue præcepit sacerdotibus arcam
29 dñi humeris asportare, & fluuiū aggredi. Cumq. sacerdotes in flumine graderētur, aquæ diuidebantur, qđ perspiciens uniuersus populus ais fulti sacerdotes subsecuti flumen præterierunt. Sic utiq. fieret, q̄ si Ecclesiastici uiri uirtute, ac sanctitate alios p̄cederēt, sæculares hoies ipsorū exemplo facilē præterirent, absque eo q̄ terrestrium turpitudinem, ac sensualitatū aquis intingerentur. Et sic ubi nos legimus: Et custo-
Psal. 118. diā legem tuam semper: pro semper in He-
Hieron. bræo contextu ponit Ereb. Et sm B. Hieronymū transferendū est, per uestigium, i. diligenter ambulabo in mandatis tuis per uestigium, hoc est proborum hominum, qui
30 me præcedunt, uestigia sequens. O quam madidi, & luto infecti huius sæculi fluuiū præterimus, eo q̄ exempla, quæ oportet, non habemus, in quę oculos conijciamus.
Elias aūt ex paradiso uoluptatis accessit, & hic adhuc uiuebat, per quē coniugalium designat status: à quibus nō tāta mortificatio requirit, quibusq. licet humanis uoluptatibus moderate uti. Attendite āt fratres
Ephe. 5. quid uobis dicat Apostolus: Viri diligite uxores uestras sicut Xps dilexit Ecclesiā, &

& seipsum tradidit pro ea, ut illam sanctificaret. Nō accepit lignum, ut eā percuteret, nec eius monilia distraxit. Idē uos cū uxoribus uestris facite, & ut ille sanctæ sint, uitā in discrimē adducite. Ecquid aūt hi duo uiri sancti cū Domino in tā hilari festiuitate
31 loquebantur? tale namq. festū maximi gaudij, atq. dulcedinis sermonē exigebat. In cō uiuiis principum uniuersi sermones, & quæ in tympanis, citharisque concinuntur, sunt modulationes exultationē repletæ. In hoc igitur tāto festo quid loquebātur? D. Lucas
Luc. 9. dicit; Dicebant excessum eius, quē completurus erat in Hierusalē, ideſt, loquebantur de passione, morte, cruce, uinculis, deq; omnibus, quę passurus erat Dñs in Hierusalē. Hi sunt dulces, atq. hilares sermones, qui tali festiuitati competebāt? Hi utiq. hoc autem nō sancti Petri iudicio, q̄ terrena sapiebat: sed sm sententiā Iesu Christi filij Dei; q̄ gloriā, triumphumq. suum esse ducit im
32 properia, ac tormenta pro patris honore, atque hominū salute pferre. Et hoc ē gaudiū illud, de quo dicitur: Proposito sibi gaudio sustinuit crucem cōfusione contēpta. O fratres qūo Domini (qui nos tantopere dilexit atque diligit, ut ī maiori gaudio, ac gloria, uoluptatem suam esse ducat, de laboribus, quos pp hominum salutem passurus erat, cum suis familiaribus loqui) ardentissimo
Heb. 12. amore non capimur? O si hęc attente consideraremus, quantā nobis gloriam pp hūc optimum Dominum labores perpeti, esse duceremus. Si in ardentissimis Seraphim ī uidia posset existere, hoc (credo) nobis inuiderēt, quod in eo statu sumus, in quo, pDei amore, & gloria labores possumus tolerare. Hæc ēt sermocinatio iucundissima fuit sanctis illis Prophetis: nā quid iucundius captiuo, q̄ de ipsius redemptione audire, & loqui? Siquidē autem hi captiui erant, qđ
33 colloquiū eis dulcius esse poterat? Hinc ēt elicere possumus, quod cū uos in maiori letitia, & prosperitate constitutos esse uideri
Eccl. 11. tis, tunc uos de morte agere oportet. O q̄ cælestem doctrinam nos hic diuinus Magister erudijt? Ideo dicitur: In die bonorū ne immemor sis malorum. Tu, qui nūc prosp, & glorioſus exiſtis, ne illhęc prosperitas te destruat, cōsidera aliquē tandem diem, esse aduenturū, in quo graui morbo oppressus in lecto iaceas, cum medici de tua salute dsperabunt, terribilē illum mortis ictum expectans, in quo aut sempiternis, inferni tormentis condēnaberis, aut perpetua gloriæ beatitudine donaberis. Herod. autor Græcus, & antiquus dicit Ægyptios in initio cō uiuiorum mortis figurā adducere consueuisse, & qui eā afferebat, singulis conuiuis dicebat: Cū ederis, biberis, atque oblectabe, fueris in hanc figuram respice: similis enim tu eris illius. Ille prior erat cibus, qui offer- 34
ri solebat, illudq. salsamentū, quo epulæ condebant. O maximā Christianorū hominum confusionē, q̄ nos ab Ethnicis superari patiamur, & in conuiuijs, gaudijsq. nostris ñ magis mortis meminerimus, q̄ si essemus animantia rationis expertia.
Herod.
Respondens autem Petrus, dixit ad Iesū:
Domine bonum est nos hic esse. Ex illius glorię uisione in eius desiderium deuenit. Siq dē autem nos eius ostensionē nō cernim⁹, saltem crebro illā consideremus: sic enim efficax illius desiderium nobis aduenjet. Si
2. Cor. 5. cut illā exoptat Diuus Paulus, cū dixit: Nā & in hoc ingemiscimus habitationem nostram, quæ de cęlo est, super indui cupientes, *Bonū est nos hic esse.* Ait Diuus Petrus. O uir sancte quin ī mōte, ubi nullū necessi- 35
tatibus est subsidium, uis commorari? Iudicabat utique, cum in Domini societate esset, hoc sibi sufficere. Qui ex inferno Paradisū effecit, quando post mortem in sinum Abrahæ descendit, facilius posset montem in Paradisum conuertere.
Et addidit, dicēs; *Si uis, faciamus hic tria*
Lucæ. 9. *tabernacula.* Et dicit Diuus Lucas; Nescie bat qđ diceret. O quāto minus sciūt qđ dicant ij, qui dicunt, Extruamus hic sumptuosas ædes; plurimas hic uineas plantemus: omnia hic corpori, animæ uero nihil faciamus. Quid autem erit cum alieno sudore facta fuerint? Væ tēporalibus dominis, qui plurima in hoc plerunque peccata committunt, plurimas uineas plantando, amplissimaque ædificia subditorum suorū sumpti 36
bus, atque sudore construendo.
Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obū
brauit eos. Ecce uox de nube dicēs, Hic ē filius meus dilectus, &c. De sursū ueritas descēdit, in terra uero Dñs Dæmoniac⁹, ac Samaritan⁹ appellat. Hic te ḋcorabit mūdus,
Ioan. 8. ī futurū sęculū Deus illhęc obseruat, q̄ & idē tu facito frater cū te calūniatū pspexeris. Aīaduerte uocē desursū fuisse delapsā, dicētē; *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene cōplacui.* Et audiētes discipuli ceciderūt in faciē suā, & timuerunt ualde. O tē
obstu-

obstupendam? si paterna uox tã suauiter ꝓlata hos sanctos discipulos adeò conturbauit: ecquid faciet uox illa maledictis dicenda, præsertim cũ tanta seueritate ꝓferenda sit: Ite (inquit) maledicti in ignẽ æternũ? O fratres charissimi per ineffabilẽ Dei charitatẽ uos deprecor, ut hęc attentis animis ꝑpẽdatis: atq; ita uiuere curetis, ut ex illis sitis, q̃ uocẽ illã audiẽtes cõturbãdi nõ sunt, sed gratia, meritis q̃; pleni dulcissimũ illud uer
37 bum audire mereamini: Venite benedicti Patris mei percipite regnum glorię, Amẽ.

Feria III I. post Dominicã II. In Quadragesima.

Ascendens Iesus Hierosolymã assumpsit duodecim discipulos suos secretò, &c. Matt. 20.

ADmirãs sãctus Propheta Dauid ea, quæ in spũ pręuidit Deũ ꝑp hoies esse facturũ, dixit: Dñe qd est hõ, quia innotuisti ei, aut filius hominis, qa reputas eũ? Hõ uanitati similis factus est. Qũo hoiem o Dñe tãti ęsti mas, cũ uanitati sit similis? Et nõ solũ uanitati eũ cõfert, uerũ uniuersam in eo uanitatẽ dicit esse inclusam: Veruntñ (inquit) uniuersa uanitas omnis hõ uiuens. Neq; uero his cõtẽtus est. Sed illũ uanitate ipsa uaniorẽ esse dicit: Et sic ubi nos legimus; Veruntñ uani filij hoium, mendaces filij hominũ in stateris. Alij uerterũt: Certè uani filihoium, mẽdaces filij uiri in stateris, si ascẽdant ipsi pariter, leuiores sunt uanitate. Elegãtissima est hęc Hyperbole, qua hoium vanitas, & amẽtia exaggerat. Quasi diceret: si uanitatẽ in una, genusq; humanũ in altera lance cõstituas plus põderis, & essentię in uanitate, q̃ in hominibus esse uidebis. Qđ cũ ita sit Dñe, quare tã uile, ac uanum qd sicut hoiem adeo diligis, ut eius causa hõ fias, & ꝑ eius salute mortẽ acerbissimã patiare? Dico hęc oia ex infinita ipsius ꝓbitate, ac charitate ꝓcessisse, qua ac hominũ
2 uilitatẽ, & uanitatem non attẽdit. Ad hãc charitatẽ Christus Saluator noster, quatenus homo respexit. Circa q̃ notandum uobis est, quãdo sacratissima diuini huius Domini anima denuo se creatam perspexit, diuino uerbo unitã, tanta gratia, & gloria repletam, Angelorum atque hominũ caput, ac principem constitutam, hæc ait oĩa sine proprijs ipsius meritis sibi donata fuisse cognouit, quam ardẽti amore ad Deum diligendum moueretur, cum tã ineffabilibus beneficijs se Deo deuinctam esse perspiceret? Vnde infert, maximum amorem, quo homines diligit, atque dilexit, desiderium q̃ que quo pro eis patiendi flagrauit, non ex hominum q̃dem ualore, sed ex immensa, qua ęternum Patrẽ dilexit, charitate dimanasse. Sicut ipse manifestè dixit; Venit princeps mundi huius, & in me non habet quic 3
quam, sed ut cognoscat mundus, quia dili- Ioan. 14
go Patrem, & sicut mandatũ dedit mihi Pater, sic facio, ideſt, Aduenit Dæmon, q̃ tyrannicè mundi huius princeps appellatur, & per sua instrumenta, atque ministros mihi mortẽ inferet, qđ nequaquã facere posset, nullum enim ius in me habet, Verunta men moriar, quia Patrem ardẽtissimè diligo, atq; vt meus erga Patrẽ amor mũdo innotescat, atq; etiam quia Pater mihi mori ꝓcepit. Itaq; ex perfectissima obedientia, & ardentissima charitate eius in Patrẽ prouenit, illum homines adeò dilexisse, ut eorũ causa morerẽt. Et de hac morte, quasi de re maximè desiderata cũ discipulis suis sæpenumero loquebat. Quod etiã faciebat, ut eos rem illã nimis arduã satis superq̃ ꝓmoneret. Nam vt Diuus Gregorius ait, Minus iaeula feriunt, q̃ pręuidentur, & nos tolerabilius mũdi mala suscipim⁹, si cõtra hæc ꝑ præscientiæ clypeũ muniamur. Cantores quando quicquam publicè concentu ri sunt, prius idẽ in cubiculis suis submissa 4
uoce canunt, ut cum in omnium cõspectũ postea prodierint, nõ errent. Sic diuinus ille cantor discipulos suos in illa modulatione, quam æterno Patri in monte Caluariæ editurus erat, sæpenumerò instruebat, ut tunc sicut iam satis superq̃; præmoniti bene cõcinnerent. Verum quæret aliquis, siq̃ dẽ Christus Redemptor noster optime norat hanc prævntionem nihil discipulis esse profuturam, sed eos nihilominus scandalum ex ipsius morte esse ꝓcepturos, qua re illos prænonebat? uoluit utiq; in hoc docere, si homo in peccata prolabitur hoc non ex Dei culpa, nec ex auxilij defectu prouenire, sed suamet culpa incidere. Anti qua nimis Deo cõsuetudo fuit homines admonitionibus prævenire antequam eis labores immittere, ut ad eos patiẽdos ꝑpararẽtur. Et sic dixit per Amos, Non faciet Amos 3.

Gre. Ho. 33. super Luc. Simile.

Domi-

Dñs uerbũ, nisi reuelauerit secretũ suũ ad seruos suos Prophetas, etsi non ignorabas Hieremiæ, Ezechielisq̃; ꝓphetias rebelli, Ezech. 3.
durosq̃; populo non esse ꝓfuturas. Et sic dixit: Nõ. n. ad populos ꝓfundi sermonis, & ignotæ linguę tu mitteris: & si ad illos mit
6 tereris, ipsi adirẽt te. Domus autem Israel nolũt audire te, qa nolunt audire me. Oĩs quippè domus Israel attrita fronte est, & duro corde Prophetæ aũt Hieremiæ pręcepit Hie. 36.
Dñs, dicens: Tolle uolumẽ libri, & scribes i eo omnia uerba q̃ locutus sũ tibi aduersũ Israel, si fortè audiẽt te domus Iuda uniuersa mala, q̃ ego cogito facere. Reuertat unusquisq; à uia sua pessima, & ꝓpitius ero iniquitati eorũ. Nõ solũ autẽ nullũ ex hac cõminatione fructũ perceperũt, sed Rex etiã Ioachim librũ illũ accepit, & in prunario, ad q̃ se calefaciebat, illũ comburẽdũ proiecit. Etiã ipse Propheta Hieremias cũ captiHier. 51.
uus teneret Babylonis deuastationẽ descripsit, & ad eos librũ misit ut illũ perlegeret: uerũtamẽ à sceleribus nõ destiterũt. Et sic pręcepit Saraiæ, q̃ legerat librũ, ut postquã illum legere compleuisset, ligaret ad eũ lapidem, & ꝓijceret illũ in medium Euphratẽ,
7 dicẽs. Sic submergẽt Babylon. Nõ solũ aũt uerbis, & comminationibus, uerum & supplicijs etiã de quibusdã peccatoribus sumptis alios Deus admonere consuescit: quo illi aliorũ supplicio deterriti ad meliorem frugẽ se recipiant. Sic nos adhortatur Diu⁹
1. Cor. 10. Paulus, dicens: Non simus concupiscentes malorum, sicut illi concupierunt, neq; idolatræ efficiamini, sicut q̃dam ex ipsis, nec fornicemur, sicut quidã ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die uiginti tria millia. Nec tentemus Christũ, sicut quidã ex ipsis tentauerunt, & à serpentibus perierunt.
Num. 25. Nec murmuraueritis, sicut q̃dã corũ murNum. 11. murauerũt, & perierũt ab exterminatore. Hæc omnia scripta sũt ad correptionẽ nostrã, in quos fines sęculorũ deuenerũt. Itaque q̃ se existimat stare, uideat ne cadat. Ecce fratres quomodo sanctus Apostolus illorũ supplicia ad correctionẽ, admonitionẽ
8 q̃ue nostrã fuisse testat. Et sic unũ ex sceleribus, q̃ Balthasari Regi Babylonis obiecit, fuit, q̃ sibi non præcauit in supplicio, quod Deus sũpsit de Nabuchodonosor patre eius, Dan. 5.
dicens illi, O Rex optime, nosti quot, quanq̃ue Deus i patrem tuum cõtulerit beneficia, nec te latet, propter ipsius superbiam cum à Domino regno, atque ratiocinis usu fuisse priuatum & septennio, quasi iumentũ herbis fuisse de pastũ. Quoadusque corã Deo scelus suũ cognoscẽs humiliat⁹ est. Tu quoque fili⁹ eius Balthasar non humiliasti cor tuũ, cũ scires hæc omnia, sed ad uersum dominatorẽ cęli eleuat⁹ es. Idcir cò ab eo missus est articul⁹ manus, q̃ scripsit quod exaratum est. Suppliciumq̃ue sequẽti die ab eo sumẽdũ illi exponit. Qđ si ex laboribus, ac supplicijs, quę iã diu sumpta sunt nos cautionẽ sumere oportet. quã 9
to magis ex ijs, quæ nũc de proximis nostris sumi perspicim⁹, nos pręcauere oportebit? Fulgur de cœlo demissum unum percutit, Simile.
plurimos autem deterret: sic in laborib⁹ esse oportet, nisi simus animantia rationis ex Isai. 30.
pertia. Per Isaiam Propheam comminatus est Deus Hebræos, dicẽs: Ego uos puniam donec relinquamini quasi malus nauis in Simile.
uertice montis. Quando nauis in mari cõfringitur, si qui supersunt nautæ malum ei euellunt, & in sublimi montis fastigio erigũt iuxta locũ, ubi naufragium fecerunt, vt quicũq; illac ꝓterierint, rupẽ illic, periculo sum q̃; transitum esse cognoscant, & illum euitent. Sic Deus Hebræis, captiui (inquit) Babylonem ducemini: illicq̃; Chaldæi uos affligent, atq. necabunt. Sed aliqui supere 10
runt in aliarũ gẽtium admonitionem, qua si nauis malus in montis cacumine cõstitut⁹. Quãdo uidua mœstam, ac derelictã certis, timete, ne & vos sic à Deo puniamini. Illam quippe De⁹ forte puniuit, quia uana erat, quod uir ei⁹ permittebat. Illum igitur Deus mori noluit, coniugem aũt laborib⁹ oppressam reliquit, ut tu in illa tibi caueas. Et idem in alijs tribulatis inferri potest. Singulare est ẽt remedium, quo aduersus labores muniamur, si hæc caduca, & transitoria non nimio cordis affectu diligamur. In rebus enim tpalibus amittendis (ait B. Augu Augusti.
stinus) tantus oportet quod sit dolor, quãt⁹ i eis possidẽdis fuit amor. Quapropter quẽ Simile.
admodũ uir debilis, & ægrotus eum baculo innitit ur, nõ adeo super illũ incumbit, ut cõfringatur, & ipse in terrã corruat, ac percuciatur, sic etiam cum bona tẽporalia 11
sint bacul⁹ debilis, & arũdineus, ne adeo illis per affectũ initaris, vt cum perdita fuerint, per impatientiã, atque peccatũ tu etiã pereas. Maximè etiam hic animaduertẽdũ est cur sancta mater Ecclesia toties hoc sacratissimę Domini passionis mysteriũ nobis ob oculos ꝓponat. Quod quidẽ ideo fa

cit, ut

cit,ut uos illud sæpenumero animis cõtẽ plemur. Compertũ est enim, utilius nobis esse in hoc sęculo de laborib⁹,ac morte Ie su Christi Dñi nostri,quã de gloria, qua in cęlo perfruitur,loqui,quãuis utrumque di gnũ sit æterna memoria. Ratio huius propo sitionis perspicua est nã cognitio,& gratia-
12 rũ actio pro maiori beneficio amplioris est cõmodi,quã recognitio minoris. Conside rans Christũ filium Dei morientẽ,atque re gnantẽ,maiori beneficio illi astrictus sum, quia mortuus est pp me,quam quia regnat pp se. Non utique percepturus sum regnũ eius pp illius gloriã,sed propter ipsius pas sionem. Eius enim pæna,passio, ac mors est
Hebr.5. causa meritoria gratiæ,ac glorię meę,sicut affirmat Diuus Paulus,dicens: Cum esset fi lius Dei,didicit ex ijs,quę passus est, obe dientia,idest,discere nos fecit obediẽtiam. Et consumatus factus est omnibus obtem perãtibus sibi causa salutis ęternæ. Obediẽ tia sua nos obedire docuit,ut sic disponere mus ad cõsummatæ ipsius obedientiæ,mor tisque,ac meritorũ eius præmium percipiẽ
13 dum. At,licet eius gloria sit beatitudinis no strę exemplar,atq; imago, nõ tamẽ est cau sa meritoria illius. Et ideo quanuis utriusq; cogitatio & cõtemplatio utilissima sit,mul tò tamẽ utilior est crebra tormentorũ,mor tisq; eius ruminatio,atq; colloquiũ. Præci-
Deu.10. pua enim Christiani res est Deum diligere. Ita dixit Moyses,& nũc Israel quid Dñs pe tit à te,nisi ut diligas Dñm Deũ tuũ ex to to corde tuo? Vnde præcipuã Christiani ui ri exercitationem eam esse oportet, qua ad hunc amorem uehementius incitetur. Et li cet uniuersę creaturæ nos ad hunc amorẽ commoueãt,ut ait B. Augustinus. iter isthæc au tẽ omnia pretiosissima Domini nostri Iesu Christi passio nos ardentius in hunc diuinũ amorẽ poterit inflammari. Etenim nullo to
Ioan.12. tius sęculi ope probiras,misericordia, cha ritas,cæteræque Dei excellentiæ clari⁹,quã
14 unigeniti filij ei⁹ passione declarãtur. Et sic ipse dixit: Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me ipsum. Tot,tantaq; ho minibus in cruce conferã beneficia, ut cha ritate mea quodãmodo cõpulsi ad me ue niant. O admirabilem exaggerationem? pro fecto nisi saxa durissima, aut Dæmones in gratitudine obdurati simus,uix nos cõtine re poterimus,quin hũc summũ,largissimũ- que benefactorẽ nostrum feruentissime se ctemur. Idcirco Prophetæ,& Euãgelistę plu
ra nobis de morte diuini huius Dñi,deque eius opprobrijs,ac passione,quam de ipsius gloria retulerunt. Quia semel Gedeon cũ Iudic.8. Madianitis bellũ gessit,& filios Israel ab eis liberauit: ipsi tanti beneficij ei gratia referẽ tes,dixerũt illi: Dominare nostri tu,& filius tuus,& filius filij tui,qa liberasti nos de ma nu Madian. In illo conflictu Gedeon ne gut tam quidam sanguinis effudit, nec uulnus, 15
aut minimũ queniq; ictum recepit,quia cũ copijs suis hostes superauit cõfringendo ur nas,quas manibus deferebãt lucernis,quas in eis incluserãt hostes Dei uirtutẽ deterrẽ do. Et tamẽ adeo grati sunt filij Israel,ut ei filioque,& nepoti eius subijciãtur. Quid igi tur nos superno duce nostro facere debere mus,qui tot tantisque expẽsis suis nos à dę monib. totum sanguinẽ suum effundẽdo, tamq. atrocẽ mortẽ tolerãdo liberauit? O Christe dulcissime animarũ nostrarũ amor, quas tibi ꝓ tanto beneficio gratias agem⁹? Dominare nostri: etenim corde tibi ijsque 16
qui uicẽ tuam gerunt, scilicet pręlatis no stri,qui Ecclesiæ tuę præsunt, in oibus obe diem⁹. Pro magna exaggeratione dixit oli Exo.19.
De⁹ Hebræis. Vos ipsi uidetis qũo portaue rim uos super alas Aquilarum. Aquila ab i feriori ad superiora in alis pullos suos de fert,suos percuti uult. Plenius utique diui nus hic Dominus beneficium, auxiliumq. istud nobis prætlat: siquidẽ nõ pect⁹ tm,ue rum totum ẽt corpus terribilibus tormẽtis obtulit,ut nos ab inferni cruciatibus libera ret. Dicit igitur Dominus discipulis suis.

Ecce ascendimus Hierosolymam. O q̃ me rito dicit: Ecce,attẽtionem petens; uolebat quippẽ rem quandam obstupendã dicere: qualis erat Deum esse conspuendum,flagel landum,atque occidendum. Latrones uapu lant,blasphemi conspuũtur: Deum ãt esse flagellandum,atque conspuendum, quis ul 17
lo unquã tempore cogitaret? Hucusq. pro fecto infinita eius charitas peruenit. Notan dum est aũt Diuum Marcum hoc ita refer Mar.10.
re: Erãt autem in uia ascendentes Hieroso lymam,&,præcedebat illos Iesus,& stupe bant,& sequentes timebant. In quibus uer bis maximum utique mysteriũ delitescit. Vnde timorem ac stuporem illum sanctis discipulis dimanasse putatis? Dico illos ma xime stupuisse,cum Dominum ita accelera re perspicerent, ut usitatum gradiendi mo dum mutaret,discipulosque suos prȩcedere ret. Loquens enim de passione sua patiendi

desi-

derio exardescens celerius properare cæpit. Qua festinatione quãta charitate ad patiẽdũ pergeret,quamque ardenter exo raret pro nobis in cruce iam extolli,uoluit demonstrare. Sancti autem Apostoli etsi ti mẽbant,non ideo ab eius sectatione desiste bant. Hoc enim interest inter bonos & ma
18 los: quod cum omnes labores sentiant,atq; pertimescant, mali minima quaque con tradictione uexati, & minimo quoq. timo re pculsi à uirtute deficiunt: iusti auté quã uis laboribus affligantur, & illos pertime scant,ulterius tamen progrediuntur.

Tunc accessit ad Iesum mater filiorũ Zebedæi,&c. usque ibi. *Dic ut sedeant hi duo filij mei.* Nõ est nobis mirãdũ quicquid ho mines in hoc sæculo faciãt,siquidem homi nes sunt, quis uidit Hebræos illos à Deo tot indulgẽtijs,atque auxilijs adiutos,quo rũ cã tot miracula fuit operatus, post pau cos dies uitulũ adorantes, ut ei omniũ illo rum gloriam tribuerent? O maximã amen tiam? Ecce hos homines, q paucis ante die bus retia reliqueranꝫ, quot nanitates cogi tant: iam principatus & monarchias expe tunt. Hieremias dicit: Perdix fouit quę nõ Hier.17.
peperit. Perdix dicitur adeo filios desidera
19 re,ut aliena ouafurripiens sub alios foue at,pullosque proferat, qui post quã produ cti sunt,& naturali instinctu matrẽ cogno scunt,eã,pdice relicta sequũtur. Nequeunt quippe naturam amittere, quam à matre deducũt. Idẽ est in hominibus, ea enim na turæ indoles, q̃ ex matris uentre de pmũt, uix unquam illis deperditur, quãdo humi lius & profundius sepulti esse uidentur, mi nimo quoque vẽtorum flatu suscitãtur, qđ apparet in his sanctis, & alijs, qui postquam mundo mortui uidebantur, parua, aut ferè nulla occasionẽ oblata humanæ passiones in illis reuixerũt. Vna uero ex passionib⁹, quæ in filijs Adæ magis dominatur,& diffi cilius eradicatur,est ambitio,quæ aliorum
20 complurium malorum exitũ it origo. Loc⁹ ille Beati Lucæ dicentis: Facta est contẽtio Luc.22.
inter discipulos, quis eorum uideretur eẽ maior,plerumque declarari solet, discipu los de maioritate ambitiose cõtendisse. At Aug.ser.8. ad fratres in eremo, tom.1.
Beatus Augustinus plura hic pensanda eẽ dixit: Nam Christus Redemptor noster pau lo antea dixerat in Cœna: Vnus uestrũ me traditurus est. Quo uerbo sancti Apostoli pudore,ac dubitatione cõfusi remãserunt, maximeq; scire cupiebãt, qs eorũ tã sa crile gam illã proditionẽ esset admissurus. Di-
uus aũt Petrus Beatũ Ioannẽ rogauit,ut à Ioan.13.
Dño sciscitaret quisnã facinus illud perpe traturus esset. Dicit enim B. Augustinus. Si. S. Petrus qs Dñm ꝓditurus esset, agnosce ret,morsib⁹ illũ fuisse cõfecturũ. Et cũ hoc desiderio quo uniuersi Apostoli ꝓditorẽ co gnoscẽdi flagrabãt, facta est cõtentio inter eos,quis eorũ uideretur eẽ maior. Glomũ (ut aiunt) ex filo elicere uoluerũt, ut qsnã
21 proditor esset,agnoscerent, curant scire qs eorũ honoris esset auidior,quiq; illis præ ferre desideraret,coperto enim magis am bitioso intelligerẽt illũ futurũ esse ꝓditorẽ, qdiuinũ magistrũ suũ uẽderet,ut ipse to tius mũdi dominaretur. Ecquid non faciet, aut quid intentatum relinquet ambitios⁹? Deus nos à tã pernicios pestę custodiat. Maledictus ille Abimelech septuaginta fra Iudi.9.
tres habuisse,oĉs ât illi Gedeonis legitimi erant liberi. Ille solus Abimelech erat spu rius,filius ancillæ Gedeonis. Hic uero ui lior omniũ regni gubernaculũ sibi uoluit usurpare,quod ut conficeret, uniuersos fra tres suos interemit, matrisq; suæ cõsangui neos pessimæ qdẽ indolis,atq; infimæ con ditionis homines conuenit, quibus ut ad si bi fauendũ persuaderet,dicebat. Considera
22 te quia os uestrum & caro uestra sum. Cõ- sanguinei aũt matris eius negotiũ hoc hu meris susceperunt,largitionibusque ac mu neribus inclinauerunt cor omniũ post A bimelech dicentes: Frater noster est. Hic (aiunt) ex nostris est,communioniq; nostrę ĩmæ adhuc,atque neglectæ fauebit. Quid similius adduci poterat ijs, q̃ inter cathe draticos,& in aliis electionibus fiunt? statĩ quippe nonnulli allegant. Est frater ordi nis nostri,est ciuis,aut amicus noster, quan uis iniuriam alteri inferri ꝑspiciant, ad ni hil aliud,quam ad affectionem, aut utilita tẽ suam respiciunt. Et hic Abimelech infe lix tres annos magna cũ contradictione re gnauit,&tandẽ desperatus interiit cũ a mu liere ex sublimi turri rupis demissa,ei⁹ ca-
23 put infringeret. O fratres in Christo Iesu, p reuerentiã Dei nos rogo,ut ad hæc dili gẽtissime aiaduertatis,ambitionesque ue stras humilitatis fræno coerceatis, siqdem eas tot malorũ cãm eẽ cognoscitis. Rndẽs Iesus,dixit,Nescitis qd petatis. Petijt ma ter. Dñs autem filijs respondet, quia illi in eius animum induxerũt,ut illud à Domino flagitaret. Illi dignitatẽ poscunt. Dominus

autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem eis respondet: Nõ est meum dare vo
bis, quasi diceret; In mundo qui diligentius
honores expetit, hic eos adipiscitur, domi
aũt meæ desiderantibus non conceduntur.
Sic ego hæc uerba intelligo, sicuti cum qc
quam ab aliquo, quod ipse facere nõ solet,
24 exposcitur, rũdet: non est meum hoc face-
re. O utinam hanc ueritatem hoies intelli-
gerent. Honores quippe, ac dignitates non
petentibus quidem, sed earum dignis dari
oportet. Qui aũt dignitatis se dignũ existi-
mat, ille eius est indignus. O Prelati, ac Do
mini, a quib. munerũ Reipublicę commis-
sio, ac distributio dependet, ab hoc diuino
Magistro discite, attendite nõ esse uestrum
indifferenter, sed dignioribus munera cõ-
mittere, qđ vt melius faciatis, idẽ vos face-
re oportet qđ ærarij regij ĩ pecunia formã
Simile. da efficiunt. Prius etenim frustrũ auri, siue
argẽti, ex quo nummus cõficiẽdus est, in sta
tera perpendunt; & deinde illud iuxta pon
deris quantitatem in statuto canali infun-
dunt. Domini ac patres mei vultis talẽ mo
netam efficere, quã nemo repudiet? prudẽ
25 tiæ & considerationis statera ã assumite, & vi
rũ cui mun⁹ cõmittere nultis, ipsum q. mu
nus appendite: qđ si grauius fuerit munus
uiro illũ tollite, & alterũ ponite, quoadusq.
statera æqua lãce cõsistat, hoc est, quoadus-
que munus, & uir quem ei pficere unltis
æquales sint; cumq. omni passione atq. affe
ctione semota pares esse iudicabitis, guber
nationis miraculũ, Hispanẽ[cuñõ] & sanctã
obedientiam eius humeris imponite, & si-
ue libens, siue inuitus demisso capite obtẽ
peret. Cum q. sic monetã pondere, ac men
sura feceritis, ne reuertamini, ne qs eam re
futet, de Saluatore nostro Iesu Christo p̃-
dictum erat; Ipse. n. quasi ignis conflans, &
Mala. 3. sedebit conflans, & emundans argentum, &
26 purgabit filios Leui, & colabit eos quasi au
rũ, & quasi argentum, & erunt Dño offeren
tes sacrificium in iustitia, & placebit Dño
sacrificiũ Iuda, & Hierusalem, sicut dies sæ
culi, & sicut anni antiq. Talẽ oportet esse p̃
positum, dẽt. n. filios Leui: hoc ẽ sacerdotes
conflare, quos munerib. p̃ficere conant. At
tendite ãt illum non es aut stãnum, sed au
rum aut argẽtum conflare debere. Etenim
ex ære atq. stãno uiles monetæ effici cõsue
scunt, q̃ nihil amplius ualent, nisi quatenus
regium hẽnt miraculum. Qũ ãt Rex illas
ualore priuat, inutiles remanent. Prælatu-
ræ miraculus ñ nisi sup aurũ, aut argẽtum
imponi dẽt, nõ sup hoiem, q. à solo mune
re, quasi moneta à marculo ptium, atq. ua
lorem assumat, sed sup eum, à quo munus
potius, q̃ ipse à munere honestetur. Et ita
placebit Dño sacrificiũ Iudæ, idest, subdito
rũ, q. p ueræ obedientiæ confessionem pla
tis suis subijciunt, & Hierusalem, ideſt, pla
torũ, q. p uisionẽ pacis in culmine platurę 27
sũt positi; sicut dies sęculi. Velut hẽt septua
ginta interptes, sicut dies pristini, ideſt, hoc
modo status ad initiorũ suorũ puritatẽ re
ducentur. Eo q. res hoc modo nõ fiũt, digni
tatesq. indignis hoibus conferũtur; tanta
in Christianis rebus publicis dissolutio, ac
strages exiſtit. Ait. n. Salomon: Sicut q mit- Prou. 26.
tit lapidẽ in aceruũ Mercurij; ita q tribuit
insipienti honorem. Ethnici quondã Mer-
curio, numerorum Deo festum celebrare
consueuerant; s. uniuersus populus statuto
die conueniebat, & singuli quiq. lapidem
afferebat. eumque in acerum Mercurii
congregabant. Dicit igitur Salomon, sicut
maximum sacrilegium erat lapides in ace- 28
rum illum immitti, ut Mercurius falsus
Deus honore afficeretur: sic maximũ esse
sacrilegium digno relicto in dignum prę-
laturæ, aut alteri muneri p̃fici. Et aĩaduer-
tite hunc bina simul peccata patrare: alte-
rum, quia Reipublicæ gubernationi male
consulit, nec communis utilitatis curam
gerit. Et sic uniuersi mali, q. electⁱ indignè
electoris causa fecerit, electorem apud Deum
rõnem reddet: alterum uerò, q. uiris probis
iniuriam infert, cum eis iniquos homines
anteponat, & ea, q̃ illis iure competebant,
inique auferat. O infelices homines, q. pas
sione, siue affectione tãtopere excæcamini,
ut grauissimũ humeris uestris onus impo
natis, uestri saltem miseremini, & rñdete
sicut Dñs rñdit, dicens; Non est meum da-
re uobis, sed quibus paratum est à patre 29
meo. D. Augustinus rem quandam singula Augusti. su
rem adnotat, uidelicet duas ad Dominum per hoc
mulieres accessisse, quarũ altera fuit Cana Euange.
næa, Ethnica & peccatrix, altera uerò hæc
sancta soror Beatissimæ uirginis Mariæ Do
minę nostræ, quarum utraq. filijs suis bñ-
ficia postulauit, sancteq. huic petitionem
Dñs denegat: Cananæę autem peccatrici
plus etiam quam petit concedit. Cuius ra
tio est, quia Cananæa humiliter a Domino
filię suæ salutem deprecata est, & ideo
quod petierat, impetrauit. Hæc autem san
cta infirmitatem liberis suis postulauit. Et

ideo

ideò Dominus ei petitionẽ abnegat, maio
rĩ namq; misericordia, & pietate cũ illa, li
betisq; eius vtitur, illam negans, quã cõce
dens. Quæ cũ ita sint dilectissimi fratres, cũ
hæc sæcularia quæsieritis, & tandem conse
cuti fueritis, maximè timete, ne forte Deꝰ
in pœnã aliorum peccatorum à nobis illa
ad condẽnationem nestram impetrari per
30 mittat, id est, cũ Saul de Danid ulcisci uel
1. Re. 18. let, dicitur ei filiam suã Michol in uxorem
dedisse. Dabo (iquit) eam illi, ut fiat ei ĩ scã
dalũ, & sit super eũ manus Philistinorum,
hoc est, ut de illo uindicet, uidens eũ Phili-
stijm inimicorum eius manibus traditum.
Sic uolens Deus de te ò peccator, ulcisci,
qa plurimis sceleribus tuis offensus est, fi-
liã suã Michol, sicut Saul Dauidi, tibi tra-
dit, ecclesiæ suæ custodiã tibi cõmitti ꝑmit
tit: tu uerò illam negligenter obseruas. Ca
ue igitur, ne super te ira Dei de cœlo descẽ-
dat, nisi opportunum tibi remedium adhi-
bueris. Quamobrem frater licet adiutores
tibi sint, quibus ad uolandum per hui⁹ sæ-
culi aera iuuari possis, quantum tibi possi
bile fuerit, hęc time, & diligenter aufugito,
sunt enim periculosa nimis, quæ semper
31 serui Dei maxime timuerunt.

Ex libro Genesis apparet, quod quãuis
sanctus Patriarcha Iacob filium suũ Ioseph
Gen. 46. uidere magnopere desiderabat, cũ magno
tamen timore in Ægyptũ se cõferebat. Di
cit enim illic sacratus textus Deũ illi iã iter
facienti dixisse: Ego sum fortissimus Deus
patris tui noli timere, descende in Ægyptũ.
Ex qbus apertè colligitur sãctũ senẽ timi
dũ processisse, alioquin enim nõ ei diceret
Dñs, noli timere. O bone Deꝰ siquidẽ filiũ
tam potentẽ, totiusque regni gubernatorẽ
in Ægypto habebat, quid illucire timebat?
Hoc forsitan uir sanctus uerebaĩ, ne filij sui
Ioseph potẽtia occasioni esset superbiæ cæ
teris fratribus, neve illos proteruos effice
ret, aut ad dignitates illic expetẽdas cõmo
ueret. Beati qui hoc timent, siquidẽ tãta in
32 de superbia, atq; expetitio solet exoriri. Id
circo clemẽtissimus Iesus dilectis discipu-
lis suis petitionẽ illã non cõcessit, sed dixit
eis: *Calicem quidem meum bibetis*. O quãta
est indulgentia, Deũ te inuitare, cibisq; suis
Hest. 5. re cibare, & uase suo potare. Quasi maxima
sibi facta fuisset indulgẽtia, & beneficiã, di-
xit Amã: Regina Hester nullũ aliũ uocauit
ad conuiniũ cũ Rege præter me: apud quã
& cras cũ Rege pransurus sum. Quid igitur
erit ad Dei conuiniũ inuitari? Vñ quo ma-
gis hoies à Deo diliguntur, eo abundãtius
ab eo hoc diuino calice potantur. Et sic di-
citur de Angelis illis, quos uidit B. Ioãnes, Apo. 16.
habẽtes phialas plenas ira, & ue: berib⁹ Dei,
& quart⁹ Angelus effudit phialã suam in
solẽ, quam dicit B. Gregorius labores signi Grego.
ficare, quibus iusti quasi sol clari, atq; illu-
stres affliguntur, sup quos non gutt̃ qdẽ,
sed totã phialã dicit effundi. Et de ipsismet 33
amicis Dei nomine filiarum Sion dicit Za-
charias: Et bibentes inebriabuntur quasi ui
no, & replebuntur ut phialę. Super quo di-
cit D. Greg. hoc dici, qa amici Dei pluri- Zach. 9.
mis sese offerẽt laboribꝰ, atque ẽt corpora Greg.
sua in sacrificia Deo gratissima immolabũt.
Hoc bñficiũ contulit Dominus suis sacris
Apostolis, quod tã alacriter hunc mortisca
licẽ biberent, ut dixerit B. Paulus: Sed & im Philip. 2.
molet supra sacrificiũ, & obsequium fidei
uestræ, gaudeo, & congratulor omnibus uo
bis. Idipsum ãt, & uos gaudete, & congratu
lamini mihi. Dicit hic Sanctus Apostolus,
se pp fidei, atque Euangelij ministeriũ im
molari, atque occidi, seque propterea maxi
mè gloriari, Philippensibus sq, de laboribus
ob Iesu Christi fidẽ toleratis gratulatur, eos
que rogat, ut de tanto bono sibi etiã gratu 34
lentur. O Beate Paule, quis te quæso hanc
Philosophiã docuit? qđ mortẽ omnib⁹ hu-
ius sęculi laboribus terribiliorẽ tam hilari
animo suscipias, ut amicos tuos ad gauden
dũ, tibique gratulandum inuites? Profecto
quando usq; ad tertium cælũ raptus fuisti,
tunc istam Philosophiam didicisti: illic uti
que tibi reuelatum fuit, non esse cõdignas
passiones huius sæculi ad futurã gloriã, ubi
hæc perspexit, illic ẽt quã desiderabile es
set propter Deum tormẽta perferre cogno
uit. Huius sapientiæ ipsum Deũ habuit do-
ctorem, sic ipse Dominus testatur. Ego (in-
quit) ostendam ei quanta oporteat eum ꝑ Act. 9.
nomine meo pati. Quomodo hęc illũ do-
cebis Domine? Quo? Ego illi totum bo-
num ostẽdã, cuius amore, atque desiderio
tantopere inflammabitur, ut ad illud impe
trandum nullũ huius sæculi laborẽ susci pe
re recuset. Ecquis enim cũ gloriam uiderit,
ad eam comparandam uniuersa tormenta 35
nõ patietur? Et quamuis nos eã nõ uideri-
mus, inenarrabilia tñ & æterna bona eẽ cre
dimus, quæ Deus illis præparauit, qui in
hoc sæculo propter eũ æquo animo tormẽ
ta patiuntur. Quæ cũ ita sint fratres charis-

simi

simi ad bibendum calicem, quo nos Dominus potare uoluerit, fulciamur, ut calicis
36 eius participes effecti cælestis ipsius Domini gloriæ consortes effici mereamur. Amē.

Feria VI. post Dominicam II. In Quadragesima.

Homo quidā erat Paterfamilias, qui plantauit uineam, &c. Matt. 21.

EXPONATVR ad literā tota parabola. Vnum ex ijs quę Deus uehemētius execratur, est superbia. Non solus aūt Deus, uerum & homines, qui ratione, nō aūt passione ducuntur, eam odio prosequuntur. Vnde Salomon: Odibilis (inqt) corā Deo, & hominibus superbia. Nonnulli sunt hoies, qui etsi
Eccl. 10. Deo sunt odibiles, hominibus tñ odiosi nō sunt, superbus autē ab oībus odio habet, etenim & infernus ēt superbā in se animā recipiens conturbatur. Qñ Balthasar in infernum ingressus est, exaggerat Propheta
Isai. 14. Isaias infernū fuisse cōturbatum dicens: Infernus subter conturbatus est, in occursum aduentus tui. Eo quòd tā execrabilis sit superbia, maxime desiderabat Dauid illa oīno
Psalm. 35. carere, & sic affectuose orabat dicens: Non ueniat mihi pes superbię, & manꝰ peccatoris non moueat me. Ibi ceciderunt qui operanī iniquitatē, expulsi sunt, nec potuerūt stare. Valde notandum est, cur nam dixerit Sanctus Propheta se desiderare, ne sibi pes
2 superbiæ adueniret, non aūt absolute Deū rogauerit, vt se à superbia liberaret. Dico illum hoc deprecatum fuisse, quia iusti non solum totū superbię corpus, ac molē, sed & primum ēt eius ingressum, & primum passum, neve ipsorum animas pede pertingat, maxime pertimescunt. Quid domū ingressurus est, prius pedem in limine ponit, quā toto corpore introeat. Itaq; deprecat̄ cur sanctus, ne primus quidē superbiæ motus in animam suam ingrediatur, neve diaboli ea tētatio licet ad eum perueniat, operationem aliquam in anima ipsius efficiat. Etenim hoc significāt uerba illa: Nec manus peccatoris moueat me. O admirabilem exaggerationem, qua maximum periculum, quod in superbia inest, apertè detegitur. Et rationē reddens Sāctus Propheta, ob quā tantopere superbiā execrantur, dicit: Quia ibi ceciderunt peccatores. Propter illā mali Angeli ab statu suo ꝓlapsi sunt. Itaq; cælū illos substinere nequiuit. Vt igitur hoc tan 3
tū malū fugiatur, humilitasq; à nostro diuino Magistro Iesu Christo nobis maxime cōmendata cōparetur, unum ex necessarioribus medijs est propriæ uilitatis agnitio. Cuius cognitionis defectus coram Deo nimis est odibilis, sicut apparet per Hieremiam, ubi referent Dūs plurimas idololatrias, latrocinia, aliaq; complura peccatorum mala recensens, non assignat pro fundamento supplicij, quòd de sceleribus illis se sumptu
rū esse dicit, mala, quę illi fecerunt, sed ipso
rum obstinationem, & quod illa nō cognouerunt, neq; scelerum eorū cognitionē ha
buerunt. Et sic his uerbis de illis conqueri- 4
tur, & dixisti: Absque peccato, & innocens
ego sum, & propterea auertatur furor tuus Hier. 2.
à me. Ecce ego iudicio contendā tecum, id est, ego te condēnabo, eo qđ dixeris: Non peccaui. Etenim nulla sunt adeò grauia peccata, q̄ propria cognitione dimissu facilia non reddantur, neque ulla sunt adeo leuia, quę obdurationē cognitionisq; defectu difficillima nō efficiatur. Ideo quasi dispositio
nē ad remediū suū Propheta allegat, dicēs: Psalm. 50.
Quoniā iniquitatem meam ego cognosco, & peccatum meum contra me est semper, (ait sanctus Propheta) peccatum meū præ oculis fero, ne unquam me superbire patiatur. Oculos enim in tā absurdo, atq; horribili spectaculo, quale est peccatum, constituens, qūo non confundar, atq; à me ipso conremmar? Quod si homo uirtutē in se aliquam senserit, in Deum oculos injiciat, nā
in solis conspectu sidera nō dicent. Vir pru 5
dens, qui Deū ante se habet, nec se, nec uirtutes suas animaduertit, omnia nihil esse uidentur. Sic faciebat Propheta ipse cū dice
ret: Et substantia mea tanquam nihilum ante te. Singularis est etiam uia, quæ ad hanc Psalm. 38.
cognitionem ducit, cōsiderare peccata quæ alij admittūt, à me etiam posse committi, ut sic in mei ipsius cōtemptum deueniam. Plutarc.
Plutarchus refert Platonem in uirtute, sui q̄ cognitione magnoperè profecisse, alio
rum delicta uidētem, cum enim illa perspexisset, intra se ipse dicebat, quomodo superbire, aut apud se aliquid ęstimari potest homo, qui talia peccata perpetrare potest? siquidem autem ego uniuersa aliorū peccata, perpetrare possum, quare me non negligam? O admirabilē uiri prudentiā. Etenim

ex aliorum peccatis, unde nōnulli indignationis, ac murmurationis occasionem assumunt, ad sui cognitionē, atque contēptum excitatorem ipse faciebat. Quamuis uerū sit ad hanc peccatorū, ꝓprięq; uilitatis cognitionem, & exinde humilitatē impetrā
dam hæc, & alia plurima remedia adhiberi
6 consueuerit, unum tñ ex efficacioribus est diuinę potentię, magnitudinis, beneficiorūque cognitio. Nihil euidentius maximā nostram miseriam comprobare potest, quàm Deum potentiam, probitatē, sapientiamq; suam in nos ab his terrestribus rebus, quas diligimus, compescendo adhibuisse, nec tamē id nobis (libero arbitrio remanente) in animū inducere potuisse. Quid amplius de hominibus dici potest, q̄ cum Deus vt illos ad se attraheret, omnia, quæ potuit, atq; ēt (si ita dici potest) plus quā potuit, effecerit? (Etenim Deus mori nō poterat, tale autē artificiū exquisiuit, ut uere nunc dici possit: Deus ꝓ hominibus mortuus est) nec tamē
7 isthęc omnia ad illos bonos reddendos, atque à sceleribus cohibēdos sufficisset. Hæc est maxima puersitatis nostræ cōprobatio, Simile.
quæ nos undique circuit, atque conuincit. Qñ morbi medicinis non obtēperāt, aut illi sunt grauissimi, aut hō ille pessimæ est cōplexionis. Cū igitur uideamus quā malè, atque negligenter infinitæ Dei potētiæ, atq; probitati obtēperemus, q̄d aliud dici pōt, nisi aut morbos scelerū nostrorum esse grauissimos, aut nos adeò malos esse, ut tanta hæc, tamq; efficacia remedia leuibus morbis nō medeantur? Hęc omnia significat q̄ Christus Redemptor noster in hodierna sā
cti Euangelij lectione dicit, se uineę suæ fecisse, ostendens se ad eius culturā nihil intentatum reliquisse, oīa tamen modicū ꝓ fuisse. Postquā ipse Dominus per Isaiā Prophetā dixerat: Vineā suā in cornu filio olei,
Isai. 5. 8 idest, in loco excelso, atq; uberrimo à se fuisse plantatā, atque in ea totā curam, ac diligentiā necessariam à se fuisse adhibitā, addidit dicens; Nunc ergo habitatores Hierusale, & uiri Iuda iudicate inter me, & uineā meam, quid est q̄ debui ultra facere uineæ meæ, & nō feci? An q̄ expectaui, ut faceret uuas, & fecit labruscas, ō Deus infinitę maiestatis, atq; ineffabilis potestatis, nūqd Domine istud dicens uires, atque potentiā tuā non cōminuis? An non est hoc potestati tuę derogare? Cū dicas humana corda ad obedientiam tui à te redigi non posse? Respon-

deo hoc nō esse potētiæ eius derogare, sed duritiem, pertinaciamq; nostram exaggerare. Nā si Deus oos capillis apprehēderet, atq. in cœlum perduceret (sicuti nos sperare videmur) potentiam suam potius nos cogendo, quam probitatem flectendo, uoluntatesque nostras ad ipsius amorem inclinā
do demonstrares. Hoc aūt esset, vt ait Thau Thaleleus ex cælo brutorum animantium carce rus.
rem efficere, non autē domicilium prę mij 9
quo afficiendi sunt homines, qui amore cō
mouenī, spe inuitantur, ac ratione ducuntur. Et ita Doctor ipse uerba illa interpretatur, quæ Dominus in Cruce dixit; Consummatū est. Id est iam nihil est quod nō tentauerim, quodq. non fecerim, quod homines ad me quęrendum, atque diligendum commouere possit. Quocunq. se uertant, res inuenient quæ illis occasioni sint pudoris, atque cōfusionis, nisi mihi seruierint, quibus
que ad me diligēdum stimulentur. Beatus Ioannes dicit se uocem de cęlo audijsse di Apoc. 12.
centem: Proiectus est accusator fratrū nostrorum, dæmon ab illa uoce hominum ac
cusator appellatur. Veruntamen aliū urgen 10
tiorem maiorisque fidei accusatorem, nos in die iudicij habituros esse arbitror, quod erit totū artificium quod Deus ad nos sanctificandos quæsiuit, ex quo tam parum fructus percepimus. Hoc fratres mei si attēte ppenderemus, nos magnoperè deterret.

Vinea est hic credentium status, quem Deꝰ habet in terra, quē uineę nomine nūcupauit propter fructum amoris, & charitatis, quem se ex illa percepturum sperat, q̄ quidā in diuinis literis uinū dicitur. Et sic
dicitur sponsæ: Guttur tuū sicut uinū opti Cant. 7.
mū dignum dilecto meo ad potandum labijs, & dentibus illius ad ruminandū. O mirificam exaggerationē, qua quantum Deus hoium amore delectetur, aperte detegit, 11
cū dicat hic sancta Scriptura postquā ipse eū bibit, labia relingere, hoc etenim facere solemus, cū q̄d edimus, quo maximè delectamur, auiditas enim delectationem parit, delectio uero rem gustui efficit dulciorem.

Est āt ualde notādum hic amorē guttur appellari. Et ratio est, qa quēadmodū i gutture uox cōflatur, atq. illic uires suas ut audiatur, assumit, sic opa nostra nō plus apud Simile.
diuinas resonāt aures, quā quatenus in gutture, hoc est in charitate formantur, illic. n. tantas accipiunt uires, vt dicat D. Paulꝰ: Si 1. Cor. 13.
tradidero corpus meū, ita vt ardeā: charita

Cant.4.

tem autẽ non habuero, nihil mihi ꝓdest.

Ideo nõ absque mysterio dixit sponsus: Vulnerasti cor meum ī uno crine colli tui. Non dixit capitis tui,sed colli tui.O rẽ admirabilẽ?qđ tantus Deus rei tã paruę amore capiatur. In hoc noluit Dñs significare q̃tumuis minimũ sit,opus,dũmodo ex charitate procedat,fieri nõ posse quin Deo placeat,ſtatimq̃ ad eius cor vulnerandum perueniat,quanuis nihil aliud sit,nisi vas aquæ frigidæ.Ideo dicit;in uno crine colli tui,id-est,in uno minimo opere ex charitate procedente.Hoc aũt talis charitatis est guttur, ut insulsa, atque insipida quæq. iucũda ꝓficiat:atque omnia in dulcorem conuertat. Ecquid pretij pro gutture illius qualitatis daretis,ut qcquid, licet fel amarissimum, per illud præterirer, in mellis dulcedinem uerteretur?Hæc igitur est charitatis efficacia,quod omnia in suauitatem conuertit: ieiunia,disciplinas,cilicia,atq. etiã, & martyriũ dulcoret:sin minus ardẽtissimos Martyres interrogate,qui cũ sup candentes carbones iacerẽt,super odiferos flores se sedere iudicabant.Etenim hæc charitas est tanquam uinum,quod (si ita dici põt)Deum inebriauit,atque extra se fecit exire.

Dion. li.4. de cæles. Hierarch.

Ita B.Dionysius.Audendum ẽ(inquit)& hoc pro ueritate dicere, q̃ ipse omniũ cã ꝓ abundantiam amantissimæ bonitatis extra seip sum fuit ad omnia existentia. Hãc

4.Reg.6. uineã innumerabiliũ Angelorũ sæpe Dñs circuiuit.Cum Rex Syriæ milites suos misisset ad Elisęum Prophetã apprehẽdendũ puer Elisei uidens cohortẽ maxime timuit, sanctus ãt Propheta Dominũ exorauit, dicens:Domine aperi oculos pueri huius, ut uideat.Et aperuit Dominus oculos pueri, & uidit,qa ecce mõs plen⁹ equorũ, & curum igneorũ in circuitu Elisei.Si hoc Dñs munimine unũ iustũ obseruat, quãto maiori uniuersam Ecclesiam suam protectione custodiet? Nec uero illam Angelis circuire contentus est,sed ipsemet se illi⁹ ualum constituit.Et hoc significant uerba illa

Psalm.1. Prophetæ dicentis: Domine ut scuto bonæ uoluntatis tuę coronasti nos. Et alia trãslatio dicit:Sicut scuto,dilectione coronasti nos,idest,circũuallasti nos.Et Chaldaica paraphrasis sic hẽt,ueluti clypeo,volũtate bona coronabis nos. Hęc omnia significant clemẽtissimũ Deũ nostrũ bona volũtate sua,charitate,ac mĩa quasi scuto nos undique circuire,atque custodire.Etenim hic coronare,idem est quod circundare,seu circũcingere nos ad modum coronæ.Sic legitur quod Saul,& eius exercitus circũcingebat Dauid ad modum coronæ. 1.Re.23.

Hæc vinea quondam in Hebræorum potestate fuit,qa eam illis Dominus locauit; *Et peregre profectus est.* Hic incipit assignari occasio,ex qua eorũ ingratitudo processit, quæ fuit absentia patris familias. Arbitrati quippe sunt Dominum fructus vineę nullo unquam tpe ab eis esse petiturũ,& hoc sulte opinantes fecerũt quod in hodierna sancti Euangelij lectione fecisse dicũtur. Ideo Psalm.9. dicitur;Non est Deus in conspectu eius,inclinatæ sunt uiæ illius ī omni tempore. Et Matt.24. seruus ille malus dixit:Moram facit Dominus meus uenire.Et sic multa mala ꝓpetrare ausus est.Talis dicitur esse De⁹, qualem mali eum contemplantur, cum De⁹ ubiq. per essentiam, præsentiam,atq. potentiam Hier.23. exístat,quia ut Prophęta Hieremias nobis scriptum reliquit;Cœlum,& terrã ego impleo. Quia malis Deus longe uidetur abesse,idcirco peregrè discessisse dicitur.

Hæc fraudulẽta opinio uniuersum fere mundũ destruit,s.qa Deũ à nobis longissimè distare putamus,nec nobis psuademus, illum tam cito ad rationem à nobis exigendam uẽturum esse opinamur;sed nobis ad gaudendum,atque peccãdum,& postea ad pnĩam agendam tps non defuturũ esse iudicamus.Diabolus enim breuissimã quidem hominis uitam in cordibus nostris longissimam esse depingit.Pictores in rebus depingendis tali utunt artificio,ut cum eos æque in eadẽ depictę sint tabula,aliæ proprius,& aliæ procul esse uideanť.Sic facit Diabolus, qui diem obitus nostri, qui quidem omnibus est proximus,eo artificio depingit,vt q̃ longissime a nobis distare uideatur, ut sic nos ad omnia mala,quæ uult,possit attrahere.Hoc artificio miserũ adolescẽtẽ meretrix illa fefellit,& ad suas turpitudines allexit,de qua ī ꝓuerbijs sermo habetur.Dixit enim:Veni, inebriemur uberib.& fruamur cupitis complexibus donec illucescat dies:non est enim vir in domo sua,abijt via longissima,facculum pecuniæ secum tulit, in die plenę lunę reuersurus est in domum suam. His uerbis illum decepit,dicens uirum suum longe abijsse,plurimasq; secum pecunias, ad complura negotia conficienda detulisse, & ita non tam citò esse reuersurũ. Et ibidem dicitur,Itatim eam seq̃tur quasi

quasi bos ductus ad uictimã. In his uerbis primũ detegitur,quomodo caro nostra per diabolũ solicitata miserũ spiritũ falsa spe longissimæ uitę fallit,quò uoluptatib⁹,aliisque compluribus uitijs indulgeat. Secũdò meretricis domus,ubi Deus offendit,quãuis,plurimis cortinis,atque tapetibus exornata sit,carnificium quoddam esse demonstratur.Hic namq; sacra Scriptura dicit,me

18 retricẽ hãc adolescenti dixisse, intexui funibus lectum meũ straui tapetibus pictis ex Ægypto.Et tamẽ subdit inferiùs,sequit eã quasi bos duct⁹ ad uictimã. Ecce quomodo ędẽ illã locũ uictimæ, atque occisionis appellat.O maledicta domus ubi tot occiduntur animæ.Hoc est carnificiũ Sathanæ. Huc infœlices luxuriosos adducit. Neque uerò ei capistri desunt, quibus infœlicem hunc gregẽ in hãc domũ includat. Etenim nõnulli sunt homines,q in hoc officio Sathanæ deseruiunt,&alios ad peccandũ ĩducunt.O sceleſtissime nũquid tibi nõ sufficit animã tuam perdere,ut quid & alias conaris euertere?Non sufficit ꝙ Deum tu ꝓsequaris,quare & alios,qui eum insectent,exquiris. An ne tãto illũ odio prosequeris,ut illũ à te offendi nõ sis contentus,sed exercitum etiã confles,quo huic optimo Domino bellũ inferas?q̃ nam tibi damna cõtulit,

19 propter quæ aduersus illũ simultatẽ geras? O Deus infinitæ maiestatis,uerba mihi Domine,atque efficaciam concede,ut quanta animi contentione oportet de hoc negotio sermonẽ habeã.Dicite fratres,scitis ne utrũ aliquod sit carnificiũ huiusce modi in hoc populo. Proh dolor? quomodo hoc dicã? Quomodo hoc dicã? nonne sanguineis lachrymis lamentãdũ est,q̃ cũ uniuersæ ciuitati quãtumuis magnæ unũ carnificiũ occidendis pecoribus sufficiat, unde toti Rei publicæ carnes deferunť,in singulis tamen uicis sit unũ animarum carnificiũ, ubi quotidiana illarũ cædes exercetur? Cumq; ani

20 malium carnificium ferijs sextis, uigilijs, atque quadragesimis sit occlusũ,his tamen turpissimis carnificina spiritualis semp pateat?O clementissime Domine, tu per ineffabilẽ clementiã tuam his malis remediũ adhibe.Hæc omnia ex diuturnæ uitæ falsa spe proficiscuntur,& ex eo q̃ mali uirũ uia longissima abijsse,id est, peregrè patrẽfamiliam ꝓfectũ fuisse sibi psuadent.Ne autem

1.The.5. fallamini infœlices peccatores,nam ut D. Paulus ait.Cũ dixerint,pax,&securitas,tũc repentinus eis superueniet interitus.

Cum autẽ tempus fructũ appropinquasset,misit seruos suos ad agricolas, vt acciperẽt fructus eius, & agricolæ apprehensis seruis eius,alium uero lapidauerunt. O terribilẽ atrocitatẽ,sic Dei nũcios, sanctos Patriarchas,atque Prophetas tractari, qui ẽt ab irrationalibus,& insensibilibus craturis in- Danie.6. genti honori haberi cõsueſcunt. Qui unq̃ 3.Re.17. agnicorã pastore suo adeo mites extiterũt, sicut leones corã Daniele Propheta,cũ in eorũ lacũ fuit immissus?Qui serui,aut œconomi tam diligenter unquã domino suo seruierunt, quam corui Eliæ Prophętę alimoniam ministrarunt? Quæ ullo unquam tempore nauis tutiores deduxit nautas, q̃ Ioan.3. uenter ceti Ionã asportauit? Quę mœnia Dan.3. fortius ciues alicuius urbis protexerũt, q̃ ignis tres illos pueros in fornace Babylonis incluſos muniuit?Quid igitur? cũ bruta animantia insensibilesque creaturę Prophetas,ac seruos Dei,tanto respectu uenerẽtur,uos Isaiã medium serra conscidistis: Hieremiam alapis percussistis:Mosen, nisi ad tabernaculum confugeret, lapidare uoluistis:quibus uerbis tanta iniquitas satis dignè poterit explicari?

Iterum misit alios seruos plures prior ib⁹, 22 *& fecerũt illis similiter. Nouissimè ãt misit ad eos filiũ suũ,dicens:Verebũtur filiũ meũ, agricolæ autẽ uidentes filium dixerunt intra se.* Malitia utique hominum cum Dei ꝓbitate certabat,ait B.Chrysostomus. Eo ãt ꝓ Chryſoſt. bitas hęc Dei peruenit,unigenitũ filiũ suũ eis miserit.Hic profectò Deus miserationũ suarũ cumulum atq; fastigium collocauit, & maiori iure dicere nũc potest: qd debui facere uineæ meæ,qđ ñ fecerim? Cũ enim per Isaiã Prophetam hæc uerba dixerat,ñ dũ actualiter in homines hoc cõtulerat beneficiũ.Hoc aũt ineffabili bñficio ita abusi sunt,ut dixerint:*Hic est hæres uenite occidamus eũ,& habebimus hæreditatem eius.* O 23 obstupẽdã ĩgratitudinẽ?ò terribile abominationẽ?ò cælũ,ò terra,insensibiles creaturæ sup tãtũ scelus admiramini, ut sanctus Moyses honorum sceleſtissimorũ hominũ iniquitatem exaggeraret,dixit:Deum, qui te genuit,dereliquisti, & oblitus es Domi- Deu.32. ni creatoris tui. Hic verò vlterius Iudæorũ malitia procedit,quandoquidẽ eo peruenerunt,ut in creatorem suum uiolẽtas manꝰ inferrent, cũq; tam atroci morte interimerent.O fratres in Christo Iesu nũc ego nos

iterrogo,utrũ hoc ẽt de nobis dicit potest, cũ huius diuini Patris tantopere obliuiscamur. Historiographus qdã refert,adeo crudelẽ pestem,humanęq; reminiscentiæ corruptionẽ in Æthiopia fuisse grassatã,ut homines parentum liberorumq; suorũ nomina obliuiscerentur, neque ẽt suorummet uocabulorũ ipsi meminerint, qđ ex magna cadauerum multitudine,quę in quodã prælio procubuerant,proueniſſe dicit.Sic utiq; 24 tanta inter nos spiritualis pestis gratꝰ,atq; adeo immemores effecti sumus,ut ne diuini quidẽ Patris,ac Domini nostri Iesu Christi nominis, nisi ad illud blasphemandum recordemur,nec liberorũ, minus aũt proximorũ nostrorũ ad eis subueniendũ meminerimus.Nostri ẽt ipsorum immemores sumus,quales nisi essemus,aliter utiq;,melioꝰ, scilicet, ac sanctius ac uiuimus, uiuereꝰ.

Esaias,dicens; Væ coronæ superbię, ebrijs Ephraim:ubi cum hoībus decem tribubus loquitur.Homines ât illos illo nomine uocauit,nō q̃ oēs ex illa tribu essent, sed, qa eorum dux & princeps Hieroboam ex ea erat.Vt quâtum subdit detrimentum iniquus princeps afferat,cognoscatis . Et q̃is inferiores ex se absq. eò q̃ malum in prę-
latis exemplum perspiciant,ad malum ali- 9
quod moueantur,nisi isthæc mala a superioribus omnibus ipsorū uiribus,atq. potestate impediantur:dicit sacra Scriptura il- Exo.32.
los hæc populo imposuisse.Hoc significauit Moyses,qui acerrimè fratrē suū Aaron reprehendens ob populi peccatum dixit:
Quid fecit tibi populus hic,ut super eum indu-

induceres peccatum hoc maximum? Diligenter perpendite qūo Moyses Aaron summo sacerdoti dixit eum idololatriā illam populo imposuisse, eò q̃ eā illis oībus uiribus suis non impedierat,cum prę lati mune
10 re fungeretur . Quæ cum ita sint, ego uos dñi mei in Christo Iesu deprecor,ut ij,qui bus aliquod gubernationis munus incumbit,recordemini uos oīum peccatorū, quæ subditi uestri,negligentia uestra commiserint,rationem arctissimam esse reddituros: præcor item,ut ex illis esse curetis, de quibus dicit D.Paulus:Peruigilant quasi ratio
Hebr.13. nem pro animabus reddituri.Maximè pensate S.Apostolum non contentum fuisse dicere: Vigilant, sed ut eorum diligentiam amplius exaggeraret,dixisse:peruigilant .

Ipse autem respondens,ait illi: Quare & uos trāsgredimini mādatū Dei pp traditionem uestram. O quam merito se se hic optimus,ac clementissimus dñs Gallinæ com-
Matt.17. parauit,dicens: Quēadmodum gallina congregat pullos suos sub alas.Nullus est ferocior Leo q̃ gallina cum pullos suos ab ali-
11 quo lędi,aut tāgi perspicit.Sic bonus Iesus quam ferocissimum Leonem se præbet in eos,qui filios suos lædunt,sicut hanc protectionem exaggerauit S.Propheta Dauid di-
Psalm.80. cens: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hoīum, proteges eos in tabernaculo tuo à cōtradictione linguarum.Facies dñi est quod hoībus crebrius, & apertius in Deo reuelatur.Hæc autē est ipsius mia,& in absondito, atque intimo miæ suæ amicos suos protegit,atq; custodit.Et in tabernaculo suo,i. in sacratissima Christi Redēptori nostri humanitate Deus iustos protegit,i. per merita Saluatoris nostri eos ab omni contradictione defendit.
O serui, atq; amici Dei qñ uos hoīum lingua,aut aliqua humana contradictione per
12 cussos uideritis ad hoc sacrosanctum tabernaculum cōfugite,illic.n.refrigerium, atq; patientiæ conseruandæ subsidiū reperietis.

Quare & uos trāsgredimini mādatum Dei?&c. O quā sensibile uerbū est hoc,nisi homo esset insensatus,& extra se non incederet. Hęc ât domini querela super nos ét cadere potest.Oēs legislatores leges, quas sanciunt, custodiri cupiunt.Tiburtius dicit cum Lacedęmonijs leges sanxit, eos adiurasse,ut illas obseruarent,quo usq; ex certo itinere,q̃ sibi conficiendum erat, reverteretur.Qui cum Cretēse contulisset,nun
quam amplius redijt,sed præcepit,ut ossa sua post ipsius obitum in mare proijcerentur,quò sic cum nec uiuus,nec mortuus redimeret, semper iureiurando tenerentur.
Quāto igit magis desiderabit dominus ut præcepta sua obseruentur?Sic affirmat Da
uid:Tu mandasti(inquit)mandata tua cu- Psal. 118
stodiri nimis.Pensate quęso,uerbum illud, nimis.Etenim non solum uult Deus q̃ lex 13
sua seruetur,sed cōmendat illam nimium 2.Reg.23.
custodiri.Cum sanctus per Palestinæ solitudinem exularet,nulla alia consolatione fruebatur,nisi assidua diuinæ legis meditatione,& sic ipse in eodem Psalmo dicebat:
Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meę.O beatum uirum,qui tam ardenti diuinorum præcepto
rum amore tenebatur.Et non dubito quin illa ad unguem(ut aiunt)obseruaret.Quid autem mirum (dicebat sanctus propheta)
q̃ ego tibi paream, siquidem ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi.O quanta est hæc ignominia homini,q̃ cum uniuersæ creaturæ Deo inseruiant, solus homo in eius ministerio deficiat, qui si quidem ratione, fideique lumine gubernatur,primus .n. Dei seruitute esse, illique omnibus partibus suis ministrare deberet.Quapropter Diuus Paulus di- 14
cit. Ipse aūt Deus pacis sanctificet uos per 1.The.5.
omnia,ut integer spiritus uester, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur . Considerate quanto affectu commendat Sanctus Apostolus,ut omnibus,quæ in nobis sunt, Domino seruiamus.Et pensate uerbum illud, sine querela.Nam sicut pater, aut Dominus de filio,sine seruo, qui ei fideliter non ministrat,conqueritur, sic etiam conscientia conqueretur,& consurget aduersus spiritum,animam, & corpus ex seruitute Dei deficientibus . Animaduertite etiam quomodo sanctus uir figillatim hic spiritum, animam, & corpus nominat. Vnumquodque enim horum in Dei ministerium peculiare munus suum debet exercere.Spiritus quippe diuinarum rerum cōtemplationi, anima competenti , ac moderatæ corporis 15
gubernationi, corpus autem exteriorum operum exercitationi debet intēdere. Omnia seruiunt tibi . Et quanquam omnes in hoc multum deficimus, multo tamen magis deficiunt principes , & magnates huius sæculi,qui Euangelicæ legis obseruan-

tiam

tiam ignominiosam esse ducunt. O gigãtes
sæculi. *Quare uos trãsgredimini mãdatum*
Dei propter traditionẽ uestrã? B. Paulus di
Rom. 2. xit: Non erubesco Euangeliũ; uirtus. n. Dei
est in salutẽ oĩ credenti, uos aũt illud obser
uare pudet; uidelicet, ut uanitatis uestræ le
gibus pereatis. O q̃ dignum est hoc, q̃ san
guineis lachrymis deploretur, si consideremus quæ hodie inter magnates geruñ ꝑꝑ
16 inanem uiuendi rõnem, seu potius abusionem, q̃ in eis diabolus introduxit: uanissimasq̃. eorum leges, quas illis mundus stabiliuit, perpẽdamus, facilius: Ethnicorum Romanorum statuta, q̃ eorum decreta sanctissimo Dñi nostri Iesu Christi Euangelio cõcordare poterim⁹. Sacra Saluatoris nostri lex pauperes spiritu, mites, pacificos, eosq̃; q̃ una maxilla percussi alteramq̃. libenter offerunt: eos, qui cum maledicantur, bene dicunt. qui cum blasphemẽtur, obsecrant, qui proximis suis honores offerũt: qui cor de humiles sunt: hos (inquã) huius generis hoĩes beatos esse affirmat. Leges ãt eorũ, qui uiri nobiles esse: dñr, hæc oĩa ita eneruant, eisq̃. derogãt, ut qui hæc fecerit, q̃uis
17 à Iesu Christo filio Dei præcipiantur, magnatis noĩe indignus habeatur. Ille ãt, qui uix iniuriam accipit, cum iam aduersariũ suum in priuatũ certamen accersit, deq̃. illo ulciscitur, & q̃uis lethalibus uulneribus iã iã moriturus in lecto recumbat, ab odio nõ desistit, q̃uis confessionis, & cęlestis gratiæ expers intereat, inuincibilis optimatis cognomen adipiscitur. O ineffabilis Deus, tu Dñe spiritum mihi largire, quo honorẽ tuum summa aĩ contẽtione propugnẽ, qui ab ijs, qui se Christianos esse dñt, pro nihilo ferè reputatur. O fratres in Christo Iesu pudeat, pudeat uos talem habentes fidem tã barbarè, aut fortè barbarius, & turpi⁹, q̃ Ethnicos uiuere. Quo corã diuina maiestate audebitis apparere? qđ forsitã uobis ho
18 die, siue cras, aut certè citius, q̃ arbitramini continget. Dicit igitur Dñs his Pharisæis: *Quare & uos trãsgredimini, &c. Nã Deus*
dixit: Honora patrẽ tuum, &c. Animaduertite q̃, etsi Pharisæi alijs plurimis, & maximis sceleribus repleti erant. Erant quippè superbi, cupidi, inuidi, auscultatores, & murmuratores; eis tã ꝓcipuè peccatum inobedientię, paruiq̃. honoris, quem parentibus exhibebant diuinus Magister obiecit. Ex quo q̃ graue malũ sit, apertè detegitur. Qñ
Gen. 43. S. Ioseph petijt à fratrib. suis, ut sibi puerũ Beniamin afferrent, S. Patriarcha Iacob illum eis dare renuit, qui postq̃ eum assiduis precib. rogitauerunt, nec quidquã tñ hæc proderãt, quasi magna quadã exaggeratione illi dixit Iudas; Mitte puerũ mecũ, nisi reduxero, & reddidero eũ tibi, ero peccati re⁹ in te omni tpe. Cumq̃. uir sanctus q̃tũ
19 filius suus humeris suis onus imponeret, attendisset, uidelicet, q̃ non solũ ei ad peccatũ quodcũque, sed ad peccatum contra patrem suum imputaretur, dixit, Si sic necesse ẽ, facite qđ uultis. In quo manifestatur q̃tũ, q̃q̃. graue peccatũ apud sanctos illos Patriarchas haberetur, q̃ aduersus parẽtes Eccle. 3.
cõmitteretur. Vñ dicitur, q̃ malæ famæ est q̃ dereliqt patrem, & est maledict⁹ à Deo, qui exasperat matrẽ. Nemo utiq. tale facinus, atq. impietatẽ committẽtem cognoscit, q̃ in eius faciem conspuat, atque infamẽ reputet. Vix est uitiũ ex ijs, quę aduersus homines ꝑpetrãtur, qđ nõ possit aliqđ excusationis genus hẽre, in hanc ãt iniquitatẽ nulla prorsus excusatio cadere ꝑt. Et ideò dicitur, q̃ malæ famæ est, &c. Contra uerò honestissimũ, utilissimũ, & gloriosissimũ est parẽtes honorare, illisq̃. bñfacere.
20 Et sic dicitur ubi supra, De⁹ iudiciũ matris exquirens firmauit in filios, & sicut q̃ thesaurizat ita qui honorificat matrem suam. Adeò æstimat De⁹ honorem matrib. exhibitũ, ut uiduarũ liberos solicitus exquirat, ad honorem, atq. reuerẽtiam, quã matrib. suis pręstiterunt, eis persoluendum. Exq-
rens (inquit) fortassè quia paucissimos reperit. Ea utique, quæ difficilè inueniuntur, exquiri consuescunt. Specialiter nominat hic sapiens matris honorem, quia præcipuè aduersus matres, maximè cum sunt ui
21 duę liberi consurgere, debitumq̃ue illis honorem, ac diuitias etiam adimere solẽt. Thesaurum etiam dicit comparare illum, qui matrem suam honorat. Si quidem autem tot, tantisq̃ filios ad honorem matribus exhibendum pręmijs inuitat ex hoc colligi potest, eum paucos, qui hoc faciant, reperire. Et sic uidebitis Dominum nulli ex decem præceptis temporalem pręmiũ illico addidisse, nisi huic dicens: Honora pa Exo. 20.
trem tuum, & matrem tuam, ut sis longęuus super terram, quam Dominus Deus Simile.
dabit tibi. Etenim amor est quasi aqua, quæ facilè descendit, & difficulter ascendit. Remedium autem ad illam eleuandam est, in illam pondus immitti, & statim ascen-

ascendit. Sic amor facilius ex parentib. ad liberos descendit, q̃ ex liberis ad parentes ascendit. Et ideo dicitur, unus pater centũ liberis, non uerò centum liberi uni patri sufficere. Vt igitur ex liberis ad parentes amor ascenderet, in eum Deus pondus inue
xit, quod est diuturnæ uitę merces, pręter
22 æternum gloriæ pondus, q̃ tanti pręcepti obseruantia operatur in eo. Cumq̃; uerũ sit hunc debitũ parentib. honorẽ non solũ in reuerentia illis exhibenda consistere, sed etiã in eorum necessitatib. subleuandis.

Hoc præceptum cupiditate sua præuaricati fuerant Scribæ, & Pharisæi dicẽtes: Satius esse ex illis, quæ patribus egenis ꝑben da essent, offerre sacrificia. Idcirco dñs illos tam acriter reprehendit, dicens: *Et irritũ fe*
cistis mandatũ Dei propter traditionẽ ue-
strã. De qua præuaricatione nullum habe-
Iud. 17. bant scrupulum: considerabãt autem, utrũ S. Apostoli manus abluerent. Surripuerat Micheas à matre sua mille centum argen-
23 teos, ut apparet in sacris literis. Nam ubi nos legimus. Mille centũ argẽteos, quos se paraueras tibi, &c. Hebræus cõtextus hẽt, Mille centum argenteos, qui subleuati sũt tibi, & execratus es, furem: quemadmodũ me audiente narrasti. Ecce mecum sunt, ego abstuli eos, &c. Ex hoc apparet, ipsum eos surripuisse, ut autem uidit eam argenteos illos præparatos habuisse ad idolum conficiendum, scrupulum habuit, illosq̃ue matri restituit; quia uideri suo illos à diuino cultu surripuerat. Et restituens eos, vt idolum faceret, cum grauius esset hoc peccatum nullum habebat scrupulum; tã cęcus existebat infœlix, cum idoli adoratio, tam manifestum esset malum. Terribiles sunt cæcitates, atque stultitiæ, in quas ho-
24 mines a Deo semoti prolabuntur, quod in his miseris uidere est, qui in tot insanias passim incidebant.

Dicit eis ulterius Dominus. *Hypocritę*
bene prophetauit de uobis Isaias, dicens: Po-
pulus hic labijs me honorat. Quid? Deũ labiis honorare malũ est? non utiq̃; imò uocalis oratio sanctissima, nimisq̃. utilis est, ad
Psal. 33. pronocandos nos, atq; alios ad Deũ diligẽdum. Sæpe. n. cum homines Deum ab alijs laudari perspiciant, eorum corda diuino in flammãtur amore. Ideò dicebat Dauid, Benedicam dñm in omni tẽpore, semper laus eius in ore meo. Aduertite q̃uo S. Propheta dicit, ĩ ore meo ubi manifestè cõfutat er-
ror eorum, qui orationẽ uocalẽ damnant. Vocalis ẽt oratio prodest ad hominẽ a uitijs cohibendum, sic dicit Deus per Isaiam Isai. 48.
his uerbis. Laude mea infrænabo te, ne in- Simile.
tereas. Equum effrenatũ, ac furibundum nemo tenere ualet, si illi frænum apposueris, statim sistet, illumq̃; quolibet deduces. Hõ post cõcupiscẽtiam suã effrenate decurrit: quẽ Deus quasi fræno coercet ipsius laudẽ
in eius ore constituens: ipsa. n. sancta uerba, 25
quæ dicit, eum confundunt, & sic sunt ei tã quam frenũ, quo detinetur, ne post passiones suas tã furiosè gradiatur. Non solũ aũt ab exterioribus. sed ab interioribus etiam cogitationis peccatis diuina Dei laus hominẽ liberat. Hoc significauit sponsus, dicẽs sponsæ: Sicut uitta coccinea labia tua. Si ad illud tantũmodo, q̃ litera sonat respecturi essemus, stultum uideretur hoc dici. Quę. n. similitudo est in labijs decoræ fœminæ cũ uitta coccinea? Si autem ad ea, quæ hic diuinus spiritus dicere uoluit, attendamus: maximum in his uerbis mysterium inesse cognoscemus. Fœmina uitta coccinea utitur ad cõprehendẽdos crines, ne huc atq; illuc dispergant. Postquã dña crines suos pexuit 26
atq. cõposuit, ne postea perturbentur, ac dispergantur, uitta illos deuincit. Crines aię
sunt cogitationes, quæ ut in aĩa sint inepte Cant. 4.
dispositę, neq; dispergantur opus est uitta, qua uinciant, & coerceantur. Ecce igitur similitudinẽ. Etenim quẽadmodũ uitta comæ uinciunt, ne huc, atq; illuc dispergant, sic feruida, & deuota labiorum oratio cogitationes comprimit, ne ineptè, atq; inordinatè diffundantur, atq; ideò Spiritus sanctus uocalẽ orationẽ uittæ coccineæ cõtulit, illã n. suauissimam, charitateq̃; plenam esse oportet. Atq; ideo dñs hos Pharisęos obiurgauit: qa etsi eũ labijs collaudabant, illæ tñ laudes nõ ex intima cordis charitate dimanabãt. Quod dñs ulterius explicuit, dicens: *Cor eorũ longe est à me.* Linguã quippe Deo, cor autẽ diabolo dedicabãt. O quot Christianis nũc ẽt hæc uerba dici possunt. 27
Hẽt uir primarius rosariũ in manu, exitq̃; in aulam suã recitans. Pater noster, qui es i cœlis, & statim dicit famulo. Heus famule insterne equũ. Et statim addit, dicẽs: Sanctificeẽ nomẽ tuũ, illicoq̃; ad famulũ cõuertit, dicẽs: Vide q̃uo ei frenũ apponis, & ulteri⁹ ꝓsequitur; Adueniat regnũ tuũ, fiat uoluntas tua sicut in cælo, & in terra. ad famulũq̃ue tertio conuersus dicit, accelera, strui-

Universidad de Deusto Biblioteca

sti iã? Iterumq; ad inceptum rediens, dicit: Panẽ nostrum quotidianum, &c. Quid uobis de hoc recitandi modo uidetur? linguam habet in rosario, cor aũt in equo. Ecquis cõcentus fieret, si cithara sonus lentissimus ederetur, ore aũt cãtus uelocissimus proferetur? nequaquã suauis cõcentus edipõt, ni si cithara voci cõsonet. Sic oportet fieri orationẽ, ut q labijs profertur corde uoluteẽ.

Simile.

28 At labijs dicere Pater noster qui es in cęlis: corda ãt plurimas vanitates cogitare, magna est inordinatio, atq. perturbatio. Etiã, & propriissime qdẽ uerba hæc; *Cor eorum longe est a me.* Significauit aĩam extra diuinam gratiã, & charitatem existere, corq. in creaturis esse collocatũ. Oratio verò hois huiusce modi non est Deo grata, neq. acceptabilis. Nã una ex ꝑcipuis piæ orationis comitib. est uitæ puritas, morũ integritas, Psalm. 17. conscięticę synceritas, atq. diuina charitas. Propter quę Regius Propheta à Dño se auditum fuisse fatẽr, quam ob rem postquam plurima bñficia sibi à Deo facta recensuerat, dicẽs: Et exaudiuit de tẽplo sancto suo uocẽ meã, & clamor meus introiuit in aures eius; & misit de summo, & accepit me, assumpsit me de aqs multis: eripuit me de inimicis meis fortissimis, &c. horum oĩum

29 cãm assignans, dixit: Quia custodiui uias Dñi, nec impie gessi à Deo meo. Qm oĩa iudicia eius in cõspectu meo, & iustitias eius, &c. Ex quo colligit q ibidẽ infert, & statim subsequit: Cũ sancto, sanctus eris: & cum uiro innocente, innocẽs eris: & cũ electo, electus eris, & cũ puerso, puerteris: id est, sic te Dñe cũ hoĩbus habes, ut hoĩes se ꝑbent erga te. Ita Azarias propheta sub Asa rege populo ex uictoria redeũti spiritu diuino actus ait: Dñs nobiscũ, qa fuistis cũ illo, 2. Para. 14. Oseæ. 4. si qrieritis Dñm, inuenietis eũ: si ãt dereliqueritis eum, derelinquet vos. Et Oseas dicit: Oblita es legis Dei tui: obliuiscar & ego filiorũ tuorũ. O fratres in Christo Iesu quã

30 tum emolumentũ aĩæ uestræ percipient, & q diligẽter curabitis per charitatẽ inflammatissimã corda uestra Deo coniungere, si hæc in animis uestris impresseritis. Terra, Simile. in q solis radii nõ pueniunt, fructũ fere nõ põt ꝓp nimiã frigiditatẽ, q in Septẽtrionalibus regionib. experientia cõperitur: in quibus (ut aiũt) nihil aĩarum, nec uiride ꝓp caloris defectũ procreat. O infœlices peccatores à Deo segregati; q Septẽtrionales regiones sterilitate supetis. Nihil in uobis uium, neq. uiride reperitur, sed oĩa peccati frigiditate sunt arida? qa cũ à diuino sole, q est Deus, longe distetis, cęlestis gratiæ, atq. charitatis calore caretis. Etsi pellicea uestis cadauer induatis, nullũ ĩ eo calorẽ gignet, quia ut illa corpus calefaciat, prius ex illo Simile. caloré oportet exire, quo uestis pellicea calefiat; sicut in uiuo corpore apparet: qa uerò nullus ex cadauere calor erũpit, nõ põt 31 uestis illud calefacere. Bona opa sunt vestes pelliceæ, qbus aĩa operitur, quæ ut meriti calorẽ emittãt, prius ex nobis affectus pius atq. deuotio, charitasq. dẽt erumpere: quę opa uiuificet, atq. calefaciat: at, si aĩa ꝓ culpã mortua est, cũ ex ea calor hic nõ possit exire, nõ illum operib. communicat, & sic opa illã non calefaciunt, atq. ita ficca, mortua, & sine gratiæ, aut glorię fructu remanent. Ecce qũo aĩa in peccato perseverans est septẽtrionalis regio. Aliud ẽt nobis malum ꝓuenit ex eo, q ꝓ procul a Deo sumus: scilicet, q oĩa eius nobis minima esse uiden tur. Etenim experientia cõperimus, ea, quę Simile. à longe perspicimus, multo minora, q̃ sunt uobis apparere: ea verò, quę iuxta nos sunt ꝑcipue, si cõspicilijs illa uideamus, permagna nobis esse uideri. Vñ fit q cum peccatores à Deo longissimè absint, sæcularibusq. rebus usq. ad oculos sint immersi, caduca 32 huius sęculi maxima esse ducunt, res aũt Dei, cælestiaq. dona cõtemnũt, & ꝓ breuissima quaq. uoluptate cõmutant. D. Paulus quia corde propinquas erat Deo, mũdo aũt Phili. 3. remotus, dicebat. Oĩa arbitror ut stercora, Simile. vt Christũ lucrifaciã. Quemadmodum stercus illinium fętore, ac stercore plenum hominem est odibile, illudq; diligenter aufugit, ne illud uideat, aut oleat, sic D. Paulo hic mũdus erat execrabilis. O utinã diuina maiestas cælestẽ amorẽ suũ nobis cõmunicet, ut omnia sæcularia oderimus, atq. ut stercora reputemus; ò quot mala euitaremus.

Dicit ulterius Dñs hos iniquos homines reprehẽdens. *Sine causa autem colunt doctrinas, et mãdata hominum.* Prior huius sententiæ pars: scilicet, quod sine cã, id 33 est frustra, sine merito, & sine præmio ęterno habendo colunt Deum, communis est oĩbus peccatoribus, quemadmodum æger frustra, & sine fructu, recipit medicinam, ni si per eam ualetudinem consequatur. Verum ò Christe cælestis mundi magister, quid in his ultimis uerbis dicis? Etenim ministris Sathanæ, hæretici huius tempestatis

præce-

pręcepta sanctę Ecclesiæ hoĩum statũ esse asseuerant, neq; illis obedire uolunt, & hoc tuũ testimoniũ allegant. Quapp dic nobis qũo hoc intelligis? Dico hanc difficultatẽ in superioribus uerbis fuisse declaratã, etenim nõ cõdemnat Dñs hos Pharisęos, quia hoĩum præcepta sequuntur, sed quia illa sequuntur, quæ diuinis institutis cõtradicũt,

34 qualia erant illa, quę in rapina nitebantur, scilicet, ut alimoniã patribus egenis denegarent, illamq; in sacrificium immolarent. Itaq; nõ uult Dñs maiorũ instituta dirimere, imò uult maiores, & ꝓfectos in sua sãcta Ecclesia existere, quibus alij gubernentur. Hos. n. deesse maxima, & lamentabilis esset ærumna, q in eum statũ hoĩes deuenirent, vt suis turpibus appetitibus ducerẽtur sed statuit Dñs superiores esse, q effrenatæ Iud. ult. hoĩum uitæ resisterent. In hac equidẽ calamitate dicit sacra Scriptura populũ Israel deuenisse. In illis (inquit) diebus non erat Rex in Israel, sed unusquisque q sibi bonũ uidebaĩ, faciebat. Quod profecto est cõtra naturã, cũ experiẽtia cõperiamus irrationalium animantiũ congregationẽ, qualis est

35 apum caterua magistram suam q̃ sequuntur, quaque gubernantur, habere. Hęc ratio Hiero. in epist. ad Rustic. Rom. 2. Luc. 10. est B. Hieronymi. Et D. Paulus per totũ se cũdum caput hãc obedientiã superioribus exhibendã maximè cõmendat. Ex illis, scilicet, uerbis: Omnis aĩa potestatibus sublimioribus subdita sit. Deniq. ipsemet diuinus mũdi Redẽptor cũ illis loquẽs, quos Ecclesiæ suę præfecerat, dixit eis, qui uos audit, me audit, & q uos spernit, me spernit.

His dictis cõuersus est Dominus ad turbas, eisque declarauit cibos, qui in corpus ingrediuntur, animã nõ inficere, siue lotis, siue illotis manibus ad os deducantur, sed ea, quæ ex corde procedunt, spiritum contaminare. *Nã, ex corde exeunt cogitationes malæ, &c.* Circa hoc dupliciter hoies decipi, atq; errare cõsueuerunt, vno modo, q sũt nõnulli, q arbitranẽ, cũ peccatũ actualiter ope nõ exerceant, se nõ peccare, nec illud sibi esse imputãdum. Accedit peccator ad cõ

36 fessarium, & ille pœnitẽtem interrogat, cũ ad sextum ꝑceptum peruenitur, frater nũ quid contra hoc præceptum aliquid commisisti? Qui respondet, dicens: Non pater immunis sum huius peccati. Animaduerte utrum turpibus cogitationibus uoluntate consenseris? Si forte aliquam in corde tuo fœminam concupiuisti, qui ait. Pater illud sæpenumero mihi cõtigit, uerum in hoc desiderio exequendo, nullam unquã adhibui diligentiam. O miser hoc nihil esse dicis? tantum est hoc, qd̃ te in infernũ detrudere sufficeret. O pater q̃ minimis scrupulis stimularis. Profectò si in hoc scrupulosus sũ, talis etiã est filius Dei, q dixit: Ois, qui uiderit mulierem ad concupiscendũ eam, iã Matth. 5. mœchatus est. Altero modo satis periculo 37 so decipiuntur hoĩes, nonnullos quippe reperietis contrarium tenentes extremũ, quibus uir turpis cogitatio aduenit, cũ iam se in infernum demersos esse arbitrantur. Frater si uoluntas tua cũ Deo sit, malisque cogitationibus restiteris, nõ solum nõ peccabis, sed multum etiam promereberis. Hãc que in hac materia utilissimam regulã obserua, scilicet, q̃ ꝓcul abes ab eo, q malis cogitationibus oblecteris, tã procul labes ab eo, q in eis pecces. Rationi etiam cõsentaneũ est, vt aliud animaduertas, uidelicet, q malę cogitationes plerumq; ex sensuum dissolutione procedũt. Quapropter oculos Iob. 31. claude, cæteroq. sensus diligenter obserua, & huic malo magnopere obuiabis. Sic faciebat S. Propheta Iob, qui dicebat: Pepigi fędus cũ oculis meis, ne cogitare de uirgine. Quid? An ne oculi cogitant? Non uti 38 que, sed per illos exteriorum rerũ species ingrediuntur, ex quibus malę cogitationes gignuntur. Et ita S. Propheta in his uerbis vult dicere. Ne male cogitẽ, oculos claudo, nec ea, q̃ ad me nõ pertinent, imò potius mihi poterũt officere, aspicio. Quę cũ ita sint dilectissimi fratres, Dominum supplici ter exoremus, ut ilthæc oĩa nos erudiat operari, quò illorum exequutione diuinã gratiam in hoc sæculo, in futuro autem cælestem gloriam consequamur, Amen.

Feria VI. post Dominicã III. In Quadragesima.

Venit Iesus in ciuitatẽ Samariæ, quæ dicitur Sichar, &c. Ioan. 4.

HODIERNVM Euãgeliũ lautũ nobis facit cõuiuium, in quo 1 cibi sunt plurimi & delicati, quare in tãta ciborum abundãtia non ex uno, uel altero comedere debemus, fieret enim Domino iniuria q nos inuitauit, nec etiam oĉs uorandi, quia in tan-

ta ciborũ copia nõ ita facile digestio fieret, sed ex uno quoq; aliquid sumẽdũ, vt gustemus oẽs. Hodie in sacri Euãgelij mysterijs præstare uellẽ, & ut illud paulatim aggrediamur prius debetis animaduertere unũ ex præcipuis exercitijs, quæ Christianorũ sunt propria, esse sanctissimæ Christi Redẽptoris nostri uitę meditationẽ, per q̃ in magnã diuinæ bonitatis, cognitionem deueni
2 mus, quare ubi nos legimus. Erit iustitia cingulũ lumborũ eius, translatio Chaldaica habet, erunt iusti cingulũ lumborũ eius. Vocantur iusti lumborum Christi Dei filij cingulum, quia eũ semper circuerunt & circundant: q̃ spiritualiter agunt, cum nunq̃ ab eo recedunt, eũ semper comitantur quacunq; incedit, & ibi meditatione & contemplatione adsunt, & ideò summo studio curare Christiani deberent uitã Redemptoris nostri Iesu Christi optime scire, quãdoquidem Hebræi memoriter sexcẽta legis præcepta recitabãt, præter alias occupationes & difficultates, quas lex illa habebat. Cõfusio est profectò Christianis sexcentas fabulas, & infinitas prope historias scire, uitam uerò Iesu Christi, ignorare, quæ nostra potius est q̃ sua, qa pro nobis humanã uitam
3 uiuere uoluit, ille qui semper uixit æternã. Hoc uerissimũ existimate sanctorũ nullum in uita spirituali profecisse, nisi prius uitæ Christi Redẽptoris nostri meditationi sedederit, & qa pillã, ut dixi, in diuinæ bonitatis cognitionẽ deuenimus, & paulatim ex cognitione ad amorẽ progredimur. Testatur hoc D. Paulus, dicẽs: Deus q̃ dixit de tenebris lucẽ splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationẽ scientiæ charitatis Dei in faciem Christi Iesu, id est, Deus ille qui cũ mundus esset in tenebris (quia tenebrę erãt super faciẽ abyssi) dixit: Fiat lux, & facta est lux, hic idẽ Deus lucẽ dedit cordibus nostris, ut alios illuminare mus, & ad diuinæ gloriæ bonitatis, & maiestatis cognitionẽ adduceremus, q̃ potissimũ elucet in facie Iesu Christi alapis cæsa, saliua sudore, & sanguine fœdata, tot iniu-
4 rijs, & tormentis affecta. Hinc iusti Deum amare discunt. Ex quo uerba illa sponsę intelligatis: Capilli tui sicut greges caprarũ quæ ascenderũt de mõte Galaad, hoc enim mystice significat spõsæ capillos, idest, Ecclesiæ quę sponsa est iustos esse ueluti capras quæ pascunt in mõte Galaad, qui acerũ testimoniorũ significat, mõs & aceruus testimoniorũ Christus est Dei filius, qa oĩa eius opa labores oẽs & passiones, oĩa denique quæ fecit, ac dixit, sunt ineffabilis eius amoris testimonia, in hoc mõte pascũt & ruminãt iusti. Hæc sunt pascua fertilia quibus iusti pinguescunt, sed quanuis exteriora Christi opera pascere, & ruminare debẽt: maximè tñ oĩum charitatẽ q̃ intus habebat
5 q̃ quãta esset, declarãt illis uerbis: Sanctis q̃ sunt in terra eius, mirificauit oẽs uoluntates meas in eis, ubi Hebraicè sic est, sanctis q̃ sunt in terra, & admirabilibus, scilicet magnificis, & fortibus oĩs uolũtas mea. Quibus uerbis orans Christus patrẽ suum ostendit omne beneplacitũ suũ esse in fidelibus suis fortibus, & admirabilibus: in delicatis, infirmis, & incõstantibus q̃ se facile superari finunt, nõ est uolũtas Dei, siquidẽ non in illis, sed in illis qui sunt in terra, nẽpe Ecclesia mirificè implentur uoluntates Christi, id est, præcepta & cõsilia, quę Christus prędicauit. Hanc charitatẽ declarauit D. Paulus, dicẽs: Qui proposito sibi gaudio
6 sustinuit crucẽ cõfusione contẽpta, id est, quemadmodũ Christus Redemptor noster oĩum peccata uidit, & doluit ita oĩum gaudia uidit, quæ ex suis meritis electis uẽtura erãt, & ideò pati uoluit q̃ passus est, ut illi ea gaudia consequerentur. Multum ẽt hãc charitatẽ exaggerauit ipse Ioannes, dicẽs: Sicut dilexit me pater, & ego dilexi uos. O exaggeratio admirabilis, ò uerba ipso cælo, & terra ditiora, quæ Imperia, q̃ regna huic amori cõparari possunt, ut dicat Dei filius homo factus, ita nos amare, ut hõ est, ut eũ amat Pater æternus, q̃ quidẽ infinite amat? Amor uerò Redemptoris nostri quo nos amat ut hõ est, infinitus nõ est, sed tãtus est ut nihil inueniret cui cõparari posset, q̃ infinito illi amori patris sui, quę exaggeratio est diuina. Hæc oĩa testimonia quæ de singulari Saluatoris nostri amore ꝓposui, vel lẽ fratres charissimi sępe ruminaretis, vt tãti beneficij memores, & grati essetis: ex hoc amoris fonte tot labores manabãt, tot itinera, tot lachrymæ, tot orationes qb⁹ opè nobis & remediũ afferre optabat. Hac de causa cũ narraret D. Ioãnes: Hoc Dñi iter ex Iudæa in Galilæã, ait: *Quod oportebat eum trãsire per mediam Samariam.* Quod cõueniebat Samaritanis, ut ab eo illuminarẽtur, cõ
7 uenire illi dicitur, ob magnam, quã benefaciendo capiebat uoluptatem. Benedict⁹ sit talis Deus, glorificatus sit talis Dominus, qui

Isai. 11.

2. ad Cor. 4.

Cant. 4.

Heb. 12.

Ioan. 15.

qui ita suũ in nos amorẽ ostẽdit. Statim ac
D. Ber. super illud Psalm. 84. hõ peccat, existit in Deo pugna quædã iter miam & iustitiã, ut notat D. Bernard. Mia & ueritas obuiauerũt sibi, Iustitia & pax oscula tæ sunt. Vltionẽ petit iustitia, ueniã ꝑ catur misericordia. Pugna hæc est cruenta, in qua Iesu Christi sãguis effũdit, quo Dei cor placat, ita ut peccatorẽ quærat, q̃ se ei tradat, & penitẽtiã agat. Intima erat Moysi
8 cũ Deo familiaritas in monte. Peccat pop⁹ l⁹ uituli adoratione, festinare eũ iubet, uade (inqt) & descẽde, peccauit populus tu⁹ quẽ eduxisti de terra Ægypti, recesserũt de uia quã ostendi eis, Dñe ne me hac fœlicitate priues. Vade descende (inquit) peccauit populus tu⁹, cui tu præes. Omnia relinq̃re uos uolo, uestras cõtemplationes, & consolatiões ut peccato medeamini, eieci à meo cõspectu Moysem, ut populo, qui peccauerat, accurreret. O ineffabilem Dei miam in eos q̃ ea indigni sunt. Hac de causa in hoc itinere tantopere pius Iesus festinabat Cur rit medicus, & gradu q̃ maxime põt concitato festinat. Si causam quæritis, infirmus inquit ingraue scente iã morbo in magno uitæ piculo uersatur, ex medici festinatione infirmi periculũ colligi põt, ò bone Iesu angelorũ gloria, quò festinas pedester & lassus ex itinere? ut peccatorũ inqt, aĩs opem feram, & præcipuè mulieri concubinariæ.
9 *Iesus ergo fatigatus ex itinere, &c.* Hęc est aię, quę charitate plena est, præstãtia, de
Cant. 1. fatigari proximis suis benefaciendo. Hoc significauit Sponsa dicens, filij matris meæ pugnauerunt cõtra me, posuerũt me custodẽ uineis, uineã meam non custodiui. Ac si diceret, ita diligo fratres meos, qui me suis necessitatibus solicitant, & affligunt ut mei ipsius obliuiscar. Nigram paulò antè appellauerant sponsam, & illa excusat se dicens, nolite cõsiderare me q̃ fusca sim, qa decolorauit me sol, filij matris meę, &c. Nigrã & fuscã me fecit sol, qa aliena potiùs cura-
10 re uolui q̃ mea, q̃ decoloratus, & defatigatos uidere est iustos in proximis suis bñficiẽdo occupatos. Quis Apostolorũ labores explicare posset, & aliorũ sanctorũ, ꝓximorũ suorũ amore susceptos, cũ ueri essẽt huius defatigati Iesu imitatores? O quãta hęc nobis cõfusio esse debet, quine minimum quidẽ laborẽ susc ipimus nisi lucri causa cũ tñ in tantæ charitatis lege uiuamus. Meli⁹ omninò exemplũ uobis dederunt duę illæ trib⁹ Rubẽ, & Gad, & dimidia Manasse quę uxoribus, & filijs, & oĩbus rebus suis relictis opẽ alijs tulerunt in eius possessionis acquisitione, qua ipsi fruituri nõ erant, neq. post uictoriã dimittit se à Duce Iosue postulabant ut domũ redire possunt, sed imperiũ ducis expectabant, quousq; ipse Iosue abi Ios. 22.
11 re iussit: quanquã uerisimile est eos magno uxorũ, & filiorũ desiderio teneri. Ibi enim dicit eodẽ tpe, uocauit Iosue Rubenitas,
12 & Gaditas, & dimidiã tribũ Manasse, & dixit ad eos, feciſtis omnia: quæ præcepit uobis Moyses famulus Dñi, mihiq̃ in omnibus obedijstis, neque reliquistis fratres uestros lõgo tẽpore usque in præsentẽ diem, custodientes imperiũ dñi Dei uestri, quia igitur dedit dominus Deus uester fratrib⁹ uestris quietem, & pacem, sicut pollicitus est reuertimini & ite in tabernacula uestra. O nostrorum tẽporum sæuities, & ꝑietas in quibus homines nihil præter lucrum, & utilitatem spectant, discite nũc fratres mei quos diuini magistri Iesu Christi imitatio obligat magis ut pro uestrorum proximo
13 rum salute defatigemini.

Sedebat sic super fontem. Quonã mõ explicare non potuit. Cõsideret hoc quisque secũ ut melius poterit, consideret eũ qui in cælo angelos recreat & glorificat, ita defatigatũ in terra, qui nunc sedet ad dexterã uirtutis Dei, & quẽ quisque inueniet sic ut uoluerit, si inuenire uolumus ut patrẽ pium, opa faciendo quę ad hoc necessaria sunt, sic inueniemus. Si ut peccatorũ nostrorũ uindicẽ, sic inueniemus, ita gustui nostrorũ similis sit Deus, ut talẽ qualẽ uolumus ꝑueniam⁹.

Hora erat quasi sexta. O tempus oppor- Matt. 27.
tunũ hac hora crucifixerunt, eum, & huius Matt. 15.
horæ uirtute peccatorum nostrorũ remedi- Ioan. 19. &
ũ in Dei conspectu inuenimus. Hac hora Luc. 24.
quæ meridies erat, sedebat sic supra fontẽ Eze. 34.
tanquam defatigatus pastor post gregem
suum. Dixerat olim: Errauerũt greges mei Gen. 37.
in cunctis montibus, dispersi sunt greges
mei, & non erat q̃ requireret. Eramus om-
nes tanquam oues in uarijs uitijs & errori-
bus dispersi, uenit pastor & uos tãto labo-
re quęsiuit, ut sedeat fatigatus supra fon-
tem. Cum erraret Ioseph per desertum in-
uenit eum uir errantem, & interrogauit
qd quęreret, at ille respõdit, fratres meos
quæro. O dulcissime Ioseph, Christe Iesu
Dei fili, quid ita defatigatus in hoc mundi
deserto quæris? fratres meos quæro. Illorũ
causa hos labores perfero. ò fœlix anima

quæ eis ad ſuam ſalutem utetur.

Cum ſic ſederet Dominus; *Venit mulier de Samaria haurire aquam.* Quæ fuit cā cur hæc mulier uenerit ad puteū, ut hauriret aq̄? Neceſſitas, inquit D. Auguſtinus, qa nē denariū quidem habebat, quo ſibi aquæ uas emere poſſet. O fælix neceſſitas quæ te ad uenā hāc oīum cæli diuitiarū perduxit, & ut aīæ tuę veniā, & gratiā cōſequeris effecit. Hac de cauſa ſolet aliquando Deus ſamē, infirmitates, & huiuſmodi tribulationes pmittere, & ita ait Dauid, contere brachiū peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius, & nō inuenietur. Verum nō deſunt peccatores tā obſtinati & proterui, ut ex ipſis tribulationib. occaſionem ſumant peccandi. O magna abominatio, ut fame te Deus uel neceſſitate aliqua moneat vt corrigaris, & ea tu ad eius offenſionē, & iniuriam abutaris. Ideo ubi nos legimus. Super quo percutiā. Cur medicinę, ſi illis deteriores eſtis addētes ꝓuaricationem? Cū loqueret Dñs cum Cyro Perſarū Rege ait, educ foras populum meum cæcum, & habētem oculos, liberare hunc populum meum, qui ſi poſt ſeptuaginta ſeruitutis annos nihil ſe emendauit, cur amplius uerſari in captiuitate debet? O rem admirabilem, ut iubeat Deus eos ſeruitute liberari, quia ex ea utilitatē nullā colligebant, & ita liberati ſunt.

Venit mulier de Samaria. Fugiebat Ieſus Iudęæ peccatores. Ita nē dñe, peccatores fugis? At ſi ab his fugis, in illos incides, nē putes poſſe te ex manib. peccatorum euadere, uidetis hoc loco, ut à Iudęa fugiēs ī Samaritanā incidit? Sed ſi peccatorum manus euitare non pōt, (ſi ita piè dici pōt) ſaltem peccatores hoc loco occurrunt, q nō malitia, ſed imbecillitate peccabāt, vt hæc Samaritana mulier, imò ut magis propriè loquar Deus id facere ſolet, & mulieres q̄dā q̄ pueros alūt, nā ſi lac puer ñ ſugit ſtati pectus diſrūpi ſentiunt, & aliū ſibi puerum quærunt, cui lac præbere poſſint: ita Deus miſericordiā ſuam ne puncto quidē tēporis in ſe continere poſſe uideī, ſed eam ſemper effundere geſtit, & cum Iudęam à lacte depuliſſent in Samariam uenit, ut hic det, q ibi abſtulit, ſemper uel hic, uel illic, ſuas miſericordias (ut ita dicam) negotiatur. Et hanc fortaſſe ob cauſam D. Paulus appellauit Deum diuitem in miſericordia, dicens; Deus autem qui diues eſt in miſericordia pp nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis cōuiuificauit nos ī Chriſto. Quaſi miſericordiæ negotiator, qui hic emit, ibi uendit, hic damno, ibi lucro afficitur. Nummi ſemper in motu, nunquam quieſcunt. Homines ſericum, lanam animalia negotiantur: Deus aūt miſericordiā. Huc Dauid alluſit. Quo manu melior eſt miſericordia tua ſuper uitas, multa ſunt uitæ genera, plurib. modis hoies uiuere ſolent, alij mercaturam exercent, alij męchanicis artibus occupantur, alij literis operā dāt, alii ſequuntur arma: uerū nullum uitę genus tam utile, nulla negotiatio eſt tam lucroſa, ut Dei miā q̄ deſicere nō pōt, & lucri ſpes certa, & ita ait Dauid melior eſt miſericordia tua ſup uitas.

Dixit ei Ieſus, mulier da mihi bibere. Nū quā legitur petiſſe Chriſtus redemptor noſter à peccatorib. cibum, à diſcipulis quidē petii poſt reſurrectionē cum dixit, habetis hic aliquid q̄ manducetur. A peccatoribus uerò non petit niſi potum, ut hic a Samaritana, & in cruce cum dixit, Sitio. Qui bibit aquā momēto temporis uorat, q̄ comedit mandit prius & conficit dentibus cibum, ante quā uoret. Sunt aliqui qui bibūt quaſi aquam iniquitatem, ut ait Iob. Boni uerò, paulatim mandunt. Demus eleemoſynā; ò ipſe inquit egebo. Audiamus ſermonem, frigus fere non poſſum, reſtitue, q̄ debes, nihil mihi ſupererit, mandunt bonum q̄d uorare non poſſum. Alij ſunt q̄ ſanctis inſpirationibus excitati, ſtatim bonum exequuntur, & uorant. Eamus ad hoſpitale, eamus. Ignoſcamus iniurias, ignoſcamus. Cum igitur petit dominus à peccatoribus potum, non cibum, duo ſignificat. Primum uult eos ſtatim conuerti, & non diu immorari incertos. Secundo ut poſt conuerſionē ſui imitatione bona opera bibant, non comedant, Vocauit ad ſe Dominus, quēdam ut ſe ſequeretur, & cum ille reſpondiſſet; permitte me primum ire, & ſepelire patrē meum. Dixit illi: Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos; Quomodo, ò Dñe, nonnè quamuis extraneum ſepelire, opus eſt miſericordiæ, at quanto magis patrē? Significare hoc uoluit, ut Diuus Hieronymus ait, q̄ cum Deus te uocat, eū tanta debes uelocitate ſequi, ut ſi patris ſepultura te impediret, quamuis opus ſit piū tibi deſerenda ſit, & Chriſtus ſequendus. O ſi hoc præſtaremus, quàm diuites meritorum eſſemus, quæ inde conſequuntur.

Dixit

Dixit ei mulier, quō tu Iudæus cum ſis, &c. Non n. cōtuntur Iudæi Samaritanis. Amat plurimū Deus Iudæos, & ideò cum malis miſeri nolebat, quia ut ait Eccl. qui tetigerit picem inquinabitur ab ea. Refert Plinius, & Herodotus: Flumē eſſe ī Lydia, cuius aquę lucidæ ſunt & dulces, ſed turbidis, & amaris fontis cuiuſdā aquis immixtę q̄ Spampeo vocāt, corrūpuntur, & coloré illū, ſaporēq̄; optimū amittunt, quot ſunt qui cū uirtutibus clari ſint, & ſuaues, ſi malę cōuerſationis fons illis immiſcetur, corrumpuntur? Speculū habes terſum, & lucidū, & halitu eorū qui ſeſe intuentur, inficit & obſcuratur. Eras ſpeculū nitidum, & alitę malę cōuerſationis ſuæ halitu obſcurū reddiderunt. Iā libros uendis ut Iudas, iam tanq̄ leno oīum turpitudinum gūra cōmittis. Ideo D. Paulus modicū, ait, fermētū totā maſſam corrūpit. O appoſitiſſima cōparatio qua declaratur q̄ facilè unus tātū malus corrumpere plures bonos poſſit, plures autem boni unū malum reddere bonū non ita ſolent, ut maſſa modicū fermentū in ſe nō cōuertit, ſed econuerſo. Rogo igitur vos fratres per uiſcera mīæ Ieſu Chriſti, vt ſumma cum cura malas euitetis converſationes, & familiaritates, nam nullius lingua dānum, q̄ inde ſequitur, exaggerari poteſt.

Rādit ei Ieſus: *Si ſcires donū Dei, &c.* O ſi ſcires beneficium, q̄ à Deo accipis, q donum iſtud humano generi tanta liberalitate datum, nunc tibi ponit ob oculos: Fœlices & beatos oculos, qui hoc uidere potuerunt, tu forſan petiſſe ab eo, & dediſſet tibi aquā uiuā, qua aīa tua ut irrigaret, vt cęleſtis inde fructus afferret. O Chriſte, uere hoīum amator, cur dñe Chananææ nē uerbū quidē reſpōdere uolebas, huic uerò mulieri quæ nihil petit, gratiā tuā tā citò promittis? Hæc eſt diuini Saluatoris proprietas, ut optimè prēuidit Iſaias, dicens, Calamū quaſſatū nō conteret, & lignū fumigans nō extinguet. Quod de fide eſt credere, de Chriſto R.N. intelligi, eum à S. Euangeliſta citetur. Quare cum eſſet hæc mulier Samaritana tanquam calamus quaſſatus, noluit eam conterere, ſed remedium ſtatim adhibere uult, & peccatori qui quaſi lignum eſt fumigans, & unam tantum uel alterā fidei & amoris ſcintillā habet, anteq̄ extinguat accurrit. Chananęę uerò ſi non accurrit ſtatim, id fuit, q̄a erat tāq̄ carbo acceſſus. Quare nolite ſcādalizari fratres cū iuſtū uideri tis afflictum, malū uero fęlicē & proſperū, cū n. quaſi carbonē accenſum reſiſtere poſſe ſcit, huic uero qui lignū eſt fumigans, ne extinguatur accurrit. Videtur etiam in hoc cū alios peccatores ſeuerè, alios uerò ſuauiter tractat, mercatores quoſdā imitari, qui cū in emptore emendi deſiderium vident, ſi quanti vendat ab eo petat, maximū indicit prętiū, tāti inq̄t, vendo, detrahi alter aliquid vellet, & tanti inquit emam, fruſtrà laboras, minoris vendere non poſſum, merces quocunq; pretio digna eſt, & ita emptorē detinet. At uero cū frigere uidet emptorē, & nullo ferè emendi deſiderio pretium poſtulare, tunc non maximū, ſed minimum rei pretium dicit, vt ita ad emptionem alliciat. Hoc ipſum Deus prēſtare cū peccatoribus ſolet. Nā Ezechiel ait: veni, & faciam, nō transeam, neq; parcā, neq; placabor. Venite ad me, nā quicquid mihi detis, non tā ignoſcam. Fruſtra laboratis ueſtris lachrymis nō placabor, elegans eſt loquendi modus, quo Deus interdū vtitur mirę exaggerationis, q̄uis ſummum haberet illis ignoſcendi, & benefaciendi deſiderium. Eodē ferè modo Chananęę reſpondit, q̄ cū uideret amore feruidā & boni deſiderio ardētē, nō eſt bonū (inq̄t) ſumere panē filiorū & mittere canibus, illa uerò maiori cū feruore pro ſiſtēs, ēt ait dñe, nā & catelli edūt de micis q̄ cadunt de mēſa dīorum ſuorū. Alios uero quibus nocere morā uidet, nè uacui diſcedāt, ſed aliq̄d emant, ipſemet inuitat & res minori pretio uēdit, ut huic mulier cui dixit: *Si ſcires donū Dei tu forſitan petiſſet ab eo.* In his uerbis oſtendit, quanti momēti ſit Dei cognitio. Beniamin tres filios habuiſſe dī, & ex eis vnus appellabat Asbes, & de eodē dicit. Vocatus eſſe Iadihel, nulla tñ eſt contradictio ut optimè explicat D. Hieron. Sed latet myſterium, nā Iadihel ſignificat cognoſcēs Deū, Asbes āt captiuus Dei. Quo docēmur, aniīnā, quæ cognoſcit Deū, ſtatim eius amore captiuā fieri, & ita cū quęſierunt à ſponſa filię Hieruſalē, qualis eſt dilectus tuus ex dilecto? vel vt in Hebręo eſt, p̄dilecto. i. qua in re ſpōſus tuus excellit, & p̄ſtat alijs oībus: Reſpōdit illa: dilectus meus electus ex millibus: Velut in Hebręo eſt, dilectus meus electus decē millibus uiris, ubi ponit numerus certus p̄ incerto. i. eminet inter oēs, & concludit dicens: guttur illius ſuauiſſimū, vel ut in Hebræo eſt, guttur illius dulcedines, & totus deſi-

deria, ideſt vnumquodque uerbum illius ſexcentas habet ſuauitates, nec ſolum uno tantũ deſiderio deſiderabilis, ſed pluribus, ex harum rerum cognitione diuino amore incenditur,& cęleſtis ſponſi captiua fit.

Hier.2. *Dicit ei mulier.&c. Vnde ergo habes aquã uiuam.* Ait Dñs: *omnis qui biberit ex hac aqua ſitiet iterum.* Meritò Deus cũ pec
26 catores quoſdã alloquereť. Quid tibi uis, inquit, in uia Ægypti ut bibas aquã turbidam,& quid tibi cũ uia Aſſyriorũ, ut bibas aq̃ fluminis? Arguet te malitia tua,& auerſio tua increpabit te. Voluptates oẽs carnis diuitiæ, & dignitates huiꝰ ſeculi aquę ſunt Aegypti turbidæ,& eò magis cũ ijs Dei offenſione fruimur, qui ſemp arguit & increpat peccatores, nã ut plurimos habeat Deꝰ prædicatores, nullũ tñ habet maioris efficaciæ, qui plus arguat, & increpet, q̃ ipſummet peccatum: & ideò fratres nolite has aquas quærere, q̃ ſitim extinguere nõ poſſunt, ſed aquã bibite cæleſtẽ, q̃ ut hoc loco
Iſai.12. Chriſtus pollicetur, qui biberit non ſitiet i æternum. Audite quid Iſaias dicat. Haurie
27 tis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris, è libris deuotis, è ſanctis colloquijs, ex ſermonibus, ex oratione, ex cõfeſſione, & cõmunione. Ex his ſaluatoris fontibus gratię aqua uobis haurienda eſt, quæ ſpiritualis gaudij in corde cauſa eſt, ò quantã aię uoluptatem peiperetis fratres ſi ſanctis his exercitijs operã daretis, aquam ex eis haurientes, q̃ ſi bibas, fons exiſtit in aĩa qui ſalit in uitam ętern̄ã, ut hic ait Dñs, q̃ nõ ſolum, ſignificat, gratiæ aqua eſſicit, ut ſaliat aĩa, & affectionibꝰ libera excitetur à terra, ſed q̃ quantum in ea eſt mouet hoiem, & uires il
Baſilij ſententia. li dat ut perſeueret donec uitam ętern̄ã cõ ſequatur. Hinc præclara illa magni Baſilij ſententia, qui cum interrogaretur: quidnã facturi ſint illi, qui ſuorũ peccatorum ueniam impetrauerunt,& iterum ad peccata
28 redeunt, Reſpõdit. Credant huiuſmodi homines à primis peccatis puros non remanſiſſe, quandoquidem ex illis tanquam à radice ſecanda prouenerunt. Iõ dicit, qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Ideſt con-
Ecc.34. uincitur non fuiſſe lotum. Si cæditis arborem, ex qua mox noui rami ſurgunt,& pullulant, ſignum eſt manifeſtum radicem remanſiſſe inculumem. Huius autem ſententię ratio hæc eſt, quam notate diligenter. Secundum theologos, ut ignoſcatur peccatum quiuis dolor non ſufficit, niſi ſit qualificatus, ut ſit propter amorem Dei, ita etiã quoduis emendandi ſe propoſitum nõ ſufficit, niſi ſit conſtans &qualificatum. Ita ut cõparatum, cum propoſitis pœnę mala euitandi, ſit illis oĩbus maius, ergo cum facilè poſt pœnitentiam ad peccatum redis, ſignũ
29 eſt quod peccatum tua cauſa remiſſum nõ fuerit, quia propoſitum firmum non fuit, q̃ ſi habuiſſes gratiæ fauorem quæ ad p̃ſeuerandum dat uires, non peccaſſes tam citò. O quot peccata remiſſa uobis eẽ exiſtimatis, quæ in iudicii die cruda adhuc, & indigeſta inuenietis. Verum hęc B. Baſilii ſententia intelligenda eſt, quod qui ad peccata rediit coniicere poteſt fortè ſibi non fuiſſe peccata remiſſa. Non tamen, quod id certò ſcire poſſit, neque illud affirmare debet, error enim hic eſſet maximus, q̃ quanuis pœnitentia uera fuerit, poteſt quis poſteà relabi, & de facto relabuntur plurimi poſt pœnitentiã ueram, quia radix peccati eſt li
30 berum arbitrium. D. autem Baſilius hoc dixit, ut homines deterreret, nè ad peccata tã facilè redirẽt. Et q̃ ut dixi, coniici id poteſt, nõ affirmari: ut Diuus Paulus quoque Heb.6.
nos deterruit ponens difficultate reſurgendi, cum ait, impoſſibile eſt eos qui ſemel illuminati ſunt, &c. & prolapſi ſunt rurſus renouari ad pœnitentiam, ideſt, per pœnitentiam. Impoſſibile, ideſt, difficile.

Hoc ſermone paulatim mulier iſta peccatrix diſpoſita eſt & præparata donec manifeſtauit ei dominus ſe eſſe Meſſiam tot ſeculis expectatum. Illa uerò fide & amore plena, relicta hydria abiit in ciuitatem, vt ciues ſuos ad perfruendũ eo, quod inuenerat bono inuitaret. Hæc res fratres chariſſimi inuitat nos ut corda noſtra humiliter & deuotè inclinantes infinitam illam maieſtatem adoremus, cuius opera, & iudicia tã admirabilia ſunt, cuius electio tã diuina, cuius liberalitas tam magnifica, qui
31 nemini iniuriam faciens plurimos ſummis beneficiis exaltat, & hi quidem de peccatoribus fiunt ab eo Apoſtoli, illi uerò de perſequutoribus ſuorum operum prædicatores, alii de Samaritanis Euangeliſtæ. Quare talem habere Deum gaudeamus, qui, ſi ita fauet illis, qui eum non quærunt, quid faciet quærentibus eum? Quæramus ergo ſumma cum diligentia ut hic per gratiam inueniamus, poſtea per gloriam. Amen.

Domi-

Dñica IIII. In Quadrageſima.

Abijt Ieſus trans mare Galilęæ, quod eſt Tyberiadis, &c. Ioan.6.

Simile. QVi in mari nauigant, in terram, aliquando deſcendant neceſſe eſt, ut aquam dulcem ſibi & cibaria cõparẽt, quo facilię iter ſuum proſequi poſſint.
1 Cum nauigent hoc tempore Chriſtiani per hoc pœnitentiæ pelagus, reficit nos hodie ac recreat pia mater Eccleſia, ut lęti progrediamur ulterius. Quare lugubribus exuta ueſtibus nos inuitat ad gaudium, dicens initio miſſæ: lætare Hieruſalem, & gaudete cum lætitia qui in triſtitia fuiſtis, ut exulte tis: & ſatiamini ab uberibus conſolationis ueſtrę. Nõ omnes lętari uult, ſed eos qui in triſtitia fuerunt, non eos q̃ in peccatorum ſuorum cæno hærent adhuc,& cũ iam quadrageſimæ dimidium tranſactum ſit ne minimam quidem peccandi occaſionem præ
Pſalm.47. termiſerunt,& nulla uſi ſunt diligentia, ut conuertantur ad Deum. Hi nullam lætitiæ
2 cauſam habent, ſed ij tantum qui debita vſi ſunt diligentia. Ita affirmat Dauid dicens: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei,& iuſti epulẽtur & exultent in conſpectu Dei, & lætentur in lætitia. Et ut maiorem nobis lætitiæ cãm præbeat, refert nobis Eccleſia admirabile Chriſti Redemptoris noſtri conuium, quod
Mich.5. magnę hominum multitudini dedit, quæ cum ſequebatur Prophetam Micheam in celebri illa prophetia de filij Dei aduentu, poſtea quam dixit; & tu Bethlehem Ephrata ex te egredietur dominator Iſrael,& egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis, narrare incipit bona quæ eius aduentus hominibus erat allaturus dicens,& ſtabit,& paſcet in fortitudine Domini in ſublimitate
3 nominis Dei ſui, & conuertentur, quia nũc magnificabitur uſque ad terminos terrę. Singula uerba notate, ait, ſtabit, quo ſignificatur Dei ad benefaciendum promptitudo,& ita hodie quoque, ut turbas paſceret ſediſſe dicitur. Ait Stephanus, uideo cælos apertos, & Ieſum ſtantem, id eſt,
Act.7. adiuuantem me ut Diuus Gregorius declarat, & Sanctus Thomas, ex quo regulam
D. Gre. hom. 29. in Euan. interpretes colligunt, cum in ſacra ſcriptura certa diſpoſitionis forma apponitur, opus aliquod ſingulare ſignificari, ut hic gel. D. Th. ſtabit,& ſtantem, quare optime poſt ſtabit 3 par. q. 58 ſequitur,& paſcet in fortitudine, in fortitu arti. 1. ad dine quia nullus aduerſarius opus ſuũ im ultim. pedire poterit. Vt optime Ioannes affirmat Ioan. 10. dicens; Ego uitam ętern̄am do eis,& nemo Pſalm.43. rapiet eas de manu mea; ait præterea i ſublimitate nominis Dei ſui. Nomen ſignificat potentiam, uirtutem, & fortitudinem, ut ait Dauid. Inimicos noſtros uentilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis: auxilio tuo domine aggrediemur hoſtes, & eos iactabimus in aerem, ut taurus ſolet cum homines ſubla
Ioan.17. tos cornibus rotat,& in nomine tuo, id eſt, in uirtute tua eos ſuperabimus. Et hoc ſi-
4 gnificat quod dixit Dñs, pater ſancte ſerua eos quos dediſti mihi in nomine tuo, id eſt, in uirtute tua. Hoc loco ubi nos legimus, ſublimitate, ſeptuaginta interpretes legũt, in gloria nominis, ideſt, in glorioſa uirtutis tuæ manifeſtatione. Hebræum uerbum, quod hic eſt ſignificat magnificare. Et ita D. Hieronymus declarat hoc dicens, oſtentabit Deus uires potentiæ, & magnitu
5 dinis ſuæ in illis cuſtodiendis,& alendis, ait præterea & conuertentur, quia nunc magnificabitur. Sãctus Hieronymus,& Sima- Hiero. &
chus uerterunt ex Hebræo, & ſedebunt, Simach.
quia nunc magnificabitur Chriſtus, nunc nũc ſedebũt: quod impletum eſt in hodierno conuiuio, in quo eos paſcens Dominus ſuam oſtendit uirtutem. Ex his omnib. uerbis inferre poſſumus, quantum huic Dño debeamus, & quanta cum fiducia ad eum in neceſſitatib. confugere poſſimus, cum ſemper ſtet, & paratus ſit, ut opem ferat.

Dicitur ergò in ſancto Euangelio: *Abijt* Matth.4.
Ieſus trans mare Galilæę. Inuenimus aliq̃n Ieſum Chriſtum Redemptorem noſtrum acceſſiſſe ad mare, ſed non fuiſſe ingreſſum, ut ait Matthæus, ambulãs Ieſus iuxta Luc.5.
mare Galilęæ. Alias ingreſſus eſt, & egreſſus, ut cum Petri nauem ingreſſus eſt. Hic uero abijſſe trans mare dicitur, i quo tria
6 Chriſtianorum genera repræſentantur. Primi ſunt qui accedunt ad mare, & nõ ingrediuntur, ſecundi ingrediuntur, & ſtatim exeunte. Alij ingrediuntur, & uſque in finem
nauigant. Mare ſalſum, & amarum pœnitẽtia eſt contritionis amaritudine plena, nã ut mare cadauera omnia eiicit ad litus, ita uera pœnitentia culpas omnes eiicit, & peccata. Mare perpetuo creſcit, & decreſcit, in

uera

uera pœnitentia semper crescit cognitio, & amor Dei. Amor uerò, prius, & propria æstimatio decrescit. Itaque qui acceduntad mare, & non ingrediunt sunt, qui culpas suas, & pœnas, quas ijs merétur cognoscentes deterrentur: & hoc timore ad pœnitentiam accedunt: sed cum eam amaram inueniunt, ingredi recusant. Durum uidetur, & amarum concubinam dimittere, rem malè partam restituere, iniurias ignoscere. Alii omnes istas difficultates contemnere, & ingredi hoc mare statuunt, sed magno animi impetu & ardore ingressi defatigantur, & statim egrediuntur.

Simile. O magna Adæ filiorum miseria, ut tātæ imbecillitatis non pudeat? Vidistis ne unquam aggredi aliquem sumptuosi alicuius ædificij fabricam, parietes latissimi, membra, & cubilia plurima, magnum futurum ædificium existimatur. Sed en moritur Dominus, & remanet, quod futurum erat palatium uaccarum stabulū: ita nonnulli sunt, qui suæ conuersionis initio feruentissimi sunt, corpus seuerissimè castigant, silentiū diligentissimè seruant, orant, ieiunant; O magnum, & sumptuosum ædificium, sed statim moritur Dominus, deficit sanctum illud propositum, redit ad peccatū, amittit gratiam, bestiarum, i. uitiorum, & peccatorum fit stabulum.

Roma. 6. De hoc D. Paulus querebatur dicēs: qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc uiuemus in illo? Qui peccatū suorum remissionem acceperunt, & iterum peccāt, magnum sacrilegium committunt. Quia quantū in ipsis est passionis, & mortis redēptori nostri pretiosissimè effectum annihilant: & ideò ait, qūo adhuc uiuemus in illo? Quasi impossibile illi uideatur, hominem tam ingratum esse, ut id agat.

Quomodo adhuc uiuemus in illo? quomodo asperam, & duram diaboli seruitutē non considerās? quomodo Deum eiusque gloriam amittere te nō cogitas? quomodò horribile pœnarum, tormentorumque peri culum non times? quomodo ad huc uiuemus, in illo? O uerba, quę timorē magnum nobis deberent incutere nisi lapidibus ipsis insensibiliores essemus: & notandum est, quod uiuere peccato est illi seruire, & obtēperare, quicquid ad peccatum requiritur, facere, ut faciebant illi, qui aiebant, uenite fruamur bonis, quæ sunt, nullum sit pratū, quod nō pertranseat luxuria nostra. Mori uero peccato est contrarium omnino præstare, ut faciebat ille, qui uero uirtutis tramite insistens aiebat, custodiui uias Domini, neque impiè gessi à Deo meo, & ero immaculatus cum eo, & obseruabo me ab iniquitate mea.

Alij sunt q pœnitētiæ mare ingressi nauigant ad alterā partē, ideſt, usq. ad mortem, qua ex hac in aliam uitam trāseunt: hi sūt qui diuino Christi Redemptoris nostri cōiuuio, q. gloria est fruuntur. Hoc significat D. Paulus, cū ait. Confido in uobis q. qui ī cepit in uobis opus bonum perficiet usque in diē Iesu Christi: præsentes dies nostri uocantur, qa quicquid uobis uidet facere in illis possumus. Mortis uero dies, Iesu Christi dies uocatur, quia uitæ nostræ ratio rēdenda tūc erit, & quicquid nobis uidebitur facere nō poterimus. Vsque ib hanc diem perseuerare debemus in sanctissimæ huius nauigationis cursu.

Abijt Iesus trāsmare Galilææ. Cū qs ab alio in terra discedit, semper aliquod sui uestigiū relinquit impressū, at in mari nullū omnino remanet: Deus quoq. cū abiit ab aliis maritimo itinere discedit, in qbus uix ullū boni uestigiū relinquit, ab aliis uero terrestri in quibuis alicuius timoris, & misericordię uestigiū remanet. A Iudæis discedens trans mare abiit, quo significauit nullū ī eis boni reliqsse uestigiū. Liberet nos Deꝰ nè ad hoc malitiæ culmē deueniamus.

Et sequebat eū multitudo magna, qa uidēbāt signa quæ faciebat sup his, q infirmabātur, &c. Vix quærit Iesus, ppter Iesū, sed tēporalis alicuius lucri gratia eum sequimur, ut illi, q ut ab infirmitatibus suis curarēt sequebant eū Missarū suffragijs petitis à Deo ut uos à peste, febri, maris periculis liberet: q. quidē malū nō est, sed bonum, at quot inuenietis q bona spiritualia petāt, ut scilicet superbię, luxuriæ, & inuidiæ morbo curent, ut humiles, māsueti, & pacifici fiāt? Fieri hoc hodie nō solet, sed uetus est morbꝰ. Per Oseā de hoc querebat Deus dicēs; super triticum, & super uinū ruminabant, & discesserunt à me, ideſt, omnes eorum cogitationes, & studia sunt de uino, tritico, & huiusmodi rebus temporalibus, me autem à quo ista accipiunt, contemnunt. O bone Deus, quæ miserie & infælicitas, res tanti pretij, ut spirituales sunt, ita contemnere? Dicere etiam possumus, quod uerba illa, *Quia uidebāt signa, &c.* quanquā curiosita-

tem

tem significare uideātur, deuotionis fuisse effectum, quia uelle Dñi miracula uidere, quæ infinitæ sue ueritatis, & fidei confirmā dę causa faciebat, meritoriū erat, & ita ait D. Paulus de doctrina Euangelica loquēs: cōfirmata est cōtestante Deo signis, & portentis, & in uarijs uirtutibus, & Spiritus sācti distributionib. secundum suam uoluntatem. Cum igitur tunc tāta hoium multitudo Xpm Dei filium sequeretur, & multi ēt hoc tempore sequantur, quos tu ò peccator tuis oculis uides, cur obsecro tu quoque ex eorū numero nō esses? Sed heù, heù, heù, neq. ex illis es, neq; alios esse uelles. Egressus est Rex Dauid, & ambulabant iuxta eum uniuersi serui eius, & omnes pugnatores ualidi prēcedebant regē, cumq; hac multitudine septus incederet, sequenti capitulo, dicitur, & ecce egrediebat inde uir de cognatione domus Saul, prēcedebatq; egrediens & maledicebat, mittebatq. lapides contra Dauid, & contra uniuersos seruos regis Dauid. Hoc idē hodie fit cum tot boni, & iusti cęlestem hunc regem Iesum Christum sequuntur, tu uilissime peccator lapides in eum iacis, & maledicta.

Hebr. 2.

1. Reg. 15.

Simile.

Cū subleuasset ergo Iesus oculos & uidisset, &c. O felices illos, quos cū Deus attollit oculos, se sequi uidet, nā statim de auxilio, & remedio cogitat. Potest nè hoc dici fratres charissimi, quod quoties in uobis Deus suos oculos figit, figit aūt sępissimè uos in eorū numero uidet, qui eū sequunt? Vestra certè opa cōtrariū oinò testari uidētur, de Hebræis inqt dñs. Nonnè uides, q. isti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in plateis Hierusalē? Filij colligūt ligna, & patres succendunt ignē, & mulieres conspergunt adipē, vt faciant placentas reginæ cæli, & libēt dijs alienis, & me ad iracundiā prouocent. Nonnè hoc ipsum his tēporibus cōtingit in uestris domib. in uestris ciuitatib. in uestris plateis? Oēs Deum offendendo occupati, hic ludendo, illic mētiendo, alij rixando, alij murmurando, patres, filij, mulieres oēs Sathanæ sacrificia, uestro aūt creatori iniurias faciendo, occupati. O per magni huius Dei uenerationē pudeat uos hæc ante oculos ipsius facere. Audite quid dicat: Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. O uerba mirę exaggerationis, quibus quantum Dei sit odium in peccatum, ostenditur. Cū odium in aliquā rem significare uolumus dicere solemus, eā è medio tollite, nec eā uideāt oculi mei: Quibus uerbis mirè odiū exaggeratur, ut ita quanto odio peccatum prosequatur Deus ostendas, ait se illud uidere non posse. Et maior etiā exaggeratio fit, eo q. hoc nō de peccato perfecto, & consummato dicat, sed cū adhuc in cogitatiōe est, nec ad externū opus deuenit, cū adhuc in flore est, nec adhuc in fructus erupit, uix apparet malū, cum clamat Deus; nasci malum uideo, auferte illud, tollite ab oculis meis, nō progrediatur ulterius. Auferte malum cogitationum uestrarū ab oculis meis: non ait: auferte malum operum uestrorū, neq. desideriorū, sed cogitationū. Quod si tantum cogitationes ipsas odit Deus, quātò magis oderit opa? quare malas cogitationes malaq. opera auferte fratres: & statim uos, ut filios Deus aspiciet, & opem feret.

Simile.

Cum subleuasset oculos, &c. Non erat ei opus oculos subleuare, ut multitudinē illā uideret. Qui inspector seculorum uocatur: sed hoc modestia significatur, qua sensus suos exteriores custodiebat, & quam demissos gereret oculos, cum eos subleuasse dicatur, ut uideret. Significatur etiam diuina eius prouidentia: solet enim prius aspicere tum opem ferre, & ita dixit Moysi; Vidi afflictionem populi mei, & descendi ut liberarem eum. Nos è contra Deos aspicit, & succurrit, nos aspicimus, & oculis auersis ulterius pergimus, ut sacerdos ille, & leuita, qui Samaritanū uulneratum uiderunt ī via, sed uiso illo transierunt. Si ijsdē oculis quibus hāc multitudinem respexit Iesus, nos eius pauperes intueremur, tanta profectò dānatorum turba non esset, nō expectauit dñs, ut ab eo cibum peterent, sed statim adesse præuidit, largitus est. Nos uerò tot pauperum uocibus ita mouemur, aeſi lapides, non hoies essemus, magna profectò sę uitia, & impietas. Refert mississe Dauid seruos suos ad hominē quendā diuitē uocatū Nabal, qui egere se suoſq. seruos ei nunciarent, se eius greges in deserto custodisse. Quodcumq. inuenerit manus tua da seruis tuis. Rīdit auarus. Quis est Dauid, & qs est filius Isai? Tollā ergo panes meos, & aquas meas, & carnes, quas occidi tonsoribus meis, & dabo uiris quos nescio unde sint? Ita & hodie fit, nam cum diuinus hic Dauid, Iesus Christus, uestrarum omniū rerum custos sit (quia nisi Dominus custodierit ciuitatē frustra uigilat qui custodit eā)

Exo. 3.

Luc. 10.

1. Re. 25.

Psal. 126.

mit-

mittit ad uos ſeruos ſuos pauperes, qui egere ſe nũtient, eget enim quoties pauperes q eius mẽbra ſunt, egent. Vos aũt ac ſi ignotus uobis eſſet Dauid, acſi nullã Dei cognitionẽ, & fidem haberetis, reſpõdetis, tollã ergo panes meos, aquas meas, & carnes tonſoribus meis, cõcubinę, ludo, gulę, ſumptibus inutilibus, quæ oia tonſores ſunt, q ue ſtra oia tondent, & conſumunt. O Deus maieſtatis infinitę, illumina eos dñe, ut quantũ hoc ſit malũ intelligant, & ſe corrigant, nè ſæua illa morte puniantur, qua iuſælix ille Nabal mortuus eſt, ꝺ quo dicit ibi, ꝙ cũ audiſſet, ꝙ eius uxor Abigail fecerat, ut Dauid placaret, e mortuũ eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis, cumq; pertranſiſſent decem dies percuſſit eum dñs, & mortuus eſt, quia in pauperes durus fuerat: hoc ſupplicij genere Deus punire uoluit, ut mutaretur quaſi in lapidem. Cũ mulier partus
Simile. dolorib⁹ moritur, cæterę oẽs parituræ eũdẽ ſibi timent euentũ. Mortuũ illũ audimus, qa in eo pariẽdi eleemoſynã uirtus defecit. Cũq; tot bonorũ quæ à Deo acceperat plenus, & quaſi prẽgnans eſſet, parere noluit, & ꝙ aupib⁹ opẽ ferre; & ideò ſeueriſſimè eſt à Deo punitus. Cur igit, ò diuites auari eun
20 dem uobis exitũ, eandẽque pœnã nõ timetis, cũ eadem in nobis pariendi uirtus deficiat? Deus uos illuminet ut parere poſſitis.

Dicit ad Philippũ uñ ememus panes, &c. Quãquã Deus oibus neceſſitatibus ſuccurrit, prius tñ aiæ neceſſitatũ curã habet, quæ maioris momẽti ſunt, multitudo quę dũm ſequebatur egebat, pane, diſcipuli uero ſiꝺ poti⁹q; pane egebãt: & ideò prius neceſſitati ſpirituali ſuccurrit, & dicit ad diſcipulum tentans eum. Tentat Deus iuſtos, ut ſuos agnoſcant defectus, & eos corrigant. Ignorat infirmus infirmitatẽ ſuam, uenit medicus & tentat cor. Nullus, inquit infirmus, in corde dolor, tentat ſtomachũ, nec ibi tẽtat ſplenem, nec ibi, tentat iecur, heu exclamat
21 infirmus, ibi dolor, ibi morb⁹. Hic ergò eſt morbus? eia igit remedium hoc uel illꝺ erit. Eoꝺẽ modo, Deus quanuis morbũ nõ ignorat ut medic⁹, tentat tñ ut tu ipſe morbi qualitatẽ agnoſcas, quẽ ſępiſſime ignoramus. Diffidentiæ morbo laborabant Philippus, & Andreas, quarẽ tentat eos, ut ſuum ipſi morbũ cognoſcant, & fateantur. Dicit ẽt, *Tentauit eum*; quia tentare eſt, qd in re inſit, experiri. Voluit quippè Dñs experiri qualem fiduciã B. Philippus ex miraculis conceperat quæ ipſum, feciſſe perſpexerat. Iuſtus ex prẽteritis ad futura ſperanda occaſionem accipit Ideò dicit, ꝙ cũ Abrahã ſeruũ ſuum ad quærendam decentem filio Gen. 24.
ſuo uxorem mitteret, cumq; famulus angeretur, nimiumque ſolicitus eſſet utrum negotium illud proſperũ finẽ eſſet habiturũ, uir ſanctus famulũ ſuum prætteritis Dei beneficijs fultus cõfortauit dicens: Dominus
22 cæli, & terræ, q eduxit me de domo patris mei, & dixit mihi, ſemini tuo dabo terram hanc, ipſe mittet angelũ ſuum tecũ, & accipies indè uxorem filio meo. Eccè qũo uir ſanctus ex acceptis à Deo beneficijs didicit plura ſe ab eo pcepturũ ſperare. Sic Dauid
cum arctioribus anguſtijs perſtringeretur 2. Re. 15.
uidens uniuerſum Iſrael Abſalonem ex toto corde ſectari, ut ſibi regnum adimerẽt, magnopere conſolabatur dicens: Ego dormiui, & ſoporat⁹ ſum, & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. Pro quo (cum apud Hebræos uerbum prætteriti temporis futurũ Pſalm. 3.
etiam ſignificet) alij clarius uerterunt. Ego cubabo, & dormiam. meq; ipſum excitabo, qui a Dominus ſuſtentat me, id eſt, In omnibus his tribulationibus adeo ſecurus
23 exiſtam, ut accubem, ac dormiam, & ſomno refectus, non autem equorum ſtrepitu, aut hoſtium tumultu cõturbatus, atq. experrectus exurgam. Vnde tibi hoc tẽpore ò uir ſancte ſecuritas tanta dimanat? Huius rei cauſam aſſignat dicens: Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa, dentes peccatorum contriuiſti. Quia ſic (inquit) Deus mecum ſemper fecit: Saulem etenim terribilem hoſtem meũ, ætherosq; que, qui eum ad me perſequendum concitabant, euertit. Sicut ergo me ex illis liberabit, ſpero item me ab iſtis eſſe liberandum. Propter hunc finem maximum il Pſalm. 67.
lum pſalmũ ſeptuageſimum ſeptimum cõpoſuit, qui ſic exorditur. Attendite populę
24 meus legem meam, in quo maxima priſcis patribus à Deo facta beneficia recẽſet, quæ poſtquã recenſuit, dicit. Narrantes laudes Domini, & uirtutes eius, & mirabilia eius, quæ fecit. Quare autem? ut ponant ī Deo ſpem ſuam, & obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirãt. At, nec B. Philippus, nec reliqui Apoſtoli uſque tunc prę ipſorum ruſticitate, atque inertia neceſſariam ex tot quot perſpexerant miraculis, conceperant confidentiam. Et ſiquidem Diuus Philippus reſpondit. *Ducentorũ de-*

nariorũ, &c. Et Beatus Andręas dixit: *Eſt puer unus hic, &c.* Ex hoc conijci põt oẽs ſi interrogarentur, eandẽ diffidentiam eſſe oſtenſuros. Nos autem diligenter elaboremus, ne ita faciamus, ſed ex prætteritis bene
25 ficijs futura ſperare diſcamus. Qñ frater mi granioribus neceſſitatibus, atq. laboribus fueris oppreſſus, cõſidera intra te, De⁹ me hac rationali anima donauit, qua brutis animantibus antecedo. Fidei me lumine illuſtrauit, qua multis gentiũ millibus me præſtare fecit, me in ſacroſancto Baptiſmate in filiũ adoptauit, cũ plurimos huius diuinæ gratiæ ī gentilitate expertes reliquerit. Propter me hõ factus eſt, crudeliſſimamq; mortẽ ſubijt, qd igit à tali patre, tamq; ardẽti amatore nõ ſperabo? q mihi tanta cõceſſit, quomodo nunc minora denegabit? q tãto cũ labore, ſumptibuſque ſuis me redemit, quomodo nunc, cũ nihil paſſurus ſit, mihi nõ ſubueniet? Qꝺ ſi huius auxilij peccata mea me indigna reddũt, ſpero tñ eum nõ
26 ad illa qdẽ, ſed ad infinitũ ipſius miſericordiã eſſe reſpecturũ, ſimulq; auxilũ ad pœnitentiã illorũ agendam mihi eſſe laturũ. Et quando te Deum in difficillimis quibuſq; periculis ſtatuerit nõ humanã prudentiã, ſed diuinam potius potentiam cõſidera, ad quam quidẽ nõ reſpiciebat B. Philippus, cũ diceret. *Ducentorũ denariorũ.* Aliter equidẽ fecit unus ex liberis ſanctæ illius fœminæ
4. Matt. 7. Machabeę, quẽ Antioch⁹ Rex iuſſit occidi, cui cum Rex diceret, ut animaduerteret ſe iuuenem eſſe, reſpõdit, Potius eſt ab homi nibus morti datos ſpẽ expectare à Deo, iterũ ab ipſo ſuſcitandos. Si hic ſanctus adoleſcens rationibus humanis duceretur, diceret, malum eſſe pferre ſe excoriari. Fides autẽ eum aliud erudiebat, quapropter tã cõfidẽter mortẽ pferebat. Eo ꝙ homines hãc ſpem in laboribus cõſtituti non habẽt, plurima paſſim peccata committunt, atque ut à modico temporali labore liberentur, ad
Iſai. 33. æterna ſupplicia toleranda obligantur, qui bus dicit Iſaias, Cõcipietis ardorẽ, & parietis ſtipulam. Etenim omnes illicitę negotia
27 tiones, uſuratięque connẽtiones, quas ineunt, ut à temporalibus neceſſitatibus liberentur, ſunt quaſi ſtipulæ, quibus in inferno ardentius comburentur.

Vt igitur Dominus corporalẽ illius turbæ neceſſitatem ſpiritalemque diſcipulorũ ſuorum defectum reficeret, atque utrique perfectam de ipſo conciperent ſpem, dixit eis, *Facite hoĩes diſcũbere.* Et ſic ordine cõ ſedẽtes ita refecit, ut multũ eis ſuperfuerit. In quo docemur, ſi ordinate, atque modera tos faciẽtes ſumptus uixerimus, plurima nobis ſupereſſe poſſe quib. pauperũ neceſſitatibus occurramus. Quę à Deo ſunt, or- 28
dinata ſunt: ait D. Paul⁹: Prẽcipiebat De⁹, Rom. 8.
ut ſacrificia ordine offerrẽtur. Sacerdotes (ī Leui. 1.
quit) ſubijciẽt in altari ignẽ ſtrue lignorũ ante compoſita, & membra, que ſunt cæſa, deſup ordinãtes. Nihil ī ſacrificijs ordinis expers De⁹ eſſe uolebat, ſicut hic apparet. Quãto igitur magis in cibis, ueſtibus, faſti buſque noſtris ordinẽ eſſe uolet? Ezechiel Propheta dicit ſe uirũ uidiſſe. Et funicul⁹, (inquit) lineus ī manu eius, & calamus mẽ Ezech. 4.
ſuræ in manu eius, qua menſura uniuerſas res tẽpli metiebatur. Et admirabilia dictu ſunt ea ꝙ ab illo dimenſa fuiſſe dicit, ꝙ oblongo quodã capite recenſent. In quo ſignificatur, in domo Dei omnia dimenſa, atque ordinata eſſe oportere. Si tu Domine, & tu matrona ordinatos, atq; moderatos domi tuæ ſumptus feceris, multa tibi ſupererunt, quæ pauperibus erogare poſſis, ſin autẽ or dine ñ cõſederitis, ſed nimios ſũpt⁹ facien tes quaſi Principes uos tractare uolueritis 29
ne miremini, ſi omnia, ꝙ habetis, ad uanitatibus ueſtris ſatisfaciendum non ſufficiant.

Sedentibus omnibus accepit Ieſus panes, et cũ gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus. Ipſe utiq; Dominus, qui egenis panem erogabat, gratias agebat. O admirabilem doctrinam? diſcite fratres mei ex hoc diuino magiſtro. Etenim cũ pauperibus eleemoſynam tribuere uelletis, prius uos ante Dominum proſternere, illiq; gratias agere deberetis, quia ad bonum iſtud opus faciẽ dũ cor ueſtrum excitauit, diuitiaſq; uobis conceſſit, ex quibus pauperibus ſubuenire poſſetis. Largiorem namque eleemoſynam recipit, qui eleemoſynam elargitur, quam pauper, qui ea afficitur. Ideo dixit ſponſus Canti. 4.
ſponſę, Duo ubera tua ſicut duo hinnuli capręgemelli. Cõfert Spiritus diuinus ubera lac pferẽtia hœdis illud ſugẽtibus, in quo mirabiliter ſignificat, miſericordia uti (hoc 30
eſt. n. ubera lacte manãtia habẽte) poti⁹ accipere, q̃ dare dici poſſe. Vnde in hoc ſignificat, ꝙ dare tuum eſt accipere. Ideoq; iuſtum eſt, ꝙ cum bona tua propter Deũ diſtribueris, plurimas Deo gratias agas. Etiã quatenus homo ętterno Patrī initio illius conuiuij gratias egit, illaſque in prandio-

rum suorum sine semper referre consueue
rat, ut patet in ultima cœna, qua finita ut di
cit Beatus Matthæus, hymno dicto exierũt
Matth. 26. in montẽ Oliueti, quod fecit, ut nos gratitudine uti doceret, ne ad mensã sedeamus,
& ex illa consurgamus quasi animalia ra
31 tionis expertia. Miserabiles sunt uisu homines quotidie ad opiparas, exquisitissimisq́ epulis refertas mensa confidentes, qui tamen summi benefactoris sui adeò immemores existunt, ut ne oculos quidẽ illorũ omnium largitori gratias acturi in cælum
Isai. 4. erigere recordẽtur. O terribilem ingratitudinem! Leuate in cælum oculos uestros, & uidete quis creauit hæc, dicit Isaias Quomodo, ò ingrate hõ ex isto ferreo pectore, unum saltem uerbum nõ profers: quo Dominum suauissime benedicas, qui te tã abũdanter reficit, cum plurimi sint pauperes meliores te, & in maxima necessitate cõstituti? Christus filius Dei uniuersi orbis hę
32 res, ac Dominus pro modico pane hordeaceo æterno Patri gratias agit: tu uerò pro tot, tamq́ue diuersis, ac splendidis cibis, ne scis os aperire, & dicere: O benedictus sis Domine, Angeli pro me tibi benedicant. quia mihi indigno tam abundanter prouidisti. Time igitur infœlix, ne te Deus istis omnibus priuet, tibiq́; pro tanta ingratitudine uitam comminuat. Si autem, præceptis beneficijs gratias Deo egeris, diuinam misericordiam ad plura in te dona cõferẽda inuitas. Et ideò, p eo quod nos legimus:
Psalm. 62. Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, alij uerterunt: Tanquam adipe, & pinguedine satiabitur anima mea, cum labijs exultationis laudabit os meum, id est, tunc spiritalibus delicijs, ac bonis omnibus abundabo, cum tuam erga me mirabilem beneficentiam Domine lætissimis, ac iucundissimis uocibus collaudabo.

Sequitur in textu. *Et distribuit discũbentibus.* O Christe fili Dei liberalissime Do-
33 mine, ut qd panes confringis? Nunquid singulis integros panes nõ potes erogare? Optime utique hoc facere possum. Veruntamen uolo homines erudire, qd q̃diu i hoc sæculo uiuunt, panẽ integrum sperare non debent. Etenim in hac uita omnia diuisa, & confracta tribuuntur, etsi homines integrũ panem exquirant, nequaquam illum inue
Simile. niẽt. Est quisquã diues nobilis, bene moratus, huic autem est uxor ipsius indoli repugnans, & dicit, Si hoc scirem non uxorem ducerem, etsi dimidium totius orbis mihi daret. Ecce hic est panis diuisus. Alius maxima diuitiarum abundantia affluit, uxorẽq́ue iuxta animum suum duxit: attamẽ nõ habet liberos, ecce diuisum panem. Idcirco sursum corda, sursum corda fratres mei, ubi 1. Re. 16.
panis est integer. Cum Dauid paruulus qui 34
dam esset ouium pastor, illum Deus paulatim sublimauit, quousq; ei regni Israel gubernaculum commisit. Et tamen illi hęc omnia diuisus panis, non autem integer es
se uidebantur. Et sic dixit: Satiabor cum ap Psalm. 16.
paruerit gloria tua. Valde etiam notãdum est Dominum conuiuium hoc fecisse, turbamq́ue rebus tantum necessarijs, non autem plurimis ciborum generib⁹ saturasse. Quod quidem ad nostri confusio nem effecit, sic quadraginta annis populum Israel modico cibo sustentauit, omneſq́ue reficiebãtur. Vorax corpus suum quasi Deum tractat: sobrius autem stomachum quasi mulam suam cibat. Epulo cibis satiatur cogitat intra se quid noctu, quid ve crastina die
manducabo? Temperatus autem sic se ha
bet cum stomacho suo, quasi tu cum mula
tua, cui hordeum taxas, & per mensuram il
lud ei porrigis: nõ quidem propter nimiã 35
parcitatem, sed ne illi officiat, atq. hordeo obtundatur, sic utique uir iustus stomachũ suum tractat. Aulus Gellius refert Romæ Aulus Gellius lib. 2.
non permissum fuisse conuiuiũ aliquod celebrari, nisi prius conuiuantes duo se p ęsturos esse iurarent. Alterum se non plures sumptus esse facturos, quam ea quæ duodecim sestertijs (quorũ summa hodierna die uix quatuor nummos argẽteos complet,) singulis conuiuis emeretur. Alterum uerò, se extra Romam ab alijs ciuitatibus uinũ non esse allaturos, hoc autem in maximis festiuitatibus permitti consueuerat, O quãta hic Christianis uiris Euãgelicæ legis professoribus alapa infligitur, qui adeo effræna
te cibis, potibusq́ue se tradiderunt, Ethni- 36
cos i psos prodigalitate, atque ebrietate lõge maxime superarint. Quæ cũ ita sint fratres charissimi, pudeat nos tantæ uoracitatis, nec Ethnicos nobis excellere patiamur. Sed diuinum magistrum nostrum studiosissime imitemur, suamq́; nobis gratiam
hic conferet, atque in futuro cę
lestem gloriam largie-
tur, Amen.

(.·.)

Feria

Feria IIII. post Dominicã IIII. In Quadragesima.

Præteriẽs Iesus uidit hominem cęcũ à natiuitate, &c. Ioan. 9.

Gene. 8. 1 IN plurimis sacrę Scripturæ locis mirabiliter Dei misericordia elucet, ait enim Deus. Post diluuium nequaquam ultra male dicam terrę propter homines, sensus enim & cogitatio humani cordis in malum pronę sunt ab adolescentia sua, admiratione digna ratio, non maledicã quã hoĩes mali sunt. At uero hãc
Gene. 6. ipsã ob causam dixerat, se mundũ euersurum. Videns (inquit scriptura) Deꝰ q̃ multa malitia esset i terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malũ omnia tẽpore dixit. Delebo hoiem quẽ creaui à facie terræ; quo igitur ait, nõ maledicã, quia in malũ proni sunt? sed in hoc ipso uel maxime Dei misericordia elucet, q̃ imbecillitati nostræ cõpatiens, nec summo iustitię suæ rigore utens ignoscit. Quare his uerbis nequaquã ultra maledicã, illud significat, si ut ipsi
2 mererentur puniendi essent, semper essent puniendi, quia semper mali sunt, sed malo
Num. 14. mei, q̃ illorum rõnem habere, & profectò si qualia delicta sunt, talia deberent esse supplicia, secundo quoq; mense opus esset diluuio: tales oĩes sunt. Cum seuerã illã sentẽtiam pronuntiasset non uisuros terrã promissionis, qui se decies tentauissent, ait statim, qin Amalechites & Chananæus habitãt in uallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinẽ maris rubri. Quamuis iratus
Isai. 27. de via, & hostibus, admonet, & misericordiæ suæ obliuisci nõ põt. Cum populo suo esset iratus, iram his uerbis euomuit. Quis dabit me spinam, & ueprẽ? in prelio gradiar super eã, succẽdam eam pariter? id est, quis dabit, ut fiam vepres & uineam meam cõburam? hoc ait quasi inuitus puniat. O Dei
3 bonitatem ineffabilem, ut in hoc maxime
Hie. 12. suã ostendit misericordiam. Cũiterum populo suo esset iratus, dixit. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meã, quasi diceret, actum est, actum est. Fuit iam tempus illud cum hos amabam, nolunt mihi obtemperare, & ideò eos tam desero: dumq́ue sic irasceretur, misit Prophetã qui diceret; hæc dicit Dñs: Aduersus oĩes uici nos meos pessimos, qui tãquam hæreditatem, quã distribui populo meo Israel ecce ego euellã eos de terra sua, & domũ Iuda euellam de medio eorum, id est dabitis pœnas, quia in populum meũ iniurioſi estis, nec uicinitatis iura seruatis. O infinita Dei charitas cũ 4
iniuria afficiunt, sibi illatas iniurias obliui scitur, & pie fert opẽ, paretis instar, qui dũ coercet filium, & minis deterret, si in ipso Simile.
iræ impetu ab alio iniuriã filio factam nuntient, omittit filium, & in eum conuertit iras, ita & Deus noster suorum iniurias ut ciscitur, & suas obliuiscitur. Cum populum acerbe reprehẽdisset illis uerbis: Oĩs mensæ repletæ sunt uomitu sordiumq́ue, ita ut nõ esset ultra locus, subdit paulò post; idcir cò hęc dicit Dñs Deus: Ecce ego mittam in
fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum, in fundamẽ Isa. 28.
to fundatũ, id est, Christum, dicere iure potuisset: Impij Iudæi, quia me offendistis delebo vos, leones, belluasq́ue mittã, quæ vos uiuos assumant; & tñ ait: Redemptorẽ mittam, qui uos redimat à peccatis. quidnã uo 5
bis de hac misericordia uidetur fratres charissimi? Nullus erit finis, si infinitos hic sacræ Scripturę locos afferre uelim, in quib⁹ summa Dei in nos misericordia ostẽditur: inter eos præcipuus hic est hodierni Euangelij, cũ ait: *Præteriens Iesus uidit hominem cæcum a natiuitate.* Et ante hæc uerba posi tũ est aduerbium tũc, quo, temp⁹ cum hoc factum est significatur, id est, cum Iudei, Dei filiũ lapidare uoluissent, & lapides adhuc manu tenerent, ille ijs elapsus ante tẽpli fores stetit, ut diuinũ hoc, & singulare miraculũ faceret, q̃ summũ erat in eos beneficium, & misericordia, tunc se ea in re uerũ Deũ ostendere, cũ se illi indignos maxime p̃buissent. Bñdictus, & laudabilis sit tã pius, & misericors Dñs, & quodnã erit mar
mor durũ, q̃ frangi, & ad eius amorẽ allici Simile.
nõ possit? Ex perẽni, & naturali fonte ꝑpetuo manat aqua, haurias licet quantumuis 6
aquæ, aresçet nunq̃ fons uerò arte, & industria factus, nisi aquã suppedites, aresçet citò, ut in hortis q̃ plurimis uidere est, ubi ex artificiosis fontibus aqua deriuat. En Christus uerus amoris, & misericordiæ fons, qui quamuis hoĩes honorem, uitam ipsam, & spiritum illi uellent adimere, semper tamẽ tanquam uiuus, & perẽnis fons, singularia bñficia in homines effudit, eos iugi miseri cordię suę lauacro recreans. Ec idem agunt

eius

eius imitatione iusti,q nõ pro malo malũ, sed bonũ ꝓ malo reddunt,ut D.Paulus,& eius socij agebãt. Et ideò dicebat:Blasphemamur,& obsecramus,is,qui perfecto Dei amore caret, & in qua solida charitas non
1.Cor.4. est,nisi aquã suppeditas, nisi ei bene facis, quanto magis si male facis,statim ab amando,& bene faciendo cessat,in quo offẽdunt se nõ esse ueros,& perẽnes fontes,ideſt, ueros diuini præceptoris imitatores. Neq; so
7 lum non bene faciunt, sed si possunt male faciunt at non sic sanctus ille Ioseph,
Gen.42. quamuis Euangelicã legem nõ profiteret, de quo in Gen.dicit: Cũ fratres suos in potestate haberet,a qbus tot fuerat iniurijs affectus,recordatus somniorũ, quæ aliquando uiderat,nõ dicit iniuriarũ recordatus,sed sõniorũ. Et ita de ijs non modo pœnas nõ sumpsit,cũ posset,sed beneficus in eos fuit,& li
Psalm.58. beralis. S.propheta Dauid aiebat: Fortitudinẽ meã ad te custodiã, qa susceptor meus es: Nolo uiribus uti ut inimicos meos ulciscar,sed ut illis seruiã tibi,qñquidẽ tam be
8 nigne me recipis quoties ad te peccator redeo. Pudeat sane nos,q grãtiæ legẽ hẽmus, & tñ uires uolumus,& potẽtiã, ut eos ulci
Chrysost. scamur,q nos,uel uno tñ digito tangunt. *Prætertens Iesus*. Collegit hinc D.Chrysostomus doctrinã ualde ijs necessariam,q uxorẽ,& familiã hẽnt,& quẽadmodũ Christus Redẽptor noster eorum se oculis subripuit,qui cũ lapidibus impetebãt,ita,& mulier mariti iratí fugiat aspectũ,& ecõtra, ut pax,& cõcordia seruetur. Si duo uestẽ in di
Rom. 12. uersas partes trahunt,hinc unus inde alius, scindit uestis. Et ideo D.Paulus. Si fieri põt, q ex uobis est,cum oĩbus hominibus pacẽ habentes, non uosmetipsos defendẽtes fratres charissimi,sed date locum irę. Animad uertite obsecro uerbũ illud, si fieri posset, q alijs præceptis nõ apponitur, sed absolute dicit,hoc,uel illud agite. In quo rei hui⁹
9 difficultas significatur,summo labore,& studio opus esse, & sexcenta prope artificia inquirenda,ut pax ista conseruetur, optimè prius habere cognitũ oportere illius ingeniũ,& naturã cũ quo agendum nobis est,& ita stultorum non est nosse pacẽ conseruare,sed prudentium. Prudens enim omnem operã in eo ponit, ut sciat qũo se gerere in familiaritatibus debeat. Illa uerò,non uosmetipsos defendentes,significant non esse quęrẽda uerba cũ animi obstinatione,& ira ut id tandem fiat q uolumus. Prętera,nõ uosmetipsos defendentes, ideſt, uendicantes,ut Nabuchodonosor iurauit per regnũ suum, quod defenderet se de omnibus regionibus,ideſt,q ulciscereturse. Sed date locum iræ,& hoc subducẽdo nos ab iratorum aspectu,aut saltẽ benigne& placide respondendo. Nam quemadmodum si suber [*uulgo,corcho.*] ferro uerberes suberis mollities,recipit quidẽ ictum & ferrum admittit, sed ita detinet,ut nec extrahi,nec lædere possit,ita iræ ferrum mãsuetudinis mollitie receptum,ita in eo adhæret,ut ad uulnerandum extrahi non possit. O cęlestẽ doctrinam, q uos fratres dñs edocuit neque solum plurimas suæ maiestatis offensas sic euitabitis, sed pretiosas quoq; coronas in eius cõspectu lucrabimini. Refert Iob suos amicos ei dicere solitos. Vbi est timor tuus fortitudo,& patiẽtia tua & perfectio uiarũ tuarũ? Ante perfectionẽ patientia ponitur, ut significetur,seruorum Dei perfectionem esse res aduersas forti animo tolerare, & ꝑcipuè proximorum inimicitias, quæ maximum nobis negotium facessere solent. Iudit.5. Simile. Iob.4.

Prætertens Iesus uidit hominem cæcum. Quã dissimilis oĩno est Dei oculus, oculis
11 regum & principium huius sęculi,istorum oculus lædit,& cæcat quos aspicit,q cęci & quã glorioſi incedunt plurimi,qa eos Rex in oculis hẽt, at Dei oculus uisũ cęcis restituit. Præterea cũ in uos hoĩes oculos inijciũt,id agũt,ut iudicẽt, & qequid agitis uitio uertant,& calumnientur. Et ita Iob plagis uulneribusque plenus aiebat. Nunquid oculi carnei tibi sunt,aut sicut uidet hõ, & tu uides? Habes ne dñe oculos hominis quã doquidẽ ita me uulneras? minime uero,hõ. n. malitioſe aspicit, & iracundæ ꝑsequitur ut euertat, Deus amanter aspicit, & uulnerat,ut erigat aĩam ad coronã,& præmium. Iob.10.

Mõtem in quo Angelus iussu Dei Abrahæ
Gen.22. dextram detinuit,hĩj capiti imminentem, ait Scriptura appellasse Abraham, Dominus uidit, ob singulare illud beneficium Dei, quia hoc Dei uidere est. Vidit igitur
12 hunc cęcum, ut eius cæcitate mederetur ante quam cęcus ab eo misericordiam peteret,ipse sua spõte accurrit. Discite fratres ab hoc diuino pręceptore benefacere, etiã nõ petentibus,attendite obsecro singulare mysterium,q ad hanc rem facit. Quemadmodum sanguis pretiosissimi Christi Redemptoris nostri uocatur redemptio peccatorum,ita etiam eleemosyna redemptio

ꝑ ecca-

peccatorum appellatur,licèt dispari modo intelligendũ sit,vt Daniel dixit: Nabuchodonosor,peccata tua eleemosynis redime,
Dan.4. quæ magna est eleemosynæ laus;q diuites estis,neq; eleemosynam datis,audite hoc, quod uos terrebit, siqua inest in uobis rõ: Quã difficilis esset salus diuitis,& in paupe
13 res crudelis, sic declarauit Christus Redẽ
Luc.16. ptor noster: Si ergo ĩ iniquo Mammona fideles nõ fuistis,qđ uerũ est,quis credet uobis? heu uos infęlices; si uestrorũ bonorum fideles administratores non fuistis, quę falsa,& uana sunt,nec in pauperes distribuistis;qũo Deus dabit uobis quæ uera & solida bona sunt? i. dona & beneficia spiritualia? ait Dñs: Ille non dat pauperi eleemosynam,nec ego illi dabo uirtutes, cũ pauculos nummos quos illi dedi dispensare nesciat. Si in hoc peccat,qd faciet in eo quod præcipuum est? ò rem omnino timendam. Auditis hęc diuites & non contremiscitis? si estis luxurioſi, iracundi,guloſi, superbi, & uani,hoc ideò est, quia Deus uobis humilitatem,patientiam,temperantiam, castitatem dare non uult,quia uestra in pau-
14 peres crudelitate,ijs uos ĩdignos redditis.

Cùm uidisset Iesus cęcũ,& staret: *Interrogauerũt eum discipuli eius, Rabbi quis peccauit,&c.* Nec hic peccauit, nec parentes eius: non quod ille, & parentes ei⁹ carerẽt peccato: nã originale peccatum satis erat, ut cęcitas esset pœna peccati. Nam per quã ianuã potuit ingredi elephas,poterit & formica. Si per unum hoĩem peccatum intrauit in mundũ,& per peccatum mors (ut ait
Ad Ro. 5. D.Paulus) igitur & cæcitas intrare potuit.
Gen. 45. Sed dixit Ioseph fratribus suis, nolite pauere,non uestro consilio,sed Dei uoluntate huc missus sum, i. nõ uestro peccato,sed diuinæ prouidentiæ hoc tribuendum est, quãuis uere peccatum fuit fratrem uestrũ uendere. Ita quoq; hic Dñs, quãuis cęcus peccasset, nõ tñ ideò cæcum esse ait, quia peccauit: *Sed ut manifestantur opera Dei in illo. Me oportet operari, &c.* Et ne qs existimet eum solũ oportere operari donec dies
15 est,addidit statim: *Venit nox quando nemo poterit operari.* Vtinam aĩaduerterem⁹ hęc uerba,in quibus docet nos diuinus Magister,ut quẽdmodũ salutis nostræ opus semper habebat in oculis,quã ob causam missus à patre fuerat in mundũ: & quocũque momento tpis id cogitabat unũ. Hic erat cibus,hic potus,hic somnus: ita quoq; nos eum quantumcunq; possimus imitando,illud semper & in oculis haberemus, & aio. Ad quid creati natiq; sumus;s. vt Deũ amaremus,illi seruiremus, & bonorũ operum exercitatione ęternã beatamq; uitã consequeremur. Et hoc summa diligentia, & industria;qa uenit nox,qñ nemo potest operari,& qñ hoc tandẽ futurũ sit, hodie ne an cras incertũ est. Tam breuis est huius uitę cursus, ut meritò hic à Dño dies uocetur. D.Ioannes breuiorem fecit,dicẽs: Fratres 16
nouissima hora est,quin ẽt nec mortalium
1. Ioan. 2. quisquam est qui uitę suę horã certam habeat,nec qui dimidiã,nec qui centesimam horæ partẽ,& ideò S.Iob breuiori termino
Iob.10. circunscripsit,dicens. Gaudium hypocritæ ad instar pũcti. O summã hoĩum cæcitatẽ, qui cum tam breuis & incerta sit uita, ita uiuunt,ac si certũ multorũ annorũ numerũ essent à Deo stipulari. D.Augustinus. Augustin.
quodã ait. Nonne fragiliores sumus,quã si uitrei essemus? uitrum.n. etsi fragile est,tñ seruatũ diu durat,quod tñ homini non cõtingit,quanuis se optimè curet & delicatè. Qđ si hoc ita est,q d ò peccator expectas? Simile.
cur nam non incipis operari,& salutis tuæ opus aggrederis? Si ueniens in hac urbem
17 Rex, uestrũ alicui diceret duo,aut tria aureorum millia annui redditus tibi cõcedo, ea lege, ut tu ipse tibi priuilegium scribas, ego uerò subscribã. illud tñ moneo me intra horã discessurum,etsi semel discessero, nulla tibi erit reliqua spes: dicite obsecro, nõ festinaret quisquã uestrum charissimi, etsi amicus aliquis interueniret, qui diceret,heus tu quid agis? accede huc, ludam⁹, confabulemur: nõne rñderet iratus,apage cum tuo ludo, & confabulatione: sine me obsecro; nã properãdum mihi est. Iuberes ẽt pessũlo claudi fores,ne quid te impedire posset. At quanto maior est cœlestis gloria huius uitę bonis? hanc Deus pollicetur ijs qui diuinæ suæ legis præceptis obtempera
18 uerint,nec tñ uobis certi tpis præscribit, quantum unius horæ spatio continetur,cur igiꝝ tanta negligentia & incuria? cur deteriores quotidie estis? O miserã Adæ filiorũ stultitiam quam parui æstimãt,& ut uilem contemnunt, rem oĩum pretiosissimam? Refert Albertus Magnus. Si forte equus i Albertus
leonis uestigij pedem ponat, statim consi- Magnus.
stere,nec ultra compelli posse,sed retrogradi. Leonem rugiẽtem appellauit D.Petrus 1. Pet. 5.
diabolum: cum itaque homo suos affectus

qui aię pedes sunt,in eius vestigijs figit,& in eo insistit quod hic leo in hoc mũdo impressum reliqt, nempè,superbiæ, iræ, inuidię,& libidinis uestigijs, tunc non solũ ulterius pergere non potest:sed equo similis retrò cedit. Hoc summo cũ dolore deplorabat Esaias,dicês: Væ gẽti peccatrici, &c. Alienati sunt retrorsum,i. vt bestiæ,quod ante est non spectant, illud aũt belluinam hanc stupiditatem excusatione indignam reddit,quod cum de lucro alieno,aut dãno tpali agitur,quod post mortem expectaĩ, statim uos ea cogitatio sollicitat,& perturbat,posse uos morte opprimi repentina.Et ita illud amitti,de huius uero mortis præparatione,de cæli lucro,de inferni damno, ubi perpetuò estis cõflagraturi,dum Deus, erit Deus, nec minima quidem cogitatio, ac si immortales oẽs essetis. Potest ne quid quam esse,aut magis mirãdum,aut magis timendum?Si quis Regis officium,aut beneficium habet quod eundẽ cum uita terminum habeat,mirum est videre solicitudinẽ,& curã, ut illud ad hæredes, & filios transmittatur nulla interponitur mora,ne fortè ante moriatur. Ideo timẽt mors, qa cum uita pecunia amittitur,non quia cum morte tpali venit æterna. Quis nõ miretur cum uideat hoium curã in rebus caducis, & in reb⁹ æternis incuriam? & hinc pater, quam sit eorum stultitia deploranda. Ideò Esaias ait, q uides multa nõne custodies, qui apertas habes aures,nonne audies?i.tu qui ita solicitus es de reb⁹ terrenis, nõ eris de cœlestibus?quod si putas peccator q̃uis modo negligenter viuas, mortis tpe facilè id posse corrigi,uide quid dicat D.Hieronymus,uerba illa exponẽs Hieremiæ:In tpe afflictionis dicent, surge & libera nos(ait) impudens postulatio, ab eo quærere auxilium,quem in prosperitate contempseris. O uerba oĩno metuẽda, uocat sanctissim⁹ Doctor postulationem impudentem mortis tpe Dei misericordiam implorare,quẽ in tota uita cõtempseris, ut significet q̃uis salutis spes nulli sit auferenda,si adhuc uiuat,tñ pniam extrema illa mortis hora esse oĩno periculosam, in ijs potissimum, qui eo usq; in suis peccatis obstinati perse uerarunt.Et ad hoc cõfirmandum Adrianus summus Pontifex terribilem quãdam D. Hieronymi sniam affert(si ea tñ D.Hieronymi est) ea hæc est, uix ex centum milibus hoium,quorum mala fuit uita, in mor te diuinam indulgentiam obtinebit unus. De cuius sniæ ueritate mihi disputare non conuenit;fortasse id ita augendæ rei gratia dixit,ut unusq;sq; sibi caueat & dicat:*Oportet me operari donec dies est. Venit nox, &c.*

Hæc cũ dixisset, expuit in terram. Non expectat liberalissimus Dñs suam à cæco misericordiam peti, ipse sua sponte prior accurrit.O quot, ac quanta à Deo beneficia accepimus, antequã ea ab illo peteremus. Sed ille puenit,ut maiori nos amore deuiniciret. Hoc Deus Iob significauit, cũ dixit: Vbi eras qñ ponebam fundamenta terræ,i. num terram tua causa creaui,tot herbis & arboribus exornatã,tot aquis & fontibus irriguam,tot fructuum & alimentorum parentem,tot auibus, tot belluis refertam,& id omne tua causa,tu ubi eras?adhuc nat⁹ non eras.Cum maximam hanc, & pulcherrimam domum præparabam, & mensam tam splendidam apponebam. Hoc ipsum beneficium proposuit Moyses filijs Israel, dicens: Qñ diuidebat Dñs gentes,cum separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerũ filiorum Israel, ideſt,ab initio mũdi signauit Deus terram quam populo suo daturus erat in hæreditatẽ. Quàm uerè possumus dicere,ubi eras, ubi eras Christiane cum Deus sacramenta gratiæ & sãctificationis plena instituebat? vbi eras qũ cum in peccatis esses,& Dei tui oblitus præueniẽs Deus te excitauit è somno,percutit cor,& ad se conuertit?ubi,ubi eras?& ita Dei beneficia potes cogitatione percurrere à Deo accepta, q̃ nec petebas, nec etiam recordabaris. O te ingratum si hoc non cognoscis. Hęc beneficia uoluit Deus significare cum dixit;Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iaciat semen tem in terram & dormiat, & semen germinet,& crescat,dum nescit ille. Hac similitudine docemur,dum nos nostrorum obliti dormimus, paterna cura, & solicitudine uigilare Deum. Benedictus sit talis Deus, benedicta talis liberalitas, cogita homuncule cœlesti huic misericordiarum patri debeas; quid tibi fiet, nisi hunc unum amas,& huic soli seruis?

Postquã cæcus iste uisum recuperauit, ut corpore mutatus est,ita & aĩo,nam qui ad templi ianuam petebat eleemosynam, tantos mox sumpsit aĩos,ut tota illa Pharisæorum turba, & eorum insidiæ eum de sua fide dimouere non potuerint,sed in ea per-

Esa. 1.

19

Simile.

20

Esai. 42.

Hieron. super c. 2. Hiere.

21

Adri. 4. sen. q. 1. de pœni.

22

Deu. 32.

23

24

Marc. 4.

permanens negotium illis faceſſebat, eius honorem,& gloriam tuendo,à quo uisum acceperat. Hęc est seruorum Dei uirilitas & fortitudo,pro diuini honoris defensione inimicitias susçipere. Occidi pñt,& flecti nequeunt,ait D.Augustinus. Hi sunt fidei & amoris effectus:corde creditur ad iustiAugust. tiam,ore autem confessio fit ad salutẽ, ait
25 Rom. 10. D.Paulus:Mirum est cur B.Apostolus iustificationem,qua peccator fit iustus, cordis fidei tribuat: salutem uero,i.gloriæ consequutionem oris confessioni,quasi id quod ad iustificandum satis est, ad glorificãdum non sufficiat.Fidei dico iustificationem tribui,quia fides ianua quædam est,ad id omne cõsequendum,quod ad iustificationem requiritur;& ita ea uerba intelligẽda sunt, corde creditur ad iustitiam,i. consequendam. Nam aĩa post iustificationem diuinæ legis præceptis deuincta remanet,& ea exequi debet,quia si secus faceret,iustificationem amitteret:& qñ fidei confessio, aut signis,aut uerbis obligatoria est (cum id necessitas postulet)peccati mortalis pœna constituta,q̃is uitæ periculo fiat. Quia(ut ait Luc. 9. Dñs:) Qui me erubuerit,& mors sermones,hunc filius hoĩs erubescet, cum uenerit in maiestate sua,ideo ait D.Paulus. Cõ
26 fessio fidei ad salutem fit,i.consequendam. Et quia hoc unum est ex maioribus Christianę religionis præceptis:ideò B. Apostolus noluit eam sniam absolutè afferre, sed Theod. statim probauit,ut ait S.Theodoretus,prio rem quidem partem ex Esaia dum ait,dicit enim Scriptura:Ois qui credit in illum nõ Esai. 28. confundetur.Posteriorem uerò (.s.confessio fit ad salutẽ) ex Ioel,& ideò subdit paIoel. 2. lò post:Quicunq. inuocauerit nomẽ Dñi, saluus erit.Et inter ea uerba cum dixisset, idem.n. Dñs oĩum, diues in oẽs,addit statim;Qui inuocant illum, & qũo inuocandus?cum amore,spe,obedientia,cum hac cęci huius confessione, qui dixit: *A sæculo nõ est audi tũ,quia qs aperuit oculos cęci nati.* Ferre hoc Pharisęi non pñt,& ita indignati sunt ut ejcirent eum foras.Sed ejectum
27 ab hominibus recipit Deus;nam cum audisset Dñs eum à Pharisęis ejectum,quæsiuit,& inuentum solatus est.O q̃ uere sum Ioan. 16. ma ueritas hoc dixit:In mundo pressuram habebitis,in me autem pacem:horum uerborum sententia hæc est,tantam esse bonorum magnitudinem, ut eam mundi huius angustiæ capere nõ possint,& ideò pręmuntur. Si thoracem induitis angustum,statim defatigamini,& examinari dicitis,& respirare non posse, Videtis quę sit mundi huius magnitudo,maior tamen est iustus,cui mundus angustus est,solus Deus, qui immensum est,& infinitum spatium,iusto latus videt,& amplus:& ideò ait,pacẽ in me habebitis.Angustus uidebatur mundus D. Phil. 1. Paulo,& ideò dissolui cupiebat & esse cum 28 Christo. Alia snia est,& fortasse magis propria,eos qui Deo inseruire cupiunt à mundo premi & conculcari solere,sed in Deo pacem habere.

Simile.

Cum inuenisset Iesus hunc cæcum,se illi detexit,dicens,se esse Dei filium. *Qui loquitur tecum,ipse est.*O incomprehensibilia Ioan. 4. Dei iudicia; tot annorum millia expectatus,cui se manifestet; attendite Samaritanę,& cæco, illa concubina, hic pauper,ut nimirum pauperes consoletur,& peccatoribus animos addat, quo libentius & alacrius ad eum accurrant,qui non modo eos non reiciet,sed extensis brachijs amplectitur.Et si debita præparatione accedunt, suam largietur gratiam, qua gloria acquiritur, ad quam nos perducat idem Iesu, 29 Marię filius, Amen.

Feria V. post Dominicã IIII. In Quadragesima.

Erat quidã languẽs Lazarus à Bethania de Castello Marthæ, & Marię sororum eius,&c. Ioan. 11.

ILLVD prius in hoc Euangelio notandum occurrit, quòd cum essent duæ istæ sorores nobili ge 1 nere ortæ, nulla de nobilitate fit mentio, sed tantum de amore Domini erga illas, de pietate Magdalenę,& de fide Marthæ.Hoc enim est quod Deus plurimi facit, & homines æstimare debent, quia cætera omnia parum ad rem faciunt, & parum omnino prodest nobilitas si est coniuncta malitiæ. Cum ageret D.Paulus de Hebræis, qui se de Abrahæ stirpe iactabant,ait Non oẽs qui ex circuncisione sunt Rom. 9. Israel,ij sunt Israelitę,neq; qui semen sunt Abrahę oẽs filij.Et explicat seipsum Apostolus, dicens,i.non qui filij carnis, ij filij

Dei,sed qui filij sunt promissiones æstiman
Ioan.3. tur in semine,i.in ueros filios Dei. Duo
sunt ortus,ut docuit Christus Redemptor
nostet,carnalis unus p quem ab Adã descẽ
1.Cor.5. dit,& eius sit particeps humana natura,sed
ẽt culpa, quia quod natũ est ex carne caro
est. Et Paulus ait:Primus hõ de terra terre
nus,secundus hõ de cœlo cœlestis, qua-
lis terrenis tales terreni, & qualis cœle-
stis, tales cœlestes. Alter ortus spiritualis
2 est,per quẽ nascitur hõ ex nobiliori, & al-
tiori principio, & per quẽ hõ Dei filius fa-
ctus est,quia quod natũ est ex spiritu,spũs
est; & semen istius generationis est uerbũ
1.Cor.4. Dei. Ita dicebat D.Paulus per Euãgelium:
Iacob 1. Ego uos genui. Et D.Iacobus:Volũtariè ge
nuit nos uerbo ueritatis,ut simus initiũ ali
quod creaturę eius,i.ut simus noua creatu
ra nouitate gratiæ:& hi iusti sunt illi,quos
operãdum sit:quod si fieret, meliores esset
Athenodorus. omnino rerum nostrarum euentus. Athenodorus Philosophus Octauiani Imperatoris
præceptor ab Imperatore discessurus iã se-
nior,cum ab eo rogaretur,ut utile aliquod
consiliũ ei relinqueret:Libẽtissime(inquit)
ira aut affectu aliquo perturbatus nihil di-
cas,aut agas,antequã totas Abecedarij lite
ras memoriter pcurras.Optimum quidem D. Ambr.
consilium,quod Diuus Ambrosius extẽdit
magis cum Theodosio Imperatori dixit,ut
posteaquã aliquem morti data sententia cõ
demnasset; eã nisi post triduum nõ exeque
retur. Athenodori consilio parebat Dauid
ꝙ de se ait.Turbatus sũ,& non sum locut⁹:
Cui si paruissent Iudęi,nunquam ita Chri-
sti Redemptoris nostri nomen blasphemas-
sent.Sed quia iram & paruum illum animi
affectum nunquam deposuerunt,ideo tam 33
cæci erant,quin etiam plus cum hoc secun
do dixerunt,quam cum primo.Nam quoti
die crescebat cæcitas,qua Domini uerba a
uero sensu flectebãt,quia cum ille de mor
te æterna loqueretur,ipsi de morte tẽpora
li intelligebant. Cum auditores quicquam
à ꝑdicatore audiũt, quod non intelligunt,
statim eum erroris, & ignorantię arguunt.
Se ipsos accusent potius,qui illud percipe
re non potuerunt,nec quõ dictũ est,animad
uertunt: & antequam de prędicatoris igno
rantia iudicent,ab ipsomet petant,quomo
do illud intelligat, ut sibi explices. Nolite
istorum malignitatem imitari, sine malitia
Catholicam doctrinam audire cum purita
te cordis,& humilitate. Nam ut ait Plutar Plutar. de
chus; Duo sũt quæ impedimẽto esse solẽt, offi. aud.
quominus auditor proficiat, superbia, ſ.& Simile.
inuidia. Istorum enim ingenium doctrinã 32
capere non potest,quemadmodum nec li-
quorem uter inflatus, & aere plenus,aufe-
ras inde aerem,& erit liquori locus i utre,
& in corde,& animo doctrinę,ut eius amo
re incẽsi in ea uos exercere possitis, & det
uobis Deus gratiã qua gloriã cõsequamini,
ad ꝙ nos ꝓducat Iesus Marię filius,Amen.

Feria IIII. post Dominicam In Passione.

Facta sunt encænia in Hierosolymis:et 1
hyems erat,&c. Ioan.10.

CVM esset Iesus in quodam Salo
monis oratorio & encęnia cele Simile.
brarent;circũdederũt eũ Iudæi.
Cũ ceru⁹ exit è ſylua ad æquũ
planumq. locum, tam á filijs quã auenato
ribus, & canibus circundari solet diuersa

ta-

tamen ratione,nã á filijs cũ amore, á uena
toribus uero & canibus,ut occidat.Ita etiã
Dei filius,postea ꝙ exiuit ex densissima il
la ſuisibilitatis ſylua ad hãc naturæ nostræ
planitiem hõ & uisibilis factus alij eum,ut
filij circundant cũ amore & pietate,ut san
ctam eius cælestemq; doctrinam audiant,
alij uero ut mordeant,&interficiant.Tales
2 fuerunt illi,ꝙ circundederunt eũ,dicentes:
Gene.4. *Quousque animã nostram tollis* ? Cuius nã
portẽti causa fuit i animo Cain inuidia.q,
ut nõnulli Doctores referunt, cũ enses tũc
temporis adhuc inuenti nõ essent,morsib.
& dentib.frustatim lacerando fratrẽ inter-
fecit.Vt intelligatis morbi hui⁹ rabiẽ, qua
ita afflictatur animus,ut quiescẽdi cã inau
ditum hoc sæuitiæ genus excogitarit. Et
Iudæ ep. ideo S.Apostolus Iudas in sua Canonica
Cano. ait;Væ illis qui in uiam Cain abierunt, in
uiam autem Cain abeũt inuidi,qui propter
inuidiam innocẽtes oderunt,& pſequunt.
Pater etiam uis huius affect⁹ in sæuissimo
illo facto filiorum Iacob aduersus fratrem
Gen. 37. Ioseph.De quibus dicitur,ꝙ miserũt eum
in cisternam ueterẽ.Res profecto mira, ꝙ
cum esset Ioseph sedecim annorum adole
Gen. 39. scentulus,de quo dicit;Et erat Ioseph pul
chra facie & decorus aspectu:tunc vero iti
neris labore defatigatus,& pedes ter cõse-
3 cerat,ut fratres lætis parẽtis nuntijs conso
laret,nihil tamẽ eos mouere potuerit, sed
cũ occurrere ei debẽbant amplexibus læti
accipere,& de susceptolabore gratias age-
re,in eũ tanq̃ lupi famelici impetũ faciunt;
quos saltẽ fratris ꝑces mouere debuisset,
quarũ postea eorum unus in tribulatione
meminit,cũ diceret: Merito hęc patimur,
Gen. 42. quia peccauimus in fratrem nostrum,vidẽ
tes angustiam aiæ illius,cũ deprecaretur nos,
& nõ audiuim⁹,ita vt videat lachrymis eos
rogasse,ut sibi ignoscerẽt.Verũ nec hoc sa
tis fuit,sed ut rabiosi canes accurrunt se in
uicẽ hortãtes,uenite occidam⁹ eũ.Summũ
4 ãt bñficium uisum est non occidere,sed eũ
in siccã quãdã cisternã ꝓijcere,ut ibi fame
crudelissimo mortis genere cõsumeretur.
Vt ex hoc itelligatis quò humani ꝓcedãt
affectus,ꝙ,nisi initio resistimus, vires pau-
latim sumũt,ut uidistis, & potẽtiores fiũt.
Quid nõ audebũt, si istorum alium ad hoc
sæuitiæ factum impulerunt?Tales,&multo
etiam deteriores erant Iesu Christi Redẽ-
ptoris nostri hostes,ꝙ ira quadã & rabie p-
citi dicunt. *Quousque animã nostram tollis?*

Nõ dicũt aĩas nostras,quia oẽs unius erant
animæ,unius desiderij,unius sentẽtię,& ad
Dei filium occidendũ omnes conspirauer-
rant,& hac concordia omnes dicunt illi: *Si*
tu es Christus,dic nobis palã. Obscure loq,
eis uidebaĩ Christus;ꝙ obscura malo videtur,quę noller audire. Si auaro dicis,ut rẽ
male partã relinquat, & carnali, ut a prauis familiaritatibus caueat,ignota hęc illis, 5
& aliena lingua uidetur. D. Paulus rndet
quorundam infidelium dubitationi,cur tã
pauci ad Christianam fidẽ Apostolorũ præ
dicatione conuerterentur, & ait.Si opertũ
est Euangeliũ nostrum,in ijs qui pereũt,est 2.Cor.4.
opertum,in quibus Deus huius sęculi ex-
cæcauit mẽtes infideliũ,ut nõ fulgeat eis il
luminatio Euangelij gloriæ Christi,qui est
imago Dei.Nemo dicat Euangeliũ esse ob
scurum, nã si obscurum est,obscurũ ẽ filij
perditionis,qui se excęcari sinunt ab huius
sæculi Deo,qui est diabolus,& hoc i suę in
fidelitatis pœnam,id est,quia fidem quam
uero Deo debent,nõ seruant.Et hoc idem
est,quod hic his fidelibus diuinus Magister
respondet. *Loquor uobis,& nõ creditis: sed*
uos nõ creditis,quia non estis ex ouibus meis.
Quis sim iã sæpius dixi,& miraculorũ testi
monio cõprobaui, ꝙ ꝓphetiæ de ipso Mes
sia cecinerũt,sed quia estis filij perditionis
non creditis mihi.Cum alicuius urbis præ 6
fectus alterum sibi succedere uidet,& mul
torum scelerum conscius, eũ sibi futurũ
iudicem cogitat,bis,ter,quater legit regias
literas,dolet deponendũ sibi esse magistra-
tum, & alterius iudicio futurum obnoxiũ.
Et ita an sit calliniç loc⁹ diligẽtissimè cogi
tat.Ita etiam isti minas illas Dei memine-
rant,oblaturũ se esse illis pastoris officium
&aliũ gregi suo pastore daturum,qui ei ma Ezec.34.
iori cura & diligẽtia præesset. His uerbis;
Ecce ego ipse super pastores requirã gregẽ
meum de manu eorum,& cessare faciã eos
ut ultra non pascant gregẽ meum. Præte-
rea eius æqtatem & iustitiã nouerant, qa
de eo scriptũ legerãt:Reges eos i uirga fer
rea(quę inflecti non põt,ut lignea)& tanq̃ Psalm.2.
uas figuli confringes eos. Quid igit facien-
dum erat homnib. malitia plenis ? Regias 7
Christi Redemptoris nostri literas calum-
nijs impugnare,eas falsas,&subreptitias ap
pellare: non à Deo sed à Beelzebub esse
subscriptas: in Beelzebub eiicis dęmonia.
Itaq. potentiæ diuinę miracula diabolicæ Luc.11.
potẽtiæ tribuebant,non aliam ob causam,

quam

quã ne sua illis peccata, & scelera essent relinquẽda. Peto enim quæ causa fuit cur Hebræi postquã ex Aegypto egressi sunt tã p̃ni ad idololatriã erant, cumq; tot Dei uidissent miracula, malebãt tñ idola, quã Deũ illũ admirabilẽ. Quòd eo magis mirũ uidet, quia nulla in idololatria utilitas, aut uoluptas erat, q̃ eos allicere posset, & à uero Dei cultu abducere. Nã si horũ aliqs fuisset, occasio uideret aliqua fuisse peccãdi. Respon
D. Aug. li. 2. de ci. Dei. det D. Augustinus, dicẽs. Vitiorum amatores aliquid habere gaudẽt, quo sua possint uitia excusare. Nulla ãt maior uidetur esse excusatio, quã si dicãt, sua scelera & peccata ab ipsimet dijs, quos ipsi adorãt, esse cõmissa, & ita gratiles cũ essent in uita & moribus perditissimi, infinitã illã Deorũ multitudinẽ habebant, ut sua scelera Deorum exẽplo, & authoritate cõfirmare possent. Et ita quietis pacisq; perturbatores, Martis se tuebãt exẽplo, quẽ belli amatorẽ esse dicebãt. Libidini & uoluptati dediti, Venerẽ se aiebãt imitari. Gulosi & ebrij suũ se habere Bacchũ, & ita pro diuersitate scelerũ, diuersos sibi deos faciebant. Eandẽ ob causam Hebræi idololatriã sequi malebãt, qua
9 sua possent peccata defendere, quã uerum Deum, qui ea in sua lege seueriſſimè punie
Exod. 32. bat, quamuis ueritas tot esset cõprobata miraculis. Et ita dicit; Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere, q̃ post quã uitulo sacrificassent factũ est. En igitur causa cur illum Deũ tantopere amabãt, cuius cultus erat, comedere, bibere, & ludere. Eandẽ ob causam nolebant Pharisæi Christo Redẽpto nostro fidẽ præstare, quamuis cęlestẽi illã doctrinam tot uiderent miraculis cõprobari, ne suas auaritias, & ambitiones relinquere cogerent. Eandem ob cãm hęretici tot habuerunt suarũ opinionũ sectatores, quia nimirum gaudent homines præceptores inueniri, q̃ sua doctrina eorũ cupiditatibus morem gerant, eorũ uitia p̃bent, & ita cęlestem gloriam eos consequu
10 turos dicãt. Et hoc illud est, quod Christus
Ioan. 3. Redẽptor noster dixit. Hoc est iudiciũ, q̃a lux uenit in mundũ, & dilexerũt homines magis tenebras, quam lucem, erat n. eorũ mala opera. Quibus uerbis satis aperte significat, qđ in malorum operum pœnam homines cum in tenebris esent ueram lucẽ non cognouerãt. Et ita hoc loco ait. *Sed uos non creditis, quia non estis ex ouib. meis.* Et cũ ouium suarum naturã explicaret, ait.

Oues meæ uocem meã audiunt, &c. Duabus his rebus oues Dei dignoscuntur, obedientia, & perseuerantia. De anima iusti dicitur. Anima mea liquefacta est, ut dilect⁹ loquutus est. O mira exaggeratio? qua cordis (ut ita dicã) mollities ad obtẽperandum, & prõptitudo significatur. Vno tantum uerbo liquefacta est amore, quasi ne unũ quidẽ dilecti sui uerbum durã, & repugnantẽ inueCant. 5.
nerit. Oium rerum quas Christus Redem
11 ptor noster in hac uita profitebatur, potiſſima fuit obediẽtia, quam patri suo pręstitit: & ita ait eius nomine Dauid: Sacrificium & oblationem noluisti, autem aures perfeciPsalm. 39.
sti mihi, siue aperuisti. Quorum uerborum sensum explicant ea Isaiæ uerba, quæ in pIsai. 50.
sona Christi Iesu dicta sunt: Dñs Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contrãdico, corpus meum dedi percutientibus, & genas meas uellentibus. In q̃bus uerbis aperire aurem, significat summam Christi Redemptoris nostri obedientiam. Alij uerteExod. 11.
runt: Aures pforasti mihi, pro eo quod nos legimus, perfecisti. In quo aliud latet aũduersione dignum, nam Hebræus seruus cũ septem annis seruijsset, post id tẽpus liber egrediebatur gratis, quod si ita dñm suum diligeret, ut legis priuilegio uti nollet, sed libertati seruitutem pręferret, extra urbem
12 educebatur, & aures ei subula perforabãt, & ita perpetuus erat domini sui seru⁹. Quare ut perpetuam suam seruitutẽ & obediẽtiam Christus Redemptor noster patri suo significare uellet, ait eo loco: Aures pforasti mihi. Nec solum oues uocem domini audiunt, quam in Euãgelio dedit, sed alias ẽt, quas alibi dare solet. Nam ut ait Diuus Au
D. Aug. li. 2. ad Sim. gustinus, per quã uoluerit creaturam ueritas loquitur. Muſicus arte efficiet, ut citha q. 3.
ra quicquid ipse uoluerit, loquatur, quãto Simile.
magis poterit Deus p̃ creaturas loqui? Lo
13 qui facit cœlos & uoces interdum edere mix, cum imbres ut terræ necessitas postulat, elargitur, alias iræ, & ultionis uoces, cũ aquam debitis anni temporibus denegat.
Et quemadmodum ad citharæ sonum, qui adsunt, saltare solent, ita etiam cum Deus hanc cœli citharam pulsat, & sonum edit misericordiæ, saltant pauperes, & boni, qui anni fertilitate lætantur, cum uero iræ & ultionis sonus est, & imbres denegantur, ac si cœlum ferreum esset, tunc saltant auari, non saltamus, inquient. At uero saltatis, cũ temporũ intemperie gaudẽtis, quo pluris

frumen-

frumentum, & uinum uendi possit, quãuis pauperes fame pereant. Sed accidere solet, ut pulsante musico citharã, saltet Rusticus, & se in orbẽ mouere incipiat. Ridet music⁹, qa inquit: Variabo sonũ, & Rusticum uidebitis hęrere, ut statuã. Ita ẽt cælestis ille citharœdus, quiad iræ sonũ dum cæli fontes
14 tenet obclusos, auarũ saltare, uidet: mutabo (inquit) sonũ, recludã imbres & pluuias, & saltare nescient, & ita irridebit te Deus, qa
Psalm. 2. ad misericordiæ sonum hæsisti, ut rusticus. Qui habitat in cælis, irridebit eos, & Dominus subsannabit eos. Cur rides ò domine? Variabo (inquit) sonum, & saltare auari nescient. Fame enecare, pauperes uolebant, at ego eos irridebo, & implebo eos dolore, & amaritudine. Voces ẽt Dei sunt infinita ei⁹ in nos beneficia, q̃bus boni meliores fiunt, sed mali has uoces nõ audiunt, de quibus dicitur: Prosperitas stultorum perdet illos.
Prou. 21. Rectè ait stultorũ, quia belluæ, si bene facis, mansuescunt, & parent: stultus verò homo superbior fit, & arrogantior.

Et sequuntur me. Hic seruorũ Dei perseuerantia significatur, nõ quòd iustus nunq̃ peccet. Quis enim est qui i hac uita nõ pec
Psalm. 1. cet? & ideo Dauid: Beat⁹ (inquit) uir qui in uia peccatorũ non stetit. Quia optimè sciebat nũquã peccare, potius esse beatorũ, quã
15 uiatorũ. Viatorum aũt iustorum est, ñ stare in uia peccatorũ. Quod ẽt significare voluit idẽ Dauid (ut D. Basili⁹ explicat) cũ dixit: Iu
Psalm. 7. dica me Domine ſm iustitiam meã, & ſm innocentiã meam super me. Quid ait Propheta? nõne melius dixisses: Iudica me ſm misericordiam tuam? at hoc diuinã mĩam excludere nego: imò eã inuitat, dicẽs. Domine iudica me ſm iustitiam, & innocentiam hominũ infirmorũ, & imbecillium, q̃ interdum labi solent, sed statim surgunt, & inceptũ uirtutis iter sequũtur. Igitur seruorũ Dei perseuerãtia in eo cõsistit, ut si aliquãdo humana imbecillitate cadunt, & cęlestẽ hunc pastorẽ deserunt, ne punctũ qui dẽ tpis in peccato persistant, ne ex eo malo
Eccle. 3. in aliud, quod grauius sit, plabãt. Recorda re eorũ uerborũ, q̃ dixit Ecclesiastes. Quis nouit si spiritus filiorũ Adã ascẽdat sursum, & spũs iumentorũ descendat deorsum? ubi
16 per iumenta nõ intelligit equos & malos, quia horũ spiritus morte finitur, sed de hominibus loquitur, qui uiuunt sicut equi & muli, et ait; Quis scit an filij Adã, id est, boni et iusti perseueraturi fiat usq; ad mortẽ, ut in cœlo iustitiæ coronam accipiant? et an? mali perseueraturi sint usque ad infernum? quid ait, ne iustus in sua iustitia confidat, nec malum de sua malitia desperet.

At quid tãdẽ tuis ouibus, quę te sequuntur daturus es? *Ego* (inqt) *uitam æternam do eis.* Benedicta sit ò mi De⁹ tua liberalitas et magnificentia. Cur ò fratres ad præmij hu
17 ius promissionem nõ salit cor in istis Christianis pectoribus? De Hegesia Platonis di
scipulo refert Cicero: Cum Platonis de immortalitate librũ i Academia legeret, multos immortalitatis amore seipsos interfecisse, cũ ita se eã cõsequuturos crederẽt, ita ut iusserit Ptolemæ⁹ Hegesię, ut ab eius libri interpretatione desisteret. Pudeat Christianos, q̃ hoc de Gẽtilibus audiunt. Illi unius Philosophi uerbis mouebãtur, qui naturæ tãtũ lumen sequebatur, quod ad immortalitatẽ, æternamq; uitam assequẽdã satis esse nõ potest, at q̃to magis ueritas ipsa nos mouere deberet, quę eã nobis pollicetur? Si esset in hac urbe quispiã, qui uitam uẽderet, quia eã nõ emeret, quãuis libertate ipsa sibi emenda esset? et tamẽ uita est mortalis, laboris doloriſq; plena. Deus uero ui
18 tam pollicetur ętternam, nec solum ęternã, sed beatam, & tamẽ hoc quicquid est labo
ris suscipere recusam⁹, ut est suauissimæ legis Euãgelicæ præcepta seruare? O cæcos & plus quã cæcos, qui hæc non intelligitis.

Sed uideamus, quidnã tu ò diabole desuibus tuis? quorũ tãtos habes greges, ut iã pratũ, & pascuũ fere nullũ super sit uacuum. Quid das illi, qui iniurias manult ulciſci, quam ignoscere, ut nõ ignoscat? quid das alienę rei possessori, ut nõ restituat? qd das carnali, & luxurioso, ut in sua turpitudine perseueret? quib. nã herbis eos pascis, ut tanta stoliditate premãtur? Die Sathana quid das eis q̃ te sequuntur? Sed q̃n respõdere nõ uis ne te deserãt, Spiritus sanctus respõdebit per Dauid: Sicut oues in infer-
no positæ sunt, mors depascet eos: infern⁹ Psalm. 48.
est ouile, & mors eos pascet. Non ait, occidet, sed pascet, nã ut herba, quę pascitur statim succrescit, quia remanet radix: ita etiã damnati, quãuis eos mors depascet, semp
19 tamẽ moriẽtur, quia remanebit radix, quæ est animæ & corporis unio post resurrectionẽ uniuersalẽ. Heu qualis ẽ malorũ finis; quare fiſite, fiſlite, ò Christiani animas uestras, quæ ad infernũ proficiscantur. Siſite cõfessores, fiſlite prędicatores, & huc ad ue-

rum pastoré Iesum Christũ adducite. Sistite parétes uestros filios, sistite iudices & p̃lati uestros subditos, sistite iusti uestris precibus, & lachrymis tantã animarũ multitudiné. O summã infœlicitatem, cũ id quod cęlestis pastor dat ouibus suis, ita ab eo differat, quod diabolus dat, esse tamen tã paucos, qui Iesum Christũ, tã multos q Sathanã sequantur? Verũ in hac uita o pastor bone quid das ouibus tuis; *Nõ rapiet eas quisquã de manu mea.* O fidelis sermo, & omni acceptatione dignus, quod dicat Dñs tenere se oues suas in manu sua, & semper habere in oculis. Duo hæc, quæ hoc loco Dominus suis ouibus pollicetur, duo sunt bonorũ genera, gratiæ, scilicet, & gloriæ, quæ à spõsa his uerbis significantur: Lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Læua Dei sunt bona gratiæ, & dextera bona glorię, amplexus aũt est ille, quo Dei animas amplectet in cælo, nunquã postea dimissurus. Bona omnia spũalia, quæ Deus animæ in hac uita largitur, sunt quẽadmodũ manus, ut super illã anima requiescat, & dicat cũ Dauid. In pace in idipsum dormiã, & requiescam, manus Dei est ꝓtectio, qua pręseruat animã à peccatis, & quasi manu tenet, ne cadat. Et ita (quẽadmodum, inq̃t.) *Nemo põt rapere de manu patris mei oues meas*, si ipsę rapi nolũt, ita quoq; nemo rapiet de manu mea, qa *ego & pr̃ unũ sum*[9]. Hoc intellexerũt Iudæi, q̃ se Deũ uerũ esse dicebat: *Sustulerũt lapides Iudęi, ut lapidarẽt eũ. Dixit Dñs illis; Multa bona opera ostẽdi uobis ex patre meo pp q̃ eorũ opus me lapidatis? Respõderũt ei: De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia.* O summã abominationẽ? opus tã malũ diuini honoris zelo tegunt, dicẽtes. Nõ de bono opere, sed de blasphemia. Piratæ Galli (exẽpli gratia) aut Turcę cũ nauẽ uidẽt Hispanã, mutare solẽt uexillũ Gallicũ i Hispanicũ, & ita deceptos errore uexilli adoriunt̃, & prædantur. Diabolus magnus est pirata, qui per mũdi huius mare, ut animas prædetur, excurrit. Vt nos admonet D. Petrus, dicens: Vigilate, qa aduersarius uester diabolus tanquã leo rugiens circuit, quærens quẽ deuoret. Vexillũ Christi, uexillum uirtutis est, at uexillum diaboli uitium, sed ut nos decipiat, Christi uexillum, ut allutus pirata explicat, id est, uirtutis quandã simulationem, qua uos deceptos adoritur, & prædat̃. Videbitis eũ

Cant. 4.

Psalm. 4.

Simile.

1. Pet. 4.

irę zeli titulum apponere, ut iratus alicui eum zeli nomine persequaris. Luxuriæ misericordię nomen imponit, ut uidium consolando te perdas. Accidiam & segnitiem humilitatem appellat, qua te ne id præstes, quod præstare posses, deterreat? Et si prædicatoris, uel confessoris officio idoneus es, persuadet tibi, nõ te esse idoneum, humilitatem uocans segnitiem, & pigritiam. Sæpe & furtum charitatis nomine persuadet, ut licet, quicquid potes fureris, & pauperibus distribuas. Meum (inquies) lucrum non est, sed pauperum eleemosyna: licet sic eleemosyna, ut nihilominus fur es, quia tuum non est illud distribuere. Quid ergo faciendum ut has diaboli fraudes euitemus? dicam. Si aliquem personatum uidetis muliebri uestę indutum, incessus quidem, dicitis, hominis est, uestis autem mulieris, auferte larũa ab ore, & uidebitis hominem esse. Sit igitur generalis regula. Opus omne q̃ ex se malum est, nullus finis, nulla q̃ conditio, aut circunstantia efficiet, ut bonũ sit. Quemadmodũ nihil efficere potest, ut homo ille sit mulier, quãuis in ornatu uideatur. Occidere ex se malum est, nisi occidendi authoritatem habes, ut hæreses tolleres, occidisti hæreticũ, q̃ eas docebat, putas meruisse apud Deum, cùm mortaliter peccaueris & homicida sis, quia priuatus es, neque authoritatem occidendi habes, quanquam finis bonus fuerit? Illicitam pecuniæ usuram accipere, neque captiuos redimendi causa licet. Mentiri malum est, quare si posset quẽ piã mortis periculo liberare mẽtiendũ est.

Ex his patet Phariseorum malitia, qui diuini honoris zelo tuebantur inuidiam, & odium, quo Iesum Christum persequebantur. Cõsiderate fratres, quod Dominus hæc eadem dicit uobis. *Multa opera bona ostẽdi uobis ex patre meo, pp quod horũ opus me lapidatis?* Dicite ingrati cur Deum quotidie lapidatis, an forte quia uitam dedit? an qa suo sanguine redemit, & tandiu expectauit ut uestrorum peccatorum uos aliquãdo pæniteret? & hoc fuit uobis occasio, ut deteriores essetis? quanto cum dolore Diuus Paulus aiebat. An ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? secundũ autẽ duritiã tuã, & impœnitens cor thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei. Duo agere docet peccatum cõtinuatũ, & obdurat cor malitia, quę duritiem bonas inspirationes, & consilia reijcit. Quẽ admodũ si adamantinum scutum sagitta se-

Rom. 2.

rias, quæ nec uulneris quidem uestigium relinquẽs, reflectitur. Præterea reddit cor impœnitẽs, quod actualiter nõ uult pœnitentiã facere, ut Ioannes ait: Tempus illi dedit, ut pœnitentiam ageret, & non uult pœnitere à fornicatione sua. Pudeat uos fratres charissimi, Dei benignitati non rñdere: & cauete ne ad hoc deueniatis, quod D. Paulus ait.

Apoc. 2.

Ait Dñs: *Multa bona opera, &c.* Anteq̃ illi dicerent, q̃ eum de blasphemia lapidabant, probat his uerbis eorum iniustitiã. Nemo qui blasphemus sit suam doctrinã poterit cõfirmare miraculis: ego (ait Dñs) meam tot miraculis comprobaui, sequitur ergo, me blasphemum non esse. Verum in capaces erant cæci efficacissimi huius argumẽti. Alia ratio: *Nõne scriptũ est in lege uestra, qa ego dixi dij estis? Si illos scilicet, ꝙs dixit scriptura deos, &c. Quẽ pater sanctificauit et misit i mũdũ, uos dicitis, qa blasphemo qa dixi, filius Dei sũ?* Tres sunt huius loci expositiones. Prima est D. Augustini, q̃ ait, sanctificare esse eum generare, quia genitus est, sanctus est. Non enim potest esse filius Dei naturalis, nisi sit tã sãct9 ut pater. Vna est enim bonitas patris, & filii, & Spiritus sancti. D. Hylarius ait: quod pater sanctificauit illam humanitatẽ. Quasi diceret, cum huic humanitati Deus tantam tribuerit sãctitatem, qua homo sum, quo dicitis me esse blasphemum, cum me filium Dei appello ét ut hoiem, quandoquidem hoies, qui tã sancti non erãt, appellat Scriptura deos. Theophylactus sãctificationem in sua propria significatione accipit, & ait: *Sanctificauit*, id est, ille quẽ pater uoluit esse mũdi sanctificium in cruce pro hominib. oblatum, equius est. Ex q̃bus uerbis magnam debent homines consolationem accipere, scientes posse se eo deuenire ut dij possint appellari. Nã ut ait D. Augustinus, Factus ẽ Deus homo, ut homo fieret Deus, quia antequã Deus fieret homo tam facile homines non poterãt fieri dij, ut modo possunt. Artes q̃dam sunt, quas nõ possumus perfectè discere, nisi antea discamus alias, ut pictor auri fex delineandi artem calleat, prius necesse est. Et scriptor esse nõ potest, qui legere nescit: ita etiam ut dii simus antea, ut hoies esse sciamus, oportet. Quare Deus hõ factus est, ut homines nos esse doceret. Et ita uerus homo Iesus Christus est ueluti forma ad q̃ nos formare debemus, ut ueri perfectiq̃ homines simus. Et ita dixit: Disci

D. Augu.

D. Hila.

Theoph.

Auguſt.

Simile.

te à me, quia mitis sum, & humilis corde, quasi diceret, discite à me homines esse. Si quis iniuriam sibi illatam ulciscitur dicere de eo solent, ille uiriliter se gessit. Mentiũtur, imo fecit illud ut bestia, quę si eam pũgis calcib. te uulnerat, & suos affectus (nõ rationem) sequitur. Huc igitur fratres mei oculos in diuinum hunc hominem conuertite, eius uita uestram formate rationi semper, non appetitui, obtemperantes, & ita eo tandem deuenietis, ut dii possitis appellari Hebręi sua lĩgua Deum uocant (ethan) qđ fortem significat, quia omnipotens ẽ. Græci (theos) uocant, quasi currens, quia Deus ubique est, & omnia implet sua illa infinita essentia. Romani Deum uocãt à do, das, qa omne datum optimum de sursum ẽ. Vt igitur nos quoq. dii simus, eum debemus imitari in fortitudine, & fortes esse in bono pseuerantes, in uelocitate per omnes uirtutes diligenter excurrendo, & proximo i necessitatibus accurrendo, in liberalitate pauperibus eleemosynas large distribuẽdo, & ita dii erimus, non per essentiam, sed per participationem diuinæ gratiæ, qua gloria acqritur, ad quam nos perducat, Iesus Marię filius, Amen.

Matth. 11.

Iacob. 1.

Feria VI. post Dominicam In Passione.

Collegerunt Pontifices & Pharisæi concilium aduersus Iesum, & dicebant: Quid facimus, quia hic homo multa signa facit. Ioan. 11.

BOnum ex pręcipuis, in quibus iusti à peccatoribus differunt illud est, quòd iusti tam ex bono, quam ex malo bonum colligunt: mali uero tã ex bono, quã ex malo, malũ. Iustus proximi sui uirtute incitat̃ magis ad uirtutẽ. Et hoc illis uerbis spõsa significauit: Anima mea conturbauit me pp quadrigas Aminadab, ubi septuaginta interpretãtur ex Hebręo. Posuit me currus Aminadab. Nomen aũt Aminadab non est nomen proprium uiri alicuius, sed ponunt̃ à Salomone eo loco duo noia Hebræa, ut duas res uobis præstantissimas significaret, currus, sequorũ, & Aminadab, quod principes significat.

Cant. 6.

ficat. Ait igitur, anima mea, id est, desiderium meum posuit me sicut currus, & principes, id est, desiderium meum cucurrit ad exemplum magnorum, & perfectorum virorum. Quod si mala uidet, ex illis et colligit bonum, & si quem ludere uider, condemnat, & se vt pigrum reprehendens, ille (inquit) ludens decem horas in eodem loco hæret immobilis, ego vero vix vnam tantum horam orare possum? Amans vilis creatura amore tot labores suscipit, alius se ulciscendi gratia tot adit pericula, mihi vero quicquid Dei amore faciendum est, difficile, & laboriosum uidetur? Mulier tres dies horas dum comit, & ornat consumit, vt hominibus placeat, ego verò nec vnam tantum, totam hebdomadæ horam in animæ meæ ornatu consumam, vt Deo placeam? Et ita proximi
Baruc.6. sui mala stimuli sunt, & incitamenta, ut in uirtutis cursu currat alacrius. Et ita Baruch refert Hieremiam cum in Babylonia seruirent Hebræi, monuisse illos, vt idola à gentilibus adorari uidentes, eo magis ad ueri Dei cultum incitarentur his uerbis: Visa ita
Rom.8. que turba de retrò, & ab antè, adorantes, dicite in cordibus uestris: te oportet adorari Domine. Et ideò D. Paulus dixit: Simus quem
3 diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Peccatores verò è contra tam ex malo, quàm ex bono, colligunt malum: Si peccare aliquem uident, nihil mirum est (inquiunt) si & ipse pecco, ut ille, cum homo sim infirmus, & ex carne, vt ille. Si videt à peccatis abstine
Simile. re, & uirtutibus operam dare statim inflantur inuidia. Odor, q ex uinearum floribus emanat cerebro gratus est, & utilis, rubetæ verò venenosæ, (quæ suauem illum odorem
2.Cor.2. ferre non potest,) noxius est, ita est uirtutis, & sanctitatis odor, ut ait Diuus Paulus: Christi bonus odor sumus Deo in ijs, qui salui
4 sunt, & in ijs qui pereunt. Alij quidem odor mortis in mortem, alij autem odor uitæ in uitam. Christi (ait) bonus odor sumus Deo, qa qui Christi uirtutes imitatur olent quodammodo ut ille, & Christi odor appellétur, q quidem Deo, idest, patri gratissimus est, qa in hac uirtutum operatione renouantur aliquo modo opera Iesu Christi, vt homo, est quæ tam grata diuinæ maiestati fuerunt.

Hæc oia apertissimè in hodierno Euangelio patent. Opera n. & miracula Christi Redemptoris nostri prædestinatos quidem ad cõuersionem inuitabant, depranati aũt Pharisæi ex ijs occasionem sumũt, ut peruersiores fiãt, & mortem illi maiori odio machinentur. Nicodemus, scimus (inquit) quia a Deo uenisti magister, unde id Nicodeme colligis? Quia nemo potest facere si-
Ioan.3. gna, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Hi uerò: *Quid facim⁹* (iquiũt) *qa hic homo multa signa facit?* En unde bonus colligit cælum, malo inde colligit infernum. Res profecto digna lachrymis. Quod cum oẽs Christiani simus, & D. Paulum audiamus dicentem: Tempus bre
1.Cor.7. ue est, alij inde uitæ suæ emẽdationem colligunt, & cum Diuo Paulo dicunt: Reliquum est, ut qui habent uxores tanquam non habentes sint, & qui utuntur hoc mundo, tanquam nõ utantur, alij uerò dicunt, comedamus, & bibamus, cras enim moriemur.

Cum igitur tot signa uideret, collegerũt cõciliũ aduersus Iesum. Liberet nos Deus à tali cõcilio. Sanctus Propheta Dauid ait:
Psalm.25. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & cõplacui in ueritate tua, nõ sedi cum cõcilio uanitatis, & cũ iniqua gerentibus nõ introibo, odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs nõ sedebo. A quatuor concilijs cauere se (ait) eò quod Dei beneficia semp haberet in oculis. A cõcilio uanitatis, quod Regum & principum solet esse cõcilium, qui superbiæ suę, & põpę proximorũ iniurijs, & subditorũ pecunia obsequunt. Et hoc e Christũ Iesum crucifigere, ut D. Paulus af
6 firmat, dicens: Sic. n. peccantes in fratres, &
1.Cor.8. percutientes conscientiã infirmã, in Christum peccatis. Audiant potentes quid dicat
Iob.36. Iob: Deus potentes non abijcit, cũ & ipse sit potens, sed non saluat impios. Est ãt ratio, qa similitudo naturalis est causa amoris, quare cũ Deus sit potẽs & diues, nulla est causa cur potentes, & diuites odisse debeat. Nã si opes, & potentia dignæ essent odio, in Deũ omnino nõ caderẽt, & ideo est cur Deus illos amare debeat, qa in hoc similes illi sunt. Verum addit statim, sed nõ saluat impios, quare si ut in potẽtia magni sunt, ita ẽt in uirtute essent, & pietate, gratissimi Deo essent. Quod si tyranni, & crudeles
7 sunt, odit illos Deus, & seueriss imè punit.
Num. 22. Cum Balaam fuste cæderet asinã suã, aperuit Dominus asinę, & locuta est, qd feci ti bi? cur percutis me? nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti? mira profecto res quæ nunquã accidisse legitur, ut asina loqueretur. Vt, scilicet, reprehenderet hoc facto Dominus, & prophetæ illius ignorantiam, & eorum sæuitiam, qui subditos suos male tractant, quia si sæuitia sæ

uire

uire in bestias (quas Deus nobis dedit, vt nobis seruiret: & ideò iussit, ut in die Sabbathi,
Deut.5. nõ solũ hõ, sed bos, & asinus, quiescerent dicens: nec bos, nec asinus, neq; iumentũ tuũ faciet quicq̃ operis) quanto maior sæuitia erit. & inhumanitas sęuire in homines, ac si essent bestiæ. Hos igitur Deus reprehẽdit
8 per hanc asinã dicentẽ, qd fecit tibi; nonnè animal tuũ sũ; subditorũ hæ sunt querelæ, nonnè subditus tuus sũ? plus pẽtare nõ possũ, cur me affligis? ò scelus, ò malitia? ut uestræ superbiæ, & uanitatis causa iniuria proximos uestros uelitis afficere. Hanc ob causã Dauid, nõ sedi (inqt) cũ cõcilio uanitatis.

Alterũ conciliũ iniquitatis est, q̃ est auaritiæ conciliũ in quod mercatores cõueniunt. Iustitię ministri, aduocati, notarij, me-
Hier.1. dici, & huiusmodi homines. Vocatur autẽ iniquitatis, quia totũ facit iniquũ auaritia. Iniquã facit iustitiã, & ideo ubi nos legimus. Virgã uigilantẽ ego uideo, alij legunt uirgã constantẽ: quo significat quẽadmodũ
9 Dei iustitiæ muneribus flecti nõ potest, ita etiã humanã nullo lucro flecti debere. Qua re cũ de iusto ageret Dauid, ait de eo. Et munera sup innocẽtem nõ accepit, id est, qui muneribus corruptus nõ peruertit iudiciũ, & iudicat contra innocentem. Neque solũ iustitiã iniquam facit, sed quamcunq; aliã rem. Et qui in hoc concilium conuenerunt propter quatuor minuta Iesũ Christũ cruci fixerunt. Cũ tribus Dan furari uellet idolũ
Iud.18. Michæ, & eius sacerdos assentiri nollet dixerũt ei. Pone digitum tuum super os tuũ, ueniq̃ nobiscum, vt habeamus te patrem sacerdotemq̃. Quid tibi melius est, ut sis sacerdos in domo unius uiri, an in una tribu, & familia Israel? Qd cũ audisset acquieuit sermonibus eorũ. En ut lucri spe tradidit illis deũ quanuis falsũ. Quot sunt, qui lucro, & utilitate propositis tradunt, & offendunt Deum non falsum, sed uerum: & ideo ait
10 Dauid, & cũ iniqua gerẽtibus nõ introibo.

Tertium concilium malignitatis est, in
Isai.25. quod maledicti cõueniunt, & murmurato res: conueniunt ad incudem fabri, & eam alternis ictibus assiduè tundentes ferrum
Simile. quanuis durum extendunt, sed tam nigri in dè exeũt, quã carbo est: ita detractores isti ad proximi incudem conueniunt, & eam linguarum ictibus tundentes eius infamiã: ut fabri ferrum extendunt: illi uero tam nigras referũt indè animas, ut fabri corpora. O lingua pessimũ detractorum instrumentum, meritò te Spiritus sanctus in sacra scriptura nunc uenenum, nõ quodcunque, sed
Psalm.13. aspidum appellauit: interdum sagittam, Sa
Iob.9. gitta uulnerãs lingua eorum. Quia ut sagit
Iacob 3. ta à lõgè uulnerat, ita etiam lingua absentẽ uulnerat. Ignẽ etiam uocat, & inflammari (ait) a gehenna. Quin etiã ipsa gehẽnæ flãma deteriorẽ esse quodammodo dicũt aliqui, qui alia malos tãtum, hęc uerò, & ma-
Prouer. 5 los, & bonos promixtim urit, & nulli parcit, & ideo Spiritus sãctus, ut ab hoc concilio maximè caueamus moner, dicens; cũ detractoribus ne miscearis, quoniam repẽ
11 te ueniet perditio eorũ, & ruinam utriusq; quis nouit? idest, detrahẽtis, & audientis. o quam sunt uerba ista timẽda: quis uitium non oderit, quod ita Deus singulari suppli cio punit? Ex quo nulla neque uoluptas, neque dignitas, neq; utilitas cõsequitur, quæ solẽt homini esse ad malum incitamenta. Hãc igitur fortasse ob cãm dixit Dauid, odi ui ecclesiã malignãtium, quo uerbo in alijs cõcilijs usus non est, Quasi hoc particulari odio dignũ sit: meritò uocat malignãtes, qa sola malitia eos ad maledicendum mouet.

Quarũ cõcilium est impietatis conciliũ, in quod oẽs illi conueniunt, qui causa sunt ut alij mali sint. O crudelitatis genus horri bile, nõ solum Deum offendis, & animam
12 tuam occidis, sed ut alij quoque offendant studes, & ita eos sęuissime occidis. Siquis esset qui Ecclesię Toletanæ templum uel aliud quidpiam Christianæ republicę templum insigne admotis facibus uellet incendere, nõne crudelem & impium esse dicere
Simile. tis? Ita est profectò, at nõ est anima maioris æstimationis & pretij quã omnia totius orbis ædificia? Tu uero infœlix, quia alicui persuades ut peccet, existima te eius aiæ ignes admouere, ut ardeat. Maior igitur est tua impietas & crudelitas. Quam seuerè reprehẽ
13 dit D. Paulus aliorum peruersorum dicẽs: ò plene omni dolo & omni fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitię, nõ desinis sub
Act.13. uertere uias Domini rectas? Attẽdite quę illi imponit nomina, ut intelligatis, quid mereantur huiusmodi homines, q̃ cæteros impie deprauant. In hoc igitur impietatis concilio nolle se, ait, sedere propheta & eos ap
Psalm.1. pellauit beatos, qui in eo nõ sedent, dicens Beatos uir, qui in cathedra pestilentiæ non sedit. Pestilẽtiæ cathedraticus est, qui alios peccare docet. Quæ enim pestis tã pernicio sa, & quæ facilius inficiat, ut est peccatum?

Hoc itaque concilium, de quo sacrum Euã
gelium agit, ex his quatuor conflatũ fuit,
ex uanitate, & iniquitate, quandoquidẽ am
bitionis, & auaritiæ causa mortẽ uitę aucto
ri machinabantur. Ex malignitate, quia Do
Luc. 11. mini miracula Beelzebub dæmoniorũ prin
cipi adscribebãt. Ex impietate, quia peruer
terũt plebẽ, & illi persuaserunt Romanorũ
metu deterrẽdo Pilatum; & eum ad necẽ
Ioan. 1. agni immaculati Iesu Christi impulerunt.
Cauete obsecro uos fratres charissimi p ui
14 scera domini nostri, omni cura, & diligẽtia
ab his omnibus cõcilijs, cũ in illis tot pec
catorum generibus diuina maiestas offen
datur. Cum Dathã & Abiron, & eorũ soci
Num. 17. cõciliũ cõtra Moysẽ & Aarõ cõgregassent,
per quos Dꝰ loquebatur, incõsueta mor
te perierũt; quia dirupta est terra sub pedi
bus eorũ, & periẽs os suũ deuorauit illos,
descẽderũtq; uiui in infernũ operti humo,
q̃ mirũ fuit, & post hominũ memoriã in au
ditũ, ut intelligatis quã graue peccatũ sit
congregare cõcilia cõtra iustos. Quod si pe
tat quis quonãmõ eò deuenerunt Phariseĩ,
ut scelus tã horribile, & oĩm quæ sunt, quæ
15 q̃; fuere maximũ cõmittere auderẽt? dico,
hoc ĩ pænã suorũ peccatorũ fuisse. Pro quo
Exod. 3. notãdũ ẽ illud maxime profiteri Deũ ami
corũ suorũ esse amicissimũ. Cum in Ægy
ptũ misit Moysen Deus interrogauit ab eo
Moyses, si dixerũt mihi, q̃ est nomẽ eius,
(scilicet qui misit te,) quod dicã eis? Dixit
Dominꝰ ad Moysem. Ego sum qui sũ. Hæc
dices filijs Israel, qui est misit me ad uos. Et
iterũ dixit Dñs ad Moysem. Hęc dices filijs
Israel, Dñs Deꝰ patrũ uestrorũ, Deus Abra
hã, Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad
uos. Benedictus sis Deus meus in sęcula, q
cũ essentiæ nomine amicorũ quoque nomi
na coniungis: & idẽ omnino facis eẽ Deũ,
& esse amicũ amicorũ. Cũ igitur tm̃ amet
amicos suos, amicis suis illatas iniurias, ut
3. Re. 19. suas punit seuerissimè. Cuius rei Iezabel p
Num. 16. bet exẽplũ, & Dathan, & Abirõ, quorum
paulo ante mentionẽ fecimus, omnium ue
ro suppliciorũ qbꝰ id punire solet illud ui
16 deẽ eẽ maximũ, de quo Dauid. Et q oderũt
Psalm. 33. iustũ delinquent. Qui oderũt iustum nõne
delinquerũt iã? Cur ergo ait, delinquẽt? q a
Deus ĩ eius peccati pœnã permittet eos in
cidere in alia grauiora, & ita ex uno ĩ aliud
paulatim ꝓlabẽtes ad cordis duritiẽ deue
niũt. Hinc minę illæ Dei terribiles toties
Amos 1. iteratæ, Sup tribus sceleribꝰ Damasci, & su
p quatuor nõ cõuertã eũ. Quę uerba repe
tit de Gaza, de Tyro, de Edom, & de Moab,
qbus oĩbꝰ eandẽ minatur pœnã, eandẽ ob
causam, ideſt, ob malã peccãdi cõsuetudi
nẽ: qua gentes illę ita in malo obdurauerãt,
ut nullũ peccandi finẽ facerent. Sed dignũ
animaduersione est, nõ dixisse Prophetã su
per tribus sceleribus Damasci, & sup quar
to, sed super tribus & sup quatuor. Tria sce 17
lera, & quatuor efficiunt septẽ: qui quidem
numerus apud Hebrẽos copiosam multitu
dinẽ significat: & ideò ait Dñs, nolle se illis
ignoscere. Non conuertã (inquit) ijs, q cor
dis obstinatione se vitijs tradunt, & Dei vo
ces, cõtemnunt, quibus ad pnĩam uocantur
ablaturũ se esse auxilium illud efficax, quo
se cõuertere debuissent. Ex quibus uerbis ĩ
fert D. Augustinus esse quasdam peccatorũ D. Aug. de
periodos, & terminos, quo mala deueniũt, uita Chri.
in quibꝰ deserit Deus & destituit hominẽ, c. 3. & 4.
quẽ t ties uocauerat, aut certe uita priuat.
Quis ãt terminus hic sit, Deus nouit: & ita
idẽ Sãctus ait. Nos multorũ exẽpla profer
re possumus, quibus probare sufficimus sce
leratos & impios homes peccatorũ suorũ fi
ne cõpleto, & hoc tpe iã iudicari, & prẽsen 18
tem eis uitã nõ minus, quam futurã eripi.
Idẽ sentit Adrianus, & Caietanus. Quę cũ Adria. in
ita sint, quid scis, ò infælix peccator, quem 4. de pœ.
Deus tot quadragesimas expectauit, & tot q. 1.
interioribus, & exterioribus uocationibus Caie. Ien-
ad pnĩam inuitauit? quid scis an proximus taculo 8.
iam sis huic termino, an hæc ultima sit qua q. 3.
dragesima, in qua cõstituit Deus te expecta
re, postea uero aut te uita priuet, aut in cor
dis cæcitate destituat? Iõ rogo uos fratres Hier. 13.
mei per salutẽ uestrã p Iesu Christi sangui
nẽ, tanto amore pro uobis effusum, ut mise
reamini uestri, illius ꝓcepti memores. Da
te Domino Deo uestro gloriã antequã cõ
tenebrescat, & offendãt pedes uestri ad mõ
tes caliginosos. Hæc cęcitas, & durities; de
qua superius egimus uocãtur ibi ab Hiere
mia, Montes caliginosi, ad quos offenderũt
infęlices Iudęi, q istorũ iustũ odio habere
cæperũt, & q oderũt iustũ delinquẽt: & ita
paulatim ad hanc cæcitatem deuenerunt. 19

Dicebãt igitur, *Quid facimus, &c. ueniẽt Romani, & tollent locũ nostrum.* O ambitio
& superbia, ecquid non facies? ne imperiũ
nobis auferant, moriatur iustus. Deꝰ nos li
beret ut audeat quis uestrum maiestatem
suam offendere euitandi alicuius mali gra
tia, aut bona alicuius acquirendi causa: nã

quod

quod homines, ut se honorent accipiunt,
Deꝰ illud accipit ut eos cõfundat. Arreptis
Lęu. 10. Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis suis
imposuerũt ignẽ & incẽsum desuper offe
rentes coram dño, egressusq; ignis à Do
mino, deuorauit eos, & mortui sunt coram
Domino, quod illi fecerant, ut se honora
rent mutatum est illis in mortem & confu
20 sionem. Illud enim omne quod iniuste, &
cũ Dei iniuria cõsequi uis ut honorem tibi
acquiras in ignem mutabitur & in damnũ.
Ieroboam etiam uitulos quosdam aureos
fecisse, & illis ad idololatriam incitauit po
pulum, ut se in regni possessione confirma
3. Reg. 12. ret, ex quo non solum regni, sed familiæ fi
liorumq; suorum euersio cõsequuta est.

Vnus autem ex ipsis Caiphas nouit cum esset Pontifex anni illius, &c. Apposuit S Euã
gelista nomen, & dignitatem, & peccatum
huius infęlicis, ut intelligatis in libris Dei
scripta esse noĩa peccatorum, & scelera, &
cõditiones ipsorũ. Cũ narraret sacra scriptu
ra Iudæ proditionẽ, quot circunstantias ap
Psalm. 40. posuit attẽdite, hõ (inquit) pacis meę, ĩ quo
speraui, qui edebat panes meos, magnifica
uit super me supplantationem. Viuant ho
21 mines, ut uoluerint fures, homicidę, adulte
ri sint quicquid agũt, in libro Dei scriptum
inuenient, & oĩs quę ad id concurrũt, circũ
stantias, vt earũ exactissima rõ reddatur. Põ
tifex hic maiori fuit Iudæis detrimento q̃
tyrannorum ullus qui bellum ipsis postea
intulerunt, qa indè oĩa mala orta sunt. Ro
gate fratres Deũ, ut qui præsunt sanctę sint
integræq; uitæ, quia ex eorũ malitia & uir
tute bona, malaue oĩa solent emanare. Tẽ
pus quodã laudabatur, in quo Hierusalem
2. Ma. 3. habitabãt in omni pace, & leges optimè cu
stodiebantꝰ, & id omne pp Onię Pontificis
dispositionẽ, & pietatẽ, q̃ ẽt in causa fuisse
ait, ut & ipsi Reges, & Principes locũ sum
mo honore dignũ ducerẽt, & tẽplum maxi
mis munerib. illustrarent, ut uideatis quãti
Reipublicæ, referat, ut q̃ præsunt boni sint.

Expedit uobis ut unus hõ moriatur pro po
22 *pulo, ne tota gens pereat.* Et hoc ait Euange
lista, Spiritus sancti fuisse sententiam. Et ita
Thom. D. Thomas declarat ea uerba sancti Petri.
1. Pet. 1. Christus pro nobis mortuus est, ideſt, loco
nostri. Non enim debitores eramus mortis,
& ipse uice omnium mortuus est, & absol
uit nos à morte. Vt siquis deberet decẽ mil
lia aureorum, & soluẽdo nõ esset, alius ue
ro pro eo solueret liberaretur. Idem signifi
cat D. Paulus, cũ ait: Vt gratia Dei pro om
nibus gustaret mortẽ. In ueteri lege diuersa Hebr. 2.
fiebãt sacrificia, ꝓ peccatis, hoc modo. Pro
minimo peccato sacrificabant passerem, ꝓ
maiori, columbã, pro maiori, arietem, pro
maiori vaccam. Præterea hoĩs necem occi
soris nece ulciscebantur. Quod cũ ita sit, q̃
mors sufficeret pro tantorũ hoĩum redem 23
ptione, quos primus ille parens Adã occi
dit, (qui ut notat S. Bernardus. Nos, anteq̃
nos generaret occidit) nisi mors preciosis
sima Christi Dei filij, qui ẽt, ut hõ est? maio
ris est pretij, quam omnes hoĩes simul? Tã
tum est unius aię pretium, vt Iudæ ꝓditoris animam quę in inferno est, plus ualere
dicat B. Augustinus, quam cœlum, terram,
& omnia elementa. Sancti igitur anima cu
ius nam rei ualore emi poterit? Nulla pro
fecto res inueniri potest sufficiens. At aiæ
oês quas Deus creauerat, & creabit, quo ꝓ
tio redimi poterãt? nullo nisi sanguine pre
tiosissimo agni innocẽtissimi Iesu Christi,
vt D. Petrus affirmat. Scientes q̃ nõ corru
ptilibus auro, uel argento redempti estis, 1. Pet. 1.
sed pretioso sanguine, quasi agni immacu- D. Bern.
lati Christi. Hanc igitur ob causam conue- 24
niebat, ut unus morerẽt ꝓ populo, quo sa
crificio plus solutũ est, q̃ humana natura
debebat. Et ita intelligetis ea uerba D. Pau
li. Nõ sicut delictũ ita & donum. Si. n. unius Rom. 5.
delicto multi mortui sunt; multo magis
gratias Dei, & donũ in gratia unius hominis
Iesu Christi in plures abundauit. Quo hoc
uerum est, si credimus, quod Adæ peccatũ
omnes cõtaminauit, & contaminabit in po
sterum, quotquot erunt usque ad consum
mationem sæculi? gratia uero Iesu Christi
paucos iustificabit, si cum illis cõferantur?
Ad id respondeo, quod sicut Adam pro se
suisque posteris immortalitatem accepit,
ita & pro se suisque posteris amisit. Quod
si postea aliqui essent homines, qui ex Adæ
stirpe nõ essent, ut creare Deꝰ posset, si uel
let, peccatum originale non contraherent,
neque eius peccati pœna punirentur, quæ
Adæ tantum posteris debetur. Gratię uero
effectus, & Iesu Christi donum quamuis in
numerabiles homines essent, qui ex Adæ 25
stirpe non descenderent, pro omnibus suffi
ceret, ergo gratia posset iustificare quod
peccatum non potuit contaminare. Et ita
sp Diuus Paulus arguit quod abũdauit in
plures, non quod actu plures iustificentur
per Iesum Christũ, sed quod gratia eius suf

ficiens est ad omnes iustificandos. Et é maxime notãdũ quòd cum idem B. Apostol⁹ paulò post inferret, dicẽs. Si enim unius delicto mors regnauit per unum, multò magis abundantiã gratię, & donationis, & iustitię accipientes in uita regnabũt per unum Iesum Christũ, apposuit hoc uerbũ accipiẽtes ut significaret donũ, & gratiã Iesu Christi, accipi debere, ut prodesse possint. Nam alioquin nihil proderũt, nisi in re uel in uoto diuinis sacramentis utamur, per quę ad nos deriuãtur. Vtinã fratres charissimi dicendi efficaciã haberem, ut exaggerare hic uobis possem filiorũ Adæ negligentiã, quę ex his Diui Pauli uerbis colligi potest ex illis enim pater si gratiã Dei & spiritualibus donis pleni non estis: id esse quia accipere, nolumus. Si tẽporalia bona sic possemus accipere, ut spiritualia, quisnã inueniret pauper? diuitias uero æternas, & incorruptibiles tãta nos negligẽtia pigritiaq; cõtẽnere, quæ nã maior infælicitas esse potest? Tẽdite, tendite, fratres desiderij uestri manus, præparate uestrorũ cordiũ uasa, lachrymis, orationibus, & diuinorum sacramentorũ frequentatione Christi Saluatoris nostri meritorum thesauros excipite, ut gratiæ diuites facti, ea tandem cælestem æternamque gloriam consequimini, Amen.

26

27

Dominica in Ramis Palmarũ.

Cum appropinquasset Iesus Hierosolymis, &c. Matthęi 21

IN hodierno Euangelio, in quo gloriosissimus Iesu Christi filij Dei, & hominis triumphus refertur: cum urbẽ Hierusalem ingrederetur: primum aĩaduersione dignũ uidetur, q̃ cum mitteret Dñs duos discipulos, ut asinã & pullũ adduceret, dixit eis. *Si quis uobis aliq̃d dixerit, dicite quia Dñs his opus habet.* Quæ uerba tãtæ uirtutis & efficacię fuerũt, ut nemo eos impedire ausus sit: in die cœnę cum mitteret discipulos suos ut pararent pascha, ite (inquit) in ciuitatem ad quendam, & dicite ei, Magister dicit, tempus meum prope est, apud te facio pascha cum discipulis meis, & fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus, & parauerunt pascha. Quibus nam uerbis hoc fratres dicendum, & exaggerãdum esset, ut illis qui Christum redemptorem nostrum uix nouerant sat esset dicere, *Dñs his opus habet.* Christianis uero qui eũ agnoscunt ut Dominum à quo tot beneficia acceperunt, & in posterum expectant, idem satis non sit. Magna profecto impudentia nullis nos Domini pauperumque suorum necessitatibus accurrere, aut si accurritis, sero & inuitos accurrere. Cibo, potu, & uestibus opus habet, & in pauperum infirmitatibus curari uult, uos uero prius soleę uestræ necessitati accurritis. Quid dico uestræ? De eq̃ soleis prius, & de canũ uestrorũ fame cogitatis. Quod cò magis uirum uideri debet, quia si quid a uobis petit, petit ut plura reddere teneatur. Affirmat hoc sacra scriptura, q̃ mentiri non põt. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis. Postea uero: qui accepit (inquit) mutuum, seruus est fænerãtis. Si ergo Deus mutuum accipit, quod pauperi in eleemosynam datur, ex ipsa scriptura colligitur fieri (si dici potest) captiuũ & seruum eorum, qui misericordes sunt. Quid igitur pluris faciendum est, quã ipm Deum habere seruũ (si ita dici pie potest?) Benedictus sit talis Deus, & beati qui tantam sibi dignitatem acquirere sciunt. Post hac igitur fratres cum ad ianuam uidebitis pauperes cogitate nuntios esse Dei, qui clamant. *Dñs his opus habet.* Olim homines nobiles alebant domi plurimos honesto loco natos, & uirtute præditos quod eorum opera uterentur: sed ut eorum paupertati & necessitati succurrerent. Cum igitur Maior domus cuidam Archiepiscopo diceret plures eum habere domi, quam necessitas postularet, iussit Archiepiscop⁹ ut utrorumque nomina tam eorum, qui necessarij, quàm eorum qui inutiles uiderentur se paratim scriberet. Quæ cũ legeret Archiepiscopus, hos (inquit) dicis esse necessarios, illos uero inutiles? alantur igitur hi, quia horum indigeo, illi uero, quia mei indigẽt. In quo ostendit quam reprehendendi sint illi qui in eorum familia eos tantum esse uolunt, quorum opera indigent. Tunc enim nulla illis habenda gratia est.

Matth. 26.

Prou. 19.

Prou. 22.

Quæro cur nõ iussit Dñs equum sibi adduci, sed asinã animal uilissimũ? ut nimirũ doceret nos illam, quã in omni uita, amare humilitatẽ. Præterea ut significaret, in terra solere Deũ supra asinos sedere, (si ita dici põt.) Soletis enim simplices fraudis inimicos, synceritatis, & ueritatis amicos, sine dolo,

dolo, & fallacia, asinos appellare, at hi sunt supra quos Deus sua diuina gratia sedere solet. Et ita aiebat Dauid, Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecũ. Qui busnam uerbis clarius id dici poterat, q̃ ut cũ Deo semp simus, conuenire plurimũ, ut nos efficiamus tanq̃ iumenta? Oblõgas hẽt aures iumẽtũ, ut audiat, & patiẽtiã summã ut labores toleret, q̃ oĩa cõueniũt iusto, patientia, s. q̃ obediẽtia. Non est ueluti equus hinnies, superbus saltibus incedes, q ió peccatorẽ significat audacia, & superbia plenũ.

Pſalm 72.

Notãdum aũt est humile hoc aĩal utile fuisse populo Israel uiuũ, & mortuũ. mortuum quidẽ: nã Samson huius populi Dux, cùm eũ hostes improuiso essent adorti, & inermis esset, maxillam asini, quę ibi iacebat arripiẽs, ea mille hoĩes interfecit, & cũ post uictoriam sitiret Samsõ, en (dixit,) sitio morior, & aperuit Dñs molarẽ dentem in maxilla asini, & egressę sunt ex eo aquę, q̃ bus hausti refocillauit spiritũ, & uires recepit. Fuit ẽt hoc aĩal utile populo Israel uiuũ. Quia cũ Propheta Balaam ad maledicendũ ei iam proficisceretur: asina supra quã sedebat ei loquuta est, Et aperuit Dñs, culos Balaam, & uidit Angelũ stantem in uia enaginato gladio, & ita benedixit populo. Tales igitur sunt serui Dei, utiles uiui & mortui, peccatores porco similes sunt, qui dum uiuunt rodũt, mordent, & fędant oĩa, & detrimẽto sunt, utilitatis certe sunt nullæ. Quippe qui nec lanã dant, ut oues, neq; ad uehendõ apti sunt, ut equi & muli, neq; ad arandũ, ut boues, neq; ad custodiam domus ut canes, mortui uero utiles sunt. Ita ẽt peccatores in uita nullius sunt utilitatis sed dãni: furando, persequendo, insultãdo, & se in carnis, & libidinis cęno fœdissime uolutãdo. Post mortẽ solent esse aliqñ utiles, quia exẽplũ solẽt esse alijs, quo deterriti incitãt ad bonũ. Prętera, qa eorũ opib⁹ solet int erdũ inopũ necessitati succurri. Boni exẽplo pijsq; operibus in uita ꝓsunt. & post mortẽ suis apud Deũ itercessionib⁹, ut nostrorũ affectuũ uictoriã cõsequamur.

Iud. 15.

Num. 22.

Notandum prætereа est, q̃ quãuis i hoc triumpho aliud ab alijs ageretur, ait enim, *Plurima autem turba strauerunt uestimẽta sua in uia. Alij autem cedebãt de arboribus.* Tñ illud unum agebãt oẽs, *Turba quę præcedebãt, & consequebantur clamabant, dicẽs, Osanna, &c.* Et hoc agebant à Spiritu sancto moti. In quo docemur, quod quãuis prout diuersi sunt hominum status, diuersa quoq; debẽt esse exercitia. In eo tñ omnes conuenire æquum est: ut s. oẽs laudent, & glorificent Deũ. Et illud in hac uita præstare incipiamus, quod in æterna uita præstaturi sumus i sæcula. Dauid ait, cum de beatis loqueretur. Exultationes Dei i gutture eorũ. Et i Hebræo, & i Græco habere, exultationes. Et ita uertit Fœlix, s. laudes. Sed idẽ oĩno est, nã dũ sancti exaltant, & laudãt Deũ exultant & lætantur infinitis illis Dei perfectionibus, quas laudant. Quod, & nobis faciendũ est, ut glorificantes & laudantes Deum, ex illis Dei perfectionibus, quas laudamus maiorem lætitiã uoluptatemq; capiamus, q̃ si nos ipsi eas haberemus? Et ideo notate quod D. Augustinus ait super psalmũ illũ qui incipit. Exaltabo te Deus meus Rex, ne in laudando Deum erremus tuti⁹ esse sacræ scripturę stylũ sequi. Et ita (inqt) quia dignatus est Deus laudare se: ideo inuenit hõ quẽadmodũ laudet eũ. Nec. n. hoc potest dici de eo, quod dictum est homini. Non te laudet os tum, quia ut hõ se laudet arrogantia est: ut autẽ Deus se laudet misericordia est. Nam quia Deus propheta inspirauit, ut eũ laudarent, sequitur Deũ laudare seipsum per prophetas, ut doceret nos, quo eũ laudare debem⁹. Et ideo res est laudabilis, ut qui Latine scitis diuinum officiũ magno cũ spiritu, & deuotione recitare assuescatis, quod ex psalmis, & alijs diuinæ scripturæ canticis, & laudibus cõpositũ est. Qui uero imperitiores sunt, ordinarijs Ecclesiæ sanctę orõnib. cõtẽpti sint, cõscięq mẽtisq; puritate eas recitãtes.

Pſal. 149.

Fœlix.

Augu. sup psal. 144.

Pro. 27.

Cõsiderate etiã hoc loco fratres mei, ut pueri cum audirent parentes suos Deũ laudantes, ipsi ẽt cœperunt laudes Deo ijsdẽ uocibus eodemq. affectu decantare dicentes. *Osanna filio Dauid.* In quo apparet quãtum patrum exemplum proficiat, ut filij seruiant Deo: tunc potissimum, cũ tenera ætate sunt, & una cum morum uitæq. exẽplo, uerbis salutaris illis doctrina traditur. Cum figulus uas in rota factũ habet recẽs adhuc, & molle, facile tenui filio secare potest: q̃ si siccum iam sit frãgitur, prius q̃ secari possit: puer est ueluti uas quoddam recens in rota positum malæ inclinationis, q̃ ex utero matris egredit, & nisi remedium adhibeatur circumagitur, & ad infernum usq. rotatur, De hac rota dixit Dauid. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in

9

10

Simile.

pec-

peccatis concepit me mater mea, Sed quæ
res forsan quare cum unum sit tñ originale peccatum, in quo hō concipitur (ait Propheta) In iniquitatib⁹, & in peccato se fuisse conceptum? Rñdeo unum quidem esse peccatum, sed pœnas, quas eius causa patit esse multas, & has eo loco iniquitates, & peccata appellat simul cū originali. Ex hac igitur rota puer adhuc tener & mollis facile secari potest: sed si eum in sua illa praua
11 inclinatione sinitis obdurescere, uitā facilius illi erit eripere. Quare rogo uos fratres Dei noie, ut uestris filijs uirtutis præbeatis exēplum: nō solum doctrina, & uerbis, sed
Eccl. 30. minis. Et si hoc satis non est, quid uobis dicat Spiritus sanctus attendite. Curua cerui cem eius in iuuentute, & tū de latere eius, dū infans est, ne forte induret, & nō credat tibi, & erit tibi dolor aīę. Sed quæro, ò Christe summa patris sapientia, cur recipis laudes, & honorē ab ijs, quos notti te esse intra paucos dies sæuissime interfecturos? si nō nosses mirū non esset. Ex hoc Dei bonitatem, & clementiam colligere possumus.
12 Recipere hoium pectora nō solent eorum officia, quos proditores sibi fore sciunt. Diuinæ aūt bonitatis hoc propriū est, cū nos ad eū conuertimur ita recipere, acsi perpetuò essemus perseueraturi, in amicitiā nos admittit, & seruitutis nostræ officia accipit, ac si futuri esset ignarus. O ineffabilem Dei bonitatem, o magnā filiorum huius sęculi peruersitatem, q̄ duri sunt ad creatorē suū imitādū. Nōne uidet fratres hoc lachrymis dignum esse, hoies in inferni ignes damnatos ob iniurias non acceptas? Sunt. n. qui dicunt quisquis me læserit, dabit pœnas, & hi quāuis nullū aliud habeant peccatum, pp hoc solū diabolo tradentur puniendi, nisi prauæ suæ uoluntatis poiam egerint. Nolite fratres stulti esse, & sine causa damnari,
13 imitamini Iesum Christum, qui iniurias quoq. acceptas quanam ratione excuset potius & minuat cogitat, q̄ quo augeat & am-
Psalm. 40. plificet. Grauissimum illud Iudæ peccatum à Propheta Dauid prænisum, q̄ graue esset his uerbis ostendit Spiritus sanctus. Qui edebat panes meos magnificauit super me supplantationem, Magnificauit (inquit) fuit. n maximum scelus, & nefanda proditio, agnus tñ ille māsuetissimus Iesus Chri-
Ioan. 13. stus, cum de ea ageret, sic ait. Qui manducat mecum panem, leuauit contra me calcaneum suum. Non ait, magnificauit, non ait, pede me læsit: sed leuauit contra me pedē suū. Videtisne ut rē minuit? idē, & uobis faciendū est. Et quæ uobis fiunt iniuriæ excusandæ potius, quā augendæ, cogitandū q̄. non fuisse malitiose illatas, ne ira excitetur in aio, sed ad ueniam inclinetur alacrius.

Præterea dignū quoq. animaduersione uidet q̄ hic ipse Dñs, q̄ hodierna die Hierusalem triūphans, & gloriosus ingreditur,
14 intra paucos dies ingressus est iterum uinctus ut latro, maximis iniurijs, opprobrijsque effectus. In quo humanæ gloriæ leuitatem, & inconstantiam uidere est, & quanti nobis facienda sit. Pręparauit Dñs hederā, Ion. 4.
& ascendit super caput Ionæ, & lætatus est Ionas super hedera lætitia magna. Ita rerū principia sunt uirētia, & florida, tu uero lætus. Lætatus ē Ionas lętitia magna, (sed ait ibi) quod parauit Deus uermē, & percussit hederā, & exaruit. Æstuare cæpit Ionas, & petiuit aię suæ ut moreretur: ita ēt & uobis nascitur uermis, permittit Deus aliquod
15 infortunium euenire, & euertit oia: uos uero tristes ęstuatis, ut Ionas. Vt intelligatis nihil esse in hac uita ueri & solidi: & omni cura, & studio ametis cælestia, q̄ uero & æterna sunt bona. Iubebat lex ut paschalem agnū, qui immolaturi erant, quatuor dies
Exo. 12. ante pascha tolleret unusquisq. in domum suā. Si duæ unā sint citharæ, eodem tono intentæ, ac temperatæ ad unius tactum: altera per se ipsa rñdet pp illam uocū similitudinem ac consensionem. Ita ēt qui a uetus & nouum testm eodem spiritu scripta in eodem quasi tono consentiunt, si unius chordas tangis, statim rñdet alterū, statim ac figuram in ueteri uides, ueritas in nouo occurrit, quę per se ipsa quodā modo loq uidet: ut in hoc loco agni figuræ, rñdet hæc Simile.
veritas, q̄ immaculatus agnus Christus Dei filius pro peccatis nostris immolādus, quatuor dies antequam immolaretur Hierusalem ingressus est, ut is, qui se sponte morti obtulit. Triumphans autem ingredi uoluit,
16 ut lætitiam qua moriebatur ostenderet, Benedicant tibi Domine Angeli cœli, & terrę iusti, ob tantum ac tam singulare in nos collatum beneficium.

Ait Sāctus Matthæus, q̄ in hoc Domini ingressū adimpletum est, quod Propheta Zach. 9.
Zacharias ante prædixerat, dicens. *Dicite filiæ Sion, ecce rex tuus uenit tibi māsuetus, sedens sup asinam & pullum filū subiugalis.* Rex iste est Iesus Christus Redemptor noster

ster, de quo D. Ioannes ait. Et uestitus erat
Apo. 19. veste aspersa sanguine, & vocabatur nomē eius verbū Dei, & hēbat in uestimento, & ī fœmore suo scriptū, Rex regum, & Dñs dominātium. Pluris tñ ab eo fit Regē se eē
17 iustorum, quam Regē Regū. Iustorum (in quam) qui regere & moderari sciūt affect⁹ animi & appetitus diuinę legis præceptis.
Lucæ. 1. Et ita Archāgelus Gabriel de his Regib⁹ mētionē fecit, dicēs. Sacratissimę uirgini Mariæ, & regnabit ī domo Iacob ī æternū. Res enim uidetur admiratione digna, cur nō dixit, regnabit in domo Abraham, cum vocaretur Abrahā pater fidei, nec dixit in domo Isaac, in quo factæ sunt promissiones. Rō āt ea est, quia in domo Abrahā un⁹ fuit electus, ideſt, Isaac, alter uero quē oēs cōmuniter credūt fuisse reprobatum, ideſt, Ismael. In domo uero Isaac electus Iacob,
Gen. 49. Esau reprobatus, in domo Iacob nullus dicit fuisse reprobatus, sed oēs patriarchę fuerūt, & bndicti à patre. Et ideo nullā Archāgelus mentionem facit de Abraham, & de
Matth. 25. Isaac: sed de Iacob, quia ī æterno Iesu Christi regno omnes benedicti futuri sunt illis Regis uocibus admissi. Venite benedicti pa-
18 tris mei, percipite regnum.

Reprobatum uero nulli eo ingredi licebit. De hoc diuino Rege dixerat Isaias; Ec-
Esa. 32. ce in iustitia regnabit Rex, & Principes in iudicio præerūt: & erit uir sicut q̄ absconditur à uēto, & celat se à tēpestate. Sicut rui aquarū ī siti, & umbra petræ, pminētis ī terra dēserta, ubi de hoc Rege, & ei⁹ ministris loq̄t ad literā. i. eius discipuli, q̄ pfuerūt in iustitia, & iudicio: q̄ duo noīa iudiciū & iustitia sæpe in sacra scriptura inuenies, in pphetis præsertim, & psalmis, & nūc de Deo, nunc de hoibus dici solent, sed quēad modum Dei natura ab humana plurimū differt, ita ēt hæc duo nomina, aliud i Deo, aliud in hoibus significant, quamuis eorū una sit semper & eadē definitio. Cū de Deo dicuntur cōsolationis nostræ fontes, & spei
19 fundamētū significant. Cū de hominib⁹ dicuntur id omne q̄ quisq; præstare debet, cō prehendunt. Quapropter plurimum refere uidet horū nominum uim intelligere, q̄ bus quicquid speramus, & quicquid debemus breuiter cōtinetur Iudiciū itaq; significare dico clarā, certamq; eorum rerū omnium cognitionem, quas pro status uniuscuiusq; diuersitate præstare tenemur. Iustitiam uero promptitudinē quandam in uoluntate ad id præstādū q̄ iustū bonūq; esse intelligit. Itaq; una semper sint iudiciū, & iustitia necesse est. Na quodcūq; illorū defi ciat rerū ordo turbabitur. De iudicio, & cognitione Dei nihil est cur agamus, cū infinita sit, & ex ea oīs creaturarū cognitio nasci tur. Iustitiæ uerò nomē in Deo ñ significat 20
sēper suppliciū, quo malos punire solet, sd iustitiā q̄ in ipso facit, misericordias, & beneficia conferendo, eaq; omnia pstādo, q̄ in sacra scriptura pmisit. Cū cōsolaretur homines Esaias Iesu Christi filij sui aduentus Isai. 11.
certitudine, omnia q̄ dixerat resumēs his verbis breuiter includit, iudicabit iniustitia pauperes. Nō ea iustitia qua unicuiq; ttibuit q̄ ei debetur. Hæc. n. metus potius, & timoris cā esset, q̄ cōsolationis populo tam malo, & malè de Deo tot scelerū gñe merito. Sed iudicabit in iustitia, ea, scilicet, iustitia p q̄ re pstando, q̄ uerbis promisit, misericordia, & clementia utitur pœnitentibus toties promissa. Et ita paulo post q̄ uocauit iustitiam, fidē appellat, quæ est dicto
rū promissorumque cōstantia. Erit, inquit, 21
iustitia cingulū lumborū eius, & fides cinctorium renū eius, ideſt, fidem nunquā dimittet, sed semper secū habebit, vt cingulū promissorū ueritas semper eius lateri hęrebit. Dauid quoque, sceptrum, coronā, & Psalm. 88.
thronū regium Iesu Christi in terris duobus his nominibus cōphendit dicēs, firmet dextera tua, & exaltetur manus tua, iustitia, & iudiciū pparatio sedis tuæ. Optat ut Christi Dei filij imperium in terris perpetuū sit, & maius semper fiat, iustitia & iudicio. Quia qui fęlicē, beatamq; rempublicā Simile.
describere solent, una ex rebus præcipuis, quas illi optare solēt, ea est, ut regi pareat, q̄ regni necessitatū cognitionē habeat, & ad opē ferendā paratus sit. Nam q̄ præterea reqri posset, ut uires pterea haberet, & q̄ requirit iustitia præstare posset, tolerabil⁹ esset nō potuisse principē subditorū necessitatibus opē ferre, q̄ noluisse, aut eas ignorasse. Et ideo cū tot ac tāta de Dei potētia dicenda essent, de iudicio tātū & iustitia lo 22
quutus est Dauid. Tribuūtur præterea ī sacra scriptura hæc duo noīa hoibus, ut pa- Psal. 118.
tet. Feci iudiciū & iustitiā. Et pfecto omnibus conuenit hæc duo præstare, ut suo quisquam fungatur officio. Quemadmodū superius in horum nominū diffinitione diximus. Et quamuis peccata, quæ ex uoluntatis malitia nascuntur nolentis ea exequi,

quæ

quæ iusta & bona esse intelligit, maiora sunt, quã ea, quæ ex ignorantia proficiscunt, tũ hæc ignorantiæ peccata maioris detrimenti sunt in publicis præsertim personis, quibus difficile persuaderi põt multa eos
Aug.lib.9. de ci.Dei. ignorare. Ideo D Augusti. Ignorãtia (inquit) iudicis sæpe sit calamitas innocentis. Huc
Leui.4. facit locus ille Leuitici animaduersione di
23 gnus, ubi cum ageret Moyses de sacrificio rũ diuersitate, quæ p peccatorũ, & personarum diuersitate facienda erant, ait iussisse Deũ, ut si Sacerdos (q tũc regis instar erat) per ignorantiã peccasset, idem sacrificium ijsdemq; cæremonijs fieret, ac cum vniuersus populus per ignorantiã peccauerat, ut significaret tã graue esse quodãmodo ignorantię peccatũ in unius Sacerdotis, & regis persona, ac si uniuersa respublica peccaret, cũm publicarũ calamitatum causa esse soleat. Posteã quam Esaias eo in loco, quem nunc explicamus de sapiẽtia, iudicio, & iustitia loquutus esset cœlestis huius Regis: addit aduersus tẽpestates, & uentos futurũ ppugnaculũ. Et erit (inqt) uir sicut qui abscondit à vento, & tẽpestate, sitientibus uero, & æstuantibus tanquã aquæ riuũ fu-
24 turũ, & opportunam aliq umbram ĩ sterili, desertoq; loco sicut riui aquarum in siti, & umbra petræ prominẽtis in terra deserta. O quot ac quanta in sacra scriptura de hoc Rege dñr? Qñ. n. hoc nomen Regis in ea absolute inuenitur, de Christo redẽptore nostro intelligẽdũ est. Ille. n. vere & pleno ore Rex dici põt, cæteri oẽs Reguli sunt: de eo
1. Reg. 2. intelligitur illud Regũ. Et dabit imperium
Psalm. 2. Regi suo: & illud, ego constitutus sum Rex
Psalm. 92. ab eo: & illud, in uirtute tua lætabit Rex: &
Psalm. 44. illud, cõcupiscet Rex decorem tuũ, & filiæ Sion exultent in Rege suo. O diuine Rex? beatos illos, qui se diuinæ tuæ uoluntati subijciunt, horum. n. tu uerus protectores, & custos. Et ita ubi nos legimus, noli timere Abraham, ego protector tuus sum. In Hebræo est, ego scutũ tuũ sum. Et ideo humanã hanc carnẽ assumpsit, ut in se ictus reci-
25 peret, & pœnas, quas culpę merebãtur: nos vero æternis supplicijs liberaremur.

Ait præterea. *Ecce Rex tuus.* O beatissimũ & suaue verbũ! ĩ quo cælestis illa, & diuina donatio declaratur, q̃ Deus hoĩbus fecit. sed qũo ait, ò hõ tuum esse Regẽ? nonne Angelorũ quoq; Rex est? Causam hoc exẽplo dicam. Papa oĩum Christianorũ, & orbis uniuersi Prælatus est, sed si accidit Florentinũ esse, aut Neapolitanum, aut Venetum, dicere solẽt Florentini, aut Neapolitani, aut Veneti, noster est Papa, quia eorum ciuis est, & ex eo loco ducit originem: ita ẽt quamuis Christus Dei filius Angelorũ Rex est & hoĩum, tũ præcipua quadã rõne noster Rex esse dicẽ, qa ex carne est, ut nos sumus, & nostram naturam assumpsit. Qua 26
de re gloriabitur D. Paulus, dicẽs. Nusquã Hebr. 2.
Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. O magnam iustorũ dignitatem, qui ut suũ habent, & possident tam ineffabile bonũ. De peccatoribus ait Iob. Verũtamen, quia Iob 21.
non sunt in manu eorũ bona sua consilium impiorum longè fit à me, i. absit à me malorum uitæ institutũ. Et ratio, qa bona sua in manu eorum non sunt. i. quamuis bonis abundent in hac uita, nihil est cur illis inuidendum sit, quia ea quę possident bona ĩ ptãte eorum non sunt, & ijs indigni sunt, & ipsamet uita quam uiuũt. Quare merito ijs
1. Cor. 3. priuari pñt, & priuabuntur cũ id minus cogitabunt. Et ècontra explicat D. Paulus iº, quod iusti habẽt in oĩbus. Oĩa ĩquit uestra sunt, siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mũdus, siue vita, siue mors, siue prẽsentia, siue futura: oĩa. n. uestra sunt, vos autem 27
Christi, Christus autem Dei, i. ſi Christus Dei est, vos autem Christi: ergo Christus uester est: ſi uester est, oĩa uestra sunt, quia oĩa Christi sunt, & quia Dei sunt. O anima mea dic ergo Dño, ò redemptor meus oĩa nostra sunt in te, & pp te. Et uere dicere ille nobis põt, quod ait Apostolus. Omnia uestra sunt, quia pater meus etiã uester ẽ, & mater mea, uestra mater est: ego quoque frater uester primogenitus, uestra est mea hæreditas. Oĩa, ſ. Dei patris bona, caro mea etiam uester cibus est, & sanguis meus potus: uestra est mea humanitas, uestra mea diuinitas, uestri mei Angeli, ut uos illuminent, & defendant, uestri mei Apostoli ut uos doceant, uestra est terra, ut militetis in 28
uita, uestrum cœlum, ut quiescatis post mortem, uestri sunt ipsi dœmones, ut uos exerceant in uirtute, uestræ tandem uita est & mors, omnia uestra sunt, ut ex omnibus fructum percipiatis. O beatos iustos, qui quoniam se diuino huic Regi subijciunt, Rex eorum est, & cum eo omnia quæcunque sunt. Vos uero fratres quid dicitis? Quid uestris istis Christianis animis cogitatis? dignitatem ne ad quã amici Dei ascẽdũt? Eia igitur per charitatem obsecro uos,

qua

qua cęlestis hic Rex venit, ut eiusdem charitatis ignibus incensi eum in corda uestra recipiatis, quãdoquidem de eo dicitur, nõ solum quod est Rex tuus, sed quod venit tibi? Multa sunt, quæ quanuis uestra sunt, vo-
29 bis tamen non sunt, quia non sunt in utili
2. Re. 18. tatem uestram. Absalonis crines eius erant, sed non illi, quia eis se tanquam fune suspendit pulchritudo illius erat, sed non illi cum suæ damnationis causa fuerit. O quot sunt qui pulchritudinem, opes, & dignitates habent, quæ omnia illis non sunt, quia illis stimuli quidam sunt, quibus incitati ruunt uelocius ad interitum. Et ideò. Hic Rex est tuus, & *uenit tibi.* non sibi, nec in
Cant. 5. suam utilitatẽ, sed tuam: addit, *Mansuetus.* Et ideo aiebat sponsa: Guttur illius suauissimum, totus desiderabilis. O hoĩes quem habetis Regem? (ait sponsa) quid ait Ecclesia Catholica? nullum esse in eius ore uerbum, quod mellitum, quod dulce non sit, totus est suauis, nihil habet amari meus
30 sponsus. Nonne suauissimum guttur diuini huius sponsi & Regis, qui ait: Venite ad me
Matth. 12. omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam uos? Nonne suauissimum eius gut
Ioan. 6. tur uidetur (inquit) Ego sum panis uiuus, si quis mãducauerit ex hoc pane uiuet ĩ ęternum? Nonne suauissimum eius guttur ui
Ioan. 7. detur, qui ait: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat. Mansuetum igitur nunc recipiamus, ne eum postea metuamus iratum. Nũc de-
Psalm. 71. scendit de cælo, sicut pluuia in uellus, & sicut imber super gramina, ut animæ nostræ reuiresc̃erent, & uberes darent fructus. Et ideo sine strepitu uenit, & sine pompa. Cauete cum non utros ueniet, sed ut grando, quæ uineas, tectaque verberet, & frangat. Audite ut nos terribili illo aduentu deter
Ose. 13. reat. Ego ero eis quasi leęna, occurram eis quasi ursa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum. O immutabilis Deus, sed quantum tamen differt, qui nunc uenit mitis, & mansuetus sedens super asinam,
31 ab eo quãdo ueniet in sede maiestatis suę? & ideo fratres iterum atque iterum obsecro vos vniuscuiusque pedibus obuolutus, ut cœlestis huius Regis suauitate & mansuetudine abuti nolitis, sed peccatorum uestrorum penitentiam agentes, eius uos obedientiæ subijciatis, ut eius diuina gratia iustificati gloria postea perfruamini.

Amen.

Feria Quinta ĩ Cęna Domini.

Ante festum Paschæ sciens Iesus quia venit hora, &c. Ioan. 13.

SANCTVS Propheta Esaias, cũ prædicatores Euangelicos monere vellet, quidnam præstare debeant, ait. Notas facite in populis adinuentiones eius. Duo sunt præcipua in operibus, quæ Deus remedij nostri causa operatus est. Vnum est ipsummet opus admirabile: alterum uero inuentio, & modus, quo id operatur, quod non minoris æstima- Simile.
ri dẽt, q̃ ipsum opus. Si Rex, ut suum in te amorem oñderet, uas tibi aliquod aureum donaret, summo artificio elaboratum, duo illi deberes, aurum, & artificium: quia sæpe accidit, ut uas aliquod decem aureorũ ponderis, viginti pp artis præstantiã uendatur. Quare magni quidem faciẽdum est ipsum redemptionis beneficiũ, magnum. n. opus fuit: sed modus quo nos redemit non minoris ęstimari debet. Quod. n. noluerit in stabulo nasci, ĩ cruce mori: admirabilis fuit re- 2
dimendi rõ, quã si diceremus pluris etiam æstimari debere q̃ redẽptionum ipsam absolute, nulla esset exaggeratio, sed ipsa ueritas: cũ in ea plusquã in ipsa redemptione sui erga nos amoris magnitudinẽ oñderit, licet redẽptio, & redimendi modus ex eadẽ charitate pcesserint. Iõ aiebat Esaias, Notas facite in populis adinuẽtiones eius. Et si hoc semper nos præstare ęquum ẽ, hodierna die præstari ęquius est, quę dies uere dici potest adinuentionũ Dei. Tot ac tanta diuini amoris opera in hac die fiunt, ut dicere uere possimus hanc diem diluuiũ esse quoddam amoris Dei inuentionum. Nam quemadmodũ in aquarum diluuio (ait Scri- Gen. 7.
ptura) rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataractę cœli apertę sunt, significat hominũ opinione, cœli viscera aperta esse: ita hodierna die omnes diuini amoris fontes aper- 3
ti sunt. Scidit (ut ita dicam) Deus pectus suũ, & charitatis suæ uiscera patefecit, q̃ antea peccatum obcluserat: & facta est pluuia super terram. Amoris pluuia, magna inter vtranque differentia est. Prior. n. illa pluuia mundum euertit. Hæc redimit: illa amorem attulit, hæc uitam largitur: illa aquæ, hęc ignis pluuia est. Illius frigore mundus obriguit, huius calore exarsit. Quia dixerat

sum-

summa ueritas,ignem ueni mittere in terram,& quid uolo nisi ut accẽdatur?De hoc
Luc.12. diluuio pñt ea uerba intelligi:Dñs diluuiũ
Psalm.28. inhabitare facit,& sedebit Dñs rex in æternum,i.Dñs faciet ut diluuium duret,& diu moretur in terra. Nam prius illud diluuiũ fuit breue,aliud(inquit Dauid)faciet Dominus,q; duraturum est,& hoc est beneficiorum,& amoris diluuium.Et sedebit Dñs Rex in æternũ,i.Deus tot in hoies beneficia conferendo eorum sibi uoluntates allici-
4 et,& eorum Rex fiet ut ei pareant in æternum.Illud ẽt hodie dici posset adimpleri,
Psalm.21. quod dixit idem Dauid: Sicut aqua effusus sũ, dispersa sunt omnia ossa mea, i.uiscera mea,factum est cor meum tãquam cera liquescens in medio uentris mei.O admirabilia uerba, quæ incomprehensibilem Dei liberalitatem ostendunt.Totum me diffudi vt aquam,totum me tradidi, nihil iam in me reliquum est, quod meum sit, ineffabilis amoris igni liquefactum est cor meum
Simile. tanq; cera.Accidit Christi Redemptori nostro,quod militibus accidere solet, qui urbis alicuius mœnia scalis ingressi,urbẽ huc illuc per diuersas partes discurrentes incen-
5 dunt:at cũ peracto opere exire iam cupiũt, septos se flammis animaduertunt, & cum ipsa urbe pariter exuruntur.Ita etiam Dñs ignem uenit mittere in terram, & cum illud optaret unum,ut arderent omnia,tãtã huic rei operã dedit,ut eodem,& ille amoris igne exustus, & occisus sit. O filij Adæ cur non hæc audientes amore uos quoque liquescitis? indicium hoc est maximũ cordia uestra non e cera esse,sed marmore. Iã uerò explicemus diuinas has inuentiones.

Ait S.Euangeliũ: *Ante diẽ festũ Paschæ.* At uide obsecro sanctissime Euẽgelista qd dicas?quem uocas diem festum?dies festus dicit cũ à labore cessantes oẽs homines qe scunt,& otio læti perfruuntur: at diem in qua Dei filius occiditur,dies in qua sol obscuratur,& petræ scinduntur,& oĩs creatu-
16 ra mæret,hunc tu diem festum appellas?ita profectò dies festus est, qñquidem hac die redemptus est mundus,placatus est pater, cælum apertum,& pax facta inter cælum,& terram.Dic,ò peccator,si pro te mori Deũ, ut te à peccati culpa liberaret dies est festus,si tu in peccato perstitis,nonne quantũ ex te est ex festo die non festum facis?Mortuorũ cadauera ex sepulchris excitant,peccatorũ animę mortuæ in peccatis iacent? Vbinam lachrymarum fructus,quas in hoc ieiunio pro suis filijs fudit pia mater Ecclesia,dicens:Da nobis ieiunij effectum salutarem?Vbi pnĩæ; & quadragesimę fructus? Dei noĩe eos à uobis repeto,ubi sunt?Non ne dixit Dauid:Euntes ibant,& flebant mittentes semina sua,uenientes autem ueniẽt cum exultatione portãtes manipulos suos? Seminauit iam Ecclesia sancto ministrorũ, & prędicatorum suorum sudore,& lachry-
7 mis,ubi ergo manipuli cũ exultatione collecti?Vbi uestrarum aĩarum fructus?O homines Sathanæ filios,qui sanguinem ipsum Iesu Christi,insufficientię, & impotentiæ (si ita loqui licet)uestris sceleribus coarguere uidemini, quasi uos eo lauare nequiuerit,& ipsius amorem quasi uos ad amandũ allicere non potuerit,& omnia eius opa tã quam inutilia,& infructuosa. Pudeat uos post tot accepta beneficia in eodem statu persistere:& quæ sequuntur diligenter attendite,sunt enim uestrę saluti utilissima.

*Sciens q; uenit hora e.*Multas uitæ suæ
8 horas habuit in hoc mũdo Christus Redẽptor noster,quas meritò suas appellare potuisset. Horã habuit in qua facta est facies eius sicut sol,horam habuit,in qua cælestis Pater diuinitatis suæ testimoniũ è cœlo dedit.Horã habuit,in qua hoĩes eũ sibi Regẽ creare uoluerunt,& uerum esse Prophetã confessi sunt,quem Deus mundo promiserat,& tñ istãrum horarum nullã appellauit suam,sed hanc tm̃, in qua erat pro hoibus passurus,in qua suũ amorem, & charitatẽ ostensurus erat,hanc appellat suã.Cũ Deus uniuersam hãc mundi molẽ creasset,die septima requieuit ab uniuerso opere,quod secerat:& quia erat quietis suę dies,sanctificauit illam,& benedixit ei,non tñ appellauit diẽ suã.O mirabile mysterium, anteq; Deus fieret hõ quietis suæ idẽ celebrauit, postea quam uerò hõ factus ẽ, laboris dolorisq; diẽ in quo tot,ac tanta p hoibus
9 passus est,hunc celebrare uoluit,hũc suum appellauit.O Xpe uerus hoium amator,hic dies optatis uotisq; tuis finẽ imponet.Iam prope est paschę illius dies,quem unà cum discipulis celebrare tantopere optabas.Attendite,quo affectu cũ iam accubuisset il-
la uerba dixit.Desiderio desideraui hoc pascha manducare uobiscum antequã patiar. Quibus in uerbis duo Dñs significauit,unũ est quod uult diuina Maiestas sua beneficia plurimum à nobis desiderari. Et ita dixit:

Matth.17. & Marc.. & Luc.3. Ioan. Gen.2.

Beati

Matth.5. Beati qui esuriunt,& sitiũt iustitiã. Et quia hoĩum desideria talia esse non poterunt,ut tãtis beneficijs digna sint, quæ hodie cõferuntur: ideò dixit Dñs, ego illa pro uobis desideraui,& ita ait: Desiderio desideraui. Quemadmodum pro discipulis suis gratias egit,quas ab ipsis Deus requirebat: qñ cũ piscatores essent aiebãt,dæmonia subijciũtur nobis,& quia illi pares tanto beneficio
10 gratias referre non possent:eorũ uicem cle-
Luc.10. mentissimus Iesus accepit,dicẽs:Confiteor tibi pater Dñe cęli & terræ.Ita ẽt hoc loco desiderij nostri defectũ suppleuit. Sum⁹ tãuiles,& pusillanimi,ut nesciat uoluntas optare nisi terrena,& caduca,ut Hebræi quo-
Exo.6. Exo.17. Exo.16. Num.11. rum uaria desideria admirationem pariũt, nunc optabant panẽ,nunc aquam, nunc coturnices,nũc pepones.Tot fuerunt deniq;
Num.11. desideria,ut ea necesse fuerit illorum morte finire,& ita magna eos plaga percussit. Vnde & nomen nactus est ille locus, sepulchra concupiscentiæ, i.hic istorum hoĩum desideria iacẽt,& illi simul,ut dixit Dauid:
Psal. 111. Desideriũ peccatorũ peribit. Quia nimirũ permittit sæpe Deus ut quod optant, non consequantur,& antẽ q; uoti compotes fiãt
11 uita priuat.Et ita ait D.Paulus,q; uent⁹ ho-
Ephe.4. mo,i.filius Adã,in quo uiuit & regnat peccatũ,corrumpit ẽm desideria erroris,i. per momẽta cõsumi ob stulta sua desideria,& eorũ euẽtus expectatione macerari, & ijsdẽ desiderijs uti Deũ tãq; carnifice ad eos torquendos.Vocat aũt hæc desideria,desideria erroris,q loquẽdi modus sacræ scripturæ familiaris est,ut uerbũ uerũ.Ita desiderium erroris,i.desiderium errans, desiderium quod à uirtutis scopo, & Dei lege erratur.Quãuis pmittit interdum Deus,ut mala desideria malum finem sortiant̃,ut illis
Rom.1. maiori sint dãno.Vt D.Paulus ait: pp qđ tradet illos Deus in desideria cordis eorũ,i. in tot peccatorũ pœnam,quę ibi retulerat, pmisit Deus ut quod optabant, fieret. At hæc pœna ne appellari põt,quod optabant, euenire?Hic nẽ carcer est?hæc uincula?id illi uolunt fieri quod optãt O infęlices illos
12 quos Deus sic punit grauissimo hoc supplicij genere.Hoc sentiebat Dauid qui ait:Di-
Psalm.80. misit eos ẽm desideria cordis eorum,ibunt in adinuentionibus suis, quot excogitant quotidie ut Deum offendant? ibunt, quò ãterant non dicit,quia neq; ipsi hoc sciũt, qui malitia cæci ambulãt Cauete fratres ne huc deueniatis,curate diligẽter,ut uolũtates uestrę id tm̃ optent,qđ bonũ, & sanctũ ẽ.Memẽtote id plurimũ referre,ut Dei beneficia facilius cõsequamur: ea prius plurimum desiderare.Et hoc docet Christus Redemptor noster, his uerbis : Desiderio desideraui, &c.

Significatur ẽt his uerbis quãtopere de-
13 sideraret Christus pro nobis mori. Et ideò Simile. mortis horam suspirabat,quia uitæ nostræ hora futura erat.*Sciẽs quia uenit hora eius.* Erat Christus Redẽptor noster tãq; horologiũ ex arena quod duas habet ampullas, superiorem unã,alteram inferiorem:horæ initio arena tota est in superiori ampulla, mox paulatim à superiori in inferiorẽ ita delabit̃,ut ea exhausta hora peracta sit.Ampullæ in Christo sunt aĩa,& corpus, initiũ horæ fuit conceptio,in qua anima q; ampulla superiori est,plena erat arena, tristitia,& mœrore,quia in eodem illo creationis momento & unionis cum uerbo diuino, præuidit in eo id oẽ,quod passurus erat, & illud recepit vt suum.Omnium ẽterea peccatorũ cogitationem habuit,pp q; summo dolo-
14 re affectus est. Cum uerò in natiuitate sua incepit hora, ex superiori ampulla ad inferiorẽ cæpit arena delabi,quia statim animæ illa sanctissima dolores suos cum corpore cõicauit,& cæpit corpus frigus,famẽ,sitim, & alia tormentorũ genera pati,durauit hora quam diu uita durauit,in qua perpetuò ex anima ob illũ amorem, quo Deũ hominesq; amabat in corpus tristitia mœrorq; manauit.Et quia ultimo illo momẽto,cum expirauit in cruce animæ dolores omnes exhauriri debebant, sacrum uerò corpus crucifixum,laceratum,& mortuum erat in cruce remansurum, ideò ait, uenit hora eius. Hora appellat passionis suæ tempus. Ea est enim diuini amoris uis, ut rerum nomina immutet: quia ut re quoque ipsę diuersæ amantibus uideantur, facit. Et ita dolores,& mortem non his appellat Leu.12. nominibus,sed alijs. Hęc appellauit baptismũ,dicens: Baptismo habeo baptizari, & qũo coarctor usq; dum pficiatur? quasi ex-
15 pectatione torqueretur. Alibi calicẽ appel- Ioan.18. lauit,vt cum Petro dixit: Calicẽ quẽ dedit mihi pater,nõ uis ut bibam illũ?Nemo unquam sitiens aquã frigidam tanta cũ uoluptate bibit,quanta Christus Redẽptor noster passionis suę calicẽ hausit. O quę quã taq; fuit amoris sitis?quàm uehemens pro nobis moriendi desiderium, quo fiebat ut

ma-

maxima quæq; minima viderentur. Ita ea verba intelligo quæ in cruce dixit: Cõsummatum est. Nõ ignoro præcipuum illorum sensum esse affirmatiuum pfeciſſe redemptionis opus quantũ in se erat. Sed permittite queso me interrogatiue sic legere: Cõsummatũ est? Ac si diceret, peractũ ne est? quasi tã breuem doloris fuisse cursum mi
16 raret. Et ita hæc verba lego. Quia quanuis Dñs affirmatiuè pronunciauit (ut dixim⁹) ea tñ aio, & mẽte interrogatiue ẽt dicebat: quia totum illud passionis tps breuissimũ illi visum est. Itaq; quemadmodum amor efficit, ut mortis nomen mutaret, & baptismum, & calicẽ appellaret, ita ẽt facit ut lõgissimũ tps horã hoc loco appellet. Et horam suam: qa sui amoris erat hora. Ad hũc
Iob 7. perfectionis gradum amici Dei deueniũt, vt cũ militia sit vita hois super terram, tribulationes tñ, & afflictiones suauissimę eis
Cant.6. videantur. Quappcum sponsam laudaret sponsus, ait. Pulchra es amica mea, suauis, & decora, vt Hierusalem. Sed ubi nos legimus, suauis, in Hebræo est, Thirsa, quod est
Thirsa. nomen proprium vrbis. Noster verò inter
17 pres posuit nois significationem, sed uere nomen est proprium. Erat.n. Thirsa urbis regis tribus Ephraim à fertilitate, & suauitate appellata, eò q; locus esset amẽnissimus. Thirsa.n. idem est, quod suauis, quare comparat Spiritus sanctus iustum duabus his vrbibus, Thirsæ, & Hierusalem, quæ pacis visionẽ significat, ut pace suauitatemq; iustorum oñderet, quãuis magnis premant infortunijs. Vtinã fratres eam uirtutis haberemus præstantiam, vt pro Christo pati
D. Bern. sup Cant. gauderemus. D. Bernardus super Cantica explicans ea sponsæ uerba: Nigra sum, sed formosa, quæ inuidis æmulisq; suis dicebat qui eam nigrã appellabat, tñ (inquit) abest vt eam suæ puderet nigredinis, ut potiꝰ de ea gloriaretur. Per nigredinem uero intelligit sanctus, tribulationes, quas anima Dei
18 amore patitur, & ita ait. Pulchra sponsa cõuertit ad gloriã quod sibi ab æmulis retorquetur, nõ modo formosam, sed nigram se glorians. Non.n. erubescit nigredine, quam nouit præcessisse in spõso, cui similari quanta gloria est? grata ignominia crucis ei est, Obsecro igitur uos fratres per hũc clementissimum Dñm, vt qñquidẽ ille uestra causa crucem tantopere amauit, & mortis horam tanti fecit, ut suã appellarit, uos quoq; horam in qua aliquid erit eius causa fetendum, vestram, & non alienam existimetis.

Sciens quia uenit hora eius, ut trãseat ex hoc mundo ad patrem cum dilexisset suos, q̃ erant in mundo, in finem dilexit eos. Ait hoc loco D. Augustinus, q̃ dilexit eos in finẽ, i. Augusti. ut daret se eis qui est vltimus finis. Hic est finis quo nostræ sagittæ, i. opera cogitationesque nostræ dirigi debent. *In finẽ dilexit eos.* Vt se illis traderet, & eum tanquã 19
suum possiderent. In finẽ dilexit eos, i. adeò dilexit, & tot in eos contulit beneficia, ut finem ad quem nati sunt, consequerentur. D. D. Chrys.
Chrysostomus ait, oĩa suum habere finẽ & terminũ, amor uero Christi Redemptoris nostri, ut hõ erat, eò peruenit quousq; per uenire poterat, i. ad finem, ulterius procedere nõ poterat, vsq. in finem dilexit eos. Cyrillus.
Cyrillus ait; in finẽ dilexit, i. in morte maiora dedit illis amoris indicia, quãuis in tota uita se eos amare oñderat. Nunc tñ ultimã Simile.
amoris metam oñdit. Eximio pictori similis, qui plurimis tabulis in aliqua urbe artis suæ præstãtiam oñdit. Cum uero discessum parat, ut præclarũ aliquod sui monumentum relinquat, oẽs intendit uires, ut
20 in eo qcquid arte præstare potest, efficiat. ita ẽt cœlestis hic amoris pictor, & artifex Iesus Christus ĩ tota uita plurima edidit amoris opera, natus est in stabulo, plorauit, fudit sanguinẽ, ieiunauit, orauit, prædicauit, passus est iniurias, & contumelias, q̃ quidẽ præclara sunt amoris opera, uerũ in suo ab hac uita discessu, præstantiorem quandam amoris picturam reliquit, & quod amore præstare poterat, præstitit. Hoc illud significat, in finem dilexit eos. Naturalis motus quanto magis accedit ad terminũ, eo velocior est, vt lapis qui deorsum fert: violẽtus uerò in fine remissior est, ut cũ lapis ascendit, Christi Redẽptoris nostri amor voluntarius erat nõ uiolentus, & ita in finẽ maio Simile.
ra suæ uis, & impetus argumenta dedit. Si sponsa aliqua eo q̃ datam sponso fidẽ fregisset, ad suppliciũ raperetur, sponsus uero amore cõmotus diceret iustitiæ ministris, se debitũ sponsę suę suppliciũ subire uelle, 21
& p̃ ea mori, & ita fieret, vt ea dimissa traheretur spõsus ad necẽ: cum uero ab ea separaret, diceret; Dilecta spõsa gẽmam hãc accipe, ut perpetuum sit apud te monumẽ tũ mortis à me tua cã susceptæ, ut quoties eã uidebis, toties me pro te mortuũ esse recorderis, nonne uideret in hoc maxime suũ erga illam amorem oñdere? & qualẽ q̃quũ

erat

erat remanere sponsam? Cũ gemmam illã uideret, quã in mortis suę memoria sponsus reliquerat, quanto dolore afficeretur? quot effunderet lachrymas tãti ac tã singularis amoris memor? Hoc ipsum præstitit hodie Christus Dei filius, qui cum animæ nostræ ob iniuriã illi factam raperentur ad
22 supplicium, eas sua morte liberauit, & in mortis suæ memoriã gemmã pretiosissimã ideſt, admirabile hoc altaris sacramentum reliquit. O ineffabilem diuini huius sponsi
1. Reg. 19. charitatẽ, & amorẽ. Magnus profecto amor fuit ille, quo Ionathas prosequutus est Dauid. Diligebat.n. eum tanq̃ aiam suam, nã spoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eã Dauid, & reliqua uestimẽta sua usq; ad gladium, & arcum suum, & vsq; ad baltheum, sed nõ tradidit semetipsum sicut Christus R N. qui cum ab hac uita di-
1. Reg. 12. scedere uellet, suam nobis uitam & sanguinem, & cum his suam diuinitatẽ dedit. Cũ propheta Nathan in parabola illa, quã Dauid eo loco ꝓponit exaggerare uellet, quã tum pauper quidã unã ouem quã emerat,
23 & nutrierat, amaret, erat (inquit) de pane illius comedens, & de calice eius bibens, & in sinu illius dormiens. O cœlestis aiarum nostrarum amator, qui nobis cęlestẽ hunc panẽ manducandum, & hunc vitæ calicem bibendum dedisti, & quia defatigati sumus in sinu tuo, & pectore cũ te recipimus, vis requiescere. Quibus nam uerbis te laudabimus? Quibus nã seruitutis officijs tantum
Simile. amoris tui beneficiũ persoluemus? Si ergo esset aliqua, quæ domi clausa diligentissima cura à parentibus suis custodiretur, & cũ eã nobilis aliquis adamaret, & alloqui summopere cuperet, nec posset, si uos uero seruos uideret eo intrare, & cũ ea libere loqui, quantum id eis inuideret, id seruis suis licere, q̃ sibi non liceret? Nonne summum amorẽ ostenderet, si ut eam alloqui posset
24 serui sui uestem indueret? Benedictus sis tu Deus meus, qui ita te humiliasti, ut serui tui ve stem induere dignatus sis, vt nos alloqui posses, cumq; videres panem seruũ meum hanc corporis mei domum intrare, panis vestem sumis, vt his accidentibus tectus cum anima nostra, quam ardentissime amas intime conuersari possis.

Et notandũ est, q̃ scire Iesum quia iã uenerat hora eius ponitur ab Euangelista tanquã causa cur in finem dilexerit eos. Vt nobis significaret, q̃ mortis nostrę incertitudo & recordatio est maximum nobis ad uirtutem incitamẽtũ. Mortis uerò obliuio efficit, ut rebꝰ uanis & inutilib. opam demus. Dixit Isaac Esau: Fili mi uides, quod senuerim, & ignorẽ diẽ mortis meæ, sume arma Gen. 27.
tua, &c. Vt benedicat tibi aĩa mea antequã moriar. Et igitur vt sanctus hic Patriarcha de rebus suis cogitat, quia mors illi semper 25
uersabat ob oculos. Vultis ne scire, an quis recordetur uẽturũ quendã æternitatis diẽ, cuius nullus erit finis? Attendite opa q̃ facit, hæc.n. an mortis memor sit necne testãtur. Vbi nos legimus, nõ apponat ultra ma Psalm. 9.
gnificare se hõ super terrã, D. Hieronymus Hieron.
ex Hebræo uertit, homo ex terra, i. qui ex limo terræ formatus in eandem terrã paulò post uertendus est? nõ apponat ultra magnificare se super terram, ideſt, quomodo terrena audet optare, qui ne unam quidem uitæ suæ horam certam habet.

Præterea illud, in finem dilexit eos, significat amare constantissimè, quasi nunquam amoris filiũ fregerit, sed cũ eo, & pp eũ mortuus est. O q̃ leues, & inconstãtes hodie in amore sumus. Quo nã animi dolore aiebat Gala. 1.
D. Paulus. Miror q̃ sic tam citò transferimini ab eo, qui uos uocauit in gratiã Christi, Gala. 3.
26
& infra magna eos feueritate reprehendẽs ait: O insensati Galathæ, qs uos fascinauit nõ obedire veritati ante quorũ oculos Christus Iesus ꝓscriptus est, & in uobis crucifixus. Fascinare est oculorũ intuitu, ob eorũ malitiã, alicuius subiecto inficere pp eius debilẽ cõplexionẽ, & est morbus, quo pueri delicati afflici solent, q̃ quorundã huius oculis cõrũpi solent. Vtitur aũt S. Apostolus hac metaphora, ut significaret Galatas, ut pueros fuisse deceptos, cum tñ iam grandiores essent, & in fide fundati. Quasi diceret minũ nõ esset, si falsi isti prędicatores nos uos hoies decepissent; uos, uos uero ante quorũ oculos proscriptus est Christus, & in uobis crucifixus (vbi D. Augustinum legit Augusti.
prescriptus, non proscriptus) à postea quã tot pro Christo passi estis, decipi uos tam facilẽ siuistis, ut quicquid lucrati estis, amitteretur. Prescriptus, ideſt, cum uos in 27
fide instruxerim, & eius mysteria declararim, ac si ea ante oculos scripta haberetis, ea tam certa & uera credentes, ará crucifigi Christum uestris oculis uideretis, cum tantum iam essetis in fide progressi, quomodo cecidistis? Ita profecto fratres mei mirãdum omnino est, eos qui tandiu de Chri-

stiana uita, & uirtute agimus, tam facilè labi ut pueros. O insensati, quis uos fascinauit? mulieris oculũ posse te o homo occidere? hominis oculum posse te ò mulier occidere? qui Deum amare solebas, tam facilè corrumperis & fascinaris? O Deus potentissime da nobis constantiam & fortitudinẽ, vt filium tuum imitari possimus.

Sciens, quia oia dedit ei pater in manus.

28 Res est admiratione digna, qd ut narraret Diuus Ioannes sanctissimę trinitatis mysterium nullo uerborũ ambitu usus est, sed statim dixit In principio erat uerbũ, &c. Narraturus uerò rem tã humilem, ut est Christum Redemptorẽ nostrum lauasse pedes discipulorum, magno uerborum circuitu utit. Quo? nonne sublimius est Trinitatis mysteriũ? ita est, illud ex se sublime est, & admirabile. Sed ut factum hoc humillimũ maiorem nobis pareret admirationem, & ad eius imitationem magis incitaret, necesse erat, ut prius S. Euangelista personæ præstantiam, quę se humiliauit, narraret, & tempus cum id factum est, & occasionem & ipsiusmet Iudæ pedes lauasse diceret, tunc 29 cum de eius proditione cogitabat.

Ioan. 1.

Surgit itaque a Cana & ponit uestimẽta sua, &c. In Regum & Principũ palatijs inferioris gradus hoies depositò pallio ministrare solent, maioris uerò gradus & dignitatis, ut Maiordomus, & Architriclinus cũ pallio. Dei filius cum in uilissimo hoc officij genere hominibus seruiret, sine ulla authoritate seruire uoluit, & ita posuit uestimenta sua. Vos uerò cum Deo seruiẽdũ est authoritatem quæritis, nam cur nõ maturè surgitis, sed missam in meridiem usque differtis? qa (inquiunt) authoritas est seruãda personæ. Cur eam saltem non auditis in tẽplo, sed domi? qa maioris est authoritatis. In illis uerò locis, in quibus diuites hospitalibus seruire consueuerunt, cur uiginti ferculorum cõuiuia præbent? nonne satiùs esset ea paulatim per uiginti dies distribuere, aut eorum pretium hospitali in eleemo 30 synã dare, quam ut hodie saturi cras fame lici sint? Respõdent personarum authoritatem spectari debere. Eu ut omnibus in reb⁹ authoritatem quæritis, & cum ea ipsimet Deo seruire uultis. O bone Iesu, ò animarũ nostrarum gloria, ut in omnibus uitæ tuæ actionibus summæ humilitatis exempla præbuisti, uestem & cum ea authoritatem depones ut nobis seruias, ac si infimi gradus homo esses. *Et ponit uestimẽta sua.* Tã ta cum uoluntate seruit Deus hominibus, ut se omnibus rebus expediat, ne quid eũ impedire possit. Homo uerò infælix, ut tantę maiestati seruiat, nescit impedimẽta tollere. Vide ut magister tuus ponit uestimẽta sua ut tibi expeditus inseruiat. Pallium reliquit Elias, ut currum, quem Dominus ei 4. Reg. 2. miserat, ascideret, & in Euangelio dixit Do Matth. 18. minus: Sinite mortuos sepelire mortuos 31 suos. Tibi impedimenta relinquenda sunt: nam si ut ea te relinquant expectas, nũquã relinquent. Ponit igitur uestimenta sua. Cũ 2. Reg. 6. Michol uidit Dauid, quia ante arcam Domini saltabat irridens, dixit: Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se & nudatus est, quasi si nudetur unus de scurris. Plus uerus hic noster Dauid præstat hodie, qui non ante arcam Domini, sed ante pauperum piscatorum pedes ponit uestimenta sua. Si hoc carneis oculis aspicitur, contemptum fortasse parere posset, sed si spiritualibus animæ oculis spectatur, maxime in eo Christi Redemptoris nostri gloria elucet.

Venit ergo ad Simonẽ Petrũ, & dicit ei Petrus: Dñe tu mihi lauas pedes? Verba (inqt D. Augustinus) hæc sunt quæ attingẽda nõ esset, ne forte qꝫ spiritus de illis digne cõcepit, indigne lingua explicaret. In his duob⁹ uerbis: *Tu mihi*, Christiana philosophia tota continetur. Quis es tu Domine, & qd ꝓ hominibus fecisti? qd eis promisisti? quis est homo, in quem tot beneficia confers? Tantam sanctus Apostolus concepit animo admirationẽ uidẽs maiestatẽ illã ante suos pedes ꝓstratã, vt surgere veller. Animaduertitis ne cũ imũ aliquẽ profundumq; locũ ex alto despicitis, ut toto corpore perhorrescatis, & oculos statim, ne uideatis, auertis? huiusmodi erat qꝫ D. Petrus uidebat, illius Maiestatis memor, quã in monte Thabor olim aspexerat & reuelationis, quam habuerat, illum Dei esse filium naturalem.

D. Augus. 32 Similes

Si nò lauero te, &c. Si in rebus, q̃ speciẽ æquitatis habere, & rationi morumq; ꝑceptis cõsentanea uidentur, repugnare Deo nõ licet, qd erit in rebus, q̃ sunt oi æquitatis 33 colore & specie destitutæ? Si Diuo Petro modestus esse contra Dei uoluntatem non licet, quomodo nobis, impudentes esse licebit? Diuo Petro (ut Deum honore) pertinax esse non licet, nobis ut debitum illi auferamus honorem, licebit? Considera ò peccator

peccator pãratũ adstare Deũ ut tibi lauet pedes. Iã (inquit) eos tibi in baptismo laui, & sæpe alias pœnitentię sacramento & tamen non defatigor. Solũ abs te peto vt te noscas, & quàm sordidus sis animaduertas in illo tuorum peccatorũ cœno uolutatus,

Psalm. 50. ut me roges cũ Dauid, uolo, dicẽs: Amplius laua me ab iniqtate mea, & à peccato meo munda me: quoniã iniquitatem meam ego cognosco. O immensa Dei pietas, nõne satis erat, ò Domine idem te præstare, ꝙ præstitit Elisæus, qui leprosũ misit ut se in Ior-

34 4. Re. 5. dane lauaret? sed tuo sanguine, tuis lachrymis, tuis sudoribus nos lauare uoluisti? qd respondes ò infælix hõ? id ꝙ D. Petrus, sed non eodem zelo, eodemque uenerationis affectu: *Non lauabis mihi pedes in æternum.* Quare ò Domine mihi es tã importunus? cur tot sermones? tot uocationes? tot inspirationes? nolo me laues, tandiu sic uiuo in luxuriæ, auaritiæ, & uanitatis sordibus, contentus uiuo. Nõ lauabis mihi pedes in ęternum. Hæc omnia dicis factis & operibus, licet nũ uerbis. O infælix hõ: *Si non lauero te, non habebis partem mecum.* Et si cũ Iesu

35 Christo partem nõ habes, qd de te erit? Et ideò frater qꝫ Deꝰ petit, effice: sine te ab illis sanctissimis manibus lauari, ut cum eo partẽ habere possis. Res est aiaduersione digna, qꝫ quãuis D. Petrꝰ Christũ Redẽpto

Ioan. 21. rẽ nostrũ negauerit, nunq̃ tã ab eo reprehẽsus fuisse legitur: & hoc loco, qa lauari nõ uult, tã seuerè reprehenditur. In quo significat nõ mirari Deũ tãtopere peccandi imbecillitatẽ, quãtũ post peccatũ cũ lauare nos uult nos recusare. Qua nã de causa existimatis fleuisse Iesũ sup Hierusalẽ? qa nimirũ cũ cælestis medicus uenisset, ut eã curaret, eũ admittere noluit, & ĩ peccato pseuerare maluit, quam curari. Et ita ei dixit, eo qꝫ nõ cognoueris tempus uisitationis tuæ.

Luc. 19.

Dum audisset D. Petrus minas, ait deterritꝰ: *Non tantum pedes meos, sed & manus, & caput.* Intelligebat n. sanctissimus uir

36 nõ esse satis res nobis bonas uideri, sed necesse eẽ eas placere Deo ut bonæ existimẽtur. Quia ut dicit: Est uia q̃ uidẽt homini iusta, nouissima aũt eiꝰ deducũt ad mortẽ. Et ideò mutari ĩ Diuo Petro leuitas nõ sit, sed prudẽtia. Sunt hoies q iurãt nihil se alicui mutuò daturos esse, aut nunquã cũ eo loquuturos, & quod si eos rogas, ut mutuò aliquid ei dent, uel cum eo loquantur, id fieri posse negant, eo quod se se iuramẽto obstrinxerint. At iuramentum huiusmodi fecisse, magna fuit impietas, & maior erit seruare.

Pro. 14.

Postquam ergo lauit pedes eorũ, & accepit uestimenta sua, cũ recubuisset, iterũ dixit eis: Scitis quid fecerim uobis, &c. Iã (iqt) intelligitis cur uos lauerim. *Exemplum enim* 37 *meũ dedi uobis.* Vestræ n. salutis fundamẽtũ humilitas esse debet, q̃ ut uobis facilior uideatq̃, exemplũ sumite; quo oẽs quotquot se se hac ĩ re offerẽt difficultates facilè superabitis. Aiaduersione omnino dignũ est, ꝙ cũ essent Apostoli infimi gradus hoies (quos ex ĩdustria tales Dñs elegerat, de ster Psal. 112. core erigẽs pauperẽ) & cũ tot annos in illa humilitatis schola talis fuissent ꝓceptoris auditores, necesse tũ fuerit humilitatẽ illis tantopere cõmẽdare, & Dei filiũ humiliasse se, & ad uniuscuiusque pedes demisisse, ut ad eam illos suo incitaret exemplo. Res mira pauperes piscatores & uerbis hortari & exẽplo, ut ambitiosi nõ sint. Quanã resu perbire potest Piscator, Publicanus, & hu- 38 iusmodi hoies, qui victum sibi labore quę rebant? nonne satius est ad finem & constãtiam eos hortari, quos infra paucas horas ad turbæ ferriq; aspectũ, terga uertentes ef se te deserturos nosti? O immẽsa Dei bonitas, ò infinita sapiẽtia, ut hominũ corda intelligit, & ijs omnib⁹, quę nobis necessaria sunt, ꝓuidus accurrit. Intelligebat Dñs, q̃ facile infimi homines cũ ad dignitatis culmen ascendunt superbire soleant: & tanq̃ capitis uertigine correpti cõcidãt. Quãtus nam fuit Saul casus, quem Deus ad regnũ 3. Re. 9. Israel à bobus asiniscq; uocauit? quãtus Da- 1. Re. 16. uid, q̃ cum ouiũ pastor esset, cuiusdẽ regni dignitatẽ erexit? Hanc igit ob causam Dñs tot salutaribus ꝓuenit remedijs, ne in Apostolatus dignitate cõstituti superbirent: neq; uerò illis tantũ, sed nobis quoq; præbetur exẽplũ. Audiamꝰ igitur fratres suauissimũ huius Cygni carnem quod nobis iam moriturus cecinit: Cumq; in eo nos humilitatem, charitatẽq; docuerit: hæc omni amplectamur affectu, & omni studio & labore curemus, ut humiles simus, & nos inuicem amemus usque in finem. Considerate quibus in rebus se occupatum mors Christũ 39 Redemptorem nostrum inuenerit. Cogitet unusquisq; & examinet semetipsum si nũc mors ei inopinato adueniret, & repentina quibus in rebus se occupatum deprehẽderet, quod ne accidat aliquando, prouiden-

dum est maturè in uita, quia ut ait D. Augustinus. Si bene uixeris bene morieris, & bene morientes, diuinæ gratię muniti præsidio, gloria perfruemur æterna: ad quã nos perducat Iesus Marię filius, Amen.

August.

Sermo in passione Domini. Thema.

Christus traditus est propter delicta nostra. Paul. Roma. 4.

VETVS fuit prędicatorum consuetudo, hodie diuinæ gratiæ auxilium sanctissimę Virginis Matię intercessione nõ implorare. Cuius rei has causas adducebant. Primò, quia cum ideò potissimum ãpud Deũ plurimum intercessione possit, quia eius filij mater est, id hodie deficit, quia mortuo filio, mater esse definit. Secundò, quia hæc est, quę diuini thesauri & gratiæ clauem habet: & ut ait D. Bernardus: Nihil nos Deus habere uoluit, quod per manus Marię nõ transierit. Verum hodie nihil opus est claue, quia ut idem ait; Clauus penetrans factus est mihi clauis reserans. Fracta est hodie arca & thesaurus per uarias partes apertus, quiuis potest manum immittere sine clauis auxilio. Cum reficietur arca, & renouabitur, & in sanctissimum corpus redibit sanguis: tunc clauis & iurisdictio ad sacratissimæ Virginis manus redibit. Et has ob causas nihil hodie à Deo per eius intercessionem petere consueuerunt. Verum meo iudicio nunq; ab eius auxilio recedere præstat: quia ad quẽ maiori fiducia in suis necessitatibus confugiunt filij, nisi ad matrẽ? & si mater filij obliuiscitur, quis eius erit memor? & ideò quasi ad id facile esset, ut suũ amorẽ exaggeraret, dixit Deus: Nunqd obliuisci mulier potest infantem suum, ut non misereat filio uteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. At beatissima uirgo nunquam vsque in hanc diem data est nobis, ut mater. Cum Dominus dixit Ioãni (& una cunctis credẽtibus.) Ecce mater tua, hodie ut matrem omnes acquirimus, hodie in filiorum loco nos illa habere incipit, & ideo meritò ei hodie possubius dicere, Monstra te esse matrem. Incipe o Domina matris opera facere. Præterea quia hodie eius filij exequię, & anniuersaria celebrant, qui neque vxorem habet, & amicum fere nullũ (quia relicto eo omnes fugerunt, eum in mortis solitudine deserẽtes.) Matres autem panẽ, & ceram in oblationem dare consueuerunt. Ideò hac potissimum die hæc sanctissima uirgo tenetur quodãmodo gratiæ panem sua intercessione nobis largiri, & diuinæ sapientię ceram quæ nostras mentes illuminet. Lachrymis etiam hodie opus est, quas quis nobis dabit, nisi hæc pijssima Virgo, quæ hodie tot lachrymas effudit? Cũ iussit Salomon diuidi puerũ, & partẽ unicuiq. dari, eius quæ verè mater erat commota sunt viscera, ut Scriptura ait. Quanto magis sanctissimæ huius matris uiscera cõmota fuisse credimus, cũ dilectissimum filium suũ sæuissimè lacerari uidebat? Altera illa non uidit, sed imperantẽ audiuit Regem ut fieret. Atque ideò dicitur, ad locũ unde exeunt flumina reuertuntur, ut iterum fluant. Ita dolores omnes quibus Christus Redemptor noster torquebatur, in beatissimæ Virginis uiscera (tanquã in mare flumina) ingressi sunt, & inde reuertebãtur ad filium, ut cum magis magisque torquerent, matris anima ita filio coniuncta hęrebat, ut quod in corpore patiebatur filius, illa eodem tempore sentiret in anima. Et ita ait D. Hieronymus, qđ fuit plusquam martyr. Quia martyres in carne quam oderunt, patiebatur, & ita eam torqueri spiritu desiderabant: at Beata Virgo non in carne quam oderat, sed in carne illa filij sui pretiosissima, quam plus uita sua amabat, patiebatur. Quam uere poterat illa dicere, non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Hanc dicere possumus aram illam fuisse uituli sanguine septies irrigatã. Quia quoties filius sanguinem effundebat, toties mœrore eius anima aspergebatur. Cùm uideret Propheta Helias Dei prophetas occisos, & altaria destructa, mortem zelo quodam ardentissimo à Deo petebat, dicens: Altaria tua destruxerunt, & prophetas tuas occiderunt. Et paulò ante dixerat, sufficit mihi Domine, tolle animam meam. Hodie dum prophetarum Regem uidet benedicta Virgo occisum, & altaria Dei destructa: membra illa diuina, quibus tot Deo Patri offerebantur sacrificia, quo animi affectu dum iuxta crucem stabat Deum rogasse credimus, ut una cũ filio suo se ex hac uita eriperet? Quę omnia; cũ ita sint magna spe & fiducia ad hoc uniuer-

Ma. 26.

3

3. Reg. 3.

Eccle. 1.

Hiero.

4

5

Iob. 17. Num. 4.

3. Reg. 19.

Isai. 49.

1

2

uniuersale refugiũ accurrere possumus, ut gratiã nobis à Deo sua intercessione obtineat: mihi quidẽ ut spiritu & deuotione diuina hæc mysteria referre possim, uobis uero, ut ea audire eodem spiritu, ac deuotione possitis. Et ideo dicamus omnes deotè. Aue Maria.

Ephe. 3.

Magna exaggeratione ait D. Paulus: Flecto genua mea ad patrem Dñi nostri Iesu Christi, ut det uobis ſm diuitias gloriæ suę uirtute corroborari per spiritum eius, in interiori hoïe Christum habitare per fidem ĩ cordibus uestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum oĩbus sanctis, quę sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundũ. Quãuis magna Dei mysteria prædicabat Apostolus: pro nullo tñ eorum ita orauit, nec tanto cum affectu, ut eius latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Flecto (inquit) genua ad patrẽ, &c. & ab eo petò, ut det uobis corda, quibus assequi possitis imméſam Iesu Christi charitatem, qui pro uobis mortuus est. Res ista est tanti momẽti, ut àprecibus nos initium sumere æquũ sit rogando uos, ut uos ipsos ad eius cognitionem incitetis, quia ex eo uires sumet animus, ut in uirtute progrediat

6

7 alacrius. Quamuis enim soleant hoïbus, cũ proprium uident sanguinẽ uires præ lãguore deficere, Christi tamen Redemptoris nostri sanguis in Ecclesia ostenditur, ut nobis

Apo. 12. ad uirtutẽ sit incitamentum, & ad maiora aggrediendaanimos addat & uires. Factum est prẽlium magnum in cælo inter angelos bonos & malos. Boni autem, ut uires animumque acquirerent, pretiosissimum Iesu Christi sanguinem aspiciebant. Quare ipsi

Apoc. 7. (vt ibi dicit) uicerũt pp sãguinẽ agni. In eodem Apocalypsi cũ martyrum referret fortitudinem dicẽs: Hi sunt qui uenerunt de tribulatione magna, addit causam statim: Et lauerunt stolas suas in sanguine agni, id est, fortes fuerunt in tribulationibus, quia se ĩ sanguine agni lauerũt. Si defatigati estis

8 fratres superioris diei, & sanctissimæ huius noctis officijs, & sanctis huius hebdomadæ sacratissimæ exercitijs, satis erit ut quietè hic & attentè me audiatis, cogitate de hoc pretiosissimo sanguine, de passione, & morte, q̃ hodiæ Dei filius pro uobis subire uo-

Eccl. 3. luit, agendum esse. Salomon ait: Omnia tẽpus nascendi, & tẽpus moriendi, tẽpus plãtandi, & tẽpus euellendi, tẽpus occidendi, & tẽpus sanandi, tẽpus flendi, & tẽpus ri-

dièdi. Tẽpus hoc q̃ habemus præ manib⁹, nascendi tẽpus est Deo p̃ gratiam tempus euellendi uitia & plantandi uirtutes: tẽpus mortificandi carnẽ & sanãdi spiritũ, tẽpus deniq. flẽdi. Cũ arcã Dñi abstulerunt Philistijm tantũ ex eo dolorem accepit sacerdos Eli, ut cum ob filiorũ suorum mortem, qui in eodem prælio occubuerant, minus doleret, dolore ipso exanimatus expirauit: At quãto æquius est dolere nos hodierna die? 9 q si ut Eli mori morte corporali præ dolore nõ possumus, moriãtur in nobis humana gaudia, moriatur oĩs sensualitas & peccatũ. Cum Ioab accidisset Abner, ut purgaret se 2. Re. 4. Dauid de homicidio, & carere omni culpa ostenderet, dixit ad Ioab, & ad oẽm populũ q̃ erat cum eo: Scindite uestimenta uestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. Plorat Dauid, plorat oĩs populus mortẽ Abner. O magne Abner Christe, Iesu filij Dei qui pro nostra salute moretis. Cõuertimini igitur Christiani. Hodie gloriosi huius defuncti celebrantur exequiæ. Plorate, & deplorate ei⁹ mortẽ uestris operibus & lachrymis: cõtestamini eius morti 10 neminẽ uestrum cõsensisse, & profecto tot sunt doloris & fletus causę, ut quemadmo-

Gen. 37. dũ Iacob dixit: Descẽdam ad filium meum lugens in infernũ: ita & nos quoq. tot lachrymas optare deberemus, ut lachrymæ ipsæ uitæ finẽ imponerent, et ijs submersi moreremur. Et eo magis si singularẽ amorem, quo pro uobis passus est, consideraremus.

Et ita ea Diui Pauli uerba: *Traditus est pp delicta nostra.* Intelligẽda sunt à proprio amore potissimum morti & tormentis fuisse traditum. Quã uere dixit D. Bernardus, Bernat. qđ amore uiolẽtius? triũphat đ Deo amor. Cũ triumphũ Romę imperatori alicui decernebãt ob singularia uirtutis ab eo edita facinora, magna cum põpa urbem triumphans ingrediebatur innumerabili hominũ multitudine; præibant currũ Reges, đ q̃ bus triũphabat, uincti, ita nobilissima Asię Regina Zenobia, ducta in triumphi põpa fuit aurea cathena deuincta. Ægypti uero 11 Regina Cleopatra, ne ira duceret aspidum morsu sibi uitã eripuit. Si igitur Christũ funibus uinctũ, uerberibus laceratũ, spinis penetratũ cõtẽplabimur, q p̃ urbẽ Hierusalẽ ad Caluariũ cruce oneratus ascendit in genua sæpẽ põdere oppressus procũbens (quã Psal. 118. ob causam dixit Dauid de eo; Ego sum uermis & nõ hõ; q̃a uermis pedibus, manibus,

ore & toto corpore repens incedit.)Si igit hoc cõtemplabimur,nonnè amorem de eo triumphare dicemus:O potẽtissime amor, ut Deum ipsum ante tuos pedes prostratũ trahis à te supratum. Verè ait Apostolus: *Traditus propter delicta nostra,*&nõ pp sua: nulla enim habere potuit. Ex quo ea Isaiæ
Isai.28. uerba intelligetis,ut faciat opus suũ alienũ opus eius,vt operetur opus suũ, peregrinũ
12 est opus eius ab eo,ideſt, vt opus suũ faceret,alienũ opus fecit suũ. Dei opus est iustificare,ignoscere;saluare:vt igitur hæc opa faceret,aliena opa fecit sua. Quodnã opus magis à Deo alienũ esse põt q̃ pati? & hoc omne q̃ alienũ erat suũ fecit, ut quod tuũ erat faceret,ideſt,iustificare & ignoscere.Et
Isai 9. ut magis eius amor appareat uerba illa singularia eiusdẽ Isaiæ perpẽdite qui cum eo loquens ait:iugum oneris eius, & uirgã humeri eiu⁹,& sceptrũ exactoris eius superasti,sicut ĩ die Madian, ideſt, redemisti Dñe mundum,& liberasti hoĩes è manu Sathanæ, ut Gedeõ Hebræos à Madianitis.Vide
Iud.7. tur hæc cõparatio non omnino cõuenire; quia Gedeon,neque fudit sanguinem,neq;
13 ullum passus est in uictoria detrimentũ.At in Christi Redẽptoris nostri uictoria quot labores,quot tormẽta,quę mors tam sæua quanta sanguinis copia?Ex hoc colligere licet quantũ nos dulcissimus hic redemptor noster amet,& quã suauis illi fuerit mors,q̃ grata sanguinis effusio,quandoquidẽ, quic quid passus est, nihili facit. Et de uictoria tãtum in ea Prophetia loquitur, de tormẽtis & morte ne uerbum quidẽ. Quasi diceret Isaias tantũ nos amas ò Dñe,ut nullum ferè pro nobis suscepisse laborẽ; & incruẽtam de hostibus reportasse uictoriã tibi audearis:sicut in die Madian in quo sine uulnere & de sangui ne uicti prostratiq̃ hostes.Benedictus & glorificat⁹ sit talis Deus, laudent te Deus meus oẽs cæli Hierarchię ob tã ineffabilem amorẽ: nihil pati uocas, tã sęua pati torměta?nullus unquã tantus
14 fuit tot telis trãsfixus,ut cælestis hic spõsus nostra causa.Quot in eum tela inimicorũ
Gene.4. crudelitas iecit,quos in fratrũ inimicorũq̃; loco habebat?quonam dolore dixit Deus ad Cain,uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra, ideſt æquũ erat ius saltẽ consãguinitatis,& ipsum fratris nomẽ te tãto scelere deterreret?sãguis fratris tui clamat ad me.Hoc a me magis petit ultionẽ & pęnam,quia cum esset sanguis fratris tui,eum tñ impiè effundere uoluisti. Crudeles Hebręi fratrẽ uestrũ,carnẽ uestrã tã sæua morte occiditis,& ĩ eũ tanq̃ in taurum tot tela uibratis? Currit huc illuc taurus & ubique
Psalm.68. ad est,q̃ eũ uulneret,quò confugiat non habet.O cælestis aiarum nostrarũ saluator, q̃ uerè dixisti,quę sui cõsolationẽ & nõ inueni)Quoquò ibas iueniebas torměta:ĩ horto te uulnerarũt:in domo Anne alapã illã crudelissimã nefarius miles dedit:in domo
15 Caiphæ exuerunt infaciẽ:in domo Herodis alba veste te induerunt ut stultũ:in domo Pilati sæuissimè flagellarunt, & spineã capiti coronã imposuerunt,in Caluario tãdem crucifixerunt.Incedit taurus uulneribus plenus doloris edens mugitus,suisq̃ doloribus aliorũ pellit dolores,q̃ in theatro spectãt:ita mors tua sęuissimaq̃; tormẽta tua,ò defatigate Iesu,torměta cõdemnationemq̃; nostrã sustulerũt.Nã vt D. Ber. D.Bernar.
ait, mirabilis passio tua Dñe Iesu,quæ passiones oĩum propulsauit.Taurus tandẽ occisus pauperũ cibus esse solet:ita ẽt(q̃ deplorandũ oĩno est) tua pretiosissima mors
16 nullis ferè,nisi pauperibus,utilis est & fructuosa,potẽtes verò& diuites eã tanq̃ tauri carnẽ cõtemnunt.Videtis ergò fratres inefabilẽDei nostri charitatẽ,q̃ quis tot pas⁹ sit torměta,eatñ nihil facit.Et hęc ẽt causa
Isai.50. est cur Isaias,oui eũ cõparauit dicens:Tanq̃ ouis ad occisionẽ ductus est. Quia si recte aiaduertitis ouis eadẽ mãsuetudine ad carnificinã ducit,ut occidat, & ad pratũ ut
17 pascat:ut nulla in ea differẽtia dignosci possit.Ita Redẽptor noster eodem aspectuibus ad mortẽ,acsi ad solẽne aliqđ cõuiuiũ iret. Meritò igit diximus paulo ante à suo amore traditũ fuisse. Potissimũ traditus est pp peccata nostra. O hominũ peccata q̃ graue uestrũ malũ,qñquidem Deũ ipsum pati,& talia pati feciſtis:ò hõ tu q̃ in toto hoc quadragesimæ tempore aperire oculos noluisti, & peccatorũ tuorũ grauitatẽ intelligere,uis eã tãdem aliqñ intelligere?redem
18 ptorem tuũ cõtemplare,quem si uinctũ,flagellatũ,crucifixũ vides,id ome tua causa es se intellige.Et ita cũ Pilatus dixit:Nõ inuenio mortis causã in eo;quãuis qđ diceret ignorabat,uerè tñ hoc dixit,qa mortis causa non in eo fuit,sed in nobis. Dixit Deus Ezec.8.
Ezechieli: fili hominis fode parietem. Et cum fodissem parietem, apparuit ostium unũ,& dixit ad me:Ingredere, & uidẽ abhominationes pessimas quas isti faciũt

hic

hic.Et ingressus uidi,& eccè omnis similitudo reptilium & aialium abominatio ,& uniuersa idola domus Israel depicta erant in pariete & in circuitu p totũ.O magnum mysterium ut uideret Propheta oẽs populi abominationes,iussit Deus vt foderet pa-
18 rietẽ.O redẽptoris mei Iesu Christi uulnera,ad quę siquis oculos cõuertit,quãuis ęcus sit,peccatorũ suorũ grauitatem intelli-
Cant. 2. get.Quid est paries nisi sãctissima hæc Dñi nostri caro ? & ita eã appellauit sponsa dicens:En ipse post parietẽ nostrum,ideſt, uidetis nè Verbũ diuinum carnis pariete incluſum?Ea igitur ò peccator uis nè abominationes tuas uidere ? aspice hunc parietẽ clauorũ spinarumq̃; uulneribus effocum. Hic uniuersa dom⁹ Israel spectãtur idola, ideſt,hinc intelligere licet q̃ graue sit scelus Deũ sibi facere creaturas, & illis, Deo tãtũ debitũ honorem amoremq̃;præstare. Vniuersa idola depicta erant in pariete in circuitu p totum.O sacrũ corpus in te oĩa mea scelera depicta uideo.Pictura ẽ liuor & uuluera,quæ in toto corpore spectãtur,
Isai.1. nã à planta pedis usq; ad uerticem capitis
19 nõ est in eo sanitas.Color uerò quo hęc depicta sunt,fuit pretiosissimus sanguis . Vis igitur ò hõ peccatorũ tuorũ grauitatem cognoscere?tria spectã quę in hac sanctissima passione inuenies.Personæ dignitatẽ , quæ est infinita torměta quæ patitur , & cuius causa ea patitur,nimirũ pp peccata nostra, ut ijs nos liberarer:traditus est pp delicta nostra.O infinita Dei charitas, qui pp inimicorum suorũ peccata mori uoluit . Hæc
Rom.5. D.Pauli exaggeratio,cũ ait,uix enim p iusto quis moritur?erit enim quisquam q̃ si iniuriã innocenti fieri uideat,eũ ab ea uelit sua morte redimere? uix inuenietur.At
Simile. Dei filius pro iniusto moritur, pprio amore motus:Habet quis filiũ,quẽ pp eius scelera domo eiecit:fingite patrẽ inimicorum gladios filij capiti imminentes uidere, quãuis iratus sit,per arma tñ & hostes filiũ defensurus accurret : quem qui uident,quid mirum est(inquiunt)pater est.At quid pl⁹
20 est Deum esse an patrem ? nullus ppẽ est patris amor si cum diuino comparetur,qui quanuis nos propter peccata nostra domo eiecisset iratus,cũ tamen inter hostes & arma uidet in uitæ discrimen adductos , per uerbera, per clauos,per spinas, per crucẽ, per mortem denique ipsam ad opem ferẽ dã accurrit.Hæc est Dei nostri charitas.

Primum qđ in hac sanctissima passione considerandũ occurrit,est,ut se Dñs in Bethania à sanctissima Virgine separauit, cui diceret:Dilectissima mater,q̃d tibi debeantur ipsa nolti , & labores per alienas terras errãdo pro me tuliſti:pia quæ mihi semper prętitisti officia,curã & solicitudinem
21 q̃ mei triginta annorũ spatio habuisti : hæc oĩa & plura debere me fateor,& agnosco. At uenisse iã scito mater uitæ mihi à patre perscriptæ terminum.Neq; hoc tibi nouũ est:diu iam est cũ hoc nosti Adæ mihi culpa soluenda,scriptura implenda,& Prophetæ mei fideles inueniendi sunt. Iamiã tuis istis sanctissimis oculis sæuitiã in me exercendã uidebis.Mulier es Dei mensa & Spiritus sancti pane nutrita:nunc tibi uirtus animi & constantia ostendenda, iam enim moriturus discedam.Quãto cũ dolore hęc
Gen.32. sãctissima mater audiret,uos ipsi cogitate. Fili mi respondere illa,utinam tecum me quoq; mori sineres.Fœlix Iacob, qui nihil
2.Re.18. de filij sui morte sciuit antequã uestẽ eius
Gen.21. sanguine aspersam afferrent.Fœlix Dauid, qui filium suũ Absalon quercui suspẽsum tribus telis cõfossum nõ uidit, sed tãtũ ita occidisse audiuit.Si Agar Sarræ ancilla filiũ
22 suum morientẽ reliquit,dicens; Non uidebo morientem puerum quinã erit animæ meæ dolor, cum te fili morientẽ uideboſ?
1.Re.18. mea lux,mea uita.Si Dauid & Ionathas cũ essent separãdi,ob magnum quo se mutuò prosequebantur amorẽ,lachrymati sunt,at quantò æquius est sanctissimum filium matrẽq̃; pijssimam tunc lachrymasse?Non cõ uenit responderet ei Iesus , te nunc dilecta mater mori,hic te remanere necesse est,ut meas has oues consoleris.At illa, si hęc fili mi æterni patris uoluntas est,benedict⁹ sit illle semper,tu uerò antequã discedas benedic matrẽ tuã.Hæc dicẽs,ante pedes Redẽptoris sui afflicta mater in sæcula, bñdicẽs. bñdicta sis,inquit mea mater in sæcula , benedictum sit caput tuũ qđ semp sanctis cogitationibus plenũ fuit,benedictus sit uen
23 tertuus uirginalis,q̃ me p nouem menses gestauit,benedicta tua ubera,quæ lac meę infantiæ prębuerunt,benedictũ sit os tuum ueritate plenum, benedictæ manus in sanctis exercitijs occupatæ , benedicta anima tua gratia & charitate, & omni uirtutum genere plena.Ita plorantes discesserunt.

Ille autem Hierusalem proficiscitur, & mysteriosa illa cœna facta,in qua admirabile

rabile Eucharistiæ sacramentum instituit,
Mat.16.& uenit in hortum Gethsemani, ubi relictis
Mar. 14. discipulis suis procidit in faciem suam, te-
Luc. 2. tigit terrã facie acsi eã oscularetur, ut signi
ficaret pacẽ in discessu, pacem hoibus dare
ut in aduentu. Ingressus in mundũ pacem
secũ attulit, q̃ Angeli cecinerant dicentes:
Et in terra pax. Et hanc discedens relinq̃t.
4 Prætereà procidit in faciẽ suã, ut ostẽderet
quantũ amaret terrã, & eos q̃ in ea viuunt.
Nã q̃ amatis cũ relinquitis datis illi oscu-
lum pacis. & orabat dicens; *Pater mi si possi*
Ma.26. *bile est, trãseat à me Calix iste.* Pater mi,
pium uerbũ & amore plenũ. Mirũ profecto
est, q̃ cũ patris dilectus tanta cum humilita
te & reuerentia oraret, ille tñ taceret, quasi
eius preces contemneret. Cum hac de re
Psalm.88. loqueretur Dauid, ait quasi admiratus. Tu
uerò repulisti, & despexisti, distulisti Chri-
stum tuũ, auertisti testamentum serui tui,
profanasti in terra sanctuarium eius, idest,
profanari permisisti: destruxisti oẽs sepes
eius, posuisti firmamentũ eius formidinẽ:
diripuerunt eum oẽs transeuntes uiam, fa-
ctus est opprobriũ uicinis suis, exaltasti dex
teram deprimentium eum, lætificasti oẽs
inimicos eius, auertisti adiutorium gladij
25 eius, & non es auxiliatus ei in bello. O pa-
ter æterne quodnã in te crimen cõmisit fi-
lius tuus (inquit Dauid) quẽ acsi peccator
esset contẽnis? nonne hic est filius tuus dile
ctus cur illi nè vnum quidẽ uerbũ rñdes?
repulisti eum, & despexisti, ita ut hoib. quo
que contẽptui esset. Exaltasti dexteram de
primentium eum, lætificasti inimicos eius,
idest permisisti, ut in filium tuum inimici
eius uires suas exercerẽt, & eo lętarentur.
O admirabilis res, & magnum illis sola-
tium, quos ex alto sublimiq̃. statu in humi
lem & infimum Deus euertit.

Iterum tũ redit diuinus saluator ad pre-
ces, & ait, *Pater mi, &c.* Quasi diceret, si a-
pud te plurimum põt perseuerantia, & id
facis ut perseuerẽs; an iterum humi ne pro-
stratum aspice. Quis vnquã à te eiect⁹ & re
26 pulsus est? tu aũt Dñe, lõge facis miseratio
nes tuas a me, multiplicati sunt q̃ oderunt
me. O cęli rex, Calix iste tã amarus, quẽ re
cusas, potio est tã salutaris, ut si eam bibis
gñris humani salus futura sit. Quare misce
Heb.10. cã nè tã amara uideat, misce cũ ea cogitatio
ne ad hoc te in hũc mundũ uenisse. Tu ipse
dixisti, ut D. Paul⁹ affirmat dicẽs: ingrediẽs
mundũ dicit, hostiam & oblationem nolui
sti, corpus autẽ aptasti mihi, holocaustoma
ta & pro peccato noluisti, nec tibi placita
sunt, quæ ꝑm legẽ offerunt. Tunc dixisti, ec
ce uenio ut me offerã in sacrificiũ acceptã-
bile. Quarè q̃nquidem iam potionem rece
pisti, misce eam cogitans mundum expecta
re ut tu eam bibas & ille liberet, nemo.n.
sanctorum, nec tua sanctissima mater q̃ tu
tantopere amas, faciẽ Dei uidebit, nisi hãc
priùs bibas. Quare quãuis mortis potio ti- 27
bi uideatur amara, attamen uora ob tuam
erga patrem obedientiam, & in nos charita
tem: quod si cito transire postulas, non tam
citò transibit antè quam trãseant per suos
humeros flagella plurima, per manus, &
pedes claui crudelissimi, per sanctum ca-
put acutissimæ spinæ.

Cõsiderate ẽt vt excitat discipulos suos
dormiẽtes dicẽs: *Surgite eam⁹, ecce appropin*
quabit q̃ me tradet. Sępè dicere audiuistis
lupũ ouib. & agnis in via obuiã ire: at oues
& agnos lupo obuiam ire nouũ & inauditũ
est. O agnus Dei, qui tollis peccata mundi,
qui sp̃te lupis occurris, & te illis tradis vt
te sęuissimè occidãt. *Adhuc eo loquente ec*
ce Iudas ad eũ accedẽs dixit: aue Rabbi, &
osculatus est eũ. Hoc illud ẽ, qđ i mũdo fie-
ri solet hodie osculũ pacis dare, & odiũ cor 28
de cõtinere. O p̃ honorẽ illi⁹ dñi quẽ om-
ni honore hodie destitutũ uidetis, deponi
te, deponite aios illos simulatos, sed si igno
scitis, nõ id fiat ut tuti⁹ ulciscì possitis. No
lite ad cælestẽ hunc sponsum Iudæ simula
tione accedere. Vbi nos legimus: Apprehẽ
dite disciplinã nè q̃n irascatur dñs: legitur Psalm.2.
in Hebræo, osculamini filiũ. Quasi diceret,
date pacis osculũ filio meo, ne pereatis de
via iusta. Verũ nõ sit osculum Iudę, sed cũ
aĩo, amore, & charitate pleno. Ex horto vin
ctum nudis pedib. per uiam quandã saxis
acutisq̃. quibusdã lapidib. asperimã, ad ur
bẽ duxerunt. Considerate quid tũc pius Ie Simile.
sus sic duct⁹ patere. Experiẽtia docuit ue-
nationis carnẽ eo magis tenerã esse & deli
catã, & ideò gustui suauiorẽ, quò magis cũ
lepus aut ceruus uiueret, à canibus agitat⁹
vexatusq̃. fuit, ita.n. mollior redditur caro,
quę deinde pane inclusa solet esse cõiuio
rum finis. Omnibus fidelibus notũ est, ut 29
cælorũ Rex in ultima sæculorum ætate car
nem suam pretiosissimam panis accidenti
bus tectã largitus est mundo, quæ suauior
esset fidelũ gustui agitari se, uexari, flagel-
lari uoluit. Canes Hebræi fuerunt tãtæ cru
de-

delitatis & sceleris ministri. Iudas canis
fuit q̃ eũ uestigans, & odorans cæteris lace
randũ tradidit: uenationis sylua fuit hortus
Gethsemani. Verũ ut canes huc illuc anhe
lantes excurrunt, ut prædam assequãtur; ex
30 qua deinde cum iam assequuti sunt, nihil
apud eos remanet præter laborẽ, qa domi-
norum est pręda. Ita infęlices Hebræi qui
tot concilijs, tot artificijs ut diuinã hãc prę
dam assequerentur, desudauerunt, cursu &
labore defatigati, curarũ & inuidiæ spinis
transfixi, ut canes occisa pręda, nullã ex ea
ceperũt utilitatẽ: quia eorũ malitia sanctis-
simæ hui⁹ mortis fructibus uti noluit. Qui
uerò Domini sunt & merito appellari pos
sunt ut Christiani, qui animi affectibus im
perãt, hi uenationis fructu & utilitate fruũ
tur. In hac uia tã aspera ęquũ est ut Chri-
stiani oẽs Regẽ suũ comitentur, & ei dicãt
id, quod quidam dixit Dauid, cũ deflens nu
2.Re.15. dis pedibus per eiusdẽ mõtis latera irã fuge
ret Absalon: Viuit Dñs, & uiuit Dñs meus
Rex, quod-in quocũq; loco fueris, Domine
mi Rex, siue in morte, siue in uita, ibi erit
seruus tu⁹, Et ut ibi dicitur, quod uirorum
fortiũ exercitus Dauid in eo labore seque-
batur, & quod omnes flebant uoce magna.
31 Ita etiam ęquum est, ut fortissimorum ho
minum exercitu factorẽ nostrũ nudis pedi
bus incedentem, sequamur, quandoquidẽ
eius discipuli eo relicto omnes fugerunt.
Iob.6. Qua de re eius nomine Iob cõquerebatur
dicẽs; Necessarij quoque mei recesserunt
à me fratres mei pręterierunt me sicut tor
rens, q̃ raptim transit: Vt aquę riuus imbri
bus tumefactus, qui initio quidem magno
Simile. impetu fertur, & citò deficit. Iter quis facit
ęstiuo tẽpore defatigat⁹, sudore & puluere
sordidus, lingua hęret palato, iã sitim ferre
non potest, se tamẽ ea spe cõsolatur nõ lon
gè abesse aq̃ riuulũ, quo se refrigerare pos
sit; illuc vero cũ peruenit, siccum inuenit, &
exhausturũ, ex quo quantũ animo dolorẽ ca
piat, uos ipsi cogitare potestis. Ita dicit Do
32 minus: ubi refrigeriũ & solatiũ inuenturũ
me esse existimabã, ibi maior mihi iniuria
facta esse uidetur. Non queror de inimicis;
inimici.n sunt, de amicis queror. Verũ so
lus remansit, ut solũ se redimere significa-
ret. Vt solus creauit, & noluit adesse Ange
Gen.1. los, ita solus redimere nos vult, vt illi tãtũ
Deu. 22. hoc debeatur. Vt Moyses gratos redderet
Hebręos, bñficiorũq̃; memores, dixit, dux
Esai.63. eorũ fuit, & nõ erat De⁹ alien⁹ cũ eo. Quasi
diceret, solus Deus te ò hõ ex Ægypti serui
tute liberauit, & ideò solus toto corde amã
dus. Ita hoc loco torcular calcauit solus,
diuidi amor nõ debet, vni huic totus debeẽ:
solus ipse calcauit, & tot tormẽtorũ generi
bus calcatus est. Et ideò cogita frater, quid 33
ei debeas, & noli esse ingratus.

Cõsidera ꝑtereà & meditare alapã, qua
sceleste⁹ ille Põtificis minister faciẽ illã pcus
sit, in q̃ desiderãt Angeli ꝑspicere. Huic tñ
iniuriæ respondisse legitur Domine, & q̃lt⁹ 1. Petri.1.
est. dicẽs. *Si male loquutus sũ &c. Si autem*
bene quid me cædis? Quest⁹ hic esse dicit ob
ingratitudinẽ, q̃ ab eo pcussus est, cui⁸ au-
riculã i horto sanauerat. Vel ut significaret
doloré, quẽ ex malo exemplo capit. Quia
iste sua audacia cęteris se ducẽ præbuit, &
multos habuit sectatores, q̃ idẽ facere ausi
sũt. O q̃ uerè idẽ fratres nobis dicere põt,
si bene, quid me cædis? Quã uobis occasionẽ
præbuit Deus, vt eũ offendatis? nũ cælum
suis motib⁹ defecit: nũ suis ifluẽtijs sidera?
nũ Sol & Luna lumine? nũ sine fructib⁹ ter
ra? nũ sine piscib⁹ mare? cur eũ offenditis? pu
deat alapis Deũ tã bonũ cædere q̃ tot bñfi
cia cõfert. Alapã dedit seru⁹, & cõsẽtit Põ 34
tifex. O scelestę q̃ tãtũ scelus in seruo tuo
consentis? In domo Caiphę accusauerũt eũ
falsis testibus adhibitis, agn⁹ verò mansue
tissim⁹ tacebat, *Ita ut miraretur præses.* Cau
sa autẽ hæc fuit, qa cũ nostrũ sit caput & lo
co nostri pateretur in se ipso peccata nostra
recipiens, acsi ipse cõmisisset; (hoc.n & D.
Pauli uerba significauit, ꝑ nobis mortuus Rom.5.
est, idest, loco nostri:) ideo cũ accusatur, ta-
cet, qa merito nos accusari nouit, quorũ ꝑ
sonã tãquã fideiussor sustinet. Qđ aiebat 2.Re.18.
Dauid deplorãs: fili mi Absalõ q̃s tribuet,
ut ego moriar ꝑ te, idest, loco tui? Hoc ma
iori cũ affectu aiebat Christus Redẽptor no
ster, utinã ò peccator optatissima illa mor-
tis hora adueniret, in qua ꝑ te moriar. Ideo
igit̃ tacet, qa peccatoris loco patitur, & qa
ibi certissimãdixit veritatẽ: *uidebitis filiũ ho*
minis sedẽtẽ a dextris virtutis Dei. Ceperũt
quidã cõspuere eũ & uelare faciẽ eius &c. O 35
glorię Rex ut te sine gloria uideo, nullũ erit
cor, quod tuas passiones cõsiderãs nõ fi an-
gat̃. O Domine me⁹ i faciẽ tuã tã pulchrã,
& tanta uenerationẽ dignã conspui finis? q̃
nã hæc patientia est Deus meus? Regẽ Bal
thasar punis, q̃ tẽpli nasa ꝑphane cõtecta Dan.5.
re ausus est, hos uero impune faciẽ tuã cõ-
spuere & uerberare ꝑmittis? omnes tibi in
sultant,

sultant,oēs te lædunt,sacerdotes,scribę,& pōtifices.O q̄ uere dici pōt illud Esdræ:Manus ēt principū & magistratuū fuit in transgressione hac. O cęlestis pater oībus opem fers,tuū uerò filiū deseris?accusant iudices Susannā,tu Danielem excitas defensorem. Tuū uero filiū impiè & nefariè accusatum defendit nemo. Audi ò pater misericordia rū q̄d dicat:De⁹ uenerūt gentes ī hæreditatē tuā,polluerunt tēplū sāctū suū. O admirabile tēplū,Spūs sācti arte fabricatū, vt te sordidatū aspicio? ò Patriarcha Iacob,q̄ dicebas uidi dñm facie ad faciē, & salua facta est aīa mea, q̄d diceres si Dei faciem nunc conspui,& fœdari uideres?O peccatores deteriores estis quodāmodo nos, & scelestiores illis ipsis tanti sceleris ministris, nā illi⁹ eū offenderent,sanctissimā eius faciē uelabant;uos uero q̄ optimè scitis q̄ omnia nuda & aperta sunt oculis, tot tamen scelera in eius conspectu perpetrare non pudet.

1.Esdr.9.

Deu.13.
Psal.78.

36

Gen.32.

In hui⁹ Pontificis domo negauit Petrus magistrū suū. *Et cōuersus Dñs respexit Petrū*,sua infinita bonitate,ita ut in corde illi loquereī. Quā uerè potuisset illa dicere,q̄ suo filio dixit Iacob. Et tu Rubē primoge

Gen.49.

37 nitus meus, tu fortitudo mea, & principiū doloris mei,prior in donis, maior in imperio,effusus es sicut aqua.Petre primogenitus meus,ī quo discipulorū meorū fortitudinē & cōstantiā collocauerā,effusus es sicut aqua?ubi tua illa fortitudo? quomodo te superari siuisti?ò humana ībecillitas, ut

Psal. 103. in te confidere non possumus. Hic tū dñs,

Aug. li. 3. q̄ respicit terrā & facit eā tremere,eū respe

de cō. E- xit,& ad se cōuertit.Hoc respicere, nō fuit

uāg.cap.6. oculis corporeis,ut notat B.Augustī. Quia tunc dñs erat in superiori ptorio,Petr⁹ uero foris ī inferiori cū ministris, quare corde respexit & aio. *Et ita exuit foras* Petrus. *Et flenit amare*. His oculis respiciat nos diuina maiestas ob suam infinitā bonitatem.

Mane facto. Duxerūt dūm ad Pilatū tā defatigatū,ut dicāt aliq̄ Iudā,eo q̄ ita uidisset,facti pœnituisse,q̄ retulit triginta argenteos principib. sacerdotū dicēs: *Peccaui tradēs sāguinē iustū.* Cui illi rūderūt: *Quid ad*

38 *nos? Tu uideris.* Ex hoc intelligetis q̄d nā sit mūdo seruire. Postquā.n. q̄ illi optabāt, effecit,reiicitur his uerbis, quid ad nos?seruias ò infelix homo mundo, & diabolo, & videbis præmium, quod referes. Rices in die mortis tuæ mundo,nonnè vitā omnem tibi seruiendo consumpsi? respondebit,q̄d ad nos dices diabolo, uolūtati tuæ sp obtēperaui:rūdebit,q̄d ad nos?& ita cogita quē tibi dñm eligas.Præses Pilatus cū intelligeret, *Quod per inuidiā tradidissent eū, ḡrebat dimittere eū.Illi uero clamabāt, si hūc dimittis, nō es amicus Cęsaris.* Quot hodiè ī tribunalib. iueniunī,q̄ idē dicūt?at 39 q̄d tibi cū Cęsare,si ueritatē nosti,& ut illa postulat iudicas?ò nos miseros, quorū nullus ferè est,q̄ suū Cęsarē nō habeat,& vt eū sibi amicū seruet,nō crucifigat Deū,eo illorū hoīum puersitas deuenit, ut cū diceret illis Pilat⁹,quē vultis dimittā uobis Barabbā an Iesū?Barabbā elegerint,eū sūmę Dei innocētiæ & bonitati pferētes.Magna exaggeratione dixit Esaias, & cū sceleratis reputat⁹ est.Vetū nūc min⁹ reputaī q̄nquidem Esa. 53. sceleratos absoluūt, eū innocentē cōdemnāt.Exclamat ꝓpheta Hiere. Dei noīe dicēs: obstupescite cæli sup hoc,& portę ei⁹ Hier. 4. desolamini uehemēter,dicit dñs:duo.n.mala fecit popul⁹ me⁹, me dereliquerūt fontē aquę uiuæ, & foderūt sibi cisternas dissipatas.En hic reiect⁹ De⁹, & ei⁹ loco cisterna dissipata electa. Quoties fratres in hoc pec 40 camus, qui pp mūdi turpitudines Deū relinquim⁹.O uirgo sine ęquali nata nōne dicebas tu,dilectus meus cād d⁹ & rubicund⁹ electus ex millibus ? veni, & vide ab eo Cant. 5. oīnò mutatū,nō electū sed reiectū,& Barabba ipso uiliorē existimatū. O ius quoties deficis. ò ueritas & iustitia quoties corruitis?uerè dixit Isaias. Corruit in plateis.ueritas.Iā nō est ueritas in hominib.q̄quidē Isai.56. ueritatē ipsam occidere uolūt. Nō desistebat tñ Pilatus ita, ut cū libentissime dimisisset.Ideo iussit flagellari existimās si flagellatū vidissent,facili⁹ eos placari posse. Sceleris uero ministri cū eū sæuissime flagellassent purpurea uestē iduerunt, sordida & lacera. O sūme sacerdos q̄ nā uestis hęc ē? Zacha. 3. Vide Iesū sacerdotē magnū tlātē indutū vestib. sordidis,& dixit dñs ad me: nūq̄d non iste torris est erutus de igne? Hic solus est, & unic⁹ torris.i.titio,q̄ ab igne liberat⁹ est. 41 Illud tlātē solicitudinē significat, qua paratus ad opē tlat.O diuin⁹ torris e cœlo delapsus,ut mūdū amoris igne incēderes,tletisti ut nos federem⁹.Notādū autē est nō appellari eo loco ignē,sed torrē ignitū. Quo significat nec purū fuisse hominē, nec purū Deū,sed Deū simul,& hominē. Et hic torris tātū ex gūrali peccati igne liber euasit, q̄a ipse tātū natura fuit impeccabilis. Hunc

igitur

igit diuinū sacerdotē, q̄ cęlū syderib. terrā florib.plumis aues uestiuit & ornauit, hūc hodiè sordidis uestib. induerūt, &,ut maiori esset cōtēptui,spineā capiti coronā impo suerūt. Vt feras uestiget uenator, p spinas Simile. 42 & rubos trāsir, & ut animā tuā ò Christiane uenet De⁹, aspice ut spinis se vulnerari sinit:ita vulneratū ac flagellatū duxerūt eū ad Caluariū ut crucifigerēt, crucis sup pōdere oneratū.Scire aūt debetis à domo Pilati distare Caluariū octigētis septuaginta duob. passib⁹,vt itelligatis, q̄ lōgus fuit imēsi huius laboris cursus.In culmine montis,humi deposita cruce,ī ea dulcissim⁹ Iesus brachia supin⁹ extēdit,ut ea clauib.figerēt,dicēs: ò diu à me optata crux.Triginta triū annorū spatio te crux sācta q̄siui,læta me nūc recipe,ut ad te lætus uenio.Tū sānctissimū illud corpus disiūxerūt, ut ad foramina,ī cruce iā facta manus, pedesq̄. ptingerēt.O Mater afflicta, ò Martyr incōparabilis,nōnè audis ut stridēt ossa dū è suis locis dimouent?vt gemūt mēbra dū vī detorta discerpunt?O malleus crudelis,q̄ filiū & matrē codē tpe figis,Cur ex malleo obtuso,factus es gladius acutus, ut figas clauos, 43 malleus es,ut matris cor vulneres mutaris in gladiū. Malleus & securis nō sūt audita 3.Reg.6. in domo Salomonis.O pater clemētissime cur ī tēplo Salomonis hominū manib. facto, nec malle⁹ sonuit nec securis,tēplū uero à Spiritu sāctofabricatū malleo sinis crudelissimè persuti? O diuine Redēptor qui extensis brachiis nos redimere uoluisti,ut quāta magnanimitate nos expectes significares,si ī tuos amplexus uelimus accurre re.Quā uerè possumus hic dicere q̄ ait Isa Isai.25. ias.Extendit manus suas sicut nātās ad natādum.Mergebaī mūdus,& ꝓicit se Christus,ut ī sanguinis,&lachrymarū pelago natet,uestes suas ī carnificū manu reliquēs; &ita nos è ꝓfundo peccati ad gratiæ littus attraxit. Sustulerūt crucē magno diuini redēptoris dolore,sūmo illorū plausu & clamore,q̄ q̄ tāto pere optauerāt, actū iā esse lætabanī.Verū si eū illi blasphemabant,impiè,& malē dicebāt,nos tāti bñficii memores laudemus,dicētes, Adoramus te Christe,rex Israel,Prīceps Regū,De⁹ Sabbaoth, uirtus altissimi, adoramus te nostrę redemptionis ptiū ptiosissimū, hostia sancta, hostia odorifera, q̄ tuo tñ odore ęternū patrē inclinasti,ut hos uermes aspiceret,& filiis irę placatū reddidisti.Mōtis culmē ascē

Simile.

dit pastor, ut suarū ouiū gregē aspiciat per prata pascentē,& inde sibila edit, & uoces quib.ille admonite ītatī ad pastorē accurrūt.En diuin⁹ pastor Iesus Christus,q̄ ī Caluarii vertice crucis culmē ascēdit, ut inde suas ones aspiceret; ei⁹ igit sibila audiam⁹. 45 & uoces,si illi⁹ oues sum⁹,q̄a oues meę,in Ioan.10. quit ille,vocē meā audiūt. Dicam⁹ illi, Qui Cant.8. habitas ī hortis amici auscultāt te,fac me audire vocē tuā.O pastor sācte,q̄ stas ī horto,& rosario isto crucis tāq̄ rosa pulcherrima pādēs,loquere ad me obsecro te anteq̄ ex hac vita discedas.Amici tui sum⁹,capti ui amoris tui volūtarii,libēter te audiem⁹: loquere ò verbū patris,diu.n.ē cū loquut⁹ ñ es,flagellat⁹ taces, spinis trās fix⁹ siles,cō dēnat⁹ ñ rndes,dū crucifigeris mut⁹:loquere igit nūc ò mūdi magister,& uitæ doctrinā anteq̄ moriaris trade. Aꝑuit Iesus os suū, & tā diuturno silētio uocib. illis finē ipposuit. *Pater ignosce illis,&c.* Cū ꝓ seipso orauit ī horto cōditionē apposuit dicēs, *Si possibile est*, ꝓinimicis absolutè orat,ignosce Psalm.54. illis. Quā uerè ꝑt hic dici illud Psalmi.Mol 46 liti sūt sermones ei⁹, idest Christi, sup oleū,idest,sup oēm miam. Et ipsi, idest,sermones Christi sūt iacula.O oues sāctæ sequi mini pastorē istū,vt diuinis his sagittis corda uestra vulnerata remaneāt. Impletū est hic q̄ dixit D.Pau.Vbi abūdauit delictū superabūdauit,& gratia.Cū magis cū offendebāt,maiorē illis gratiā & miam ostēdebat. Rom.5. *Solobscuratus est.*Origenes ait pie credi posse q̄ priuilegio illo quo fruebaī Hebræi ī terra Ægypti(q̄a ut referī,ubicunq. habitabāt filii Israel erat lux, ubi āt Ægyptii erāt tenebræ)fruerenī ēt ī mōte Caluario fideles, ita ut sāctissimū Christi corpus in cruce uidere possent,acsi nō essēt tenebræ. Idē sentit S.Bernard⁹,& Doctor Seraphic⁹ D.Bonauētura; & hoc aliquo modo innocētissimi agni aīam magis torquebat; q̄a ex illis uerbis Lucæ;stabāt āt oēs noti eius à longè,notant aliq̄ nè ullū ī sua passione 47 deesset ignominiæ gen⁹,q̄a plus afflīgūt,& torquēt iniuriæ cum noti & amici adsunt.

Origen.su per Matt. Exod.10. Bernar. Bonauen. Luc.23.

*Et uelū tēpli scisū est.*Cū audiret Dauid 2.Reg.1. Saulis,Ionathæ et aliorū nobiliū mortē,scidit uestimēta suā:ita æternus pater īdignissimā filii sui mortē uidēs,scindi tēpli uelū uoluit,q̄ ꝓpitiatorii quasi uestis erat, ubi Dei maiestas repsentabaī. Hoc.n.in Deo erat scindere uestimenta sua,scindamus nos corda nostra cū pctōrū nostrorū dolore,q̄

huius

huius mortis cā fuerūt. Cū expirasset Iesus qd de eiº sāctissimo corpore faciendū erat? Simile. Redeat flumē ad fontē ubi natū est. Redeat sacrū corpº ī matris brachia vbi nutritū fuit. Fructus maturos, q ex alta arbore pendēt, assecq nō potes, cū verò putridi sūt ipsi met decidūt: ita ēt uētris uirginalis fructū, 18 dū i cruce pēderet bndictę matri dare uoluerūt, putridū verò & mortuū ī eiº sinum è cruce deijciunt. Recipimus nos quoque cordiū nostrorū gremio uitā hanc mortuā, vt passiones nostras mortificet, animas uerò viuificet, hic gratias, posteà gloria. Ad q̄ nos perducat idē Iesus Marię filius. Amen.

Dominica Resurrectionis Dñi.

Maria Magdalene, Maria Iacobi, & Salome, emerūt aromata &c. Mar. 16.

CVM duorum exercituum Duces in campum pugnaturi, descendunt, multorū hoium mortem euitādi causa; quisquis illorum uictor existit, magno totius exercitus 1 plausu & lætitia recipi solet: etsi eum ad pugnam proficiscentem lętis vocibus musicisque instrumentis prosequuti sunt, quid facient cum iā uictorē excipiunt? Descendit Iesus Christus Dei filius iu huius mundi cāpum cum principe tenebrarū de generis humani libertate repugnaturus, quē cū natalis sui die ingrederet, subito facta ē cū Angelo multitudo militię cęlestis laudātium Deum, & dicētiū: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus. Quod si tunc cū tot passurus ueniret, cęlestes, beatique spiritus gratulātur, & gaudent, qd hodie fecisse credemus, cū principē suū de suis hostibus uiderent glorioſissimè triūphare? quare cū de natali D. Lucas loqretur, facta est Luc. 2. 2 (inquit) multitudo militię cælestis, non ait oēs Angelos, sed multos, at in gloriosissimę Resurrectionis suæ die nullus in cęlo remā sit Angelus, qui eū nō adorauerit. Ita ęternum patrem iussisse D. Paulus affirmat, dicens? Et cum iterum introducit primogenitum in orbē terrę dicit (scilicet Pater æternus) & adorent cū omnes Angeli Dei. Qd magis proprie de resurrectionis, quem de natalis die intelligi posse uidetur, cum dicat, & cum iterum introducit. Primum ingressus est mundum nascens. Secundo, hodie resurgens, & hoc est iterū. Primo & secundò. De hoc eius admirabili triumpho loquitur Diuus Paulus: Et uos (ait) cū mortui essetis in delictis conuiuificauit Deus cum illo, donans uobis omnia delicta, delens, quod aduersus nos erat chirographū Colo. 2. decreti, quod erat contrarium nobis, & ipsum tulit de medio affigēs illud cruci & expolians principatus & potestates traduxit cōfidenter palā triūphans illos in seme tipso. O verba, admirabilia lętitię & consolationis plena, quibus significat Sāctus Apo 3 stolus, non modo nos, qui in hoc mundo uiuimus, diuinum hunc ducem Iesum Christum quantum ī eo fuit à peccati morte & ęternę damnationis obligatione liberasse: hoc enim significat sustulisse chirographū, & affixisse cruci, meruisse pro nobis gratiā & gloriam, si eius sanctissimis meritis uti ad nostram salutem uolumus, uerum etiā superato inferno, quæ ibi erant spolia reportasse. Verum illum traducere est publicare & palam facere, infamia afficere & alijs tanquam exemplum proponere, ut faciebant Romani, qui hostes ante se in triūpho ducebant, qui & uictoriam testarētur, & cæteris terrori essent & exemplo. Ita ait Diuus Paulus expolians principatus & po- 4 testates traduxit confidenter palam triumphans illos in seipso. Ex quo intelligitur resurrectionem admirabilem fuisse triumphum, in quo spolia & trophæa præibant, sancti scilicet, patres, qua pompa principū tenebrarum imbecillitatē publica affecit infamia. Aquilæ nō satis ē præda terrestris, sed pisces etiā in fluuiorum profunditate Simile. depdatur, ita etiā diuina hæc aquila Iesus Christus non uitæ tantum præda contentus, quam tot miraculis & admirabili doctrina peccatores ad se conuertens, collegerat, in profundum inferni sanctissimas illas animas inde eductrus descendit. Hoc 5 significauit propheta Zacharias dicens: tu quoque sanguine testamenti tui emisisti uinctos tuos de lacu, tu quoque, ideſt, non Zach. 9. solum eos, qui in hoc mundo erāt liberare uoluisti, sed eos etiam, qui in inferno uincti detinebantur. Et ita de eo dici (ait Doctor quidam) illud Psalmi, Anima nostra si Psal. 123. cut passer erepta est de laqueo uenātium, laqueus cōtritus est, & nos liberati sumus. Loquitur Dauid, generaliter de anima cōmuni omnibus hominibus, communi quidem communitate utilitatis. Inquit enim anima nostra, & hæc anima fuit Christi Redemptoris nostri q̄ nostra fuit, q̄quidē semp in nostrā utilitatem occupabat. Et de hac ait Dauid: Anima nostra sicut passer erepta est. Notate loquendi modū: auis magna & fortis, si incidat in rete, ubi aues alię minores irretitę sint, & illud frangere possit, exit ipsa, & qua exijt mox exeūt alię. In gressa est Redemptoris nostri anima in in- 6 fernum tanq̄ in retè, ubi sanctos illos patres irretitos iuenit, & ita cōtriuit laqueos, ut qua ipsa exijt, mox cęterę omnes exire potuerint. Imò & nūc q̄ in diaboli laqueos incidunt, nisi ipsius Xpi uirtute exire non possunt, & ita ait Propheta, dicens. Cōtritº est, & nos liberati sumus. Neq. solū de diabolo, sed de morte ēt triumphauit, ut affirmat Propheta Oseas, dicens ipsius dñi nomine. Ego mors tua, ò mors, morsus tuus Oseæ. 13. ero inferne. Quē locū citās D. Paulus; tūc 1. Cor. 15. (inquit) fiet sermo q̄ scriptus est, absorpta est mors ī uictoria, i. in crucis uictoria mors absorpta remansit, quæ antea eos qui eā absorbebant, omnes necabat. Metaphorā sumit Apostolus à ueneno q̄ dari solet ut necet eos, q̄ illud bibunt, ita dedit diabolus Christo Redēptori nostro mortē bibēdā vt occideret, ea uerò nō occidit Saluatorē, sed occisa & mortua remansit, ac si quis tantæ Simile. uirtutis esset, vt nō modò ueneno nō occi- 7 deret, sed uenenū ipsum occideret. De ape dicit, si mortuū corpº pungat uiuere, si uero uiuū, cū stimulo illo & aculeo ejcere uiscera & mori; itaque mors uitam, i. Christum pungens mortua remansit q̄ antea non acciderat, qa mortua corpora pungebat, i. homines peccatores. Et ita D. Paulus eā ut vitam contēnit, & irridet, dicēs; Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Videtisnè ut metaphorā elegantissimè sumpsit ab ape, q̄ cū vulnera reputat mortua remanet. Mortua autē est mors pro eis, q̄ uniti sunt Xpo, amoris uinculo. Nā ut idē ait: Si credimus q̄ Iesus mortuus est & resurrexit, ita & Deus eos qui dormierunt p Iesū 8 adducet cū eo. Vbi est notandū, q̄ illa particula (per) in multis sacrę Scripturę locis significat (in) ideſt, qui dormierunt in Iesū, ideſt, uniti & coniuncti cum Christo, & unanimes facti cum eo. Ita igitur glorioſissimè triumphans hodierna die sanctissima illa Iesu Christi anima redijt ab inferis corpori suo uniri desiderans. Nam quanquam iustorum animæ sine corpore beatę sunt; optant tamen sūmopere sua corpora informare. Nulla tamē unq̄ id tantoperè optauit ut Redemptoris nostri anima, qa plus illud amabat. De cæteris corporibus dicit, Sap. 9. corpus q̄ corrumpitur aggrauat animam, hoc uero pretiosissimum corpus nunq̄ aggrauauit animā, neq; ulla in re contrariū illi fuit, qa uirtute Spiritus sancti conceptū fuit, & erat diuinitate plenum, & ideo plus glorioſissima anima optabat illud informare. Prętera, quia redēptionis nostræ instrumentum fuit, & tot pro ea passum est, q̄is 9 animę onus duplicatū fuit, uā passa est, & compassa. Compassio erat de malis nostræ culpę, passio erat de malis pœnæ quā sustinebat, & quanto maior est culpa, quā pœna, tanto maior est compassio quā passio. D. Bon. in. Et ut ait Doctor Seraphicus, ita de nobis 3. compassa est, ut morte à corpore separari voluerit ne nos à Deo peccato separaremur. Corporis onus simplex fuit, quia in corpore nō fuit, cōpassio, sed passio; at quāuis simplex fuerit, tantū ī fuit, vt occidere potuerit, & quoniam corpus fuit una cum anima redēptionis instrumentum, ideò illud; ut dixi, iformare maximè optabat plus quam aliorum animæ solent.

Cū hoc igitur desiderio ad sanctissimū sepulchrū uenit, omniū patrum exercitu comitante; ubi sese sacro corpori infudit, & illud uiuificauit, & glorificauic. De auephœnice referūt cū naturæ instinctu morti 10 se uicinā præsentit, ex lignis quibusdā odoriferis constructo nido, in eo, solē uersus, posità, alarum motu excitare ignē, quo cōburitur; & in cinerē conuertitur. Postea in cinere uolutari uermiculum, qui mox pullus factus phœnix euadit: ita etiam sciens Iesus, quia uenit hora eius ut transeat ex Ioan. 13. hoc mundo ad patrem, lignū crucis ascendens expansis brachijs anhelans, suspirans, diuini amoris sui igne incensus mortuus est. Tertio uero die gloriosa eius anima in mortuo corpore apparet, & ita diuina hæc phœnix in cælo & in terra unica & sola resuscitat. Hoc desideriū, quo tenebat anima uniendi se corpori, una ex causis fuit cur resurrectionem suam accelerauit. Et prętea 11 ob fidelium solatiū, quia ex multis diuinę misericordiæ affectibus unus esse solet, vt quēadmodū pœnas & supplicia iustitiæ differret, pœnitentiā peccatoris expectās, ita misericordiæ beneficia accelerare solet. Cum diluuio malos punire uellet centum annos expectauit, ut se conuerterent, & ne Gene. 7. mo se

mo se conuertit, quãuis uiderent Noe tãtę auctoritatis & grauitatis hominẽ, tanto cũ sumptu sibi arcã fabricari: post centum annos, septẽ diebus ante diluuiũ monuit eos, dicẽs: Post septẽ dies pluam quadraginta dies, & quamuis potuisset repentino diluuio terrã obruere, paulatim tñ id fieri uoluit, quadraginta dierum spatio, ut cũ uiderẽt aquas crescere timore saltẽ cõuerterentur ad pœnitentiã. Illi uerò semper obstinati in sua malitia pseuerare, & montiũ culmina ascendere, ibi securos se esse existimãtes, donec & ibi aquis obruti sunt. O hominũ duritiẽ, o Dei misericordiã, quot his ẽt tẽporibus expectat Deus, qui ut illi surdos se præbent. Infelices pœnas dabũt aliqñ, & ad id tandẽ intelligẽt, sed inutiliter. Quẽadmodũ igitur differt Deus supplicia, ita ẽt accelerat misericordias. Pollicitus est Samuel Dei noie Saul mutatutũ se eũ in uirũ alterũ, & q̃dam signa dedit. Quæ (inqt) cũ euenerint mutaberis in uirũ alterũ, sed cũ auertisset humerũ suum, ut abiret à Samuele immutauit ei Deus cor, non expectauit dñs, ut signorũ tempus aduenire t, fortasse quia Saul accelerauit cordis dispositionẽ. Ita beneficiũ hoc resurrectionis, q̃ mundo promiserat tertio die ab eius morte daturũ accelerauit, nõ expectando terminũ trãsgi. O quanta cũ gloria resuscitauit dñs redẽptionis nostræ signa in suo corpore relinquens, ut q̃dam quasi ora diuina essent, quę in æterni patris conspectu misericordiam peterent: prætereà ut corporis sui ornamẽtum essent. Solent.n. elegantię causa uestes incidi, ut q̃ latet aurum appareat, ita etiã apta illa uulnera in suo corpore remanere uoluit, ut inde ineffabilis glorię splẽdor, q̃ à diuinitatis uisione emanabat; erumpere.

Lætitia autẽ quam cepit Iesus ex mũdi redemptione, neq; seraphica lingua explicari potest. Accidit ei, quod illi solet accidere, qui rem aliq̃ emere uult: nam dũ emit magnum sibi uidetur pretium, quod ei à vẽditore indicitur: & ita de eo aliquid paulatim detrahere uellet: sed postea quã emit, si res est plurimũ ab eo antea optata, & q̃sita, ita ea delectatur, ut quicquid in ea insũpsit bene insumptũ dicat. Ita etiã cũ Christus Redemptor noster orabat in horto rõni dicebat sensus, tam sacra morte nos redimere magnum sibi uidere pretium, at postea quam nos emit, gaudet in sua gloriosissima resurrectione, cũ tot uidet aias merito

Simile.

Simile.

1. Reg. 10.

rum suorum uirtute ingredi cælestem gloriã: & ideò uerba illa quæ Propheta Esaias dixit de urbe Hierusalem, de Christo dici possunt. Scilicet tunc uidebis, & affluues, & dilatabitur cor tuũ qñ conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentiũ uenerit tibi, i. cũ uidebis gentilium fortitudinẽ tã eorum, qui in maris insulis habitant, q̃ eorum qui in terra, ad fidẽ tuã conuerti & obedientiam. Sed ut gloriosissimus hic triũphus supremo Imperatori Iesu Christo, & eis omnibus qui ex eius exercitu sunt lætissimus fuit, ita malis summæ tristitiæ & doloris causa. Quare orabat Dauid, dicens: Exurge dñe in ira tua, & exaltare in finibus inimicorum meorũ. Quæ uerba exponens S. Basilius, Mysterium (inquit) resurrectionis orat Dauid in confusionẽ dæmonũ & malorum. Sed qui fines sunt isti, de quibus eo loco Dauid? Diuus Lucas id explicat cum ait: Ecce duo uiri loquebantur cũ illo, & dicebant excessum eius, i. passionem. Hunc excessum finem uocat inimicorum. Quasi hoium malitia ulterius procedere non posset, quã Deum occidere. Et ita ut ait Deus per Esaiam: Quid est quod debui ultra facere uineæ meę, & non feci ei? idem maledicta illa Principum & Pharisæorum turba Christo Redẽptori nostro contrario sensu dicere potest, quid est quod potui ultra facere aduersus te, & non feci? m his igitur finib. in hac passione & morte orat Dauid, ut exaltetur Deus gloriosa sua resurrectione in demonum & hostium confusionem. Nos uerò qñquidem hui⁹ cælestis ducis milites sumus, æquũ est in hoc glorioſæ resurrectionis suæ die lętari & gratulari.

In sacro Euangelio, quod hodie nobis proponit Ecclesia refertur diligentia & cura, qua sanctissimæ illæ mulieres summo manè uenerunt cum aromatibus, & unguentis ad monumentum, ut ungerent corpus Iesu. Sed uere dici potest meliorũ ynguentorum odorem eas excitasse, ut tantopere ad pium opus festinarent. Quod ut melius intelligatis, notate illa uerba quæ sponsa dixit sponso suo: Oleum effusum nomen tuũ, ideò adolescentulæ dilexerunt te, trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Vbi loco, adolescẽtulæ, i Hebræo est uox significans puellas innuptas & uiri expertes. Dicitur enim id nomẽ ab occultando. Diuus Chrysostomus: Alma (inquit) si rem sequamur

Esa. 60.

15

Psal. 7.

S. Basilius.

Luc. 9.

16

Esai. 5.

Cant. 1.

17

Chrysost. homi. 14. in Marc.

significat adolescentulã, si etymon, significat q̃ ita est abditũ & reconditũ, ut nõ mõ hoium usibus, sed ne oculis quidẽ pateat. Ex quibus significationibus, scilicet, ex eo qđ nomen significat, ex eius impositione, quæ in sacris solet attendi maximè in metaphoris, inferri pt hoc noie duo aiarũ genera intelligi, quæ sagacissima sunt, ut Dei odores recipiant, q̃ sunt omnia diuinæ suæ maiestatis opa, & pcipue redẽptionis nostræ. Quia quẽadmodũ nõ oia corpora odorẽ eodẽ mõ pcipiũt, sed alij plus, alij minꝰ, alij. n. uel rheumate, uel eo qđ rudiores cibos comedũt, ipediũtur, alij q̃ his rebus carẽt optimè pcipiunt, eadẽ in animis diuersitas est. Alij qui optimo diuinorũ operum odore excitati ad eius amorẽ attrahuntur, alij nihil fere mouentur eò quod odorẽ nõ ita percipiant. Inter has aias, q̃ plus odorantur, sunt animæ illæ purę, quæ baptismalẽ innocentiã conseruarunt: neque se mortali peccato macularunt, & hæ per uirgines significant: sunt ẽt illæ, quæ quamuis postea peccauerunt, pœnitentia tũ ad innocentiã reuocatæ mundi strepitum fugientes, in tutum aliquẽ quietumque portũ à publicis priuatisq̃. negotijs semotæ confregerunt: & hæ per mulieres securas, & abditas significantur. Hæc igitur duo seruorum Dei genera uoce illa, adolescẽtulę intelliguntur, quia quemadmodũ cũ puriora, & nitidiora sunt specula melius in ijs oris effigies repræsentatur, ita hę aię, quia puriores sunt, melius Dei odorẽ pcipere pñt. Verũ cum uidet aia diuino amore incensa præstare se non posse quod uult, clamat, trahe me post te. Quia ut D. Paulus ait: Deus est, qui operatur in uobis, & uelle & pficere p̃ bona uolũtate. Hic igit odor, q̃ ex recenti cælestis sponsi operum memoria emanabat: excitauit sanctas mulieres: ut tanta cũ diligentia & cura festinarent. Si uellemus fratres charissimi corda nostra affectionum & curarũ rheumate purgare, melius redemptionis nostrę operũ odorẽ pceperemus, & maiori cura & studio Deo inseruiremus. O sponsus & eęli pulchritudo Christus Dei filius trahe nos post te admirabili tua potẽtia & uirtute, ut nos inuicẽ hortantes p̃ amoris tui cursum liberi expeditiq̃ue curramus.

Et dicebant ad inuicẽ, quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti? O sanctę mulieres, si scitis lapidẽ monumenti uestris uiribus tolli nõ posse, cur pergitis ire, & incepti iter, psequimini? nolite cũ eis disceptare, & rõnes quærere, amor enim eas trahit, non ratio. Et si importunè urgetis, dicens: Si ungere sacrũ corpus nõ licebit, sanctũ nobis sepulchrũ tetigisse sufficiet. Sedere licebit & lachrymari, sed tãta erit militum crudelitas & immanitas, ut lachrymas ẽt sint denegaturi, quibus sancti defuncti mortem deplorare possimus? O pius & misericors Dñs, qui illis, qui te amant, ut te plus ament impedimenta tollis. Et ita hæ mulieres respicientes: *Viderunt reuolutum lapidem.* Vnus ex maioribꝰ erroribus quos in hoium animis seuit diabolus est, in uia uirtutis plurima esse impedimẽta, & lapides tanti ponderis, ut humana imbecillitate tolli non possint, uitiorum uerò uiã planam esse & ęquã nihil habere asperum, nihil difficile: Hinc odiũ illud uirtutis hominibus tã familiare, qui uitia hoc errore decepti amplectunt, uirtutẽ deserunt. Et ideò inter cætera, q̃ hic essent à prędicatoribus sępius inculcãda, hoc est si qua se se offerãt in uirtute impedimẽta à Deo reddi suauia & clamare Deũ cũ Ecclesiastico: Via peccãtium cõplantata est lapidibus, & post hęc inferri, & tenebrę & pœna. O infelices eos, qui iter hoc tam asperum elegerunt, labore & difficultate plenũ. Et cũ Deo summa cũ spiritus suauitate seruire possent, malũt diabolo tãto cũ labore seruire. Et ita dixit Moyses populo illi idololatrię, qa noluisti seruire Deo tuo in gaudio cordis sq̃; lętitia, seruies inimico, q̃ ponet iugũ ferreũ super ceruicẽ tuã. Qũo hęc uerba audiẽtes nõ cõfundimur, quibus iustorũ gaudiũ significatur, & multa aiæ & corporis infortunia? in quæ mali solent incurrere, qui Deo parere & seruire recusant: quod omne uocat Moyses iugum ferreum super ceruicem tuam.

Neque solum inuenerunt mulieres illæ lapidem reuolutum, sed Angelum qui lætissimum resurrectionis nuntium dedit, dicens: *Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum crucifixum surrexit, non est hic.* Qui Iesum nõ quærunt, sed semetipsos, illi meritò expauescere possiunt: uos autẽ qui Iesum quæritis, nolite expauescere. Eũ, q̃ crucifixus & mortuus, resurrexisse ait. Et ideò tu peccator nunquam spiritualiter resuscitas, qui nunquam carnem tuam crucifigis. Impossibile est resuscitare gloriæ uita, nisi prius gratiæ uita resuscites. Quia ut Diuus Ioannes ait. Beati mortui, qui in

Phili. 2.

Eccl. 21.

Deut. 28.

Apoc. 14. Domino moriuntur. Nam qui in ſuis uitijs uiuunt, ſi tunc aduenit non moriuntur in Domino, & ideò dixit, beati mortui, qa iſti ſunt qui in domino moriuntur. Quę cũ ita ſint ut reſuſcitemus cum dño in gloria, reſuſcitare prius debemus in gratia, & ut reſuſcitemus in gratia, carnem priùs crucifigere debemus, & ſuas concupiſcentias.

24 Dixit præterea Angelus: *Ite, dicite diſcipulis eius, &c.* Et D. Matthæus refert dixiſſe; citò eũtes dicite diſcipulis eius, quia ſurrexit, iubens eas feſtinare, & tam lętos diſcipulis nuntios afferre, oſtendit quantopere hoc illi egerent ſolatio, & quãti momẽti ſit hic reſurrectionis articulus. Ita Diuus
1. Cor. 15. Paulus aiebat, hoc eis primum prædicaſſe eò q; præcipuum ſit religionis noſtræ myſterium, ſcilicet, quêadmodum Ieſus Chriſtus mortuus eſt, ut Scriptura prædixerat, & tertia die reſurrexit. Et ut hoc illis potiſſimũ perſuaderet prædicaſſe, notũ (inquit) uobis facio fratres Euangelium, quod prædicaui uobis, quod & accepiſtis, in quo ſtatis, per quod & ſaluamini, qua ratione præ
25 dicauerim uobis, ſi tenetis niſi fruſtra credidiſtis; tradidi enim uobis in primis, quod & accepi, quoniam Chriſtus mortuus eſt pro peccatis noſtris ſecundum Scripturas, & quia reſurrexit tertia die ſecundum Scripturas. Et poſteà multos affert teſtes, qui hoc uiderunt. Ait Apoſtolus, quod accepiſtis, ut bonam, quam illi in cordibus habebant, diſpoſitionem ſignificaret, cum Euangelium audierunt, & Dei ſimul auxilium quo crediderunt. Quia huius myſterij fides
to. 16. magnũ eſt Dei donum. Et ita dicitur quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum audiuit, cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur a Paulo. Et in hac muliere duo illa uidetis, cordis diſpoſitionem, quia erat colens Deum, & auxilium Dei, quia aperuit cor eius. Perſeuerãtiam prętea declarat Apoſtolus neceſſariam dicẽs:
26 2. Timo. 2. In quo ſtatis, quia ut idem Paulus ait, certamen uocat legitimum, quod perſeuerantẽr ſit uſque in finem, effectum mox declarat Euangelij dicens, per quod ſaluamur: Notum quoque uobis facio, qua ratione prędicauerim uobis, idest, qua intentione ſcilicet, ut illuminarem uos in diuinorum myſteriorum cognitione, & diuini amoris igne incenderem, non temporalis alicuius lucri gratia. Ex quo infertur prædicatores Euangelicos puros ẽſſe debere, qui Dei tantum gloriam & ſalutem animarum, tanquam finem ſibi in prædicatione proponant (ait) ſi tenetis: Quia ille qui memoria ſua non tenet impreſſum Euangelij finem, quomodo uiuet ſecundum Euangelium? quemadmodum qui non intelligit, cur ei datus ſit intellectus, & uoluntas, uiuet ut 27
brutum, & ideò ait, niſi fruſtra credidiſtis. Magna eſt Diui Pauli exaggeratio, ideſt, ille qui non aduertit cur Euangelium prædicetur, fruſtra credit. Res profectò admiratione digna, & ratione carere uidetur. Quia ruſticus quamuis id non aduertat, neque cogitet, credit & operatur, & Sanctæ Eccle ſię ſubiectus eſt, & fides ornat intellectum, & ad bonum uirtutemq́ue dirigit, ergo nõ eſt fruſtra. Profunde eo loco loqui Diuum Paulum dico, ut à diuino ſpiritu edoctum, quia is, qui per fidem non aſſequitur id, cuius cauſa eſt fides data, ut, ſcilicet, cognoſcamus & amemus Deum, fruſtra eam acci Ioan. 5.
pit. Item datur fides ad animę puritatem conſequendam, ergo qui hanc puritatem fide non aſſequitur, fruſtra credit. Item fi- 28
des datur ut ſit in mente tanquam æternæ uitæ ſeminarium, ut Ioannes ait: Qui credit in filium Dei habet uitam æternam, ſcilicet in ſemine, ergo qui hoc nõ aſſequitur, fruſtra credit. Item datur fides ut ſpeculum, in quo ſe homo intueatur, qualis eſſe debeat, qui eo non utitur, fruſtra credit. O quàm dolendum & deplorandum eſt bene ficium tam ſingulare, quod a Deo accepimus in noſtram condemnationem mutari. Perſeuerantiam & amorem liberaliſſimi huius Dei, qui ut poſteà quam diuinũ hoc huius lucis donum largitus eſt, & hanc myſteriorum ſuorum cognitionem, curemus ſumma cum diligentia fruſtra accepiſſe dicamur hoc præſertim tempore; quo ſanctiſſimæ reſurrectionis memoria celebratur, in qua totius quaſi prædicationis Euangelicæ ſummam contineri Diuus Pau
lus ait, quia ut de ea hic ageret, dixit, qua ra 29
tione prædicauerim uobis. Hac conſideratione augebitur ſpes poſt gratiæ uitam, aliquando nos eſſe reſuſcitaturos per gloriam, ad quam nos perducat Ieſus Mariæ filius, Amen.

Feria

Feria II. in Reſurrectione Dñi.

Duo ex diſcipulis Ieſu ibant ipſa die, &c. Luc. 24.

Cant. 2. LOQVENS ſpõſa de ſpõſo, ſub umbra (inquit) illius quẽ deſiderabam ſedi & fructus eius dulcis gutturi meo. Duo hic animaduertẽda ſunt quib. ſolet Deus ſuis fauere. Vnũ eſt protectio & umbra, qua, ut pius pater eos tueẽ ac protegit. Alterũ fructuũ ſua uitas, qua eos reficit ac recreat. Ideo pluri mũ ſolẽt iuſſi ſub hac umbra ſedere, & hac fructuum ſuauitate frui. Nã ut ait Eccleſiaſticus: Vinum & muſica lætificant cor, & ſu
Eccl. 40. per utrumq; dilectio ſapientiæ. Vnde
Pſalm. 35. quod nos legimus: Quemadmodũ multipli caſti miſericordiã tuam Deus. D. Hieronymus ex Hebręo uertit. Quam ſpecioſa mia
Hiero. tua Deus, & filij Adam, in umbra alarũ tuarum ſperabunt, inebriabũtur de pinguedine domus tuæ, & torrẽte deliciarum tuarũ potabis eos. ò uerba admirabilia, ò admirabilia beneficia, quę à Deo iuſti accipiunt? q̃
2 uerè hic Dauid miſericordiam Dei ſpecioſam appellat. Voces illæ inebriabuntur, & de torrẽte deliciarum tuarum infinitã Dei in ſuos liberalitatem oſtendunt. Hęc paterna cura, q̃ Deus iuſtorum habet, ſummam in eorũ animis lętitiam cauſat. Et id ſignifi
Pſalm. 4. cauit Dauid, cum ait: Signatum eſt ſup nos lumẽ vultus tui Domine, dediſti lætitiam
Hiero. 3. in corde meo. Vbi D. Hieronymus ex Hebræo uertit: Leua ſup nos lumẽ uultus tui Domine. Dediſti lętitiam in corde meo, id eſt, ſparge ſuper nos fauoris tui lucẽ, reſpice nos miſericordiæ oculis, hoc enim eſt quo nunc lætamur. Lætent̃ alij bonorum temporalium copia, quia à fructu frumẽti, uini & olei multiplicati ſunt. Ego uero in pace in idipſum dormiam & requieſcã. En pax & tranquillitas, quæ ſub umbra ſponſi
3 inuenitur. Si in harum rerum meditatione aliquã noctis partem inſumeremus, ut alij totã ludendo & Deũ uarijs peccatum generibus offendendo inſumunt, quantũ animæ noſtræ proficerent? Vnde factum exiſtimatis ut dies feſti ſuas habeãt uigilias, quarum nomẽ tm̃ apud nos remãſit, niſi quod in naſcentis Eccleſiæ principio fideles omnes noctes, q̃ dies feſtos præcedebant, orãtes uigilabãt. Hodie uero huiuſmodi nocti bus maiora & grauiora mala fieri ſolent. Quot ueſtrũ obſecro, q hic adeſtis præteritas noctes ſacratiſſimę reſurrectionis myſteria meditando uigilaſtis? beneficia q̃ hodie in ſuos diſcipulos confert? gaudium & ſolatiũ, quo eorũ animos paſſionis mœrore, affectos ſolat? plurimos ueſtrum nihil de his rebus cogitaſſe exiſtimo, quod dignum pfecto lachrymis eſt. Hæc oĩa, q̃ hic ſponſa de ſponſo dixit in ſeipſis Domini diſcipuli experti ſunt, & hi duo potiſſimũ, de qb. 4
agit ſacrum Euãgeliũ, quibus ille præcipua quadam ratione curam, q̃ ſuorũ habere ſolet, oſtendit, & diuino lucis ſuæ ſplẽdore illuminauit. Nã dum fabularentur, & ſecum quęrerẽt, ipſe Ieſus: *Appropinquãs ibat cũ illis, oculi ãt illorum tenebãtur ne eum agnoſcerent.* Sed quæro ò Dñe, ſi ſociũ te illis itineris prębes, cur no ſtatim te manifeſtas, quis ſit, vt ſtatim te frui incipiant? uolebat nimirum ſacra myſteria illis interpretari. Qd̃ ſi ſe ſtatim illis manifeſtaſſet uoluptas, quam ex eo percepiſſent, attentioni fuiſſet impedimento. Ergo in maiorẽ illorum utilitatem tenebantur oculi eorũ ne eũ agnoſcerent. Ita ſæpe Deꝰ facere ſolet, cũ ſeruis ſuis, vt tunc maxime adſit, cũ maximè uidetur abeſſe. Iob querebatur à Deo ſe eſſe de 5
ſertũ, dicens: Cur faciẽ tuam abſcondis, & Iob. 13.
arbitraris me inimicum tuũ? cur è me tanq̃ inimico diſcedis? & hoc dũ cogitabat Iob, tunc maximè illi aderat Deus, qñquidẽ in tot tantiſq́ue infortunijs tantam illi patiẽtiam dedit. Quia ſi, ut ait D. Paulus, Nemo põt dicere, Dominus Ieſus niſi in Spiritu ſancto, qũo potuiſſet, ille sãctiſſimus uir in 1. Cor. 12.
ter ærũnas ſuas dicere; Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedi- Iob. 1.
ctũ, niſi illi Dominus adfuiſſet? & hic eſt eorũ uerborũ ſenſus. Deus Deus meus reſpi Pſalm. 21.
ce in me, quare me dereliquiſti? longè à ſalute mea uerba delictorum meorum, Deꝰ meus clamabo p̃ diem & non exaudies, & nocte & non ad inſipientiam mihi. Siue ut alij uerterunt, & nõ eſt ſilentiũ mihi. Et in 6
fine eiuſdem Pſalmi: Timeat, inqt, cũ omne ſemen Iſrael, quoniã non ſpreuit neque deſpexit deprecationẽ pauperis, neq; auertit faciẽ ſuam à me, & dum clamarẽ ad eũ exaudiuit me. Quo i loco uidetis dici Deũ nõ audire, & audire, adeſſe & abeſſe. Quo ſignificat̃ ſæpe cũ iuſtꝰ cogitat Deũ nõ audire & abeſſe, tũc audire maximè & adeſſe. Noluit p̃tereà Dñs à diſcipulis ſuis agnoſci,

ut ostenderet quantū possit spiritualis cōuersatio, qua anima cum Deo p fidem & sacrorum mysteriorū contemplationē conuersatur, quę nō solū corporalis conuersationis defectum cōpensare potest, sed maioris interdum est utilitatis: ita ut plus fortasse ali quo modo his discipulis vtile fuerit hoc, qđ ea die interius docuit Dominus, sacrā illis Scripturā interpretādo, quam corporis tot annorū cōuersatio. Et iō q dicere solēt, ò si
7 nati eo tpe essemus cū uixit inter nos Christus, si eū uidere & cum eo cōuersari licuisset, ò nos beatos, ò nos fœlices. Curiositate potius quā amore ducti, hæc illi dicere mihi uident, quia qui cum Iesu Christo Dei filio cōuersatur eo modo quo nos cū eo in hac uita uoluit conuersari, plus isto hic uellet & optare in terris uideāt, an sit amoris affectus nec ne. D. Ioannes Baptista, quāuis cōtemporaneus Christi fuerit, tñ añ baptisma cum eo conuersatus non est, & una ex
8 causis est, qa voluit Dñs ostendere, ita eū in storum aīs interiori conuersatione communicare, ut quamuis ea uoluptate careant, q̄ oculis ex eius corpore perciperēt, eiusdem tamē corporis fructu nō carere. Hæc ēt vna ex causis fuit, cur noluit Christ⁹ Redēptor noster mittere Spiritum sanctū, antequam ad cælos ascēderet, neq. discipulis suis mysteriorum suorum perfectam cognitionem dare uoluit, nisi p Spiritū sanctum, ut ostēderet opus hoc Spiritus sancti potius opus esse interius, quam præsentiæ suæ corporalis exterius. Et ideo dicebat Dauid, audiam
Psalm. 84. quid loquatur ī me Dominus Deus, qñ loquetur pacem in plebem suam, & sup sanctos suos, & in eos qui cōuertuntur ad cor. Loquetur ī me, i delt, intra me, ut D. Augustinus exponit. Quasi dicat, colligam me in
Augusti. me ipsum, & audiā cum loquet ad cor, qñ loquet pacem. Loqui pacē est phrasis Hebraica, &
9 significat oium bonorum abūdātiam polliceri. Et hanc (ait) Dauid eo loco sanctis polliceri ijs præsertim, qui conuertuntur ad cor, qui extra senū uagātur, sed apud se manēt; & ita cæli influentias recipiunt. Tāta uirtutis & efficacię est interior hæc & spiritualis animæ cum Deo conuersatio, ut D. Paulus quædam de ea dixerit, quæ si rectè considerent admirationem pa
2. Cor. 3. riūt; nā cum de Moyse eo loco ageret, qui eo q quadraginta dies in monte Sina cum Deo steterat, tantam ex cōsortio sermonis
Exo. 24. Dei lucem acceperat, ut in ipso vultu radii appareret. Hoc enim significat, quod ibi dicitur, uidebatur facies Moysi cornuta. Ex hoc infert D. Paulus si quod euacuatur in gratia est, magis quod manet in gloria erit, idest, si Moyses cum mortalem à Deo legē accipiebat, legem vmbra, quæ cum Christo Redemptore nostro finem erat habitura legem cęremonialem, quę uitam æternalem dare non poterat: & tamen ob Dei conuersationem inde i gloriæ similitudinem rediit; qui in gratiæ lege cum Deo conuersa- 10
tur in spiritu diuino amore incensus tot tā tisq. beneficiis, quæ ex Iesu Christi meritis emanant, nonne maiori luce gloriaq. splendidior, & humanis imperfectionib. purior factus euadet quam Moyses? quod si hoc semper non fit, nos accusandi sumus, q dispositionem non habemus, & exterius tm cum Deo agimus, qui plus animæ puritate & interiori cōuersatione cōicatur. Sūt hęc profecto D. Pauli uerba magnę confusionis nobis, & timoris causa, quandoquidem in iis nos monet Moyse ipso pfectiore nos esse debere, quia amoris legem habem⁹, & 11
tot à Deo beneficia accepimus. O Deus infinite maiestatis, o lucis fons mētes nostras illumina, ut qua in nocte versemur, uidere possimus hac interiori cōuersatione destituti. Obsecro igit uos fratres charissimi, ut qñ audiuistis sancti huius exercitii utilitatem in eo se quisq. exerceat quantumcunque poterit, ut cuiusque status ferre pōt.

Et præterea hic animaduertendum, q̄ cū tanta essent infidelitate pleni, postquam tot Dei miracula uiderant, & tot testib. dici audierāt, se uisionē angelorum uidisse, q dicunt eū uiuere, ita ut meritò irasci potuisset Dñs, & ut infideles eos deserere, tñ quia paruam illā mœroris & tristitiæ dispositionē inuenit ex eius absentia cōceptæ, & 12
aliquod amoris uestigiū, qui ab ea tristitia emanabat, inde occasionē sumpsit, ut eos illuminaret. Ex quo patet, ex minima ēt dispositione Deū occasionē sumere, ut aīæ nostræ ingressum intētet. Hoc significat spō Cant. 5.
sa illa, quæ cū domi se pessulo ianuæ apposito clausisset, & pulsaret spōsus clamās, aperi mihi soror mea, amica mea, respōdit illa, expoliaui me tunica mea, qñ induar illa? laui pedes meos, qñ inquinabo illos? audiens aūt sponsus leues excusationes misit manum suam per foramē. Dilectus, inquit, meus misit manum suam per foramen, & uenter eius intremuit ad tactum eius. Ita iacet:

iacet peccatoris aīa in uoluptatū suarum lectulo, tot claub. & pessulis obsclusa, quot peccata commisit: & cum pulsat Deus clamans. Aperi mihi soror mea, amica mea, excusat se leui quacunq. occasione. Agens (inquit) pniam extenuabitur corpus, & pul
13 chritudinem suā amittet, fœdabitur si pauperū pedes lauero, & hospitalia inuisam. Audiens aūt spōsus tam leues afferri excusationes, non desertit, sed foramen quærit, i. occasionem aliquā, per quod fauoris, & auxilij sui manū possit immittere. O aīa peccatrix, si te a peccatis tuis exire nō posse putas, ob tuā illam prauā inclinationem, fac saltē foramen aliquod, per qđ Deus mittēs manū suā seras istas, & pessulos tollat. Suspira tuū Deū offendisse, plora, lege sanctos, ac deuotos libros, loquere cum deuotis hominibus. Foramina hæc oīa sunt p q̄ diuinus fauor ingreditur, quo odium istud, ista ambitio, & superbia tollentur ex aio, quæ in eo ita hærent infixę, ut ab ijs auellere te non posse tibi videaris. Sed moneo, ut mature diuino utaris auxilio, & cito surgas & aperias: nam si diu immoraris fortasse cum
14 mox aperire uolueris, discessisse iam Deū inuenies, ut sponsæ ibi cōtigisse dicitur. Surrexi (inquit) ut aperirē dilecto meo, at ille iam declinauerat. Diu iam est cum te Deus uocat, & expectat, aduenit repentina febris cum iam iudicio cares, tunc clamas: uocetur, cōfessor, adsit notarius, fiat testū, & oīa ita fiunt ut hominib potius quām Deo satisfacere possint. O miseri & cęci Adæ filij, quam stultę uobis infernum eligitis.

Et ait ad illos, qui sunt hi sermones, &c. Respōdit ei unus ex illis, dicēs: Tu solus peregrinus es in Hierusalē. Antequā ulterius progrediamur, unū quod nunc occurrit, dicā. Vnū ex nominib. quib. Christū redemptorē nostrum pp peccata nostra appellare possumus, hoc esse, peregrinū appellare: nā vt peregrinus suix immorat in diuersorio, ita Dei filium mane recipitis, & post meridiē tanquā peregrinū ejicitis. De hoc conquerit,
Psal. 68. dicēs: Extraneus factus sum fratribus meis,
15 & peregrinus filijs matris meæ. O ingrati, ideo ne resuscitauit Christus, ut uos more remi ni? é ne sancta eius resurrectio mortis iam ia? vix n. aduenit resurrectionis dies, cū mortaliter peccare incipitis, nonne pudet tam bonum hospitem, tam citò ejicere? O miseria timenda post tot accepta beneficia, tam male in uirtute perseuerare. Ea D. Pauli uerba notare uos plurimū uellē, q̄ ad hanc rē plurimum faciunt. An ignoratis Rom. 6.
fratres, qa quicūq. baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? consepulti. n. sumus cum illo baptismo in morte, ut qūo Christus surrexit à mortuis p gloriā patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. O uerba diuina, qs ea semp in corde haberet impressa, ut p ea intelligeremus, quantū quisq; dēnt in bono perseuerare? Sed pro eorū intelligentia debetis aduertere, Christū redēptoris nostri mortem 16
pstantissimū fuisse baptismū, quo ipsum caput, s. Xps baptizatus est, & nos eēs q membra sumus, ibi peccata nostra sunt abluta, & cum eo mortua & sepulta, ut non solū iterum non peccemus: sed ut in resurrectionis mysteriū, & imitationē ambulemus in noui tate uitæ. Efficax omnino ratio, ut nunquā ad peccata redeas. Verum est ēt notandū, q̄ qñ eius mors baptismū uocatur, quod lauatorium significat, ergo aliquid lauit in Christo, q caput fuit, aliquid in nobis, qui membra sumus? quid lauare in Xpo poterat, q purissim⁹ erat? quāuis careret culpa, culpæ effectibus non caruisse dico, qui sunt pœnalitas & passibilitas, & mortalitas, qui- 17
bus omnibus morte lotus, & purificatus é, Heb. 2.
Et ita idem Paulus ait. Videmus Iesum pp passionem mortis gloria coronatum, illa autē mors applicatur nobis, ut lauatorium p diuina sacramenta, ut ait Ioannes. Dilexit Apoc. 1.
nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo. Ait igitur Apostolus, an ignoratis fratres, i. ignorare non debetis (esset. n. ignorantia maxime reprehendenda) quod quicunq. baptizati sumus in Xpo Iesu, i. in baptismo instituto à Xpo, in morte ipsius baptizati sumus. Nā ex eius morte uirtutem accepit baptismus, consepulti sumus cū illo, i. peccata nostra in baptismo deleta, & occisa sunt. Vt qūo surrexit Xps à mortuis per gloriā patris, i. ad gloriam patris, ita & nos in nouitate uitę ambulem⁹, ubi ambulare significat, pgredi sine intermissione in uirtute: ut ait Dauid: Beati immaculati in Psal. 118.
uia, qui ambulant in lege Dñi, & hoc omne esse ēt debet in gloriam patris, ut uita nostra, & opera pfectiora sint, si habeant perfectioré finē. Sed qro, cur D. Paulus nobis tā quā exēplū ꝓponit Xpi Redēptoris nostri 18
vitā post resurrectionē talis esse uideret, si mortalē uitā qualis ante resurrectionē fuit proponeret. Eam proposuisse dico, qa uita

illa glorioſa mortem non habuit,vt ita mo
neret, ſic nos perſeuerare in uirtute debe
re,ut ad peccati mortem nunquam redeamus. Cum ait, in nouitate uitę ſignificat in
oibus debere innouari uitam, in cogitationibus,in uerbis,& in operibus. Corroboret
Simile. nos,& confirmet Deus,ut ita fiat. Elaborauit plurimos dies pictor in depingẽda ima
19 gine,quam qui uidẽt, ſtupent ob artis præſtantiam, ſi ei qui prior ſe illi offert quocũque pretio venderet, nonne ineptus eſſet? quid nam fuit obſecro audire ſermones,cõfiteri peccata ſua,ieiunare,orare,niſi Ieſum Chriſtum in cordibus ueſtris depingere? Si non poſt Paſcha animę ueſtræ pulchritudinem, quacunq. occaſione uenditis, nonne ſumma ſtultitia eſt? Nolite eam fratres chariſſimi uendere,niſi iuſto ualore & pretio, qđ ipſemet Deus eſt, q̃ ſe tradidit pro illa.

Quibus ill dixit,quæ? & dixerunt de Ieſu Nazareno. Et inter alia,quæ hic rñderunt, ea uerba fuerunt infidelitatis plena. *Nos autẽ ſperabamus quia ipſe eſſet redẽpturus Iſrael.* O corda modicę fidei, ſi dixit, quod tertia die reſurget, terminus adhuc tranſa-
20 ctus non eſt,cur non ſperatis,quod promiſit præſtaturum eſſe? ſimiles hi mihi vñr He
Exo. 22. bræis, qui Moyſem non rediturum exiſtimabant,& idolum ſibi fecerunt,quod ſumma Dei ſui iniuria adorabant. O quot hodie ſunt qui ſtatim deſperant,ſi paululum immoratur Deus,nec ſtatim ab ijs uocatus accurrit? Exiſtimat uirgo nullum iam ſibi reliquum matrimonium,qua propter Dei ſuiq. oblita carni & mundo ſeruire ſtatuit. idem de alijs pluribus dici poteſt. At non ita ſit fratres,audite quid Eſaias dicat. Qui
Eſai. 28. crediderit (inquit) non feſtinet,qui verè credit Deum promiſſis ſtare,& fauoris ſui auxilium ſibi daturũ ſperat, ne putet, ſtatim eum affuturum, ſed expectet & magna cũ
Heb. 10. fiducia, quæ magnã habet apud Deum remunerationẽ, vt D. Paulus affirmat dicẽs. Nolite amittere confidentiam ueſtram, q̃ magnam habet remunerationem. Quam
21 ſeuere reprehendebat S. Iudith Bethuliæ
Iudi. 8. hoſtes, qui diuini auxilij expectatione defatigati terminum Deo præſcripſerant: ita vt ſi intra quinq. dies nõ ſuccurriſſet ſeſe Holopherni dedere uellent. Illa uero, & qui eſtis uos (inquit) qui tentatis dominũ? non eſt iſte ſermo, qui miſericordiam puocet, ſed potius qui iram excitet. Poſuiſtis uos ipſ miſerationis Dñi, & in arbitrium ueſtrum diem conſtituiſtis ei. Magnum profecto ſcelus eſt Chriſtianum de deditione cogitare,& Sathanę ſe tradere velle, quia Deus ſtatim ac ipſe vult non accurtit. Qui verè Deum amat ita in eo confidit,vt quãuis quod ſibi ab eo promiſſum eſt ſexcentis uideat difficultatibus impediri,nunquã tamẽ deſperat. Patet hoc in Dauid, cui cũ promiſiſſet Deus Regem futurum Iſrael, quanuis eum Rex perſequeretur, exulem 1. Reg. 21.
à patria,& ſingulis momẽtis de uita pericli 22
taretur: tunc cum ſe maxime afflictum, & oppreſſum uidebat, tunc maxima ſpe erigebatur, qua præſtaturũ eſſe Deum,quod promiſerat ſperabat. Et ſiqui id negabant eos mendaces appellabat. Et ita de ſua ſpe
Pſal. 115. dixit: Credidi propter quod loquutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis,ego dixi in exceſſu meo omnis homo mẽdax,i. cum exulem me, & eiectum maximè uidebam (hoc enim eſt in exceſſu meo) tunc ijs qui de me, & meis rebus actum eſſe exiſtimabant,dicebam: Omnis homo mendax, eos omnes mẽdaces eſſe putabam. Dñe omnes mẽdaces ſunt,tu verus & uerax Deus,promiſſa tua certiſſima,quanuis nunc me oppreſſum,& humiliatum uideo. Hac eadem
Pſal. 137. fiducia,dicebat: Dñs retribuet pro me, dñe miſericordia tua in ſeculum,opera manuũ
23 tuarum nè deſpicias. Vbi in Hebræo eſt,dõminus operabitur pro me. Conſiderate patientiam qua tunc Chriſtus redemptor noſter uerba hęc infidelitatis audiebat. Ex quo diſcant confeſſores confitentium peccata patienter audire: reprehenſio enim & obiurgatio in poſteriorem locum differenda ſi neceſſaria uidebitur: ut diuinus magiſter hic fecit, qui cum hos diſcipulos audiuiſſet. *O ſtulti* (inquit) *& tardi corde ad credendũ, &c. Nonne oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriam ſuam?* Quare Domine, quare oportuit? Nonnè aliter redimi à
24 te poterat mundus, cum Deus ſis tam potens? Poterat quidem ſed in Dei operibus non tã quod poteſt ſpectandum eſt, quãm quod plus nobis conuenit. Hoc autem nobis conuenientius fuit. Quod ut intelligatis aduertere debetis, quod Chriſtus redẽptor noſter non ſolũ uenit in mundũ, vt nos redimeret, ſed ut nos per uirtutis uiam ad Tit. 2.
cęli gloriam duceret. Vt optime D. Paulus declarat dicens: Apparuit gratia Dei,& Saluatoris noſtri oibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſecularia

ria deſideria ſobriè & iuſtè & piè uiuamus in hoc ſeculo expectantes beatam ſpem,& aduentum glorię magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Quare cum in omni virtute plurimum difficultatis ſit, quodnam medium eſſe poterat maioris efficaciæ, ut
25 ad laborem uirtutis incitaremur, q̃ noſtra cauſa Chriſtum in cruce mortis pati genus crudeliſſimum? Si ignoſcere inimicis debes iniurias,ſi dimittere te,& humiliare, ſi opes tuas,pauperibus diſtribuere, vnde hæc diſcere melius potes,q̃ ſi ad hoc admirabi
Luc. 8. le crucis ſpectaculum oculos conuertas? Dixit ſumma ueritas: cum de iuſtis loqueretur: Quòd fructum afferunt in patientia. Quemadmodum ad humanam vitam alẽdam panis eſt neceſſarius, ut una cum cæteris cibis comedatur; ita ad ſpiritualẽ vitam alendam patientia neceſſaria eſt,quæ cęterorum omnium uirtutũ ſocia ſit & comes.
Simile. Si comeditis carnem,piſces,fructꝰ, herbas, quicquid tandem comediris panis neceſſarius eſt. Si ieiunatis, ſi datis eleemoſynam quodcunque opus ſpirituale fiat, patientia neceſſaria ẽ,ut quod ſit rectè fiat. Quod igi
26 tur patientię exemplum illuſtrius, quam Chriſtus crucifixus? Sed heu nos miſeri ſi tanto beneficio uti neſcimus? Nolite obſecro fratres chariſſimi, ut hæc Dei artificia ad ſalutem noſtram excogitata,uobis inutilia ſint. Pœnas enim aliquando dabitis ſummis æterniſque ſupplicijs.

Et incipiens a Moyſe,ideſt,a libris Moyſi. immenſam Dei bonitas,qui duobus pauperibus tot declarare myſteria dignatus eſt? hodie uerò niſi prędicator plurimos habet auditores,eoſq. nobiles,prædicare rem putet indignam. Plurimos ad eam rem ſcripturæ locos adduxit,& explanauit: ſed interiori præterea luce mentem illuſtrabat. Ita ut qui exterius docebat, interius illumina
ret, quia lux erat, & magiſter. Ex fortiori-
27 bus locis quos in ſcriptura inuenimus illi
Pſalm. 15. ſunt. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum
Pſalm. 2. uidere corruptionem. Ego dormiui & ſoporatus ſum & ſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me. Exurge gloria mea, exurge pſalterium & cithara. Vbi non ſolum & reſurrectio, ſed & reſurrectionis tempus his uer
Pſalm. 56. bis exurgam diluculò. Aduerſum me ſuſurrabant oẽs inimici mei, aduerſum me cogitabant mala mihi; uerbum iniquum conſtituerunt aduerſum me, nunquid qui dormit, non adijciet ut reſurgat? etenim homo
Pſalm. 40. pacis meæ, q̃ edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplãtationem. Tu autem Dñe miſerere mei,& reſuſcita me,& retribuam eis. Quid clarius? poſtremis his uerbis ſimilia ſunt illa Michæę. Ne lęteris ini Mich. 7.
mica mea ſuper me, quia cecidi, cõſurgam cum ſedero in tenebris: Dñs lux mea eſt. His & pluribus alijs teſtimonijs Dñm mortem,& reſurrectionẽ ſuã probaſſe conſtat.

Et coegerunt illum dicẽtes, mane nobiſcũ quoniam adueſperaſcit. Quia peregrinum, 28
quem non nouerant, inuitant & rogant, ut maneat; illuminati ſunt, & quiſnam eſſet, paulò poſt cognouerunt. Ideo notat D. Ambroſius, bona opera cordis eſſe diſpoſitionem, qua dignum ſit illuminari à Deo. Et D. Ambr. ſer. ſuper pſal. 118.
ita Eccleſiaſticus ait: Qui timetis Dñm di- Eccl. 2.
ligite illum, & illuminabuntur corda ueſtra. Et Propheta Oſeas, cum dixiſſet: Semi Oſe. 10.
nate uobis in iuſtitia, addidit paulo poſt, tẽpus autem requirendi Dominum, cũ uenerit, qui docebit uos iuſtitiam. Tempus. n. magis idoneum, ut Dei præcepta percipere poſſimus eſt, cum opera miſeri cordiæ facimus. Eſt. n. quaſi terram antequam ſemines colere, & innouare. Et ideò dixit eodem lo 29
co Propheta, innouate vobis nouale. D. Auguſt. hunc locum Lucæ exponens, tene, in- D. Auguſt.
quit, hoſpitem, ſi vis agnoſcere Saluatorẽ; ſuper Luc.
quod enim diſcipulis ſuſtulerat infidelitas reddidit hoſpitalitas. Miſericordiæ igitur fratres ſimus amatores, neq. ſatis uobis ſit pauperes quocunq. modo inuitare, ut hoſpites noſtri ſint, ſed omni charitate cogamus, exiſtimantes quemcunq. illorum recipiam⁹, ipſummet cęlorum imperatorem Ieſum Chriſtum Dominum recipere. Ipſamet charitas hoc quadrageſimale opus ad animarum ut ſit utilitatem in lucem edere coegit, & ad eliquos totius anni ſermones confiendos inuitat: ex tanto labore, meis oredem uiribus impari ſolum ueſtris orationibus adiuuari mihi, exopto & ſpero, quibus auxiliũ diuinum Deum Optimum Maximum collaturum mihi cõfido, cuius nobis opitulante gratia feliciſſimè omnia cuenient, quam ad uſque uitæ finem 30
conſeruare curemus, vt inde gloriam ſempiternam poſſimus adipiſci.
Amen.

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VENETIIS.

Apud Dominicum de Farris.

M. D. LXXXVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca